CONSVLTA VARIA THEOLOGICA, IVRIDICA, ET REGVLARIA.

CONSVLTVM I.

De intelligentia cujuſdam motus proprij.

SVMMARIVM:

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Quem effectum habeat motus proprius, ſi ſit taxatiuus temporis cum derogatione omnium priuilegiorum.*
3 *Quem effectum habeat hæc clauſula*, cæteriſque contrariis quibuſcunque.
4 *Hæc clauſula habet effectum omnimodæ derogationis omnium legum, & privilegiorum, etſi non nominentur.*
5 *Quem effectum habeat hæc clauſula*, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non prædicti ordinis, & Prouinciæ, &c.
6 *Per hanc clauſulam derogat Pontifex omnia ſtatuta impeditiua dicta gratia.*
7 *Hæc clauſula*, non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus, *non derogat ſtatutum particulare.*
8 *Quid ſi Papa addat verba æquipollentia, in quibus ſtatutum particulare includatur?*
9 *Hæc clauſula*, non obſtantibus quibuſcunque conſuetudinibus apoſtolicis, &c. *non derogat priuilegium conceſſum in Concilio generali.*
10 *Quid ſi Pontifex faciat mentionem talis priuilegij per verba æquipollentia.*
11 *Hæc clauſula*, cæteriſque contrariis quibuſcunque, *derogat qualibet priuilegia, etiam ſi de illis non faciat mentionem.*
12 *Derogat priuilegium, etiam inſertum in Corpore iuris, etſi de illo non faciat mentionem.*
13 *Qui legis tempus non obſeruat, non dicitur formam legis obſeruare.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

SVMMVS Pontifex informatus de ſubordinatione qua Prælati cujuſdam Religionis eligebant Prælatos cujuſdam Provinciæ, ex motu proprio, & ex certa ſcientia, elegit Provincialem, & definitores incipiendos à tertia Dominica poſt Paſcha anni 1667. Et quod hi eligerent omnes priores, & officiales totius Provinciæ, derogando omnibus legibus & ſtatutis, & ordinationibus hujus Provinciæ. Accidit autem quod in Capitulo generali iſtius Religionis prorogatum fuit ad annum Officium Provincialis hujus et Provinciæ, antequam Pontifex hoc decretum edidiſſet. 1

Quæritur, An Provincialis electus à Summo Pontifice debeat incipere à Dominica tertia poſt Paſcha anni 1667. vel ab anno ſequenti; ſiquidem officium eius Prouincialis anteceſſoris prorogatum fuit per annum à Capitulo generali, An per hunc motum proprium talis prorogatio caſſata fuerit?

RESPONSIO AVTHORIS.

TAnquam rem certam, & indubitabilem exiſtimo hunc motum proprium Pontificis Alexandri VIII. derogare & caſſare decretum capituli generali, in quo prorogatur officium præcedentis Prouincialis ad annum.

Ratio eſt: quia hic motus proprius eſt taxatiuus, & deſinat tempus, in quo nouus Prouincialis debeat ſuum Officium incipere, derogando omnes leges, & ſtatuta, & ordinationes, non ſolum Apoſtolicas, ſed etiam ipſius ordinis, & huius Prouinciæ Luſitanicæ in contrarium, etiam ſi fuerint iuramento Apoſtolico 2

confirmatæ, & conſuetudine roboratæ., & ſtatutis ſtabilitæ; quibus omnibus pro expreſſis,etiam de verbo ad verbum, ſi opus fuerit derogat Sanctitas ita ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis motu proprio, & quibuſcunque in contrarium non obſtantibus, vt conſtat ex dicta bulla:ergo licet non faciat expreſſam mentionem decreti capituli generalis cenſetur ſpecialiter derogatum: ita cum Suario, *lib.* 8. *de legibus cap.* 38 *num.*1. Salas, *d.* 17. *de legibus ſect.* 14. & cum aliis Pelizarius, *tract.* 8. *cap.* 1.*n.*98. Et clarius Barboſa *in tractatibus variis de clauſulis clauſula* 82. *n.* 6. Vbi refert deciſum à ſacra Coogregarione: vbi etiam dicit, quod hæc clauſula., *cæteriſque contrariis quibuſcunque*: inducit nouam diſpoſitionem, & quod tollit ſtatutum, & *n.* 12.
3 ideo repetit. Tum quia hic non datur jus àliquod in contrarium ſiquidem illud decretum capituli generalis ſolum fuit quædam fauorabilis extenſio officij Prouincialis, cui Papa per aliud contrarium præjudicare poteſt, etiamſi de illa nullam mentionem expreſſam faciat. Et dato quod fuiſſet lex, vel ſtatutum capituli generalis, illud Pontifex derogauit per illam clauſulam, *cæteriſque contrariis quibuſcunque*, ſiquidem hæc clauſula operatur effectum omnimodæ de-
4 rogationis omnium legum, & ſtatutorum, & priuilegiorum, etiamſi priuilegia non nominentur; vt aſſerit cum Gamb. Barboſa, *de clauſulis, clauſula* 83. *n.*30.

Secundo Probatur. Quia clauſula derogatoria, qua Pontifex vtitur in hac bulla ſcilicet, non *obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit prædicto-*
5 *rum Ordinis, & prouinciæ, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, & indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium permiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè & ſuffi cienter, expreſſis, & verbo ad verbum inſertis habentes illis ad permiſſorum effectum expreſſe derogamus cæteriſque contrariis quibuſcunque:* Operatur effectum omnimodæ derogationis omnium legum, & ſtatutorum, etiamſi priuilegia non nominentur, quæ ipſe derogare poteſt, vt docet cum Gloſſa, Barboſa *de clauſulis,clauſula* 83. *num.* 38. Sed ſic eſt quod Papa poterat illi decreto capituli Generalis derogare, vt eſt certum: ergo nullum eſt dubium, qood per illam clauſulam illi derogauit.

Confirmatur: quia per illam clauſulam *non obſtantibus ſtatutis, & ordinationibus prædictorum ordinis & prouinciæ in contrarium permiſſorum quomodolibet conceſſis*, derogat Pontifex omnia
6 ſtatuta impeditiua dictæ gratiæ, vt docet cum Gloſſa, Felino, Moneta, & aliis communiter Barboſa, *de clauſulis, clauſula* 84. *num.* 3. Sed ſic eſt, quod tale decretum eſt impeditiuum iſtius gratiæ;ſiquidem illa eſt quod incipiat nouus Prouincialis à Dominica 3 poſt Paſcha anni 1667. quod fieri non poteſt ſi eius prouiocialis anteceſſor per alium annum durauerit in prouincialatu, vt decretum capituli generalis determinat, ſiquidem non dicitur legis formam ſeruare, qui legis tempus non obſeruat: ergo tale decretum quatenus extendit ad annum officium prouincialis anteceſſoris eſt impeditiuum huius Bullæ; ac per conſequens cenſetur derogatum per illam clauſulam motus proprij.

Nec obſtat quod per iſtam clauſulam genera- 7
lem, *non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus vel ordinationibus Apoſtolicis in contrarium facientibus*, non cenſeatur derogatum ſtatutum particulare, vt cum Rota, Natta, & aliis notat Barboſa, *clauſula* 83. *num.* 16. Reſpondeo namque quod tunc ſolum locum haberet hæc obiectio, quando Papa noo faceret mentionem ſtatutorum, & ordinationum dicti Ordinis; faciendo tamen illam, vt de facto facit, per il-
lam clauſulam non obſtantibus ſtatutis & ordi- 8
nationibus prædicti Ordinis, & prouinciæ in contrarium conceſſis, cenſetur derogatum qualecunque decretum,, & ordinationem, & ſtatutum dicti ordinis, quod in contrarium factum ſit, ſicut quamuis illa clauſula generalis (non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis in contrarium facientibus) non deroget priuilegium conceſſum in conciliis generalibus, vt late probaui in noſtro directorio Regularium, *part.* 1. *tract.* 1. *diſ.* 1, *ſect*...*num.* 84 Et cum multis probat Barboſa, *de*
clauſulis clauſula 82. *num.* 13. Attamen ſi Papa 9
fecerit mentionem talis legis concilij geoeralis per verba æquipollentia, v. g. dicendo non obſtante quauis conſtitutione, ſeu lege in concilio generali condita, derogat tale priuilegium conceſſum in quocunque concilio generali, vt loco citato noſtri directorij probaui, & docet cum
mulris Barboſa, *loco citato*, *num.* 13. Ergo eo- 10
dem modo vt Papa deroget huiuſmodi decretum capituli generalis ſufficit dicere, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus prædictorum ordinis, & Prouinciæ.

Confirmatur 2. quia hic non datur lex, aut ſtatutum, ſed tantum quædam extenſio gubernij prouincialis, quæ extenſio fuit quidam fauor, & priuilegium Prouinciali præterito con-
ceſſum; ſed ſic eſt quod per illam clauſulam, 11
cæteriſque contrariis quibuſcunque cenſetur tale priuilegium derogatum etiam ſi de illo non fiat mentio expreſſa, vt docet Barboſa, *de clauſulis clauſula* 83. *n.* 38. Ergo,&c. Confirmatur 3. quia quando clauſula, eſt ampliſſima, *non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis ſub quacunque*
forma conceſſis, &c. cenſetur derogatum etiam 12
priuilegium in corpore juris inſertum, etiamſi de eo non fiat expreſſa mentio, vt cum aliis docet Pelizarius, *tract.* 8. *cap.* 1. *n.* 98. Sed ſic eſt quod hoc noſtrum priuilegium ampliſſimis clauſulis eſt conceſſum, vt patet ex illis verbis, *non obſtantibus Apoſtolicis, necnon prædictiorum ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque in contrarium permiſſorum quomodolibet conceſſis*: Ergo per talem claoſulam cenſetur derogatum illud decretum, & ordinatio capituli generalis, per quod prorogatum fuit officium prouincialis præteriti ad annum.

Confirmatur tandem, ſiquidem Motus pro-
prius ſignat tempus, à quo debet incipere nouus 13
prouincialis,ſcilicet à tertia Dominica poſt Paſcha anni 1667. Sed ſic eſt quod qui legis tempus non obſeruat non dicitur formam legis obſeruare, *L. obſeruare.* §. *poſt hæc ff. de offic. Proconſul.* vt cum Rebuffo, Cardoſo, Barboſa, *in axiomatibus iuris axioma*, 219. Ergo cum tale decretum capituli generalis impediat quod tempus, quod determinat

motus

motus proprius obſervetur, ſi quidem extendir gubernium Prouincialis præteriti ad annum, ſequitur quod tanquam impeditiuum huius motus proprij Pontificis maneat omnino abrogatum; ac per conſequens vt hic motus proprius obſeruetur neceſſe eſt quod incipiat nouus Prouincialis à tertia Dominica poſt Paſcha: ergo per talem motum proprium cenſetur derogata ordinatio extendens officium Prouincialis præteriti ad annum. Et ita in facti contingentia in inſigni illa Religione fuit practicatum anno Domini 1667.

CONSVLTVM II.

De intelligentia alterius motus proprij *Papæ.*

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Dictio.* omnium, *quem effectum habeat.*
3 *Hæc dictio* omnium; *nullam admittit reſtrictionem.*
4 *Idem operatur, ac ſi de ſingulis eſſet facta ſpecialis expreſſio.*
5 *Complectitur ea, quæ aliàs non includerentur.*
6 *Prolata ab homine nullam reſtrictionem recipit.*
7 *Non ſolum extenditur ad præterita, ſed etiam ad futura.*
8 *Comprehendit futura quæ aliàs non venirent, quando per talem clauſulam confertur titulus inſtitutionis.*
9 *In extenſione huius dictionis debent attendi voluntas mandantis, & verba diſpoſitionis.*
10 *Diſpoſitio indefinita comprehendit futurum.*
11 *Quando Papa alicui concedit collationem omnium beneficiorum vnius ciuitatis continentur, non ſolum beneficia creata tempore conceſſionis, ſed etiam quæ in poſterum erigentur.*
12 *Verba generalia & indefinita prolata ab eo, qui aliquid excipere potuit, & non excepit, accipiuntur in lata verborum ſignificatione.*
13 *Priuilegium per quod conſuetudini derogatur eſt fauorabile, & recipit latiſſimam interpretationem.*
14 *In omnibus diſpoſitionibus finis attendendus eſt vt contrarium non operetur.*
15 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
16 *Per clauſulam* non obſtantibus conſuetudinibus in contrarium facientibus *non tollitur conſuetudo immemorialis.*
17 *Quid ſi finis & ratio quam Pontifex habuit ſit idem in conſuetudine memoriali & immemoriali.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN quadam Religione eſt quædam antiqua conſuetudo per quam fiunt in definitorio in Capitulo Prouinciali omnes priores conuentuum in quibus pauci habitant religioſi exceptis ſeptem aut octo conuentibus maioribus quorum priores fiunt in capitulo conuentuali ipſorum conuentuum: & hi non fiunt in capitulo prouinciali neque in definitorio, ſed tantum confirmantur à prouinciali. His ſuppoſitis Summus Pontifex de aliquibus inconuenientibus quæ in his electionibus accidebant informatus, ex *motu proprio*, & ex certa ſcientia nominauit & elegit Prouincialem dictæ Prouinciæ, & definitores ipſius, & præcepit quòd Prouincialis à ſe electus cum quatuor à ſe etiam electis definitoribus, & aliis duobus aſſiſtentibus à ſe ipſo etiam nominatis, eligerent omnes priores, & officiales dictæ Prouinciæ Luſitanæ: verba *motus proprij* ſunt ſequentia.

Qui (loquitur de definitoribus) *coniunctim cum dicto priore Prouinciali, ac dilectis pariter filiis N & N. Ordinis & Prouinciæ huiuſmodi Profeſſoribus, in Sacra Theologia Magiſtris, ad electionem omnium priorum & aliorum officialium dictæ Prouinciæ procedere debeant, &c. tenore præſentium conſtituimus, & deputamus.* Et ſtatim reuocat omnes conſuetudines & leges quæ fortè in contrarium fuiſſent in dicta Prouincia per hæc verba: *Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit, prædictorum Ordinis, & Prouinciæ, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, in contrarium permiſſarum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & à verba ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad permiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque* His ſuppoſitis,

Quæritur, An dicto Prouinciali & definitoribus cum duobus aſſiſtentibus pertineat non ſolum eligere priores conuentuum paucorum Religioſorum, & conuentuum multorum Religioſorum, qui tempore Capituli fuerint ſine prælato, vt mos eſt apud illos; ſed etiam Priores illorum conuentuum magnorum, qui poſtea vacauerint, quorum Priores ex antiqua prouinciæ conſuetudine in Capitulo conuentuali eligebantur.

RESPONSIO AVTHORIS.

REſpondi Pontificem non ſolùm committere Prouinciali & definitoribus cæteriſque adiunctis electionem Priorum Conuentuum paucorum Religioſorum, & magnorum conuentuum, qui tempore Capituli Prouincialis ſuis prioribus orbati fuerint, ſed etiam electionem Priorum illorum magnorum Conuentuum qui tempore ſequenti poſt Capitulum Prouinciale vacauerint. 1
Ratio fundamentalis eſt quia illa clauſula, *om-* 2
nium priorum, nullum excludit. *l. Iulianus*, & *l.*
Teſtatorem in princip. ff. *de leg.* 3. Et *l. in hoc ar-*
ticulo, ff. *de hered. inſtituendis*, & *l. pediculis* §.
labea, ff. *de auro, & argento*, & cum multis Do-
ctoribus probat Barboſa, *de dictionibus dictione*
241. *num.* 1. Tum quia iſta dictio, *omnium priorum*
nullam admittit reſtrictionem. Rota apud eumdem 3
Barboſam *ibi.* Tum quia illa dictio, *omnium prio-*
rum, idem operatur ac ſi de ſingulis eſſet facta 4
ſpecialis exceptio, vt decidit Rota *deciſione* 4.17.
n. 1. & 2. *p.* 2. Et cum Farinatio, & aliis late pro-
bat Barboſa, *de dictionibus. dictione* 241. *n.* 2. Tum 5
quia hæc dictio, *omnium*, propter ſuam generalitatem complectitur ea, quæ alias non includerentur, vt cum Bartolo, Natta, Surdo, & aliis probat

Barboſa *ſuprà,n.3.* Eſt enim adeò vniuerſalis, vt
prolata ab homine nullam reſtrictionem recipiat
ſecundum Bartolum, *in dicta leg.generali §.vxo-
ri*, Ruin. *conſil.* 61.*n.* 1. *volum.* 5. Rolandus,*con-
ſil.* 27. *num.*12 & *conſil.* 76. *num.* 46. Sed ſic eſt
quod in præſenti eſt probata ab homine: ergo
nullam reſtrictionem recipit.

Et quòd hæc clauſula, *omnium Priorum*, com-
prehendat non ſolum priores qui de præſenti
tempore Definitorij, & Capituli Prouincialis va-
cauerint; ſed etiam per totum triennium poſtea
vacauerint, probatur. Quia hæc dictio, *omnium*,
non ſolùm extenditur ad præſentia, ſed etiam ad
7 futura, vt deducitur ex *l. nam quod* 14.*§.vult cum
ſequentibus ff. de auro, & argento*, Bero. *quæſt.*30.
*num.*5. Menochius *de præſumptionibus lib.*4. *præ-
ſumpt.*127. *num* 20. Et quod comprehendat, quæ
alias non venirent, dicunt Abbas *in cap. fin. ne
8 clerici, vel monachi*. Surdus, *conſil.* 73. *n.* 63. Et
quando per talem clauſulam confertur titulus in-
ſtitutionis tenet cum multis Barboſa, *de dictioni-
bus. dictione* 142. Sed ſic eſt quòd hic confertur
titulus inſtitutionis per illam clauſulam, *ad ele-
ctionem omnium priorum dicta Prouincia procedere
debeant*, per quam clauſulam conſtituit Papa præ-
dictos patres electores omnium priorum: ergo
talis clauſula non ſolùm extendenda eſt ad Prio-
res, qui tempore Capituli Prouincialis vacaue-
runt. Sed etiam ad illos, qui pro ſequenti tem-
pore poſt dictum Capitulum vacauerint.

Confirmatur. 1. quia, vt optime dicit Barboſa
9 *ſupra,n* 13. *&* 17. Vt cognoſcatur extenſio hu-
ius dictionis, *omnium*, attendenda eſt voluntas
mandantis & verba diſpoſitionis, an habeant
aliquod verbum quod eam reſtringat; Atqui in
hac diſpoſitione non inuenitur verbum quod ali-
quo modo reſtringat vniuerſalitatem illius ad
ſolos Priores, qui in præſenti vacauerint; imò
diſpoſitio loquitur indefinitè, & indeterminatè,
& quaſi de futuro, *ad electionem omnium priorum,
procedere debeant*. Ergo non debet extendi ad
ſolos Priores, qui in præſenti vacauerint, ſed ad
illos qui in futurum vacauerint. Confirmatur 2.
10 quia diſpoſitio indefinita ſine adiectione præte-
riti, aut præſentis temporis comprehendit futu-
rum, vt cum communi ſententia bene probat
Barboſa *in collectaneis Doctorum in librum* 5.*De-
cretalium de priuilegiis tit.* 33. *num.* 8. Sed ſic eſt
quòd diſpoſitio huius Motus proprij eſt indefi-
nita, *omnium priorum*; ergo non ſolùm compre-
hendit priores qui de præſenti vacauerint, ſed &
illos, qui de futuro vacauerint.

11 Confirmatur 3. quia quando Papa alicui con-
cedit collationem omnium beneficiorum vnius
Ciuitatis, aut princeps concedit donationem om-
nium officiorum vnius ciuitatis, comprehendun-
tur in his conceſſionibus non ſolùm officia, &
beneficia creata tempore conceſſionis, ſed etiam
illa, quæ in futurum creabuntur; vt docet cum
Innocentio, Couar. Cabedo, Valaſco, Bartolo, &
aliis multis Barboſa *in collectaneis Doctorum in li-
brum* 5. *Decretalium de priuilegiis tit.* 33. *num.* 16.
Sed ſic eſt, quòd hic Pontifex concedit electio-
nem omnium Priorum dicto Definitorio; ergo ta-
lis conceſſio non ſolùm extendenda eſt ad prio-
ratus qui de præſenti vacui fuerint pro tempore
Capituli, ſed etiam ad eos qui poſtea de futuro
vacauerint. Patet conſequentia, quia ſi talis con-
ceſſio extendenda eſt ad prioratus qui poſt illam
creati de nouo fuerint vt dicit Barboſa multo ma-
gis ad prioratus iam creatos, & qui poſtea in futu-
rum vacauerint, extendenda eſt.

Confirmatur 4. quia quando verba generaliter, 12
& indefinitè proferuntur ab eo, qui aliquid ex-
cipere potuit, & non excepit omnia, venire intel-
liguntur, quæ venire poſſunt, & continentur in
lata verborum ſignificatione, vt patet ex *cap. quia
circa* 22. *cap. ad audientiam*, & *ex l. veteribus*
40.*ff. de pactis.*, vt late cum aliis probat Barboſa
in collectaneis Doctorum in librum 5.*Decretalium
de priuilegiis tit.* 33.*n.*5. Sed ſic eſt quod hic ver-
bà generaliter, & indefinitè proferuntur à Papa,
qui poterat aliquid excipere, & non excepit, vt
patet ex illis verbis, *omnium priorum*; ergo in hac
conceſſione comprehenduntur electiones om-
nium priorum quæ continentur in lata verborum
ſignificatione; ſed in hac lata verborum ſignifi-
catione non ſolum continetur electio priorum,
qui in præſenti vacant. Sed etiam qui de futu-
ro vacauerint; ergo omnes illi comprehenduntur
in hac Pontificis conceſſione.

Confirmatur 5. quia priuilegium per quod con- 13
ſuetudini derogatur, eſt fauorabile, & recipit la-
tiſſimam interpretationem, vt patet *ex textu in
l. ſi vnus in fine principij.ff. de pactis*, & cum Gu-
tierres, Sanchez, Butr. Abbate, & aliis late pro-
bat Barboſa *in collectaneis Doctorum in lib.*5.*De-
cretalium de priuilegiis, tit.*33. *cap.* 7. *n.*13. Sed
ſic eſt, quod per hunc motum proprium, & priui-
legium conceſſum dicto definitorio derogatur
conſuetudini, vt patet ex illis verbis, (non obſtan-
tibus conſtitutionibus, & conſuetudinibus, &
priuilegiis, quibus ſpecialiter, & expreſſe deroga-
mus;) ergo tale priuilegium ampliſſime eſt inter-
pretandum; ergo non ſolum debet extendi ad
priores qui de præſenti vacauerint, ſed ad illos,
qui in futurum vacauerint aliàs ſtricte & non la-
tiſſimè interpretabitur.

Secundo probatur. Quia in omnibus diſpoſi- 14
tionibus quæ factæ ſunt ad aliquem finem, finis
ſpectandus eſt, vt contrarium non operetur, vt pa-
et *ex l. diximus, ff. de excuſat. tutor.* & cum Ti-
raquell. Mari. Gicuba, & aliis probat Barboſa *in
axiomatibus iuris, axiom.* 99.*n.*5. Sed ſic eſt quod
finis, quem Pontifex habuit in hac diſpoſitione
fuit vtilitas ſpiritualis & temporalis huius pro-
uinciæ, pax Religioſorum, vt conſtat *ex proœmio*
ipſius Bullæ; ergo non ſolum debet extendi hæc
conceſſio ad priores qui actu vacauerint tempore
Capituli prouincialis, ſed etiam ad eos, qui poſtea
vacauerint. Patet conſequentia, quia alias finis in-
tentus à Papa, qui eſt vtilitas ſpiritualis, & tem-
poralis, & pax monaſteriorum non conſequere-
tur in maiori parte Prouinciæ, & in principaliori-
bus monaſteriis, ſiquidem, ſi in illis fierent electio-
nes Priorum, nec fierent cum pace, nec poneren-
tur perſonæ idoneæ ad vtilitatem ſpiritualem, &
temporalem conuentuum, quod eſt finis intentus
à Papa in hoc motu proprio, ergo vt hic finis ob-
tineatur, qui eſt motiuus bullæ Pontificiæ, omnes
priores eligendi ſunt in Definitorio; quæ ratio
meo videri, per ſe ſola ſufficiens erat ad proban-
dum intentum; ſecluſa aliqua ſpeciali paſſione,

Nec obſtat conſuetudo quæ datur in hac Pro-
uincia, ſcilicet quòd priores magnorum conuen- 15
tuum eligantur à Capitulo Conuentuali cuiuſli-
bet Conuentus; Quia id eſt quod Pontifex hac
vice vult tollere hoc Motu proprio, vt etiam

abſtulit

abſtulit à Capitulo Provinciali poteſtatem eligendi pro hac vice Provincialem, & Definitores ad conſequendum finem intentum in hoc motu proprio, qui eſt vtilitas ſpiritualis, & temporalis huius Prouinciæ, pax & concordia electionum, quod fecit derogando omnibus legibus, & conſtitutionibus, & conſuetudinibus huius Prouinciæ, vt conſtat ex illis verbis ipſius Bullæ: *Nec non quatenus opus ſit prædictorum ordinis, & Prouinciæ ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, & indultis, quibus expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis, quibuſcunque.* Per quam clauſulam operatur effectum omnimodæ derogationis omnium legum, & conſuetudinum, etiam ſi eas non expreſſerit, vt docet cum Gamb. Barboſa, *de clauſulis, clauſula* 83. *n.*38. & *clauſula* 87. *n.*3.

Nec obſtat quòd hæc conſuetudo eligendi priores in magnis conventibus ſit immemorialis, & per clauſulam non obſtantibus conſuetudinibus in contrarium facientibus non tollitur conſuetudo immemorialis, niſi de ea fiat ſpecialis mentio, vt cum multis probat Barboſa *de clauſulis, clauſula* 87. *n.* 8. Nam huic objectioni reſpondetur quod dato quòd hæc conſuetudo ſit immemorialis, (de quo dubito,) adhuc per hanc clauſulam cenſetur derogata, ſiquidem doctrina Barboſæ intelligenda eſt quando finis & ratio, quam Pontifex habuit ad derogandum conſuetudini non eſt idem in conſuetudine immemoriali quam memoriali, vt idemmet explicat Barboſa, *clauſula* 87. *n.*8. *iuxta finem*,
7 & cum Couar. tradit Gonçales, *ad reg.* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 33. *num.* 2. Garcia, *de Beneficiis p.*3. *cap.*1. *n.*190. *in fine.* Sed ſic eſt, quod ratio motiua, & finis, quem Pontifex habuit ad derogandum huic conſuetudini eſt idem in conſuetudine immemoriali, ac memoriali, qui eſt vtilitas ſpiritualis, & temporalis, pax, & vnio religioſorum; quæ omnia his temporibus diminuta in hac religione inueniuntur; ergo per hanc clauſulam, *quæcunque conſuetudo, etiam immemorialis in contrarium*, cenſetur derogata. Et ſic in facti contingentia cum omnium laude factum fuit Vliſſipone anno Domini 1667.

CONSVLTVM III.

De nominatione cuiuſdam Emphyteuſis.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *In Emphyteuſi conceſſa pro maſculis, & fœminis ſuccedit ab inteſtato fœmina ſenior, & præfertur fratri iuniori.*
3 *Quando emphyteuſis conceditur pro maſculis, & fœminis fœminæ æqualiter ſunt vocatæ cum maſculis.*
4 *Quid ſi emphyteuſis conceſſa ſit pro eo qui nominabitur.*
5 *Quomodo ſit intelligenda noſtra ordinatio Luſitana* lib.4.tit.62.§.3.
6 *Secunda diſpoſitio in inſtitutione emphyteuſis intelligenda eſt iuxta formam prioris.*
7 *Emphyteuſis in hoc caſu non eſt diuidenda.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVÆDAM Emphyteuſis Eccleſiaſtica data fuit per tres vitas: prima cuidam fœminæ, & ſecunda eius marito, & quod ſecunda vita poſſet nominare filium, vel filiam, qui ex vtroque naſceretur, & deficientibus filiis nominaſſet conſanguineum propinquiorem eiuſdem lineæ vxoris. Accidit autem quòd vterque mortuus ſit ſine liberis, & ſolum remanſerunt vnus frater & vna ſoror prædictæ vxoris, quorum ſoror antiquior erat fratre.

Quæritur, An in hoc caſu debeat ſuccedere in emphyteuſi frater minor ætate, an ſoror maior ætate, vel an inter illos ſit emphyteuſis dividenda.

RESPONSIO AVTHORIS.

Reſpondi in hac emphyteuſi ſuccedere ſororem ſeniorem excludendo fratrem minorem: 2
ita cum multis Caldas *lib.*2. *ordin. lib.*44. *tit.*62. §.3. *q.*14. *n.*6. Ratio eſt, quia quando emphyteuſis conceſſa eſt pro maſculis, & fœminis fœminæ
æqualiter ſunt vocatæ cum maſculis: ergo non eſt 3
ratio ad hoc vt maſculi minores in ætate præcedant ab inteſtato fœminis antiquioribus. Ita etiam Corn. *lib.*3. *conſil.*27. *n.*2. Quapropter noſtra Or-
dinatio Luſitana *lib.*4. *tit.*62. §.3. Quando dicit, 4
quod maſculus minor in ætate præcedat in bonis vinculatis ſorori maiori in ætate, intelligitur in
caſu, de quo loquitur, hoc eſt quando emphyteuſis 5
conceſſa eſt pro eo qui nominabitur, & non quando eſt conceſſa pro maſculis & fœminis.

Nec obſtat quòd inſtitutio emphyteuſis in ſecunda diſpoſitione vocet conſanguineum propinquiorem, in quibus terminis videtur dicendum quod ſuccedat frater minor, & non ſoror ſenior.
Nam huic objectioni Reſpondetur ſecundam diſ- 6
poſitionem emphyteuſis intelligendam eſſe iuxta formam prioris, hoc eſt quod nominaret conſanguineum propinquiorem maſculum, vel fœminam, quapropter cum filia ſit ſenior debet præferri fratri iuniori ex his quæ notat ex multis textibus, & Doctoribus, Cald. *lib.*1. *q.*17. *n.*6. *& ſequ.* vbi plura ad intentum quæ non placet tranſcribere.

Ad id autem quod vltimo loco quæritur, an 7
in hoc caſu emphyteuſis ſit inter hos duos fratres diuidenda? Reſpondeo negatiue ita cum Valaſco Caldas, *lib.*1. *q.*17. *n.*7. & patet ex ordinatione Luſitana *lib.*4. *tit.*77. §. *penultimo.*

CONSVLTVM IV.

De venditione cuiuſdam Emphyteuſis.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ad certas vitas præſcribitur per quadraginta annos bona fide, & quomodo id intelligendum ſit?*
3 *Ignorantia iuris ſufficit ad præſcribendum.*
4 *Mala fides non præſumitur niſi oſtendatur.*
5 *Nemo præſumitur malus niſi probetur.*
6 *Ad præſcribendum contra Eccleſiam requiruntur quadraginta anni.*
7 *Qui emphyteuſim ad vitas præſcripſit validè poteſt eam vendere & quando id intelligendum ſit.*
8 *Emptor non tenetur à proprietario accipere emphyteuſim ad certas vitas poteſt ſe ei opponere ſi velit.*
9 *Emphyteuta non poteſt contra Dominum præſcribere proprietatem.*

10 *Emphyteuta licèt non poſſit contra Dominum præſcribere proprietatem; poteſt tamen præſcribere vſumfructum.*

PONITVR CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVAEDAM fœmina, quæ erat vltima vita cujuſdam emphyteuſis Eccleſiaſticæ, reliquit filiæ ſuæ hanc emphyteuſim, exiſtimans eſſe perpetuam, cum ſola obligatione cujuſdam penſionis, quæ in Luſitania dicitur *foro*: Accepit ab ea filia emphyteuſim, & ſine vlla nominatione poſſedit eã, ex titulo quod eſſet emphyteuſis perpetua cum ſola obligatione dictæ penſionis per ſpatium quadraginta annorum. Succeſſit autem quod cum mulier iſta eſſet in hac bona fide de licentia Monaſterij, quod etiam ignorabat proprietatem illam eſſe emphyteuſim ad certas vitas, eam vendidit cuidam homini dicens eſſe emphyteuſim perpetuam cum ſola obligatione illius penſionis, quæ dicitur *foro*; Accidit autem quod poſt venditionem illius emphyteuſis repertum fuit teſtamentum inſtitutoris, & inuentum eſt quod talis proprietas eſſet emphyteuſis nominationis ad tres vitas, & quod vitæ erant finitæ & quod hæc vltima mulier, quæ eam poſſedit, & vendidit carebat inueſtitura, & nominatione,

Quæritur an mulier illa accipiens prædictam emphyteuſin à matre ſua, & procedens bona fide per ſpatium quadraginta annorum exiſtimans eſſe emphyteuſim perpetuam, cum ſola obligatione illius penſionis præſcripſerit contra Eccleſiam emphyteuſim, ita vt ſolum illi remaneat obligatio ſoluendi penſionem annuam monaſterio? Et an venditio fuiſſet bona? Et an emptor poſſit continuare præſcriptionem contra monaſterium ſoluendo tantum illi penſionem? An verò teneatur à Monaſterio inueſtiri per vitas in hac emphyteuſi, iuxta illius inſtitutionem.

REPONSIO AVTHORIS.

2 RESpondi ad primum quæſitum, quod cum mulier illa acceperit hanc proprietatem à matre ſua titulo hæreditario tanquam emphyteuſim perpetuam, cum ſola illa penſione, & per quadraginta annos in hac bona fide ſine nominatione illam poſſederit, præſcripſit contra Eccleſiam, & per hanc præſcriptionem facit, vt iam emphyteuſis illa amplius non ſit ad certas vitas ſed perpetua cum ſola illa penſione. Ita expreſsè Vaſcus, Molina, & alij quos refert, & ſequitur Caſtro Palaus, *de iuſtitia d.* 50. *p.* 4. *n.* 5.

Ratio eſt, quia ſufficit titulus donationis ab eo, qui putabat rem ad eum eo titulo pertinere; ad præſcribendum, vt cum multis docet Lugo, *de iuſtitia*, *d.* 7. *n.* 15. Sed hæc mulier per quadraginta annos poſſedit hanc proprietatem, ſeu emphyteuſim titulo donationis à matre ſua, quæ putabat rem ad eam eò titulo pertinere: ergo præſcripſit contra Eccleſiam.

Confirmatur, quia ignorantia iuris ſufficit ad præſcribendum, vt cum aliis docet Lugo, *de iuſtitia*, *d.* 7. *num.* 32. Sed hæc mulier habebat ignorantiam iuris, ſiquidem rem illam poſſedit titulo hæreditario tanquam emphyteuſim perpetuam ignorans eſſe emphyteuſim ad vitas, & illam vendidit cum licentia proprietarij. quæ omnia in hac muliere arguunt ignorantiam iuris, vt bene probat Lugo, *ſuprà num.* 33. Ergo præſcripſit contra Eccleſiam.

Confirmatur 2. Quia mala fides non præſumi- 4
tur niſi oſtendatur, vt probat Molina, *tract.* 2.
d. 75. *num.* 2 Nemo enim præſumitur malus niſi
probetur, vt ex multis iuribus colligit Caramuel
in Theologia fundamentali fundamento, 37. *n.* 886.
folio mihi. 250. Sed huic mulieri, nec oſtendi- 5
tur, nec probatur mala fides: ergo præſumendum
eſt ſemper fuiſſe in bona fide; ergo præ-
ſcripſit contra Eccleſiam. Quod autem deberent 6
tranſire quadraginta anni ad præſcriptionem, eſt
certum, nam contra res Eccleſiæ non præſcribitur,
niſi per ſpatium quadraginta annorum, vt
docet cum multis Molina, *diſt.* 449. *num.* 5. vbi
totam hanc dubitationem valde illuſtrat.

Ad 2. quæſitum Reſpondeo, quod cum hæc
mulier per quadraginta annos poſſederit hanc 7
proprietatem titulo hæreditario, ſine vlla nominatione,
& bona fide tanquam emphyteuſim perpetuam,
valide illam poterat vendere de licentia
proprietarij; & cum emptor talem proprietatem
à venditore bona fide acceperit tanquam emphyteuſim
perpetuam cum ſola illa penſione, recte
continuata fuit præſcriptio, vt cum multis notauit
Lugo, *de iuſtitia*, *de.* 6. *num.* 57. Vnde emptor 8
non tenetur iterum à proprietario accipere emphyteuſim
ad certas vitas poſtquam comparuit 9
teſtamentum, ſiquidem eam præſcripſerat bona
fide contra Eccleſiam. Vnde poteſt ei ſe oppone- 10
re ſi velit; Nam licet emphyteuta non poſſit præſcribere
proprietatem contra dominum, poteſt
præſcribere vſumfructum illius vt cum multis reſoluit
Molina, *tract.* 5. *d.* 620. 4.

CONSVLTVM V.

De cenſu perſonali cum pignore ſeu hypotheca.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Contractus in quo homo per ſuam cedulam ſe obligauit ad ſoluendum certum cenſum, dum non ſoluerit capitale, & ad ſecurationem cenſus dedit pignora argentea in aliquorum ſententia eſt cenſus perſonalis miſtus cum hypotheca.*
3 *Cenſus perſonalis in aliquorum ſententia eſt licitus, ſi qui accipit cenſum eſt perſona negotiatrix.*
4 *In cenſu perſonali miſto cum hypotheca ſtando in prædicta ſententia cenſus cadit ſuper perſonam.*
5 *Si hypotheca pereat non perit cenſus.*
6 *In cenſu reali ſi perit hypotheca perit cenſus.*
7 *Bona maioratus non poſſunt hypothecari, vel oppignorari.*
8 *Si poſſeſſor maioratus bona maioratus hypothecauit, vel oppignorauit ſucceſſor non tenetur ſoluere ob quod ſunt oppignorata.*
9 *In aliquibus caſibus de iure Luſitano tenetur ſucceſſor in maioratu ſoluere debita ſui anteceſſoris.*

10 *Quid*

10 *Qu d dicendam ſit in foro conſcientia?*

11 *Vxor non tenetur ſoluere debita viri ſui ex dote ſua vel arrhis.*

12 *Quando quis rem aliquam liberaliter promiſit in dubio ſtandum eſt intentioni promittentie.*

13 *Ad probandum conſtitutionem cenſus requiritur ſcriptura publica manu notarij facta cum teſtibus, &c.*

14 *Vxor non tenetur ſoluere cenſus perſonales viri ſui, ſi nihil ab eo hæreditauit.*

15 *Mulier qua liberaliter promiſit cenſus, & iura debita viri ſui per cenſum perſonalem ſolum tenetur ſoluere cenſus vſque ad mortem viri.*

16 *Ad ſe obligandum ad ſoluendum iura, & cenſus, etiam poſt mortem viri requirebatur ſcriptura publica ab ea facta.*

17 *Ponitur quadam objectio & ſoluitur.*

18 *illa regula communis quod dum res hypothecata non traditur continuatur ſenſus, intelligitur de cenſu reali, & non perſonali, ſeu miſto cum hypotheca.*

19 *In cenſu perſonali mortua perſona extinguitur cenſus, & hypotheca ſolum remanet ad ſecuritatem capitalis.*

20 *Bona maioratus non poſſunt hypothecari.*

21 *Succeſſor in maioratu non tenetur debita ſoluere ſui anteceſſoris in conſcientia.*

22 *Promiſſio liberalis acceptata tanquam ex iuſtitia eſt nulla.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM homo exoratus petiuit certam quantitatem pecuniæ ab alio viro ſub obligatione cenſus, & ad hoc dedit ei chirographum in quo ſe obligabat ſoluere cenſus annuos dum principale non ſolueret, & ad capitalis ſecuritatem dedit certa pignora aurea, & argentea, è quibus vnum tantum vaſculum erat extra maioratum, alia verò pignora erant propria maioratus; habuit iſte homo hanc pecuniam per aliquot annos, in quibus minime ſoluit cenſus, & tandem mortuus eſt, nullis ſolutis cenſibus, nec principali. Acceſſit creditor ad eius vxorem, & poſtulauit, vt ſolueret debitum viri ſui; fecit illa rationem cum eo & ei promiſit per quandam ſchedulam a ſe obſignatam ſe ſoluturam illi eſſe debita viri ſui, quamuis ad id non tenebatur, eo quod nihil ab eo hæreditaſſet, & eius matrimonium eſſet per arrhas & dotem. Poſt hanc promiſſionem tranſierunt aliqui anni in quibus mulier non ſoluit. Tandem voluit illa ſoluere debita viri ſui, & cum ſolueret iura vſque ad obitum viri ſui, & principale, creditor poſtulavit vt ſolueret, etiam cenſum poſt mortem viri ſui, vſque ad præſens tempus.

Quæritur, 1. An mulier iſta teneatur ſoluere talia iura & cenſus; ſi quidem ipſa nihil à viro ſuo hæreditauit, & eius matrimonium erat per arrhas & dotem. 2. An creditor habeat contra illam actionem non ſolum ad poſtulandum cenſum vſque ad obitum viri ſui, ſed etiam ad ſequentes poſt eius obitum ratione promiſſionis, quam ipſa fecit ſoluendi debita viri ſui. 3. An pignora pertinentia ad maioratum ſint obligata huic debito?

RESPONSIO AVTHORIS PRIMO QVÆSITO.

An mulier iſta teneatur ſoluere talia iura & cenſus, ſiquidem ipſa nihil à viro ſuo hæreditauit, & eius matrimonium erat per arrhas & dotem.

PRo explicatione huius caſus ſuppono primò, 2
hunc contractum fuiſſe quendam cenſum perſonalem cum pignore ſeu hypotheca; ſiquidem in illo ſolum dedit iſte homo ſchedulam quandam, in qua ſe obligabat ſoluere cenſus dum non ſolueret capitale, & ad aſſecurationem capitalis & cenſus, dedit quædam pignora aurea, & argentea, in quibus terminis remanet iſte contractus cenſus perſonalis, miſtus cum hypotheca, vt optime explicat cum communi ſententia Molina *de iuſtitia, tract. 11. d. 38. n. 4.*

Secundo ſuppono cenſum perſonalem in ali- 3
quorum Doctorum ſententia eſſe licitum, vt cum multis tenet Layman, *lib. 3. tract. 4. cap. 18. n. 7.* Quamuis quando perſona, quæ accepit cenſum perſonalem non eſt negotiatrix, talis cenſus factus cum hypotheca ſit vſura palliata, vt docet cum aliis idem Layman *ibi, n. 14.* Quidquid tamen hoc ſit de quo infrà conſulto.... Suppono hunc cenſum factum cum pignoribus & hypotheca in prædicta opinione fuiſſe licitum; ſuppono enim talem hominem fuiſſe negotiatorem, & induſtrium.

Tertiò ſuppono ſtando in prædicta ſententia 4
in cenſu perſonali mixto cum hypotheca, vel pignoribus, obligationem cenſus cadere ſuper perſonam & non ſuper hypothecam: hypotheca
enim ſolum eſt ad ſecuritatem. Vnde quamuis 5
pereat hypotheca non perit cenſus, ſicut quando perit hypotheca in cenſu reali perit cenſus, etiamſi extet perſona, è contra verò in ſenſu perſona-
li, ſi perſona ſuper quam erat conſtitutus cenſus 6
periit, perit cenſus, etiam ſi hypotheca perſeueret, & ſolum remanet hypotheca obligata cenſibus vſque ad mortem perſonæ, & capitale, præcipuè ſi hypotheca tranſit ad alium poſſeſſorem, qui hæres non ſit: ita communiter DD. quos refert, & ſequitur Molina *tract. 2. d. 383. num. 4. 5. & 6. & 7.*

Quarto ſuppono bona maioratus non poſſe
hypothecari vel oppignorari, etſi poſſeſſor illa 7
oppignorauerit, ſucceſſor in maioratu non tenetur ſoluere illud ob quod ſunt oppignorata, ſed
debitum ſoluendum eſt ex bonis propriis debito- 8
ris defuncti ſi extiterint, aliàs pereunt talia debita; ſiquidem maioratus ſolum tenetur ſoluere debita ſui anteceſſoris in certis caſibus quos diſponit noſtra ordinatio, *lib. 4. tit. 111.* vt notauit Fagundez, *in præcepto Decalogi cap. 24. nu. 40.* Et in opinione grauiſſimorum Doctorum, nec
etiam in his caſibus quos diſponit noſtra ordina- 9
tio tenetur ſucceſſor in maioratu in foro conſcientiæ ſoluere debita ſui anteceſſoris, vt docet
Azor, Sanchez, Alciato, Molina, Gamma quos 10
refert & probabile iudicat Fagundes, *ſupra numero 31. & 36.*

Quinto ſuppono vxorem non teneri ſoluere 11
debita contracta à marito, quæcunque illa ſint, ex

ex dote ſua vel arrhis. Ita Sanchez, Rodriguez, Arias, Molina, quos refert & probabile putat Fagundes, *in 4. præcepto Decalogi lib. 4. cap. 9. n. 9. & 10.* Mallet *malleatione* 13. *brattea* 1. Et ſic iudicatum fuit ſæpè ſæpiùs in ſupremo tribunali huius Luſitaniæ Regni, vt teſtatur Molina, *tom. 2. de iuſtitia, d.* 435. Gamma *deciſ.* 366.

12 Sexto ſuppono quod quando quis promittit liberaliter rem aliquam, & eſt dubium, an promiſſio extendatur ad hanc, vel illam rem, eo quod verba promiſſionis eſſent ambigua, promittenti pertinet explicare illud, quod promiſit, vt late cum communi ſententia probat Molina, *tract. 1. de iuſtitia, d.* 268. *n.* 1. Malletus, *malleatione* 66. *brattea*, 3.

13 Septimo ſuppono, quod ad probandam conſtitutionem cenſus non ſufficit quodcumque chirographum, vel ſchedula particularis, etiamſi ſit obſignata; ſed eſt neceſſaria ſcriptura publica manu notarij facta & teſtibus, per quam perſona ſe expreſſe obliget tali cenſui, vt docet cum Maſcardo, Coa Durand Mallet. *malleatione*, 57. *brattea* 31. his ſuppoſitis & prænotatis,

14 Reſpondit primo quæſito prædictam mulierem nullo titulo debuiſſe prædictos cenſus, nec etiam capitale quod ſic probatur. Quia illos non debebat eo quod eſſet vxor illius viri, qui pecuniam illam accepit ad cenſum, ſiquidem illa non fuit hæres viri ſui, & alias non tenebatur ex dote ſua, vel arrhis ſoluere debita viri ſui vt patet ex 5. prænotando: ergo nullo iure tenebatur ſoluere prædicta debita.

RESPONSIO AVTHORIS SECVNDO QVÆSITO.

An creditor habeat contra illam actionem, non ſolum ad poſtulandos cenſus vſque ad obitum viri ſui, ſed etiam ad ſequentes poſt eius mortem ratione promiſſionis quam ipſa fecit ſoluendi debita viri ſui.

REſpondi ſecundo quæſito mulierem illam ratione liberalis promiſſionis ſolum teneri ſoluere capitale, & cenſus vſque ad mortem viri ſui, non verò cenſus ſequentes poſt eius mor-
15 tem. Ratio eſt quia hæc mulier ſolum ſe obligauit ad debita, quæ maritus contraxit, ſed maritus non contraxit debita niſi vſque ad ſuam mortem: nam morte illius extinctus fuit cenſus perſonalis vt patet ex tertio prænotando; ergo ad ſolos redditus vſque ad mortem illius tenetur vxor ratione promiſſionis, non vero ad ſequentes poſt mortem eius: Maior eſt certa, ſiquidem fatetur ſe ſolum voluiſſe obligare ad redditus contractos vſque ad obitum mariti, & non ad redditus ſequentes poſt eius mortem; ſed debemus illi credere quando eſt dubium ex parte rei promiſſæ liberaliter, vt conſtat ex ſexto prænotando: ergo, &c.

16 Tum quia vt teneretur ad redditus futuros poſt eius mortem debebat ſe obligare per ſcripturam publicam in qua id exprimeretur, vt conſtat ex ſeptimo prænotando, quod non fecit, ſiquidem de hoc non oſtenditur publicum inſtrumentum; ſed tantum quædam ſchedula, in qua illa liberaliter promittit ſe ſoluturam debita viri ſui huic creditori, & cum cenſus perſonalis extinguatur morte perſonæ ſuper quam eſt fundatus vt patet ex tertio prænotando, mortuo viro perit cenſus in futurum vt conſtat ex prænotando tertio.

Nec obſtat quod pignora non traderentur 17
mulieri; nam pignora remanſerunt in manu creditoris ad ſecuritatem redituum antecedentium, & capitalis; & non ad vincendum nouos redditus poſt mortem viri; vt conſtat ex eodem prænotando. Vnde doctrina communis, quæ alleuit quod dum res hypothecata non traditur, continuatur cenſus, intelligitur de cenſu reali, in quo dum durat proprietas ſuper quam eſt fundatus, & non ſit realis traditio capitalis conti-
nuatur cenſus, etiamſi perſona quæ cenſum conſtituit moriatur, vt notauit cum communi ſententia Molina *loco citato*. Quòd tamen è contrario dicendum eſt in cenſu perſonali, qui cum fundetur in perſona, mortua perſona, extinguitur cenſus perſonalis, & hypotheca ſolum re- 19
manet ad ſecuritatem capitalis, & redituum antecedentium mortem perſonæ ſuper quam erat fundatus cenſus perſonalis: Et hæc videtur fuiſſe mens hujus mulieris quandò fecit prædictam promiſſionem liberalem dicto creditori, ſiquidem habuit rationem cum illo vſque ad diem mortis viri ſui, & nihil diſpoſuit de cenſibus futuris, ſed tantum illi conſignauit certam pecuniam in ſuis redditibus, tum ad ſolutionem capitalis, tum cenſuum victorum vſque ad obitum viri ſui.

RESPONSIO AVTHORIS TERTIO QVÆSITO.

An pignora pertinentia ad maioratum ſint obligata huic debito?

REſpondi negatiue. Ratio eſt quia ſucceſſor in 20
maioratu non tenetur ſoluere debita ſui anteceſſoris, vt conſtat ex quarto prænotando: ergo cum hæc mulier ſoluerit redditus antecedentes, & principale redemit, ſaltem pignora, quæ pertinebant ad maioratum; & dato quod pignora etiam eſſent obligata iuribus ſequentibus iſtius hominis, hinc ſolum ſequitur quod illud vaſculum, quod non pertinebat ad maioratum maneret huic debito obligatum, non tamen pignora quæ erant ma- 21
joratus. Siquidem ut diximus ſucceſſor in majoratu non tenetur ſoluere debita ſui anteceſſoris: ergo ex ſolo illo vaſculo quod non pertinebat ad majoratum, poterat creditor accipere redditus ſequentes, ſi ad id ſufficerent.

Imo addo, quod ſi creditor quando mulier il- 22
li promiſit ſe ſoluturam debita viri ſui, intellexit quod illa obligabat ſe ad redditus futuros continuando contractum cenſus, & in hoc ſenſu acceptauit promiſſionem, promiſſio fuit nulla, & poteſt mulier illam retractare, & ſoluere illi, tum principale, & redditus antecedentes mortem viri ſui cum ſolo illo vaſculo libero à maioratu. Et ratio eſt quia donatio hæc fuit gratuita, & libera ex parte promittentis, & promiſſarius illam acceptauit tanquam obligatoriam ex iuſtitia redituum futurorum per modum cenſus; ſed

in

in hoc caſu promiſſio fuit nulla vt probat cum communi ſententia Molina, *tract.1.d.170.num.7.* Ergo hæc mulier non tenetur ſtare promiſſioni, & cum alias pignora pertinentia ad maioratus non ſint obligata nec Capitali nec cenſibus antecedentibus vel ſubſequentibus mortem ſui viri ſolum illud vaſculum argenteum quod eſt extra maioratum ad id obligatum erit.

CONSVLTVM VI.

De quodam caſu conſtituto à quodam teſtamentario ex pecunia relicta à teſtatore.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Teſtamentarius non eſt hæres teſtatoris, ſed merus executor teſtamenti.*

3 *Dominium vtile in legatis piis pertinet ad locum pium, cui relicta fuere legata.*

4 *Teſtamentarius habet ius vendendi bona teſtatoris ad exequendum legata.*

5 *Teſtamentarius nullum habet dominium vtile ſuper bonis teſtatoris.*

6 *Teſtamentarius non poteſt pecuniam relictam à teſtatore ad aliquod legatum pium ponere ad cenſum, & facere redditus ſuos.*

7 *Ad efficiendum contractum cenſus requiritur dominium ſuper pecuniam ex parte dantis pecuniam ad cenſum.*

8 *Teſtamentarius in foro exteriori tenetur infra ſex menſes exequi voluntatem teſtatoris.*

9 *Teſtamentarius in foro conſcientiæ tenetur exequi voluntatem teſtatoris quam primum potuerit.*

10 *Teſtamentarius, qui quam primum potuerit vel ſaltem intra ſex menſes non exequitur teſtamentum, ſi poteſt peccat mortaliter contra iuſtitiam, & charitatem.*

11 *Si teſtamentarius vtatur pecunia teſtatoris tempore quo non poteſt exequi teſtamentum ſi tantumdem habeat in promptu ad exequendum quod præcipit teſtator caſu quo pro eo tempore contingat poſſe exequi teſtamentum facit redditus annuos dicta pecunia ſuos.*

12 *Depoſitarius ſi tantundem habeat in promptu ad ſoluendum deponenti poteſt negotiari pecunia depoſita.*

13 *Secus dicendum, ſi non habeat tantundem in promptu.*

CASVS SIVE FACTI, SPECIES.

QVIDAM homo per mortem ſuam reliquit certam pecuniam & certos quoſdam cenſus, & diſpoſuit ſuo teſtamentario, vt reciperet capitale cenſuum, & ſimul cum hac pecunia emeret agros, & res immobiles fructiferas, ad hoc vt ex redditibus illarum tot miſſæ pro anima illius quotannis celebrarentur.

Quæritur primo, An iſte teſtamentarius poſſit pecuniam illam extantem poſt mortem teſtatoris dare ad cenſum, accipiens ſuper ſe periculum ſortis? Secundo: An in caſu quo pecuniam illam ad cenſui ſupponat faciat cenſus, & redditus ſuos etiam ſi talis teſtamentarius non habeat vnde ſoluat capitale, in caſu quo pereat. 3 An teneatur ſtatim diſtractare cenſum, & emere res fructiferas ad conſtituendam capellam miſſarum pro teſtatore defuncto.

REPONSIO AVTHORIS.

SVppono teſtamentarium non eſſe hæredem 2
teſtatoris, ſed merum executorem teſtamenti.
Nam quamvis aliqui dicere ſoliti fuere teſtamen-
tarium eſſe veluti hæredem quoad legata pia, vt ita
Phœbus, *in Deciſionibus deciſione, q.5.* Valaſco,
conſult.68.n.4. & alij, hæc non intelligitur, quo ad
dominium vtile, nam hoc pertinet ad Eccleſiam 3
in legatis piis, vt ait idem Valaſcus *ſupra*, vbi alios
refert, ſed ſolum quoad diſpoſitionem legati; vn-
de ad hunc finem, poteſt vendere, dare, & com- 4
mutare, vt ait Lugo, *de iuſtitia, d.24. n.16.* Ex
quibus infertur teſtamentarium nullum habere
dominium vtile ſuper bonis teſtatoris; nam hoc
dominium fundatur in aliquo iure, & teſtamen- 5
tarius nullum ius habet ſuper bonis teſtatoris, ſed
tantum habet ius ad vendendum, & alienandum
bona illa ad exequenda legata relicta à teſtatore,
in quo conueniunt communiter Doctores.

Ex hac communi ſententia Doctorum ſequitur 6
reſolutio prædictorum caſuum, ſcilicet Teſtamen-
tarium abſolute loquendo non poſſe ponere pe-
cuniam illam ad cenſum, & facere redditus ſuos.
Et ratio eſt, quia ad efficiendum contractum cen- 7
ſus requiritur dominium vtile ſuper pecuniam ex
parte dantis pecuniam ad cenſum; ſed teſtamen-
tarius nullum habet dominium vtile ſuper talem
pecuniam, vt manet probatum: ergo non poteſt
illam ponere ad cenſum. Confirmatur quia Te-
ſtamentarius non poteſt aliquid diſponere contra
teſtatoris voluntatem, vt cum Molina, & Sanchez,
ait Lugo loco citato; ſed teſtator præcipit, vt pe-
cunia quæ cenſui erat ſubiecta extraheretur, & in
rebus radicibus expenderetur: ergo nullo modo
voluit, quod pecunia, quæ erat in ſuo eſſe ad cen-
ſum de nouo imponeretur.

Confirmatur 2. Quia teſtamentarius tenetur in 8
foro externo infra ſex menſes exequi voluntatem
teſtatoris, & hoc ſub pœna amittendi officium te-
ſtamentarij, vt docet cum Syluestro, Tabiena, An-
gel. Navar. & aliis Sanchez, *in conſiliis, lib 4.c.1. dub.51.* Lugo, *vbi ſuprà*, imo in foro conſcientiæ 9
tenetur exequi teſtamentum quam primum po-
tuerit vt docet Villalobos, in manuali Confeſſo-
rum, *c.7.* Carrillo, Valeros, Navar. & alij quos re-
fert Sanchez *ſuprà*: Ergo nullo modo poteſt vti
pecunia teſtatoris conſtituendo illam ad cenſum,
ſiquidem iam non exequeretur teſtamentum quam
primum, vel ſaltem intra ſex menſes, cum pecunia
conceſſa ad cenſum non poſſit ſaltem per annum
extrahi à contractu cenſuali.

Ex his igitur infertur, quod ſi teſtamentarius 10
non ſtatim quam primum potuit vel ſaltem intra
ſex menſes non emit res illas immobiles cum
prædicta pecunia teſtatoris peccaſſe mortaliter
contra iuſtitiam reſpectu illorum quorum erant
legata, & contra charitatem reſpectu defuncti, ita
cum Syluestro, Molina *de iuſtitia tom.1.d.251.* Fa-
gundes *de iuſtitia, lib.6.cap.4.n.7.* Nec obſtat quod
iſte teſtamentarius accipiat ſuper ſe periculum
ſortis, & non ſuper defunctum. Nam inde non in-
fertur illum habere dominium ſuper talem pecu-

niam, nec facere redditus illius ſuos cum negotietur re non ſua contra voluntatem domini vt cum Rebello notat Villalob. 2 *p. tract. 10. def. 12.*

Aduerte tamen, quod licet teſtator abſolutè
11 loquendo non poſſit vti pecunia teſtatoris. Si tamen detur caſus quod res immobiles non inueniantur quæ emi poſſint vel teſtator iuſſerit quod prædicta pecunia non diſtrahatur in res fructiferas, dum ſenſus non recuperantur, ſi teſtamentarius ſublato dolo pro eo tempore, quo res immobiles procurantur, & quo pecunia cenſualis recuperatur, vtatur, vel negotietur pecunia, quæ eſt in ſuo eſſe, illam ponendo ad cenſum non peccare, & facere fructus illius ſolos, ſi tantundem habeat in promptu ad emendum res immobiles, ſi exeant, vel comparandas res immobiles, ſi cenſus defuncti extrahantur.

Ratio huius reſolutionis eſt, quia depoſitarius,
12 ſi tantundem habeat in promptu ad ſoluendum deponenti, poteſt negotiari pecunia depoſita, vt ait cum Molin. Leſſio. & aliis Lugo, *de iuſtit. in, d. 3. to. 2 ſect. 1. n. 4.* Sed ſic eſt qood in hoc caſu teſtamentarius eſt veluti depoſitarius illius pecuniæ, dum res immobiles, quæ cum illa emantur non inueniuntur, vel non extrahuntur cenſus ad emendas res immobiles: ergo pro illo tempore ſi tan-
13 tundem habeat in promptu poterit tali pecunia negotiari, & facere fructus ſuos. Secus dicendum ſi non habeat tantundem in promptu, nam tunc nec facit fructus ſuos, & tenetur ſtatim diſſoluere contractum cenſualem & emere cum pecunia illius res immobiles ad conſtituendum capellam pro defuncto.

CONSVLTVM VII.

De quodam viſitatore regulari excedente ſuam iuriſdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Viſitator qui excedit terminos ſua commiſſionis nulliter procedit.*
3 *Elapſo termino quod iudex habet ad iudicandum ceſſat eius iuriſdictio.*
4 *Iuriſdictio dependet à lege.*
5 *Viſitator in exercitio ſua iuriſdictionis debet legibus religionis accommodari.*
6 *Antequam aliquem puniat debet eum citare, & audire & dare illi articulos culparum.*
7 *Hoc procedit etiam in cauſis notoriis.*
8 *Carcer ad cuſtodiam non datur niſi ſuſpecto de fuga.*
9 *Reus qui non eſt ſolitus fugere, & alias religionis grauis, non eſt ſuſpectus de fuga.*
10 *Incarcerato ad cuſtodiam non poteſt denegari cõmercium cum aliis religioſis, nec miſſa auditio, & alia qua denegantur veris carceratis.*
11 *Carcer inter regulares eſt grauiſſimum, & irreparabile dedecus.*
12 *Viſitator qui in puniendo aliquo delicto non citauit reum, nec dedit ei defenſionem ſufficientem, nec leges religionis in pradicta punitione obſeruauit, poteſt à reo recuſari vt ſuſpectus.*
13 *Poteſt etiam reus ab eo appellare ad ſuum generalem. & à generali ad ſanctam ſedem.*
14 *Viſitatores ordinarij iuxta Tridentinum non poſſunt recuſari, nec ab eorum ſententia datur appellatio.*
15 *Hoc intelligitur, ſi viſitator non excedit terminos viſitationis paternalis, nec formet proceſſum in ſcriptis.*
16 *Si excedat terminos viſitationis paternalis, vel formet proceſſum in ſcriptis poteſt recuſari, & ab eo appellari, ſi dentur ſufficientes cauſa recuſationis, vel appellationis.*
17 *Quid ſi in aliqua religione detur ſtatutum, quod de iniuſtitiis viſitatorum nemo cognoſcat, niſi congregatio generalis!*
18 *Non obſtanti hoc ſtatuto poteſt reus appellare ab iniuſtitiis viſitatorum ad generalem ex Bulla Clementis VIII. conceſſa huic religioni.*
19 *Tale ſtatutum non excludit generalem, ſed alios pralatos, vel non eſt in vſu.*
20 *Appellatio ab inferiore ad ſuperiorem eſt de iure communi.*
21 *Statutum alicuius religionis non confirmatum à Papa non praualet contra ius commune.*
22 *Viſitator qui excedit terminos ſuos iuriſdictionis incurrit infamiam iuris, & ſuſpenſionem ab officio per vnum annum.*
23 *Si excedit ſuam iuriſdictionem vſurpando iuriſdictionem aliorum pralatorum ſuperiorum, incurrit excommunicationem 17. Bulla Cœna.*
24 *Tenetur etiam ſatisfacere, ſi poſſit omnia damna religioſo contra quem ſine iuriſdictione procedit, & ei ſuam famam reſtituere.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

IN quadam religione peruenerunt viſitatores 1
religionis ad certum conuentum, & fecerunt viſitationem ordinariam, & in fine illius præſes fecit capitulum culparum, in quo finita fuit illius iuriſdictio, iuxta leges huius Religionis, in quibus diſponitur quod poteſtas viſitatorum duret vſque ad capitulum culparum in tali domo: facto igitur culparum capitulu poſt aliquot dies iuſſit viſitator comprehendere abbatem tranſactum illius conuentus, qui actualiter præſidebat cuidam Eccleſiæ ſæculari huius religionis, vt mos eſt apud illos, & illum recluſit in duriſſimo carcere, & illi denegauit, non ſolum commercium cum amicis ſed etiam nec confeſſionem ſacramentalem illi permiſit & cum reus ad illum per quandam petitionem recurriſſet noluit eum audire, dicens illum tantum comprehendiſſe ad cuſtodiam, & ſecuritatem.

Quæritur 1. An viſitator benè proceſſerit. 2. An reus potuerit eum recuſare vt ſuſpectum, & non admiſſa recuſatione. 3. An potuerit ab eo appellare ad generalem, vel ad ſanctam ſedem. 4. An viſitator incurrerit aliquas cenſuras.

RESPONSIO AVTHORIS PRIMO QVÆSITO.

An viſitator bene proceſſerit.

PRimo quæſito reſpondi, viſitatorem nulliter 2
proceſſiſſe. Ratio eſt, quia debet procedere contra reum vſque ad capitulum culparum incluſiue: Ergo quidquid poſtea fecit, fecit ſine iuriſdictione. Patet antecedens ex legibus huius religionis, in quibus ordinatur quod iuriſdictio viſitatorum duret vſque ad capitulum culparum; ſed prædicti viſitatores præceſſerunt contra prædictum reum, tranſacto capitulo culparũ; ergo operati ſunt

tempore

tempore, quo iam carebant iuriſdictione: ita Ca-
millus, Betcelkus, *tom. 1 ſua um dici ...uum 1 aſt:*
41. n. 286. Po tel, *tom. 2 caſu 56 n 3.* Confirma-
tur quia elapſo termino quod iudex habet ad io-
3 dicandum ceſſat iuriſdictio, *cap. cauſarum de off.*
delegat. Barboſa *ad l. 3. in 2. artic. n. 16. ff. de iu-*
riſdict. & ſumitur ex *cap ſi clerici de iudiciis*; Sed
quod iſti viſitatores proceſſerunt contra hunc
reum, iam erat elapſus terminus, quem illi ha-
bebant ad iudicandum; ergo iam ceſſaverat eo-
rum iuriſdictio; ergo vltra procedendo nihil fe-
cerunt, ſiquidem ſine vlla iuriſdictione operati
ſunt.

Imo addo, quod nec in actu viſitationis pote-
rat viſitator priuare dictum Abbatem Eccleſia in
qua erat legitima authoritate ſui ſuperioris con-
4 ſtitutus, nec officio quo fungebatur. Et ratio eſt
quia iuriſdictio pendet a lege; ſed in lege dictæ
religionis & ſtatutum factum in Capitulo gene-
rali anno 1639. in quo decernitur, quod ſi viſi-
tatores inuenerint aliquos defectus abbatum,
qui eo triennio officio Abbatum functi ſunt eos
deferant ad congregationem generalem, vt ibi
puniantur, & priuentur ſuis officiis, & locis in
quibus extiterunt. Ergo viſitatores non poterant
5 priuare hunc abbatem Eccleſia in qua tanquam
parochus conſtitutus erat à ſuperiore, nec eum
comprehendere, ſed ſi eius defectus digni erant
priuatione dictæ Eccleſiæ; & carcerationis, hoc
debebat fieri in congregatione generali.

Imo addo, quod dato quod viſitatores habe-
rent iuriſdictionem ad deponendum abbatem
prædictum Eccleſia in qua erat parochus conſti-
tutus, debebant prius citare, & audire dictum
6 patrem, & dare illi articula culparum, & poſt eius
defenſionem illum iudicare, hoc enim eſt de iure
naturali, vt ait Portel, *in additionibus ad dubia*
regularia verbo citatio rei, n. 36. Quod verum eſt
etiam in caſibus notoriis, vt patet ex *extraua-*
7 *ganti communibus. extrauag. rem nouam*; ergo
cum hæc omnia omiſerint prædicti viſitatores
nulliter proceſſerunt.

Nec obſtat id quod reſpondet viſitator dicens
illum non comprehendiſſe dictum patrem, ſed tan-
tum illum retinere in cuſtodia ne refugeret, dum
eius culpas differebat ad congregationem genera-
lem. Nam contra hoc eſt quod in dicto ſtatuto
dictæ Religionis non præcipitur, quod viſitator
comprehendat abbatem culpatum, ſed quod il-
lius defectus deferat ad congregationem gene-
ralem, vt ibi iudicentur: ergo viſitator illum com-
prehendendo exceſſit ſuam iuriſdictionem; ſi-
quidem ad id non ei dabat lex iuriſdictionem, ſed
tantum ad deferendum eius culpas ad congrega-
tionem generalem.

Confirmatur quia licet viſitator in prima in-
ſtantia poſſet reum culpatum de graui crimine
ad cuſtodiam comprehendere, vt tenent com-
8 muniter DD. id debet intelligi quando reus pro-
babiliter eſt grauiter ſuſpectus de fuga ob atro-
citatem criminis, vt cum multis dixi, *in noſtro*
Directorio regularium p. 3. tract. 4. d. 3. n. 229. Sed
iſte pater non erat rationabiliter ſuſpectus de fu-
ga; ergo nullo modo poterat ad cuſtodiam com-
prehendi. Minor patet, quia ille cenſetur ratio-
nabiliter ſuſpectus de fuga, qui ſolitus eſt fugere,
vel aliquod atrociſſimum commiſit delictum pro-
9 pter quod rationabiliter timeatur eius fuga; at-
qui prædictus pater nunquam à religione fugit,

nec aliquod atrociſſimum delictum commiſit,
imo erat abbas illius conuentus, & fuerat defi-
nitor generalis, & erat ſenex, & religioſus gra-
uiſſimus, de quo crimen nullum graue dicebatur
in religione nec extra, ergo non erat cur viſitator
de illo ſuſpicaretur fugam.

Confirmatur quia viſitator adhuc illi non
oſtenderat ſuas culpas, nec ille ſciebat ob quam
cauſam comprehenderetur; cur ergo de illo talis
ſuſpicio de fuga formanda erat ſi nullum illi cri-
men imputabatur; non ergo viſitator illum ad
cuſtodiam comprehendit, ſed ad carcerationem,
& ad pœnam. Tum quia illi denegauit dicere, & 10
audire miſſam, commercium cum aliis Religio-
ſis, illum miſit ad alterum longiſſimum conuen-
tum cum cuſtodia, quæ omnia illi adduxerunt
grauiſſimam infamiam: carcer enim inter regula-
res eſt grauiſſimum & irreparabile dedecus, vt ait
Rodriguez, *tom. 2. quæſtionum regularium q. 22.* 11
art. . & ego ipſe *in noſtro Directorio Regularium*
tract. 4. p. 3. d. 3. n. 229. Peirinis *de ſubdito qu. 2.*
cap. 15. n. 12. Sed talis modus carcerationis non
poteſt dici carcer ad cuſtodiam, ſed ad pœnam;
ſiquidem carcer ad cuſtodiam ſolum eſt detinere
perſonam ſub claue in carcere, vel loco munito,
ne fugiat, non tamen ſic cuſtoditus poteſt priuari
auditione miſſæ in die feſto; ſi id ſine fugæ pe-
riculo fieri poſſit, nec conuerſatione amicorum;
cum talis reus non ſit vere carceratus. Ergo cum
hæc omnia abſque tali periculo illi denegata fue-
rint, talis comprehenſio non fuit carcer ad cuſto-
diam, ſed verus carcer ad pœnam; ſed viſitator
ſolum ad ſummum poterat reum ſuſpectum de
fuga comprehendere ad cuſtodiam; ergo cum iſte
Religioſus nec eſſet de fuga ſuſpectus, & illum
reipſa vere & realiter incarcerauit, procul dubio
exceſſit ſuam iuriſdictionem.

RESPONSIO AVTHORIS
SECVNDO QVÆSITO.

SEcundo quæſito reſpondi optime potuiſſe
reum in hoc caſu recuſare dictum viſitatorem.
Ratio eſt quia dictus viſitator exceſſit ſuam iuriſ- 12
dictionem, vt ſupra diximus, & euidenti paſſione
contra hunc reum proceſſit; ergo optime poteſt
vt ſuſpectus à Reo recuſari. Antecedens patet,
quia ſi viſitator in ſua viſitatione inuenit iſtum
Abbatem culpatum, debebat formare proceſſum,
& citare, & audire vſque ad ſententiam definiti-
uam excluſiue, & interim ſi erat ſuſpectus de fu-
ga debebat illum ponere in ſimplici cuſtodia, non
denegando ei miſſæ auditionem, nec loquelam
cum aliis religioſis, ſi id ſine periculo fugæ fieri
poterat, nec in aliquo eum in cuſtodia poterat
vexare, vt ſupra diximus, & interim remittere
proceſſum, & rei reſponſiones ad Congregatio-
nem generalem, vt determinant leges huius re-
ligionis, ſed prædictus viſitator formato proceſſu,
reo inaudito, & tranſacto tempore ſuæ iuriſdi-
ctionis illum miſit in duriſſimum carcerem, trans-
ferendo eum de illo conuentu ad alium longiſſi-
mum, manibus pedibuſque ligatis, & cum cu-
ſtodia, cum maxima infamia ipſius religioſi, de-
negando ei miſſæ auditionem, colloquium cum
amicis, & defenſionem naturalem; ergo cum in
omnibus his exceſſerit ſuam iuriſdictionem contra
formam iuris naturalis, & iuris communis, & ſuæ

religionis, & viſitationis paternalis optime puteri vt maxime ſuſpectus à reo recuſari: ita Barb. *de poteſtate Epiſcopi alleg.73. n.38.* vbi plurimos refert.

RESPONSIO AVTHORIS
TERTIO QVÆSITO

An non admiſſa recuſatione, poſſet ab eo appellare ad generalem, vel ad Sanctam Sedem?

TErtio quæſito reſpōdi, quod ſi viſitator recuſatus nolit admittere recuſationē, poteſt reus ab eo ad ſuum generalem licite appellare, & ſi à
13 generali etiam repellatur, poteſt ab eo appellare ad ſanctam ſedem. Et ratio eſt quia licet in Conſilio Tridentino *ſeſſ. 14. de reformatione, cap. 10.* ordinetur, quòd viſitatores ordinarij non recu-
14 ſentur, nec ab eis appelletur etiam ad ſanctam ſedem, hoc intelligitur, quando viſitator non exceſſit terminos viſitationis paternalis, nec formauit proceſſum in ſcriptis, vt cum multis reſoluit Barb. ad Trid. ſuper prædictum textum *n. 11.*
15 & idem determinat Paulus III. *in quadam bulla,* quam refert Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi allegat. 37. n. 38.* Vbi plures refert DD. ſed ſic eſt quod
16 dictus viſitator formauit proceſſum in ſcriptis poſt Capitulum culparum, denegauit reo defenſionem naturalem, detruſit eum in duriſſimum carcerem, eum de vno ad alium conuentum tranſmeauit contra ſtatuta ſuæ religionis, & contra ius commune, & naturale; ergo ab his grauaminibus optime poterat reus appellare ad ſuum generalem, & eum vt ſuſpectum recuſare.

Nec obſtat quod in dicta religione detur ſtatutum quòd de iniuſtitiis viſitatorum nemo cognoſcere poſſit, niſi ſolum congregatio generalis.
17 Nam per hoc non tollitur appellatio ad generalem, vt patet ex Bulla Clementis VIII. conceſſa eidem religioni, & ab ea acceptata, in qua diſ-
18 cernitur, quod à grauaminibus viſitatorum, aliorumque prælatorum, appelletur ad abbatem generalem, & ab ipſo ad capitulum intermedium, & ab iſto ad capitulum generale, quæ conceſſio Pontificia eſt in vſu in dicta Religione; ergo quando
19 ſtatutum ait quod de iniuſtitiis viſitatorum nemo cognoſcat, niſi congregatio generalis; non vult excludere generalem; ſiquidem ad hunc concedit Pontifex appellationem; ſed alios prælatos: vel dicito tale ſtatutum per dictam bullam in eſſe abrogatum.

Tum quia appellatio ab inferiori ad ſuperiorem eſt de iure communi, vt colligitur ex *cap. de priore de appellat. 31. cap. ad Romanum 296.* Et ex *cap. licet de officio de legati; & ex quadam declaratione Cardinalium,* quam refert Marcilia *lib. 4.*
20 *de appellationibus appellatio, 9. tit. 10* Portel, *to. 2. caſu 14. n. 2.* Ego ipſe *in noſtro Directorio tract. 4. d. 3. n. 440.* Sed contra ius commune non poteſt præualere ſtatutum non confirmatum à Papa; er-
21 go optime poterat iſte religioſus à prædictis grauaminibus ei à viſitatore illatis, tum ex bulla Clementis VIII. tum iure communi appellare ad ſuum generalem; & ſi à generali non audiatur ab eo poteſt ad ſanctam ſedem abſque dubio appellare.

CONSVLTVM VII.
RESPONSIO AVTHORIS
QVARTO QVÆSITO.

An viſitator ita procedendo contra dictum reum incurrerit aliquas cenſuras.

QVARTO quæſito reſpondi iſtum viſitatorem ita procedendo contra prædictum religioſum incurriſſe primo infamiam
iuris. Secundo ſuſpenſionem ab officio per vnum 22
annum; quo durante, ſi ſe diuinis immiſcuerit; incurrit irregularitatem. Ratio eſt quia, *cap. 1. de ſententia, & re iudicata,* prædictis pœnis innodantur viſitatores, qui viſitando excedunt terminos ſuæ iuriſdictionis; ſed iſte viſitator exceſſit terminos ſuæ iuriſdictionis, vt in ſuperioribus probatum manet; ergo incurrit pœnas prædicti capitis 1. de ſententia, & re iudicata.

Tertio incurrit iſte viſitator excommunicationem 17. Bullæ Cœnæ. Ratio eſt, quia dicta excommunicatio fertur contra vſurpantes iuriſdi- 23
ctionem quarumcunque perſonarum Eccleſiaſticarum; ſed iſte viſitator vſurpauit iuriſdictionem congregrationis generalis: ergo incurrit prædictam excommunicationem; maior eſt certa; minor patet, quia viſitator detruſit iſtum religioſum in teterrimum carcerem, quod eſt graviſſimum ſupplicium inter regulares, vt ſupra diximus; ſed ſupplicium abbatum præteritorum in criminibus grauibus reſeruatum erat iuxta leges huius religionis congregationi generalis, ut ſupra diximus; ergo viſitator vſurpando hanc iuriſdictionem congregationis generalis incurrit dictam cenſuram: ita cum Gonzales, & aliis Fragoſ. *p. 2. lib. 1. d. 3. §. 17. n. 302.*

Tenetur etiam ſatisfacere, ſi poteſt, omnia 24
damna illata huic religioſo, & ei ſuam famam reſtituere; ſiquidem iniuſte, & ſine iuriſdictione eum vexauit, & diffamauit vt ex ſe patet.

CONSVLTVM VIII.

De reſidentia Vicarij perpetui.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Vicarius perpetuus, & ſi habeat paruum ſtipendium tenetur reſidere.*
3 *Vicarius, qui propter infirmitatem vltra duos menſes bona fide, ſine licentia Epiſcopi abfuit non tenetur de fructibus aliquid reſtituere, ſi coadiutorem reliquit.*
4 *Si reliquit ſubſtitutum, & abſque licentia, & ſine cauſa, & mala fide abfuit vltra duos menſes aliqui dixerunt de iure natura facere fructus ſuos.*
5 *Contraria ſententia communior & certa eſt.*
6 *Aliqui dixerunt ſaltem vicarium non teneri reſtituere ante iudicis ſententiam.*
7 *Contraria ſententia eſt certa, & communior inter Doctores.*

8 *In*

8 *In hac communi ſententia, qua ait teneri reſtituere ante ſententiam iudicis non tenetur reſtituere omnes fructus.*
9 *Solum tenetur reſtituere quintã partẽ fructuum.*
10 *Hac quinta pars non eſt menſuranda pro toto anno, ſed pro decem menſibus.*
11 *Ex hac quinta parte auferendum eſt quod d. dat coadiutori, qui loco illius inſeruiuit Eccleſiæ.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM vicarius perpetuus per aliquod tempus, vltra duos menſes conceſſos à Trid. abfuit à ſua Eccleſia relinquendo in illa curatum, qui ſacramenta parochianis adminiſtraſſet toto tempore ſuæ abſentiæ.

Quæſiuit à me an de iure teneatur reſidere in ſua Eccleſia, & an ob infirmitatem poſſet abeſſe ab Eccleſia ſine Epiſcopi licentia, & in caſu, quo abſque vlla cauſa, & licentia abeſſet ab Eccleſia faceret fructus ſuos.

REPONSIO AVTHORIS.

2 RESpondi Vicarium perpetuum, & ſi paruum ſtipendium habeat teneri reſidere; reſidentia enim omnibus curatis eſt de iure diuino. Ita Lezius, *lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 160. Garcias, Gonzales, Barboſa quos refert, & ſequitur Caſtrò, Palans. *tract.* 13. *d.* 5. *p.* 1. *n.* 6 eſtque communis inter DD.

In caſu tamen quod parochus, vel iſte vicarius infirmetur, ſi infirmitas patitur recurſum ad Epiſcopum pro licentia, ad id tenetur ad non reſidendum vltra duos menſes conceſſos à Tridentino: ita Garcia, *p.* 3. *cap.* 2. *n.* 34. Baſæus in ſupplemento verbo reſidentia, *n.* .., eſtque communis. Quod ſi infirmitas talis ſit, quod non patiatur talem recurſum ad prælatum, eo quod ſit periculum in mora, tunc poteſt licitè diſcedere à loco relicto vicario, & quam primum tenetur certiorem facere Epiſcopum de ſua abſentia, ita cum aliis Garcia, *ſupra, n.* 34. Imo aliqui dicunt etiam ſine licentiá poſſe abeſſe vltra duos menſes conceſſos à Trid. per quindecim dies, eo quod ſit res modica. Ita Vincentius Vingals, in Apolog. pro neceſſaria reſidentia parochorum, *n.* 47. quod tamen negat Paſcaligus, *in deciſionibus variis deciſione,* 473. *n.* 3. Nam cum Trid. iam conceſſerit parochis duos menſes abſentiæ illos reputans paruitatem materiæ; non eſt ampliùs abſentia parochorum extendenda; ſi quidem paruitas materiæ in eodem præcepto non eſt repetenda ita Paſcaligus ibi.

Aduerte tamen, quod ſi iſte vicarius propter
3 ſuam infirmitatem abfuit ab Eccleſia vltra duos menſes bona fide, etiam abſque licentia Epiſcopi, exiſtimans quod ponendo curam in Eccleſia ſatisfaceret ſuæ obligationi, non tenetur aliquid de fructibus reſtituere. Ita expreſſe Garcias. *de beneficus,*
4 *p.* 3. *cap.* 2. *n.* 56. Imo aliqui dicunt, quod ſi parochus abſque vlla cauſa, & mala fide non reſideat, ſi poſuit vicarium in Eccleſia, adhuc facere fructus
5 ſuos de iure naturæ. Ita Cord. Nau. Cou. quos refert Bonac. *de benef. d.* 5. *p.* 2. *n.* 6. ac per conſequens non teneri reſtituere ante iudicis ſententiam, ſi-
6 quidem decretum Trid cum ſit pœnale, ſolum obligat poſt ſententiam declaratoriam iudicis. Ita Nauar. Layman, quos refert Baſæus: *verb. reſidentia, n.* 8.
7 Vaſquius, Caiet. Leſſi. Azor. & alij, quos refert & ſequitur Bauni, *de beneſic. d.* 14. *q.* 3 *lit. D fol. mihi* 461. Contraria tamen ſententia omnino tenenda eſt, eſt enim communis., vt teſtatur Baſæus. *ſup. n.* 8. Nec ratio pro parte contraria aliquid valet, nam illa doctrina intelligitur, niſi aliter in ipſa lege caueatur in Trid. autem cautum eſt; vt non reſidentes hanc pœnam ſubeant ante vllius iudicis ſententiam declaratoriam.

Aduerte tamen quod adhuc ſtando in hac ſen- 8
tentiá non tenetur Parochus reſtituere omnes fructus, vt docet Pocetin. Barb. quos refert, & ſequitur Bonac. *de variis tractatibus, d.* 5. *p.* 4. *n.* 5. & cum Vaſq. Palans *tr.* 13. *d.* 5. *p.* 3. *n.* 4. Bauni. *de beneſic. d.* 14. *q.* 3. *lit. B fol* 461. Sed ſolum tenetur reſtituere quintam partem fructuum. Et ratio eſt, quia Bonac. *t.* 1. *de variis contract. d.* 5. *p.* 4. *n.* 5. aſſerit quod reſti- 9
tuendum eſt id quod correſpondit recitationi horarum canonicarum, quod in opinione Bonacinæ eſt quarta pars, vt ipſe ait, *de horis canonicis d.* 1. *q.* 5. *p.* 3. *n.* 2. Ergo cum in opinione Caſtri Palai, *tr.* 7. *d.* 2. *p.* 7. *n* 9 & Trullenc. *in cruciata lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 3. correſpondeat recitationi quinta pars, hanc ſolum tenetur iſte vicarius reſtituere in opinione Bonac.

Imo hæc quinta pars non eſt numeranda pro to-
to anno, ſed pro decem menſibus, ſiquidem per 10
duos menſes poterat ille abeſſe cum cauſa etiam ſine licentia Epiſcopi Ita Naldus, Nau. Azo. Zech. Garc. & alij, quos refert, & ſequitur Bonac *ſuprà d.* 5. *p.* 4. *n.* 8. Baſæus verb. *reſidentia n.* 9. Imo aliqui dicunt cum cauſa vltra prædictos duos menſes poſſe abeſſe ab Eccleſia abſque licentia Epiſcopi in ſcriptis ſed ore tenus. Ita Villalob. *t.* 2. *diſ.* 18 *tr.* 9. *n.* 4 Fr. Chriſtoph à S. Ioſepho *verbo beneficium, dub.* 16. *n.* 1. alij dicunt ſufficere licentiam Epiſcopi petitam, & non obtentam, Ita cum multis Vidal. *in arca vitali titulo de reſidentia inquiſitione vnica. n.* 22. alij dicunt ſufficere licentiam Epiſcopi præſumptam, & tacitam. Ita cum Barb Suar. in Enchi-
ridio, Vidal. *in arca vitali ſupra, n.* 19. Tandem ad- 11
uerte ex hac quinta parte auferendum eſſe id quod vicarius iſte dedit coadiutori, qui loco illius inſeruiuit Eccleſiæ, quia nullus propriis ſtipendiis militat. Ita Bonac. *ſuprà, d.* 5. *p.* 4. *n.* 10 *prope finem.*

CONSVLTVM IX.

De cenſu perſonali cum hypotheca.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Cenſum perſonalem cum hypotheca in perſona frugifera & negotiatrice aliqui dicũt eſſe licitũ.*
3 *Imo id aliqui etiam admittunt in perſona inutili, & non frugifera de iure natura.*
4 *Hanc opinionem reputo probabilem.*
5 *Cenſus perſonalis cum hypotheca, etiam cum perſona negotiatrice probabilius eſt non licere, etiam ſtando in iure natura.*
6 *Cenſus eſt ius percipiendi annuam penſionẽ ex re vtili & frugifera certa, & deſignata alterius.*
7 *Pignora argentea non ſunt res fructifera.*
8 *In cenſu perſonali nihil emitur, niſi debitum perſonale ad aliquid ſucceſſiuè ſoluendum.*
9 *Cenſus perſonalis cum hypotheca, licèt iure natura eſſet licitus, iure tamẽ canonico eſt illicitus.*
10 *De iure Eccleſiaſtico cenſus debet conſtitui ſuper re immobili, & fructifera.*
11 *Decretum Pij V. de cenſibus eſt receptum in Luſitania.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM homo dedit ducentos aureos ad
cenſum: is, qui talem cenſum recepit hypo-
thecando quædam auri, & argenti vaſcula loco
proprietatis immobilis
Quæritur an prædictus contractus fuerit vſu-
rarius, an vero cenſualis, & licitus?

RESPONSIO AVTHORIS.

2 ALiqui Authores dicunt talem contractum
eſſe cenſum perſonalem cum hypotheca, ſeu
ſecuritate, quem dicunt de iure naturæ eſſe lici-
tum; ſi fiat cum perſona vtili, & frugifera, vel
quæ artem aliquam, vel induſtriam habeat. Ita
Conradus *de contractibus, quæſt.* 74. *&* 75. Maior,
in 4. *diſt.* 15. *quæſt. vltima*, Soto *lib* 6. *quæſt.* 5.
3 *art.* 1. Medina *de vſura quæſt.* 11. Couar. *lib.* 3.
variarum cap. 7. Salon, *art* 3. *controuerſia* 5. Ara-
gonius, 22 *quæſt* 78. *art.* 4. Silecius *ibidem quæſt.* 2.
4 Leſſius. *dub.* 64. Malderus, quem refert, & ſequi-
tur Amicus *d.* 22. *ſect.* 4. Bertrandulot. *tract.* 12.
art. 4. *n* 2. & nos *ſuprà* diximus *caſu* 5. Imo ali-
qui dicunt quod talis contractus initus cum per-
ſona inutili & nuda, non eſt vſurarius iure natu-
ræ, ita Bañes, Ledeſma, quos refert Bertran-
dulot, *ſuprà*, *n.* 2.
Probabiliùs exiſtimo talem contractum, etiam
cum perſona vtili, & frugifera & cum hypo-
5 teca ſecuritatis, non ſolùm ſtando in Motu Pij V.
& aliorum Pontificum, ſed etiam ſtando in ſolo
iure naturæ, eſſe vſurarium. Ita Villalobos 2. *p.*
tr. 23. *diſ.* 9. *n.* 2. Leſſius, *lib.* 2. *cap.* 22. *dub.* 12. *n.*
37. Bauni, *tom.* 3. *quæſt.* 94. *lit. B.* Rebel-
lo, *lib.* 10. *quæſt.* 7. *num.* 3. Emanuel, *de cenſibus*
condict. 2. Suarez, Molina, Gregorius Lopez, Na-
uarra, Phelibertus, Valentia, & alij, quos refert,
& ſequitur Lugo, *de iuſtitia, tom.* 2. *d.* 27 *num.* 25.
Azorius, Bañes, Toletus, Filiutius, Tuſcus, Sa-
lis, quos refert, & ſequitur Bonacina. *tom.* 2. *d* 3.
de contractibus, q. 4 *p. vnico, n.* 5. *&* 13. Vrbanus.
ab Aſcenſione tract. 3. *tit.* 24. *de contract. cap.* 1.
verſu primo. Colligiturque *ex clement. exiui de*
paradiſo §. *cumque anni redditus.*
6 Ratio eſt quia cenſus eſt ius percipiendi an-
nuam penſionem ex re vtili. & frugifera certa,
& deſignata alterius; ſed ſic eſt, quòd pignora
aurea. & argentea, quæ deſignantur, non ſunt
7 fructifera; ergo tale ius eſt fictitium, ac vſura
palliata; ſolùm enim ſuper re fructifera poteſt
dari tale ius; emitur enim ibi pars vſusfructus il-
lius. vt ait Lugo, *iuſtitia*, *diſt.* 27. *ſect.* 2. *n.* 20.
Nec obſtat ſi dicatur, cenſum perſonalem fun-
dari ſuper perſonam fructiferam, & ſolum adhi-
8 beri pignora ad ſecuritatem. Nam contra hoc
eſt, quod in cenſu perſonali, nihil aliud emitur,
quam debitum perſonale ad aliquid ſucceſſiue ſol-
uendum, & ius ad tale debitum exigendum; ſed
tale debitum non minus valet, quam res ipſa, quæ
debetur, v.g. debitum ſoluendi 200. aureos in-
tra decennium, non minùs valet, quàm ipſi 200.
aurei: ergo ſi ſperentur percipiendi 250. aurei,
vel plures, contractus erit iniuſtus, & vſurarius.
9 Quibus addo, quòd licèt talis contractus ini-
tus cum perſona frugifera eſſet de iure naturæ li-
citus, vt volunt DD. primæ ſententiæ; de iure
tamen canonico eſt illicitus, ſuppoſita Bulla
Pij V. & aliorum Pontificum. Nam prima con-
ditio, quam ponit Pius V. *in ſuo decreto* eſt, vt
cenſus conſtituatur ſuper re immobili, aut quæ
pro immobili habeatur, & quæ ex natura ſua ſit
fructifera, vt refert Lugo referens idem decre-
tum, *d.* 27. *n.* 64 & alij communiter; ergò licèt
hæc conditio non ſit de iure naturæ, vt volunt 10
contrarij Doctores, in hoc Luſitaniæ Regno,
nullo modo poteſt conſtitui cenſus ſuper re mo-
bili, v. g. in pignoribus aureis, vel argenteis, vel in
ipſa perſona, ſtante iure Luſitano; Nam vt dicunt
communiter Doctores, Decretum Pij V. obligat
in conſcientia, & in foro externo, vbi eſt recep-
tum; ſed ſic eſt, quod hoc decretum Pij V. eſt
receptum in Luſitania, vt teſtatur Rebello *lib.* 11
10. *de cenſibus quæſt. vltima, n.* 1. *lit.* E. & conſtat
ex Noſtra *ordinatione Luſitana lib.* 4. *tit.* 67. *nu.* 9.
in fine, Ergo talis cenſus poſitus in perſona cum
prædictis pignoribus eſt vſurarius. Fateor hinc
contractum cum prædictis pignoribus maximè
eſſe in vſu in Vliſſipone, & in ſolo fere Luſita-
niæ regno, vt ſæpe ſæpius vidi inter mercatores
illius magnæ ciuitatis, ſed quo iure id faciant ipſi
viderint, niſi fortè dicere velis, decretum Pij V.
in hac parte non eſſe iam in vſu in Luſitania quod
communis vſus prædictorum mercatorum in to-
ta fere Luſitania tatis probabiliter nobis perſua-
det: lex enim, etiam recepta à principio, poſtea
per contrarium vſum euaneſcit, vt eſt ceati iuris
apud Doctores.

CONSVLTVM X.

De quodam ſedili in Eccleſia regularium.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Regulares poſſunt ſedile conceſſum alicui ſæcu-
lari in ſua Eccleſia per aliquot annos ab eo
iterum auferre.*
3 *Non obſtat poſſeſſio per aliquot annos ad dan-
dum ius ſæculari.*
4 *Non obſtat tolerantia prælati. & Religioſo-
rum.*
5 *Non obſtat quòd talis homo in eodem loco ha-
beat ius ſepulcri.*
6 *Contra regulares non poteſt præſcribi, niſi per
ſpatium centum annorum.*
7 *Facultas ad ſepeliendum mortuos in certo loco
non extenditur ad ibi habendum ſedile in
Eccleſia.*
8 *A diuerſis non fit illatio.*
9 *Secunda diſpoſitio debet intelligi in eodem ſen-
ſu, & materia, ac prima.*
10 *Diſpoſitio quæ aliquam rem ſupponit non veri-
ficatur niſi in ſenſu in quo verificatur ſup-
poſitum.*
11 *Omnis diſpoſitio intelligitur fieri taliter, vt
conueniat actui, qui celebratur.*
12 *Omnis diſpoſitio quantumuis generalis reſtrin-
gitur ſecundum qualitatem. & naturam rei
ſuper quam fit.*
13 *Religioſi poſſunt reclamare in tempore habili,
à quacumque licentia conceſſa à prælatis
anteeedentibus.*

14 *Habire*

14 *Habere certum locum, & ſedile in Eccleſia in loco meliori eſt dignum pretio.*
15 *Poteſt vendi abſque ſimonia.*
16 *Conventus vendens ſepulturam non præſumitur vendere ius habendi ſedile ſuper talem ſepulturam, niſi exprimatur.*
17 *Si Religioſi tale ſedile conceſſerant à principio poſſunt reclamare.*
18 *Idem dicendum eſt, ſi contractus factus fuit ſine licentia Provincialis.*
19 *Quid ſi tranſacti fuiſſent anni ſufficientes ad præſcriptionem.*
20 *Religioſi habent priuilegium minorum ad reclamandum, etiam contra eos, qui contra illos præſcripſerunt ſi intra 4. annos reclament.*
21 *Prælatus concedendo ſepulturam non transfert dominium illius in perſonas ſæculares.*
22 *Solum eis concedit vſum ſepulchri ad ſepeliendos mortuos ſuos.*
23 *ille cui conceditur vſus alicuius rei non poteſt excedere vſum, qui illi conceditur.*
24 *In damnum Eccleſiæ negligentia prælatorum nullum poteſt inferre præiudicium*
25 *Gratia conceſſa à prælato ſedendi in ſua Eccleſia in certo loco poteſt ab eo tolli, quando voluerit.*
26 *Quando Eccleſia ex ſua fundatione eſt exempta, laici non poſſunt præſcribere ius patronatus, vel cedendi contra voluntatem prælatorum.*
27 *Regulares infra 4. annos poſſunt reclamare contra eos qui aliquod ius præſcripſerant in ſuis Eccleſiis.*

CASVS SIVE FACTI, SPECIES.

1 QVIDAM homo emit quandam ſepulturam in Eccleſia S. Dominici in oppido Vienne in Luſitania, & poſuit ſuper illam ſtratum ſuper quem ſedebat ejus vxor, cùm ibat ad Eccleſiam hujus monaſterij S. Dominici: fuit illic ſtratus per ſpatium triginta annorum, accidit quòd auferretur ſtratus, vt melius côponeretur, erat enim fractus; cum igitur Religioſi viderent locum ſine ſtrato, conceſſerunt alteri homini, vt illic poneret alium ſtratum pro vxore ſua, quo poſito venit primus homo ad Eccleſiam, & videns locum altero ſtrato occupatum, mouit actionem contra religioſos dicens, ſe velle ponere ſtratum ſuæ vxoris ſuper ſuam ſepulturam vt antea erat, & quod ſecundus ſtratus tolleretur.

Quæritur, An Religioſi Dominicani teneantur tollere ſecundum ſtratum, & dare locum primo, vel an poſſint ſuſtinere, quod ſecundus ſtratus ſit in eo loco, & impedire primo, & hoc tam in foro interno, quam externo.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 REſpondi poſſe patres illos Dominicanos admittere, & ſuſtinere ſecundum ſtratum, & non admittere primum, & poſſe primum a ſua poſſeſſione deturbare, non ſolum in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro externo.

3 Ratio eſt, quia ex tribus cauſis non poſſent prædicti patres demittere primum ſtratum. Prima, quia primus homo erat in poſſeſſione habendi illic ſuum ſedile, vt cum Baldo, Menochio, Mazer, Cardinale, & aliis latè probat Gratianus, *diſceptationum forenſium, cap. 10. n. 44. & ſequentibus,* & latius cum multis textibus, & doctoribus, *to. 1. cap. 211. n. 9. & ſequentibus*, Garcia & alij. Secunda quia Prælatus illius conuentus tolerauit illic tale ſedile per tot annos, quod videtur ſufficere ad hoc, vt tale ſedile ab eo non auferatur, vt docet loquendo de Epiſcopo reſpectu ſuæ Eccleſiæ 4
Abbas, *in cap. Abolendæ, n. 13. col. 2. in princip: verſu quidquid tamen dicatur, n. 6. de ſepulturis,* Molina *de primogeniis, lib. 1. cap. 23. n. 34.* Rota, *diuerſarum deciſionum, deciſione 222. n. 1. p. 1.* Gratianus, *diſceptationum forenſium, cap. 110. n. 19.*

Tertia quia homo ille erat dominus illius ſepulturæ: ergo poterat ſuper eam habere ſuum ſedile patet conſequentia, nam licet ſolum vſum illius 5
haberet, iſte vſus extenditur non ſolum ad ius ſepeliendi, ſed etiam ad ius ſedendi, quod clare videtur in mero vſuario, qui quando ei conceditur vſus alicuius agri, poteſt non ſolum colligere ab eo fructus, ſed etiam in eo ſedere, & deambulare, vt dicitur *in inſtituta de vſu, & habitatione,* & cum pluribus probat Molina *tom. 1 tract. 2 d. 5. n. 8.* Atqui omnes hæ tres rationes nullius ſunt roboris, nec momenti, ergo optime poſſunt prędicti Patres Dominicani dimittere primum ſedile, vel ſtratum, & ſecundum admittere.

Minor quo ad primam partem probatur, quia primus homo non fuit in poſſeſſione habendi illic 6
ſuum ſedile per ſpatium centum annorum; ſed tantum per ſpatium triginta annorū, vt conſtat ex ſchedulis, quos offert; ſed contra Eccleſias, & bona regularium non poteſt præſcribi, niſi per ſpatium centum annorum, vt conſtat *ex bulla Eugenij VI.* quam refert Rodriguez *in bullario, in bullis ſummi Pontificis*, & docet idem Rodriguez *tom. 3. q. 33. art. 2. & alij*, quos refert, & ſequitur Tamburinus *de iure Abbatum tom. 1. d. 6. q. 14. n. 6.* F. Ioannes à cruce, & alij, quos refert, & ſequitur Belatius *verbo præſcribere* c. 7. Pelizarius *tract. 8. cap. 7. n. 76.* Portel, quem refert & ſequitur Diana *2 p. tract. 2 reſol. 88.* ergo talis poſſeſſio non poteſt impedire patres, quin redeant ad ſuam libertatem, & exemptionem dandi dictum ſedile, cui voluerint, vt in aliis rebus quotidie experimur, ſpecialiter apud Capucinos Monaſterij Viennenſis, qui cum tolerâſſent per ſpatium 40. annorum, quod clerici Cõfraternitatis Spiritus Sancti illius oppidi Viennenſis efficerent in ſua Eccleſia officium ſepulturæ pro cadaueribus ſepeliendis, tãdem ab hac poſſeſſione eos depellere, quia per ſpatium centum annorum non præſcripſerant contra eos, vt iudicatū fuit in Tribunali Brachor. anno Domini 1652.

Quoad ſecundam vero partem, etiam liquet; nam ex ſchedulis, & publicis inſtrumẽtis, quæ iſte homo affert, ſolum conſtat patres illos dediſſe illi facultatem ſepeliendi in eo loco mortuos ſuos: ergo talis facultas non eſt amplius extendenda. 7
Nam concedens vnum ex pluribus videtur cætera omnia denegare, *l. tribunus, §. final. ff. de teſtament. militum.* vbi Bald. & cum eo Surd. *conſil. 454. n. 6.* Et à diuerſis non fit illatio, vt cum multis textibus, & doctoribus latè probat Bard. *in axiomatibus iuris verbo illatio, n. 18.* Et quamuis in eodem inſtru- 8
mento dicatur, quod talis homo poſſit diſponere de illa ſepultura tanquam de re ſua; hæc diſpoſitio, & facultas debet intelligi in eadem materia ſepeliendi, de qua loquitur prima diſpoſitio, hoc eſt, quod poſſit facere dictã ſepulturã, vt ſibi placuerit 9
& illa vti ſicut voluerit; nã diſpoſitio quæ aliquã rem ſupponit, non verificatur, niſi in caſu in quo verificetur

verificatur præſuppoſitum, ut cum Roland. Surdo, Cephal, Decio, & aliis notat Barboſa *in axiomatibus iuris lit. D, verbo diſpoſitio, n.* 117.
11 Tum quia omnis diſpoſitio, & conceſſio intelligitur fieri taliter, ut conueniat actui, qui celebratur, ut cum Tuſco, Surdo, Barboſa, *ſupra*
12 *num.*109. Et omnis diſpoſitio quantumuis generalis reſtringitur ſecundum qualitatem, & naturam rei, ſuper qua fit, cuiue adiicitur diſpoſitio, *l.1 §.1. ff de offic. procurat.* Setar. *l.ſtipulatus §. veram ff. de vſur. l. damni verſic. & quod in ſtipulatione. ff. de damni infect. l. filius familias, ff. de donat.* Et ſecundum naturam actus, qui geritur cenſetur facta: *l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iuris in 6. l. quaſiti §. inter locatorem. ff. locati*, Menochius, Caſtill. Surdo, quos refert, & ſequitur Barboſa, *ſuprà, n.* 109. Sed ſic eſt, quod prima donatio, & diſpoſitio tantum fuit vſus ſepulturæ, ergo ſecunda ad hunc vſum reſtringenda eſt: Nemo enim præſumitur donare ſuum: *l. cum de indebito, 2. §. non vero, ff. de probat. l. ſia. ff. de noaat. l. Campanus, ff. de oper. libert.* Maſcardus, Surdus, Flamin, Flores, Dias, quos refert, & ſequitur Barboſa, *de locis, verbo donare, n.*215.
13 Tum quia dato, & non conceſſo, quod tales patres conceſſerint dictam licentiam poterant reclamare in tempore habili; at cum multis aduertit Gratianus in eodem caſu, *diſceptationum forenſium, cap.*11.*n.*47.
14 Confirmatur, quia habere certum locum, & ſedile in Eccleſia, in loco meliori eſt dignum pretio, & poteſt vendi abſque ſimonia, ut cum
15 multis probat Gratianus, *Diſceptationũ forenſium cap.* 20. *num.* 32. Sanchez, *in Conſiliis, lib.*2.*cap.*3. *dub.* 14. Bonacina, *de ſimonia, d.* 1. *q.*4. §. 6. *n.* 4. Ergo non eſt præſumendum patres id voluiſſe includere in conceſſione ſepulturæ. Probatur conſequentia, quia homo iſte ſolum dedit quindecim aureos, quod eſt pretium præciſum ſepulturæ;
16 ergo non eſt præſumendum patres feciſſe gratis donationem iuris habendi ſtratum, ſeu ſedile in ſua Eccleſia; nemo enim præſumitur donare ſuum, *l. cum de indebito* 2. §. *ſi vero. ff.*
17 Tum quia dato caſu, quod prædicti patres, & prælatus talem donationem feciſſent, poſſunt iterum reclamare; ſiquidem contractus fuit omnino nullus, & nullius valoris: fuit enim in præiudicium monaſterij, & fuit factus ſine licentia Prouincialis; ſed donatio illius loci in Eccleſia ad
18 prædictum ſedile ſine licentia Prouincialis fuit nulla, ut probat Motonius, *reſponſio*, 51. *n.*35. Ergo patres poſſunt iterum reclamare, & redire ad ſuam antiquam libertatem, etiam ſi tranſierint anni ſufficientes ad præſcriptionem: ita conceſſit Ioannes XXIII in quadam bulla, quam refert Pelizarius, *to.*2. *tract.* 8 *cap.*7.*n.*77. Et Eugenius, IV in
19 alia bulla quam refert idem Pelizarios, *ſuprà*, & docet Rodriguez, *tom.*3.*q.*55, *art.* 3. Pelizarius, *ſuprà*.
Tum quia prædicti patres poſſunt recurrere ad
20 priuilegium minorum, etiam ſi prædictus homo præſcripſerit contra illos, dummodo intra 4. annos reclament, ut cum Leſſio, & aliis tale probat Pelizarius, *ſuprà*; Ergo cum non dum decurrerint anni ſufficientes ad præſcriptionem contra prædictos religioſos, poſſunt reſcindere dictum contractum, eo quod læſi inueniantur; ſiquidem dederunt ius ſedendi in certo loco in Eccleſia, & ſepeliendi pretio undecim aureorum, quod eſt pretium ordinarium cujuſlibet ſepulturæ in illo oppidu, & Eccleſia.
Quoad tertiam partem etiam probatur minor. 21
Quia prælatus vendendo ſepulturam, non transfert dominium illius in perſonas ſæculares, ſed ſolum concedit eis vſum illius ad ſepeliendos mortuos, vt patet ex *l. qua de tota ff. de rei vindicat.* & docet Sylueſter, Lambertinus, Barboſa, quos refert, & ſequitur Peirinis de Pri- 22
uilegiis., *tom.*3. *in additamentis ad Conſt. Leonis X. cap.*4. *n.*46. Et in noſtro caſu probatur ex eadem ſcriptura publica, in qua dicitur, quod illi conceditur vſus illius ſepulchri: Ergo homo ille ſolum poteſt vti illo ſepulchro ad ſepeliendos mortuos ſuos, & non ad alium vſum. Probatur conſequentia, quia quando conceditur vſus vnius rei alicui homini, non poteſt excedere vſum, qui illi conceditur, vt notavit Molina, *tom.*1.*tract.*2. 23
*d.*5 *num.*1. & conſtat ex inſtituta de vſu, & habitatione, & tenent alij Doctores; ſed ſic eſt quod vt conſtat ex ſcriptura publica illi patres ſolum illi conceſſere vſum illius ſepulchri ad ſepeliendos mortuos ſuos; ergo non poteſt excedere vſum illius, etiam ad viuos, ad ſedendum in tali loco.
Nec obſtat quod prælati videntes ſedile in prædicto loco per tot annos illud non contradixerunt, ſed illud tolerarunt. Nam in damnum Ec- 24
cleſiæ negligentia prælatorum; aut aliorum nullum infert præiudicium, vt cum multis deciſionibus fuit luculenter firmatum in vna Hiſpalenſi decimarum 27. Iunij anno 1644. *in* §.2. & ſecuta fuit Rota in Toletana decimar. 11. Iunij 1649. Ergo talis tolerantia non ſufficit, vt talis Eccleſia amittat ſuam poſſeſſionem, præcipuè ſi tempus præſcriptionis non eſt tranſactum.
Tum quia iſte conſenſus prælatorum fuit ſolum quædam tolerantia, & gratia quam poteſt prælatus impedire auferendo prædictum, ſed ille 25
quotieſcumque voluerit, vt in proprio caſu probant Hoſtienſis, & Panormitanus, quos refert, & ſequitur Motonius, *reſponſio* 51. *n.*33. Sylueſter, *verbo ſepultura quaſt.*3. Peirinis, *de priuilegiis in additamentis ad conſt. Leonis X. n.*4. Barboſa, *de iure Parochorum cap.*26.*num.*11. Abbas, Ancharranus, Butr. Card. quos refert, & ſequitur Gratianus, *diſceptationum Forenſium, cap.*211. *n.*47. Vbi ait: (Quemadmodum ex gratia patronus habet jus patronatus in Eccleſia *cap. quoniam de iure patronatus*: ſic etiam poteſt ex gratia concedi jus ſedendi:) Ergo cum hic reclamet prælatus antequam iſte homo præſcripſerit contra Eccleſiam, ſequitur quod poſſit illum expellere.
Confirmatur quia quando Eccleſia è ſua fundatione eſt libera, & exempta, laïci non poſſunt præ- 26
ſcribere in illa ius patronatus, vel ius ſedendi, aut ſepeliendi contra Epiſcopos, vel prælatos Eccleſiæ per nullum tempus, etiam centum annorum, vt docet Molina: Couar. *ad regul. poſſeſſor. p.*2. §.10.*n.*8.9.& 10. Leſſius, quos refert, & ſequitur Fagund. *de iuſtitia. lib.*2. *cap.*15. *n.*47. Lambert. *de iure patronat. lib.*1. *q.*10. *art.*5. Vbi probat, quod ſi ius patronatus fuit à principio collationis liberam ſtare præſumptionem contra laïcum, quod ab illo fuerit vſurpatus; ſed ſic eſt quod hæc Eccleſia fuit ſemper libera, & exempta, & hoc ius ſedendi fuit ſemper liberum ab initio collationis; ergo laïci non poſſunt præſcribere contra talem Eccleſiam, etiam ſi poſſeſſio fuiſſet centum annorum.

Confir

Confirmatur tandem, quia dato, & non conceſſo, quod talis homo præſcripſerit contra tales religioſos, poſſunt prædicti religioſi infra 40. annos poſt dictam præſcriptionem petere reſtitutio-
2 nem in integrum, etiamſi præſcriptio fuiſſet facta ipſis ſcientibus, & valentibus reſiſtere, vt docet Leſſius *lib. 2. c. 6. n. 52.* Couar. *ad reg. poſſeſſor. p. 3. §. 3. n....* Pelizarius, *tract. 8. cap. 7. n. 77.* Gratianus *Diſceptationum forenſium. cap. 110. n. 6.* Vbi etiam refert Rotæ deciſionem; ergo tales religioſi quacunque obſtante etiam præſcriptione poſſunt repellere dictum ſedile, & dare locum in Eccleſia ſeu cui voluerint.

CONSVLTVM XI.

De quadam legitimatione regia, an det ius ſuccedendi in bonis patris?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Pater qui filium ſpurium legitimauit in Luſitania poteſt ex teſtamento inſtituere hæredem, quem voluerit.*

3 *Filius legitimatus in forma Regni Luſitaniæ non ſuccedit parentibus, niſi ab inteſtato, vel ex teſtamento.*

4 *Pater qui habet filium legitimatum poteſt in vita ſua dare bona ſua ſiue Eccleſiaſtica, ſiue patrimonialia cui voluerit.*

5 *Si filius, vel filia fuit legitimata tali lege, vt ſuccederet neceſſario in legitima, vt ſuccedat debet præcedere acceptatio legitimationis ex parte filiæ, vel filij legitimati.*

6 *Filius per legitimationem amittit libertatem, & remanet in dominio patris.*

7 *Legitimatio eſt priuilegium.*

8 *Priuilegium non fertur in inuitum.*

9 *Ad valorem legitimationis requiritur patris conſenſus.*

10 *Clericus in laicum conſentire non poteſt.*

11 *Filius clerici licet ſit laicus gaudet priuilegio patris.*

12 *Pater qui valide legitimauit filiam ea lege, vt ſuccederet neceſſario in legitima, poteſt efficere opera pia in vita.*

13 *Poteſt inſtituere capellam miſſarum.*

14 *Quid ſi tales donationes fuiſſent exceſſiuæ.*

15 *Bona patris non ſunt bona filij, niſi in ſpe.*

16 *Legitima filiorum debet regulari per bona quæ pater poſſidet tempore mortis.*

17 *Quid ſi pater feciſſet donationes particulares extraneis?*

18 *Quid ſi donationes fuiſſent inofficioſæ?*

19 *Error, vel dolus dans cauſam contractui, etiam in qualitatibus vitiat contractum.*

20 *Talis contractus licet ſit validus poteſt reſcindi ex parte decepti.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM Clericus habebat filiam ſpuriam, & legitimauit illam apud Regem, & nemo, nec etiam ipſa filia notitiam habuit talis legitimationis; poſt hanc legitimationem fecit talem filiam religioſam, & poſt eius profeſſionem mortuus eſt.

Quæritur. An ratione talis legitimationis regiæ conuentus poſſit hæreditare legitimam iſtius religioſæ in bonis patris eius, ſiquidem clericus ille non habebat alios filios legitimatos. Et an poſſet prædictus clericus relinquere bona ſua poſt mortem ſuam, quibus voluerit ex teſtamento? Et an in vita ſua potuerit bona ſua donare cui voluerit, non obſtante hac filia legitimata religioſa.

RESPONSIO AVTHORIS.

Reſpondi talem clericum poſſe conficere ſuum teſtamentum, & relinquere bona ſua, 2
cui ſibi videbitur poſt mortem ſuam. Hoc eſt certum apud Doctores, nec in hoc inuenio dubium, non obſtante legitimatione huius filiæ, & licet de tali legitimatione conſtaret.

Ratio eſt, quia filij legitimati in forma huius 3
Luſitaniæ Regni, ſolum ſuccedunt parentibus ſuis ab inteſtato, aut ex teſtamento, & non contra teſtamentum, etiam in legitima, vt docet Valaſcus, *conſultatione 165. n. 6. & 7.* Cabedo *2. p. deciſione 69. n. 5.* Barboſa, *in leg. quæ dotis, ff. ſolut. matrim. n. 65.* Caldas Pereira, *in l. ſi curatorem verbo ſine curatore. n. 52.* Molina, *tom. 1. de iuſtitia, tract. 2. d. 173.* Gamma, *deciſione 134. & 383. num. 5.* Fragoſ. *1. p. lib. 3. d. 6. §. 6. n. 81.* Et 4
eadem ratione poteſt pater in vita ſua dare, & donare bona ſua, quibus ſibi videbitur, ſiue ſint Eccleſiaſtica, ſiue patrimonialia. Siquidem prædicta filia legitimata, ſolum ſuccedit ab inteſtato, & non habet legitimam in bonis patris.

Et dato quod filia fuiſſet legitimata tali legiti- 5
matione, vt poſſet ſuccedere neceſſario in legitima in bonis patris. Adhuc exiſtimo prædictam filiam in hoc caſu, & in terminis illius, non poſſe ſuccedere in bonis prædicti patris. Et ratio eſt, quia ad valorem legitimationis requiritur, vt legitimatio ſit acceptata ab ipſa filia legitimata, requiritur enim conſenſus illius ad legitimationem, vt docet cum Pinello, & aliis Molina, *tom. 1. tract. 2. d. 173. num. 16.* Curt. & alij, quos refert, & ſequitur Thomas Delbene, *de immunitate Eccleſiaſtica, to. 2. cap. 10. dub.... ſect. 9. n. 7.* Brun. Socin. Boer. & alij, quos refert, & ſequitur Fragoſus, *tom. 1. p. 1. lib. 3. d. 6. num. 4.* Habeturque *in §. generaliter in authentic. quibus modis natur. efficiunt. ſui.* Et ratio eſt, quia filius per legiti- 6
mationem amittit libertatem, & remanet in dominio patris. Tum etiam, quia legitimatio eſt beneficium, & priuilegium; ſed priuilegium non 7
fertur inuito: Ergo, cum talis filia nunquam habuerit notitiam talis legitimationis, nec illam acceptauerit, poteſt pater ſcindere legitimationem. Nam ſicut promiſſio, aut donatio ante acceptationem iure naturæ non eſt valida, & poteſt reuocari, vt cum multis docet Lugo, *de iuſtitia, tom. 2. d. 23. ſect. 2. n. 38.* Idem dicendum eſt de legitimatione, quæ eſt veluti quædam donatio beneficij legitimationis.

Confirmatur quia talis legitimatio à Rege conceſſa eſto fuiſſet à filia acceptata, vel talis acceptatio non requireretur; probabile eſt fuiſſe nullam, & nullius valoris. vt docet Geminianus, *in cap. vlt. de iudiciis, in 6.* Et fuit deciſum in Senatu Pariſienſi, vt teſtatur Petrus Grat. *lib. 10.*

*Syntag.*14. Et probabile putat Azor, & Curtil-
lius, prout refert Delbene, *ſuprà, n.* 12. & Moli-
na contrariam opinionem tantum vocat commu-
9 niorem, *tom.* 1. *tract.* 2. *d.* 173. *num.* 3. Et ratio eſt,
quia in legitimatione requiritur patris conſenſus,
10 vt docent omnes DD. ſed clericus in laicum con-
ſentire non poteſt *cap. ſi diligenti de foro com-*
11 *petenti*: ergo confirmatur, quia filius clerici li-
cet ſit Laicus gaudet privilegio patris, vt cum
multis reſoluit Delbene *tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 11. *ſect.*
4. *& cap* 4. *dub.* 23.

Et addo quod dato, quod hæc legitimatio non
12 fuiſſet nulla, vt docet probabilior ſententia, Ad-
huc exiſtimo poſſe prædictum clericum efficere
13 opera pia, dotando alias filias, & conſobrinas,
& eas efficiendo religioſas, & facere eleemoſy-
nas, & alia opera pia, imo inſtituere capellam miſ-
ſarum, &c. Ita Nauarrus, *cap. non dicatis* 12. *q.*
1. *n.* 37. Barboſa, *n.* 42. *ad p.* 1. *l.* 3. *ff. ſolut. Matri-*
mon. Rebellus, *de iuſtitia* 2. *p. lib.* 6. *q* 2. *n.* 3. quod
14 verum eſt, & ſi tales donationes fuiſſent exceſſi-
uæ, & quamuis legitima huius filiæ inde dimi-
15 nueretur. Et ratio eſt, quia bona patris non ſunt
bona filiorum, niſi in ſpe. Et legitima filiorum
16 debet regulari per bona, quæ pater poſſidet tem-
pore mortis, & non per ea, quæ poſſedit tempo-
re vitæ, in quo ditior fuit, vt cum multis nota-
uit Valaſcus in Praxi partitionum, *cap.* 21. *n.* 21.

Imo addo quod ſi dictus pater feciſſet dona-
tiones particulares, etiam extraneis, dummodo
17 non fuiſſent inofficioſæ, hoc eſt, animo frau-
dandi hæredem, tales donationes eſſent validæ,
18 & prædicta filia eas non poſſet repetere, vt po-
reſt repetere donationes inofficioſas re, & conſi-
lio, vt optime probat cum multis Rebellus, 2. *p.*
lib. 10, *q.* 11. *n.* 1. etiam ſi aliàs eſſent validæ, vt do-
cet cum multis Lugo, *de iuſtitia, tom.* 2. *d.* 23. *n.* 47.

Et addo, quod eſto quod talis legitimatio fuiſ-
ſet valida, adhuc prædictus clericus non teneba-
tur in foro conſcientiæ dare legitimam prædicto
19 Monaſterio. Siquidem hic interuenit error, &
quamuis fuiſſet in qualitate, dedit cauſam con-
tractui: Et error etiam in qualitate dans cauſam
contractui vitiat illum, & quamuis contractus non
ſit nullus, poteſt deceptus reſcindere contractum
20 propria authoritate, & non tenetur ſoluere, vt
cum Sanchez, & aliis late probat Lugo, *de iuſti-*
tia, tom. 2. *d.* 22. *n.* 95. Quod autem hic interue-
niſſet error patet, quia putabat pater monaſterium
non poſſe ſuccedere in bonis ſuis: ergo.

CONSVLTVM XII.

De valore cuiuſdam diſpenſationis.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Aliqui Doctores exiſtimant diſpenſationem in vno gradu conſanguinitatis, non explicato duplici vinculo eiuſdem gradus eſſe nullam.*
3 *Alij tenent talem diſpenſationem eſſe validam.*
4 *Ex duplicitate eiuſdem gradus conſanguinitatis fit vnum tantum impedimentum.*
5 *Duplicatio eiuſdem gradus eſt accidentalis reſpectu intentionis Eccleſiæ.*
6 *Ex pluribus actibus fornicariis eiuſdem ſpeciei cum eadem perſona naſcitur vna tantum affinitas.*
7 *Diſpenſatio non explicata duplicitate eiuſdem gradus, & matrimonium ſecutum validum eſt.*
8 *Explicata tertio gradu conſanguinitatis non eſt neceſſe explicare quartum.*
9 *Opinio quæ defendit valorem matrimonij, etiam ſi ſit vnius tantum Doctoris claſſici, præferenda eſt opinio multorum.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM homo nupſit cum quadam ſua con- 1
ſanguinea in tertio, & quarto gradu cum
diſpenſatione Pontificis, erat tamen quartus gra-
dus duplicatus ex parte patris ſcilicet, & matris;
& in narratiua ad conſequendam diſpenſationem
ſolum fuit explicatum, quod eſſent conſangui-
nei in tertio, & quarto gradu, & non explica-
tum, quod quartus gradus eſſet duplicatus, ex par-
te ſcilicet, & matre.

Quæritur, an tales contrahentes tenerentur ex-
plicare quartum gradum eſſe duplicatum? Et an
ob hunc defectum matrimonium iam in facie Ec-
cleſiæ celebratum fuerit nullum? & teneantur
quærere aliam diſpenſationem, & iterum ratifica-
re matrimonium?

REPONSIO AVTHORIS.

SAnchez, *lib.* 8. *de Matrimonio, diſt.* 24. *num.* 5.
exiſtimat talem diſpenſationem non explica- 2
to duplici vinculo eiuſdem gradus fuiſſe ſubrepti-
tiam, ac per conſequens matrimonium fuiſſe nul-
lum. Eandem ſententiam tenet Fragoſo, 1. *p. lib.*
3. *d.* 6. *n.* 25. Baſilius, Coninchus, Gutierres, Hur-
tado, & alij quos refert, & ſequitur Palaus, *tom.* 1.
d. 4 *p. vltimo*, §. 3. *n.* 1.

Verum ego exiſtimo talem diſpenſationem 3
non fuiſſe ſubreptitiam, non enim erat neceſſa-
rium explicare ſecundum vinculum conſanguini-
tatis; ſiquidem erat in eodem gradu, & eiuſdem
ſpeciei cum illo, quod in narratiua continebatur.
Ita docet Henriquez, Ledeſma, Veiga, Rodrig.
Texeda, quos refert, & ſequitur Diana, 8. *p. tract.*
3. *reſol.* 60.

Ratio eſt quia ex duplici illo gradu conſangui-
nitatis duplicato fit vnum tantum impedimen- 4
tum; ergo ſolus vnus gradus explicandus eſt in
narratiua. Confirmatur quia illa duplicatio vin-
culorum eſt materialis, & accidentalis reſpectu 5
intentionis Eccleſiæ. Tum quia ex pluribus acti-
bus fornicariis eiuſdem ſpeciei, & cum eadem per- 6
ſona, non naſcitur niſi vna affinitas, quæ ſolum
debet in narratiua explicari; ergo idem dicendum
eſt de his vinculis. Alias rationes affert Diana
ſupra, quæ ibi videri poſſunt.

Quibus ſuppoſitis dico, diſpenſationem in præ-
dicto caſu non fuiſſe ſubreptitiam, nec matrimo- 7
nium nullum. Quia licet contrahentes eſſent con-
ſanguinei duplici illo vinculo in 4 gradu, & al-
tero in tertio; explicatus fuit in narratiua ter-
tius, & quartus gradus; & quamuis non expri-
merentur quartum eſſe per duplicem lineam con-
ſanguinitatis, ſufficiens fuit quod explicaretur
eſſe per vnam. Tum quia cum explicatus fuit
tertius gradus conſanguinitatis, non erat neceſſe,
vt

quartus explicaretur, ſiquidem quartus gradus continetur in tertio, vt laté cum multis probat Sanchez, *lib. 8. de matrim. d.24. n.17.*

8 Hæc opinio mihi videtur debere ſequi in hoc caſu, non obſtante quod contraria probabilior ſit. 9 Nam vt notaui cum Sanchez, Maſcardo, Hoſtienſi, Abbate, Felino, Villalobos, Nauarro, & alijs Palaus, *tom.1.d.2.p.1,n.2.* Opinio, quæ defendit valorem matrimonij iam facti, etiam ſit vnius tantum doctoris claſſici præferenda eſt opinione multorum; ſed ſic eſt quod opinio quæ aſſerit in hoc caſu fuiſſe bonam. & validam diſpenſationem, eſt multorum, & grauium doctorum. & fauet valori matrimonij iam facti in facie Eccleſiæ; ergo ſequi debet in praxi, non obſtante contraria ſententia.

CONSVLTVM XIII.

De valore alterius diſpenſationis.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Si in narratiua pro diſpenſatione ponatur tantum pro cauſa, quod præceſſiſſet copula inter contrahendos, ſi ea non præceſſit, diſpenſatio eſt ſubreptitia.*
3 *Si in narratiua non ſolum fuit datum pro cauſa copula habita inter contrahendos, ſed etiam infamia, vel periculum illius. ſi hæc vera ſunt, & ſi non præceſſerit copula, diſpenſatio eſt valida.*
4 *Præceſſio copulæ non poteſt eſſe cauſa principalis motiua diſpenſationis.*
5 *Cauſa principalis motiua eſt ſcandalum, & infamia, vel periculum illius, & quod fœmina maneret innupta.*
6 *Quando inter contrahendos interuenerunt aliquæ facilitates, ex quibus reſultauit in vicinia nota, infamia, & ſcandalum, hoc ſufficit ad verificandam diſpenſationem, & ſi non præceſſerit copula, ſi id etiam in narratiua fuit Pontifici explicatum.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 PETRVS voluit accipere ſibi in vxorem Mariam conſanguineam ſuam in ſecundo gradu conſanguinitatis, & vt facilius conſequeretur diſpenſationem, poſuit in narratiua habuiſſe copulam cum illa, & quòd ſi cum ea non nuberet, erat periculum notæ, ſcandali. & infamiæ, quia iam talis mulier erat in vicinia cum eo infamata.

Quæritur, an talis diſpenſatio fuerit valida, ſi Petrus non habuiſſet copulam cum prædicta Maria, ſi tamen illa maneret infamata, eo quod cum illa Petrus ſæpe ſæpius eſſet in domo ſua comedendo, & bibendo cum illa, & alias habuerit facilitates cum ea, quæ ſolent haberi inter ſponſos de futuro, vnde & ipſa, ſi cum eo non nuberet, maneret innupta, ob prædictas facilitates, abſque tamen copula.

RESPONSIO AVTHORIS.

RESpondi, quod ſi in narratiua ad conſequendam facilius diſpenſationem datum tantum fuit pro cauſa, quod habita fuerit inter eos copula, cum tamen non ita fuerit, remanet diſpenſatio nulla, & ſubreptitia. Ita Portel, *in reſponſione caſuum tom. 2. caſu 49. n* 4. citans Bonacin. & alios, quos omnes citat, & ſequitur Diana, *8. p. tract. 3. reſol. 65.* Ratio eſt, quia cum ſolum fuit datum pro cauſa, quod præceſſerit inter eos copula, & hoc verum non ſit, remanet narratio tota falſa, & conſequenter diſpenſatio ſubreptitia; ſiquidem in omnibus diſpenſationibus ponitur illa clauſula, *ſi preces veritate nitantur*, ſed hic nituntur falſitatis; ergo diſpenſatio eſt ſubreptitia, & nulla. 2

Aliter dicendum eſt, ſi in narratiua, non ſolum fuit datum pro cauſa, copula inter contrahendos habita, ſed etiam infamia, vel periculum illius, & quod talis fœmina, ſi cum illo viro non nupſerit, maneret innupta, eo quod apud vicinium ſit cum illo diffamata; Nam ſi hæc vera ſint, & ſi inter eos non præceſſerit copula, diſpenſatio non eſt ſubreptitia, ſed vera, & legitima. Ita Sanchez, *lib. 8. de matrim. d. 21 n. 4.* Bonacina, *de legibus d. 1. q. 1. p. 4. §. ſi vere.* Merola, *tom. 2. d. 4. cap. 6. n. 386.* Gaëta, *canone ad limina 30. q 1. § 4. q. 134. & 185.* Amicus, *tom. 5. d. 6. ſect. 8 n. 150.* Texeda, *tom. 2. lib 4. tract. 3. n. 9.* Portel, *in reſponſione caſuum, tom. 2. caſu 4 n 4.* Diana, *8. p. tract. 4. reſol. 65.* 3

Ratio eſt, quia præceſſio copulæ non poteſt eſſe cauſa motiua ad mouendum Pontificem ad diſpenſandum, imo copula ſolet facilitare diſpenſationem; ergo cauſa motiua principalis, quam habet Pontifex ad diſpenſandum eſt ſcandalum, & infamia, & periculum illius, & quod mulier maneret innupta: ergo cum hæc cauſa ſubſiſtat, quæ eſt motiua finalis, ſufficit ad valorem diſpenſationis, etiamſi inter eos non præceſſerit copula, quia copula habita, tantum fuit cauſa impulſiua, & non motiua. 4 5

Ex quibus infertur reſponſio ad caſum propoſitum. Nam cum in prædicto caſu inter hos contrahendos præceſſerint illæ facilitates, vt ſponſus ingrederetur domum ſponſæ, & cum ea comederet, &c. è quibus reſultauit in vicinia nota, & ſcandalum, inde fit, quod licet inter eos non præceſſerit copula, diſpenſationem fuiſſe validam; ſiquidem cauſa principalis motiua fuit vera; vnde parochus poteſt aſſiſtere huic matrimonio. 6

CONSVLTVM XIV.

De puella, quæ educationis cauſa erat in conuentu monialium, an poſſit extrahi, ipſa renuente, ante finitum tempus educationis.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Filij in electione ſtatus ſunt ſui iuris.*
3 *Poſſunt qualemcumque ſtatum religionis eligere, inuitis parentibus.*
4 *Puellæ quæ ſunt in aliquo conuentu educationis cauſa ſi exeant ante finitum tempus conceſſum à Papa; etiam non reuerſuræ, incurrunt in excommunicationem.*

5 *Filia quæ eſt in conuentu educationis cauſa, etiam ad præceptum parentis non tenetur ab eo exire, ſi voluerit.*

6 *Anteqnam anni conceſſi à Pontifice ad educationem finiantur, non poteſt pater per vim extrahere filiam à conuentu monialium, in quo eſt educationis cauſa.*

7 *Pater non poteſt impedire filiæ vt vtatur diſpenſatione Pontificis.*

8 *Prælatus non poteſt impedire ſubdito, vt vtatur diſpenſatione Pontificis ad recipiendum presbyteratum ante vigeſimum quintum annum ætatis.*

9 *Educatio in conuentu monialium eſt res virtuoſa.*

10 *Pater non poteſt abſtrahere filios à bonis ſpiritualibus.*

11 *Vna puella non poteſt extrahi à conuentu in quo eſt educationis cauſa ad alium conuentum, vt ibi etiam educetur, ſine noua Pontificis licentia.*

12 *Pater non poteſt cogere filiam vt fiat religioſa in loco, vel illo conuentu, in quo illa non vult.*

13 *Papa non poteſt cogere vnum religioſum, vt transeat ad aliam religionem ſtrictiorem.*

14 *Pater non poteſt cogere filiam vt ſumat religionem ſtrictiorem, quam illa vult.*

15 *Pater tenetur dotare filiam, quæ vult effici religioſa in conuentu laxiori.*

16 *Dum non dotat tenetur alimenta præbere.*

17 *Pater de iure Luſitano non poteſt negare filiis alimenta, niſi in caſibus, in quibus poteſt eos exhæredare.*

18 *Pater denegans filiæ alimenta, vel dotem, vt eam cogat profiteri in conuentu, in quo illa non vult, incurrit excommunicationem.*

19 *Pater denegans alimenta filiæ, vt illa tranſeat ad ſtrictiorem conuentum educationis cauſa, incurrit excommunicationem.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN quodam monialium conuentu erat quædam puella educationis cauſa de licentia ſummi Pontificis, & adhuc illi deerant quinque anni ad complendam licentiam Pontificis, voluit eius pater illam extrahere à dicto conuentu, & ponere illam in altero ſtrictioris obſeruantiæ, vt ibi profiteretur, illa renitente, ſed in primo conuentu volente perſeuerare, & ibi profiteri.

Quæritur. An filia iſta in hoc caſu teneatur patri ſuo obedire? & an pater per vim, vel cenſuras poſſit eam à tali conuentu extrahere, & in caſu quod nolit exire teneatur illi alimenta præbere, & an filia poſſit patrem cogere, vt ei alimenta, & dotem ad profeſſionem præbeat.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 REſpondi primo filiam in hoc caſu non teneri
obedire patentibus. Et eſt quia filij in
3 electione ſtatus ſunt ſui iuris, & poſſunt qualemcumque
ſtatum religionis eligere, inuitis parentibus,
vt cum D. Thoma, Bonac. Sairo, & aliis communiter
docet Trullenc. *tom. 1. lib. 4. cap. 1. du. 1.
n. 12* Fagundez, *in Decalogum lib. 4. in 4. præcept.
cap. 4.* [illegible] ergo pater non poteſt per vim extrahere
filiam à dicto conuentu vbi vult eſſe religioſa,
& multo minus poteſt pater eam cogere cenſuris,
vt egrediatur vt in altero conuentu profiteatur.
Secundo reſpondi, quod puella iſta tantum abeſt, 4
quod teneatur in hoc patri ſuo obedire, quod
ſi exierit à prædicto conuentu intra tempus aſſignatum
à Pontifice ad ſuam educationem incurret
excommunicationem, etiamſi exeat animo
non reuertendi. Ita cum Palao, Tamburinus, *de
iure Abbatiſſarum, d. 1. q. 1. n. 14.* Licet contrarium
teneat Pelizarius. *de clauſura monialium tract. 10.
cap. 1. n. 157.* ergo talis filia, etiamſi noluerit ibi 5
eſſe religioſa, non tenetur exire à prædicto conuentu;
ſiquidem exeundo incidit in opinione
Tamburini in excommunicationem, ad quod pater
eam cogere non poteſt.
Confirmatur quia iſta puella eſt in hoc con- 6
uentu de licentia Pontificis per certum annorum
numerum; ergo antequam anni conceſſi finiantur
non poteſt pater per vim eam extrahere; ſiquidem 7
pater non poteſt impedire filiæ Pontificis diſpen- 8
ſationem, vt bene educetur; ſicut prælatus regularis
non poteſt impedire ſuo ſubdito, vt vtatur
diſpenſatione Pontificis ad recipiendum presbyteratum
ante vigeſimum quintum annum, vel ad
habitandum ſemper in vno conuentu, vt notauit
Vidal, *titulo de cenſuris inquiſitione. 2. n. 17.*
Confirmatur 2. Quia educatio in monaſterio 9
eſt res virtuoſa: ergo ſi pater filiæ conceſſit licentiam
ad hanc educationem in conuentu, non poteſt
illam extrahere à tali conuentu contra ſuam 10
voluntatem. Patet conſequentia; quia pater non
poteſt abſtrahere filios à bonis ſpiritualibus, quibus
traduntur de eius licentia, vt notauit Trulenc.
tom. 1. lib. 4. cap. 1. dub. 3. n. 1.
Nec obſtat ſi dicas, patrem velle iſtam à præ- 11
dicto Monaſterio extrahere ad alterum ſtrictioris
obſeruantiæ, vt ibi melius educetur, & religioſa
fiat. Nam ad hoc reſpondetur. Quod ad hanc educationem
in altero conuentu requiritur noua licentia
Papæ, vt notauit cum Rodriguez, & aliis 12
Tamburinus, *de iure Abbatum, d. 1. q. 2. n. 14.* Et
dato quod detur talis licentia adhuc iſta filia non
tenetur in hoc caſu patri obedire, quia vult eſſe
religioſa in illo conuentu, & pater non poteſt cogere
illam, vt hanc, vel illam religionem accipiat,
vt ſupra diximus, & eſt certum inter Doctores.
Confirmatur quia Papa non poteſt cogere vnum 13
religioſum, vt tranſeat ad aliam religionem ſtrictiorem,
vel quod faciat vitam ſtrictiorem, quam
profeſſus eſt, vt cum Sanchez, & aliis late probat
Pelizarius, *to. 1. tract. 1. cap. 5. n. 29. & 30.* Ergo nec
pater poterit cogere filiam ad aſſumendum vitam 14
ſtrictiorem, quam illa voluerit. Patet conſequentia.
quia ſicut pater habet poteſtatem dominatiuam
ſuper filios, ita Papa ſuper religioſos; ergo ſi
nec Papa ſummum Eccleſiæ caput id efficere poteſt,
quomodo id concedendum eſt patri reſpectu
filiorum.
Tertio reſpondi, iſtum patrem teneri dotare 15
hanc filiam, ſi voluerit eſſe religioſa in tali conuentu,
ita cum aliis communiter Trullenc. *in Decalogum
lib 4. cap. 1. dub. 3. n. 17.* Et interim tene- 16
tur ei alimenta præbere primo quia eadem bulla
per quam conceſſum eſt dictæ puellæ viuere in
dicto monaſterio educationis cauſa præcipitur, vt
ei alimenta à ſuo patre præbeantur. Secundo quia
ad id tenetur pater iure naturali; ſiquidem pater
tenetur iure naturali præbere filiis alimenta, præcipue
quando ei non ſunt inobedientes, vt late
probat

probat cum communi Trullene. *ſuprà,num.6 & 7.* ſed ſic eſt quod hæc filia in hoc caſu non fuit inobediens patri; ergo pater tenetur ei alimenta præbere.

17 Confirmatur, quia pater de iure Luſitano non poteſt negare filiis alimenta, niſi in caſibus in quibus poteſt eos exhæredare; vt notavit cum communi Fagundes, *in Decalogum in 4. præcept. lib.4.cap.3. n.1.* Sed ſic eſt quod pater non poteſt exhæredare filios, niſi in caſibus qui continentur, *in lib.4.ordinationis Luſitanæ,tit.*88 in quibus iſte non includitur; ergo pater tenetur in hoc caſu
18 alimenta præbere filiæ, & ad id per iuſtitiam poteſt obligari. Confirmatur 2. Quia iſte pater negando filiæ alimenta, eo fine, vt cogatur recipere habitum alterius religionis, vbi nolit eſſe religioſa, incurrit excommunicationem, vt cum multis notauit Bordonus, *tom.2.reſol.54. n.145.* Peirinis, *de ſubdito q.1. cap.29.* ergo pater non poteſt cogere filiam, vt tranſeat ad ſtrictiorem conuentum, ei alimenta denegando, & ſi hoc faciat incurrit excommunicationem.

Nec obſtat ſi dicas Patrem non cogere filiam, vt tranſeat ad alterum conuentum, vt ibi fiat religioſa, ſed educationis cauſa, nam cum ſit obſer-
19 uantior conuentus putat ibi melius educandam. Nam contra hoc eſt, quod pater non ſolum incurrit excommunicationem obligando filiam accipere alteram religionem, ſed etiam vt alterum conuentum ingrediatur educationis cauſa, vt docet Suarez *de cenſuris. d.23 ſect.7.num.9.* Filiucius *tract.14.cap.6.q.5.n.89.* & valde probabile putat Portel, *tom.1.caſuum caſu 54.n.1.* licet oppoſitum ſit etiam probabile; ergo pater non ſolum non poteſt cogere filiam, vt tranſeat ad alterum conuentum, vt ibi ſit religioſa, ſed nec educationis cauſa; ſiquidem incurrit excommunicationem hoc efficiendo, illa nolente.

CONSVLTVM XV.

De facultate conceſſa ad abſoluendum à caſibus Epiſcopo reſeruatis, an extendatur ad cenſuras reſeruatas?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Quoties Papa concedit licentiam ad abſoluendum à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis; concedit etiam licentiam ad cenſuras Sedi Apoſtolicæ reſeruatas.*
3 *Idem dicendum eſt in caſibus reſeruatis Epiſcopo cum cenſura.*
4 *Aliquæ cenſuræ dantur Epiſcopis reſeruatæ ſine caſibus, quæ enumerantur.*
5 *Aliqui Doctores videntur inclinare, in facultate conceſſa ab Epiſcopis ad omnes caſus ſibi reſeruatos, includi etiam cenſuras illi reſeruatas.*
6 *Facultas conceſſa ab Epiſcopo ad omnes caſus ſibi reſeruatos, ſecundum aliquos extenditur ad cenſuras annexas.*
7 *Moraliter quando reſeruatur cenſura, præſertim excommunicationis, reſeruatur etiam peccatum, ob quod imponitur.*
8 *Licentia conceſſa ab Epiſcopo abſoluendi ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis, latè interpretanda eſt.*
9 *Licentia conceſſa ab Epiſcopo abſoluendi à caſibus ſibi reſeruatis non extenditur ad cenſuras.*
10 *Quid ſi licentia ſit ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis.*
11 *Excommunicatio dicitur caſus reſeruatus.*
12 *Ponitur definitio caſus reſeruati.*
13 *Cui conuenit definitio, conuenit definitum.*
14 *Verba ambigua intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi.*
15 *Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda.*
16 *An Bulla Cruciata Luſitana concedat licentiam ad abſoluendum à cenſuris Epiſcopo reſeruatis.*
17 *In facultate quam Papa, vel Epiſcopus concedit ad abſoluendum ab omnibus caſibus Epiſcopo reſeruatis, non includitur facultas ad abſoluendum à cenſuris Epiſcopo reſeruatis.*
18 *Apud Epiſcopum cenſura, & caſus ſunt res diuerſæ.*
19 *In re morali non eſt facile recedendum à communi ſententia.*
20 *Nulla eſt cenſura Epiſcopo reſeruata, quæ non habeat caſum ſaltem per accidens reſeruatum.*
21 *Facultas conceſſa ab Epiſcopo ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis, licet latè ſit interpretanda, debet tamen interpretari intra proprietatem verborum.*
22 *Cenſuræ propriæ non ſunt caſus reſeruati, ſed pœna caſus.*
23 *Verba in dubio accipienda ſunt in propria ſignificatione.*
24 *Dictio omnis, reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam.*
25 *Quando Epiſcopus concedit totam ſuam authoritatem, in tali facultate includitur facultas ad abſoluendum à caſibus, & cenſuris ſibi reſeruatis.*
26 *Hæc facultas non extenditur ad diſpenſandum in votis, vel irregularitatibus.*
27 *Cenſura nõ dicitur propriè caſus ſed pœna caſus.*
28 *Quid ſit caſus reſeruatus explicatur.*
29 *Illa regula, cui conuenit definitio, conuenit definitum, quomodo intelligenda.*
30 *Rubricæ, & tituli non poſſunt allegari ad deciſionem caſuum, niſi rationem perfectam contineant.*
31 *Cẽſura vere, & realiter nõ eſt caſus reſeruatus.*
32 *Priuilegium circa modum ſeruandi interdictum non extenditur ad ceſſationem à diuinis, niſi exprimatur.*
33 *Verba ambigua ſemper debent explicari, attento iure communi, & non ſpeciali.*
34 *Cenſura & caſus, ſecundum ius commune, ſunt res diuerſæ.*
35 *Diuerſitas circa eandem rem non debet induci.*
36 *Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda ſi non referatur ad caſus ſpecialiter notatos.*
37 *Illa verba Bullæ Cruciatæ Luſitanæ, à caſibus, qui non ſunt reſeruati Sedi Apoſtolicæ eos abſoluant toties quoties per ſe, & ex propria ſignificatione, non includunt facultatem ad abſoluendum à cenſuris.*

38 *Includunt talem facultatem ex verbis antecedentibus, & ſubſequentibus.*

39 *Ponitur quædam obiectio in contrarium.*

40 *Contraria ſententia omnibus authoribus eſt deſtituta.*

41 *Habens facultatem ab Epiſcopo ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis toties quoties, poteſt abſoluere toties quoties ab omnibus caſibus Papalibus occultis, etiam intra Bullam Cœna, excepta hæreſi.*

42 *Probatur id à ſimili ex Bulla Cruciata.*

43 *Epiſcopus reſpectu horum caſuum eſt ordinarius, & poteſt eos delegare generali, vel ſpeciali delegatione.*

44 *Poteſtas quam concedit Epiſcopus ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis, late eſt interpretanda.*

45 *Caſus papales, etiam intra Bullam Cœna, excepta hæreſi, quando ſunt occulti, ſunt caſus Epiſcopales.*

46 *Vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

47 *Probatur id argumento deſumpto ex Bulla Cruciata.*

48 *Quid ſi Epiſcopus concedat licentiam ad abſoluendum à caſibus ſibi reſeruatis.*

49 *Dictio,* omnes, *quos comprehendat.*

50 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

51 *Ponitur alia obiectio. & ſoluitur.*

52 *Ponitur alia obiectio, & ſoluitur.*

53 *Ponitur alia obiectio, & ſoluitur.*

54 *In facultate quam Epiſcopus concedit ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis, non includitur hæreſis occulta.*

55 *Facultas ad abſoluendum ab hæreſi occulta ſolum conceditur in Tridentino Epiſcopis, & non eorum vicariis.*

56 *In nullo priuilegio cenſetur data poteſtas ad abſoluendum ab hæreſi, niſi de illa fiat expreſſa mentio.*

57 *Facultas, quam habent Epiſcopi per Tridentinum ad abſoluendum ab hæreſi occulta, ablata eſt ab eis per Bullam Cœna.*

58 *Quilibet confeſſor poteſt abſoluere ab hæreſi tantum externa, & materiali.*

59 *Quid ſi hæreticus tantum externus, ſit etiam idololatra.*

60 *In caſu impotentia recurrendi ad Papam, vel ad inquiſitores, à quo debeat pœnitens abſolui ab hæreſi occulta.*

61 *Quid dicendum ſit de aliis caſibus occultis Bulla Cœna.*

62 *Quæ dicantur impedimenta ad recurrendum ad Papam, vel inquiſitores pro abſolutione hæreſis occulta.*

63 *Quid ſi pœnitens poſſit recurrere ad Papam, vel inquiſitores per chartam, vel nuncium.*

64 *Abſolutus ab inferiore propter prædicta impedimenta, ſemper habet obligationem comparendi coram Pontifice, vel eius delegato, quando & quomodo potuerit.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN Archiepiſcopatu Bracharenſi aliquando concedit ordinarius facultatem parochis, & aliis confeſſoribus abſoluendi ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis.

Quæritur primo. An hæc facultas extendatur etiam ad cenſuras reſeruatas eidem ordinario? Secundo an extendatur ad omnes caſus papales occultos etiam intra Bullam Cœnæ, excepta hæreſi? Tertio quæritur, quid dicendum ſit de hæreſi occulta?

RESPONSIO AVTHORIS PRIMO QVÆSITO.

An hæc facultas extendatur ad cenſuras Epiſcopo reſeruatas.

AD maiorem huius conſulti explicationem
ſuppono, vt certum, quod quoties Papa con- 2
cedit licentiam ad abſoluendum à caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, concedere etiam licentiam ad cenſuras ſedi Apoſtolicæ reſeruatas, & vice verſa. Ratio eſt quia Papa non ſolet reſeruare peccata ſine cenſuris, nec cenſuras ſine peccatis: Ergo ſicut in fieri taliter dependet peccatum à cenſura, & cenſura à peccato, vt non detur peccatum reſeruatum ſine cenſura, nec cenſura ſine peccato, ita etiam dependet in conſeruari, ita vt ſublata cenſura, non maneat peccatum reſeruatum, & ablato pec-
cato, maneat etiam ablata cenſura. Et idem dicen-
dum in caſibus reſeruatis Epiſcopo cum cenſura, 3
propter eandem rationem. Ita Villalobos, Nauarr. Caietan. Suarez, Sanchez. & alij, quos refert, & ſequitur Fagundez. *in præceptis Eccleſiæ præcepto 2. lib. 8. c. 1. n. 3.* Bonacina. *de cenſuris, d. 1. q. 3. p. 1. n. 1.* Portel, *in dubiis regularibus, verbo caſus reſeruati, n. 5.* & cum aliis communiter Trullenc. *in cruciatam lib. 1. § 7. cap. 2. dub. 1. n. 3.*

Hoc ſuppoſito difficultas ſolum eſt, quando cen- 4
ſura ſolum eſt reſeruata Epiſcopo, non tamen caſus, propter quem incurritur cenſura, vt ſunt omnes excommunicationes, ſiue à iure, ſiue ab homine nulli reſeruatæ, aut in iure Epiſcopo reſeruatæ, an in hoc caſu, in quo hæ cenſuræ ex conſtitutione Synodali ſunt Epiſcopo reſeruatæ, concedendo Epiſcopus licentiam ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis, extendatur hæc facultas etiam ad excommunicationes ſibi reſeruatas.

Pro parte affirmatiua citari poteſt Suarez *de* 5
cenſuris, d. 7. c. 4. n. 4. vbi videtur maxime in hanc partem inclinare. Bordonus *reſol. 37. n. 2.* Nam licet ibi dicat, quod quando Epiſcopus concedit facultatem non extendi ad cenſuras, ſtatim addit, niſi quando concedit omnes caſus, inter quos numerantur aliquæ cenſuræ; nam tunc ſub nomine caſuum veniunt etiam cenſuræ. Portel *in dubiis regularibus verbo caſus reſeruati*, vbi ait Epiſcopus concedens caſus ſibi reſeruatos, ſi aliquod ſpecialiter nominet, cætera ſimilia concedere cenſetur, cenſuras videlicet reſeruatas Villalobos. *1. p. tract. 9. diffic. 17. n. 5.* vbi ita ait, *quando ſe da facultad para abſoluer de la cenſura, es juſto darla para abſolver de la culpa, è al contrario como dize Suarez, que el eſto commun es conceder la authoridad para los caſos reſeruados*; in quibus videtur etiam fauere hanc opinionem.

Ratio autem huius ſententiæ eſſe poteſt, quia 6
quoties Epiſcopus concedit facultatem ad caſus ſibi reſeruatos, extenditur hæc facultas ad cenſuras annexas talibus caſibus reſeruatis, vt ſupra probauimus; ſed ſic eſt, quod de facto nulla eſt

cenſura

cenſura reſeruata Epiſcopo, quæ ſimul non habet annexum caſum reſeruatum, ob quem incurritur; ergo quoties Epiſcopus concedit facultatem ad omnes caſus ſibi reſeruatos, extendi debet talis facultas ad cenſuras; ſiquidem ſunt annexæ talibus caſibus. Probatur minor in qua eſt
7 difficultas, nam vt notauit Suarez, *d. 7. de cenſuris, ſect 4 n.* 14. Moraliter, nunquam fit, vt cenſura præſertim excommunicationis reſeruetur, & non culpa, ob quam imponitur; alias vt bene dicit Suarez *de pœnitentia, d.* 28. *ſect.* 2. *n.* 10. Si confeſſor ex malitia ſua abſolueret pœnitentem bona fide accedentem ad Sacramentum, à peccato, non prius eum abſoluendo ab excommunicatione, abſolutio Sacramentalis eſſet valida, vt de excommunicatione non reſeruata docet Præpoſitus, Filiutius, Valentia, & alii, quos refert, & ſequitur Diana, 5. *p. tract* 9. *reſol.* 82. Sed ſic eſt, quod hoc nullo modo dici poteſt, quia alias nulla eſſet diſtinctio inter excommunicationem reſeruatam, & non reſeruatam in ordine ad abſolutionem peccatorum, propter quæ imponitur; ergo per talem reſeruationem, non ſolum reſeruatur cenſura, ſed etiam culpa, ob quam imponitur; ergo conceſſa facultate ad omnes caſus reſeruatos, conceditur etiam ad omnes cenſuras reſeruatas, vtpote annexas ipſis caſibus.

8 Probatur 2. eadem minor, quia hæc Epiſcopi licentia late interpretanda eſt, ſiquidem eſt fauor, & gratia iuxta, *l* 3 *ff de conſt. princip* & mos ita declarauit, ſi quem Epiſcopi ita ſolent côcedere omnes caſus, & conſuetudo facit legem iuxta, *l. legati de offic. delegat.* Et conſuetudo in hoc Archiepiſcopatu, ita ſe habet, ſiquidem illi, qui habent facultatem ad caſus reſeruatos, abſoluunt etiam à cen-
9 ſuris reſeruatis vt ipſi dicunt. Confirmatur; quia licet quando Epiſcopus concedit licentiam ad caſus reſeruatos, hæc facultas non extendatur ad
10 cenſuras, id tamen non videtur dicendum, quando concedit omnes caſus ſibi reſeruatos: Nam illa dictio *omnes*, eſt vniuerſalis, & nihil excludit, ſed omnes caſus comprehendit, *l Iulian. ff. de alleg.* 3. quamuis alias aliqui non eſſent comprehendendi, *arg. ex leg ſi cum ff de alleg.* 3. vnde merito ait Bordonus, *reſol.* 39 *n.* 59. ſe putare extendi, etiam ad cenſuras, propter magnam vim, quam habet vniuerſalis ſuper indiffinitam.

Probatur 3. quia excommunicatio dicitur caſus reſeruatus; ergo concedendo Epiſcopus licentiam ad omnes caſus reſeruatos, extenditur etiam hæc conceſſio ad cenſuras, Alias talis facultas non eſſet ad omnes caſus reſeruatos, ſed ad partem illorum. Antecedens probatur primo, ex definitione caſus
12 reſeruati; Nam vt illum diffinit Suarez, Luſitanus, *fol.* 2. *n.* 2. Eſt peccatum, ſeu cenſura, ſed cui conuenit diffinitio, conuenit & diffinitum; & argumentum à definitione eſt efficax, vt docet Euerard *in top. l à definit.* ergo excommunicatio dicitur caſus reſeruatus. Secundo probatur, quia in conſtitutionibus Epiſcopatuum huius Luſitaniæ Regni, ſub titulo caſuum reſeruatorum ponitur excommunicatio; ſed cum aliqua materia ponitur
13 ſub rubro, vel titulo, ex hoc inducitur eſſe illius naturæ cuius eſt titulus, iuxta gloſſam, *in cap.* 1 & *in cap. ſuper.* Griam. *de offic. deleg. lib.* 8 ergo cum excommunicatio ſit ſub titulo caſuum reſeruatorum, merito intelligitur eſſe caſum reſeruatum, quoad hunc effectum abſolutionis.

Probatur quarto idem antecedens ex communi modo loquendi apud noſtrates, ſecundum quem excommunicatio dicitur caſus: verba enim ambi- 14
gua intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi, licet improprientur iuxta, *l. labeo ff. ſuper ſect. l. vt Alphonſ. ff verb. ſign.* ergo cum in hoc Archiepiſcopatu, excommunicatio vocetur caſus reſeruatus, vt talis habenda eſt. Tum quia lex gene- 15
raliter loquens, generaliter eſt intelligenda, *l. de pretio ff. de public. in rem actio l. in fraudem.* §. *vlt. de teſtament. militum*, ergo cum lex huius Archiepiſcopatus excommunicationem appellet caſum reſeruatum, ita abſque dubio eſt intelligenda.

Deinde probatur ab inconuenienti: Nam alias 16
ſequeretur, quod per bullam Cruciatæ in hoc Luſitaniæ Regno non poſſent fideles abſolui à cenſuris reſeruatis Epiſcopo; ſed hoc eſt contra communem ſententiam, vt teſtatur Suarez, Luſitanus, *fol mihi* 164. *n.* 1. ergo, &c. Sequela probatur, quia in bulla non fit mentio cenſurarum reſeruatarum Epiſcopo, ſed ſolum dicitur quod à caſibus, qui non ſunt reſeruati ſedi Apoſtolicæ eos abſoluant toties quoties; ergo ſi concedente Pontifice facultatem ad abſoluendum a caſibus Epiſcopo reſeruatis, non includuntur in hac conceſſione cenſuræ Epiſcopo reſeruatæ, bene ſequitur, quod nec in hac conceſſione bullæ includuntur quod eſt abſurdum.

Quo argumento conuictus Trullenc *in Bullam Cruciata lib.* 2 §. *c.* 2. *dub* 2. *n.* 1. ait quare conſulto Pontifex in hoc § dixit loquitur de bulla conceſſa Caſtellæ) a caſibus, & cenſuris reſeruatis Epiſcopis, vt omnem Epiſcoporum, & aliorum prælatorum à Papa comprehenderet reſeruationem; ergo cum in noſtra bulla non dicantur illa verba è caſibus, & cenſuris, ſed ſolum à caſibus; dicendum eſt quod bulla non dat talem facultatam ad cenſuras Epiſcopo reſeruatas, quod eſt contra communem ſententiam, aut cenſuras in hoc regno comprehendi nomine caſus, quod nos intendimus. Et hanc ſententiam aliquibus ex his innixus fundamentis tuetur, defendit, & in praxi obſeruat quidam Parochus literatus, vt ipſe mihi plane confeſſus eſt.

Secunda ſententia docet in conceſſione, quam 17
Papa, vel Epiſcopus facit abſoluendi ab omnibus caſibus Epiſcopo reſeruatis, non includit facultatem ad abſoluendum à cenſuris ipſis Epiſcopis reſeruatis. Ita Nauar *c.* 27. *n.* 16. Coninch *de Sacramentis, d* 8. *dub.* 12. *n* 85. Rodrig. *in ſumma to.* 1. *c.* 59. *n.* 2. Suar *de cenſuris d* 7 *ſect.* 4. *n.* 12. Sanchez *ſumma*, quem refert, & ſequitur Bonacina *de cenſuris in communi d* 1. *q.* 3. *p.* 1 *n.* 15. Sylu. Tab. quos refert, & ſequitur Clauis Regia, *lib.* 1. *c.* 1. *n.* 5. Reginaldus, *lib.* 8. *cap.* 5. *ſect* 3. *n.* 66. Garcias, quem refert, & ſequitur Fagundes, *in præceptis Eccleſiæ, præcepto* 2. *lib.* 8 *c.* 8 *n.* 10 Suar. Luſitanus, *de caſibus reſeruatis, c.* 4. *n.* 20. Trullenc. *in bullam Cruciata, lib.* 2. §. 7. *c.* 2. *dub.* 2. *n. n* 1. vbi ait eſſe communem ſententiam, Vibanus ab aſcenſione, *tract.* 2. *c.* 2 *fol. mihi* 118. Coriolanus, *p.* 1 *ſect.* 2. *art.* 9. *n.* 1. Bordonus, *reſol.* 37 *n.* 2. & alii communiter.

Ratio fundamentalis huius ſententiæ eſt, quia 18
apud Epiſcopum cenſuræ, & caſus ſunt res diuerſæ, ſæpe enim inueniuntur caſus Epiſcopo reſeruati, ſine cenſura; Atqui à diuerſis non fit illatio *cap. ad audientiam de decimis, & l. Papinianus, ff de minoribus*, ergo quamuis Pontifex, vel Epiſcopus concedant facultatem ad abſoluendum ab omnibus caſibus Epiſcopo reſeruatis, talis facultas non extenditur

extenditur ad cenſuras, vtpote res diuerſæ.

Fateor, me ſæpe ſæpius in hac re perplexum
fuiſſe; Nam pro prima ſententia videbam non
contemnendas rationes, pro ſecunda vero com-
mune Doctorum placitum, & conſenſum, quare
19 libentius vellem aliorum ſententias audire, quam
meam in lucem proferre. Cæterùm, quia in re
mortali non eſt facile recedendum à communi ſen-
tentia, & quia nullum inuenio Doctorem, qui
dare primam ſententiam ſuſtineat, eos autem
qui hanc difficultatem attigerunt vide omnes pro
parte contraria dimicantes, nolo ego in hoc
puncto aliquid de nouo definire, ſed partem ne-
gatiuam, vt communem, & ſecuriorem conſule-
re. Ita in ſimili caſu reſpondet Lugo, *de pœniten-
tia, d. 16. ſect. 2. n. 92.* Maioris tamen claritatis
gratia, reſpondeo argumentis contrariæ partis.

Ad primum reſpondeo cum Suario *de pœni-
tentia d. 28. ſect. 2. n. 6. & 11.* Diſtinguendo mi-
20 norem, nulla eſt cenſura reſeruata Epiſcopo, quæ
ſimul non habeat annexum caſum reſeruatum, ob
quem incurritur, immediate, & in ſe, nego, per
accidens, & in aliu concedo; deinde nego con-
ſequentiam. Ad primam probationem minoris
reſpondeo cum Sanches, Suarez, Coninchò, Fa-
gundes, Laiman, quos refert, & ſequitur Pa-
laus, *tom 4. d. unica. tract. 23. p. 15. §... n. 6.* admit-
tendo ſequelam. Ad ſecundum inconueniens,
quod infert. Reſpondeo quod cenſura reſeruata,
& non reſeruata non differunt inter ſe, in eo quod
peccatum, ob quod imponitur, ſit vel non ſit re-
ſeruatum, ſed in eo, quod ſolum reſeruans, vel
eius delegati poſſint ab illa abſoluere.

Ad ſecundam probationem minoris Reſpondeo
quod licet facultas Epiſcopi ad abſoluendum à
21 reſeruatis non expreſſis perſonis abſoluendis late
ſit interpretanda, vt cum communi ſententia do-
cet Palaus, *tom. 1. tract. 3 d. 4 p. 11.* Semper tamen
talis interpretatio debet fieri intra proprietatem
verborum: *l. eam leg. ff de teſtam l. 1. §. quod au-
tem, ff. aleator: cap. ad audiendam* 12. *de deci-
mis*; unde cum cenſuræ propriè non ſint caſus
reſeruati; ſed pœna caſus, vt præter Doctores
22 citatos tenet Megala, & alij quos refert, & ſe-
quitur Diana, *p. 2. tract. 2. reſol.* 13. Inde eſt quod
talis facultas, licet ſit late interpretanda non de-
bet extendi ad cenſuras reſeruatas, verba namque
in dubio accipienda ſunt in propria ſignificatio-
ne: *l. non aliter ff. de legat.* 3. & verba dubia in
23 potiori ſignificata ſunt accipienda, *l. 1. §. quo in
ſerret. ff. ſi ager vectig.* Et ad id, quod ait de
conſuetudine in Archiepiſcopatu Bracharenſi,
Reſpondeo talem conſuetudinem non dari, ne-
que dè ea aliqui Authores Luſitani meminere, &
ſi aliqui parochi id faciunt male abſoluunt, & de
eis præſumi poteſt, id cum dolo facere; Nam do-
lus, & malus animus præſumitur in eo, qui facit,
quod tenetur non facere, *l. ſi procuratorem, ff.
mand.*

Ad Confirmationem reſpondeo negando an-
24 tecedens. Ad probationem reſpondeo, illam vni-
uerſalem, omnes, reſtringi ſecundum ſubjectam
materiam, *l. 3. §. ſi quis heredi. ff. de ſtatu liber.*
Barboſa, *de locis lit. V, n.* 21. Et ſic non eſt ex-
tendenda ad materiam diuerſam, vt ſunt cenſuræ,
ſed ſolum debet extendi ad omne illud, quod fue-
rit caſus reſeruatus, etiamſi in aliquo ſit aliqua
ratio ſpecialis, ob quam non includeretur in in-
definita, ſed requireretur maior explicatio, vt
docet Bordonus, *reſol. 39. n. 59.* Et nos *inf à*
agentes de caſibus Pontificis occultis dicemus.
Vnde ad id quod ait ex Bordono reſpondeo, Bor-
donum non loqui, quando Epiſcopus dicit con-
cedo tibi omnes caſus reſeruatos, ſed quando di-
cit, concedo tibi omnem meam authoritatem, &
in hoc caſu dicit Bordonus, quod hæc facultas 25
etiam extenditur ad cenſuras, quod & ego, ſi
alias conſtet de intentione prælati, vt ait Regi-
naldus, *lib 8. cap. 1. ſect. 3 n. 67.* Etiam liben-
ter admitto; nam illa dictio, omnem, non appel-
lat ſuper caſus, vt in noſtro caſu, ſed ſuper au-
thoritatem, & facit hunc cenſum, concedo ſibi
omnem meam authoritatem ad abſoluendum, vt
ait Suarez, *de cenſuris, d. 7. ſect. 4. n. 93.* Vnde
cum facultas, & authoritas Epiſcopi ad abſol-
uendum, extendatur etiam ad abſoluendum à
cenſuris, neceſſario concedendo omnem ſuam
authoritatem, debet extendi ad cenſuras; alias
non concederet omnem ſuam authoritatem ad
abſoluendum, ſed partem ipſius. Nam qui nihil
excludit, vt rectè probat argumentum, omne
concedit. Nec tamen hæc facultas extenditur ad
diſpenſandum in votis, vel irregularitatibus, vt 26
docent communiter DD. apud Trullenc. *in bulla
lib. 1. §. 7. cap 2. dub. 2. n. 1.* Quia diuerſa eſt fa-
cultas ad abſoluendum, à facultate ad diſpenſan-
dum, & vna conceſſa, non cenſetur alia conceſſa:
nam aduerſis non fit illatio, *vt ſuprà* diximus.

Ad tertiam probationem antecedentis reſpon- 27
deo, quod cenſura, neque eſt, nec dicitur caſùs
proprie, & rigoroſe, ſed pœna caſus. Ita Me-
gala, Nauar. quos refert, & ſequitur Diana *ſuprà*, 28
Bordonus, *reſol. 37. n. 8.* Caſus namque propriè,
& ſtricte accipitur pro crimine morali exteriori,
in quo qui labitur non poteſt à quolibet confeſ-
ſario abſolui: Ita Bonacina, *tom. 1. d. 5. q. 7. p. 5.
in principio*, vel vt melius definiunt Trullenc.
lib. 1. in bullam. §. 7. cap. 2. dub. 1. n 1. Bordonus
reſol. 17. n 2. Sumitur pro grauiori crimine, cu-
ius abſolutio reſeruatur ſuperiori. Vnde quando
Theologi appellant cenſuram caſum, id faciunt
impropriè vt ait Suarez Luſitanus vbi *ſuprà*. Ad
primam probationem antecedentis reſpondetur
cui conuenit definitio, conuenit & definitum,
diſtinguo, cui conuenit definitio impropriè, ne-
go, cui conuenit per propriam, & completam
differentiam, conuenit & definitum, concedo;
vt ait Ariſtoteles, Topicorum, *lib. 6. cap. 1* & 29
optimè probat Barboſa, *de locis vtriuſque iuris,
verbo definitio, n* 9 Vnde cum definitio caſus re-
ſeruati, quam affert argumentum, non ſit pro-
pria per propriam, & completam differentiam,
ſiquidem conuenit alijs à definito, ſequitur quod
ſolum impropriè conueniat cenſuris, ac per con-
ſequens talis facultas, non extenditur ad cenſu-
ras, nam vt ſæpe diximus, priuilegium licet la-
tè interpretandum ſit, ſemper debet eſſe intra
proprietatem verborum.

Ad quartam probationem antecedentis reſpon-
deo, quod prædicta regula non procedit quando 30
titulus, & rubrica non eſt per ſe clara, & ex om-
ni parte perfecta. Ita Alderet, Maſcard, Meno-
chius, quos refert, & ſequitur Barboſa, *de locis,
lit. A, n. 207.* Vnde merito ibi ait Barboſa, ru-
bricas, & titulos non poſſe allegari ad deciſio-
nem cauſarum, niſi rationem perfectam conti-
neant, quæ tamen non dantur in noſtro caſu, cum
verbum caſus reſeruati, ſit ambiguum ad peccata,

&

& cenſuras reſeruatas. Vnde cum verba ambigua interpretanda ſint, ſecundum ius commune, *cap. cum dilectus de conſuetudine*, de iure autem communi excommunicatio propriè non ſit caſus, vt *infrà* dicemus, ſed pœna caſus, vt *ſuprà* diximus, inde eſt quod talis facultas ſecundum omnem ſuam plenitudinem, non debet extendi ad cenſuras, nam ſtatutū taliter debet extendi vt nunquā extrahatur à propria verborum ſignificatione vt *ſuprà* diximus.

Ad quintam probationem eiuſdem antecedentis reſpondeo, quod dato, & non conceſſo quod
31 cenſura apud nos in communi vſu loquendi dicatur caſus, adhuc vere, & realiter non debet talis indicari, neque priuilegium, etſi ſit fauorabile, debet ad illam extendi, niſi ex antecedentibus, vel conſequentibus colligatur, quod Epiſcopus certo habuerit intentionem extendendi talem facultatem, etiam ad cenſuras, vt aduertit Suar. & Fagund. & Vrban. *ſuprà* citati, nam vt optime ait Suar. *de leg. lib. 8. cap. 28. n. 1* licet Proprietas verborum in priuilegio ſumatur ex communi vſu loquendi, hoc ta-
32 men ſemper debet intelligi ſecundum ius priuilegio proportionatum; vnde priuilegium circa modum ſeruandi interdictum, vt ibi ait Suar non extenditur ad ceſſationem à diuinis, niſi exprimatur, licet alias ceſſatio à diuinis, etiam dicatur impropriè interdictum, vt docet Suar. *de cenſuris d. 8. ſect. 1. n. 12.* non alia ratione, niſi quia in iure, hæc duo ſunt diuerſa, ſed in iure cenſuræ etiā ſunt diuerſæ à caſibus reſeruatis, apud Epiſcopos ergo facultas cōceſſa ad caſus, non debet extendi ad cenſuras.

Ad id vero, quod dicit argumentum, quod verba
33 ambigua intelliguntur ſecundum vſum loquendi, licet improprientur; reſpondeo, leges ibi allegatas debere intelligi attento ſemper iure communi. & non ſpeciali, *l. fin. C. de his quæ vi. ata. impe.* Barb *de locis lit. V n. 7.* Vnde cum de iure communi excommunicatio non ſit caſus, ſed pœna caſus, parum intereſt, quod apud noſtrates vocetur caſus; & quod
34 cenſuræ, & caſus ſecundum ius commune ſint res diuerſæ Probatur, tum ex natura cenſuræ, quæ non eſt caſus, ſed pœna caſus, vt ſæpe diximus, tum ex bullis, & decretis Pontificum, in quibus fit diſtinctio inter caſus, & cenſuras reſeruatos Epiſcopis, vt videri eſt *in bulla Sixti IV.* quā refert Peirinis, *ad conſtitutionem 2. Sixt. IV. fol. mihi 17.* vbi ait ab omnibus caſibus, & excommunicationibus, & interdictis. Et in decreto ſacræ Congregationis de mandato Pauli V. anno 1617. vbi ait, *ab excommunicationibus, vel caſibus eiuſdem ordinarij*: illa namque particula, vel. eſt disiunctiua, & importat diuerſitatē; vt deciſum eſt in ſacra Rota Romana apud Farinac. *tom. 1. deciſ. 69. 1. p. n. 5.* Barb. *de dictionibus*
35 *dictione 306. n. 1.* Et diuerſitas circa eandem rem nō debet induci, *l. eam quis ædes ff. de vſu cap.* Tuſcus *to. 2. lit. D, concl. 518.* Barb. *de locis lit. D. n. 46.* ergo ſub nomine caſus Epiſcopo reſeruati, non veniunt de iure communi cenſuræ; alias eſſent ſuperflua illa verba, *ab excommunicationibus*, nam ſuperfluum eſt dicere, quod iure ineſt. Vnde dicitur; quod tacitè ineſt, de iure expreſſum nihil operatur, *l. cum dubitari l. Cornel. ff. de hered. inſtitu.* ergo dicta verba debent aliquid operari, iuxta vulgares regulas iuris *l. ſi quando ff. de leg. 2. l. 4. in principio, ff. de iure verdo.* Ad vltimā probationem, quæ ait,
36 quod lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda, reſpondeo, ita eſſe, ſi talis lex non referatur ad caſus ſpecialiter notatos, *l. Sanctio legum, ff. de pœn. dolo ff. de verb. oblig.* Barb. *de locis verbo*

lex. n. 29 Vnde cum cenſuræ ſint reſpectu Epiſcopi caſus ſpecialiter notati, & diuerſi vt patet ex dictis non debent comprehendi ſub generalitate caſus Epiſcopo reſeruati.

Tandem ad inconueniens quod infert ex bulla Cruciatæ, nego, ſequi tale inconueniens: Ad pro- 37
bationem reſpondeo, quod verum eſt, illa verba à caſibus, qui non ſunt reſeruati ſedi Apoſtolicæ, eos abſoluant toties quoties, includere etiam facultatem ad abſoluendas cenſuras Epiſcopo reſeruatas, ſed hanc efficaciam non habent illa verba per ſe, & ex natura ſua, & ex propria ſignificatione; ſed quia hanc eſſe intentionem Pontificis certo ſcimus ex antecedentibus, & conſequentibus, quod ſufficit vt priuilegium, quamuis per ſe talem cenſum non habeat, ita intelligatur; nam verba 38
præcedentia declarant ſequentia, & è conuerſo, *l. ſi ſeruum, §. ſi ff. de legat. 1.* Ita Suarez, & Fagund. *locis citatis*, quam intentionem nos colligimus ex verbis quibus Epiſcopus concedit facultatem ad caſus reſeruatos, vt ſuppono, Quod autem hæc intentio in dicta bulla colligatur ex antecedentibus, & conſequentibus, probatur ex eadem bulla; nam ante illa verba dicit Pontifex (*E de todos os mais peccados, delictos, è exceſſos, por graues, è enormes, que ſeian, ainda que por elles ouueſſem de recorrer a ſee Apoſtolica.*) In quibus verbis includitur, etiam facultas abſoluendi à cenſuris vt multis relatis probat Suarez Luſitanus, *de caſibus reſeruatis fol. mihi 165. n. 1.* Et ratio eſt, quia illa clauſula, *ainda que por elles ouueſſem de recorrer à ſee Apoſtolica.* eſt augens, & ampliatiua, & ponit caſum magis dubitabilem, & ſupponit minus dubitabilem: *l. etiam C. ſi tutores, l. curatores, Clement. Religioſis de praſcript. Clementina vnica, §. fin. de ſupplen. neglig. prælat. & Clement. volentes de hæres.* & tradit *in dicta Clement.* cum Zabarello, Paris, *conſil. 36. n. 9.* Menoch *de recuperanda poſſeſſione, n. 216.* Vrban. *tract. 2. diſt. 1. cap. 1. reg. 8.* Vnde illa clauſula, quæ ſequitur *e dos caſos que no ſeian reſeruados*, refertur ad omnes caſus, & cenſuras reſeruatas Epiſcopo, incluſos in illa prima generali conceſſione, eſt namque illa clauſula repetitiua ſimilium, vt probat textus, *in l. quidam relegatus*, & nos *infra* fuſius dicemus.

Quod autem colligatur etiam hæc intentio ex verbis ſequentibus probatur. Siquidem ſtatim *infrà* dicit, item *declarou ſua Santidade que abſoluſões que por vigor das preſentes letras ſe fiſerem, depois de ſatisfeita a parte da excommunhaon, e de outras cenſuras Eccleſiaſticas*, ab homine latis, & ferendis, &c. ergo intentio Pontificis fuit concedere in verbis antecedentibus facultatem ad abſoluendum ab excommunicationibus, non ſolum ſibi reſeruatis, ſed etiam aliis prælatis inferioribus; ſiquidem illa verba, cenſuris Eccleſiaſticis ab homine latis, & ferendis, hæc omnia includunt, vt ex ſe patet; nec fuit neceſſaria maior explicatio, nam verba, quæ aliquod præſupponunt circa illud non diſponunt: *l. ex facto in 1. ff de hered. inſtituend. l. neque enim §. ſi ſeruum ff. de militum teſtam.*

Ad id vero quod ait argumentum ex Trullene. Reſpondeo, Trullenicum bene locutum fuiſſe, ſi- 39
quidem in bulla conceſſa Caſtellæ, ex antecedentibus, & conſequentibus non poterat certo colligi intentio Pontificis, ſi prædicta verba non ponerentur; ſiquidem in illa bulla ſolum hæc verba ponuntur, *Et ab eo, quorumcumque peccatorum, & cenſurarum, etiam ſedi Apoſtolicæ, & Bulla Cœ-*

na reſeruatorum, ſemel in vita & ſemel in articulo mortis, aliorum vero ſedi Apoſtolica non reſeruatorum, & reſeruatorum, toties quoties. Et quibus verbis, ſi auferantur illa verba, & cenſurarum, non remanet aliqua coniectura certa ad colligendam Pontificis intentionem; ſiquidem in cæteris bullæ clauſulis, nec verbum quidem eſt vnde hoc clare poſſet inferri, quod non accidit in noſtra bulla, vt manet explicatum.

E quibus omnibus conſtat, hanc ſententiam eſſe vt veram practicandam, & conſulendam; ſi-
40 quidem rationes contrariæ ſententiæ nullius ſunt roboris, vt ex earum ſolutione conſtat. Tum quia ab omnibus eſt deſtituta authoribus; Nam Bordonus, qui magis videtur fauere huic ſententiæ, non loquitur quando cenſuræ ſunt diſtinctæ à caſibus, alias ſibi eſſet contrarius, cum ibi contrarium dicat, ſed loquitur quando cenſuræ ſunt caſibus annexæ, vt ipſe ſtatim explicat, *reſol.39.n.59.* vbi ita dicit, conceſſis omnibus caſibus, inter quos recenſentur aliquæ cenſuræ, intelliguntur etiam conceſſæ cenſuræ in illis incertæ, quia veniunt ſub nomine caſuum reſeruatorum, quod nos etiam concedimus.

At vero Villalobos, & Portel; quos aliqui dicunt inclinare in hanc partem, nunquam tale quid illis venit in mentem in citatis locis. Nam Villalobos tantum ibi loquitur de caſibus papalibus. Et in eodem ſenſu loquitur Portel, Ambo enim ſe referunt ad ſententiam Nauarri; & Suarij, & in tali ſenſu loquuntur, vt ipſi fatentur ibi; Nauarrus autem, & Suarez, ſequuntur noſtram ſententiam in ſenſu à nobis explicato, & licet Suarez ibi aliquantulum corruptus videatur, quatenus proponit illud primum argumentum contra ſententiam Nauarri, & non illi reſpondet, aperte tamen eſt pro noſtra ſententia, contrariam non approbat, ſed tantum illius rationem oſtendit, quod non ſufficit, vt dicatur eſſe pro hac ſententia, cum contrariam ibi apertè ſuſtineat, vt conſideranti patebit.

RESPONSIO AVTHORIS SECVNDO QVÆSITO.

An licentia Epiſcopi ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis extendatur ad omnes caſus Papales, etiam intra Bullam Cœnæ, excepta hæreſi.

HVic difficultati breuiter reſpondi. Haben-
41 tem facultatem ab Epiſcopo ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis toties quoties, poſſe abſoluere toties quoties ab omnibus caſibus Papalibus occultis, etiam intra bullam cœnæ, excepta hæreſi. Hanc ſententiam à fortiori debent tenere Diana, *3.p.tract.2. reſol. 13. in fine*, Thomas Sanchez, *in Decalogum, lib 4 cap.54. n.27.* Marcellus, *d.1.cap.a def. 11. n. 540.* Coufets, quem refert Diana, *6.p.tract 6. reſol. 54.* Trullenc. *in bullam lib.1.cap.2.§.7. dub.3.& dub. 6. eiuſdem capitis*, Leander à Martia, quem refert Diana, *9. p.tract.8. reſol.50.* Aueſa, quem refert Diana, *8. p. tract 7. reſol.7.* Mendo, quem refert, & ſequitur Auſonius, *verba bulla cruciata. n.31.*

Ratio eſt, quia licet iſti Authores loquantur de
42 facultate bullæ cruciatæ ad abſoluendum toties quoties à caſibus reſeruatis Epiſcopo, idem conſequenter dicendum eſt de facultate, quam dat Epiſcopus ad eoſdem caſus; ſiquidem non eſt maior ratio ad reſtringendum hanc facultatem, quam 43
confert Epiſcopus, quam illam, quam Pontifex concedit; ſiquidem ſi Papa eſt ordinarius reſpectu iſtorum caſuum, & poteſt eos delegare generaliter, vel ſpecialiter, etiam Epiſcopus eſt ordinarius reſpectu horum caſuum, & poteſt eos delegare generali, vel ſpeciali delegatione cui voluerit, more cuiuſlibet ordinariæ poteſtatis, vt multis relatis ait Sanchez, *de matrim, lib.2.d.40.n.17.* & *in Decalog. cap.11.lib.2. n.23.* Palaus, *tom. 1, tract.4.d 4 p.3.§.1.n.10.* Trullenc. *vbi ſupra, n. 4.* Auſonius, *verbo abſoluere, n. 6.* non enim hi caſus competunt Epiſcopo ex aliqua delegatione ſpeciali, vt aliqui volunt, ſed iure ordinario, vt ibi late probant prædicti Authores, Et ſi priuilegium bullæ latè interpretandum eſt, ita vt comprehendat omnes caſus, quomodocumque adaptabiles caſibus in poteſtate expreſſis, & ſublata verborum ſignificatione vt multis relatis docet Trul- 44
lenc. *in bullam in proœmio. dub. 4. n. 4* etiam poteſtas quam concedit Epiſcopus ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis, eodem modo latè eſt interpretāda, vt cum communi ſententia docet Palaus, *tom.1.tract. 3.d.4.p.11.n.2.* ergo ſi Doctores dicunt, quod concedente Papa licentiam per bullam ad abſoluendum toties quoties à caſibus reſeruatis Epiſcopis, concedit etiam ad omnes Papales occultos, excepta hæreſi, idem dicendum eſt de facultate, quam concedit Epiſcopus ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis, vt ex ſe patet, & non obſcure indicauit Bordonus, *reſol.39.n.10.* vt ſtatim dicemus, & clarius dicit Mazuchellus, *ſuprà*.

Ratio fundamentalis huius ſententiæ eſt, quia 45
caſus papales, etiam bullæ cœnæ, quando ſunt occulti, excepta hæreſi, non cenſentur Papales, ſed Epiſcopales, à quibus poſſunt Epiſcopi abſoluere jure ordinario, tam antiquo, quam nouo conceſſo ſibi in Tridentino. *ſeſſ.24.cap.6* non obſtante reuocatione facta in bulla cœnæ, vt cum multis docet Coninchius, *de Sacramentis, d. 14. dub. 16. n.243.* ergo concedendo Epiſcopus facultatem ad abſoluendum ab omnibus caſibus Epiſcopalibus, concedit etiam licentiam ad abſoluendum à dictis caſibus; Nam poteſtas conceſſa ad abſoluendum late eſt interpretanda, vt *ſuprà* diximus. & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus,
l. de pretio, de public. in rem l. non diſtinguemus. Et 46
ſi Epiſcopus aliud voluiſſet illud expreſſiſſet, cum facile poſſet iuxta, *l. vnicam. §. ſin autem ad deficientes, C. de caduc. tol.*

Confirmatur primo, quia confeſſores per bul- 47
lam cruciatæ poſſunt abſoluere toties quoties à caſibus occultis Papæ reſeruatis, etiā intra bullam cœnæ, excepta hæreſi, vt tenent prædicti Doctores, non alia ratione, niſi quia habent facultatem abſoluendi toties quoties à caſibus Epiſcopo reſeruatis, vt docent prędicti doctores, quos *ſuprà* citauimus; ergo idem dicendum eſt de illo, qui habet facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus Epiſcopo reſeruatis, etiam ſi hanc facultatem non habeat per bullam cruciatæ conceſſam, ſed conceſſam ab Epiſcopo. Patet conſequentia, nam quod hæc facultas proueniat à Papa, vel ab Epiſcopo, per accidēs eſt, cum tam Papa, quam Epiſcopus ſint ordinarij reſpectu iſtorum caſuum, & vtriuſque poteſtas ſit late interpretanda, vt *ſuprà* diximus.

Confirma

Confirmatur 2. quia etiamſi verum eſt, quod cõ-
48 cedente Epiſcopo licentiam ad abſoluendum à caſibus ſibi reſeruatis, non ſit hæc facultas extendenda ad caſus Papales occultos, vt *infrà* dicemus; contrarium tamen dicendum eſt, quando Epiſcopus concedit licentiam ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis; ſiquidem illa dictio, *omnibus*, non ſolum comprehendit caſus, quos Epiſ-
49 copus ſibi reſeruauit, ſed qui altiori reſeruatione ſunt illi à Papa reſeruati. Nam illa dictio, *omnibus*, eſt vniuerſalis, & nihil excludit, ſed omnes caſus comprehendit, quamuis alios aliqui non eſſent comprehendendi, propter diuerſitatem rationis, & maiorem requirerent expreſſionem, *argum. ex l. ſi cui ff. de leg. 3.* vbi dicitur, quod ſi lana indefinitè legetur, non venit lana tincta ſub legato, benè tamen, ſi legetur omnis lana, *l. pediculis §. labeo, ff. de auro, & argẽto leg.* & notauit Bord. *reſol. 39. n.* 10. *& 59.* & innumeris relatis Barb. *de dictionib. dictione 107 n. 1.* ergo eodẽ modo, etiamſi nomine caſus indefinitè prolati non veniant iſti caſus propter maiorem illorũ reſeruationem, bene tamen quãdo Epiſcopus omnes caſus ſibi reſeruatos concedit.

Nec obſtat 1. dicas, hanc facultatem, quam con-
50 cedit Epiſcopus eſſe contrariam iuri communi, ſiquidem iure communi vniuſquiſque debet abſolui à ſuo proprio prælato, ergo interpretenda eſt ſtrictè. Reſpondetur namque cum Palao, *to. 1 tract. 3. d. 4. p. 11. n. 2.* hanc facultatẽ quam concedit Ordinarius ad abſoluendũ à caſibus ſibi reſeruatis nulli iuri eſſe contrariam ſiquidem nullum ius datur, quod prohibeat iudici ordinario poſſe delegare facultatem ordinariam quam habet, imo potius iuri eſt maxime conformis hæc delegatio, quia ſic occurrentibus neceſſitatibus facilius ſubuenitur.

51 Nec obſtat ſi ſecundò dicas cum Bordono *reſol. 39. n. 59.* huiuſmodi caſus Papales eſſe cenſuras, in conceſſione autem caſuum Epiſcopo reſeruatorum non veniunt cenſuræ reſeruatæ, vt *ſuprà* diximus. Non obſtat inquam. Reſpondeo namque cum eodem Bordono, *reſol. 39. n. 59.* huiuſmodi cenſuras non eſſe ſeparatas à caſibus, ſed eſſe annexas ſimul cum caſibus, quare conceſſis omnibus caſibus Epiſcopalibus, conceduntur etiam cenſuræ illis annexæ, etiamſi de cenſuris non fiat mentio, nam, vt *ſuprà* diximus, tunc nomine caſus Epiſcopo reſeruati non veniunt cenſuræ, quando tales cenſuræ non ſunt annexæ, & ſimul reſeruatæ cum caſibus, quod tamen non datur in præſenti, nam caſus Papales omnes ſunt ſimul reſeruati cum cenſura, vt *ſuprà* diximus, & vt tales Epiſcopo reſeruantur.

52 Nec obſtat ſi 3 dicas cum Vrbano ab Alexandro, *tract. 2. cap. 3. reg 9.* Huiuſmodi caſus eſſe ſpeciali conceſſione, & priuilegio Epiſcopo reſeruatos, propter induſtriam perſonæ; ergo licet Epiſcopus concedat omnes caſus in genere, adhuc non cenſetur concedere huiuſmodi caſus. Patet conſequentia, nam in generali conceſſione non veniunt ſpecialia, quæ non eſſet Epiſcopus vero ſimiliter conceſſurus, *cap. cum in generali, de offic. vicarij, in 6. c. 2. de pœnis. & remiſ. in 6.* reſpondeo namque cum Sanch. Trullenc, & aliis *ſuprà* relatis, hos caſus Papales, quando ſunt occulti, non eſſe Papales, ſed Epiſcopales, & competunt Epiſcopo, non ex aliqua delegatione, vt cum aliis vult Vrban *ſuprà* ſed iure ordinario, tanquã perpetuo annexi dignitati Epiſcopali, nec exigitur induſtria perſonæ; alias non poſſet Epiſcopus illos delegare quod eſt omnino falsũ, vt optime notauit Trul *ſup. n. 4.* ergo ſi non excepit illos, cenſetur omnes illos concedere.

Aduertendum tamen eſt hanc doctrinam procedere quando Epiſcopus concedit facultatem ad omnes caſus ſibi reſeruatos, nam ſi ſolum concedat caſus ſibi reſeruatos, aliter dicendum eſt, nam tunc hæc facultas non extenditur ad caſus Papales occultos, qui de iure ſunt Epiſcopo reſeruati. Ita expreſſe Bordon. *reſol. 39. n. 59.* Vrban. *tr. 1. c. 3. reg. 9.* Nam cum iſti caſus ſint Epiſcopo reſeruati altiore reſeruatione, requiritur maior expreſſio, nam in generali conceſſione non veniunt ſpecialia, quæ non eſſet Epiſcopus veroſimiliter conceſſurus, *cap. cum in generali de officio vicarij, in 6. & cap. 2. de pœnis. & remiſſ. in 6.*

Non obſtat ſi dicas, quod in bulla cruciatæ non 53
ponitur illa dictio, omnes, ſed ſolum dicitur, *è dos caſos, que ſon reſeruados à Sé Apoſtolica abſoluã todas las veçes que for neceſſario;* Et tamen omnes DD. citati dicunt, quod in tali conceſſione cõprehenduntur omnes caſus Papales, quando ſunt occulti, excepta hæreſi; ergo etiamſi Epiſcopus ſolum indefinitè concedat caſus ſibi reſeruatos, talis facultas extẽdenda eſt ad omnes caſus Papales occultos excepta hæreſi. Non obſtat inquam. Reſpondetur namque, quod in bulla Cruciatæ etiamſi in illo loco non ponatur expreſſe illa dictio, *omnes* poni tamen in cõceſſione generali antecedenti, vbi dicitur, *e de todos os mais peccados, è delictos, &c.* quod ſufficit, vt in ſequẽti conceſſione omnes caſus cẽſeantur incluſi; ſiquidem illa clauſula, *e dos caſos*, ſimilitudinem denotat, & eſt repetitiua ſimilium, vt probat textus, *in l. quidam relegatus*, & *ibi* Bart. & alij innumeri, quos refert, & ſequitur Barb. *de dictionibus, dictione 17. n. 1.* quod non datur in noſtro caſu, vt ex ſe patet. Et idem dicendum eſt, quando Epiſcopus concedit hanc facultatem in hac forma, concedo tibi caſus meos reſeruatos, vel caſus reſeruatos in conſtitutionibus huius Epiſcopatus, nam hæc etiam facultas non debet extendi ad caſus Papales occultos, eſt namque facultas limitata ad ſpeciales caſus. Ita Graffios, quem refert & ſequitur Bordonus, *reſol. 39. n. 59.*

RESPONSIO AVTHORIS TERTIO QVÆSITO.

Quid dicendam ſit de hæreſi occulta?

Circa hæreſim occultam, certum eſt non inclu- 54
di in hac facultate, quam Epiſcopus concedit ad omnes ſuos caſus reſeruatos, quidquid ſit, an Epiſcopus poſſit, vel non poſſit facultatem, quam habet à Trid. *ſeſſ. 24. c. 6.* vt aliqui volunt ad abſoluendum ab hæreſi occulta delegare, in hoc conueniunt vniuerſi DD. & conſtat ex Trid. *ſeſſ. 24 c. 16.*
vbi ſolum conceditur hæc facultas Epiſcopis, & 55
non eorum vicariis. Tum quia in nullo priuilegio cenſetur data poteſtas abſoluendi ab hæreſi, niſi de
illa fiat expreſſa mentio vt cum aliis notat Diana, 56
6. p. tr. 6. reſol. 54 in fine. Tum quia hæc facultas, quã Epiſcopi habebant ex Trident. ad abſoluendum ab hæreſi occulta, iam ab eis ablata eſt per reuocationem factam in bulla cœnæ, vt melior docet ſen-
tentiã, quam cum Fabro, Hurt. docet Diana, *p. 7. tr.* 57
2 reſol. 23. Trullenc *in Decalog. to. 1. lib. 1. c. 3. dub. 4. n. 11.* cõtra Gran. *in 22. contr. 1. tr. 15 d. 24 ſect. 2. n* 8.
Rodr. *t. 1. q. 20. a. 11.* quos refert Dia *p. 4 tr 4 reſ. 239.* 58

Aduerte tamen, quemlibet confeſſorem, licet non habeat facultatem ad abſoluendum à

caſibus Epiſcopo reſeruatis, poſſe abſoluere ab
hæreſi, tantum externa, & materiali. Nam cum
reſeruatio ſit odioſa, vt docent communiter DD.
apud Bordonum *reſol. 37. n. 3.* ſtricte eſt interpre-
tanda, & non debet proprium caſum excedere,
reg. 49. in 6. Et cum multis docet Bordonus, *reſol.*
38 n. 100. Vnde cum talis Hæreticus externus
non ſit propriè hæreticus, neque excommunica-
tus, vt docent multi DD. quos refert, & ſequitur
Trullenc. *in cruciatam, lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 7. n. 4.*
non debet reſeruatio extendi ad illum.

Quod ſi hic hæreticus materialis tantum, &
59 externus fuerit idololatra, licet incurrat excom-
municationem latam à Ioanne XXII. in extraua-
ganti quæ incipit, *ſuper illius ſpecula*, poterit
etiam a quolibet Sacerdote approbato abſolui;
nam talis excommunicatio non eſt reſeruata. Ita
aliis relatis Trullenc. *ſuprà.* Non poterit tamen
in Archiepiſcopatu Bracharenſi abſoluere ab hæ-
reſi, etiam pure mentali, ſine facultate abſolven-
di a caſibus Epiſcopo reſeruatis, quia hæreſis men-
talis eſt reſeruata in illo Archiepiſcopatu, vt refert
Suarez Luſitanus, *de caſibus reſeruatis folio mihi*
110. num. 5.

60 Sed quæres, an in caſu, quo pœnitens non
poteſt recurrere ad Papam, vel inquiſitores per ſe
ipſum pro abſolutione hæreſis occultæ, propter
impotentiam, an in iſto caſu poſſit abſolui à Pa-
rocho, vel ab alio confeſſore ordinario ab hære-
61 ſi occulta, etiamſi tales non habeant facultatem
abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis? Reſpon-
deo poſſe. Et idem dicendum eſt de aliis caſibus
bullæ cœnæ, ſi tamen detur aliquod ex his im-
pedimentis. Primum periculum mortis in itine-
re, *cap. ſi quis ſuadente*, & aliis *de ſententia ex-
communicationis.* Secundum infirmitas longa,
etiam nõ periculoſa. *cap. quod de his de ſent. excom.*
Tertium Paupertas. niſi mendicare ſoleat *cap. ea
noſcitur eodem titulo.* Quartum ætas, ſiue ſenilis,
ex dicto cap. ea noſcitur, ſiue impubertatis, *cap.*
62 *quamuis eodem titulo.* Quintum ſexus fœmineus
cap. mulieres eodem titulo. Sextum ſubiectio filij-
familias, & ſerui ad patrem, & dominum, quan-
do ſine illorum præiudicio ad Papam, vel inqui-
ſitores adire non poſſunt, *cap. relatum eodem ti-
tulo.*

Septimum cura animarum, vel temporale do-
63 minium, quando ſubiectorum detrimentum ti-
metur, *cap. ne pro dilectione de pœnit. & remiſ.*
Octauum debilitas in viris delicatis, qui labores
itineris ſuſtinere non poſſunt *cap. quamuis* vel
etiam debilitas in membris, vel vti in cæco, &
claudo *cap. ea noſcitur*, vel aliud ſimile impedi-
mentum arbritrio prudentis, quæ omnia vera
ſunt, & ſi pœnitens poſſit recurrere ad Papam,
vel ad inquiſitores per chartam, vel nuntium, ſi
tamen per ſe ipſos perſonaliter non poſſint recur-
rere. Ita Abbas, Ancartanus, Angelus, Sylueſt.
Tabiena, Nauar. Couar. Henriquez, Vgolinus,
Sairus, quos refert Sanchez, *in Decalogum
cap. 14. n. 36.* Palaus, *tom. 1. tract 4 d. 4 p. 13. § 5.
n. 5.* Hurtado, *de excommunicatione, d. 15. diff. 3.
n. 10.* Diana, *4. p. tract. 4. reſolut. 58. & part. 7.
tract. 10. reſol. 23.* Auſonius, *verbo abſoluere à cenſu-
ris, n. 55.*

64 Aduerte tamen, ſic abſolutum ſemper illi re-
manere obligationem comparendi coram Ponti-
fice, vel eius delegatis, ſi quomodo poteſt, ſed de
his vide latius, Palaum, *loco citato.*

CONSVLTVM XVI.,

De irregularitate ex homicidio.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Homicidium ſimpliciter voluntarium illud di-
citur, quod fit ex intentione occidendi.*
3 *Homicidium vt ſit ſimpliciter voluntarium de-
bet fieri per inſidias, & de induſtria.*
4 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſol-
uitur.*
5 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate ex
homicidio caſuali publico non deductum ad
forum contentioſum.*
6 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate ex
homicidio voluntario deducto ad forum con-
tentioſum finito iudicio, & reo iam punito.*
7 *Homicidium quod non eſt deductum ad forum
contentioſum dicitur occultum in hac ma-
teria.*
8 *In irregularitate ex homicidio caſuali publico
deducto ad forum contentioſum, ſi adhuc lis
pendet non poteſt Epiſcopus diſpenſare.*
9 *Quid, ſi iudicium iam ſit finitum. & reus ab-
ſoluitur falſis, vel veris probationibus.*
10 *Quid ſi reus fuit punitus.*
11 *Ponitur argumentum in contrarium.*
12 *Si reus à crimine homicidij ſe purgauit, & ſi fuiſ-
ſet falſis teſtibus crimen manet inter termi-
nos occulti.*
13 *In irregularitate ex tali homicidio orta poteſt
Epiſcopus diſpenſare.*
14 *Verba accipienda ſunt cum effectu.*
15 *Infamia iuris non incurritur, niſi poſt ſenten-
tiam iudicis.*
16 *Infamia facti incurritur, quando delictum eſt
publicum, & famoſum.*
17 *Dimittente parte, vel Rege delictum maneat ac
ſi non fuiſſet deductum ad forum contentio-
ſum.*
18 *Vt delictum dicatur occultum, ſufficit quod de-
lator per annum taceat, licet iudicium non
abſoluatur.*
19 *Epiſcopus, poteſt diſpenſare in irregularitate ex
homicidio caſuali publico.*
20 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate
ex homicidio caſuali deducto ad forum con-
tentioſum, ſi iudicium eſt finitum, & reus
punitus.*
21 *Regulares poſſunt diſpenſare cum ſecularibus in
omnibus irregularitatibus, in quibus poteſt
Epiſcopus diſpenſare iure ordinario.*
22 *Hæc diſpenſatio data à regularibus, etiam eſt
pro foro exteriori.*
23 *Vt diſpenſatio data à regularibus proſit pro fo-
ro externo, debet acceptari à Prælato.*
24 *Dum non fuerit acceptata, reus in foro externo
debet ſe habere tanquam irregularis.*
25 *Propter homicidium caſuale culpabile non in-
curritur irregularitas.*
26 *Quid ſi occiſor dederit operam rei illicitæ quan-
do aliquem hominem occiderit caſualiter.*

CASVS.

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM adoleſcens informatus de quodam homine, qui in quadam hæreditate ſua aucupabat, eo perrexit animo potius eum fugandi, quam offendendi; accedit autem, quod pater huius adoleſcentis de eadem aucupatione certior factus iratus ad eundem locum aduenit, & ita correptus, quodam fuſte hominem percuſſit. Videns autem adoleſcens hominem habentem ſcopletam in manu, in eum ſe iniecit, & abſtulit ab eo ſcopletam, ne patrem ſuum eum percutientem ſcopleto occideret, & volens illud per aëra exonerare, aduertens quod ſcopleto deſtitutus ipſe vel pater eius ab ipſo homine percuſſo occiderentur erat enim homo rixoſus, & plura iam habebat facta homicidia, voluit eum ipſo ſcopleto vulnerare, non tamen occidere, & explodens in eum ſcopletum, præter ſuam voluntatem, ſtatim occidit. Viderunt hoc factum quatuor teſtes à longe, & caſus deductus fuit ad forum contentioſum, & in eo probauit occiſor per illos quatuor teſtes, illum non exploſiſſe ſcopletum in occiſum voluntariè, ſed forte, & præter ſuam intentionem; nam eum illud ab eo auferret illud poſuit ſuper humeros eo modo, quo ſolent venatores afferre, tota ſcilicet eleuata; & cum in domum ſuam quietus, & pacificus perrexiſſet, magno vento correptus, & implicatus pallio, quadam illius fimbria tangente rotam ſcopleti illud repente exploſerit, & hominem à tergo illius ſtantem repente, & inopinatè occidit; Qua probatione à iudice acceptata, & nulla alia in contrarium adducta, Rex perpetuum ſilentium juſſit imponi in dicto caſu, iudicans occiſionem fuiſſe fortuitam, & ſine vlla culpa.

Quæritur primo: An hoc homicidium fuerit ſimpliciter voluntarium, aut caſuale? Secundo, an dato quod fuerit caſuale, & publicum, poſſit in eo Epiſcopus diſpenſare, quoad irregularitatem? Tertio, an dato quod non poſſit in irregularitate ex eo contracta diſpenſare, an tale crimen per falſam illam probationem teſtium, quam dedit ille adoleſcens in iudicio, ob quam Rex juſſit imponi ſilentium in dicto caſu, maneat inter terminos occulti? Quarto, an dato quod non maneat inter terminos occulti poſſit Epiſcopus adhuc in hac irregularitate diſpenſare? Quinto, an in foro conſcientiæ poſſint idem efficere regulares?

RESPONSIO AVTHORIS PRIMO QVÆSITO.

An hoc homicidium fuerit ſimpliciter voluntarium, vel caſuale?

RESpondi hoc homicidium non fuiſſe ſimpliciter voluntarium, ſed caſuale. Ita Rodriguez, Suarez, Miranda, Cruz, Salzedo, Dias; Auila, quos refert, & ſequitur Peirinis, *de priuilegiis ad Conſtitutionem 2. Iulij 2. n.*104. Barboſa, Vaſquius, Turrianus, Hurtadus, Diana. 4. *p. tract.* 2. *reſol.* 72. *& p.* 2 *tract.* 15 *reſol.* 19.

2 Ratio eſt, quia illud ſolum dicitur homicidium ſimpliciter voluntarium juxta Tridentinum, *ſeſſ.* 14. *de reformatione, cap.* 7. quod factum fuit intentione occidendi, vt cum Turriano probat Diana *ſuprà*; ſed ſic eſt, quod hoc homicidium factum fuit ſine tali intentione, ſiquidem reus ſolum habuit intentionem vulnerandi, non lethaliter; ergo tale homicidium non fuit ſimpliciter voluntarium, ſed caſuale.

Confirmatur, quia ſolum illud homicidium dicitur ſimpliciter voluntarium in Tridentino, quod fit per inſidias, & de induſtria, vt lat iſſimè probat cum doctoribus citatis Peirinis *ſuprà*, ſed ſic eſt, quod hoc homicidium factum fuit in rixa repente exorta; ergo tale homicidium non fuit ſimpliciter voluntarium, ſed caſuale. 3

Nec obſtat quòd Tridentinum, *ſeſſ.* 14. *de reformatione, cap.* 7. excipiat homicidium ex propoſito factum, ibi enim ait, ſi vero homicidium non ex propoſito; ergo non ſolum vult prohibere, quod Epiſcopus poſſit diſpenſare in homicidio proditorio, ſed etiam in homicidio facto ex propoſito in rixa repente exorta. Non obſtat inquam, quia hoc homicidium non fuit factum ex intentione occidendi, vt ſupra diximus, & dato caſu, quod ita fuiſſet factum, adhuc Tridentinum nobis non eſt contrarium; ſiquidem Tridentinum intelligitur ſecundum ſenſum continuatiuum ad verba antecedentia, per inſidias, ergo quando excipit homicidium ex propoſito factum intelligitur, per inſidias, vt late probat Peirinis *ibi*. 4

RESPONSIO AVTHORIS SECVNDO QVÆSITO.

An in caſu, quo fuiſſet caſuale, ſi eſſet publicum, poſſet Epiſcopus in irregularitate ex illo exorta diſpenſare?

REſpondi, quod vel fuit publicum deductum ad forum contentioſum, vel ſolum fuit publicum; ſed non deductum ad forum contentioſum; ſi fuit deductum ad forum contentioſum, *infrà* dicam in quo caſu poſſit Epiſcopus in hac irregularitate diſpenſare. Si tamen ſolum fuit publicum, non tamen deductum ad forum contentioſum, Reſpondeo, quod in tali caſu probabile eſt poſſe Epiſcopum in tali irregularitate diſpenſare. Ita Marchinus, quem refert, & ſequitur Diana, 7. *p. tract.* 5. *reſol.* 31. Auſonius *verbo Epiſcopi iuriſdictio in irregularitate, n.* 29. contra Garciam. *de beneficiis. p.* 7. *cap.* 11. *n.* 27. 5

Ratio eſt, quia Epiſcopus poterat diſpenſare in tali irregularitate ante Tridentinum, per *cap. contemnebatur, & cap. ad audientiam de homicid.* Sed Tridentinum quoad hoc nihil innouauit; ergo adhuc poteſt Epiſcopus in illa irregularitate diſpenſare. Et hanc ſententiam debent tenere Sanchez, Auila, Reginaldus, quos refert Bonacina, *tom.* 1. *de cenſuris; d.* 7. *q.* 5. *p.* 1. *n.* 6. Henriquez, Diana, quos refert, & ſequitur Auſonius, *verbo Epiſcopi iuriſdictio, quoad irregularitates, n.* 24. quatenus dicunt, quod Epiſcopi poſſunt diſpenſare in irregularitate ex homicidio voluntario deducto ad forum contentioſum finito iudicio, & reo iam punito, non obſtante quod crimen ſit publicum, nulla alia ratione, niſi quia iam iudicium eſt finitum, & ceſſauit ſcandalum; atqui in hoc noſtro caſu res non eſt deducta ad forum contentioſum, 6

tioſum, & ceſſauit ſcandalum per partium com-
poſitionem, & per ſilentium perpetuum, quod
Rex in eo juſſit imponi, vt ſuppono: ergo juxta
mentem horum Doctorum optimè poteſt Epiſ-
copus in tali irregularitate diſpenſare, non ob-
ſtante, quod homicidium fuerit publicum, quod
7 à fortiori etiam debet tenere F. Ioannes à S. Tho-
ma, quem refert Diana, *p.11.tract.8. reſol. vltima*,
quatenus ait, quod homicidium, quod non eſt de-
ductum ad forum contentioſum dici occultum in
hac materia, licet aliunde maxime notorium ſit,
prout teſtatur Auſonius, *ſuprà, n.23.*

Verum ſi crimen fuit publicum & deductum
8 ad forum contentioſum, reſpondeo, quod vel ad-
huc lis pendet, vel reus abſolutus fuit à judice, vel
condemnatus per ſententiam diffinitiuam, vel
ad inſtantiam. Si adhuc lis pendet, certum eſt
non poſſe Epiſcopum in tali irregularitate diſpen-
ſare. Ita Suarez, Sanchez, Toletus, Filliucius, &
alij quos refert, & ſequitur Bonacina, *de cenſuris
d.7. q.5. p.1. n.5.* & alij communiter apud Leza-
nam, *tom.4. verbo litera Apoſtolica, n.28.* & colli-
gitur ex Tridentino, vbi hic caſus expreſſe ex-
cipitur.

Difficultas igitur eſt, an Epiſcopus poſſit in hac
irregularitate diſpenſare, quando iudicium iam
eſt finitum? Cui difficultati reſpondeo, quod vel
iudicium iam finitum fuit, quia reus fuit abſolu-
tus à iudice veris, vel falſis probationibus, vel
quia fuit punitus. Si fuit abſolutus, aut fuiſſet quia
purgauit ſuum delictum teſtibus veris, aut falſis,
reſpondeo in tali caſu poſſe Epiſcopum diſpenſa-
re in hac irregularitate. Ita Henriquez, Rodri-
9 guez, Sairus, Molina, Sanchez, Auila, Suarez, Saa,
Filliucius, quos refert, & ſequitur Bonacina, *de cen-
ſuris, d.7. q.5. p.1. n.5.* Portel quem refert, & ſe-
quitur Lezana, *tom.4. verbo litera Apoſtolica, n.28.*
Vinald. Garcia, Barboſa, Fagundes, quos refert,
& ſequitur idem Lezana, *tom.4. verbo occultum,
n.11.* Si vero finitum fuit iudicium, quia reus fuit
10 punitus, aut fuiſſet per ſententiam definitiuam,
aut ad inſtantiam. Dico, quod quamuis plures
Doctores exiſtiment in hoc caſu non poſſe Epiſ-
copum diſpenſare in irregularitate, adhuc tamen
probabilius eſſe poſſe. Ita Sanchez, *in ſumma,
lib.2.cap.11.n.21.* Auila, Henriquez, Reginaldus,
quos refert Bonacina, *d.7. de cenſuris, q.5. p.... n.6.*
Diana, quem refert, & ſequitur Auſonius, *verbo
Epiſcopi iuriſdictio, quoad irregularitates, n.24.*

Ratio eſt, quia eo ipſo quod iudicium iam eſt
finitum, iam ſatisfactum eſt Tridentino, quod ſo-
lum reſeruauit hanc irregularitatem, quando de-
lictum fuiſſet deductum ad forum contentioſum,
ne tribunal fori contentioſum turbaretur; ſed fi-
nito iam iudicio non poteſt tribunal exterius tur-
bari; ergo optimè poteſt Epiſcopus in hac irregu-
laritate diſpenſare.

Nec obſtat quod crimen per delationem ad
11 forum contentioſum, & extrinſecum maneat publi-
cum. Nam cum cauſa reſeruandi hoc delictum
fuiſſet propter ſcandalum, vt optimè ait Sanchez,
finito judicio, tollitur ſcandalum. Ita cum aliis
Sanchez, *ſuprà*. Tum quia, vt *ſuprà* diximus, ſu-
blato ſcandalo, Epiſcopus poteſt diſpenſare in ir-
regularitate ex homicidio caſuali publico, *per cap.
continebatur*, & *cap. ad audientiam de homicidio*;
ergo, &c.

RESPONSIO AVTHORIS TERTIO QVÆSITO.

*An dato quod Epiſcopus non poſſet in irregu-
laritate ex hoc homicidio contracta diſ-
penſare, in tale crimen per falſam illam
tertiam probationem, quam dedit ille ado-
leſcens in iudicio, ob quam Rex iuſſit
imponi ſilentium in dicto caſu maneat
crimen inter terminos occulti?*

RESpondi affirmatiuè. Ratio eſt, quia eo ipſo
quod crimen fuit deductum ad forum conten-
tioſū & reus ab illo ſe purgavit per teſtes, etiamſi 12
eſſent falſi; ſi judex eum à crimine abſoluit, crimen
manet inter terminos occulti, & Epiſcopus poteſt
in irregularitate ex eo exorta diſpenſare, vt ſupra
diximus cum Rodriguez, Henriquez, Sairo, Moli-
na, Sanchez, Auila, Suarez, & aliis; ſed ſic eſt, quod
in hoc caſu reus ſe purgauit à delicto teſtibus
falſis, Rex impoſuit perpetuum ſilentium in hoc
caſu, pars illi veniam conceſſit; ergo tale crimen
manet inter terminos occulti. Probatur conſequen- 13
tia, quia ideo hoc delictum manet inter terminos
occulti, quando reus abſolutus fuit per falſos te-
ſtes, quia ceſſauit motiuum illud deducendi ad fo-
rum contentioſum, quod fuit ſupplicium, quod reo
infligendum ſperabatur, & manſit tale crimen, ac
ſi non fuiſſet deductum ad forum contentioſum;
vt cum prædictis Doctoribus laté probat Bonac.
d.7. de cenſuris, q.5. p.1. n.6. Sed ſic eſt quod idem
accidit iubente Rege imponi perpetuum ſilentium
in hoc caſu, & dimittente parte reo crimen: ergo
etiam in hoc caſu manet inter terminos occulti.

Confirmatur primo, quia verba accipienda ſunt
cum effectu *cap. relatum de clerico non reſidente*, 14
ſed hæc delatio ad forum contentioſum non ha-
buit aliquem effectum, ſiquidem Rex iuſſit impo-
ni ſilentium in tali caſu; ergo tale crimen manſit
inter terminos occulti. Vide Bonacinam *ſuprà*.
Confirmatur 2. quia iubente Regi imponi ſilen-
tium in hoc caſu, Reus non incurrit aliquam in-
famiam, vt caſus poſtulabat; ergo tale crimen man-
ſit inter terminos occulti. Conſequentia eſt Bona-
cinæ, *de cenſuris d.7. q.5. p.1. n.5.* Antecedens pro-
batur, quia ſi reus incurreret infamiam, vel eſſet
infamia iuris, vel infamia facti, non incurrit in-
famiam iuris, nam hæc non incurritur, niſi poſt
ſententiam declaratoriam iudicis, vt docent Azor,
Sanchez, Farinacius, Peirinis, & alij quos refert, &
ſequitur Bordonus, *tom.2. reſol.56. n.4.* Non incur- 15
rit infamiam facti; nam hæc infamia tunc incur-
ritur, quando delictum eſt publicum, & famoſum
ſed ſic eſt quod hoc delictum non fuit publicum
famoſum; ergo non produxit infamiam facti.
Confirmatur 3. Quia vt hoc delictum produceret
infamiam facti, requirebatur quod pars ſaltem per
duos teſtes ex viſu probaret delictum, vt cum Bar-
boſa, & aliis laté probat Bordonus, *reſol.56. n.55.*
Sed ſic eſt quod nullus fuit teſtis, qui tale quid aſ- 16
ſereret; imo potius dixerunt homicidium fuiſſe
fortuitum, & omnino caſuale, & inculpabile; ergo
tale crimen manſit inter terminos occulti.

Tum quia dato, & nun conceſſo, quod tale de-
lictum fuiſſet per duos teſtes ex viſu probatum,
adhuc

adhuc dimittente parte crimen, & Rege jubente imponere ſilentium in tali caſu, redactum eſt crimen ad priſtinum ſtatum, ac ſi non eſſet deductum ad forum contentioſum; ſiquidem judicium terminatum eſt, & res in priſtinum ſtatum redacta eſt, vt ex ſe patet, ſed quando judex abſoluit reum per ſententiam definitiuam, vel ad inſtantiam, & reduxit rem ad priſtinum ſtatum; delictum manet inter terminos occulti, & nullam parit infamiam, etiamſi plures haberet teſtes conſcios delicti, vt cum Couar. & aliis late probat Sanchez *de matrim. lib. 8. d. 34. n. 57.* ergo idem dicendum
18 eſt in noſtro caſu.

Confirmatur tandem, quia vt cum aliis probat Diana, *in ſumma, verbo Epiſcopus, n. 34.* Vt huiuſmodi irregularitas dicatur occulta poſtquam deducta eſt ad forum contentioſum, ſufficit quod accuſator per annum taceat, licet alias judicium non abſoluatur; Atqui in noſtro caſu accuſator nec ſolum tacuit per annum, ſed impoſitum eſt illi à Rege perpetuum ſilentium in hoc caſu; ergo multo magis a fortiori iſte caſus manet inter terminos occulti; ergo Epiſcopus poteſt diſpenſare in illo. Ita cum aliis Diana, *ſuprà.*

RESPONSIO AVTHORIS QVARTO QVÆSITO.

An dato quod iſtud crimen non maneret inter terminos occulti, poſſet Epiſcopus adhuc in hac irregularitate diſpenſare?

19 Reſpondi affirmatiuè. Ratio eſt, quia hoc homicidium fuit caſuale: vt *ſuprà* probauimus; ſed Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate contracta ex homicidio caſuali publico culpabili; vt docet Henriquez, quem refert & ſequitur Diana, *p. 7. tract. 3. reſol. 31.* Marquinus, quem refert, & ſequitur Auſonius, *verbo Epiſcopi iuriſdictio in irregularitat. n. 29.* ergo optime poteſt Epiſcopus in hac irregularitate diſpenſare.

20 Confirmatur, quia etſi hoc homicidium fuiſſet publicum, & judicium iam vt finitum, & reus punitus, adhuc Epiſcopus poteſt in hac irregularitate diſpenſare, vt docet Sanchez, *in ſumma lib. 2. cap. 11. num. 21.* Auilà, Henriquez. Reginaldus, quos refert Bonacina, *d. 7. de cenſuris, q. 5. p. 1. n. 1.* Diana, quem refert; & ſequitur Auſonius, *verbo Epiſcopi iuriſdictio in irregularitates, n. 24.* Sed in hoc noſtro caſu, jam judicium eſt finitum, ſiquidem Rex juſſit imponere in illo perpetuum ſilentium, & pars conceſſit reo veniam, ergo optime poteſt Epiſcopus in hac irregularitate diſpenſare. Confirmatur, quia ſi reus poſt judicium, & poſtquam eſt judicatus tanquam occiſor, & irregularis, poteſt diſpenſari ab Epiſcopo, quia jam in judicio fuit punitus, multo melius diſpenſari poterit ab Epiſcopo ille, qui nec occiſor, nec irregularis fuit judicatus, cum etiam jam de facto ſit finitum judicium.

RESPONSIO AVTHORIS QVINTO QVÆSITO.

An in foro conſcientiæ poſſint idem efficere Regulares?

Reſpondi, regulares poſſe diſpenſare in hac irregularitate in omnibus illis caſibus, in quibus diximus poſſe Epiſcopum jure ordinario diſpenſare. Ratio eſt quia regulares poſſunt diſpenſare cum ſæcularibus ex priuilegio Sixti IV. *Bulla 9.* & Iulij II. *conſtitutione, quæ incipit dum ad ſacrum Ordinem Minimorum.* in omnibus irregularitatibus, in quibus poteſt Epiſcopus iure ordinario, non ſolum communi, ſed etiam ſpeciali per *cap. licèt* in Tridentino, vt docet Veiga, Rodriguez, Henriquez, quos refert, & ſequitur Portel, *in reſponſionibus ad caſus conſcientia, to. 1 caſu 3. n. 1.* Belaſius, *verbo irregularitas, n. 12.* Lezana, *tom. 3. verbo confeſſarius regularis, num. 10.* Bauni, *tom. 2. tract. 11. q. 58. dicto 4.* Vbi affirmat hoc priuilegium eſſe in vſu. Vrbanus, *tract. 2. diſt. 1. cap. 1. reg. 13.* Marria, *in quæſtionibus regularibus, cap. 7. reg. 98. n. 8.* Citans pro ſua ſententia Sanchez, Trullenc. & Dianam, quam ſententiam referens Diana, *9. p. tract 8. reſol. 50.* non eam contradicit, imo videtur eam probare; ſed ſic eſt, quod Epiſcopus poteſt in hac irregularitate diſpenſare iure ordinario, quando eſt occulta per *cap. liceat in Tridentino*, vt probatum manet ex Doctoribus citatis, & quando eſt publica per *cap. continebatur, & cap. ad audientiam de homicidio,* vt manet probatum. ergo optime poſſunt Regulares in tali irregularitate diſpenſare, ſiue dicamus fuiſſe occultam, ſiue publicam.

Aduertendum tamen eſt, quod licet verum ſit, 22
quod hæc diſpenſatio à regularibus impertita ſit etiam pro foro externo, vt docet Couarruuias, Henriquez, Cordoua, Soto, quos refert Auila, *de cenſuris 2. p. d. 2. dub. 12.* Nauarrus, & alij, quos refert, & ſequitur Sayrus, *de cenſuris, lib. 2. cap. 20. n. 3.* Lezana, *tom. 5 in mari magno Minimorum, §. 40. n. 1 3.* Coriolanus, *1. p. ſectione 2. art. 4 n. 1.* & alij, quos refert, & ſequitur Trullenc. *in cruciatam. lib. 1. § 7. c. 2. dub. 10. num. 1.* Attamen vt habeat ſuum effectum, debet talis diſpenſatio acceptari à prælato, & dum non fuerit ab eo acceptata, debet reus haberi in foro externo tanquam irregularis, aliter namque turbaretur tribunal prælatorum. Vide Trullenc. *ſuprà*, & Caſtrum Palaum, *tom. 4. diſputat. vnica, tract. 25. part. 18. num. 11.*

Vnde colligo, quod ſi dictus conſulens voluerit accipere diſpenſationem in hoc caſu à Regularibus, debet probare in foro externo, quod ipſe non incurrerit irregularitatem aliquam. Nam licet verum ſit, quod hominem illum occiderit, homicidium tamen fuit omnino caſuale, & inculpabile; & propter homicidium caſuale, & inculpabile non incurritur irregularitas, vt ſumitur *ex cap. lator, cap. ex literis 1. & 2. cap. ſignificaſti 1. cum exhibita de homicid.* & etiam ex declaratione Sacræ Congregationis apud Barboſam *in collectaneis Bullarum verbo homicidium*, & tenet D. Thomas, Panormitanus, Toletus, Soto, Nauar. Corneio, & alij communiter, quos refert, & ſequitur Lezana; *tom. 3. verbo irregularitas, num. 78.*

num.78. Bordonus, *tom.1. reſol.15. n.11.* Et ratio eſt, quia hoc homicidium fuit omnino inuoluntarium, ac per conſequens inculpabile, & homicidium quod inducit irregularitatem debet eſſe peccatum mortale.

Nec obſtat ſi dicas; hunc hominem dediſſe
26 operam rei illicitæ, quando occidit hunc hominem; ſiquidem accepit ſcopletum cum Rota eleuata ad humeros, res quidem nimis periculoſa. Reſpondetur namque, hunc hominem accepiſſe ſcopletum illud, vt à dicto homine ſe liberaret, & hæc actio non erat illicita, ſed bona, ſiquidem erat in propriam defenſionem, vnde corruit argumentum. Tum quia accipere ſcopletum, & ponere illud ſuper humeros, vel alteri illud dare, vt illud differret, non eſt dare operam rei illicitæ, ſi non præceſſit aliqua ſuſpicio, aut coniectura, quod vellet illud in aliquem explodere, vt docet cum aliis Bonacina, *de cenſuris, d.7. q.4. p.8. num.35.* imo etiamſi præceſſerit talis ſuppoſitio, vel etiam ſcientia, quod ſequendum erat homicidium, vt docet Hurtado, quem refert, & ſequitur Auſonius, *verbo irregularitas, n.48.* Et ratio eſt, quia accipere ſcopletum in manu, vel dare illud alteri, eſt actio indifferens, ſiquidem hoc armamentum ad plurima deſeruit: ſed in noſtro caſu accepit illud, vt ab eo non offenderetur, ergo non incurrit irregularitatem, eo quod dederit operam rei illicitæ; Ac per conſequens exhibita hac probatione in foro externo, etiam falſis teſtibus, & lata ſententia, quod non incurrerit irregularitatem à Vicario Generali, vel Epiſcopo, tunc optimè poteſt dictos conſulens diſpenſari in hac irregularitate quam vere contraxit, à regularibus, & poſtea ſacris ordinibus initiari, & celebrare tuta conſcientia; & ſic in facti contingentia factum fuit Vliſipone anno 1659.

CONSVLTVM XVII.

De quadam ſimonia incurſa in receptione cuiuſdam Abbatiæ ſæcularis.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Penſio non poteſt abſque ſimonia imponi beneficio, abſque licentia Papæ.*
3 *Quid ſi non ponatur beneficio, ſed perſonæ beneficiarij pro vita ſua.*
4 *Ponitur ſententia Sanchez.*
5 *Non poteſt imponi penſio etiam pro vita beneficiarij in beneficio, ſine licentia Papæ abſque ſimonia.*
6 *Omne pactum in materia beneficiali eſt prohibitum iure Eccleſiaſtico.*
7 *Pactum quod inducit obligationem poſitiuam eſt oneroſum, & pretio æſtimabile.*
8 *Poteſt abſque ſimonia dari pactum quod qui recipit beneficium tribuat aliquid indeterminatum ex gratitudine illi, qui ei procurauit beneficium.*
9 *Secus ſi detur pactum de aliquo taxato, vel determinato.*
10 *Si pactum de dando aliquid determinatum etiam ex gratitudine eſſet licitum nunquam daretur ſimonia.*
11 *Grauamen, vel penſio non poteſt poni beneficio ſine licentia Papæ.*
12 *Ponuntur aliqua argumenta in contrarium, & ſoluuntur.*
13 *Qui tantum habet ius ad rem in beneficio non poteſt redimere vexationem, quando vexatio eſt immediate circa ipſum beneficium.*
14 *Beneficiarius promittens pro vita ſua aliquam donationem redditnum beneficij abſque licentia Papæ, præter pœnas impoſitas ſimoniacis, incurrit pœnas extrauagantis Ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alienandis.*
15 *Ius recipiendi fructus Eccleſiæ computatur inter bona immobilia eiuſdem Eccleſiæ.*
16 *Hypothecatio redditnum Eccleſiæ per decem annos, eſt prohibita ſub pœnis extrauagantis Ambitioſæ.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM homo N. deſiderans quod frater ſuæ vxoris haberet quandam diuitem Abbatiam ſæcularem, vt inde ab Abbate de aliquo remedio prouideretur, erat enim pauper, conſecutus fuit à quodam canonico Bracharenſi fratre ſuo, vt prædicto fratri ſuæ vxoris tribueret in concurſu dictam abbatiam, quod cum canonicus feciſſet, poſt eius electionem in concurſu ad Abbatiam, petiuit homo iſte à dicto Abbate, electo vt ſibi quotánis donaret certos redditus cuiuſdam Eccleſiæ prædictæ Abbatiæ annexæ in vita ipſius Abbatis, & in caſu quo ipſe prædictam abbatiam renunciaret, illi dediſſet quotannis in vita ſua ducentos aureos ex penſione, quam ſibi reſeruaſſet in renunciatione ipſius abbatiæ. Reſpondit ipſe Abbas quod ipſe abſque dubio illi gratum ſoluturum poſt confirmationem Papæ ipſius Abbatiæ, interim tamen non poſſe dare, nec promittere daturum tales redditus, vel penſionem, eo quod eſſet abſque dubio ſimonia. Noluit homo ille acquieſcere, ſed innixe ab eo poſtulauit, vt per publicum inſtrumentum talem donationem redditũum prædictæ annexæ, vel penſionis irreuocabilem illi feciſſet, affirmans non eſſe ſimoniam, eo quod talis donatio in gratitudinem ſui laboris, intercesſionis, & conſecutionis liberaliter optime ei ſine ſimonia fieri poterat, annuit tandem ipſe Abbas precibus illius conuictus.

Quæritur primo. An in hac donatione, & impoſitione prædictæ penſionis in dicta Abbatia interuenerit ſimonia? Secundo an prædictus Abbas incurrerit pœnas in iure contra ſimoniacos ſtabilitas?

RESPONSIO AVTHORIS PRIMO QVÆSITO.

An in hac donatione, & impoſitione prædictæ penſionis interuenerit ſimonia?

PRo intelligentia huius conſulti notandum eſt, duobus modis poſſe imponi hanc penſionem primo modo, primario in beneficio, ita vt
tranſeat ad ſucceſſorem, & hoc modo, certum eſt 2
non poſſe beneficiarium abſque ſimonia imponere penſionem in beneficio abſque licentia Papæ. Ita

Sanchez

Sanchez, *lib.2.conſiliorum cap.3.dub.26 num.* 12. Leſſius, *lib.2. de iuſtitia cap.* 34. *dub.* 38.Aliique 3 communiter. Secundo modo, poteſt imponi penſio ipſi perſonæ beneficiarij, & ſolum ſecundario ipſi beneficio, hoc eſt, quod hæc penſio tantum duret pro tempore vitæ beneficiarij: Et in hoc cenſu controuertitur quæſtio in præſenti. An iſte Abbas per conuetſum electus, ante Papæ confirmationem, poſſit imponere talem penſionem illorum redditmum illius annexæ pro vita ſua ſuo beneficio. Et ſi detur iuſta cauſa pertinente ad vtilitatem Eccleſiæ, dicunt aliqui poſſe illam imponere de conſenſu Epiſcopi. Ita Gigas, Oldrado, Felino, Antonius de Buttio, Ancarrano, Imola, & alij, quos refert Leſſius, *vbi ſuprà.* Sed etiam in hoc cenſu non controuertitur quæſtio; ſed an Parochus ſine cauſa pertinente ad vtilitatem ſuæ Eccleſiæ, & ſine licentia Epiſcopi, vel Papæ, poſſit in ſuo beneficio imponere talem penſionem pro vita ſua.

Pater Sanchez, *in conſiliis lib.* 2.*cap.* 3. *dub.* 26. 4 *n* 12. affirmat poſſe imponere parochum talem penſionem pro vita ſua ſine licentia Papæ, vel Epiſcopi, ſecluſa praua intentione verba illius ſunt. *Poteſt quis licitè promittere alicui, ſi aliquando obtinuerit beneficium, dare quotānis tantam partem fructuum ad ſuam ſuſtentationem, hoc enim non eſt conſtituere penſionem ſuper beneficium: penſio enim tranſit ad ſucceſſores in beneficio, obligatio autem hæc non ad ſolum eſt velle dare illi quotannis certam pecuniarum quantitatem ex redditibus beneficij; ſic multi recentiores.* Huc vſque Sanchez. In cuius opinione optime poterat hic Abbas promittere marito ſuæ ſororis, quod ſi ei impetraret beneficium, illi ſoluturum tantum ſummam pecuniarum gratuito, & liberaliter, non ad obligandum illum, vt ei procuraret electionem, vel confirmationem beneficiis ſed ad ei gratificandam diligentium, quam ille, vt verus amicus, & parens imponeret, ad conſequendum ei beneficium, vel illius confirmationem.

5 Verum quidquid ſit de probabilitate huius ſanctij opinionis. Ego exiſtimo iſtum Abbatem non potuiſſe imponere hanc penſionem in ſuo beneficio in quo ſuluinerat electus, non vero confirmatus. ſine licentia Papæ, abſque ſimonia: ita cum communi ſententia Bauni, *de beneficiis d.* 11. *q.*11.*lit.*E Vrbanus, *tract.* 3.*tit.*7.*de beneficiis fol.* 6 *mihi* 677. Ratio eſt, quia omne pactum in materia beneficiorum eſt prohibitum iure Eccleſiaſtico, *cap.vna de ſimonia.& cap. de eccleſiis diſt.* 18. *ca. cum pridem de pactis*; ſed hic datur pactum in materia beneficiali; datur enim promiſſio acceptata ſoluendi redditus illius annexæ, vel certam penſionem quotannis, cum quis conſequeretur beneficium alterius interceſſione: ergo tale pactum eſt iniquum, & ſimoniacum.

7 Confirmatur 1. quia pactum quod inducit obligationem poſitiuam, eſt onerosum, & pretio æſtimabile: ſed hoc pactum inducit obligationem onerosam poſitiuam in beneficiario ſoluendi quotannis tantam ſummam, ſi alter conſequatur illi collationem beneficij: ergo tale pactum eſt ſimoniacum. Confirmatur 2. quia licet Cœleſtinus, Valentia, Tānerus, & alij, quos refert Diana, *p.6.tr.7.reſol.* 8 42. exiſtimant poſſe dari pactum, quod qui recipit beneficium tribuat aliquid in gratitudinem illi, qui ei procurauit beneficium, vel pro labore, quem habuit in conſequendo beneficio, vel pro compenſatione alicuius damni, quod habuit illius procuratione, vt docet Suar. Valentia, apud Dianam *to.1. tr* 16.*reſol.*37. Auſon. *verbo ſimonia, n.*7 Hoc tamen 9 non debet eſſe cum obligatione determinata ad tantam ſummam pecuniæ, nam fuſe iam non eſſet remuneratio, ſed pretium, ſiquidem vbi datur taxatio reputatur pretium; ergo licet aliqua remuneratio poſſit peti à beneficiario, ſiue pro labore, ſiue damno, vel interceſſione in opinione prædictorum doctorum, non debet tamen taxari, nec adduci ad certam ſummam; ſed in hoc caſu imponitur obligatio huic abbati, vt tribuat quotannis certos redditus vnius Eccleſiæ annexæ, vel certam, & determinatam penſionem; ergo datur pactum rigoroſum, ac per conſequens ſimonia.

Confirmatur 3 quia ſi tale pactum eſſet licitum, 10 nunquam daretur ſimonia, vt ait Bordon. *in deciſion. deciſione* 131. Siquidem poſſet fieri pactum hoc modo, da mihi, vel impetra mihi gratis beneficium, & ego gratis dabo tibi tantam ſummā dum vixero ex redditibus beneficij; ſed hoc eſt abſurdiſſimum, ergo tale pactum eſt ſimoniacum. Confirmatur 4. quia hæc obligatio eſt quoddam grauamen, vel penſio, quæ imponitur beneficio; ſed gra- 11 uamen, vel penſio non poteſt à perſona particulari imponi beneficio, ſine Papæ authoritate, vt habet ſtilus curiæ, & docet communis opinio; ergo beneficiarius non poteſt imponere abſque ſimonia talem penſionem in beneficio ſine Papæ licentia.

Nec obſtat ſi dicas cum Sanchez, vbi *ſuprà*, hic non poſtulari aliquid debitum ex iuſtitia, ſed tan- 12 tum ex gratitudine, & beneuolentia. Nam contra hoc eſt, nam eo ipſo quod datur pactum, & determinatur certa quantitas, iam datur rigoroſa exactio, non ſolum titulo gratitudinis, ſed ex iuſtitia, & fidelitate; nam gratitudo non obligat ad rem patricularem, vt docet Suar. *de ſimonia, lib.* 4. *cap.*45.*n.*10.

Nec obſtat ſi dicas, quod hoc tunc procederet, quando tale pactum fieret antè electionem beneficij, ſecus ſi fieret, vt factum fuit, poſt electionem huius abbatis in concurſum ad illam abbatiam, reſpondetur namque quod beneficium adhuc non erat collatum, nec confirmatum, quando factum fuit prædictum pactum, & pacta quæ fiunt ante collationem beneficij ſunt in ordinem ad conſequendum beneficium; ſed omne pactum, quod fit in ordinem ad conſequendum beneficium eſt ſimoniacum, vt docet Candidus, *to.1.diſquiſitione* 18. *art.*38.*dub.*1. imo, & ipſe Sanch. *loco citato*; ergo tale pactum proculdubio fuit ſimoniacum. Tum quia licet tale beneficium iam eſſet collatum parum intereſt quod præcedat, vel ſubſequatur tale pactum ad collationem, vt conſtat *ex cap.cos.q.*20. iuncta Gloſſa, & cum aliis Bordon. *in deciſionibus, deciſione* 713. Tum quia noſtra quæſtio verſatur in impoſitione penſionis, quæ prohibita eſt imponi, ſiue ante, ſiue poſt collationem beneficij, abſque licentia Papæ; ergo Abbas iſte nullo modo potuit imponere hanc penſionem in beneficio abſque ſimonia.

Nec obſtat ſi dicas hic non exigi rigoroſam pēſionem, ſed quandam liberalem donationem, & promiſſionem. Reſpondetur namque hanc inſtantiam eſſe quandam fallaciam, quæ titulo liberalis donationis honeſtatur ſimonia, & qui hoc dicunt ſe ipſos ſeducunt. nam Pontio, vt definiunt Theologi, eſt ius non perpetuum percipiendi fructus ex alieno beneficio, vt definit Lælius *vbi ſuprà*: ſed hic imponitur huic Abbati quædam obligatio per

pactum irrevocabile ſoluendi quotaonis redditus vnius annexæ, vel certam ſummam pecuniæ cuidam perſonæ ſæculari marito ſororis ſuæ: ergo hæc obligatio eſt penſio laicalis, quæ in omni opinione eſt Papæ reſervata.

Nec obſtat ſi dicas, hunc obligationem, quæ imponitur huic abbati eſſe gratuitam, & liberalem, Nam huic obiectioni Reſpondeo cum Vidal, *in Arca vitalis inquiſitione* 1. *de ſimonia*, negando antecedens, Nam omne pactum rei determinatæ inducit obligationem repugnantem obligationi gratuitæ; ſiquidem ex tali pacto naſcitur, non ſolum obligatio moralis, ſed etiam civilis, & legalis; ſiquidem qui tenetur ex gratitudine, tenetur ex honeſtate, qui vero tenetur ex pacto, tenetur ex fidelitate, qui ſoluit ex gratitudine, ſoluit liberaliter, qui ſoluit ex facto, ſoluit ex iuſtitia: ergo tale pactum eſt ſimoniacum.

Nec obſtat ſi dicas, iſtum Abbatem promiſiſſe illos redditus dictæ annexæ ad redimendam vexationem, ſi enim illos non promiſiſſet illi homini, procul dubio vexaretur ab eo, denegando ei pecuniam ad ſoluendas literas Apoſtolicas qua indigebat Abbas, & poterat petere ab examinatoribus ſynodalibus, vt eum exacte examinarent, et ſi invenirent parum ſcientem, vt revera erat illum reprobarent; Sed vnicuique licitum eſt redimere vexationem iniuſtam abſque ſimonia: ergo prædictus Abbas promittendo dictam penſionem, nullam commiſit ſimoniam.

13 Reſpondetur namque, quod hic Abbas cum tantum haberet per electionem ius ad rem, & non in re ad beneficium, vt ait Sanchez, *lib.* 2. *conſiliorum cap.* 3. *dub.* 30. *n.* 2. Non poterat imponere penſionem ſuper beneficium ad redimendum vexationem, etiam injuſtam, ſine licentia Papæ; omnis enim impoſitio penſionis in beneficio ſine licentia Papæ, etiam ad redimendam vexationem iniuſtam, eſt illicita, vt ait Sanchez, *lib.* 2. *conſiliorum, cap.* 3. *dub.* 33. *n.* 3.

Nec obſtat ſi dicas, hanc doctrinam ſolum habere locum in penſione rigoroſa, hoc eſt in impoſitione penſionis in beneficio, quæ tranſit ad ſucceſſores; atqui ille abbas ſolum promiſit redditus illius annexæ in vita ſua quod non eſt vera penſio, quæ tranſeat ad ſucceſſores, ſed eſt velle dare illi perſonæ quotannis tantam ſummam ex redditibus beneficij, vt ait Sanchez, *lib.* 2. *conſiliorum, cap.* 3. *dub* 26. *n.* 12. ergo optime poterat hic abbas illam promiſſionem facere ad redimendam vexationem abſque ſimonia. Reſpondetur namque, quod ille Abbas, ideo fecit illam promiſſionem, vt re ipſa conſequeretur collationem illius abbatiæ, tollendo impedimenta denegationis pecuniæ ad conſecutionem literarum Apoſtolicarum, & conſequendo fauorem in examine apud examinatores; ſed qui tantum habet ius ad rem in beneficio, vt habebat iſte abbas, vt *ſuprà*, diximus, non poteſt medio aliquo temporali parare viam, vt ſibi detur collatio beneficij, etiam ſi iniuſte vexetur, vt ait Sanchez, *lib.* 2. *conſiliorum, cap.* 3. *dub.* 30. *n.* 3. ergo iſte abbas non poterat ſine ſimonia facere talem promiſſionem ad conſequendam collationem beneficij abſque ſimonia.

Confirmatur quia qui tantum habet ius ad rem in beneficio, non poteſt redimere vexationem, quando vexatio eſt immediate circa ipſum beneficium, ſed ſolum quando eſt circa aliam rem diſtinctam, vt ſi vi detineatur, vel iniuſte infametur, vel electores vi, vel ſubornatione impediantur ne eligant, vel confirment, vt ait Sanchez, *lib.* 2. *conſiliorum cap.* 3. *dub.* 1. *n.* 5. Atqui in præſenti, non datur talis vexatio, cum homo iſte tantum neget pecuniam, quæ ſua eſt ad conſequendas literas, & tantum poſtulet ab examinatoribus, vt faciant ſuam obligationem, & quod non approbent indignum; ergo hic nulla datur iniuſta vexatio, quæ ab illo abbate redimi iuſte poſſit, ergo tale pactum eſt vera, & rigoroſa ſimonia.

RESPONSIO AVTHORIS SECVNDO QVÆSITO.

An prædictus Abbas incurrerit pœnas in iure contra ſimoniacos ſtabilitas.

Reſpondi dictum abbatem facientem talem promiſſionem, & donationem redditnum prædictæ annexæ abſque licentia Papæ præter pœnas impoſitas ſimoniacis, incurrere pœnas extravagantis ambitioſæ de rebus Eccleſiaſticis non alienandis, ſiue talis penſio fuerit ſolum in vita penſionatij, ſiue pro vita beneficiarij. Ita Leſſius *ſuprà*, *n.* 206. Ratio eſt, quia ius recipiendi fructus Eccleſiæ computatur inter bona immobilia dictæ Eccleſiæ; ergo ſi Abbas alienat à ſe tale ius, & illud transfert in laïcum, ſequitur quod alienat bona immobilia dictæ Eccleſiæ; ſed qui alienat bona immobilia Eccleſiæ, incurrit pœnas ambitioſæ: ergo præter pœnas impoſitas ſimoniacis incurrit prædictas pœnas. 14 15

Confirmatur quia non eſt minor alienatio imponere ſibi obligationem ſoluendi quotannis redditus dictæ annexæ cuidam homini laico, quam hypothecare, ſeu conducere redditus dictæ Eccleſiæ per decem annos, ſed hæc hypothecatio eſt prohibita ſub prædictis pœnis Ambitioſæ, quia eſt alienatio bonorum immobilium Eccleſiæ; vt fatentur omnes: ergo à fortiori illa donatio talium redditnum pro vita beneficiarij, erat vera alienatio prohibita in dicta extravaganti, ac per conſequens ſubiecta illius pœnis. 16

CONSVLTVM XVIII.

De communione, an liceat eam laïco ſtatim poſt mediam noctem ſumere.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Aliqui Doctores affirmant poſſe ſæcularem communicare ex deuotione, quacunque hora diei, dummodo ſit ieiunus.*
3 *Contraria ſententia probabilior eſt.*
4 *Extra noctem natalis Domini Sacerdos non celebrat abſque priuilegio, niſi intra auroram, & meridiem.*
5 *Laici extra hoc tempus non poſſunt ex deuotione communicare, etſi ieiuni ſint.*
6 *Quando dicatur aurora explicatur.*
7 *In quibus caſibus poſſit Sacerdos ante auroram celebrare explicatur.*

CASVS,

quando Sol oritur hora ſexta. Ita Nauarr. Henriq. Azor, & alij, quos refert, & ſequitur Fagund. *in primo præcepto Eccleſiæ, lib. 3. cap. 17. n. 14.*

CONSULTVM XIX.

De Communione; an ſit danda indigno, ad euitandum graue damnum?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Peccatori publico, publice deneganda eſt communio.*
3 *Si parochus denegando peccatori publico Communionem timeat graue damnum, poteſt ei dare communionem, ſi non detur contemptus.*
4 *Actio dandi Communionem ex parte miniſtri eſt bona.*
5 *Quilibet ad euitandum graue damnum poteſt permittere alterius peccatum, ſi non detur contemptus fidei.*
6 *Caſu quo Sacerdos ob timorem grauis damni det Communionem peccatori publico, debet monere populum de cauſa, cur id feciſſet, vt tollatur ſcandalum.*
7 *Quid ſi nec hoc efficere poſſit ob timorem alterius grauiſſimi damni.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM homo nobiliſſimus, qui viuebat 1
in concubinatu publico, & notorio, petijt Feria quinta Cœnæ Domini publicè à Parocho Communionem, quam cum ei Parochus publicè denegaſſet, eo quod publicè viuebat in concubinatu, cum minatus fuit prædictus homo, quod ſi in die Paſchatis ei non tribuiſſet communionem, ei grauiſſimum malum inferendum.

Quæritur, An prædictus parochus poſſit ei licitè Euchariſtiam miniſtrare; vel an teneatur eam ei etiam cum graui periculo propriæ vitæ denegare.

RESPONSIO AVTHORIS.

PRo explicatione huius caſus ſuppono, prædi- 2
ctum parochum optime feciſſe denegando prædicto peccatori publico Communionem, eo quod occaſionem proximam non reliquerit, & in ea publice perſeuerauerit. Ita cum communi ſententia Ioann. Sanctius, *in ſelectis, d. 34. n. 1.* Ratio eſt, quia vt ei licite tribueret Communionem, debebat talis peccator publice oſtendere ſe prædictam mulierem è domo ejeciſſe, & eam omnino per aliquod tempus reliquiſſe, vel debebat conſtare, quod mortua eſſet. Ita Nauarr. quem refert, & ſequitur Ioan. Sanctius, *in ſelectis, d. 34. n. 12.* & 15 & alij communiter DD. ſed nihil horum fecit iſte peccator: ſed publice eam domi retinebat; ergo optime fecit parochus ei publice ſacram Communionem denegando. His ſuppoſitis,

Reſpondeo ad caſum propoſitum. Quod
ſi prædictus peccator publicus, vel alius,
qui ſit in peccato publico, monitus à paro- 3
cho, vt deſiſtat à peccato publico, noluit ab occaſione peccandi publica deſiſtere, ſi parochus timet ſibi mortem, vel aliud graue damnum ei denegando publice Communionem

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM homo laicus habebat deuotionem à plurimis annis communicandi in die S. Claræ. Accidit autem, quod eadem die neceſſe fuit viam arripere ad alium locum ſtatim poſt mediam noctem.

Quæritur, an poſſit ſtatim poſt mediam noctem, vel ad veſperam, ſi ieiunus ſit accipere eadem die communionem, ex ſacrario ab aliquo ſacerdote; quem ad id habebat paratum.

RESPONSIO AVTHORIS

2 AFfirmant cum Angelo, & Sylueſtro, Azor, *1. p. lib. 2. cap. 25. q. 8* Armilla, *verbo communio, n. 70.*, Quorum ratio eſt, quia nullo iure, aut canone id prohibetur, neque eſt idem iuris de percipienda Euchariſtia, quod de ſacrificio faciendo; ergo qualibet diei hora poteſt qui rem diuinam non facit, Euchariſtiam ſuſcipere ex ſacrario ſi ieiunus ſit.

3 Verum licet hæc ſententia ſatis probabilis ſit
contrariam reputo certiorem. Hanc tenent ex-
preſſe Bonac. *q. 5. de Euchariſtia, p. 1. n. 14.* Sylu.
Sà, Tabiena Henriquez, Suarez, Poſſeuinus, quos
refert & ſequitur Bordonus, *tom. 2. reſol. 56. n. 161.*
Coninchius, *de ſacramentis, q. 8. art. 10. n. 85.* Ratio
eſt, quia excepta nocte natalis Domini, Sacerdos
non celebrat, niſi intra auroram, & meridiem, ſe-
4 cluſo priuilegio, vt docent communiter DD. ergo
nec etiam laici poſſunt communicare extra hoc
tempus. Patet conſequentia, quia tempus quo laici
debent recipere Euchariſtiam, debent regulari cum
tempore, quo Sacerdos poteſt licitè celebrare;
ſiquidem militant eædem rationes, & ſic tenet vni-
uerſalis conſuetudo Eccleſiæ, & poſtulat reueren-
5 tia tanto debita Sacramento; ergo ſecluſa die na-
talis Domini, laicus ſolum poteſt communicare eo
tempore, quo Sacerdos poteſt celebrare; & hanc
ſententiam in his terminis docent etiam Rodrig.
Fillinc. Caſt. Pal. quos refert, & ſequitur Diana *9. p.*
tract. 7. reſol. 67. Nec ratio pro parte contraria ali-
qua id conuincit. Reſpondetur namque, quod licet
non detur aliquod ius expreſſum id prohibens, id
tamen iam tenere vniuerſalem Eccleſiæ conſuetu-
dinem, a qua recedendum non eſt ob tanti Sacra-
menti reuerentiam.

6 Si tamen quæras, quando dicatur Aurora, in qua clericus, ſecluſo priuilegio, poteſt licitè celebrare, & laicus communicare? Reſpondeo, eſſe per duas horas ante ſolis ortum. Vnde quando Sol oritur, hora ſexta; poteſt clericus celebrare, & laicus communicare, hora quarta poſt mediam noctem. Ita Diana. Rodrig. Fernandes, Victoria, Paludanus, Piligianus, quos refert, & ſequitur Trullenc. *praxi ſacramentorum, lib. 3. cap. 8. dub. 15. n. 5.*

7 Si tandem quæratur an in aliquo caſu poſſit clericus ante hoc tempus miſſam celebrare? Reſpondeo, in caſu grauis neceſſitatis poſſe: v. g. ad communicandum infirmum, vel ad communicandum perſonas, quibus non licet iuxta patriæ conſuetudinem è domo mane exire, ſi detur namque huiuſmodi, vel alia grauis cauſa, poterit per tres horas ante auroram Miſſam celebrare, hoc eſt, hora ſecunda poſt mediam noctem, quando ſol oritur hora quinta, & hora tertia poſt mediam noctem,

poſſe prædictum parochum eis publice dare communionem. Ita Thomas Sanchez, *lib. 4. de matrim. d. 4. n. 12.* Ioannes Sanctius, *in ſelectis, d. 34. num. 16.*

Ratio eſt, quia actio dandi communionem ex
4 parte miniſtri eſt bona, & poteſt exerceri abſque
peccato, ſi detur cauſa excuſans, etiamſi recipiens Euchariſtiam malè vtatur hac actione, dummodo non detur contemptus ſacramenti, nec ſit
in odium fidei, vel religionis, ſed hic, nec datur
contemptus Sacramenti, nec poſtulatur Euchariſtia in odium, vel contemptum fidei, vel religionis, ſed tantum ad ſatiſfaciendum præcepto
Eccleſiæ, vt euitentur cenſuræ, nullum enim
alium finem habuit prædictus homo poſtulandi
5 in Paſchate Euchariſtiam; ergo optime poterat
Sacerdos ad euitandam mortem, vel aliud malum graue in vita, honore, vel diuitiis, ei miniſtrare Euchariſtiam, etſi publico peccatori; ſi enim ille male vſus fuit actione bona Parochi, ſibi imputet; Nemo enim tenetur cum tanto damno, & onere deſiſtere ab actione bona, qua recipiens ſi vellet poſſet bene vti, quod ſi noluerit, ſibi imputet, non Sacerdoti; Sacerdos namque ſolum permittit malum illius, & non illud vult, nec intendit, imo de illo quam maxime dolet.

6 Nec obſtat quod Populus videns dare communionem huic publico peccatori in peccato publico perſeueranti ſcandelizetur. Reſpondetur
namque cum eodem Ioanne Sanctio *ſuprà*, Parochum debere poſt communionem populum aduertere, ſe dediſſe illi publico peccatori communionem, eo quod ſibi mortem, vel aliud malum gra-
7 ue juſte timuerit. Quod ſi nec hanc ſatisfactionem
exhibere poſſit, quia etiam timet graue damnum, patienter ferat, fidens Deum veritatem propalaturum, & interim oret pro eo.

CONSVLTVM XX.

De Communione pro adimplendo Paſchatis præcepto, an poſſit extra propriam parochiam miniſtrari.

SVMMARIVM.

1. *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2. *Lex, & præceptum humanum non obligat, quando ſubditus abſque graui nota, & periculo honoris non poteſt illud adimplere.*
3. *Qui abſque graui nota, & periculo honoris non poteſt ire ad Miſſam in die feſto, excuſatur à præcepto, & cenſura, ſi detur de audienda Miſſa.*
4. *Sæculares qui confitentur, & communicant in Eccleſiis regularium, etiam pro adimplendo præcepto annuæ confeſſionis, & communionis ſine licentia parochi, ſatisfaciunt his præceptis.*
5. *Poſſunt tolerari à parocho, etſi detur excommunicatio, quod omnes communicent ad adimplendum præceptum in parochia.*
6. *Regulares habent priuilegium ad confitendum, & communicandum ſæculares in ſuis Eccleſiis, etiam ad adimplendum præceptum, ſine licentia parochi.*
7. *Ordinarius non poteſt impedire hoc priuilegium regularium.*
8. *Ordinarius non poteſt præcipere ſuis ouibus, vt non confiteantur, etiam pro adimplendo præcepto annuæ confeſſionis cum regularibus.*
9. *Ponitur argumentum in contrarium & ſoluitur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

IVſſit ordinarius cuidam parocho ſub excom- 1
municatione, ne concederet licentiam alicui
parochiano, vel parochianæ ad communicandum extra Eccleſiam parochialem pro adimplendo præcepto annuæ communionis,

Quæritur, an in caſu vrgentis neceſſitatis, puta ſi mulier iuxta patriæ conſuetudinem abſque nota honoris, vel quia veſtes iuxta ſuum ſtatum non habet non poteſt conuenire ad parochialem Eccleſiam, poſſit idem parochus dare communionem huic ſuæ parochianæ in aliqua Eccleſia regularium, vel eremitorio, vel mittere aliquem ſacerdotem, qui ei in tali eremitorio tribuat communionem, vel concedere illi licentiam ad communicandum in Eccleſiis regularium, non obſtante dicta Epiſcopi prohibitione.

RESPONSIO AVTHORIS.

REſpondi affirmatiuè ita communiter Docto- 2
res apud Palaum, *tom. 1. tract. 3. d. 5. p. 3. §. 2. n. 3.* Ratio eſt, quia lex, vel præceptum humanum non obligat, quando ſubditus abſque graui nota, & periculo honoris, & bonæ exiſtimationis non poteſt illud adimplere; ſed hic ſubditus ſine graui nota, & periculo bonæ exiſtimationis, & famæ, ratione patriæ conſuetudinis, vel defectu veſtimentorum, non poteſt conuenire ad Eccleſiam parochialem; ergo talis lex non obligat. Maior eſt communis inter DD. minor verò probatur, quia hæ eædem cauſæ ſufficiunt ad deobligandam fœminam à præcepto audiendi Miſ-
ſam, etiamſi ſit poſita excommunicatio contra 3
non audientes Miſſam, vt docet Nauarrus, & alij, quos refert, & ſequitur Trullenc. *in Decalogum, lib. 3. cap. 1. dub. 9. n. 7.* Et à præcepto communicandi in Paſchate, ſi abſque prædicta nota, & in honore nequit ad priuatum ſacellum noctu conuenire, vt tenent communiter DD. apud Palaum, *tom. 4. tract. 21. d. vnica, p. 15. n. 5.* ergo idem dicendum eſt in præſenti caſu. Et ſic præceptum quando imperat quod parochus non det licentiam ad communicandum extra Eccleſiam parochialem, intelligendum eſt, prudentialiter extra caſum vrgentis neceſſitatis.

Imo addo quod ſi parochiani talis parochiæ 4
confeſſi, & communicati fuerint in Eccleſiis regularium, abſque parochi licentia, etiamſi alias
poſſent bene conuenire ad Eccleſiam parochialem
ſine vllo inconueniente, adhuc poſſe parochum,
ſi voluerit illos tolerare, & minime teneri eos 5
obligare ad communicandum in Eccleſia parochiali, etiam pro adimplendo præcepto annuæ communionis, abſque eo quod violet præceptum, etiam cum excommunicatione poſitum ab ordinario.

Ratio eſt, quia regulares habent priuilegium 6
ad confitendum ſæculares, & dandam eis communionem, etiam ad adimplendum præceptum

annuæ

annuæ communionis in ſuis Eccleſiis, vt docent Rodriguez, Sorbo, Veiga, quos refert Palaus, *tom.4.tract. 21.d. vnicu, p. 19. nu. 4.* Ioannes de Cruz, Bêta, quos refert. & non impugnat Diana, *1.p. tract.14. reſol. 75.* Fundaturque hæc ſententia, *in priuilegiis, Nicolai V. Pauli III. Pij IV.* quæ refert Diana *ſuprà*. qui Pontifices conceſſerunt regularibus, poſſe dare communionem, etiam in Paſchate ad adimplendum præceptum, licentia curatorum minime requiſita, & vt ſic præcepto Eccleſiæ ſatisfacerent, non obſtantibus contrariis quibuſcunque, vt teſtatur Fr. Ioannes à Cruce, *lib.2. de priuilegiis cap.5. dub.4. concluſione 3.* ergo optimè poteſt hic parochus conſentire, vt oues ſuæ, etiam abſque vlla neceſſitate communicent in Eccleſiis regularium ad adimplendum huc præceptum, non obſtante dicto præcepto, & excommunicatione impoſita ab ordinario.

Patet conſequentia, quia dicta ordinarij ex-
7 communicatio non poteſt eum obligare ad hoc, vt cogat oues ſuas non communicandum in Eccleſia parochiali, ſi ipſæ voluerint in Eccleſiis regularium communicare. Nam id eſſet impedire, & derogare priuilegium regularium, quod ordinarius efficere non poteſt; Nam cum Papa ſit parochus vniuerſalis, potuit eximere oues illas ab illius iuriſdictione quoad hoc præceptum, ſicut
8 non poteſt eis præcipere quod non confiteantur in Eccleſiis regularium, etiam pro adimplendo præcepto annuæ confeſſionis; ergo parochus non dando talem licentiam, ſed ſolum permittendo quod oues ſuæ communicent in Eccleſiis Regularium, ſatisfacit præcepto ordinarij, nec incurrit dictam excommunicationem; ſiquidem præceptum tantum valet, quantum ſonat, & cum alias ille licentiam prædictam non det, ſed tantum ſinat eas vti priuilegio regularium, non facit contra dictum præceptum ſui ſuperioris, ſicut non facit quando ſinit eas vti priuilegio annuæ confeſſionis.

Nec obſtat excommunicatio impoſita à præla-
9 to. Nam huic obiectioni reſpondeo. Prælatum potuiſſe talem cenſuram, ſeclusis priuilegiis regularium, vel ad ſummum ſtando in opinione contraria, quæ negat hæc priuilegia regularibus, quæ etiam probabilis eſt; ſed parochus poteſt optimè conformari noſtræ ſententiæ; quia quando prælatus præcipit aliquid ſub excommunicatione, de quo eſt opinio probabilis, quod illud non poteſt præcipere, non tenetur ſubditus obedire, vt tenent Spinola, Ianuarius, & alij quos refert Diana, *9.p.tract.9. reſol.41.* ergo non obſtante tali præcepto, & cenſura, poteſt parochus ſtare noſtræ ſententiæ, & ſinere quod oues ſuæ communicent, etiam ſine neceſſitate in Eccleſiis regularium recipiendo ab eis ſchedulas, in quibus detur authenticum teſtimonium ab ipſis regularibus, quod dictæ perſonæ in Eccleſiis ſuis communicarunt.

CONSVLTVM XXI.

De iure cuiuſdam Parochi celebrandi certas Miſſas in ſua Eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Conſuetudines laudabiles ſunt obſeruandæ.*
3 *Quid requiratur, vt aliqua conſuetudo dicatur laudabilis.*
4 *Poſita laudabili conſuetudine datur actio illi, in cuius fauorem fuit introducta.*
5 *Ponitur argumentum in contrarium & ſoluitur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

Confratres Sanctiſſimi Sacramenti Eccleſiæ, 1
S. Mariæ montis Serrati. Oppidi Vienæ in Luſitania habuerunt conſuetudinem à quadraginta annis, & amplius vocandi parochum eiuſdem Eccleſiæ ad celebrandum eis quarta quaque dominica cuiuslibet menſis miſſam ſolemniſſimam ſanctiſſimi Sacramenti, exponendo in ipſa Miſſa ſanctiſſimum Sacramentum, tribuendo ei ſtipendium conſuetum pro eadem Miſſa, & aſſiſtentia illius magnæ ſolemnitatis.

Quæritur, an nunc poſſint prædicti Confratres alterum clericum, qui non ſit parochus illius Eccleſiæ vocare ad celebrandum dictam Miſſam, & feſtiuitatem, relicto parocho.

RESPONSIO AVTHORIS.

Reſpondi negatiuè. Ratio eſt, quia iſta conſuetudo dicendi illam Miſſam, & celebrandi illam feſtiuitatem, & dandi illi parocho dictum 2
ſtipendium pro tali Miſſa, & aſſiſtentia eſt laudabilis, & iuxta ſacros canones, *cap. ex parte de cenſibus, & cap. ex parte Aſtenſis de conſenſu præbendarum*; Sed ſacri canones præcipiunt obſeruari conſuetudines laudabiles, vt conſtat ex *cap. ex parte*; ergo talis conſuetudo obſeruanda eſt. Maior, hoc eſt, quod ſit laudabilis hæc conſuetudo probatur, quia ad hoc vt conſuetudo laudabilis probetur, ſufficit quod per decennium, hi con- 3
fratres ex voluntate ſua ſoliti ſint vocare dictum parochum, & dare illi prædictum ſtipendium pro tali ſacrificio, & ſolemni aſſiſtentia illius feſtiuitatis; vt conſtat *ex cap. ad Apoſtolicam de ſimonia*, & ex Gloſſa, *notabili in cap. fin. de conſuetudine in 6.* Siquidem vocando illum per tantum tempus, & libere tribuendo ei ſtipendium, cenſentur per allegata iura obligari ad ſemper illum vocandum, & dandum ei conſuetum ſtipendium;
ſed poſita laudabili conſuetudine datur actio ipſi, 4
in cuius fauorem eſt introducta ad eius obſeruationem; ergo talis parochus non debet deturbari à ſua poſſeſſione, ſed manutenendus eſt in illa. Ita tenet Hoſtienſis, & Abbas, *in cap. ſuam nobis. num.6. de ſimonia*, & alij quos refert, & ſequitur Mor. *conſ.27. n.9. & ſequent.*

Nec obſtat ſi dicant Confratres, illos dediſſe illud ſtipendium, & vocaſſe illum parochum ex mera voluntate ſua; ſed per illa, quæ ſunt meræ

facultatis non introducitur conſuetudo; ergo cum illi libere, & voluntariè illum parochum ad hoc miniſterium vocaſſent. Ita nunc cum poſſunt libere non vocare, ſed loco illius vocare alium, cum hæc feſtiuitas ſanctiſſimi Sacramenti non pertineat ad parochiam, ſed ſit feſtiuitas propria illius ſæcularis confraternitatis, quæ forte congregata fuit in illa parochia. Non obſtat inquam, reſpondetur namque hoc non procedere, quandu ſimul interuenit labor Sacerdotis, pietas cauſæ, & fauor animæ; ſed hic interuenit labor Sacerdotis, pietas cauſæ, & fauor animæ; ergo prædictum argumentum non procedit in hoc caſu. Major patet, quia quoties per decennium datur aliquid ex mera voluntate, ſed talis donatio non vt purè, ſed cum aliquo reſpectu ad aliquem finem, eſt ſignum, quod ille qui talem donationem facit vult inducere obligationem in fauorem animæ ſuæ; ſed vocare talem parochum ad celebrandam dictam Miſſam, & feſtiuitatem, dando ei prædictum ſtipendium, non eſt donatio pura, ſed habet aliquos dignos reſpectus, nempe quia Sacramenta miniſtrat, quia illius parochiæ curam habet, quia cætera onera ſuſtinet, vt late probat Mor. *ſuprà*; ergo per illam donationem, & vocationem, introducta fuit laudabilis conſuetudo; ergo talis parochus manutenendus eſt in ſua poſſeſſione, & non poteſt alius Sacerdos vocari, relicto parocho, & ſic iudicatum fuit in facti contingentia, *in ſupremo Senatu Portuenſi, anno* 1658.

CONSVLTVM XXII.

De quodam miniſtro militiæ impediente milites ſuſcipere ſtatum clericalem.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Homo liber quoad electionem ſtatus nulli alteri homini, ſiue Regi, Papæ, Duci, &c. ſubditur.*
3 *Poteſt eligere ſtatum, quem voluerit, præcipuè ſi fuerit ſtatus perfectionis.*
4 *Milites poſſunt inuitis ſuis generalibus, & regibus eligere ſtatum clericalem.*
5 *Vnicuique licitum eſt eligere perfectiorem ſtatum, etiam repugnante Rege, Papa, & proprio patre.*
6 *Miles relicto cingulo militari poteſt ſumere ſtatum monachi.*
7 *Status Sacerdotalis perfectior eſt ſtatu monachi non Sacerdotis.*
8 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
9 *Generalis militia qui directe, vel indirecte impedit ſuos milites, ne ſuſcipiant ſtatum clericalem, vel monachalem, peccat contra iuſtitiam.*
10 *Incurrit excommunicationem in Tridentino,* ſeſſ. 24 cap. 9. *de reformatione.*
11 *Incurrit canonem* 15. *Bullæ Cœnæ.*
12 *Generalis militiæ, qui vexauit patrem ſui militis, eo quod miles factus eſt ſacerdos, peccauit grauiter contra iuſtitiam.*
13 *Tenetur ad omnia ei damna reſarcienda.*
14 *Incurrit excommunicationem Trident.* ſuprà *relatam.*
15 *Incurrit canonem* 25. *Bullæ Cœnæ.*
16 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
17 *Sanctus Gregorius Papa procedit contra Mauritium Imperatorem, eo quod prohibebat milites fieri monachos.*
18 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM militum Generalis iuſſit com- 1
prehendere, & in vinculis detrudere Patrem cuiuſdam ſui militis, & illum coëgit ad acceptandum cingulum militare, cum iam ſenex eſſet; eo quod eius filius, qui miles erat, ordinatus fuit abſque licentia ipſius generalis ordine presbyteratus.

Quæritur, an prædictus generalis potuerit licitè obligare Patrem, vel fratrem prædicti militis, qui presbyteratum ſuſcepit relicta militia, ad ſuſcipiendum cingulum militare, eis inuitis, & an eos obligando ob illam cauſam incurrerit aliquas cenſuras in iure?

RESPONSIO AVTHORIS.

HIc caſus erat quotidie obvius in hoc Luſitaniæ Regno, ob continua bella, quibus Luſitani ab Iberis premebantur: Sed iam nunc ob feliciſſimam, & honoratiſſimam pacem, quam cum Iberis celebrarunt anno 1668. quarta die Martij, iam ab hoc labore, Deo ita permittente, liberati ſunt, faxit Deus, vt deinde hoc conſilio non indigeant. Quia tamen in aliis locis accidere poteſt idem caſus, etiam inter Luſitanos, qui per totum orbem contra infideles, & barbaras nationes militant, non incongruum videbitur, quid tunc ſenſerim, explicare.

Pro huius caſus explicatione ſuppono primo, prædictum generalem militiæ obligaſſe illum hominem ad ſuſcipiendum cingulum militare ob eam ſolum cauſam, quia eius filius reliquit militiam, & factus eſt Sacerdos, & non quia alij deeſſent milites, quia ſi alios voluiſſet, multi erant iuuenes, quos poterat eligere ad cingulum militare. Vnde ſolum prædictum hominem comprehendit, & obligauit accipere cingulum militare, ad ſic coërcendos patres, ne promouerent ſuos filios milites ad clericatum.

Secundo ſuppono cum D. Thoma, 2. 2. *quæſt.* 104. 2
art. 5. in corpore, nullum hominem liberum in electione ſtatus ſubiici alteri homini, ſiue Regi, ſiue Imperatori, vel Papæ, ſed libere poſſe eligere 3
ſtatum, quem voluerit, & multo magis, ſi fuerit ſtatus perfectionis, & ſpiritualis, vt late explicat Thomas Delbene, *cap.* 8. *de immunitate Eccleſiaſtica, dub.* 20. *ſect.* 4. *n.* 5. His ſuppoſitis.

Dico primo Milites poſſunt inuitis ſuis generalibus, & Regibus eligere ſtatum clericalem. Ita habetur, *in cap. eos, qui ſemel in clero* 20. *q.* 3. &
cap. ſi quis poſt bapt iſmum, diſt. 51. Ratio autem 4
eſt, quia vnicuique licitum eſt eligere perfectiorem ſtatum, etiam repugnante Rege, Papa, vel proprio parente; ſed ſtatus clericalis perfectior 5
eſt militia, vt ex ſe patet, & habetur, *in eodem, cap. eos*; ergo vnuſquiſque illum licite, & libere eligere poteſt. Confirmatur, Quia miles relicto cingulo militari poteſt ſumere ſtatum Monachi,

vt

6 vt patet, *ex cap. propoſitum monachi 2. 20 q. 3. & cap. eos, 2. 20. q. 3.* & patet ex facto Gregorij Ma-
gni, qui Mauritium deterruit, eo quod prohibe-
7 bat milites fieri monachos, vt patet ex lectioni-
bus Breuiarij die 12. Martij; ſed ſtatus Sacerdotalis
perfectior eſt ſtatu monachi non Sacerdotis; ergo
ſicut quis libere, etiam miles, poteſt eligere ſtatum
monachi, ita & ſacerdotis.

8 Nec obſtat *cap. ſi quis poſt Baptiſmum diſt. 51.*
Vbi dicitur, militem non poſſe tranſire ad ſtatum
diaconi, niſi ex diſpenſatione Pontificis. Reſ-
pondetur namque cum Gloſſa, *verbo militauerit*,
id intelligi, ſi irregularitatem contraxiſſet: in no-
ſtro autem caſu, talis miles non contraxit irregu-
laritatem, ſiquidem in bello adhuc inuentus non
erat, erat enim à pauco tempore factus miles:
ergo non erat cur non poſſet ad ſtatum Diaconi,
& Presbyteri promoueri.

Dico 2. Generalis militiæ, qui directe, vel in-
directe impedit ſuos milites, ne accipiant ſtatum
clericalem, vel monachalem, peccat primo con-
9 tra iuſtitiam, quia impedit hominis libertatem.
Secundò incurrit excommunicationem in Tri-
10 dentino, *ſeſſ. 24. cap. 9. de reformatione*, vbi ex-
communicantur omnes illi, qui impedierint qua-
lemcumque perſonam à ſuſceptione ſtatus matri-
monij, quæ cenſura extenditur ad illos, qui im-
pediunt matrimonium ſpirituale, quale eſt ordo
ſacer, & ſtatus religionis, vt docet cum multis
Delbene, *tom. 1. cap. 8. dub. 19. ſect. 9.* Tertio incurrit
11 canonem 15. Bullæ Cœnæ, ſiquidem facit contra
libertatem Eccleſiaſticam, ſecundum quam vni-
cuique liberum eſt eligere ſtatum Eccleſiaſticum,
vel matrimonij. Ita cum multis Delbene, *de immu-
nitate Eccleſiaſtica cap. 8. dub. 19. ſect. 9 n. 11.*

Hinc fit hunc generalem equeſtrem, compre-
12 hendendo patrem illius militis, qui ordinatus fuit
ordinibus ſacris, & vexando eum, & adducendo
eum ad ſuum judicium, eo quod eius filius, qui
13 miles erat factus ſit ſacerdos, peccaſſe contra iu-
ſtitiam, & teneri ad omnia damna reſarcienda,
procedit enim contra innocentem; ſiquidem pa-
ter non deliquit, etiam conſulendo filio, vt fieret
Sacerdos. Secundò incurrit excommunicatio-
nem *ſuper relatum in Tridentino*, quia indirecte
impediuit matrimonium ſpirituale, ſiquidem vi-
14 dendo hoc alij patres non curabunt, quod filij ſui
milites fiant ſacerdotes. Tertio incurrit canonem
15 15. Bullæ Cœnæ, vbi anathematizantur, qui ad-
ducunt ad ſuum iudicium directe, vel indirecte
clericos. Et quotieſcumque vexantur patres, vel
conſanguinei, ob factum clerici, incurritur in hoc
canone, vt docet Suarez *diſp. 22. ſect. 2. n. 78* Alte-
rius, *lib. 5. d. 16. cap. 1.* Vgolinus, Filiucius, Duar-
dus, & alij quos refert, & ſequitur Leander, *tr. 3.
de cenſuris, d. 15. q. 6.* Et tandem incurrit in eodem
canone in quo excommunicantur impedientes li-
bertatem Eccleſiaſticam directe, vel indirecte,
quam ipſe abſque dubio impediuit, impediendo
ſaltem indirecte, quod milites fierent Sacerdotes;
quatenus illorum patres vexabat.

Nec obſtat ſi dicas hunc generalem non pro-
ceſſiſſe contra clericum, ſed contra merum laï-
16 cum. Reſpondetur namque cum Suario contra
Regem Angliæ, *lib. 4. cap. 13. num. 6.* quod
quando proceditur contra Laicos, & grauamen
ordinatur ad Eccleſiaſticos, talis diſpoſitio, ſeu
proceſſio, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam;
ſed hic licet proceſſio fuerit circa laicum, graua-
men ordinabatur ad filium clericum, ſiquidem
ideo pater vexabatur; quia filius factus fuit cle-
ricus; ergo ſic diſponentes, & vexantes, incur-
runt prædictum canonem bullæ cœnæ. Ita La-
derchius, *conſil. 103. num. 5. & 9.* Mandelus, *con-
ſil. 8. n. 16.* Delbene, *cap. 5. de immunitate Eccle-
ſiaſtica dub. 7 ſect. 3. n 2.*

Nec obſtat quod hæc vexatio non ſit cum ani-
mo offendendi libertatem Eccleſiaſticam; ſiqui-
dem ſufficit, quod re ipſa lædatur directè, vel
indirectè, vt cum multis docet Delbene, *cap. 8.
ſect. 5. n. 2.* Sed ſic eſt quod in hoc caſu oſtendi-
tur re ipſa indirecte libertas Eccleſiaſtica, ſiqui-
dem ille pater ſolum fit miles, & comprehendi-
tur, & in vinculis detruditur, eo ſolum, quia
eius filius, vel frater clericus factus fuit, vt alij
patres, & milites terreantur à ſuſcipiendo ſtatu Ec-
cleſiaſtico, quod eſt contra hunc canonem bullæ
cœnæ in ſecunda parte illius, vt dicunt multi Do-
ctores: ergo ſic facientes, ſtatuentes, & ordinan-
tes grauiſſime peccant, & manent excommunicati.

Tandem probatur ex facto S. Gregorij Pa- 17
pæ; qui procedit contra Imperatorem Mauri-
tium, eo quod milites fieri monachos prohibe-
ret, vt conſtat ex Lectionibus Breuiarij huius
ſancti, duodecima die Martij; Lectione 2. Mauri-
tium Imperatorem eos, qui milites fuiſſent, mona-
chos fieri prohibentem, à ſententia deterruit, ſed
idem dicendum eſt de ſtatu clericali, ne de mo-
nachali, ob ſimilitudinem rationis, *vt ſuprà* di-
ximus, & patet, *ex cap. eos, qui ſemel 1. 20. q. 3.*
Ergo huiuſmodi generalis deterrendus eſt à ſua
ſententia, delinquit enim grauiſſime contra liber-
tatem Eccleſiaſticam.

Nec obſtat quod plures milites ſuſpiciant ſta- 18
tum Clericalem, & Monachalem. Nam huic ob-
jectioni. Reſpondetur, non omnes velle eſſe
Eccleſiaſticos, nec habere ſcientiam, & alia re-
quiſita ad hunc ſtatum. Et quando tot eſſent,
qui hunc ſtatum reciperent, quod valde exercitus
deminueretur, & deficerent, qui arma ſuſcipe-
rent; tunc pertinebat ad Prælatos Eccleſiæ de
illo prouidere, & numerum ordinandorum mi-
nuere, & non ad militum generales; mitterent
enim manum in falcem alienam: quod & factum
fuit, nam iſte generalis, videns huiuſmodi ratio-
nes, ſtatim prædictum hominem liberum dimi-
ſit, & milites fieri clericos, & monachos libere
permiſit, erat enim vir docilis & ſummæ Chri-
ſtianitatis.

CONSVLTVM XXIII.

De quadam compenſatione occulta facta ex bonis Regis, à quodam Regio miniſtro.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Quoties Rex non tribuit ſuo officiali iuſtum ſtipendium, poteſt officialis, ſi non habuit animum dimittendi, vti occulta compenſatione vſque ad iuſtum ſtipendium.*
3 *Stipendium dicitur iuſtum, iuxta æqualitatem meritorum miniſtri.*

4 *Miniſter*

4 *Miniſter qui acceptauit officium minori ſtipendio, quia non auſus eſt reſiſtere Regi, poteſt occulte compenſari vſque ad iuſtum ſtipendium.*

5 *Illud cenſetur iuſtum ſtipendium, quod ſimilibus miniſtris ob idem ſeruitiam à Rege tribuitur.*

6 *Quando rex indiget miniſtro, & nolit eum demittere, poteſt miniſter compenſari vſque ad iuſtum ſtipendium.*

7 *Iuſtum ſtipendium debitum cuidam miniſtro eſt illud quod ſimilibus perſonis ſolet tribui in regno, oppido, vel civitate.*

8 *Quoties conſtiterit ſalarium officialibus taxatum non eſſe iuſtum, poſſunt Officiales ſibi occultè compenſari.*

9 *Illud cenſetur iuſtum ſtipendium, quod lege, vel conſuetudine, taxatur.*

10 *Quando miniſter, vel famulus inuitus ſeruit, poteſt recipere iuſtum ſtipendium vtendo compenſatione occulta, etſi pro minori pactitauerit.*

11 *Miniſter poteſt compenſari in pecunia regis, quam accepit ad ſoluendum aliis officialibus regis.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM comes acceptauit à Rege officium, & dignitatem cum ſtipendio ducentorum quiquaginta aureorum pro quolibet menſe, quo ſtipendio, etiam alij ſimiles officiales ſeruiebant regi; Poſtea videns Rex ſtipendium illorum officialium, (erant enim quatuor,) tenuiſſimum eſſe, iuſſit illis, vno tantum excluſo, dare quolibet menſe quingentos aureos.

Quæritur, an iſte officialis regius, qui excluſus fuit, & cui non fuit ſtipendium auctum, licitè poſſit occulte ex ære Regis ſibi compenſari; ſurripiendo pro quolibet menſe quingentos aureos, ſicut Rex ipſe præcepit aliis ſimilibus officialibus ſoluere ex redditibus ſuis, attento quod iſte officialis non minorem occupationem, vt alij habebat.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 REſpondi affirmatiuè Ratio à priori eſt: Quia quoties Rex tribuit ſuo officiali minus ſtipendium, quam ſuis meritis debetur, talis officialis ſeu miniſter poteſt vti occulta compenſatione vſque ad iuſtum ſtipendium, niſi alias ceſſerit voluntariè, aut condonauerit regi, vt docet cum multis Baſæus, *verbo compenſatio, num.6.* Sed ſic eſt, quod in hoc caſu non datur iuſtum ſtipendium huic miniſtro, & ille nunquam habuit animum demittendi; ergo optime poteſt occulte compenſari. Maior eſt certa inter DD. minor verò probatur, quia iuſtum ſtipendium miniſtri, non eſt regulandum per voluntatem regis, ſed per merita miniſtri, vt cum D. Thoma, Soto,
3 Nauarro, & aliis latè probat Fragoſus, *p. 1. lib. 5. d. 13. §. 9. n. 97.* Sed merita huius miniſtri ſunt æqualia meritis illorum trium miniſtrorum, quibus Rex iuſſit dare quolibet menſe quingentos aureos, tanquam iuſtum ſtipendium; ergo iſte miniſter poteſt ex ære Regis compenſari vſque ad hoc iuſtum ſibi debitum ſtipendium.

Confirmatur, quia ſi Rex noluerit dare iuſtum ſtipendium iuxta æqualitatem meritorum, etiamſi miniſter acceptet officium cum minori ſtipendio, quia non auſus fuit reſiſtere Regi, vel quia
non potuit ſe à tali officio excuſare. optimè po- 4
teſt ſe occulte compenſare, vt cum Navarro, Medina, Vaſquio, Leſſio, & aliis docet Baſæus, *verbo compenſatio, num.6.* Sed in hoc caſu non datur huic miniſtro iuſtum ſtipendium iuxta æqualitatem meritorum, & ille acceptauit tale officium ad redimendam ſuam vexationem, & quia aliter
non potuit; ergo optime poteſt ſe occulte com- 5
penſare. Minor in qua eſt difficultas probatur, quia hic miniſter habet idem officium, ac cæteri tres officiales, & eundem laborem, & illi inſeruit eadem perfectione, & labore, ac ſcientia, vt alij tres, vt omnibus notum eſt, nec negari poteſt; ſed aliis tribus iuſſit Rex dare quingentos aureos quolibet menſe, iudicandos debitos eſſe ſuis meritis; ergo cum merita huius miniſtri ſint æqualia, aut maiora, ſignum eſt, quod ſtipendium debitum ſuis meritis eſt idem, , ac illud quod aliis à Rege impenditur; ergo ſi rex tale ſtipendium ei non tribueret, ſicut aliis facit, injuſte facit, ſiquidem ei iuſtum ſalarium non ſoluit, ergo talis miniſter poteſt ſibi occulte compenſari.

Confirmatur, quia hic miniſter videns hoc 6
ſtipendio ſe non poſſe ſuſtentari, nec Regi debite ſeruire, multoties à Rege poſtulauit licentiam ad declinandum in domum ſuam, quam licentiam ſemper Rex ei denegauit, eo quod illius ſeruitio maxime indigeret; ſed quando Rex indiget miniſtro, & nolit eum à ſuo ſeruitio amouere, poteſt miniſter compenſari vſque ad iuſtum ſtipendium debitum ſuis meritis. etiamſi minori ſtipendio antea cum Rege pactitauerit, vt cum Vaſquio, Leſſio, & aliis multis tenet Baſæus, *verbo compenſatio, n.6.* & cum aliis Fragoſus, *p.2. lib. 5. d, 13. §. 9. n. 199.* ergo cum rex hic indigeat hoc miniſtro, & nolit eum relinquere, & non tribuat ei iuſtum ſtipendium ſuis meritis debitum, ſequitur quod ipſe ſibi poſſit occulte compenſari.

Confirmatur 3. quia iuſtum ſtipendium debi- 7.
tum cuidam miniſtro eſt illud, quod ſimilibus perſonis ſolet tribui in regno, oppido, vel ciuitate, vbi miniſter inſeruit, vt cum Molina, Azor, Rebello, & aliis docet Lugo, *de iuſtitia, d. 29. n. 62.* Sed ſic eſt quod Rex præcipit dare aliis ſimilibus miniſtris regni quingentos aureos quolibet menſe, quia id reputauit ſtipendium debitum ſuis ſeruitiis; ergo injuſtitiam facit huic miniſtro non ei tribuendo omne ſtipendium, quod aliis ſimilibus tribuit; ergo patiens prædictam injuſtitiam, licite poteſt compenſari; ſiquidem non ei datur ſtipendium. quod in regno ſimilibus miniſtris ob eadem ſeruitia datur.

Confirmatur 4, quia quoties conſtiterit, quod 8
ſalarium officialibus taxatum non eſt iuſtum, poſſunt officiales ſibi compenſari vſque ad iuſtum ſtipendium, vt cum Sylueſtro, S. Antonino, Molina, & aliis docet Fragoſus, *p. 1. lib. 5. d. 13. §. 9. n. 191.* Mallero, *de iure militantis Eccleſia, lib. 3. p. 1. tit. 7. §. 2. n. 6.* Lugo, *de iuſtitia, d. 29. n. 68.* Fragoſo, *p. 3. d. 22. §. 5. num. 104.* Sed ſic eſt, quod conſtat hoc ſalarium huic miniſtro taxatum eſſe injuſtum; ergo poteſt ſibi occulte compenſare vſque ad iuſtum ſtipendium: Minor in qua eſt difficultas probatur, quia ideo Rex præcepit

dare

dare quingentos aureos aliis tribus familibus miniſtris, quia non eis ſufficiebat iuſtum ſtipendium: ergo quingenti aurei, & non pauciores ſunt iuſtum ſtipendium horum miniſtrorum.

9 Confirmatur quinto: Quia illud eſt iuſtum ſtipendium, quod lege, & conſuetudine taxatur, Lugo *de iuſtitia d. 29 n. 61.* Sed lege, & conſuetudine, & diplomate ipſius Regis ſignantur etiam huic officiali quingenti aurei quolibet menſe; ergo quamvis Rex alia ordinatione priuata medietatem illius ſtipendij auferat, ſi talis miniſter hanc medietatem illi non remiſerit, optime poteſt illam accipere occulte de bonis ipſius Regis. Patet conſequentia, quia iſte miniſter ideo acceptauit medietatem iſtius ſtipendij à Rege taxatam, quia amplius non potuit, & eſt inuitus in prædicto officio, multoties à Rege poſtulando, vt eum ab hoc officio eximat, & liberet, quia ſe

10 non poteſt illa medietate ſtipendij ſuſtentare; ſed ſic eſt quod quando miniſter, vel famulus inuitus ſeruit, quia rex illum ad ſeruiendum obligat, poteſt recipere omne iuſtum ſtipendium; etiamſi de minori ſtipendio pactitauerit, & officium acceptauerit, vt cum communi ſententia docet Bartolus, *verbo compenſatio, num. 6.* & cum aliis Fragoſus, *1. p. lib. 5. d. 13. § 9 n. 197.* & cum Leſſio, & aliis multis Lugo, *de iuſtitia d. 16. n. 79.* Ergo idem poteſt facere iſte miniſter, accipiendo occulte per modum compenſationis vsque ad iuſtum ſtipendium à Rege taxatum ſibi, etſi ad redimendam ſuam vexationem minori promiſerit eſſe contentus.

Et addo, quod ſi iſte miniſter non inuenerit alia bona regia ad ſibi compenſandum, optime

11 poteſt ſibi compenſari ex pecunia, quam a Rege accepit ad ſoluendum aliis miniſtris inferioribus ſtipendium debitum à rege; non obſtante damno, quod inde ſequitur aliis inferioribus miniſtris. Ratio eſt, quia qui habet pecuniam ſui debitoris, poteſt vti compenſatione illa, etiamſi tradita ei fuiſſet ad ſoluendum alteri creditori ipſius debitoris, vt cum Machado, Trullenc. docet Diana, *p. 7. tract. 10. reſol. 18.* & cum Lugo, Anſonius, *verbo compenſatio, n. 3.* Sed iſte miniſter apud ſe habet pecuniam regis ſui debitoris, ergo etiamſi ei tradita fuiſſet ad ſoluendum ſtipendia aliis officialibus inferioribus debita ab ipſo Rege, poteſt ſibi eam retinere, & occulte in ea compenſari. Nec obſtat damnum quod inde aliis officialibus ſequitur, quia illud eſt indirectum, & per accidens, & nemo tenetur bono proximi prouidere cum graui diſpendio proprio, vt docent communiter DD.

CONSVLTVM XXIV.

De intelligentia cuiuſdam breuis pro educatione cuiuſdam puellæ in Conuentu Carmelitarum excalceatarum.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Ad introducendam conſuetudinem ſufficiunt duo actus.*

F. Ant. à Spir. ſanct. Conſult. vat.

3 *Aſſueſfactio eſt quid minus conſuetudine.*
4 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
5 *Non obſeruata forma, vel conditione diſpenſationis, non poteſt commiſſarius diſpenſare.*
6 *Dictio*, dummodo, *quando coniungitur actui perfecto, importat modum, & non conditionem.*
7 *Ponuntur quædam obiectiones in contrarium, & ſoluuntur.*
8 *Quando clauſula, quæ in bulla apponitur tantum eſt modus, & non conditio, diſpenſatio ſine tali modo facta valet.*
9 *Modus contrarius ſubſtantiæ diſpoſitionis non illam annullat.*
10 *Talis modus habetur, tanquam non adiectus.*
11 *Conditio impoſſibilis de facto non annullat diſpoſitionem vltimæ voluntatis.*
12 *Habetur tanquam non adiecta.*
13 *Idem dicendum eſt in diſpenſatione.*
14 *Diſpenſatio non poteſt obligare ad actum contrarium illi, in quo ſit diſpenſatio.*
15 *Non eſt præſumendum Pontificem ſibi eſſe contrarium in eadem diſpoſitione, & ſibi corrigere incontinenti.*
16 *Quælibet diſpoſitio, ita interpretanda eſt, vt vitetur contrarietas, & ſubita correctio.*
17 *Præſumptio validitatis actus eſt fortior, & efficacior cæteris præſumptionibus.*
18 *Clauſula in fine diſpoſitionis, non refertur ad capita præcedentia, quæ tali relatione fierent inualida.*
19 *Quando conſtet Pontificem voluiſſe diſpenſare, error notarij præter mandantis intentionem, non annullat diſpoſitionem.*
20 *Intentio, potius quam verba attendenda ſunt.*
21 *Non ſunt æſtimanda verba, quæ ſolita ſunt apponi ex ſtilo notariorum, ſed ſolum attendendum eſt ad intentionem mandantis.*
22 *Veritas potius, quam ſcriptura, percipi debet.*
23 *Quando clauſula appoſita in diſpoſitione non poteſt de facto perſonis ſubſtitutis conuenire, intelligitur appoſita non de mente diſponentis, ſed ex notarij conſuetudine.*
24 *Clauſula acceſſoria, non alterat naturam principalis diſpoſitionis.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

Religioſæ Carmelitæ diſcalceatæ habent quandam conſtitutionem, in qua eis prohibetur recipere puellas educationis cauſa, ſed recipiendæ debent habere quindecim annos completos, & ſolum debent recipi ad ſtatum religioſum iuxta eandem legem. Voluit autem quædam nobilis matrona introducere in quodam conuentu harum religioſarum duas puellas filias ſuas cauſa educationis, vt poſtea eſſent ibi religioſæ; impetrauit à Summo Pontifice licentiam, cum clauſula diſpenſatiua legis earundem religioſarum in hac forma. *Diſcretioni tuæ* (loquitur Pontifex cum Vicario Generalis Ciuitatis Vliſiponenſis) *per præſentes committimus, & mandamus,*

vt eiſdem Mariæ, & Beatrici, Monaſterium prædictum educationis cauſa, etiamſi ſtatuta dicti monaſterij Apoſtolica authoritate forſan confirmata, inter alia nullam puellam in dictum monaſterium educationis cauſa recipiendam, & admittendam eſſe diſponant, dummodo ipſum monaſterium puellas ex eadem cauſa recipere ſoleat, & illas actu retineat ingrediendi, & inibi donec nubere, aut habitum monachalem ſuſcipere voluerint, degendi licentiã noſtra Apoſtolica authoritate concedas, &c.

Quæritur, An illa clauſula dummodo prædictum monaſterium puellas ex eadem cauſa recipere ſoleat, & eas actu retineat, verificetur, eo quòd in prædicto conuentu recepta fuit, & adhuc exiſtit educationis cauſa, quædam filia Sereniſſimi Portugalliæ Regis, cum quadam puella eam comitante. Secundo an dato, quod hoc exemplum non ſufficiat, an maneat irrita diſpenſatio, eo quod in tali conuentu non datur conſuetudo recipiendi dictas puellas educationis cauſa; vel an non obſtanti tali clauſula, poſſint prædictæ puellæ ingredi prædictum monaſterium & religioſæ eas recipere educationis cauſa.

RESPONSIO AVTHORIS PRIMO QVÆSITO.

An illa clauſula, dummodo prædictum monaſterium puellas ex eadem cauſa recipere ſoleat, & eas actu retineat, *verificetur, eo quod in prædicto conventu recepta fuit, & adhuc exiſtit, quedã filia Sereniſſimi Portugalliæ Regis, cum quadam puella eam comitante?*

2 RESpondi affirmatiuè. Ratio eſt, quia ad introducendam conſuetudinem ſufficiunt duo actus, vt cum multis docet Bocella, Sylveſter, quos refert Suarez, *de legib. lib. 7. c. 10. n. 3.* ſed in prædicto conuentu recepta fuit filia Regis, & alia puella eius ſocia, & adhuc retinentur; ergo iã verificata eſt clauſula, dummodo prædictum monaſterium puellas ex eadem cauſa recipere ſoleat, & eas actu retineat.

Confirmatur, quia Pontifex non poſtulat in hac
3 Bulla rigoroſam conſuetudinem, ſed quandam aſſuefactionem, quæ explicatur per illud verbum, ſoleant, ſed hæc aſſuefactio eſt quid minus conſuetudine, vt notavit Suarez, *de legibus, lib. 7. c. 10. n. 3.* ergo illud exemplum filiæ Regis, & eius ſociæ, ſufficit ad verificandam clauſulam huius diſpenſationis Pontificiæ hanc aſſuefactionem poſtulantem.

Nec obſtat ſi dicas, filiam Regis poſſe libere
4 ingredi monaſterium propter ſuam dignitatem, & celſitudinem, & Pontifex non videtur loqui de illa, ſed de aliis puellis, quæ non ſunt de ſanguine Regio. Reſpondetur namque quod quamvis probabile ſit, quod præceptum clauſuræ monialium non comprehendat filias regum, vt docet cum Sanchez, & aliis Pelizarius, *tract. 10. cap 5. n. 165.* Attamen contrarium etiam eſt probabile, vt docet cum aliis Bonac. *q. 4. de clauſura, p. 14* Ergo ſtando in hac Bonacinæ ſententia, tam prohibitum eſt filiabus regum ingredi monialium monaſteria educationis cauſa, quam aliis puellis: ergo cum hæc filia regis, & alia eius ſocia ingrederentur hoc monaſterium educationis cauſa, & adhuc ibi retineantur, optimè probabiliter ſaluatur diſpenſationis Pontificiæ clauſula, *dummodo prædictum monaſterium puellas ex eadem cauſa recipere ſoleat, & eas actu retineat.*

RESPONSIO AVTHORIS SECVNDO QVÆSITO.

An dato quod hoc exemplum non ſufficiat, maneat irrita diſpenſatio, eo quod in tali conventu non datur conſuetudo recipiendi dictas puellas educationis cauſa, vel an non obſtante tali clauſula; poſſint prædictæ puellæ ingredi prædictum monaſterium, & religioſæ eas recipere educationis cauſa?

HVic quæſito difficilior eſt reſponſio, nam illa 5
clauſula, *dummodo ſoleant eas ex eadem cauſa recipere*, videntur importare formam, & conditionem; ergo non obſeruata dicta forma, & conditione non poſita non poteſt commiſſarius diſpenſare.

Verum ego exiſtimo, in hoc caſu contrarium di-
6 cendum eſſe. ad cuius probationem ſupponendum eſt, illa verba, *dummodo ipſum monaſterium puellas ex eadem cauſa recipere ſoleat, & eas actu retineat*, non facere conditionem, ſed modum; quia faciunt idem ſenſum ac iſta dictio, *dummodo*, ſed hæc dictio, *dummodo*, quando iungitur actui perfecto, vt do tibi hoc, dummodò hoc facias, non facit conditionem, ſed modum, vt docet cum Rebuff. Tiraq. Mol. Sanch. *de matrimon. lib. 3. d. 33. n. 2.* Lezan *verbo dictio n. 16.* ergo cum illa clauſula, *dummodo ipſũ monaſterium puellas ex eadem cauſa recipere ſoleat, & eas actu retineat*, iungatur actui perfecto, ſcilicet *verbo, committimus & mandamus*, licentiam authoritate noſtra Apoſtolica arbitrio tuo concedas. ſequitur quod non ſit conditio, ſed modus.

Nec obſtat quod Pontifex poſtulet illam qua- 7
litatem, & ſolemnitatem in ipſomet actu, & rei effectione; ſiquidem cum non addat clauſulam irritantem, *& non aliter*, non eſt conditio, aut clauſula ſubſtantialis, ſed accidentalis, & modalis, vt cum multis probat Suar. *de legib. lib. 5. c. 31. n. 4.* Vbi refert exemplum de iuramento à iudicibus dando in principio libri iuxta *l. rem non nouam, C. de iudiciis*, quod in ipſo actu poſtulatur, & tamen licet omittatur, actus eſt validus, vt ibi Gloſſa vltima notat, & Suarez ibi. & in ſimili caſu reſoluit Surdus, *tom. 4 conſilio 482. n. 9.*

Nec obſtat, quod in eodem actu det Pontifex primitus iuriſdictionem, ſeruata tali forma, per quod videtur, quod actus factus ſine tali forma erit nullus, etiamſi non addatur ſpeciale verbum *irritans*, vt vult Suar. *de legibus, lib. 5. cap. 31. num. 8. & 9.* Nam huic obiectioni reſpondeo cum eodem Suar. *de legibus, lib. 8. cap. 31. num. 4.* quod hæc doctrina intelligitur quando talis qualitas poſtulatur vt neceſſaria tali actui; Atqui ad educandas puellas in quodam conuentu non eſt neceſſe, quod in tali conuentu ſit conſuetudo eas ibi educandi, ſiquidem hoc non eſt neceſſarium ex iure naturæ, nec poſitiuo, vt ex ſe patet; ergo dicendum eſt cum eodem Suario *ſuprà*, quod talis conditio, etiamſi poſtuletur in commiſſione iuriſdictionis, quam committit Vicario Generali, non ſit ſubſtantialis, ſed tantum modalis: His ſuppoſitis,

Probatur

Probatur noſtra reſolutio primo Quando clau-
8 ſula, quæ in bulla apponitur tantum eſt modus, & non conditio, diſpenſatio facta ſine tali modo valet, vt docet Suarez *de legibus lib. 8. cap 15. n. 3.* Sed hæc clauſula in hac bulla tantum eſt modus; & non conditio: ergo etiamſi non verificetur diſpenſatio valet. Secundo probatur, Quia modus contrarius ſubſtantiæ diſpenſationis, aut contractus, non illos annullat, vt tenet Bart. Caſtro, Salicetus, Albetic. Imola, Soto, & alij, quos refert
9 Sanchez, *lib. 5. de matrim. d. 19 n. 4.* Imo talis modus habetur tanquam non adiectus, vt tenent Veruacius, Tabiena, Ledeſma, quos refert Sanch. *vbi ſuprà*; ſed hic modus, dummodo prædictum monaſterium puellas ex eadem cauſa recipere ſoleat, & eos actu retineat, eſt contrarius ſubſtantiæ diſpenſationis in lege per quam prædictis monialibus prohibetur habere tales puellas educationis cauſa; ſiquidem ſi tales moniales habent legem in viridi obſeruantia non recipiendi puellas
10 educationis cauſa ante decimum quintum annum, in qua diſpenſat Pontifex in eadem bulla, non poſſunt habere conſuetudinem eas recipiendi educationis cauſa quia iam talis conſuetudo, ſi extaret derogat legem: ergo talis modus habetur tanquam non adiectus.

Deinde dato quod talis clauſula non fuiſſet modus, ſed rigoroſa conditio, adhuc exiſtimo, quod moniales poſſunt vti dicta bulla abſque eo quod
11 verificetur talis conditio: quod ſic probo. Quia illa conditio eſt impoſſibilis de facto, quia ſi tales moniales habent legem in viridi obſeruantia, non recipiẽdi tales puellas educationis cauſa, eſt de facto impoſſibile habere conſuetudinẽ eas recipiendi ſiquidem admiſſa tali conſuetudine, iam abrogaretur lex, vt eſt certũ apud Doctores, & non indigerent dictæ moniales diſpẽſatione legis ad recipiendas tales puellas educationis cauſa: ergo ſi Põtifex in eadem bulla diſpenſat in lege, quã habent prædictæ moniales non admittendi puellas educationis cauſa, conditio addita dummodo ſoleant eas recipere, eſt impoſſibilis de facto; ſed cõditio impoſſibilis de facto, non annullat diſpoſitionẽ vltimæ voluntatis, iuxta quam debet commenſurari diſpenſatio Pontificis, vt docet Suar. *de legib. lib 8.*
12 *cap. 13. n. 3.* Imo habetur tanquam non appoſita, vt cum Eman. de Coſta & aliis docet Mol. *de iuſt. t. 1. tr. 2 d. 106 n. 9* & probatur *ex l ſi quis ita inſtituatus ff de cond. inſtit.* ergo cum talis conditio ſit impoſſibilis de facto, ſiquidem impoſſibile eſt de facto eſt cõiungere legem in viridi obſeruantia non recipiendi tales puellas educationis cauſa, cum conſuetudine eas recipiendi, habetur talis conditio vt non appoſita, vt in teſtamentis, & vltimis voluntatibus, ſiquidem vt ait Suar. *ſuprà*, eodem modo philoſophandum eſt in conditionibus bullarum Pontificu, quã in teſtamẽtis & vltimis voluntatibus.

13 Confirmatur, quia Pontifex per dictam bullam diſpenſauit in dicta lege non recipiendi puellas educationis cauſa: ergo in tali diſpenſatione non intentauit ponere conditionem habendi conſuetudinem illas recipiendi. Patet conſequentia, quia diſpenſatio non poteſt obligare ad actum contrarium illi, in quo fit diſpenſatio vt docet Suar. *de le-*
14 *gib. lib. 6. c. 11. n. 1.* Atqui in hoc caſu, ſi talis cõditio haberetur vt appoſita, diſpenſatio obligaret ad actum contrarium illi, in quo fit diſpenſatio; ſiquidem obligaret ad hoc, quod haberent conſuetudinem recipiendi puellas educationis cauſa, contra legem inuiolabilem illas non recipiendi: ergo talis clauſula habetur tanquam non appoſita: ſiquidem non eſt præſumendum Pontificem voluiſſe, & noluiſſe concedere diſpenſationem; nam ſi tale quid præſumeretur, Pontifex eſſet ſibi ipſi contrarius, &
15 ſe ipſum corrigeret in inſtanti, quod non eſt dicẽdum, nec veroſimile, iuxta *l. præcipimus in princip. C. de appell l. cum hic ſtatus § 1. in fine ff de donatio. inter virum & vxorem*: Et clauſula illa, vt vitetur contrarietas ſolet naturam ſuam mutare, vt probat Curt. ſen. *in conſil. 44* teſtatur Aug. *Col. ſen. in fin. ver.* & primo, vbi vult, quod potius ſit ſuperflua, quam quod correctionem inducat, Paris. *conſil. 40. n. 35. verba & etiam* quia per dictam clauſulam, Siman. *de Coniect. vltim volunt. l. 3. interpr. 3. dubit. 4. volum. 3. n. 19.* Surdus, *in conſiliis conſil. 362 n. 15.*

16 Tum quia quælibet diſpoſitio, ita interpretanda eſt, vt vitetur contrarietas, Rota, *1. p. deciſ. 163. d. 14.* Et vt euitetur ſubita correctio, *l non ad eas ff de condit. & demonſtr.* Alciatus *de præſumpt. regula 3. præſumpt. 18.* Tum quia præſumptio validitatis
17 actus fortior, & efficacior eſt cæteris præſumptionibus, vt cum multis legibus, & doctoribus late probat Rota, *in nouiſſimis deciſioni. in 2. p. deciſione 26* Alciatus *de præſumption. regula 3. præſumpt. 44. n. 1.* Tum quia Clauſula in fine diſpoſitionis,
18 non refertur ad capita præcedentia, quæ tali relatione ferent inualida. *l. cum vulgare. ff de dote prælég. l. talis ſcriptura*, & ibi Bartol *de l 1* Ceuallos, *in practicis quæſtionibus q. 928 n. 152* Sed ſic eſt quod talis clauſula, ſi referretur ad diſpenſationem antecedentem in lege de non recipiendi puellas educationis cauſa, irritaret talem diſpenſationem, ſiquidem erat impoſſibile habere legem in viridi obſeruantia non recipiendi tales puellas: ergo talis clauſula non eſt referenda ad diſpenſationem, ſed habenda eſt tanquam non appoſita.

19 Secundo probatur, Quia quando conſtat Pontificem voluiſſe diſpenſare, vel commiſiſſe commiſſionem diſpenſationis alicui, error notarij præter mandantis intentionem non annullat diſpenſationem, vel commiſſionem, ſed habetur, vt quid de materiali reſpectu diſpenſationis, vt cum Sanchez & aliis docet Laiman. *lib. 1. tract. 4 cap 22. n. 17* In
20 quouis namque reſcripto, & aiunt prædicti Doctores, intentio potius, quam verba attendenda eſt, neque enim, vt ipſi aiunt: decet vt huiuſmodi inuoluntarius error veritatis intentioni aliquid deroget; atqui dicta clauſula fuit appoſita errore notarij, ſiquidem non eſt præſumendum Pontificem diſpenſaſſe in lege cum clauſula de facto impoſſibili, & contraria eidem diſpenſationi: ergo cum conſtet Pontificem voluiſſe diſpenſare, & de facto, diſpenſaſſe in lege, quæ prædictis monialibus prohibebat recipere puellas educationis cauſa, clauſula quam addidit per errorem notarius, habet ſe de materiali, & præter mandantis intentionem, ac per conſequens habenda eſt tanquam non appoſita.

21 Confirmatur primo quia non ſunt æſtimanda verba, quæ ſolita ſunt apponi ex ſtilo, & conſuetudine notariorum, ſed ſolum attendendum eſt ad intentionem concedentis, vt cum Bartol. notauit Mantica, *lib 1. tit. 9. tom. 1. num. 3.* Et cum Alciato, Tiraquello, & aliis communiter, Ceuallus *in practicis quæſtionibus q. 179. num. 1.*
22 Nã veritas potius, quam ſcriptura percipi debet, vt dicitur, *in l. plus valet quod agitur*, ſed ſic eſt, quod talis clauſula ſolet apponi ex ſtilo, & conſuetudine notariorum in ſimilibus conceſſionibus: ergo

cum conſtet de mente Pontificis, qui voluit diſpenſare in dicta lege,non eſt æſtimanda hæc clauſula; quæ ſolet apponi io omnibus teſcriptis huius qualitatis.

23 Confinnatur 2. quia quando clauſula appoſita
in diſpoſitione nou poteſt de facto perſonis ſubſtitutis conuenire, intelligitur fuiſſe appoſitam non de mente diſponentis, ſed ex notarij conſuetudine, vt cum Socin. Pariſ, notaoit Surdus, *tom. 2. conſil.136.n.28.* ac per conſequens, non annullat diſpenſaoonem, vt manet probatum; ſed ſic eſt, quod iſta clauſula noo poteſt de facto conuenire tali conuentui monialium, ſiquidem ſi habent legem non recipiendi puellas educationis cauſa, non poſſunt habete conſuetudinem eas recipiendi: ergo talis clauſula habetur tanquam non adiecta.

Tandem probatur, quia claoſula acceſſoria non
24 alterat naturam principalis diſpoſitionis, *Clement. 1.de prabend.* Abbas, Decius, Craueta, Nata, & alij quos refert, & ſequitur Surdos, *tom. 1. conſilio 45.n 6.* Sed hæc clauſula eſt acceſſotia diſpenſationi *in lege de non recipiendis puellis educationis cauſa*, quæ diſpenſaiio fuit ſimpliciter poſita in narraiiua; ergo non debet alterate eandem diſpoſitionem ſpecialiter quando principalis diſpoſitio comparitur cum iuris diſpoſitione in quo caſu non eſt inducenda correctio, nec ab ipſo iute recedendum, vt cum Ripal.notauit Surdus, *tom.2. conſil.265. num.33.* Ergo cum ptincipalis diſpoſitio ſit conformis iuri communi, iuxta quem poſſunt recipi puellæ educationis cauſa in conuentibus monialium, vt notauit Pelizarius, *tract.10. cap.4.n.176.* & patet ex decteto Sacræ Congregationis, quod ibi refert Pelizarius, bene ſequitur, quod non ſit æſtimanda talis clauſula, nec corrigendam principalem diſpoſitionem, ſed quod poſſunt admitti prædictæ puellæ educationis cauſa, & ſic factum fuit anno Domini 1658.in noſtro Conuentu S.Thereſiæ Vliſiponenſi,

CONSVLTVM XXV.

De ordinatione ante legitimam ætatem cuiuſdam regularis innixi priuilegio Benedicti III. & aliis conceſſis ſuæ religioni.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Regularis qui ordinatus fuit 22. anno ætatis ſuæ ordine presbyteratus, ſi caſus eſt occultus, poteſt abſque ſcrupulo miniſtrare in ſacris.*

3 *Regulares ante Tridentinum poterant recipere ordinem presbyteratus anno 22. ſuæ ætatis ex priuilegio Benedicti III.*

4 *Prælati regulares poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis, vt anno 22. ſuæ ætatis ſuſcipiant ordinem presbyteratus.*

5 *Regulares poſſunt vti in foro conſcientiæ ſuis priuilegiis contrariis Tridentino.*

6 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

7 *Omnia oracula vſque ad Gregorium 15. ſunt confirmata per bullam.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM Regularis, cum tantum haberet 1
vigeſimum ſecundum ætatis annum, innixus priuilegio Benedicti III. qui conceſſit Benedictinis Valleſoleti, poſſe in ætate 22.annorum ad ordinem presbyteratus promoueri, vt teſtatur Crus, *in epitome lib. 2. cap.3. dub.6.* manifeſtauit ſuis prælatis, ſe habere legitimam ætatem ad ordinem presbyteratus, quod ſuppoſito facilitet conſecutus fuit demiſſorias a ſuo Prouinciali ad ordinem presbyteratus, & de facto ordinatus fuit prædicto ordine, poſtea cum iam primam miſſam eſſet celebraturus, incidit in vehementem ſcrupulum, an ſuſpenſus eſſet, & licite poſſet miniſtrare in ſacris, & his agitatus ſcrupulis,

Quæſiuit à me, an poſſet tuta conſcientia miniſtrare in ordinibus ſacris ſuſceptis, etiam antequam adimpleat ætatem in Tridentino ad ordinem presbyteratus requiſitam?

RESPONSIO AVTHORIS.

REſpondi, quod cum caſus ſit omnino oc-
cultus, vt ſuppono, prædictum religioſum
tute poſſe abſque ſcrupulo miniſtrare in ſacris,
non obſtante quod non habet ætatem requiſitam 2
in Tridentino ad ordinem presbyteratus. Ratio
eſt, quia Regulares ante Tridentinum poterant 3
recipere ordinem presbyteratus in ætate 22. an-
norum ex priuilegio, *ſuprà relato Benedicti III.* &
eorum prælati poterant cum eis diſpenſare, vt in 4
ætate 22.annorum reciperent prædictum ordinem
presbyteratus, *ex priuilegio Innocentij VIII. &*
Iulij II. Vt latius dixi in noſtro directorio Re- 5
gularium, *1.p. tract.2. d. 5. n. 63.* Sed regulares
poſſunt in foro conſcientiæ vti ſuis priuilegiis
contrariis Tridentino,ex priuilegio Pij V. quam
conceſſionem à ſe reuocatam iterum innouauit
Gregorius XIII. per viuæ vocis oraculum, vt
teſtatur Amicus, *de ordine d.15 ſect. 4. n.48.* ergo
iſte religioſus optime potuit vti prædicto *priui-*
legio Benedicti III. in foro conſcientiæ ad reci-
piendum ordinem presbyteratus in ætate 22. anno-
rum,non obſtante reuocatione Tridentini *ſeſſ.25.*
de reformatione cap. 12. Ergo cum jam de facto
vſus ſit prædicto priuilegio ſuſcipiendo ordinem
presbyteratus in ætate 22. annorum, optime po-
teſt ſine ſcrupulo miniſtrare in ſacris, cum alias
caſus ſit occultus. Et hanc reſolutionem debent
tenere à fortiori omnes DD, qui dicunt, Regulares poſſe in foro conſcientiæ vti ſuis priuilegiis contrariis Tridentino, vt ſunt Veiga, Henriquez, Beja, & alij, quos refert Diana, *2. p.tract. 2. reſol 59.* Alias inconſequenter loquentur, vt aduertit Portel, *in dubiis regularibus verbo priuilegium, n. 164.*

Nec obſtat ſi dicas cum Decaſtillo, *de ordine* 6
tract.6.dub.21.diſp.1. De hoc priuilegio non poſſe dari vſum in foro interno, quin detur in foro externo; Nam prælati regulares debent in demiſſoriis ferre teſtimonium de legitima ætate, iuxta Tridentinum, quod tamen ſalua veritate facere non poſſunt, ſi ſubditus re ipſa non habeat legitimam ætatem, iuxta Tridentinum: Non obſtat inquam; Reſpondetur oainque cum Amico, *ſuprà, num.48.* Hoc fieri poſſe, ſi prælatus non

exprimat

exptimat in demiſſoriis ætatem; ſed ſolum dicat, ordinandum habere legitimam ætatem. Et idem poſſint religioſi facere reſpectu ſuorum prælatorum, dicendo ſe habere legitimam ætatem, hoc eſt, ſecundum priuilegium Benedicti III. quod refert Ctus, *in Epitome lib.2.c.3.dub.6.* vt de facto fecit ille Religioſus.

7 Nec obſtat ſi dicas, conceſſionem illam Pij V. poſtea a Gregorio XIII. confirmatam, qua regularibus concedebat poſſe vti ſuis priuilegiis contrariis Tridentino in foro conſcientiæ, hodie non uideri poſſe ſuſtineri; nam cum fuerit viuæ vocis oraculum, jam eſt revocatum, non ſolum à Gregorio XV. ſed etiam ab Vrbano VIII. *in generali oraculorum reuocatione.* Reſpondetur tamque, omnia oracula vſque ad Gregorium XV fuiſſe confirmata per Bullam ab eodem Gregorio XV. ex certa ſcientia, vt latè probat Vidal, *in Arca vitali tit. de iuriſdictione inquiſitione 4.n.15.* ac per conſequens, non cenſeri reuocata per illas generales reuocationes Gregorij XV. & Vrbani VIII. vt cum multis latè probat Vidal, *loco citato*, & ego ipſe, cum aliis, *in noſtro Directorio Regularium p.1.tract.2.d.1.ſect.2. §.1. n.63.* & *ſequentibus.*

CONSVLTVM XXVI.

De Regis tributis, an poſſint occulte ſine peccato mortali, & onere reſtitutionis defraudari?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Fraudantes vectigalia, & tributa iuſta non peccant mortaliter, nec tenentur ad reſtitutionem.*

3 *Nemo tenetur ſoluere aliquod tributum iuſtum, ſi tale tributum ab eo non petatur.*

4 *Leges Tributorum non obligant ad non occultandum debitum, nec ad declarandum contractum fundantem debitum tributi.*

5 *Leges ſolum obligant ad ſoluenda tributa, ſi exactor ea petat, vel ad non decipiendum illum, ſi interroget cum iuramento.*

6 *Tributa ita recipiantur à republica, vt exacta ſoluantur.*

7 *Decima regia in Luſitania quomodo intelligantur, & ſint à populo recepta.*

8 *Lex pœnalis pura aut mixta non obligat in conſcientia, niſi id expreſſe declaret legiſlator.*

9 *Leges quæ imponunt gabellas, tributa, & decimas, ſunt pura pœnales, aut mixta.*

10 *Quædam aduertentia proponitur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM homo habebat quaſdam proprietates, quas aliis commodabat, & vt decimam Regi integram non ſolueret, hac ſimulatione vtebatur. Faciebat ſcripturam commodati minori pretio cum commodatario, & poſtea commodatarius ei per aliam ſcripturam faciebat aliam obligationem debiti, in qua continebatur reſiduum commodati. Veniebat exactor decimarum, quærebat ſcripturas commodati vt inde ſciret quantitatem decimæ ſoluendæ de prædictis prædiis, dabant ei ſcripturam, in qua ſolum erat dimidium pretij, quo erant prædicta prædia commodata, & exactores exiſtimantes nullam ſimulationem ibi eſſe, nec inquirentes de alia ſcriptura anteriori, iuxta prædictam ſummam ab eo decimam poſtulabant.

Quæritur, an talis homo vtendo hac ſimulatione, & medietatem decimarum illorum proprietatum hac ſimulatione defraudando, peccaſſet mortaliter, & teneatur ad reſtitutionem?

RESPONSIO AVTHORIS.

RESpondi, nec peccaſſe mortaliter, nec tene- 2
ri ad reſtitutionem. Ratio eſt, quia proba-
bile eſt fraudantes vectigalia, & tributa regia
iuſta non peccare mortaliter, nec teneri ad reſti-
tutionem, vt cum Leſſio, Bonaciſa, Nauarro,
docet Duardus, quem refert, & ſequitur Diana,
1.p. tract.10. reſol.19 ſed huiuſmodi decimæ in
Luſitania, de quibus eſt ſermo in præſenti, ſunt
quoddam regium tributum, & vectigal à rege
inſtitutum, præter decimam Deo debitam: ergo
talis homo fraudando tale decimarum tributum,
nec peccauit mortaliter, nec tenetur ad reſtitu-
tionem.

Secundo probatur, quia eſt opinio probabi- 3
lis, quod nemo tenetur ſoluere aliquod tribu-
tum iuſtum, nec tenetur ad reſtitutionem, ſi
tale tributum ab eo non petatur, & quod quiſ- 4
que poteſt occultare titulum fundantem debi-
tum tributi, ad hoc vt ab eo non petatur, vt
abſcondere merces, facere ſcripturas ſimulatas,
& vti aliis ſimulationibus ad fugiendum ſolu-
tionem tributi, vt docent Soto, Angelus, Vei-
ga, Parladorus, Tabiena, Archidiaconus, Rai-
mundus, Panormitanus, quos refert, & ſequi-
tur, Thomas Hurtadus, *tom. 2. tract. 8. cap. 1.
reſol. 9.a....n.175.* & vt probabile docet Sanch.
in conſiliis, lib.2.cap.3. dub.10.n.5. Sed hic homo
nihil aliud fecit, niſi occultare titulum, ex quo
tantam decimam debebat: ergo nec peccauit
mortaliter, nec tenetur ad reſtitutionem.

Confirmatur, & declaratur. Quia leges tri-
butorum non obligant ad non occultandum de- 5
bitum, nec ad declarandum contractum, aut
vectationem mercium, aut aliam ſimilem actio-
nem fundantem debitum tributi, quin potius
nec obligant ad non occultandum ſimile debi-
tum, ſeu fundamentum eius, ac proinde non eſt
contra iuſtitiam occulte, vel palliate venditio-
nem facere, ne gabella petatur, ac denique ſo- 6
lum obligant huiuſmodi leges ad ſoluenda hæc
tributa, ſi exactor, ſeu publicanus occurrat, &
petat, vel ad ſummam ad non decipiendam il-
lam, ſi interroget cum iuramento, vt docent
Nauarrus, Angelus, Tabiena, Medina, Henri-
quez, Soto, Socinas, quos refert Suarez, *de le-
gibus lib 5, cap.18.n.2.* & vt probabile docet San-
chez, *in conſiliis* loquens de omnibus tributis,
lib. 2. cap.3. dub.10.n. 5. & quando tributum eſt
nouum, idem docet cum Caietano, Saa, Petro
Nauarra, Molina, Fragoſus, *p.1.lib. 3. d 8. n. 26.*
Sed hic homo ſolum occultauit contractum
fundantem debitum tributi, nec ab exactore in-

terrogatur de maiori debito, & alias tributum eſt notum, ergo neque peccauit, nec tenetur ad reſtitutionem de fraudando decimam, nec vtendo illa ſimulatione.

7 Tertio probatur ratione quia tributa, & decimæ, etſi iuſtiſſimæ ſint, ita recipiantur à republica, vt exactæ, & poſtulatæ ſoluantur, & quod ſi debitores ab eis ſe poſſint excuſare non teneantur ſe ipſos offerre exactoribus, & publicanis; ergo cum publicani, & exactores ab hoc homine ſolum illud debitum, quod ille palliatum habebat in illis ſcripturis peterent, nec maiorem facerent diligentiam, quam efficere optime poterant ex ſcripturis antiquis, ſequitur quod talis homo, nec peccauit mortaliter, nec tenetur ad reſtitutionem defraudando prædictam decimam illa ſimulatione.

Confirmatur primo: quia decima in hoc Luſi-
8 taniæ regno, ita eſt introducta, quod vnuſquiſque ſoluit non rigoroſam decimam, ſed ex maiori parte ſuorum redditumm, ſiquidem videmus, quod nemo ſoluit in rigore pro rata ſuorum redditumm ſed ad arbitrium iudicium taxantium decimam, & ex confeſſione conductorum imo ipſe Rex optime norit neminem integram ſoluere decimam, ſed ad ſummum dimidiam & tamen tacet, & tolerat; ergo cum hoc ſere omnes efficiant, non eſt cur hunc hominem hac ſimulatione vtentem non excuſemus.

Confirmatur 2, quia ſatis probabile eſt, quod lex pœnalis pura, aut mixta non obligat in conſcien-
9 tia, ni id expreſſe declaret legiſlator, vt docet Villalobos, *to. 1. tract. 2. diſ. 21. n. 6.* Nauarr, Gomes, Ioannes Andreas, Ceuallo, Decius, Angelus, Tabiena, Valent. Salas, quos refert, & ſequitur Thomas Hurt. *tom. 2. tr. 8. cap. 1. reſol. 9. n.* 183. ſed leges,
10 quæ imperant ſoluere gabellas, tributa, & decimas ſunt leges pœnales puræ, aut mixtæ; ergo nemo tenetur in conſcientia ſoluere tributum, gabellam, vel decimam, niſi ab eo petatur; & poteſt vnuſquiſque optime vti omni ſimulatione, vel palliatione ad non ſoluendum quodcunque tributum, etſi iuſtiſſimum ſit; ergo hic homo vtendo tali ſimulatione ad non ſoluendam integram decimam tutus eſt in conſcientia.

Aduerte tamen quod ſi à tali homine interrogetur cum iuramento, an maiori pretio illæ pro-
11 prietates ſint conductæ, quam continetur in inſtrumento, tenetur dicere veritatem, nam tunc tenetur reſpondere iuxta mentem iudicis interrogantis, vt bene notauit Sanchez, *lib. 2. conſiliorum, cap. 3. dub.* 10. *num.* 5. Caiet. Saà, Nauarrus, Molin. & alij, quos refert, & ſequitur Fragoſus, *1. part. lib. 3. diſp.* 820. *& alij.*

❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧

CONSULTVM XXVII.

De quodam Abbate non reſidente ob litigium ſuæ Eccleſiæ, an teneatur reſtituere pro rata non reſidentiæ?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Parochus, etſi beneficium ſit litigioſum tenetur reſidere.*
3 *Parochus poteſt ab Eccleſia abeſſe, ſi eius abſentia neceſſaria fuerit ad occurrendam litigio ſuper ius eiuſdem beneficij.*
4 *Ad hoc non requiritur licentia Ordinarij.*
5 *Parochus qui non reſidaet abſque aliqua cauſa approbata ab Ordinario, & de eius licentia vltra duos menſes, tenetur reſtituere fructus beneficij pro rata abſentiæ, inter ſententiam iudicis.*
6 *Solum tenetur reſtituere fructus correſpondentes reſidentiæ.*
7 *Pars fructuum correſpondens reſidentiæ eſt æqualis parti correſpondenti recitationi diuini Officij.*
8 *Quæ ſit pars fructuum correſpondens recitationi Diuini officij.*
9 *Abbas qui ex legitima cauſa de licentia Epiſcopi abfuit ab Eccleſia, facit fructus ſuos etſi non habuerit licentiam in ſcriptis Epiſcopi.*
10 *Quomodo ſint comparandi fructus debiti ob defectum reſidentiæ.*
11 *In eis non poteſt dari compoſitio per bullam cruciatæ.*
12 *In parte fructuum, quæ reſtituenda eſt ob defectum culpabilem recitationis, poteſt dari compoſitio per bullam cruciatæ.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM Abbas erat in poſſeſſione cuiuſdam Abbatiæ; in qua illi motum eſt litigium. Ipſe vt litigio occurreret defuit per aliquod tempus reſidentiæ eiuſdem Abbatiæ. 1

Quæritur an teneatur fructus, vel partem illorum reſtituere, & ſi ſolum tenetur partem fructuum reſtituere, ad quam partem teneatur?

RESPONSIO AVTHORIS.

SVppono talem Abbatem poſſidentem, etſi beneficium ſit litigioſum, teneri reſidere, & 2
officium diuinum recitare. Ita Bonacina *de tractatibus variis d. 5. p. 5. num.* 12, Palaus, *tract. 7. d. 2. p. 1. §. 2. n.* 13. contra Veigam, Rodriguez, & Ceuallos, quos refert *ibi* Palaus, hoc ſuppoſito,

Reſpondi talem Abbatem poſſe ab Eccleſia ab- 3
eſſe, ſi eius abſentia neceſſaria fuerit ad occurrendum litigio ſuper ius eiuſdem beneficij, abſque eo quod teneatur reſtituere fructus dictæ abbatiæ, vel partem illorum. Ita habetur, *cap. ex*
p. de clericis non reſidentibus, & cap. cum non de- 4
ceat de electione, & ita decidit Rota coram Seraphino 4. Maij 1584. Et ad hoc non requiritur licentia Ordinarij. Ita Garcias, quem refert Bonacina, *ſuprà.*

Quod ſi prædictus abbas omiſit reſidere abſ- 5
que alia cauſa iuſta, & probata ab Ordinario, & de eius licentia vltra duos menſes, qui à iure ei conceduntur, tenetur reſtituere fructus pro rata abſentiæ. Ita cum Vaſquio, Palaus *tract* 13. *d.* 5. *p.* 3. *n.* 4. & alij communiter, & hoc etiam ante iudicis ſententiam, quidquid dicant Nauarr. Laiman, quos refert Bonac. *ſuprà p. 4. n. 7.*

An autem debeat reſtituere omnes fructus cor- 6
reſpondentes tempori, quo culpabiliter omiſit reſidere? Reſpondeo, ſolum teneri reſtituere fructus correſpondentes reſidentiæ, ita Poſſeuinus, *de officio parochi, cap. 1, num.* 35. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi*

Epiſcopi 3. *p. allegat.* 43. *n.*101. Bonacina, *ſuprà p.*4 *num.*5. & cum Vaſquio, Palauz, *tract.* 13. *d.* 5. *p.*3. *n.* 4. Bauni, *de beneficiis*, *d.* 14 *q.* 3. *lit.*B, *fol. mihi* 462. Ratio eſt, quia parochus, etiam abſens poteſt exercere plura officia neceſſaria ſuæ parochiæ, vt notauit Palaus, *tract.*7. *d.*2. *p.* 7 *num* 9. ergo ſolum fructus correſpondentes abſentiæ debet reſtituere.

Quæ autem ſit hæc pars fructuum correſpondens abſentiæ, ſeu reſidentiæ? variant Doctores. Palaus, *tract.*7. *d.* 2. *p.* 7. *n.* 9. ait, quod cum tot ſint obligationes parochi, vltra reſidentiam, vix relinquitur pars aliqua, quæ ob omiſſum officium in loco beneficij reſtitui debeat. Et Bauni de *Beneficiis*, *d.*14. *q.* 9. *lit.*B, *fol. mihi* 462. ait, quod in vſu nunquam fuit, ſic quod Tridentinum *ſeſſ.* 23. *cap.* 1 præcipit, curatus nempe, fructus abſentiæ ſuæ culpabili correſpondentes non facere, ſed teneri eos in conſcientia: etiam nulla declaratione ſecuta iudicis reddere, non puto cum eo rigore receptum eſſe, maxime ſi per eorum ab-
7 ſentiam Eccleſia damnum nullum ſit paſſa, quia illis Vicarius cum authoritate interim dum abeſſent eſt propoſitus Laiman, *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 6. *n.* 6. hæc Bauni. Ergo ſi in opinione Palai, vix poteſt deſignari pars; quæ correſpondeat abſentiæ, & decretum Tridentini in hac parte, in opinione Bauni, & Laiman, non eſt receptum cum tanto rigore, meo videri, ſufficiet pars, quæ correſpondet omiſſioni recitationis diuini officij pro rata non reſidentiæ; ita vt quod ſi vltra duos menſes ſibi conceſſos à iure omiſit reſidere abſque cauſa iuſta, & prælati licentia, reſtituat illam partem redditium, quæ correſpondet omiſſioni recitationis D. officij. Ita cum Barboſa, & Poſſeuino, Bonacina, *tom.* 1. *de tractatibus variis*, *d.* 5. *p.*4. *num.*5.

8 Si tamen quæras, quæ pars fructuum correſpondeat omiſſioni recitationis? Reſpondeo, Bonacinam exiſtimare eſſe quartam partem, *d.* 1. *de horis canonicis*, *q.*5. *p.*4. *n.*2. Verum ego exiſtimo, eſſe quintam partem. Ita cum multis Palauz, *tr.*7. *d.*2. *p.*7. *n.* 9. Trullenc. *in cruciatam lib.* 3. *caſu* 2. *n.* 2. Vnde iuxta opinionem horum doctorum, quintam partem fructuum debet prædictus Abbas reſtituere pro defectu reſidentiæ.

9 Aduerte tamen, quod ſi prædictus Abbas habuit iuſtam, & legitimam cauſam abſentiæ, ſi talis cauſa fuit approbata ab ordinario, etiamſi non habuerit licentiam in ſcriptis ad non reſidendum, facit prædictus Abbas omnes fructus ſuos in conſcientia. Ita Leſſius, *lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 29. *n.*158. & cum Barboſa Moron. *reſponſo* 67. *nu.*43. *fol. mihi* 284.

10 Aduerte tandem, quod fructus, qui ſunt reſtituendi ob defectum reſidentiæ, debere expendi in fabrica parochiæ, vel in eadem Eccleſia ornando, vel meliorando illam, vel diſtribuendi ſunt inter pauperes eiuſdem parochiæ: Ita cum
11 Gracia, & aliis Moronius, *Reſponſo* 67. *n.*47. Palaus, *tract.*13. *d.* 5. *p.* 3. *n.* 5. Et in hoc non poteſt dari compoſitio per bullam cruciatæ, vt docet cum Garcia, Moronius *ibi*, & cum aliis multis à ſe relatis Trullenc. *in cruciatam lib.* 3. *caſu* 2. *n.*6. Secus dicendum eſt de illa parte fructuum, quæ reſtituenda eſt ob defectum culpabilem recitationis D. officij, quæ etiam eſt quinta pars: nam de his poteſt fieri compoſitio per bullam cruciatæ,
12 exhibendo pro qualibet bulla quatuor vigenas, ſeu duos regales, vnum pro commiſſario, & alterum pro fabrica Eccleſiæ. Ita cum multis Palaus, *tract.* 7. *d.* 2. *p.*7. *n.*9. Trullenc. *in cruciatam lib.* 3. *caſu* 2. *n* 1. & 5. Dixi culpabilem, quia quoties parochus abſque peccato omiſit recitationem, non tenetur ad vllam reſtitutionem: Ita communiter Doctores.

CONSVLTVM XXVIII.

De voto pœnali non habendi pollutionem cum certa circunſtantia.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Quando eſt dubium de materia ad quam ſe extendit votum, attendenda eſt intentio vouentis.*
3 *In materia pœnali, benignior pars amplectenda eſt.*
4 *Religioſus qui fecit ſoluere ſæcularem, in aliquorum ſententia non tenetur exprimere in confeſſione ſuum votum, ſi in ſe non habuit pollutionem.*
5 *Religioſus ex voto caſtitatis tenetur vitare omnem actum turpem in ſe, & in alio.*
6 *Qui fecit votum non habendi pollutionem cum altero, non tenetur ex vi voti vitare omnem actum turpem in ſe, ſed tantum pollutionem.*
7 *Quid ſi talis homo anceps ſit de ſua intentione in vouendo.*
8 *Dubitans de voto non tenetur ad votum.*
9 *Quid ſi vouens ſuſpicetur, ſe votum cum tali extenſione feciſſe.*
10 *Votum conditionale, etiam poſita conditione, poteſt commutari, vel diſpenſari à regularibus.*
11 *Idem dicendum eſt de voto pœnali.*
12 *Quid ſi votum ſit in fauorem Eccleſiæ, vel tertiæ perſonæ.*
13 *Quæ obſeruanda ſunt in diſpenſatione, vel commutatione horum votorum à regularibus, pro illorum recte diſpenſatione, vel commutatione.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM homo fecit votum non habendi pollutionem, cum quodam adoleſcente, 1
cum quo ſolebat eas habere; ſub pœna dandi certam ſummam pecuniæ cuidam Eccleſiæ, vel pauperibus. ſucceſſit quod fecit habere pollutionem huic adoleſcenti, ſed ipſe homo pollutionem in ſe ipſo non habuit.

Quæſiuit à me, an fregerit ſuum votum, & teneatur dare ſummam pecuniæ promiſſam Eccleſiæ, vel pauperibus. Et in caſu quo teneatur ſoluere dictam ſummam, an poſſit talis pœna per bullam cruciatæ commutari, vel diſpenſari à regularibus?

RESPONSIO AVTHORIS.

PRimo quæſito Reſpondi in primis attendendam eſſe intentionem vouentis, nam ſi ille 2
habuit

habuit intentionem ſe obligandi tali pœnæ in ca-
ſu, quo haberet aliquem actum luxurioſum cum
tali adoleſcente, certum eſt teneri ad pœnam fa-
ciendo eum polluere. Verum ſi ſolum habuit
intentionem ſe obligandi in caſu, quo ipſe ha-
buerit pollutionem cum illo, tunc certum eſt, non
incurriſſe talem pœnam, cum talem pollutio-
nem cum illo non habuerit. Si vero non con-
ſtet de alia intentione, ſed ſolum conſtet de vo-
to non habendi pollutionem cum illo, tunc exi-
ſtimo, quod ſi in ſe ipſo non habuit pollutionem,
non fregiſſe votum, ac per conſequens non tene-
ri ad pœnam.

Ratio eſt, quia illa votum fecit non habendi pol-
lutionem cum tali adoleſcente, & non, non ha-
bendi alios actus veneteos cum illo. nam ſi ta-
lem intentionem haberet, non eſſet votum non
habendi pollutionem cum illo, ſed non haben-
di aliquem actum turpem cum illo; ſed ille tan-
3 tum expreſſit pollutionem, & non alios actus
turpes; ergo non habuit intentionem ſe obli-
gandi, etiam ut alios actus turpes cum illo habe-
ret, ſed tantum, ſi pollutionem ex parte ſua cum
illo haberet, patet conſequentia, quia cum ſi-
mus in materia pœnali benignior pars amplecten-
da eſt, vt docent communiter Doctores.

Confirmatur, quia in opinione aliquorum
Doctorum, Religioſus, qui fecit habere pol-
4 lutionem ſæculari, abſque eo quod ipſe religio-
ſus in ſe ipſo illam haberet, non tenetur expri-
mere in confeſſione ſuum votum; ſiquidem ſuum
votum ſolum erat non habendi pollutionem in
ſe ipſo, & non in altero, vt cum Caramuele, ait
Diana, *tract.11.reſol.27.* Tamburinus, *in metho-
do confeſſionis lib. 2. cap.5 § 10.n 66.* Ergo à for-
tiori idem dicendum eſt in noſtro caſu. Patet
5 conſequentia, quia licet prædicta ſententia non
ſit vera, ſed falſiſſima, eo quod Religioſus ex
voto caſtitatis tenetur vitare omnem tactum tur-
pem in ſe, & in alio; attamen in noſtro caſu
venit ad rem; Nam iſte homo, non tenetur ex
6 vi voti vitare omnem tactum turpem, etiam in
ſe, ſed tantum pollutionem cum illo adoleſcen-
te; ergo cum ipſe non habuiſſet cum illo ex par-
te ſua pollutionem, ſed tantum eam illi ca(u)ſaſ-
ſet, non fregit votum, ſiquidem votum erat
non habendi pollutionem in ſe ab illo adoleſcen-
te excitatam, & non excitandi eam in ipſo
adoleſcente, niſi alias conſtet de alia intentione,
quando vouit. Ita expreſſe Tamburinus expli-
cans iſtam ſententiam, prout teſtatur Tancred.
tom 2.tract.2 q.115.verſic.nota etiam.

Nec obſtat, quod iſte homo anceps ſit, &
neſciat, an eius intentio ſe extenderit, non ſo-
7 lum ad votum non habendi pollutionem cum ta-
li adoleſcente, ſed etiam nec habendi tactus tur-
pes cum illo, nec & illum excitandi ad pollutio-
nem. Non obſtat inquam, nam cum dubitet, an
ſe ad omnem tactum turpem vitandum ſe velit
obligare, liber eſt ab obligatione voti; quia du-
bitans de voto non tenetur ad votum, vt tenent
communiter DD. quos refert, & ſequitur Tan-
cred. *ſuprà q. 6.* Quod verum eſt, etſi vouens
8 ſuſpicatur ſe tale votum cum illa extenſione fe-
ciſſe, vt docet Garcia, *de beneficiis tract.2. cap.2.
n.25.* Laiman, Bardi, Sanchez, Diana, quos re-
fert, & ſequitur Tancred. *ibi.*

9 Sed dato, quod tale votum fuerit non exci-
tandi meis tactibus, etiam pollutionem in illo
adoleſcente, poteſt optime tale votum commu- 10
tari, & diſpenſari, etiam poſtquam cum illo ha-
buit pollutionem. Ratio eſt quia hic, vel fuit
vnum tantum votum dandi talem ſummam pecu-
niæ, caſu quo talis homo cum illo adoleſcente
habuiſſet pollutionem, in quo caſu votum eſt
conditionale, & poſita pollutione tranſit in ab-
ſolutum dandi talem pecuniam, vel fuere duo vo-
ta, vnum non habendi pollutionem, quod eſt ab-
ſolutum, & alterum dandi tantam ſummam pau-
peribus, ſi illam habuiſſet, & quamuis primum
votum, quoad actum præteritum iam non poſſit
diſpenſari, cum pollutio iam fuerit habita, &
votum ſit violatum, poteſt tamen diſpenſari
quoad futurum. Et idem dicendum eſt de voto
dandi tantam ſummam, nam licet per poſitio-
nem pollutionis tranſierit in abſolutum, & obli-
get ad dandam talem ſummam, adhuc poteſt 11
commutari, & diſpenſari, ſicut alia vota abſolu-
ta. Ita Sanchez, *lib. 4. moralium cap.56.num.32.*
debet tamen commutari in materia æquali. Ita
Sanchez *ibi.*

Nec obſtat, quod tale votum fuerit in fauo-
rem Eccleſiæ, vel tertiæ Perſonæ. Nam id non
intereſt, vt cum multis reſoluit Sanchez, *lib 4.
moralium, cap. 41 n. 7. & ſequentibus.* Imo ad-
do, quod ad commutandum, vel diſpenſandum
hoc votum, non eſt neceſſe quod perſona, quæ 12
fecit prædictum votum, quando petit diſpenſa-
tionem voti, dicat ſe feciſſe votum dandi certam
eleemoſynam, ſi habuiſſet pollutionem cum tali
adoleſcente, ſed ſufficit, ſi dicat ſe feciſſe votum
dandi certam ſummam pecuniæ tali Eccleſiæ, vel 13
pauperibus, & quod vult in tali voto diſpenſari,
vel commutare: nam habere, vel non habere pol-
lutionem, ſolum fuit conditio, qua poſita, votum
tranſit in abſolutum, & iam non dependet à dicta
pollutione. Ita cum Sanchez, Laiman, & aliis Pa-
laus, *d.1.p.18.num.5.*

CONSVLTVM XXIX.

De Abbatiſſa, an poſſit præcipere monia-libus in virtute Spiritus ſancti, & ſub præcepto.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Abbatiſſa poteſt imponere præcepta obligantia ad mortale, ſi materia grauis ſit in ordine ad regimen Monaſterij.*
3 *Quæ erit materia grauis in hoc caſu.*
4 *Abbatiſſa habet poteſtatem ciuilem, œconomicam, & domeſticam.*
5 *Hæc poteſtas abbatiſſæ eſt ſubordinata prælato.*
6 *Tacita voluntas prælati eſt, vt talia præcepta non imponat, illo inconſulto, toti communitati.*
7 *Mulieris prudentia inſufficiens eſt ad imponenda præcepta ſub mortali toti communitati, inconſulto prælato.*
8 *Aliqui DD. negant abbatiſſam poſſe imponere præcepta ſub mortali in ordine ad finem ſupernaturalem.*

9 *Contraria*

9 *Contraria ſententia eſt ſatis probabilis.*
10 *Probatur ratione.*
11 *Abbatiſſa non eſt incapax poteſtatis ſpiritualis, ex conceſſione ſedis Apoſtolicæ.*
12 *Abbatiſſa habet aliquam iuriſdictionem conceſſam à confirmante regulam, & dimanantem à voto obedientiæ, ſaltem quoad pauenda debita monialium.*
13 *Hæc poteſtas in ſuo exercitio eſt ſubordinata ſuperiori.*
14 *Hæc facultas in ferè omnibus monaſteriis eſt coarctata, & ſopita à ſuperioribus.*
15 *Ponuntur aliqua argumenta in contrarium, & ſoluuntur.*
16 *Præceptum ſub mortali impoſitum à quadam Abbatiſſa cuidam moniali fuit nullum; eo quod hæc poteſtas illi coarctata eſſet à ſuperiore.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVÆDAM Abbatiſſa ſciens certam quandam monialem non recitare D. officium, ad quod tenebatur ex regula, præcepit ei in ſcriptis in virtute Spiritus ſancti, & ſub præcepto formali obedientiæ, vt diuinum officium recitaret.

Quæritur, an tale præceptum obligaret dictam monialem ſub mortali?

RESPONSIO AVTHORIS.

2 IN primis ſuppono, Abbatiſſam, vel prioriſſam poſſe imponere præcepta obligantia ad mortale, ſi materia grauis ſit, vel ad veniale, ſi materia leuis ſit, in ordine ad regimen Monaſterij, vt ſi præcipiat ne literas recipiant, aut donaria, ne loquantur cum ſæcularibus, ne ad hortos, aut portas exeant, ne per crates Eccleſiæ ſermones habeant cum ſæcularibus; quæ præcepta, ſi ad metam reformationem, & ad regulæ obſeruantiam maxime conducant, materia grauis erit, & obligabunt ſub mortali, vt notat Sanchez, *lib.6 in Decalogum, cap. 1.n. 17.* Ratio 3 eſt quia Abbatiſſa habet ad minus poteſtatem ciuilem et œconomicam, & domeſticam non ſolum, quam matres reſpectu filiorum, ſed maiorem, quam illæ non habent talem poteſtatem per 4 regulam approbatam à ſede Apoſtolica, vt Abbatiſſa ad ... andam familiam ſibi ſubiectam in pace, & recto regimine; ergo poteſt imponere præcepta obligantia, ne pax communis corruat, ne reg... ..., nec ob euantia præcepta ... que moniales ex vi ſubiectionis per votum obedientiæ ſolemne tenebantur exequi, iuxta materiæ grauitatem.

Aduerte tamen hanc poteſtatem Abbatiſſæ ſubordinatam eſſe prælato, qui plenam habet in monaſterio iuriſdictionem ſpiritualem: Vnde ſi prælatus inhibi erit abbatiſſæ, ne ipſo inconſulto prædicta præcepta imponat, non poteſt Abbatiſſa talia præcepta, illo inconſulto imponere: Et hæc eſt 6 tacite, & virtualis voluntas prælati, vt toti communitati ſimilia præcepta non imponat, eo inconſulto, vel non approbante, ... expreſſerit, ſiquidem ... bonum communitatis, mulieris enim prudentia inſufficiens eſt ad im- 7 ponendam obligationem ſub mortali toti com-

F. Ant. à Spir. Sanct. Conſulta var.

munitati ſuo præcepto, ſicut non eſt ſufficiens per ſe ad ferendam legem obligantem totam communitatem, niſi adiecto virorum ſapientium conſilio. Ita & bene Hurtado *de congrua ſuſtentatione to.2.lib.6.reſol.9.§.1 n.1026.*

Tota igitur difficultas eſt, an Abbatiſſa poſſit 8 alicui moniali in particulari imponere præceptum, non ſolum in ordine ad ciuilem, & politicam gubernationem domus, vt poteſt prætor alicuius ciuitatis, ſed etiam in ordine ad finem ſpiritualem, vt eſt præceptum recitandi diuinum officium, quale fuit præceptum, quod impoſuit hæc noſtra abbatiſſa; vel præceptum ieiunandi in ieiuniis ordinis, vel Eccleſiæ, vel audiendi Miſſam diebus feſtis, &c. Et partem negantem tenet Sanchez. *lib.6.decalogi, cap.1 n.17.* Soto, *in 4.diſt.20. q.1.art 4 col.7.* Ludou. Lopez, *p. 2.in tract.cap.1.* Barthol. de Ledeſma, *in ſumma ſacram.* Vbi de clauibus *def 4.dub. vltimo.* Martinus de Ledeſma, *2.p.4.q.vnica de clauibus def.5* Henriq. *lib.6 de pœnitent.1.cap 2 n.3.& 4.* Silueſter, *verbo Abbatiſſa, n.1.* Rodriquez, *tom.1.q.12.art.2 & q.15.art.1.* Portel. *in dubiis regularibus. verbo Abbatiſſa. n.1.* Valentia. *to.4.d.7.q 16 p 6.* Baldellus, *lib.5.d.6.con.1.* Sairus, *de cauſ lib 5.cap.10.n.26.* Merola. *tom.1. d.4.cap.4. n.126.* Villalobos, *tom. 2.tract.25.dif.3.* Diana. *p.5.tract.9 reſol.16.* Tamburinus *de iure Abbatiſſarum d.12.q.3.... d.32.q.2.n.2.*

Verum contrariam ſententiam exiſtimo ſatis 9 probabilem. Ita Rodrig. *tom.3 ſumma.cap.3. n.10.* retractans opinionem, quam alibi docuerat Hieronymus Rodrig. *reſol 2.n. 25.* Miranda. *tract.de monialibus q ...art 4.* Et eſſe in praxi ſequendam dicit Villalobos, quamuis ſpeculatiue ipſe opinionem primam amplexetur. Salas *de legibus d 8. ſect.19.* Bellet *Diſquiſit.clerie. p.1.tit.de deſcrip.cleri.§.8....n.19* Flores de Mena, *lib.1. variarum q. 10.n.4.* Azor *p.1.lib.3.cap 10.q.7* Ledeſma, *in ſumma verbo Abbatiſſa.n 4* Corneio, *3 p. tract. de excommunicatione.d.14.dub 5.n.2.* Reginald. *in praxi lib.32 tract.2.n.25.* Samuel Lambl. *verbo Abbatiſſa n.2.& 4.* Caſtro Palao, *t.1.tr.3 d 1.p.23.n. 28.* Hurt. *de ſuſtentatione lib 6.to.2.reſol.9.§.1.n.1033.*

Ratio fundamentalis eſt, quia moniales promittunt obedientiam Abbatiſſæ, non tanquam 10 matri dumtaxat, in regimine domeſtico, ſed tanquam prælatæ, cuius munus approbatum eſt à ſede Apoſtolica, iuxta regulam, quam profitentur ad regimen ſpirituale, & temporale gregis ſibi commiſſi, in omnibus illis, quæ non repugnant ſexui fœmineo; ſed ſexui fœmineo non repugnat poteſtas imponendi præcepta ſpiritualia, quando adeſt neceſſitas, & datur commiſſio ſuperiorum, vt cenſetur indulta, eo ipſo quod a ſuperioribus confirmantur in officio abbatiſſatus: ergo Abbatiſſæ poſſunt imponere præcepta obligantia ſub mortali in ordine ad finem ſpiritualem. Maior eſt certa; quia licet nemo ex vi voti ſimplicis, ſecluſo priuilegio, & conſtitutione Apoſtolica, poſſit alterius ſe ſubiicere poteſtati, vt poteſtatem ſpiritualem poſſit in illum exercere, cum iam ſit ſubiectus, quoad ſpiritualia Pontifici, & aliis ſuperioribus Eccleſiaſticis; poterit tamen id efficere, approbante, & conſentiente principe: Atqui ſummus Pontifex, & Eccleſia approbat religionem particulari regula digeſtam, in qua emittitur votum ſolemne obedientiæ, ſecundùm perfectam regulam Abbatiſſæ, cuius officium inſtitutt, & approbat, vt regat iuxta regulam quam profitentur moniales; ergo moniales

promittunt Abbatiſſæ obedientiam, non tanquam
matri duntaxat, in regimine domeſtico, ſed tan-
quam prælatæ in ordine ad regimen ſpirituale:
Minor vero, etiam liquet; quia ex eo talis poteſtas
ſexui fœmineo repugnaret, quia Abbatiſſa eſſet
11 incapax poteſtatis ſpiritualis; ſed Abbatiſſa non eſt
incapax poteſtatis ſpiritualis ex commiſſione Sedis
Apoſtolicæ, licet alias ſit incapax poteſtatis & præ-
lationis ordinariæ ſpiritualis, vt patet *ex cap. di-
lecta de maioris. & obedient.* vbi cum Panormita-
no, Innocentio, & aliis dicit Barboſa, quod qui
negant poteſtatem ſpiritualem Abbatiſſæ, loquun-
tur contra deciſionem huius textus; ergo Abba-
tiſſæ poſſunt imponere præcepta obligantia ſub
mortali ad finem ſpiritualem.

12 Confirmatur, quia vt ait Sanch. *lib. 6. moralium,
cap. 1. n. 27.* Abbatiſſa habet aliquam iuriſdictio-
nem conceſſam à confirmante regulam, ſaltem ad
punienda delicta monialium; ſed hæc legitima
puniendi iuriſdictio reſidens in Abbatiſſa, ſpiritua-
lis eſt, vtpote conceſſa à confirmante regulam, &
dimanans à voto ſolemni obedientiæ, qua moniales
ſe Abbatiſſæ ſubdiderunt; ergo Abbatiſſa habet
poteſtatem ſpiritualem conceſſam à confirmante
regulam in ordine ad finem ſpiritualem; ergo po-
teſt imponere præcepta in ordine ad illam.

Aduerte tamen quod licet hæc poteſtas ſpiri-
tualis ad imponenda præcepta ſit commiſſa Abba-
tiſſa à ſuperiore confirmante regulam, eo ipſo quod
13 Abbatiſſatio confirmant in ſuo tamen exercitio eſt
ſubordinata ſuperiori, qui poteſt illam coarctare, &
dilatare, prout ſibi placitum, & bene viſum fuerit,
vt bene notauit Hurt. *ſupra n.* 1048. Vnde cum ex
conſuetudine Abbatiſſæ non ſoleant in multis re-
14 ligionibus, ſpecialiter in mea, imponere præcepta,
non ſolum in materia ſpirituali ſed etiam nec in
ordine ad politicam gubernationem, ſed id fiat à
prælato, cenſetur huiuſmodi poteſtas illis coarcta-
ta, & ſopita à ſuperioribus, ac per conſequens non
poſſunt illa vti ſine commiſſione prælati, vbi ta-
men fuerit in vſu, proculdubio obligabunt præcep-
ta Abbatiſſæ, non ſolum in materia graui politica,
ſed etiam in ordine ad finem ſupernaturalem.

Nec obſtat ſi dicas cum aduerſariis, quod D.
15 Thom. *in 4. diſt. 19. ar. 1. q. 4.* dicit quod Abbatiſſa
non habet in moniales iuriſdictionem ordinariam,
ſed quaſi ex commiſſione; ergo non habet pro-
priam iuriſdictionem ſpiritualem. Confirmatur,
quia fœmina eſt incapax iuriſdictionis ſpiritualis
ſaltem iure Eccleſiaſtico, iuxta *cap. noua de pœnit.
& remiſſ.* Tum quia non decet quod ſexui fœmineo
ex ſua natura ita prudentia deſtituto Eccleſia com-
municet poteſtatem ſpiritualem in ordine ad fi-
nem ſupernaturalem, ſed ſat eſt quod habeat po-
teſtatem ciuilem ad gubernandum monialium
communitatem, in ordine ad pacem, & conſerua-
tionem domeſticam, propter periculum habitandi
ibi viros qui eas gubernent,

Non obſtant hæc inquam: Reſpondetur nam-
que D. Thomam ſolum ibi negare abbatiſſis præ-
lationem ordinariam, non tamen ex commiſſione
Pontificis, quam ſolum nos concedimus abbatiſſis.
Ad confirmationem reſpondetur quod fœmina eſt
incapax poteſtatis ſpiritualis ad gubernandum,
quæ annexa eſt ſacris ordinibus, & quæ eſt pote-
ſtas clauium, non tamen eſt incapax poteſtatis ſpi-
ritualis annexæ officio, & muneri inſtituto ab Ec-
cleſia; quia eo ipſo quod mulier confirmata eſt in
præfato officio, conceditur ei poteſtas ſpiritualis
ad dirigendum ſubditos tali officio, non ſolum
quoad ciuilia, ſed etiam quoad ſpiritualia, & Ec-
cleſiaſtica.

Ad vltimam inſtantiam reſpondetur quod ſicut
decet mulieri habere munus, ac officium ab Eccle-
ſia inſtitutum, ita decet quod habeat poteſtatem
ſpiritualem illi muneri competentem, alias enim, ſi
Abbatiſſatus monialium non eſſet verum officium
Eccleſiaſticum, non eſſet ſimonia illud emere. Nec
eſſet eius electio canonica, nec eſſet neceſſarium
votis ſecretis fieri & innumera alia ſequerentur
abſurda, & inconuenientia.

Et ex his deduces reſolutionem noſtri caſus, in
principio propoſiti. Reſpondeo namque ex huc- 16
vſque dictis, præceptum illud impoſitum ab illa
abbatiſſa fuiſſe nullum, non quia Abbatiſſa non
haberet poteſtatem ſpiritualem illud imponendi,
habebat enim talem poteſtatem, & iuriſdictio-
nem, etiam in ordine ad finem ſupernaturalem, vt
hucvſque diximus, ſed quia in eo conuentu non
erat in exercitio, & vſu talis poteſtas, ſed erat
impedita, & coarctata à ſuperiore, per eius vir-
tualem & tacitam voluntatem vt *ſuprà* diximus
quod tamen non accideret, ſi prælatus id conce-
deret abbatiſſæ; non conuenit tamen id eis con-
cedere, nam cum fœminarum prudentia ſit adeo
limitata, facile acciderent multa inconuenientia,
ob quæ hæc poteſtas illis a ſuperiore ordinario
coarctatur.

CONSVLTVM XXX.

De quadam Abbatia vacante in menſibus Papæ; an ex vi aliquorum priuilegiorum poſſit à quodam Monaſterio Religioſorum præſentari?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Quæ beneficia reſeruet Pontifex in 8. regula Cancellariæ.*
3 *In hac regula non reſeruantur vicariæ ad nutum, ſiue perpetuæ.*
4 *Abbatia de Gemeſes, etſi ſit vnita Eccleſiæ Sancti Benedicti de Vargen, non eſt Vicaria perpetua, vel ad nutum, ſed vera Abbatia.*
5 *Beneficium alteri vnitum æque principaliter, manet beneficium ſicut antea erat.*
6 *Manet in ſuo antiquo ſtatu, & honore, & proprios redditus cognoſcit.*
7 *Eccleſia vnita alteri acceſſorie eſt Vicaria, ſiue ad nutum, ſiue perpetua.*
8 *Beneficia iuris patronatus Eccleſiaſtici, comprehenduntur ſub reſeruatione 8. regulæ cancellariæ.*
9 *Hæc reſeruatio octaua regula cancellariæ in beneficiis patronatus Eccleſiaſtici non eſt recepta in Hiſpania.*
10 *Lex vſu non recepta non obligat.*
11 *Hoc procedit, etſi lex habeat decretum irritans.*
12 *Procedit, etiamſi deroget conſuetudini.*
13 *Hæc reſeruatio octaua regula cancellariæ pro beneficiis patronatus Eccleſiaſtici, recepta eſt in Regno Luſitaniæ.*

14 *Non*

14 *Non eſt receptu in Eccleſia de Gemeſes.*
15 *In Eccl.ſia in qua non eſt recepta non oblig.t.*
16 *Probatur ex quadam ſenentia Senatus Bracharenſis.*
17 *Clauſula* quotieſcumque *importat infinitum.*
18 *Verbi proprietas, in dubio attendenda eſt.*
19 *Qualibet diſpoſitio intelligi debet ſecundum ſubiectam materiam.*
20 *Eccleſia de Gemeſes exempta eſt ab hac reſeruatione octaua regula cancellaria ex priuilegio* Eugenij IV. & Sixti IV.
21 *Quomodo intelligatur illa clauſula*, quatenus ſunt in vſu, & non ſunt reuocata, nec aliquibus reuocationibus comprehenſa, & ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis minime aduerſentur?
22 *Bulla Eugenij derogat Regulis cancellaria, & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis.*
23 *Priuilegium derogans regulis cancellaria, non cenſetur derogatum per ipſius regulas cancellaria.*
24 *Quid ſi regula cancellaria ſine publicata in tempore alterius Pontificis ſuccessoris illius, qui tale priuilegium conceſſit.*
25 *Priuilegia qua per modum legis, & pacti conceduntur non cenſentur incluſa in reuocatione facta à Pontificibus ſucceſſoribus illorum qui talia priuilegia conceſſere, niſi id exprimant.*
26 *Pontifex per clauſulam derogatoriam, non cenſetur derogare priuilegio conceſſo à ſuis prædeceſſoribus ex cauſa oneroſa.*
27 *Priuilegia remuneratoria, non derogantur per octauam regulam cancellaria.*
28 *Regula octaua cancellaria non derogat priuilegia, qua tranſierunt in vim pacti, & contractus.*
29 *Hac octaua regula cancellaria non derogat priuilegia inſerta in corpore iuris.*
30 *Patres de Vilar ſtando in priuilegio Eugenij IV. & aliis rationibus, poſſunt præſentare Abbatiam de Gemeſes, etſi vacauerit in menſibus Papa.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 PAtres S. Ioannis Euangeliſtæ Monaſterij de Vilar in Luſitania, habuere quandam bullam ab Eugenio IV. in qua eis concedit prædicto Conuentui de Vilar Eccleſiam S. Saluatoris da Varſea, cum quadam Abbatia annexa, dicta de Gemeſes,. derogando regulas cancellariæ, & alias conſtitutiones Apoſtolicas, etiam Conciliorum Generalium, etiamſi de illis non faciat expreſſam mentionem: Poſtea Sixtus IV. confirmauit hæc, & alia priuilegia dicti ordinis, cum clauſula, quatenus ſunt in vſu, & non ſunt reuocata, nec ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa exiſtant. & ſacris Canonibus. & Concilij Tridentini decretis minime aduerſentur. Accidit autem iam abhinc multis annis, quod hæc Eccleſia de Gemeſes vacauerit in menſibus Papæ reſeruatis; voluit ordinarius ponere prædictam Eccleſiam ad concurſum? Reſtiterunt prædicti Religioſi, & habuerunt ſententiam in ſuum fauorem, quod ad eos pertinebat præſentatio dictæ Eccleſiæ, quotieſcunque vacauerit, & non alteri, & manutenti fuerunt in ſua poſſeſſione præſentandi, etiam in menſibus Papæ reſeruatis, prout hunc præſentarunt. Vacauit iterum his diebus in eiſdem menſibus hæc Eccleſia. Voluit iterum Ordinarius ponere illam ad concurſum allegans dictas Bullas, & priuilegia Eugenij, & Sixti IV. eſſe reuocatas per octauam regulam cancellariæ.

Quæſierunt dicti Patres à me: An hæc præſentatio non obſtanti tali regula cancellariæ, & aliis reuocationibus, adhuc hodie pertineat ad prædictos Patres conuentus de Vilar? An vero ponenda ſit dicta Eccleſia ad concurſum à dicto ordinario?

RESPONSIO AVTHORIS.

2 REſpondi quod ſtando in rigore iuris, talis Eccleſia comprehenditur ſub reſeruatione octauæ regulæ Cancellariæ, non obſtante priuilegio Eugenij IV. & Sixti IV. Ita Garcias *de Beneficiis 5.p.cap.1.n.680.* Palaus *tract. 13. de beneficiis d.2. p.22. §.1. n.1.* Ratio eſt, quia Pontifex in octaua regula cancellariæ, reſeruat ſibi cum derogatione omnium priuilegiorum, quæcunque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & regularia, quæ propriè beneficia ſunt, qualia ſunt beneficia perpetua, etiamſi ſint iuris patronatus Eccleſiaſtici, non tamen laici, vt docet Gonzales, *Gloſſa 18.num.6.* Leſſius *lib.2.cap. 34.dub 9.num.36.* Vaſquius, *opuſculo de Beneficiis cap.1. §.1.dub.8.n.22.* Azor, *p 2.lib.6.cap.23. q.2.* Couarruuias, *practicarum cap.36.n.5.* Palaus, *tract. 13.d.2.de Beneficiis p.10 n.3.* Garcias, *de Beneficiis, p.5.cap.1.n.552.* Sed hæc Abbatia eſt beneficium perpetuum, & non ad nutum patronatus Eccleſiaſtici, & non laici; ergo cenſetur reſeruatum in hac octaua regula cancellariæ.

3 Dices, Vicariæ non ſolum ad nutum, ſed etiam perpetuæ, non includuntur in reſeruatione huius octauæ regulæ cancellariæ, etiamſi vacent in menſibus Papæ; ſed hæc Eccleſia de Gemeſes, eſt Vicária perpetua; ergo non includitur in hac reſeruatione major, quoad Vicarias ad nutum eſt certa, eam tenet Palaus, *tract. 13. de Beneficiis d.2.p.22.§.1.n.1.* Garcias, *de Beneficiis 5.p.cap.1. n.141.* Barboſa, *2.p. de poteſtate Epiſcopi allegat, 370.n.141.* Gonſales, *gloſſa 5.§.6.n.9.* Quoad Vicarias verò perpetuas, habetur in vna Tiraſonan Vicariæ coram Domino Leta 13. Octobris, & 4. Decembris 595. vbi ait Rota tenuit etiam in menſibus Apoſtolicis, poſſe nominare, ſeu præſentare ad Vicarias, eos quorum Eccleſiis Parochialibus ſunt vnitæ, ex *dicta conſt. 46. Pij V.* quæ incipit, *Ad conſequendum*, quam ait procedere, etiam in menſibus Papæ reſeruatis, ſiquidem conſtitutio 46 *Pij V.* & Concilium Tridentinum, *ſeſſ.7.de reformatione, cap.7.* Loquuntur de Vicariis perpetuis, quæ ante Concilium non habebant Vicarios perpetuos, vt conſtat ex quadam declaratione Sacræ Congregationis, in Eccleſiis, in quibus, ante Concilium Tridentinum Vicariæ perpetuæ iam erectæ erant, nec decretum Concilij, nec Conſtitutio Pij V. de Vicariis perpetuis, habet locum, vt latè probat Garcias, *de Beneficiis 9.p.cap.2.n 321.* Barboſa, *in Collectaneis Doctorum in Tridentinum, ſeſſ.7.de reformatione cap.7. num.28.*

Minor vero probatur: Quia hæc Eccleſia de Gemeſes eſt vnita Eccleſiæ, S. Benedicti da Vargen; ſed vnio operatur, vt Eccleſia, quæ antea

ctar curata. fiat vicaria perpetua, vt cum Abbate,
& aliis multis probat Garcias, *p. 2. de beneficiis,
cap. 2. n. 25.* Beneficium namque alteri vnitum, am-
plius beneficium dici non poteſt, ſed iudicatur, vt
prædium eius, cui fit vnio, vt cum multis probat
Garcias, *de beneficiis. p. 12 cap. 2. n. 2.* ergo cum hæc
Eccleſia de Gemeſes ante vnionem, ſolum eſſet
curata, per vnionem remanſit quædam vicaria per-
petua, ac per conſequens non includitur in hac
reſeruatione octauæ regulæ cancellariæ. Nec
obſtat quod vocetur Abbatia. Nam per vnionem
unius Eccleſiæ ad aliam non alteratur ſtatus Ec-
cleſiæ vnitæ, ſed ſolum debet ei ſeruiri per Vi-
carium perpetuum, vt probat Garcias, *ſuprà,
num. 35.*

4 Reſpondetur hoc argumentum ſatis efficax eſ-
ſe, ſed cum hæc abbatia hodie gubernetur non
per vicarium, cui certi tantùm fructus ſolent aſſi-
gnari, ſed per abbatem, qui omnes fructus ipſius
Eccleſiæ comedit, exiſtimo talem Eccleſiam, licet
vnicam, non eſſe vicariam perpetuam, ſed verum
beneficium, & ſolum eſſe vnitum Eccleſiæ, S. Sal-
uatoris da Vargen æque principaliter, & non ac-
ceſſoriè, Vnio autem æque principalis ſolum facit,
5 vt vtraque Eccleſia pertineat ad patronatum
Monaſterij de Vilar, vtrumque tamen beneficium
manet beneficium ſicut erat, & quælibet Eccleſia
in ſuo ſtatu, & honore remanet, & proprios reddi-
tus agnoſcit, & gaudet ſuis priuilegiis, vt ex mul-
tis textibus, & doctoribus latè probat Garcias, *de
6 beneficiis p. 12. cap 2. n. 57.* ergo talis Eccleſia non
eſt Vicaria perpetua, ſed verum beneficium cura-
tum ac per conſequens incluſum in reſeruatione
octauæ regulæ cancellariæ ſtando in rigore iuris.
Ad argumentum vero reſpondetur, doctrinam in
eo contentam, ſolum habere locum in Eccleſia
vnita alteri acceſſoriè, vt ibi latè probat Garcias,
& Barboſa *de poteſtate Epiſcopi p. 3. allegat. 57.
7 n. 158.* Non vero, quando eſt vnita alteri æque
principaliter vt in præſenti. Secundo Reſpondetur,
hanc vnionem Eccleſiarum, ſolum fuiſſe factam,
quoad erectionem, & gubernationem vero, vt
bona illarum communicentur; ſiquidem Abbas de
Gemeſes comedit omnes fructus huius Eccle-
ſiæ, non vero Patres de Vilar, & in hoc caſu habet
locum reſeruatio huius regulæ, vt docet Gonçales
gloſſ. 5 §. 7. n. 112. Barb. *de poteſtate Epiſcopi p. 3.
allegat. 57. n. 158.*

Verum licet hæc omnia ita ſint ſtando in rigo-
re iuris: adhuc tamen exiſtimo, prædictos Patres
de Villar, poſſe manuteneri in ſua poſſeſſione præ-
ſentandi Eccleſiam iſtam de Gemeſes, etſi non
8 ſit Vicaria perpetua, ſed ſit verum beneficium, &
etiamſi vacauerit in menſibus Papæ reſeruatis.
Ratio fundamentalis eſt, quia licet beneficia iu-
ris patronatus Eccleſiaſtici comprehendantur ſub
hac reſeruatione octauæ regulæ cancellariæ, &
in aliis reſeruationibus, vt *ſuprà* diximus: hoc ta-
men non obſeruatur in Hiſpania, ſed indifferen-
ter beneficia iuris patronatus, etiam Eccleſiaſtici,
ad præſentationem patronorum prouidentur in
9 partibus, in quocunque menſe vacauerint, vt quo-
tidie videmus, ait Garc. *de Beneficiis p. 5. cap. 557.
& p. 9. cap. 2 n. 314.* Et ſic non eſt in his Regnis re-
10 cepta, nec etiam in vſu hæc reſeruatio in patrona-
tibus Eccleſiaſticis, vt optimè notat Felin. *in cap. 1.
de treuga, & pace.* Lex enim vſu non recepta non
obligat, *cap. fin. de conſuetudine,* vt innumeris do-
11 ctoribus probat Garc. *de Beneficiis, p. 11. cap. 5.*
n. 150. quod procedit, etiamſi lex habeat decretum
irritans, vt cum multis Garc. *ſuprà n. 152.* & etiamſi
deroget conſuetudini, Garc *ſuprà, n. 153.*

Nec obſtat, quod hæc reſeruatio octauæ regulæ 12
cancellariæ & Tridentini, ſit recepta in hoc Portu-
galliæ Regno. Sufficit namque quod non ſit re-
cepta in hac Eccleſia de Gemeſes, ita cum multis 13
Garcias, *ibi n. 59. & 160.* omnino videndus. Et in 14
hoc videtur niſi ſententia Senatus Bracharenſis,
quam hi Patres quondam pro manutenentia ſuæ
poſſeſſionis habuere in alia vacatione huius Eccle- 15
ſiæ in menſibus Papæ, in qua dicitur, quod præ-
ſentatio huius Eccleſiæ pertinet ad Rectorem de
Vilar, & ad Rectorem de Bantus, quotiescunque
vacauerit in ſolidum; ſiquidem hæc clauſula, *quo-
tieſcunque,* importat infinitum, ita vt non ſolum 16
pro vna vice, vel pro centum vicibus, ſed quotieſ-
cunque vſque in infinitum, Tuſcus, *verbo clauſula,* 17
n. 58. Et vbi proprietas in dubio attendi debet,
Surd. *conſil. 15.* Grat. *deciſ. 43. n. 11.* & ab ea non eſt 18
recedendum, quantumvis rigida ſit diſpoſitio: Man-
gii. *de imputat. q. 52 n. 40. & 44.*

Tum quia debet intelligi ſecundum ſubiectam
materiam, Maſchard de *probationibus, concluſ. 1131.* 19
Gonçales *ad regulam 8. Cancellariæ* Gloſſa 43.
n. 51. & 54. & 58. Sed ſic eſt, quod hæc verba, *quo-
tieſcunque vacauerit in ſolidum,* poſuit ea iudex
indicando hanc Eccleſiam pertinere ad Patres de
Vilar, & non alteri, indicando ad eos pertinere
præſentationem dictæ Eccleſiæ, quæ vacaverat in
menſibus Papæ; ergo eius intentio fuit abſoluta
excludendi etiam menſes reſeruatos in futurum,
alias malè diceret. *Quotieſcunque in ſolidum:* ergo
ſtando in hac ſententia, præſentatio huius Eccleſiæ
pertinet ad Patres de Vilar, etiamſi vacauerit in
menſibus Papæ reſeruatis.

Secundo probatur. *Ex priuilegio Eugenij IV.* 20
in quo derogantur regulæ Cancellariæ, & aliæ
conſtitutiones Apoſtolicæ. & ex *priuilegio confir-
matorio Sixti IV.* Nec obſtat, quod in priuilegio
Sixti IV. ponantur illa verbo. *Quatenus ſunt in
vſu. & non ſunt reuocata, nec ſub aliquibus reuoca-* 25
*tionibus comprehenſa, & ſacris Canonibus, & Con-
cilij Tridentini decretis minime aduerſentur:* Non
obſtat inquam, ſiquidem, quod hæc præſentatio,
fiat à prædictis Patribus in menſibus Papæ reſer-
ſeruatis, eſt in vſu, vt conſtat ex ſententia relata.
Non comprehenditur ſub reuocationibus octauæ
regulæ cancellariæ, ſaltem in Hiſpania, vt *ſuprà*
diximus nec in hac Eccleſia, vt ibi explicauimus.
Et non continet aliquid contrarium Tridentini
decretis; ſiquidem non ſufficit, quod illud, quod
priuilegium continet ſit contrarium ſacris cano-
nibus, & decretis Tridentini, ſed debet aliquid
continere, quod ſit ab illo reuocatum; ſiquidem
ſolum dicitur Priuilegium contrarium Tridenti-
no, quod ab illo eſt reuocatum, vt docet Moron.
Reſponſo 76. n. 88. Tamburinus, *de iure Abbatum,
d. 18. q. 6. n. 5.* & cum aliis multis ego ipſe, *in noſtro
Directorio Regularium 1. p. tract. 1. d. 1. n. 72.* Sed
hoc priuilegium non eſt à Tridentino reuocatum:
Ergo adhuc hodie eſt in ſuo vigore; & ratione
illius poſſunt prædicti Patres manu teneri in ſua
poſſeſſione præſentandi dictam Abbatiam de Ge-
meſes in menſibus Papæ reſeruatis.

Confirmatur, quia dato quod hæc clauſula abſtu- 22
liſſet vigorem huius Bullæ Sixti IV. ad effectum
quem pertendimus ſufficit Bulla Eugenij IV. Nam
excludit regulas cancellariæ. vt *ſuprà* diximus. Nec

non

non regulis cancellariæ de expreſſione priuilegiorum ad inſtar. & alias conſtitutiones Apoſtolicas, etiam conciliorum generalium, etiamſi de illis non faciat expreſſam mentionem ſed priuilegium derogans regulas cancellariæ, & alias conſtitutio-
23 nes Apoſtolicas, non cenſetur reuocatum per ipſam octauam regulam cancellariæ, & alias conſtitutiones Apoſtolicas; Alias ſibi ipſi eſſet contrarius Pontifex, vt docet Gonçales, *Gloſſ.6.n* 120. Bonacina, *de reddditibus*, *q.* 1. *p.* 2. *n.* 8 Bordon *to* 1. *reſol.* 52. *n.* 131. ergo tale priuilegium Eugenij IV, adhuc hodie eſt in ſuo vigore.

24 Dices quod licet tale priuilegium non reuocetur per publicationem dictæ octauæ regulæ cancellariæ, & alias conſtitutiones eiuſdem Pontificis, qui tale priuilegium conceſſit, reuocari tamen per publicationem aliarum regularum cancellariæ, ab aliis Pontificibus poſtea factam; ergo licet hoc priuilegium tempore Eugenij extiterit in ſuo vigore, non tamen hodie, cum poſtea a Pontificibus ſucceſſoribus per eaſdem regulas cancellariæ, & alias conſtitutiones Apoſtolicas fuerit reuocatum.

25 Reſpondetur cum Caſtro Palao, *tract.* 13. *d.* 4. *p.* 22. §. 1. dictam regulam octauam Cancellariæ etiam ab aliis Pontificibus poſtea factam, ſolum derogare priuilegia, & indulta quibuſuis perſonis, & collegis conceſſa, quæ vera indulta, & priuilegia ſunt; ſecus verò quæ per modum legis, & pacti conceduntur, & eandem ſententiam tenet Garc. 3. *p. de beneficiis cap.* 1. *n.* 679. *&* 9. *p. cap.* 2. *n.* 109. Vbi id ex variis deciſionibus Rotæ probat? ſed priuilegia conceſſa regularibus conceduntur per modum legis, vt cum D. Thoma, Sanchez, & aliis probat Vidal. *in arca vitali, titulo de caſibus reſeruatis, inquiſitione* 1. *n.* 115. Ergo hoc priuilegium, cum ſit regularibus conceſſum, non includitur in illa derogatione huius octauæ regulæ cancellariæ, etiam prout fuit ab aliis Pontificibus ſucceſſoribus facta.

Confirmatur ſecundo. Quia Pontifex per clau-
26 ſulam derogatoriam in hac lege generali, non cenſetur derogare priuilegium ex cauſa oneroſa conceſſum, Sed ſolum gratioſum, vt in hoc caſu docet Palaus, *tract. de legibus diſp. de priuilegiis, circa finem.* & *p.* 13. *d.* 2. *p.* 3 *n.* 13. & cum multis tenet Garcias, *de beneficiis*, *p.* 5. *cap.* 9 *n.* 120. Sed hoc priuilegium conceſſum eſt ex cauſa oneroſa, ſiquidem conceſſum eſt ob labores, quos hi religioſi ſuſtinent in obſeruantia regulari, vt conſtat ex eadem bulla; ergò tale priuilegium adhuc eſt in ſuo vigore. Confirmatur 3. quia priuilegium
27 remuneratorium laborum non derogatur per hanc octauam regulam cancellariæ, vt docet Romanus, *conſil.* 436. *n.* 4. & 15. Gonçales, *in regulam octauam cancellariæ gloſſa* 28. *num.* 13. Sed ſic eſt, quod hoc priuilegium eſt remuneratorium laborum, vt docet cum Lezana, & aliis multis Vidal, *in arca vitali, titulo de caſibus reſeruatis, inquiſitione* 1. *numero* 123. Ergo tale priuilegium adhuc hodie eſt in ſuo vigore.

28 Confirmatur quarto. Quia hæc regula octaua cancellariæ non derogat priuilegia, quæ tranſeunt in vim pacti, & contractus, vt latè probat Gonçales, *in octauam regulam cancellariæ gloſſa* 36. *num.* 36. Sed priuilegia regularium ſunt conceſſa in vim pacti, & contractus, & docet cum Lezana, & aliis multis Vidal, *in arca vitali titulo de caſibus reſeruatis, inquiſitione* 1. *num.* 123. Ergo tale priuilegium per dictam regulam non cenſetur reuocatum. Confirmatur
29 tandem, quia hæc octaua regula cancellariæ non derogat priuilegia inſerta in corpore iuris, vt docet cum multis Gonçales, *ſup à gloſſa* 36. *numero* 34. Sed ſic eſt quod priuilegia regularium æquantur legi, & ſunt inſerta in corpore iuris, vt docet cum Sanchez, & aliis Vidal, *ſuprà, inquiſitione* 1. *num.* 115. Ergo ſtando in hoc priuilegio Eugenij IV. & in aliis rationibus ſupra relatis, prædicti Patres de Vilar poſſunt præ-
30 ſentare prædictam Eccleſiam de Gemeſes, etiamſi vacauerit in menſibus Papæ reſeruatis, & in ſua poſſeſſione ſunt manutenendi, non obſtante contraria diſpoſitione prædictæ octauæ regulæ cancellariæ, & ita iudicatum fuit.

CONSVLTVM XXXI.

De Sacerdote nunquam celebrante, an ſi ob id in peccato mortali?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Sacrificium offerre eſt de iure naturali.*
3 *Sacrificium Miſſæ eſt de iure diuino poſitiuo.*
4 *Simplex Sacerdos ſecluſo contemptu, & ſcandalo, in multorum ſententia non tenetur vnquam celebrare in tota vita.*
5 *Præcepta ſub mortali non ſunt imponenda, ſine graui fundamento.*
6 *Soluitur argumentum in contrarium.*
7 *Sacerdos communicando in Paſchali more laicorum, ſecluſo contemptu, & ſcandalo, ſatisfacit præcepto annuæ communionis.*
8 *Sententia quæ aſſerit Sacerdotem teneri ſub mortali, ſaltem ſemel in anno celebrare probabilior eſt, & conſulenda.*
9 *Parochus tenetur celebrare iure diuino naturali, quoties fuerit neceſſarium ad ſatisfaciendum muneri ſuo.*
10 *Tenetur celebrare omnibus dominicis, & feſtiuis diebus, vt populus Miſſam audiat.*
11 *Huic obligationi poteſt ſatisfacere per alium Sacerdotem.*
12 *Parochus ſi diebus feſtis proponat Sacerdotem, qui parochianis Miſſam celebret non tenetur in dicta ſententia celebrare.*
13 *Parochus numquam celebrans, difficillime poterit vitare populi ſcandalum, etſi per alium celebret diebus feſtis ſuis parochianis.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM Sacerdos cum à multis annis eſſet Sacerdos nunquam dixit primam Miſ- 1
ſam, reprehenſus ab aliquibus, eo quod nunquam celebraſſet,

Quæſiuit à me, An ſacrificium eſſet iuris diuini, vel Eccleſiaſtici, & an Sacerdos iure diuino, vel Eccleſiaſtico teneretur aliquando Miſſam celebrare, & an parochus ſatisfaciat ſuæ

 obliga

obligationi, ſi dicat Miſſam ſuis parochiaris per
ſuum Curam, non celebrando ipſe, abſque vlla
cauſa.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 PRimo quæſito reſpondi ſacrificium in genere
eſſe de iure diuino naturali, vt cum D. Tho
ma, & aliis communiter hæc probat Suarez, *to.* 3.
in tertiam partem d. 73. *ſect.* 8. Decaſtillus, *de ſa-*
cramentis, tom. 1. *tract.* 5. *d.* 1. *dub.* 3. *n.* 56. Ex hoc
3 non indiget probatione. Sacrificium vero Miſſæ,
eſſe de iure diuino poſitiuo eſt de fide definitum
in Tridentino, *ſeſſ.* 22. *cap.* 1. *& canone* 1. *&* 3. *&*
4. Colligiturque ex illis verbis, hoc facite in
4 meam commemorationem, *Luca*, 22.
Secundo quæſito reſpondi ſimplicem Sacerdo-
tem non teneri, ſecluſo ſcandalo, & contemptu,
Miſſam in tota vita vnquam ſub mortali celebra-
re, nec iure diuino, nec Eccleſiaſtico. Ita Alen-
ſis. 4. *p. q.* 51. *membro* 2. Bonauentura, *diſt.* 12.
p. 2. *art.* 2. *q.* 2. Gabriel, *lectione* 87. *in canonem,*
lit. R, Ricardus, & Paludanus, *diſt.* 13. Ledeſma 1.
p. 4 *q.* 13 *art.* 10. Victoria, Panteanus, quos re-
fert, & ſequitur Rodriguez., *verbo Miſſa cap.* 24.
concluſ. 4. Decaſtillius, *de Euchariſtia d.* 4. *dub.* 1.
n. 10. & vt probabile tenet Henriquez, *lib.* 9.
cap. 23 *n.* 2 Suarez, *tom.* 3. *in tertiam partem d.*
80 *ſect.* 1. Lugo, *de Euchariſtia, d.* 20 *n* 2. Diana
2. *p. tract.* 4 *reſol.* 19. Caietanus, *in tertiam par-*
tem, ad quæſtionem 82. *art.* 1. Franciſcus Amicus,
de Euchariſtia, d. 33. *ſect.* 9. *n.* 192. Filiucius, *tom.* 1.
tract. 5. *cap.* 4. *n.* 96. *in fine*, Bonacina, *tom.* 1. *d.* 4.
p. 7 *n.* 1 Trulenc praxi ſacramentorum, *lib.* 3. *cap.* 8.
dub. 9. *n.* 2.
5 Ratio eſt, quia non eſt imponendum præcep-
tum ſub mortali, ſine graui fundamento; ſed ſic
eſt, quod nulla eſt ratio efficax, quæ probet ſa-
cerdotem teneri aliquando in vita Miſſam ſub
mortali celebrare; ſiquidem illa verba Chriſti
6 *Luca* 22. hoc facite in meam commemoratio-
nem, quamuis contineant præceptum reſpectu
communitatis Apoſtolorum, & in illis reſpectu
Sacerdotum in communi, non tamen illud con-
tinent pro ſingulis Sacerdotibus, ſicut quædam
communitas religioſa tenetur ſub mortali ire ad
chorum, ſed hoc præceptum non ſingulos obli-
gat, ſed totam communitatem; ergo cum non
7 detur alia ratio efficax ad imponendum ta-
lem obligationem ſub mortali Sacerdotibus,
communicando talis Sacerdos, ſicut laicus in
Paſchate reſurrectionis, ſi ſcandalum, & con-
temptus abſit, non peccat mortaliter ſtando
in hac opinione, quæ ſatis probabilis eſt, licet
8 contraria, quæ docet teneri Sacerdotem, ſaltem
ſemel in anno ſub mortali celebrare, ſit commu-
nior, & ſecurior, & eam docet cum multis De-
caſtilius, *de Euchariſtia, d.* 4. *dub.*... *n.* 10. & alij.
9 Tertio quæſito reſpondi Parochum teneri
iure diuino naturali toties celebrare, quoties fue-
rit neceſſarium ad ſatisfaciendum muneri ſuo, vt
patet ex Tridentino, *ſeſſ.* 23. *cap.* 14. *de reforma-*
tione, & docet cum Soto, Nauarro, Vaſquio, Va-
lentia, Diana, *p.* 1. *tract.* 14. *reſol.* 26. Decaſtillius,
10 *d.* 4. *dub.* 1. *n.* 11. Vnde tenetur Miſſam celebrare
omnibus dominicis, & feſtiuis diebus, vt populus
miſſam audiat, vt cum Villalobos, Siluio, Ioanne
à Cruce, & aliis communiter docet Diana, *p.* 2.
tract. 14. *reſol.* 26.

Huic tamen obligationi celebrandi his diebus, 11
ſatisfacere poteſt, vel per ſe, vel per alium Sacer-
dotem in ſui loco, vt docent iidem Doctores cita-
ti, quibus adde Toletum, *lib.* 2. *cap.* 5. *Sylueſtrum*
verbo Miſſa 1. §. 7. Nauarrum, Azorium, Vaſ-
quium, Bonacinam, quos refert, & ſequitur Trul-
lenc. *praxi Sacramentorum*, *lib.* 3. *cap.* 8. *dub.* 9.
n. 6. Saa, & alij, quos refert, & ſequitur Deca-
ſtillius, *d.* 4. *de Euchariſtia*, *dub.* 1. *n.* 11. Ratio
eſt, quia parochus de iure diuino naturali, ſolum
tenetur Miſſam celebrare, vt ſui parochiani
Miſſam audiant; ſed hoc non intereſt, quod illud
per ſe, vel per alium adimpleat, ſiquidem ſacri-
ficium eſt idem, & populus nullum patitur detri- 12
mentum ex eo, quod illud celebret alius Sacer-
dos, vel parochus; ergo ſaluo ſcandalo, & con-
temptu, non tenetur parochus Miſſam per ſe
ipſum aliqua die celebrare, ſtando in opinione,
quod Sacerdos iure diuino naturali, vel diuino
poſitiuo, vel Eccleſiaſtico, non tenetur aliqua die
in tota vita celebrare.
Aduerte tamen hoc ſcandalum difficile poſſe 13
vnquam vitari in parocho, nam cum Parochiani
videant ſuum parochum nunquam celebrare, ma-
gnum illis tribuitur fundamentum ſuſpicandi,
eum eſſe in malo ſtatu, & ideo non celebrare.
Vnde ego ſemper in praxi conſulerem huic paro-
cho, vt ſaltem in omnibus maioribus feſtiuitati-
bus, ter vel quater, ad minus in anno, coram ſuis
ouibus celebraret, & idem conſulerem cuilibet
ſimplici Sacerdoti, ad tollendum notam, & ſcan-
dalum in populo, qui licet illum videat commu-
nicare more laicorum in paſchate, poteſt ad minus
ſuſpicari, illum eſſe irregularem, & ideo non
celebrare.

CONSVLTVM XXXII.

De contractu, quem in ſolutione decima-rum faciebat quidam parochus.

SVMMARIVM.

1 *Penitur caſus, ſeu factum.*
2 *Parochus, qui eſt in poſſeſſione plus centum an-*
norum recipiendi decimam piſcationis in pe-
cunia à quodam miniſtro Regio illam colli-
gentem in propria ſpecie à piſcatoribus, po-
teſt continuare in ſua poſſeſſione.
3 *Si eſt in poſſeſſione plus quindecim annorum re-*
cipiendi talem decimam in tanta pecunia,
manu tenendus eſt in illa.
4 *Contractus fortuna eſt licitus.*
5 *Parochus, nec eius colonus non tenetur ſoluere*
decimam de paſſalibus Eccleſiæ.
6 *Parochus non tenetur ſoluere Eccleſia cuius eſt*
parochus decimam mixtam, nec prædialem,
ex terris, quas titulo patrimoniali poſſidet.
7 *Fructus mixti, ſequuntur naturam prædia-*
lium.
8 *Parochus non tenetur ſoluere decimam de fœti-*
bus cuiuſdam equa, quam pro ſuo ſeruitio
habet.
9 *Non datur conſuetudo talis decimæ in ſua pa-*
rochia.

CASVS

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN quadam Eccleſia abhinc plus centum annorum, ſolitum fuit ſolui decimam piſcationis parocho à conductoribus decimarum Regis (ſolent enim illi conductores decimæ regiæ, & decimam regiam, & Eccleſiaſticam recipere) ſolitum igitur fuit ab eis ſolui decimam parocho in pecunia, dando ei pro vnoquoque piſce, qui vulgo dicitur Luſitane, *Peſcada*, quinque vigenas; Luſitane, *hum toſtaum*, ſiue multi, ſiue pauci eſſent ſimiles piſces expiſcati.

Quæſiuit à me parochus iſte, an eſſet tutus in conſcientia, tum recipiendo decimam piſcium in pecunia, tum recipiendo tantam pecuniam pro quolibet iſtorum piſcium, ſiue multa, ſiue parua ſit abundantia iſtorum piſcium; & tandem quæſiuit, an ipſe teneatur ſoluere decimam de paſcalibus ſuæ Eccleſiæ, & de quadam equa, quam habebat, quæ quolibet anno afferebat ei quendam pullum.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 PRimo quæſito breuiter reſpondi tute poſſe talem parochum recipere illam decimam piſcium à conductoribus decimæ regiæ in pecunia, & in tanta pecunia. Ratio eſt: Quia ipſe, & eius anteceſſores erant in poſſeſſione recipiendi decimam illam in tanta pecunia abhinc plus centum annorum à prædictis conductoribus decimæ regiæ, ergo præſcripſit contra dictos conductores. Confirmatur, quia prædictus parochus & eius anteceſſores cum titulo per totum tempus perſeuerarunt in hac poſſeſſione; ſed ad præſcribendum res immobiles, quales ſunt iura, & redditus, & prouentus beneficiorum ſufficiunt decem anni inter 3 præſentes, vt cum communi ſententia notauit Fagund. *de iuſtitia, lib. 2. cap. 15. n. 34.* & conſtat ex ordinatione Luſitana, *lib. 4. tit. 33* §. 2. Ergo cum iſte parochus per plus quindecim annorum à prædictis conductoribus receperit talem decimam in tanta pecunia, & illius anteceſſores per plus centum annorum, omnino præſcripſit contra eos, quod talem decimam ei ſoluant in pecunia, & tanta pecunia.

Secundo probatur, quia dato, quod adhuc non præſcripſiſſet, talis contractus eſt iuſtus; ſiqui4 dem ſi vno die quilibet illorum piſcium minus valeat altero die plus valet, quinque vigenis, & eſt contractus fortunæ, ſiquidem pendet à mari; ſed contractus fundatus cum illa incertitudine ex vtraque parte eſt iuſtus, ſicut enim parochus exponitur periculo plus accipiendi, ſi plures fuerint piſces, ita conductor exponitur maiori lucro, ſi piſces pauci fuerint, pendet enim hæc decima ex fortuna maris; Ergo optimè poteſt dictus parochus continuare dictum contractum cum conductoribus. Ita cum D. Thoma Amicus, *de iuſtitia, d. 27. num.* 190.

5 Secundo quæſito reſpondi, Nec parochum, nec eius colonum teneri ſoluere decimam ex paſcalibus ſuæ Eccleſiæ. Ita Fagund. *in 5. precepto Eccleſiæ lib. 1. cap. 2. n.* 10. Ratio autem eſt, quia parochus poſſidet has terras titulo ſpirituali, & quando eas confert colono, tranſeunt cum hoc priuilegio. Ita cum multis Fagundes, *loco citato.*

Tertio quæſito reſpondi, parochum non teneri ſoluere decimam ex fœtibus ſuæ equæ. Ratio 6 eſt, quia cum parochus ſeruiat ſuæ Eccleſiæ, probabiliſſimum eſt non teneri ſoluere decimam, non ſolum mixtam, ſed nec etiam prædialem ex terris, quas titulo patrimoniali poſſidet Eccleſiæ cuius eſt parochus, vt docent Sà, Syluester, Alenſis, Angelus, & alij, quos refert, & probabile putat Fagundez, *in preceptis Eccleſiæ, precepto 5. lib. 1 cap. 2. n. 3 & 4.* Sed prædicti pulli pertinent ad decimam mixtam; ergo ex eis non tenetur ſoluere decimam.

Confirmatur, quia fructus mixti ſequuntur naturam prædialium, vt docent communiter DD. 7 Sed hæc equa ſuſtentatur ex pratis paſcalium eiuſdem Eccleſiæ, ex quibus parochus iſte non tenetur ſoluere decimam; Ergo nec etiam tenetur ſoluere decimam ex fœtibus ipſius equæ. Nec obſtat, quod aliquando parochus iſte emerit ex aliis pratis herbam ad eam ſuſtentandam, nam 8 ex illa herba empta ex aliis pratis, & paſcuis, ſoluit decimam qui eam vendit. Tandem probatur, quia de hoc non datur talis conſuetudo in illa parochia, nec in aliis viciniorìbus, cum nullus parochus talem decimam ſoluerit, ſed in ſolutione decimarum ſtandum eſt conſuetudini parochiæ, vt tenent communiter DD. ergo talis parochus non tenetur ſoluere decimam de pullis ſuæ equæ.

Et hinc ſoluitur caſus, de quo à quadam Matrona nobiliſſima Vliſſipone fui interrogatus, an ſcilicet teneretur ſoluere decimam de pullis vnius gallinæ peregrinæ, quam domi ſuæ ad oſtenſionem, & curioſitatem nutriebat. Et reſpondi negatiuè, cuius ratio eſt, quia illa perſona, non nutriebat illos pullos, niſi ex curioſitate, ſed nunquam de ſimilibus auibus adeo raris, & quæ ad oblectamentum ſolum nutriantur, & ex curioſitate, ſolitum alicubi fuit ſoluere decimam; ergo de tali gallina, vel illius pullis, non tenetur dicta Illuſtris Domina ſoluere decimam propter rationes *ſuprà* aſſignatas.

CONSVLTVM XXXIII.

De auro reputato ferro à ruſtico, & alteri pro ferro vendito, inuento auro, cui ex duobus pertineat?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Contractus debet eſſe æqualis.*
3 *Vnus ex contrahentibus non eſt decipiendus infra iuſtum pretium ſaltem infimum.*
4 *Quoties emptor cognoſcit deceptionem, tenetur reſcindere contractum, aut reducere illum ad æqualitatem.*
5 *Qui emit campum vbi erat theſaurus ignotus à venditore, non tenetur aliquid venditori reſtituere.*
6 *Quid de eo qui emit ſaccum plenum puluere tormentario, in quo erat abſcondita lamina auri.*
7 *Quid dicendum de ruſtico qui vendidit faſciculum herbarum, in quo erat mixta cum aliis*

herba

herba pretioſa, & magni valoris.

8 *Iuſtum pretium rei ſumitur ex communi hominum æſtimatione, & non præcisè ex maiori vtilitate rei.*

9 *Luſitani emendo aurum, & margaritas, vel ambarum à nigris, tintinnabulis, non tenentur eis aliquid reſtituere.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM homo ruſticus inuenit in quodam loco deſerto fragmentum magnum metalli, & illud ferrum exiſtimans, vendidit alteri homini ruſtico, qui etiam quando illud emit putauit eſſe ferrum, poſtea iuſſit ex eo facere ruſticum inſtrumentum ad culturam agri, & faber ferrarius mittens illud in fornacem inuenit eſſe puriſſimum aurum, & ita manifeſtauit dicto ruſtico, quod eius metallum quod illi præbuiſſet ad dictum inſtrumentum fabricandum eſſet verum aurum.

Quæſiuit à me, an illud aurum pertineat ad primum illum ruſticum, qui illud in loco deſerto inuenit, & poſtea vendidit alteri ruſtico, an huic ruſtico, qui illud emit bona fide exiſtimans eſſe ferrum.

RESPONSIO AVTHORIS.

RESpondi aurum illud pertinere & eſſe illius ruſtici, qui illud primo loco deſerto inuenit, & poſtea alteri ruſtico vendidit, & ſic, ſi emptor illud voluerit, tenetur augere pretium vſque ad valorem auri, ſaltem infimum. Ita D. Thomas, Conradus, Leſſius, Medina, Soto, Silueſter, Nauar. Molina, quos refert, & ſequitur Fagundez, *de iuſtitia, lib.5. cap.38 n.56.* Diana, *1 p.tract.8 reſol.79.* Lugo, *de iuſtitia, tom.1. d.6. ſect.15.n.57.* Trullenc. *in Decalogum lib.7. cap.20. dub.11 num.10.* eſtque communis, & indubitabilis ſententia apud Theologos, vt teſtatur ibi Trullenc. & Diana; nec contrarium dici poteſt

2 probabiliter, vt ibi teſtatur Fagundes. Et rationem aſſignat Villalobos. *2.p. tract.15. diff.13. n.1.* Quia contractus debet eſſe æqualis, & non eſt vnus ex contrahentibus decipiendus infrà iuſtum pretium, ſaltem infimum; ſed hic venditor deceptus fuit, ſiquidem multo inæquali pretio vendidit

3 aurum emptori: ergo auferendus eſt dolus, & reduci debet contractus ad iuſtum pretium, ſaltem infimum.

Nec obſtat, quod hic dolus fuerit commiſſus

4 abſque culpa emptoris. Nam quoties emptor cognoſcit deceptionem, tenetur reſcindere contractum, aut reducere illum ad æqualitatem, ſicut ille, qui vendidit vitrum exiſtimans eſſe adamantem, poſtea inuento dolo, tenetur reducere exceſſum pretij, quod pro vitro ab emptore accepit.

Nec obſtat ſi dicas, illum qui emit campum, in quo abſconditus erat Theſaurus à venditore ignoratus, inuento Theſauro, non teneri aliquid amplius venditori reſtituere; Et idem dicitur de eo, qui à milite emit ſaccum plenum puluere tormentario, quod abſtulit ex campo inimici, in quo erat incluſa lamina finiſſimi auri, quam miles venditor non viderat; ergo idem vi-

5 detur dicendum *in noſtro caſu.* Non obſtat inquam. Reſpondeo namque cum Lugo, *de iuſtitia tom.1. d.6. ſect.11. n.130.* concedendo prædictos duos caſus, & negando conſequentiam, & ratio eſt, quia Dominus campi, in quo erat theſaurus, non acquiſierat dominium theſauri, nec miles 6
acquiſierat dominium laminæ auri, quæ erat intra ſaccum, ſiquidem illum nondum inuenerat, nec viderat, & ruſticus noſter inuenerat illud metallum, & ſolum ob ſuam ignorantiam non agnoſcit eſſe aurum.

Nec obſtat ſi iterum dicas, quod ſi ruſticus collegerit faſciculum herbarum, & venale in foro poſuerit, & inter illas herbas ruſticas mixta 7
fuerit quædam herba medicinalis magni valoris, quam ſolum agnouit pharmacopola doctiſſimus, poſſe dictum pharmacopolam emere dictum faſciculum herbarum pretio communi, abſque obligatione aliquid ruſtico venditori reſtituendi; ergo idem dicendum videtur in noſtro caſu, nam ſicut ruſticus ille ignorauit herbam, ita noſter ruſticus ignorauit aurum. Non obſtat inquam, reſ- 8
pondetur namque cum Molina, Leſſio, & aliis, quos refert Diana *ſupra*, iuſtum pretium rei non deſumi præcisè ex maiori vtilitate rei, ſed ex communi hominum æſtimatione, vnde etiamſi res ſit vtiliſſima, ſi homines communiter eam non æſtimant, poteſt emi vili pretio, vnde cum illa herba etiamſi vtiliſſima non fuiſſet cognita, nec ab hominibus illius loci communiter eſſet in æſtimatione, optime poterat illam emere pharmacopola peritiſſimus minori pretio, quam valebat, 9
ſicut faciunt in India Orientali Luſitani, emendo aurum, & lapides pretioſos, ambarum, & coralia, à Nigris illius terræ, tintinnabulis, vt ſectè ait cum multis Diana *ſupra*, quod non accidit in noſtro caſu. ſiquidem aurum apud omnes Europæos idem pretium habet, & per accidens fuit, quod hic ruſticus illud ignoraſſet.

CONSVLTVM XXXIV.

De penſione poſita in beneficio litigioſo de licentia Papæ, an licite recipi poſſit, à beneficiario?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Beneficiarius, qui licite, & valide poteſt renunciare ſuum beneficium, poteſt ei de licentia Papæ ponere penſionem.*

3 *Beneficiarius, qui eſt in poſſeſſione beneficij, non obſtante aliquo litigio ſupradicto beneficio, poteſt illud valide, & licite renuntiare de licentia Papa.*

4 *Quandiu beneficiarius non deturbatur à poſſeſſione beneficij, poteſt illud valide renuntiare.*

5 *Quando poſſeſſio nemini præiudicat, valet talis renunciatio, abſque conſenſu partis litigantis.*

6 *Poſſim in curia recipiuntur renunciationes litigantium, & ſedentibus aſſignantur penſiones.*

7 *Stilus curiæ facit ius.*

8 *Beneficiarius, qui poſſedit beneficium bona fide, non*

non obſtante litigio, poteſt præſentare beneficia annexa tali beneficio, quod poſſidet.

9 *Poſſeſſor beneficij, ex eo quod litiget ſuper eodem beneficio, non cenſetur eſſe poſſeſſor malæ fidei.*

10 *Quando ius beneficiati eſt canonizatum per rem iudicatam, valida eſt penſio reſeruata in renunciatione beneficij religioſi, etiamſi in reſeruatione non fieret mentio litigij.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM clericus præſentatus, & collatus fuit in quodam beneficio parochiali, & poſtquam illius poſſeſſionem accepit, motum eſt ei litigium ſuper iure eiuſdem beneficij, & durante litigio, poſtquam iam vnam pro ſe ſententiam habuit, renunciavit idem beneficium in fauorem alterius cum reſeruatione cuiuſdam penſionis de licentia Papæ.

Quæritur, an poſtquam Papa annuit dictæ renunciationi & reſeruationi penſionis, poſſit tutè, & licite recipere dictam penſionem non obſtante litigio?

RESPONSIO AVTHORIS.

2 REſpondi poſſe. Ratio eſt, quia omnis beneficiarius, qui licite, & valide poteſt beneficium renunciare, poteſt in renunciatione licite, & valide imponere penſionem de conſenſu Papæ; ſed hic beneficiatus, non obſtante tali liti-
3 gio, potuit licite, & valide renunciare beneficium; ergo optime poteſt in illo ponere penſionem. Maior, ſi alias beneficium eſt capax penſionis, docetur à Bauni *de beneficiis, d.11. q.19. lit. B.* Minor vero probatur, quia quandiu beneficiatus
4 non deturbatur à poſſeſſione beneficij, poteſt illud renunciare, etſi ſit litigioſum, vt docet Bauni, *de beneficiis. d.9. q.33. lit. B. fol. mihi* 1314. Sed iſte beneficiatus huc vſque non eſt deturbatus à poſſeſſione huius beneficij, imo eſt in illius poſſeſſione; ergo optime illud poteſt renunciare cum reſeruatione penſionis, non obſtante tali litigio.

5 Confirmatur 1. quia quando penſio nemini præiudicat, ſiue patrono, vel alteri, qui habet regreſſum, vel ingreſſum ad beneficium valet talis penſio abſque conſenſu talis partis, dummodo ſit ſine eius detrimento, vt docet Gigas, *de penſionibus, q.7. n.9.* Rota, Flaminius, Puteus, quos refert, & ſequitur Azor. *p.2. lib.8. cap.8. q.12.* Sed hæc penſio non poteſt præiudicare parti litiganti, ſiquidem, ſi dicta pars litigans vicerit, ceſſat talis penſio, & renunciatio: ergo dum durat litigium, talis penſio eſt valida, & poteſt accipi à renunciante beneficium.

6 Confirmatur 2. quia reſeruatio penſionis facta à Papa illi qui renunciat beneficium, in quo non habet titulum canonicum valet, etiamſi in narratiua non faciat mentionem defectus tituli, ſi in ſupplicatione dixerit, ſe renunciare ex quibuſdam cauſis animum ſuum mouentibus. & latè
7 docet Nauar. *lib.1. conſiliorum conſilio* 42. *num.*6. Paſſim enim, vt ait Nauarrus in curia fiunt, & recipiuntur reſignationes litigantium, & cedentibus aſſignantur penſiones, hæc curant partes, neque cancellariæ, an cedentes habeant ius, necne, & ſtilus curiæ facit ius; ergo multo à fortiori valebit reſeruatio penſionis facta ab eo, qui habet titulum litigioſum, abſque mentione talis defectus. Patet conſequentia, quia maior defectus eſt carere titulo omnino, quam habere illum litigioſum, ſed ſic eſt, quod valet reſeruatio facta à Papa etiam illi, qui abſque titulo aliquo, ſed ſolum quia erat in poſſeſſione beneficij renunciauit; ergo idem dicendum eſt, quando habet titulum litigioſum, vt in noſtro caſu.

Confirmatur tertio: quia beneficiatus, qui poſ- 8
ſidet bona fide aliquod beneficium, poteſt non obſtante quod litiget ſuper beneficio, vel ſuper iure patronatus illius, præſentare ad beneficia annexa tali beneficio, quod poſſidet iuxta *cap. conſultationibus, de iure patronatus,* vt cum Lamb. docet Nauarr. *lib.3. conſiliorum de iure patronatus conſ.2. n.1.* Et talis poſſeſſor beneficij ex eo ſolum, quod 9
litiget ſuper illo iure patronatus, non cenſetur eſſe poſſeſſor malæ fidei, ut cum eodem Lamb. notauit ibi Nauarr. ergo etiam poterit renunciare eundem beneficium, quia ſi poteſt præſentare beneficia illi annexa, non obſtante dicto litigio, quæ ratio dari poteſt, vt non poſſit renunciare idem beneficium, etſi ex eo, quod præſentet beneficia tali beneficio annexa, non facit iniuriam, vel damnum alteri litiganti, nec etiam tale damnum efficiet, ſi renunciet eidem beneficio: ſiquidem ſi ab altero litigante vincatur, tam præſentationes, quas fecit, quam renunciatio corruunt. Vnde exiſtimo optime poſſe prædictum beneficiatum renunciare eidem beneficio, ſpecialiter ſi in poſtulatione appoſuit verba generalia, in quibus tale litigium includeretur, vt ſi diceret, ex quibuſdam cauſis animum ſuum mouentibus, vel ſi Papa aliquas clauſulas generales appoſuit, quæ virtualiter includerent litigium, vt latè explicat Nauar. *lib.1. conſiliorum de reſcriptis conſil.* 12. *n.*71.

Confirmatur tandem: quia quando ius beneficia- 10
ti eſt per rem iudicatam canonizatum, eſt valida penſio reſeruata in renunciatione beneficij litigioſi, etiamſi in reſeruatione non fieret mentio litigij, vt bene aduertit, cum quadam deciſione Rotæ Garcia, *de beneficiis p.11. cap.3. n.*133. Sed ſic eſt, quod hic beneficiarius, iam pro ſe habuit vnam ſententiam coram iudice delegato Papæ, & ius ſuum fuit canonizatum per rem iudicatam; ergo valet penſio impoſita in renunciatione talis beneficij etiam non facta mentione talis litigij.

CONSVLTVM XXXV.

De nominatione cuiuſdam emphyteuſis.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Prælatus, ſiue ſæcularis, ſive regularis poteſt concedere licentiam nominandi emphyteuſim liberæ nominationis, ſine conſenſu ſui capituli.*

3 *Aliquæ conditiones ad id requiruntur, quæ ibi ponuntur.*

4 *Si detur aliqua alteratio in dictis conditionibus, requiritur conſenſus capituli.*

5 *Abbatiſſa habent liberam adminiſtrationem bonorum ſuorum conuentuum.*

6 *Nominatio emphyteuſis liberæ nominationis de ſolo*

H conſenſu

conſenſu abbatiſſæ abſque conuentu non valet.

7 *Conſenſus domini directi, & aliæ ſolemnitates non poſſunt vltra terminum conceſſum propagari.*

8 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*

9 *Renouatio emphyteuſis, eſt nouus contractus, & non extenſio eiuſdem.*

10 *Adminiſtratio Abbatiſſarum hodie non eſt abſoluta, ſed dependens à conſenſu ſui capituli; & aliquando à conſenſu prælati.*

11 *Legitimæ conſuetudini ſtandum eſt.*

12 *Abbatiſſæ non poſſunt facere contractus circa bona immobilia, ſine conſenſu ſui capituli.*

13 *Renouatio emphyteuſis eſt nouus contractus.*

14 *In caſibus magni momenti diſponere de bonis conuentus pertinet ad abbatiſſam cum diſcretis, vel capitulo.*

15 *Dominus directus in caſu, quo deuoluatur ad eum nominatio emphyteuſis liberæ nominationis, poteſt nominare quem voluerit, etiam extra generationem vltimi poſſeſſoris, etiam ſtando in iure Luſitano.*

16 *Dominus directus poteſt efficere illud, quod de eius conſenſu facit emphyteuta.*

17 *Dominus directus non eſt prioris conditionis, ac emphyteuſis.*

18 *Caſu quo dominus directus teneatur nominare aliquem de generatione, tenetur nominare proximiorem conſanguineum vltimo poſſeſſori.*

19 *In caſu quo concurrant ad nominationem emphyteuſis conſanguinei vltimi poſſeſſoris æquales in gradu poteſt dominus directus eligere quem maluerit.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 PETRVS habebat emphyteuſim liberæ nominationis, qui cum iam eſſet in vltima vita, petiuit à domino directo, qui erat conuentus quidam monialium licentiam ad nominandum ſuam vxorem in prædicta emphyteuſi. Annuit Abbatiſſa conuentus, abſque conſenſu ſui capituli conuentualis, & de facto Petrus nominauit ſuam vxorem in tali emphyteuſi, poſt ſuam mortem mortuus eſt Petrus abſque alia nominatiooe prædictæ emphyte ſis.

Quæritur primo, An hæc nominatio fuerit nulla, & nominatio deuoluta ad conuentum, eo quod defecerit in licentia conceſſa ab abbatiſſa conſenſus ſui capituli? Secundo quæritur, An in caſu quo talis nominatio deuoluatur ad conuentum, teneantur moniales nominare aliquem ex Petri generatione, vel an libere poſſint nominare, quem voluerint, etiam extra generationem Petri vltimi poſſeſſoris? Quæritur tertio, An in caſu, quo debeant nominare aliquem de generatione vltimi poſſeſſoris, teneantur nominare conſanguineum proximiorem vltimo poſſeſſori, vel poſſint alterum, quemcumque de generatione vltimi poſſeſſoris nominare?

RESPONSIO AVTHORIS. PRIMO QVÆSITO.

An hæc nominatio fuerit nulla, & nominatio deuoluta ad conuentum, eo quo defecerit in licentia conceſſa ab Abbatiſſa conſenſus ſui Capituli?

AD intelligentiam primi quæſiti ſciendum eſt; An prima inſtitutio huius emphyteuſis fuerit liberæ nominationis, etiam extra generationem poſſidentis, vel an ſolum ſit liberæ nominationis intra generationem vltimi poſſeſſoris; hoc ſuppoſito,

Reſpondi, communem ſententiam Theologorum, Canoniſtarum, & Iuriſtarum tenere, prælatum, ſiue ſæcularem ſiue regularem, poſſe concedere talem licentiam nominandi ad emphyteuſim, ſine conſenſu ſui capituli, dummodo in nihilo alteretur primus contractus; ſed ſi primus contractus erat, ad nominandum intra, vel extra generationem vltimi poſſeſſoris, eodem modo concedatur prædicta licentia, ad nominandum abſque aliqua mutatione. Secus ſi detur aliqua mutatio, nam tunc debet fieri de conſenſu ſui capituli, & aliis iuris ſolemnitatibus, & debet eſſe in euidentem vtilitatem conuentus. Ita cum innumeris à ſe relatis Delb. *cap.* 17. *dub.* 5. *n.* 2. Palaus, *de reuerentia debita Eccleſiaſticis, d. vnica, p.* 15. §. 4. *num.* 3. Molina Theologus, *d.* 468. *num.* 18. Pelizarius, *tract.* 6. *cap.* 7. *num.* 19. Ventigrilia *annotation. de alienatione, num.* 26. Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 3. *d.* 14. *q.* 7. per totam. Megala *verbo alienatio*, *n.* 10. 2 3 4

Difficultas igitur ſolum eſt, An hoc idem dicendum ſit reſpectu Abbatiſſarum? Et videtur affirmatiuè reſpondendum; ſiquidem Abbatiſſæ habent liberam adminiſtrationem bonorum ſuorum conuentuum ſicut ipſi Abbates, & priores, & poſſunt de illis diſponere eodem modo, quo Abbates, & priores, vt cum Nauarro, Sanchez, & aliis latè probat Pelizarius, *tract.* 10. *cap.* 10. *numero* 146. 5

Verum his non obſtantibus exiſtimo talem nominationem emphyteuſis factam de ſolo conſenſu Abbatiſſæ, abſque conſenſu ſui capituli conuentualis fuiſſe nullam. Ita Dominicus de ſancto Gemiſ. *conſilio* 128. *num.* 5. & allegat notata per gloſſam, & Innocentium, *in cap. per tuas de arbitris*, & *in cap. cum dilect. de emptione, & vendit.* & expreſſe tenet Caldas, *de renouatione emphyteuſis, q.* 14. *n.* 4. Et quando renouatio conceditur ad extraneos à generatione, vt fuit in præſenti caſu, docet eandem ſententiam Iulius Clarus, & Couarruuias, quos refert Molina, *d.* 469. *numero* 8. Et conſtat hæc ſententia, vt bene aduertit Caldas, *ſuprà, num.* 3., Ex communi vſu, & ſtilo huius Regni Luſitaniæ, & ex conſtitutionibus ſynodalibus, quibus hæ religioſæ obligantur, vtpote ſubiectæ ipſi ordinario; & conſuetudo localis ſemper attendenda eſt, in his renouationibus, vt cum Fabro, Decio, Hipolyto, Reminaldo, notauit Caldas in iure, & conſuetudinibus huius regni verſatiſſimus, *ſuprà, num.* 3. Quapropter docet hanc ſententiam, etiam ſtando in iure communi, vt communiorem, & veriorem, quidquid reclamet Molina, 6 7

etiam

etiam ſtando in iure Luſitano, *d.* 468 *n.* 18.
7 Ratio fundamentalis noſtræ, & Caldas ſen-
tentiæ eſt. Quia conſenſus domini directi, &
aliæ ſolemnitates, quæ interuenerunt in prima
concesſione emphyteuſis cum reſpicerent certum
terminum, non poſſunt vlterius prorogari; ſi-
8 quidem actus agentium, non operantur vltra
eorum intentionem, *l. non omnis, ff. ſi cer. pet.
ſuncta, l. in agros, ff de acquirend. rerum dom.* Vr-
get etiam textus, *l. nuptiæ, ff. de ritu nuptiarum,
& in l. vt ſi proponi. C. de nuptiis*, vbi ſolemni-
tas in primis nuptiis requiſita, in ſecundis etiam
requiritur. Stringit etiam communis reſolutio
Bart. & DD. *in l. 1. § ſi quis ædificium, & in l. de
pupillo, § ſi quis riuos ff de operis noui nunciatio.*
Vbi reficiens illud, quod penitus deſtructum eſt,
dicitur de nouo facere.
9 Confirmatur, quia renouatio emphyteuſis, eſt
nouus contractus, & non prorogatio, vel exten-
tio eiuſdem contractus; ergo finita priori em-
phyteuſi, neceſſe eſt quod de nouo fiat, & non
quod ſolum reintegretur, argumento textus *in le-
ge, ſed ſi manente, ff. de precario.* ibi, ſi vero præ-
terita die rogas, proprius eſt, vt ſoluta iam cau-
ſa precarij, non redintegretur, ſed noua cauſa
conſtituatur: ergo renouatio prædictæ emphy-
teuſis poſtulat nouam ſcripturam, & noua pacta,
ac per conſequens ſolemnitates requiſitas in prima
concesſione, ac per conſequens requiritur nouus
conſenſus capituli, de quibus late agit Cald. *q. 14.
& 20. per totam.*
10 Confirmatur 2. quia dato, & non conceſſo,
quod etiam ſtando in iure Luſitano Abbates, &
Prælati conuentuum, poſſent abſque ſuis capitu-
lis renouare emphyteuſim; Attamen id non poſ-
ſunt efficere Abbatiſſæ, vel prioriſſæ, abſque ſuis
capitulis. Et ratio eſt, quia quamvis verum ſit
prioriſſas, & Abbatiſſas de iure communi poſſe
adminiſtrare bona ſuorum conventuum eodem
modo, ac Abbates, & Priores; Attamen hæc ad-
miniſtratio hodie non eſt abſoluta, & indepen-
dens, ſed in omnibus conuentibus monialium,
dicit relationem, & reſpectum ad cæteras monia-
les, & in caſibus magni momenti ad ſuos præla-
11 tos, vt bene notauit Pelizarius, *tract.* 10. *cap.* 10.
n. 147. Tamburinus, *de iure Abbatum. d.* 32. *q.* 13.
num. 3. Sed ſic eſt, quod legitimæ conſuetudini,
vtpote vim legis habenti, ſtandum eſt, vt ibi
bene obſeruat Pelizarius; Ergo cum hæc ſit con-
ſuetudo omnium religionum, & practica in hoc
regno Luſitaniæ, & præcepta in omnibus con-
ſtitutionibus Sinodalibus, prout teſtatur Caldas,
ſuprà, debet obſeruari in tali conuentu, non obſtan-
te, quod de hoc non detur in tali conuentu ſpe-
ciali ſtatutum.
12 Confirmatur 3. Quia Abbatiſſæ non poſſunt
facere aliquem contractum circa bona immobi-
lia conuentus, abſque conſenſu ſui capituli, &
ſui prælati, vt cum multis Doctoribus reſoluit
Pelizarius, *tract.* 10. *cap.* 10. *num.* 148. & patet ex
conceſſione Leonis X. & Gregorij XIII. pro
monialibus, S. Auguſtini, quam refert ex Rode-
rico ibi Pelizarius; Sed ſic eſt, quod talis reno-
uatio emphyteuſis, eſt nouus contractus, vt *ſu-
prà* diximus, & magni momenti, ſiquidem requi-
13 ritur, quod videatur, an ſit in commodum con-
uentus, vel non, quod non poteſt per ſe ſolam
efficere Abbatiſſa, vel Prioriſſa; ergo talis con-
tractus, & renouatio fuit nulla ex defectu
conſenſus ſuperioris, & capituli.
Confirmatur 4. Quia in omnibus fere religio- 14
nibus, diſponere de bonis conuentus, non perti-
net de iure ſpeciali ſoli Abbatiſſæ, ſed illi, & ſe-
nioribus, vel diſcretis, & in caſibus grauioribus
Abbatiſſæ, diſcretis, & capitulo; ſed hic caſus eſt
magni momenti, & vt talis per conſtitutiones ſy-
nodales huius regni non poteſt fieri talis renoua-
tio ſine conſenſu capituli; ergo idem dicendum
eſt de his monialibus. Quapropter in hoc regno;
hanc reſolutionem certam exiſtimo; ſiquidem in
illo eſt vniuerſalis conſuetudo, quæ vim legis ha-
bet vt teſtateur Chaldas *ſuprà.*

RESPONSIO AVTHORIS, SECVNDO QVÆSITO.

An in caſu, quo talis nominatio devoluatur ad conventum, teneantur moniales, nominare aliquem ex Petri generatione, vel an libere poſſint nominare quem voluerint, etiam extra generationem Petri vltimi poſſeſſoris?

RESpondi communem ſententiam tenere, quod
finitis vitis, tenetur Dominus directus reno-
uare emphyteuſim liberæ nominationis in hære-
de, ſiue proximiori conſanguineo vltimi poſſeſ-
ſoris, ſi ille id poſtulauerit, intra annum. Ita cum
communi ſententia Iulius Clarus, Caldas, & alij 15
innumeri, quos refert Molina, *d* 484 *num.* 7. Ve-
rum hæc ſententia, licet communis, eſt omnino
falſa. Ita expreſſe Molina, *d.* 484. *num.* 10. vbi
latiſſime probat, dominum directum, non ſolùm
ſæcularem, ſed etiam Eccleſiaſticum, non teneri
renouare emphyteuſim de pacto, & providentia,
& liberæ nominationis in ſucceſſore vltimi poſ-
ſeſſoris, ſed poſſe nominare pro emphyteuſi, quem
voluerit, etiam ſtando in iure Luſitano, vt ibi
videre poteſt. Et probatur alterius ex his, quæ 16
dicit Caldas de renouatione emphyteuſis *q.* 17.
num. 26. Nam ſi primus, & ſecundus emphyteu-
ta, poteſt nominare quem voluerit, etiam ex-
tra generationem vltimi poſſeſſoris, & hoc ex
conceſſione domini directi; deuoluto iure nomi-
nandi ad dominum directum, multo melius id po-
terit efficere; Nam propter quod vnum quodque
tale, & illud magis, vt eſt vulgare proloquium phi-
loſophorum.
Confirmatur, Quia ſi procurator domini di- 17
recti, qualis eſt Emphyteuta, vt traditur per Bar-
tolum, Alex. & Iaſon, *in l.* 1. *§. fin. ff de noui
operis nunc.* poteſt eligere durante iure ſuo vtili,
quem voluerit, etiam extra generationem vltimi
poſſeſſoris; Non prioris condictionis debet eſſe
dominus, quam procurator, vel dominus, quam
vaſſallus, & facit ad hoc textus in *l cum quibus,
ff. de legat. 2. in l. ſi Titio, & Manio, ff. eod.* ne
vel de his videatur latius Molina Theologus.

RESPONSIO AVTHORIS, TERTIO QVÆSITO.

An in caſu, quo debeant nominare aliquem de generatione vltimi poſſeſſoris, teneantur nominare conſanguineum proximiorem vltimo poſſeſſori, vel poſſint alterum quemcunque de generatione vltimi poſſeſſoris nominare?

18 Reſpondi, quod dato, quod dictus conuentus teneatur nominare aliquem ex dicta generatione vltimi poſſeſſoris, teneri in hoc caſu renovare emphyteuſim in conſanguineo proximiori vltimo poſſeſſori. Ita cum Bartolo, & aliis multis reſoluit Caldas, *de renouatione emphyteuſis, q.8.n.2.& q.17.num* 24. Vbi illas videre potes, & multas rationes pro probando hoc quæſito. Quamvis multi,& grauiſſimi DD. quos refert Caldas, *ibi, q.8.n.6.* contrarium teneant in emphyteuſi Eccleſiaſtica, qualis eſt iſta, tu elige opinionem quam malueris, vtraque enim probabiliſſima eſt.

Addo, quod in caſu, quo concurrant ad nominationem conſanguineis æquales in gradu, poteſt Dominus directus eligere, quem voluerit, etiam anteponendo fœminam maſculo, vt cum multis latiſſime, & dilucide probat Caldas, *de renouatione emphyteuſis. q.17. num.26*, quæ nobis non placet tranſcribere, ſed ſi arrideat tibi, ibi videre poteris.

CONSVLTVM XXXVI.

De quadam diſpenſatione Pontificis, in ſucceſſione vnius maioratus, an fuerit valida?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Pontifex extra ſuum territorium ſolùm poteſt commutare voluntates teſtatorum, quoad legata pia.*
3 *Papa non poteſt auferre dominium ab aliquo laico, qui illi non fuerit ſubiectus temporaliter.*
4 *Nec ab aliquo clerico, qui vixerit extra terras temporaliter Pontifici ſubiectas, quoad bona patrimonialia.*
5 *Papa non habet in terris Regum Chriſtianorum dominium actu, neque iuriſdictionem, quoad temporalia.*
6 *Papa etiam de poteſtate abſoluta non poteſt mutare voluntates teſtatorum, etiam quoad legata pia, abſque cauſa iuſta, publica, & vniuerſali.*
7 *De iure naturali eſt, quod voluntas teſtatoris in ſpecifica forma impleatur.*
8 *Pontifex non poteſt diſpenſare in iure naturali.*
9 *Papa non poteſt auferre ordinem iudiciarium, niſi quoad ſuum forum.*
10 *Papa non poteſt ſine iniuria tertij auferre dominium priuatum, niſi ex cauſa fidei, vel Eccleſiæ.*
11 *Papa non poteſt aliquem legitimare extra terras, vbi habet iuriſdictionem, quoad bona temporalia.*
12 *Papa non poteſt legitimare in præiudicium tertij.*
13 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*
14 *Papa nec reſpectu ſui ſubditi poteſt exercere ſuam iuriſdictionem temporalem reſpectu rei, quæ eſt extra ſuum territorium temporale.*
15 *Papa non poteſt legitimare filium ſæcularem clerici, vt ſuccedat in bonis patrimonialibus patris ſui clerici extra terras ſibi temporaliter ſubiectas.*
16 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
17 *Papa non poteſt priuare Regno perſonam, cui venit regnum per ſucceſſionem, vel electionem, niſi ad bonum fidei, vel Eccleſiæ.*
18 *Papa non poteſt valide, nec licite agere contra iuſtitiam commutatiuam.*
19 *Ponitur argumentum contrarium, & ſoluitur.*
20 *Noſtra voluntas dupliciter accipi poteſt, vel quoad finem temporalem, vel ſupernaturalem.*
21 *Papa non habet poteſtatem ſuper noſtram voluntatem, quoad finem temporalem, & naturalem ſed ſolum quando ordinatur ad finem ſupernaturalem.*
22 *Papa non poteſt mutare contractus ciuile, vel in eis diſpenſare.*
23 *Quomodo Papa poſſit legitimare ad bona temporalia, diſpenſando in radice matrimonij.*
24 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
25 *Diſpoſitio teſtamenti perſonæ Eccleſiaſticæ, quoad bona hæreditaria extra terras Papæ, non ad Papam, ſed ad Regem ſpectat.*
26 *Papa, dato quod poſſit mutare voluntatem teſtatoris extra ſuum territorium, quoad bona profana, debet eſſe cum cauſa publica, & probata, quæ ad bonum publicum ſpectet.*
27 *Nec in legatis piis de poteſtate ordinaria poteſt Papa mutare voluntatem teſtatoris, ſine iuſta cauſa.*
28 *Vt cauſa probetur, debet citari pars, cui talis mutatio voluntatis teſtatoris præiudicat.*
29 *Papa nunquam vult diſpenſare cum præiudicio tertij, niſi dicat id facere ex certa ſcientia.*
30 *Si cauſa motiua allegata ad diſpenſationem fuit falſa, ruit diſpenſatio.*
31 *Si tempore, quo primo exequitur diſpenſatio, cauſa motiua non ſubſiſtit, ruit diſpenſatio.*
32 *Cauſa debet ſubſiſtere, non ſolum quando poſtulata fuit diſpenſatio, & Papa illam commiſit, & ordinarius diſpenſauit, ſed etiam quando primo exequitur.*
33 *Ceſſante cauſa finali ceſſat effectus.*
34 *Clauſula* in defectu filiorum maſculorum ex fratribus, comprehendit etiam maſculos ex ſororibus.
35 *Apellatione fratrum venit ſoror.*
36 *Quando in eadem diſpoſitione nominantur fratres maſculi, & ſtatim nominantur fratres, abſque eo quod vocentur maſculi, in illo nomine,*

nomine, fratres, comprehenduntur fratres, & ſorores.

37 *In diſpoſitione Pontificis, non eſt admittendam aliquod verbum vitioſum, & ſuperfluum.*

38 *Commutatio voluntatis teſtatoris facta à Papa, in dubio debet interpretari, vt quantum minus fieri poſſit derogetur menti teſtatoris.*

39 *Papa in dubio non videtur velle derogare iuri tertij.*

40 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

41 *Verbum* deſcendentibus *adiectum filiis, operari ſolet, vt ſiliorum appellatione, nepotes veniant.*

42 *Qui ſunt ſpecifice ſubſtituti, prius ſuccedere debent.*

43 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

44 *Quando diſpenſatio Papæ ſolum vocat deſcendentes, non poſſunt ſuccedere aſcendentes.*

45 *Cauſa limitata, limitatum producit effectum.*

46 *Vnius lineæ incluſio, alterius eſt plena excluſio.*

47 *Emphyteuſis, quæ conceſſa eſt deſcendentibus, non poteſt venire aſcendentibus, ratione formæ conceſſionis.*

48 *Grauatus iniuſte à iudice Eccleſiaſtico, poteſt recurrere ad iudicem regium, vt tollat violentiam iniuſtam.*

49 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 VINAM Archiepiſcopus fecit maioratum de ſuis bonis patrimonialibus, & iuſſit in ſuo teſtamento, quod in tali maioratu nunquam poſſet ſuccedere fœmina; ſed quod ſemper ſuccederet vir, & filius maſculi, vel vir filius fœminæ proximior vltimo poſſeſſori, etiamſi fuiſſet clericus. Tranſactis poſt huiuſmodi inſtitutionem plurimis annis F. qui tunc erat poſſeſſor dicti maioratus, ſupplicauit à Papa Pio IV. vt mutaret voluntatem huius inſtitutoris, vt poſſent ſuccedere in dicto maioratu in defectu filiorum legitimorum maſculorum; vel in defectu filiorum maſculorum fratrum, etiam filiæ, præcedendo ſenior iuniori, & quod idem in lineis tranſuerſalibus obſeruaretur, allegando pro cauſa huius diſpenſationis, quod ſi ille, qui de præſenti poſſidebat dictum maioratum, abſque filiis maſculis e vita diſcederet, qui iuxta dictam inſtitutionem poſſent in dicto maioratu ſuccedere, neceſſario tranſiret ſucceſſio dicti maioratus, cuidam conſanguineo, adeo diſtanti, quod quaſi iam erat extraneus, remanentibus eius filiabus, abſque dote. Diſpenſauit Pontifex in hac forma: Quod cum maioratus tranſiret ad perſonam adeo remotam, & quaſi extraneam à generatione, poſt mortem ipſius poſſeſſoris, ſi forte abſque filiis maſculis moreretur, & remanerent eius filiæ abſque dote, in hoc caſu, ſuccederent filiæ, in defectu filiorum legitimorum maſculorum, vel loco filiorum maſculorum fratrum.

Quæritur ergo primo, An Pontifex poſſet mutare ſucceſſionem huius majoratus, mutando voluntatem inſtitutoris? Secundo quæritur, An in caſu, quo poſſet, an poſſet id efficere abſque cauſa, & quæ cauſa ad id requirebatur? Tertio quæritur, An ſi cauſa allegata eſſet falſa, ſcilicet quod mortuo hoc vltimo poſſeſſore, ſucceſſio tranſibat ad perſonam omnino remotam, & quaſi extraneam; cum actu eſſet conſanguineus in ſecundo gradu vltimi poſſeſſoris vocatus Franciſcus de Tobar, manſit irrita talis diſpenſatio, & commutatio Papæ? Quarto quæritur, An ſi de facto nunc non exiſteret cauſa, quæ tunc allegata fuit Papæ Pio IV. ad commutandam dictam voluntatem huius teſtatoris, ceſſet talis commutatio, & diſpenſatio? Quinto quæritur, An in caſu, quo dicta diſpenſatio ſit valida, an filius filiæ ſecundæ, debeat præcedere in ſucceſſione ſorori ſeniori matri ſuæ, ſiquidem dicit Pontifex, quod ſuccedant fœminæ, ſiquidem dicit Pontifex, quod ſuccedant fœminæ, in defectu filiorum maſculorum, vel filiorum maſculorum fratrum? Sexto quæritur, An pars grauata in hoc caſu poſſit recurrere ad iudicem Regium, vt tollat violentiam, quæ illi infertur executione huius reſcripti Apoſtolici?

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An Pontifex poſſet mutare ſucceſſionem huius maioratus, mutando voluntatem inſtitutoris?

RESpondi primo Quæſito, Papam non poſſe commutare voluntatem dicti inſtitutoris, ad hoc vt ſuccederent etiam fœminæ. Ita expreſſè Pinellus. *cap. de reſcindenda venditione 1. p. rub. num.* 19. cum Baldo, & aliis. Eandem ſententiam tenet Caſtro, *conſilio* 288. eſtque de mente multorum, quos infra referam, qui hanc poteſtatem adimunt à principe ſupremo, niſi ex cauſa publica.

Ratio fundamentalis eſt: Quia Pontifex extra ſuum territorium, ſolum poteſt commutare 2
voluntates teſtatorum, quoad legata Pia, vt bene aduertit Pinellus, *loco citato*; ſed ſic eſt, quod inſtitutio huius maioratus non eſt legatum pium, ſed ex bonis ſæcularibus, & patrimonialibus, in quo pretenditur extenſio, & ſucceſſio generationis, & honor familiæ, &c. Ergo Papa non poteſt commutare talem voluntatem, niſi ſolum in terris, in quibus habet iuriſdictionem temporalem, & etiam tunc ex cauſa, vt ſtatim dicam.

Secundo probatur; Quia Papa, vt optime ait Caſtro *conſilio* 288. *num.* 3. non poteſt auferre 3
dominium ab aliquo laïco, qui illi non fuerit temporaliter ſubiectus: Nec etiam ab aliquo clerico, qui vixerit extra terras, quæ ſunt ſubiectæ temporaliter ipſi Papæ, verba Caſtri ſunt hæc: *Papa non poteſt auferre dominium alicui laico non ſuppoſito ſuæ iuriſdictioni temporali; non enim po-* 4
teſt actum iuriſdictionalem in illum exercere; Et idem dicendum eſt de clerico, qui non eſſet ſubditus, niſi ratione clericatus, vt qui non eſſet de terra ſuppoſita temporali iuriſdictioni Papæ: nam dico, quod dominium rei, quam non haberet vt clericus ſed vt laicus quilibet, puta ex ſucceſſione, vel ſuo contractu, aliunde, quam de bonis Eccleſiæ, ſic non poſſet ſibi Papa auferre, ſicut nec alicui laïco, non habetur, vt laicus, argumento, ff. de adop. ſi pater, §. 1. ad exhibendum, l. de eo, §. fin. cum ſi Hucuſque Caſtro, ſed ſic eſt, quod hic maioratus

eſt extra terras, vbi Papa habet iuriſdictionem
temporalem: Atqui epiſcopus, qui illum inſti-
tuit non eſt ſubiectus Papæ, niſi vt clericus, ſi-
quidem eſt naturalis regni. extra iuriſdictionem
temporalem Papæ; talis maioratus non fuit in-
ſtitutus ex bonis Eccleſiæ, ſed ex bonis patrimo-
nialibus, quæ Archiepiſcopus poſſidebat vt lai-
cus; ergo Papa non poterat priuare eius ſucceſ-
ſores vocatos, iuxta inſtitutionem eiuſdem ma-
ioratus dominio ſuo, nec poterat priuare talem
inſtitutorem dominio ſuæ voluntatis, quæ tem-
poraliter non erat illi ſubiecta.

Tertio probatur. Quia Papa non habet in ter-
5 ris Regum Chriſtianorum dominium actu, neque
iuriſdictionem, quoad temporalia, *cap. per ve-
nerabilem*, *§. rationibus*, & ibi Innocentius. &
alij apud Alexandrum, *lib. 1 conſiliorum conſilio 3.
n. 1.* Vbi dicit, quod Papa non debet ſe intro-
mittere cum ſubditis Imperatoris, niſi quando il-
le negligeret facere iuſtitiam; ſed ſic eſt, quod
mutare voluntatem huius teſtatoris, eſt exercere
iuriſdictionem, quoad temporalia, & intromitte-
re ſe cum ſubditis alterius regis abſoluti; ergo Pa-
pa non poteſt id facere extra terras ſibi tempora-
liter ſubiectas, & in quibus habet actu dominium
& exercitium iuriſdictionis.

6 Quarto probatur. Quia Papa etiam de pote-
ſtate abſoluta non poteſt mutare voluntates teſta-
torum, etiam quoad legata pia, niſi ex cauſa iu-
ſta, publica, & vniuerſali, vt tenet cum Pinello,
Burg. de Paz, Sarmiento, Molina, Soſimo, Drie-
do, & aliis Sanchez, *in conſiliis lib. 4. cap. 2. dub 2.
n. 3.* Mantica, *lib. 1. tit. 7. n. 19.* Ergo a fortiori ne-
que quoad bona ſæcularia, & ſucceſſiones maio-
ratuum; Sed ſic eſt, quod Papa in hoc caſu, diſ-
penſauit abſque cauſa publica, & vniuerſali: Er-
go talis diſpenſatio fuit ſubreptitia. Minor ſub-
ſumpta probatur; cætera enim patent, nam vt
conſtat *ex bulla*, cauſa, quæ mouit Pontificem,
fuit ne maioratus tranſiret ad conſanguineum re-
motum, & quaſi extraneum, remanentibus filia-
bus vltimi poſſeſſoris abſque dote; Sed ſic eſt,
quod hæc cauſa eſt particularis, & non pertinet
ad bonum publicum, & commune, nec eſt pro-
pter publicam vtilitatem, quæ cauſa omnino erat
neceſſaria, vt cum multis late probat Couarruuias,
lib. 3. variorum, cap. 6. n. 8. Et cum Craueta, Bart.
& aliis Marta, *de iuriſdictione p. 4 cent. 1. caſu 74.
n. 16.* Ergo Papa non poterat commutare volun-
tatem teſtatoris, & per conſequens talis commu-
tatio fuit ſubreptitia.

7 Quinto probatur. Quia eſt de iure naturali,
quod voluntas teſtatoris in ſpecifica forma im-
8 pleatur, vt cum communi Doctorum probat San-
chez, *in conſiliis lib. 4. cap. 2. dub. 1.* Sed ſic eſt
quod Pontifex non poteſt diſpenſare in iure na-
turali, abſque cauſa pertinente ad bonum publi-
cum, & vtilitatem reipublicæ, vt cum multis la-
tè probat Sanchez, *ſuprà*; ergo cum in caſu præ-
ſenti non daretur cauſa pertinens ad bonum com-
mune, non poterat Pontifex diſpenſare in tali iu-
re naturali. Vnde concludit Couarruuias *lib. 3. va-
riarum, cap. 6. n. 8.* & cum aliis Marta. *ſuprà, n. 18.*
Quod ſi princeps mutando abſque cauſa publica
voluntatem teſtatoris, potius tyrannidem, quam
iura, & leges exercet.

9 Sexto probatur, quia Papa non poteſt auferre
ordinem iudiciarium, niſi quoad ſuum forum, vt
ait Gloſſa, *in Clementinam diſpendioſam de iudi-
ciis, in verbo vſuras*, vt cum aliis notauit Alexan-
der, *lib. 5. conſiliorum conſilio 3. n. 2.* Quod etiam
notauit Baldus, *in C. eorum. §. in fin. C. de vſuris*;
Sed ſic eſt, quod ſi extra ſuas terras, vbi Papa
habet iuriſdictionem temporalem, poſſet muta-
re voluntates teſtatorum, quoad bona profana,
tolleret ordinem iudiciarium extra ſuum forum;
ergo Papa non poterat mutare voluntatem huius
teſtatoris. 10

Septimo probatur: Quia Pontifex non poteſt
ſine iniuria tertij auferre dominium priuatum, ni-
ſi ex cauſa fidei vtili, vel Eccleſiæ. vt ex multis
teſtibus, & Doctoribus probat Couarruuias, *va-
riarum lib. 3. cap. 6.* & *in epit. 2. cap. 8. §. 8.
n. 16.* ſed ſic eſt. quod ſi Papa poſſet mutare vo-
luntatem huius teſtatoris priuaret tertium, ad
quem veniebat hic maioratus dominio, cum illius
iniuria, ſiue cauſa vtili fidei, vel Eccleſiæ: ergo
non poteſt mutare talem voluntatem.

Octauo probatur. Quia Pontifex non poteſt 11
aliquem legitimare extra terras, vbi habet iuriſ-
dictionem temporalem ad bona temporalia, vt
cum multis notavit Couarruuias, *in Epit. cap. 8.
§. 8 n 14* Molina *tract. 2 de iuſtitia, tom. 1. d. 173.
n. 2.* Molina *de primogenitu lib. 3 cap. 2. n. 11* & pa-
tet, *ex cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi.*
Et ratio eſt, quia faceret magnam iniuriam Regi,
diſponendo de ſuis ſubditis, & auferendo ab eis
ius, quod reſpectu illorum habebat illos legiti-
mandi, vt bene cum multis notauit Couarruuias
ſuprà; ſed ſic eſt. quod eandem iniuriam faceret
regi, ſi poſſet habilitare fœminas, vt ſuccederent
in hoc maioratu, quando ex teſtamento erant ex-
cluſæ; ergo Papa non poteſt illas habilitare, quoad
bona temporalia.

Confirmatur primò. Quia Pontifex non po- 12
teſt legitimare in præiudicium tertij, vt late pro-
bat Alexander *lib. 5. conſilio 3. num. 1.* Sed ſic eſt
quod hic habilitat in præiudicium tertij, ſcilicet
ſucceſſorum vocatorum à teſtatore; ergo Papa
non poteſt illas habilitare. Nec obſtat quod ius 13
adhuc ſucceſſoribus non eſſet acquiſitum; Nam vt
bene reſpondit Couarruuias, *lib. 3. variarum cap.
6. num. 9.* ex hoc reſcripto, teſtatori verum
dominium habenti, & eius voluntati omnino præ-
iudicatur.

Confirmatur 2. Quia vt cum multis notat Co- 14
uarruuias; *ſuprà n. 14.* Pontifex, nec etiam reſpe-
ctu ſui proprij ſubditi poteſt exercere ſuam iuriſ-
dictionem temporalem reſpectu rei, quæ eſt ex-
tra ſuum territorium temporale; ſed ſic eſt, quod
hic maioratus eſt extra territorium temporale
Pontificis; ergo etiam ſi teſtator fuiſſet ſubditus
Pontificis, quoad temporalia, non poſſet exerce-
re in illo ſuam iuriſdictionem, quoad talia bona
temporalia, quæ ſunt extra ſuum territorium tem-
porale, qualis eſt hic maioratus.

Confirmatur 3. quia Pontifex non poteſt legi- 15
timare filium ſæcularem clerici, vt ſuccedat in
bonis patrimonialibus patris ſui clerici extra ter-
ras ſibi temporaliter ſubiectas, vt cum multis la-
te probat Couarruuias. *ſuprà n. 19.* eſtque ſenten-
tia communis; Et ratio eſt, quia perſona, quæ le-
gitimanda eſt, ſæcularis eſt, & bona ſunt tem-
poralia, ſed ſic eſt, quod idem procedit in habi-
litatione fœminarum, vt poſſint ſuccedere in hoc
maioratu, ſiquidem perſonæ habilitandæ ſunt
ſæculares, bona ſunt profana, & temporalia; ergo
Pontifex extra terras vbi habet iuriſdictionem

tempora

temporalem,non poteſt habilitare tales mulieres, nec commutare voluntatem teſtatoris.

16 Nec obſtat ſi dicas, Pontificem poſſe commutare voluntates teſtatorum iuxta Tridentinum, *ſeſſ.22.cap.6.de reformatione.* Reſpondetur namque, id intelligi reſpectu legatorum piorum, & non reſpectu bonorum temporalium, & maioratuum, ſpecialiter quando eſt in damnum tertij. vt ex Baldo; Pinellus, *1.p.Codic.de reſcindenda venditione cap. 2. n. 19.* Et in eodem ſenſu loquitur Barboſa, *in Collectaneis Doctorum ſuper Tridentinum.ſeſſ.22. de reformatione cap.6.per totum*, Rodriguez, *2.tom.quæſtionum regularium, q.126.art. 9.* Molina, *tom.1.de iuſtitia,d.29. num. 28.* Fragoſus, *tom.3.d.19 §.1.n. 3.* Quod euidenter probatur; nam idem Molina, *tom. 1.de iuſtitia, d.29. num.8.* querit, An poſſit Pontifex auferre Regnum à quadam perſona, cui ex ſucceſſione, vel electione Regnum venit.& alteri dare? Et reſpondit cum Victoria, Turrecremata, & aliis, non poſſe nouus conſtituere, priuando eum regno, ad quem in defectu depoſiti, ius regni alioquin pertineret, quales eſſent reſpublica, & optimates illius. Excipe niſi in ordine ad bonum Eccleſiæ, vt ſtatim addit. Vnde ſic argumentor,

17 Pontifex non poteſt priuare regno perſonam, cui venit regnum per ſucceſſionem, vel electionem, niſi ad bonum fidei, vel Eccleſiæ: ergo etiam non poterit priuare aliquem maioratu temporali, ad quem venit ſucceſſione, vel vocatione teſtatoris; conſequentia præter quam quod ſit certa, ſiquidem in maioratibus philoſophatur ſicut in regnis, probatur,quia ſi Pontifex ideo poteſt mutare ſucceſſionem maioratus, quia poteſt mutare, & alterare voluntatem teſtatoris, quia eſt actus potentiæ ſpiritualis, eodem modo poterit alterare voluntatem primi regni inſtitutoris, qui regnum à Barbaris occupauit, & qui diſpoſuit formam ſucceſſorum, vel actum electionis reipublicæ, ſiquidem eſt actus voluntatis; ſed ſic eſt, quod non obſtante, quod hi ſint actus voluntatis, Papa non poteſt tale quid efficere, quia eſt circa bona profana, niſi in ordine ad finem ſpiritualem; ergo eodem modo philoſophandum eſt de aliis maioratibus bonorum temporalium,vnde diſpenſatio in hoc pertinet ad Regem, & non ad Papam.

18 Confirmatur 4 quia Pontifex non poteſt, nec valide,nec licitè agere contra iuſtitiam commutatiuam, quæ exigit vt detur vnicuique quod ſuum eſt, & quod nemo priuetur, neque quoad totum, neque quoad partem ſuo iure,quod habet ad rem, & in re valide, & iuſte, & licite poſſeſſam, vt probat Vidal,*in Arca vitali, titulo de iudice, inquiſitione 5 num.24* Delbene,*tom 1.cap. 5. dub. 26. num. 5.* Sed ſic eſt. quod vocatus ad hunc maioratum per inſtitutorem,habet ius ad rem ad hunc maioratum iuſte, & licite acquiſitum; ergo Pontifex non poteſt eum illo priuare, nec valide, nec licitè, tum indirecte, ad aliquod bonum ſpirituale.vt probat Delbene, *tom. 1. cap. 6. dub. 30. ſeſſ. 1. num.9.*

19 Nec obſtat ſi vrgeas cum aduerſariis, voluntatem teſtatoris, etiam circa profana eſſe ſpiritualem; ſed Pontifex habet poteſtatem ſuper omnem rem ſpiritualem; ergo poteſt commutare voluntatem teſtatoris,vt pote rem ſpiritualem. Confirmatur: quia ex eo Pontifex poteſt legitimare ad bona profana diſpenſando in radice Matrimonij quando fuit nullum, quia matrimonium eſt quid ſpirituale; ſed voluntas teſtatoris eſt quid ſpirituale; ergo ſicut poteſt legitimare ad bona temporalia, diſpenſando in radice matrimonij nullius, ita habilitare ad ſucceſſionem maioratus, commutando voluntatem teſtatoris. Non obſtat inquam. Reſpondetur namque ad inſtantiam, non omne illud quod eſt ſpirituale eſſe ſubiectum Papæ diſpoſitioni, ſiquidem omnes leges principum Chriſtianorum ſunt voluntates talium principum, vt latè dicit cum communi ſententia Palaus, *tract.3.d. 1. p. 1 num 2.* & tamen Papa non poteſt in aliqua diſpenſare, niſi in ordine ad bonum ſupernaturale, vt cum communi ſententia notat Molina, *tract.2.d.12.num.20.* Ergo quamuis hæc voluntas teſtatoris ſit ſpiritualis, non poteſt Papa in ea diſpenſare, ſiquidem eſt quædam lex teſtatoris, & iuris naturalis, & poſitiui Regni,quod imperat voluntatem teſtatoris inuiolabiliter obſeruari.

Pro quo notandum eſt, noſtram voluntatem 20
dupliciter poſſe accipi, vel dum ordinatur ad finem temporalem, vel in quantum ordinatur ad finem ſupernaturalem; ſumpta prout ordinatur ad finem naturalem, etiamſi ſit ſpiritualis, Pontifex non habet ſuper illam poteſtatem, quia alias 21
haberet eandem poteſtatem ſuper gentilium voluntates, quia etiam ſunt ſpirituales, quod eſt falſum,vt latè probat Molina, *tract. 2. d. 12 .n.15.* Confirmatur quia Chriſtiani per fidem non amittunt libertatem naturalem, nec dominium rerum ſuarum, nec iura ſua, vt notauit Molina, *ſuprà, num.15.* Sed ſic eſt quod, ſi Papa poſſet mutare voluntates teſtatorum circa bona profana, iam teſtatores priuarentur ſua libertate, & iure ſuo, ſiquidem mutatæ forent eorum voluntates, & eorum bona aliis dabuntur: ergo Pontifex non poteſt illorum voluntates mutare ob ſpiritualitatem, niſi talis voluntas ſit de re pia, aut ſupernaturali.

Confirmatur 2. Quia ſi Papa poſſet mutare voluntates teſtatorum quoad bona profana, quia tales voluntates ſunt res ſpirituales, fruſtranea eſſet ſententia communis Doctorum, quæ dicit Papam poſſe mutare voluntatem teſtatorum quoad legata pia, non vero quoad temporalia. Dicendum eſt ergo non ſufficere quod voluntas teſtatoris ſit ſpiritualis, vt ſtatim Papa poſſit eam mutare, & alterare; ſed vt ſit ſubiecta, neceſſarium eſt, quod ſit voluntas in ordine ad finem ſupernaturalem. Et hinc fit, quod licet contractus ciuiles 22
ſint actus voluntaris, Papam non poſſe eos abrogare, vel in eis diſpenſare, diſpenſando in voluntate contrahentium, vt latè probat Delbene cum communi Doctorum, & tenetur ſtare contractui à ſe inito cum aliis, vt probat idem Delbene, *tom. 1. cap. 5. dub. 14. ſect. 12. n.1.* Nec poteſt auferre dominium bonorum temporalium à domino ſuo, & eſt ſubiectus iuri naturali, & gentium, vt probat idem Delbene, *ibi.* Sed ſic eſt quod mutando inſtitutionem huius maioratus, aufert dominium ab illo, cui veniebat iure naturali, & gentium; ergo id non poteſt Papa efficere.

Ad confirmationem reſpondetur, quod adhuc concesſo, quod Papa poſſet legitimare ad bona profana, diſpenſando in radice matrimonij,quando matrimonium non fuit nullum iure naturali, 23
ſed Eccleſiaſtico, vt docent plures Doctores,non

obſtante

obſtante quod contrarium probabilius ſit, vt docent plures DD. quos refert, & ſequitur Decaſtillus, *de matrimonio, d. 8. n. 17.* Adhuc nihil inde infertur contra nos: nam ideo Papa poteſt in dicto caſu legitimate filios ad bona profana, diſpenſando in radice matrimonij, quia diſpenſat in impedimento canonico, ratione cuius matrimonium fuit nullum; vnde quando non præcedit figura matrimonij non poteſt concedere talem diſpenſationem extra ſuum territorium, vt cum Sanchez, & aliis communiter docet Decaſtillus. *de Matrimonio. d.8.n. 27.* Et multo minus poteſt Papa diſpenſare in radice matrimonij, quando matrimonium fuit nullum iure naturali ex defectu conſenſus, nec quando matrimonium erat infidelium, vt docent communiter DD. quos refert Sanchez, *lib 8. de matrim. d.7.n. 3.* Molina, *tom. 1. d.624 n.3.* Thomas Hurtadus, *tract. 12. p.2. cap.1. num. 641.* quia tunc non erat nullum matrimonium ratione alicuius legis Eccleſiaſticæ, in qua Papa poſſet diſpenſare; ergo ex hoc argumento nihil inferri poteſt contra noſtrum caſum, quia quod hic maioratus non tranſeat ad fœminas, non prouenit ex aliqua lege canonica, ſed ex voluntate teſtatoris, quæ ſecundum legem naturalem, & regiam debet obſeruari; ergo cum Papa non poſſit in his legibus diſpenſare, niſi quando ſunt in ordine ad finem ſupernaturalem, cum hæc voluntas ſolum ſit in ordine ad finem temporalem, non poteſt Papa in illa diſpenſare.

24 Nec obſtat id quod ait, quod hæc voluntas teſtatoris ex eo, quod vt ſpiritualis eſt ſubiecta Papæ. Non obſtat inquam, nam vt iam diximus, res ſpiritualis poteſt dupliciter ſumi, vel vt eſt ſpiritualis naturaliter, id eſt, in ordine ad finem temporalem, vel poteſt ſumi ſupernaturaliter, id eſt, quatenus ordinatur ad finem ſupernaturalem; ſi ſumatur ſolum quoad ſuum eſſe naturale, non eſt ſubiecta Pontifici, vt videri eſt in legibus regum, quæ cum ſint actus intellectus, & voluntatis regum, non ſunt ſubiectæ Pontifici, niſi quatenus opponuntur bono ſupernaturali. & vt videri eſt in contractibus inter homines, quos Papa annullare non poteſt extra ſuum territorium temporale, niſi quatenus ſunt contra bonum animæ, vt aduertit Molina *ſuprà n. 14.*

25 Nec etiam obſtat, quod hic inſtitutor maioratus fuerit Archiepiſcopus, ac per conſequens ſubiectus Pontifici. Non obſtat inquam, nam diſpoſitio eius teſtamenti, quoad bona hæreditaria, & patrimonialia non Pontifici, ſed Regi, & eius legibus ſubiecta eſt; ita ex communi ſententia, Abbas, *in cap.* ex literis in fine de pignoribus, Felinus *in dicto capite Eccleſia ſancta Mariæ. n.7.* Barboſa, *in lib. 1. decretalium lit. 3. in ſelectis ad Collectenea Doctorum folio mihi 7. n. 18.* Vbi alios multos citat; ſed ſic eſt quod bona ex quibus ille Archiepiſcopus inſtituit hunc maioratum erant bona patrimonialia, vt conſtat ex ſententia quam dedit Cardinalis Infans in iuſtificatione præmiſſorum pro executione huius breuis, in qua dicit probatum fuiſſe bona maioratus eſſe patrimonialia; ergo diſpoſitio eius teſtamenti quoad hæc bona non eſt ſubiecta Pontifici, ſed Regi.

RESPONSIO AVTHORIS, SECVNDO QVÆSITO.

An in caſu quo Pontifex poſſet mutare ſucceſſionem huius maioratus, id poſſet efficere abſque cauſa, & quæ cauſa ad id requirebatur?

SEcundo quæſitio reſpondi: Quod dato, & non
conceſſo, quod Papa de plenitudine poteſta- 26
tis poſſet commutare voluntatem huius teſtatoris, & ſubſtituere fœminas in dicto maioratu, adhuc debebat eſſe cum cauſa publica, & probata, quæ ad bonum publicum ſpectaret Ita expreſſe ex multis teſtibus, & Doctoribus latè probat Molina, *de primogeniis lib. 1. cap.8. num.31.* Couarruuias, *variarum, lib 3. cap.6. a.... num.7.* Marta,
de iuriſdictione, p.4. cent.1. caſu 74. n.15. Quod 27
adeo verum eſt, quod nec in legatis piis, Pontifex vtendo poteſtate ordinaria poteſt mutare voluntatem teſtatoris, ſine iuſta cauſa, vt cum multis latè probat Marta, *ſuprà, num.4.* ergo à fortiori non poteſt mutare voluntatem teſtatoris reſpectu bonorum ſæcularium extra ſuum territorium temporale, niſi eo modo quo poteſt princeps ſupremus, hoc eſt, cum publica cauſa pertinente ad bonum commune reipublicæ, vt late probat Molina, Couarruuias, & Marta, *locis citatis.* ſed ſic eſt, quod in hac diſpoſitione commutationis vltimæ voluntatis huius teſtatoris, quam fecit Pontifex non allegatur, nec probatur cauſa publica pertinens ad bonum publicum, ſed ſolum quod alias tranſiret maioratus ad perſonam conſanguineam nimis remotam, & quaſi extraneam, remanentibus filiabus vltimi poſſeſſoris abſque dote, quæ omnia ſunt bona priuata, nec Papa in tali Bulla vtitur de plenitudine poteſtatis: ergo talis Bulla
debet vt ſubreptitia iudicari. 28

Confirmatur primo. Quia vt cauſa probetur debet citari pars, cui hæc diſpenſatio voluntatis teſtatoris præiudicabat, quæ erat illa perſona nimis remota, & quaſi extranea, de qua loquitur breuis, vt cum multis Doctoribus reſoluit Molina, *de primogeniis, lib. 1. c. 8. num. 33.* vbi plures affert textus, & Doctores; ſed ſic eſt quod in tali breui, nec in probatione præmiſſarum non fit mentio talis citationis partis, quod erat neceſſarium, ſiquidem diſponendo Pontifex aliquid in præiudicium ſucceſſorum, cauſa non præſumitur, niſi probata fuerit, & conſtet de citatione partis, vt ibi cum multis reſoluit Molina, & Marta, *ſuprà, num. 18.* Ergo cum tali breui non fiat talis mentio, præſumitur ſubreptitium, & nullum eſſe.

Confirmatur 2. Quia Pontifex quando diſpen- 29
ſat in radice matrimonij, nunquam vult diſpenſare cum præiudicio tertij, niſi in diſpenſatione dicat, id facere ex certa ſcientia; ſemper enim in reſcriptis intelligitur, ſine tertij præiudicio, vt patet per textum, *in l. prima, §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publico*, & tenet cum Saliceto, Hippolyto, Remin. *conſil. 46. num. 2. col. 5.* & cum Sanchez, Decaſtillus, *de matrim. d.8. n. 25.* Sed ſic eſt, quod in hoc reſcripto non dicit Pontifex ſe id efficere ex certa ſcientia; ergo non vult diſpenſare cum præiudicio tertij: Sed hæc diſpenſatio

erat

etatin grauiſſimum præiudicium illius tertiæ perſonæ remotæ, & quaſi extraneæ, ſiquidem ab eo auferebat grauiſſimum, & dinſſimum maiotatum: ergo talis diſpenſatio fuit omnino nulla, & ſubreptitia.

RESPONSIO AVTHORIS, TERTIO QVÆSITO.

An ſi cauſa allegata eſſet falſa, ſcilicet quod mortuo hoc vltimo poſſeſſore ſucceſſio tranſibat ad perſonam nimis remotam, & quaſi extraneam, cum actu eſſet quidam conſanguineus in ſecundo gradu vltimi poſſeſſoris vocatus Sancius de Touar manſit irrita talis commutatio, & diſpenſatio Pontificia.

30 TErtio quæſito reſpondi, quod ſi cauſa motiua, quæ allegata fuit ad diſpenſationem fuit falſa diſpenſatio, & commutatio eſt totaliter irrita, & nulla in hac concluſione; conueniunt omnes textus, & Doctores apud Sanchez, *de Matrimonio lib.8 d.3.num.4.* Et patet *ex cap. circa de conſanguin. cap. ſi eo tempore de reſcriptis in 6.* Vnde ſi tempore quo Papa committit diſpenſationem, & exequitur diſpenſatio ab Ordinario cauſa motiua eſt falſa, certum eſt talem diſpenſationem eſſe nullam, & ſubreptitiam, vt cum multis late probat Gutierres, *tractatu de Matrimonio,*
31 *cap.26.n.1.* Imo etiam ſi cauſa tantum ſit impulſiua, vt tenent multi DD. quos refert Sanchez, *de matrimonio lib.d.19.n.10.* Vnde cum in hac diſpenſatione, nec in ſupplicatione in breui, alia cauſa allegatur, niſi quod ne ſucceſſio huius maioratus iret ad perſonam nimis remotam, & quaſi extraneam ſi tempore quo petita fuit diſpenſatio exiſtebat aliquis conſanguineus nimis propinquus, qualis eſt conſanguineus in ſecundo gradu, ſequitur quod talis ſupplica fuit ſubreptitia, ſiquidem tacuit veritatem, & ſupplicauit quandam falſitatem, ob quam motus eſt Pontifex ad diſpenſandum; ergo cum de facto in illo tempore, quo facta eſt ſupplica exiſteret quidam conſanguineus in ſecundo gradu lineæ tranſuerſalis filius fratris vltimi poſſeſſoris vocatus Sancius de Touar, qui ex diſpoſitione teſtamenti veniebat hic maioratus, ſequitur talem diſpenſationem fuiſſe ſubreptitiam ex defectu veritatis cauſæ motiuæ, quæ fuit allegata, quæ ſi ita ſunt, neſcio quæ dubitatio eſſe poteſt bullam fuiſſe ſubreptitiam.

RESPONSIO AVTHORIS. QVARTO QVÆSITO.

An ſi de facto nunc non exiſteret cauſa, quæ tunc allegata fuit Papæ Pio IV. ad commutandum dictam voluntatem huius teſtatoris, ceſſet talis commutatio, & diſpenſatio?

32 QVarto quæſito reſpondi quod dato quod cauſa quam allegauit ſupplicans fuiſſet vera tempore quo Pontifex commiſit diſpenſationem Cardinali Infanti & dictus Cardinalis diſpenſauit, ſi nunc de facto non exiſtit talis cauſa, quando primo exequenda eſt talis diſpenſatio, eo quod huc vſque nunquam executa fuit, ruit talis diſpenſatio, & omnino manet irrita. Et ratio eſt, quia cauſa, quæ mouit Papam ad concedendum talem diſpenſationem volũtatis teſtatoris, non ſolum verificanda eſt, & exiſtere debet quando gratia, & reſcriptum poſtulatum fuit. & quãdo Papa illud cõmiſit ordinario, & quando ordinarius diſpenſauit, ſed etiam quando talis gratia, & diſpenſatio primo exequitur, & habet ſuum effectum. vt patet ex *cap. generaliter 16. q. 1. & cap. tua de cleric. non reſidene & ex l. Vranius 72. verſic. ſed cum duo ff de fideiuſſor.* & præter alios textus, quos late congerit Sanchez hanc ſententiam tenent Gloſſ. Dec. Ioan. Andreas, Alex. Bald. Felin Probus, Tiraq. & alij, quos refert, & ſequitur Sanch. *lib.8. de matrim. d.30.n.14.* & illam probat Gut *de matrim. cap. 116. n.2.*

Ratio autem eſt: Quia ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus: ergo cum effectus huius diſpenſationis adhuc non ſit poſitus, ceſſante cauſa, quæ mouit Pontificem ad diſpenſandum, eſſet talis diſpenſatio. Alias rationes vide apud Sanchez loco citato. Sed ſic eſt quod in caſu præſenti, adhuc non 33
eſt ſortita ſuum effectum talis diſpenſatio, & gratia Pontificis ſiquidem poſtquam conceſſa eſt, vſque nunc non habuit locum, quia ſemper extitere filij maſculi vltimi poſſeſſoris: ergo ſi de præſenti non exiſtit cauſa quæ mouit Pontificem ad concedendum talem diſpenſationem, & commutationem, ceſſat, & non ſortietur effectum talis diſpenſatio, & commutatio; ſed ſic eſt quod de præſenti deficit cauſa, quæ mouit Pontificem ad concedendum talem diſpenſationem, ſiquidem cauſa, quæ illum mouit fuit ne ſucceſſio maioratus tranſiret ad perſonam remotiſſimam, & quaſi extraneam, remanentibus filiabus poſſeſſoris ſine dote, ſiquidem in præſenti talis maioratus non tranſit ad perſonam remotiſſimam, ſed ad conſanguineum in ſecundo gradu vltimi poſſeſſoris, filium ſororis matris vltimi poſſeſſoris, nec vltimus poſſeſſor reliquit filias, quæ maneant indotatæ, ſiquidem abſque filiis, & filiabus puer diſceſſit è vita, & alias eius mater remanet vxotata & dotata aliis bonis; ergo talis commutatio, & diſpenſatio ceſſat in caſu præ- 34
ſenti, & non debet ſortiri effectum, ſed ſtandum eſt clauſulæ teſtatoris, quæ ait; quod ſuccedat vir ſemper in maioratu, & ſolum poterit vti tali reſcripto, quando concurrerint cauſæ, quæ mouerant Pontificem ad illud concedendum, dato, quod illud in tali caſu valide poſſet concedere.

RESPONSIO AVTHORIS, QVINTO QVÆSITO.

An in caſu quo dicta diſpenſatio ſit valida, An filius filiæ ſecundæ debeat præcedere in ſucceſſione ſorori ſeniori matris ſuæ, ſiquidem Pontifex dicit, quod ſuccedant fœminæ in defectu filiorum maſculorum, vel filiorum maſculorum fratrum.

QVinto quæſito reſpondi, Quod dato, & non conceſſo, quod Pontifex poſſet mutare talem voluntatem teſtatoris, & quod ad id daretur cauſa publica, & hæc fuiſſet vera, & cum citatione partis, & nunc de præſenti exiſteret, adhuc dico

quod in hoc maioratu debet præferri filius ſecundæ filiæ ſorori ſeniori matris ſuæ; ſiquidem ſic diſpoſuit idem reſcriptum Pontificium in illis verbis, *quod ſuccedunt fœmina in defectu filiorum maſculorum vltimi poſſeſſoris, vel filiorum maſculorum ex fratribus*. Et ratio eſt, quia illa clauſula, in defectu filiorum maſculorum ex fratribus, comprehendit etiam filios maſculos ex ſororibus: appellatione
35 namque fratrum, venit ſoror, *l. Lucius. §. Mauia*, vt cum Baldo, Alexandro, & aliis multis Barboſa, *de appellat. verb. viri ſignif. appellat.* 102. *n.* 4. præcipue quando refertur in plurali, prout in caſu noſtro, vt cum Caſtro, Alexander, *lib. 5. conſiliorum, conſil.* 85. *n.* 14. Et cum aliis Barboſa *ſuprà*; Et non colligitur aliud ex mente Pontificis, ſiquidem eius intentio fuit, quantum poſſibile erat accedere ad mentem inſtitutoris, & ſolum ſubſtituere fœminas in caſu, quo maioratus tranſiret ad perſonas adeo remotas, quæ fuiſſent quaſi extraneæ, vt conſtat ex eodem reſcripto.

36 Confirmatur primo: Quia quando in eadem diſpoſitione nominantur fratres maſculi, & ſtatim nominantur fratres, abſque eo quod vocentur maſculi, colligitur, quod in clauſula, in qua ponuntur ſolum fratres, includi fratres, & ſorores, vt cum Tuſco probat Barboſa, *verb. iuris ſignif. appellat.* 105. *n.* 6. Sed ſic eſt, quod in hac diſpoſitione dicit Pontifex, quod ſuccedunt fœminæ in defectu filiorum maſculorum vltimi poſſeſſoris, vel filiorum maſculorum ex fratribus; ergo ſi vellet dicere, quod ſuccederent filij maſculi ex fratribus, & non ex ſororibus, debebat dicere ex fratribus maſculis, ſicut antea dicit, in defectu filiorum maſculorum vltimi poſſeſſoris; ergo ſi ſolum poſuit nomen fratrum, & non fratrum maſculorum, voluit abſque dubio includere fratres maſculos, & fœminas.

37 Confirmatur 2. quia in diſpoſitione Pontificis non eſt admittendum aliquod verbum ſuperfluum & ſine myſterio, vt dicit Baldus, *in rubric. de contract. empt. in q. 9. l. ita ſtipulatus in principio, ff. de vſur. & l. hac leg. ff. de contract. empt. facit l. ſi quando in princ. de leg.* 1. *& cap. ſi Papa de priuileg. in* 6. & notat Alexander, *conſilio* 85. *n.* 10. Sed ſic eſt, quod illa verba filiorum maſculorum, fuiſſet ſuperfluum apponere illa in vna parte diſpoſitionis, & non in altera; ergo colligendum eſt, Pontificem ideo poſuiſſe filios maſculos, & non fratres maſculos, vt declararet, quod ſolum deberent ſuccedere filij maſculi vltimi poſſeſſoris vel filij maſculi fratrum vltimi poſſeſſoris, ſiue fuiſſent tales fratres vltimi poſſeſſoris maſculi, ſiue fœminæ.

38 Confirmatur 3. quia commutatio voluntatis teſtatoris facta à Papa, in dubio debet interpretari, vt quantum minus fieri poterit derogetur menti teſtatoris Anch. *conſil.* 282. *per totum*, Tuſcus, *tom* 6. *concluſ.* 53. *n.* 12. Sed ſic eſt, quod ſumus in dubio, an nomen fratrum, comprehendat etiam filios maſculos ſororis: ergo cum comprehendere illos ſit conformius ad mentem teſtatoris, ſic intelligendum eſt.

39 Confirmatur 4. quia Papa in dubio, non videtur velle derogare iuri tertij, maxime cum de eo mentionem non faciat, *cap. ſuper eo de offic. delegat. cap. quamuis de reſcriptis, in* 6. *l. nec auſ. C. de eman. liber. l. impuberi, ff. de admin. & tenet* Alexander, *conſilio* 3. *lib.* 5. *n.* 4. Sed ſic eſt quod ſumus in dubio. An nomine fratrum velit Papa comprehendere ſorores; ergo præſumendum eſt noluiſſe præiudicare filiis maſculis ſororum vltimi poſſeſſoris, ſiquidem id non declarauit.

Nec obſtat ſi dicas, quod appellatione fra- 40
trum non venit ſoror, eo quia in odioſis, maſculinum non includit fœmininum: Nam huic obiectioni, reſpondeo cum Baldo, & aliis, quos refert, & ſequitur Alexander, *lib.* 4 *conſil.* 85. *num* 14. Quod vbicunque aliqua diſpoſitio, vel ſtatutum concernit qualitatem perſonarum, tunc reſpectu perſonarum, quibus fauetur illa diſpoſitio, eſt fauorabilis, & extendenda, quoad illas perſonas, quibus fauetur; reſpectu vero illarum perſonarum, quæ ex dicta diſpoſitione grauantur, illa diſpoſitio cenſetur odioſa, & reſtringenda, per illam doctrinam, & ex gloſſa, *in dicta l. vnica*, & notat gloſſa, *in l. ſed ſi hac §. ſi ff. eo & in l. qui bona §. ſi aliena de dam infe.* ex quo inferunt Bald. & Sal. *in dicta. l. vnica*, prædictam diſpoſitionem ex parte fratrum, qui vocantur cenſeri fauorabilem, & extendendam, vt appellatione fratrum, contineatur ſoror, vt in *dicta l. Lucius §. Mauia*; Hæc omnia Alexander, *lib.* 4. *conſil*, 85. *num.* 14. Et quod hæc diſpoſitio non ſit ad conſeruandam agnitionem probatur; quia hæc diſpoſitio admittit fœminas in defectu maſculorum, vt ex multis late probat Alexander, *lib.* 4 *conſil.* 85. *num.* 6.

Tandem concludo, dico quod adhuc ſtando in verbis prædicti reſcripti, hic maioratus venit ad filium ſororis matris vltimi poſſeſſoris, quod ex verbis ipſius bullæ ſic probo. *Si illum, vel quemcunque alium legitimum dicti maioratus ſucceſſorem, abſque filiis, & deſcendentibus maſculis legitimis, ſiue laicis, ſiue clericis diſcedere contigerit, tunc & eo caſu, ſucceſſio maioratus præfati*
ad eius filiam. &c. Aduenias. Vbi notandum eſt 41
hunc maioratum, etiam ſtando in diſpoſitione Papali, ſolum poſſe venire ad filiam maiorem vltimi poſſeſſoris, quando vltimus ipſe poſſeſſor mortuus fuerit abſque filiis, & deſcendentibus maſculis, ſed ſic eſt quod Pater dominæ pretendentis, ſi mortuus fuit abſque filiis maſculis, non mortuus fuit abſque deſcendentibus maſculis, ſiquidem quando è viuis diſceſſit, iam habebat quendam nepotem, qui eſt verus, & legitimus deſcendens, ſiquidem illud verbum, *deſcendentibus*, adiectum filiis, operari ſolet, ne appellatione filiorum nepotes veniant Soncinas iunior, *conſ.* 168.
n. 5. Hier, Mago, Dec. Luca 83. *n* 2 & notauit Bur- 42
ſato, *lib.* 3. *conſiliorum conſil.* 317. *n.* 14. & qui ſunt ſpecifice ſubſtituti, prius ſuccedere debent, & donec quis de illis ſuperſit, nemo comprehenſus in collectiua generali, vel eius liberorum admittitur, *Decis. conſil.* 1. *in fine*, Curt. iun. *conſil.* 58. *num.* 3. *& conſ.* 161. *n.* 5. Alciat *in l. liberorum verſi.* 4. *ff. de verb. ſignif.* & cum multis appellat communem Burſato, *lib.* 2. *conſ.* 170, *n.* 19. Ergo talis maioratus exiſtendo, vt de facto exiſtebat nepos, & deſcendens maſculus, non poterat venire ad filiam poſſeſſoris, ſed veniebat ad nepotem.

Nec obſtat quod talis nepos adhuc non fuiſ- 43
ſet natus tempore mortis vltimi poſſeſſoris, ſiquidem ſufficiebat, quod fuiſſet conceptus; nam conceptus pro iam nato habetur: *l. qui in vtero, ff. de ſtatu homin. l. communi, §. ſed ſi ff. communi decid. l. cum inter, C. de fidei. C. libert.* Tiraquellus, qui plura refert, *de retract. §.* 1. *gloſſa* 9. *num.* 75. *& in l. ſi vnquam, verbo ſuſcepit liberos, num* 153. & ita omnes ſcribentes, vt teſtatur

ſtatur Molina, *de primogeniis, lib 3. cap.10.n. 2.* ergo cum nepos iam fuiſſet conceptus, non poterat filia ſuccedere in maioratu ex defectu deſcendentium maſculorum, ſiquidem iam extabat nepos, qui erat legitimus deſcendens maſculus; quapropter ſi eius mater, quæ de illo grauida erat poſſeſſionem dicti maioratus accepit, fuit loco filij, quo grauidata erat, & non pro ſe, vt clare apparet, & in hoc non inuenio aliquam difficultatem.

Hoc ſuppoſito addito, quod mortuo tali nepote, qui fuit per aliquos annos vltimus poſſeſſor iſtius maioratus, ei ſuccedendus eſt in hoc maioratu eius conſanguineus maſculus filius alterius ſororis matris ſuæ, etiam ſtando in eadem diſpoſitione Pontificia, ſiquidem in illa diſponit Pontifex in hac forma. *Et idem in tranſuerſalibus dicti maioratus pro tempore poſſeſſoris in perpetuum obſeruetur, vt quod, ſi poſſeſſor ipſe, abſque deſcendentibus, maſculis legitimis & fœmininis deceſſerit, ſucceſſio ad eius proximiorem in gradu deueniat; ita quod ſi fœmina luca, legitima, honeſte viuens, & de conſenſu patris vel matris, vel ſub eius protectione fuerit nupta, aut ſoluta, ſoror ipſius poſſeſſoris fuerit illa, non exiſtentibus fratribus maſculis legitimis poſſeſſoris, vel filiis legitimis maſculis ex fratribus, admittatur.* Sed ſic eſt, quod hic vltimus poſſeſſor deceſſit abſque filiis, vel filiabus, neque deſcendentibus, nec habet fratres, aut ſorores, vel filios fratrum, aut ſororum: ergo ſucceſſiva eſt in hoc maioratu perſona proximior in gradu ex linea tranſuerſali, & in eodem gradu debet maſculus præcedere fœminæ; ſed ſic eſt, quod in ſecundo gradu lineæ tranſuerſalis eſt fœmina ſoror matris vltimi poſſeſſoris cum quodam filio maſculo legitimo ex Domino Ioanne de Saldanha: ergo iſte puer, vt maſculus, & eiuſdem gradus, & vt filius ſororis penultimi poſſeſſoris huius maioratus hoc titulo debet ſuccedere in dicto maioratu, & non mater vltimi poſſeſſoris, cui infans mortuus eſt.

Et ratio eſt, quia Breuis Pontificius ſolum admittit filium, & deſcendentes vltimi poſſeſſoris & in defectu illorum ſubſtituit ex linea tranſ-
44 uerſali proximiorem in gradu, præcedendo in eodem gradu maſculos fœminam; ſed in his terminis, non poteſt ſuccedere mater vltimi poſſeſſoris, ſiquidem eſt aſcendens, & non deſcendens; ergo ſuccedere debet eius conſanguineus in ſecundo gradu filius ſororis matris vltimi poſſeſſoris; ſiquidem tanquam maſculus præcedit in eadem linea matri ſuæ, quæ eſt ſoror matris vltimi poſſeſſoris, quæ cum vltimo poſſeſſore eſt etiam in ſecundo gradu conſanguinitatis. Et quod non poſſit ſuccedere mater vltimi poſſeſſoris probatur, quia ſucceſſionis verba, ſolos deſcendentes reſpiciunt, & illis conueniunt: ergo talis maio-
45 ratus non poteſt venire aſcendentibus ex vulgata regula, *l. in agris, ff. de acquirend. rerum domin.* vbi cauſa limitata, limitatum producit effectum, obſtat enim concedentis voluntates, qui in fauorem deſcendentium duntaxat conceſſit maioratum, parentes namque noluit admittere, quod etiam ex *regula l. cum prater, ff. de iudic.* deduci-
46 tur. Tum quia in defectu filiorum, & deſcendentium vltimi poſſeſſoris vocat tranſuerſales, ſed ſic eſt, quod vnius lineæ incluſio, alterius ſcilicet parentum eſt plena excluſio, vt habetur, *in 6. nonne de præſumpt. & in l. maioratus, C. de præſumpt.* ergo talis maioratus debet tranſire ad lineam tranſuerſalem, & non ſuccedere ad matrem vltimi poſſeſſoris.

Confirmatur, quia in emphyteuſi, quando conceditur filiis, & deſcendentibus, non poteſt talis
emphyteuſis venire ad patrem, vel matrem vlti- 47
mi poſſeſſoris, ratione formæ conceſſionis, quæ ſolum reſpicit filios, & deſcendentes, & non aſcendentes, vt cum multis latè probat Caldas, *de iure emphyteutico, lib. 2. q. 12. n. 38.* Ergo cum Pontifex in hoc Breui diſponat, quod re manente vltimo poſſeſſore abſque filiis, & deſcendentibus tranſeat maioratus ad lineam tranſuerſalem, ad conſanguineum in gradu proximiorem, præcedendo in eodem gradu maſculos fœminæ, non poteſt talis maioratus tranſire ad matrem vltimi poſſeſſoris, ſi quidem hæc non eſt deſcendens, neque ex linea tranſuerſali, quod ſi dubium videtur, formæ conceſſionis tribuendum eſt, vt optimè ait Caldas, *ſuprà num. 38. prope finem*: quapropter dico, quod hic maioratus venit omnibus viis huic conſanguineo in ſecundo gradu vltimi poſſeſſoris filio ſororis matris ipſius vltimi poſſeſſoris. Tum ex vi primæ inſtitutionis, tum ex omnibus clauſulis diſpenſationis Pontificiæ.

RESPONSIO AVTHORIS, SEXTO QVÆSITO.

An pars grauata in hoc caſu poſſit recurrere ad iudicem regium, vt tollat violentiam, quæ illi infertur in executione huius reſcripti Pontificis.

PRo nota huius quæſiti ſciendum eſt, matrem vltimi poſſeſſoris huius maioratus accepiſſe poſſeſſionem huius maioratus, dicens ad ipſam ex vi prædictarum literarum Apoſtolicarum, vt pote filiam ſeniorem penultimi poſſeſſoris aui vltimi poſſeſſoris venire ipſum maioratum, excludendo ſecundam filiam eius ſororem, & eius filium maſculum legitimum. In hoc ergo caſu quæritur, an hic filius eius ſororis iunioris, cui deuenire maioratum ex omnibus titulis iudicauimus, tam ex vi primæ inſtitutionis, quam ex diſpoſitione Pontificia grauatus à iudice Eccleſiaſtico, qui minus bene iudicauit maioratum ex vi prædicta diſpenſationis Pontificiæ pertinere ad filiam ſeniorem penultimi poſſeſſoris poſſit recurrere ad iudicem regium pro tollenda violentia, quæ illi infertur in mala executione huius reſcripti Apoſtolici?

Et reſpondi poſſe, ſic enim practicatur in hoc regno, & ſatis probabile eſt, id non continere aliquid contra libertatem Eccleſiaſticam, vt docent Couarruuias, Dreido, Humada, Azeuedo, Pereira, quos refert, & ſequitur Fr. Criſtophorus à S. Ioſeph. verbo bulla cœnæ. *dub. 3. concluſ. 53. num. 3.* Salgado, Segura, Calliſtus, Auendaños, Soce, Aragonius, Cenedus, quos refert 48
Delbene, *tom. 2. cap. 9. dub. 6. ſect. 1. num. 21.* Couſa, Portel, Emmanuel à Monte Oliueti, quos ego retuli, & ſecutus ſum *in noſtro directorio confeſſariorum, p. 2.* in expoſitione decimæ tertiæ excommunicationis bullæ cœnæ.

Ratio autem eſt; quia vel hæc bulla diſponit aliquid contra hanc prætendentem, vel non; ſi non diſponit aliquid contra illum, vt ſupra probauimus

bauimus reſponſo 5. violentiam illi. intulit iudex Eccleſiaſticus mittendo mattem vltimi poſſeſſoris in poſſeſſionem huius maioratus, cum non ad illum, ſed ad eius conſobrinum filium ſororis ſuæ pertineret;& in hoc caſu poteſt hic grauatus tecurrere ad iudicem regium, vt auferat violentiam; ſi vero prædicta bulla aliquid diſponit contra hunc prætendentem, recurrere etiam poteſt ad iudicem regium, ſiquidem tunc infert ingentem violentiam ſucceſſoribus huius maioratus, & contineret diſpenſationem duram, & iniuſtam, & ſine cauſa, ex defectu informationis Pontificis; ergo ad iudices regios ſpectat, & non ad Eccleſiaſticos, videre an hæc bulla ſit ſubreptitia, vel an contineat aliquid iniuſtum,& contra leges, & gubernium huius Regni.

49 Nec obſtat, quod vt bona ſint indicata à D. Cardinali Infante, vt legato Apoſtolico huius regni; quia Cardinalis ſolum iudicauit non eſſe ſubreptitiam, non tamen eſſe iuſtam, nec conuenientem gubernio huius regni, & cum fuiſſet legatus Pontificis in ordine ad tegem eius ſententia non habet vigorem, & ſic debet Rex præcipere videte talem bullam per ſuos miniſtros regios, An ſit contra gubernium iſtorum regnorum, An contineat aliquid iniuſtum contra aliquem vaſſalum ſuum, an Pontifex ſe intromittat in iuriſdictione reali, vt de facto in hoc caſu ſe intromiſit, diſpenſando in voluntate huius teſtatoris, quoad bona profana, etſi ita eſſe inuenerit, poteſt Rex nolle ſtare diſpoſitioni factæ, & prætenſorem illum mittere in poſſeſſionem maioratus, vtpote ſucceſſor vocatus ex inſtitutione teſtatoris. Et ſic factum fuit, & maioratus adiudicatus fuit filio ſororis matris vltimi poſſeſſoris, pro quo huc vſque dimicauimus

Sed huius magni ſerpentis capite detruncato, aliud ſurrexit durius contra prædictum puerum, qui potentioribus armis illum prætendit deuorare: Erat iſte quidem filius cuiuſdam ſororis penultimi poſſeſſoris, qui nepotem hunc ipſius penultimi poſſeſſoris prætendit excludere, eo quod nepos non erat natus, ſed tantum conceptus, quando vltimus poſſeſſor maioratus è vita deceſſit; ait enim iſte prætenſor, inſtitutionem maioratus poſtulare, quod ſucceſſor actu exiſtat in humanis, tempore ſucceſſionis, & cum nepos adhuc fuerit in vtero matris, non tamen ipſe, ad illum ex vi inſtitutionis pertinere maioratum. Huic rationi accedit fauor iudicum, qui meo videri contra omne ius, & rationem illi prædictum maioratum, ob ſpeciales reſpectus toti orbi notorios adiudicarunt, ſed non ob id expaueſcit Poſthumus, ſed mutato regni gubernio, & feliciſſimè tranſlato ad ſereniſſimum, & ſemper auguſtum Principem noſtrum Petrum, & ab eo conceſſo, vt par erat, nouo recurſu, & finali iudicio iterum aſſumpſit arma contra dictum iam iniuſtum maioratus poſſeſſorem, & litigio coram nouis iudicibus à rege deſtinatis iterum de nouo agitato ſequens conſultum ego pro huius pueri defenſione propoſui.

CONSVLTVM XXXVII.

De ſucceſſione cuiuſdam maioratus, & intelligentia illius inſtitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Ponitur ſententia multorum iuriſperitorum in hoc conſulto.*
3 *Probatur hæc ſententia ex verbis inſtitutionis huius maioratus.*
4 *Si ad fidei commiſſum ſubſtituatur is, qui tempore mortis grauati reperiatur, ille admittendus eſt, qui talem qualitatem habet, non vero alius.*
5 *Poſthumus non eſt ſuccedendus in maioratu, ſi in illius inſtitutione dicatur, quod ſucceſſor exiſtat tempore mortis vltimi poſſeſſoris.*
6 *Qui in vtero eſt, non exiſtit realiter in humanis, nec in rerum natura.*
7 *Fœtus dum in vtero eſt, portio viſcerum matris eſt.*
8 *Qualitas requiſita ad ſucceſſionem debet adeſſe in ſucceſſore, tempore quo ſucceſſio defertur.*
9 *Illa verba*, ſe a hi ouuer, ou à hi naon ouuer, *quæ reperiuntur in inſtitutione huius maioratus reſpiciunt tempus, quo ſucceſſio deferenda eſt.*
10 *Dictio*, tum, vel, tunc, *reſtringit diſpoſitionem ad perſonas extantes cum qualitate requiſita.*
11 *Verba quæ apponuntur poſt diſpoſitionem factam pro demonſtratiuis reputantur.*
12 *Diſpoſitiones morientium in pendenti eſſe non poſſunt.*
13 *Sicut temporis limitatio continet certum incluſionem, quoad eos quibus eo tempore qualitas requiſita conuenit, ita continet excluſionem, quoad eos, qui eam qualitatem non habeat.*
14 *Illa verba*, ſe ahi ouuet, ou, ahi naon ouuet, *includunt conditionem exiſtentiæ tempore mortis vltimi poſſeſſoris.*
15 *Hæc verba*, ſe ahi ouuer, *ſunt ſimilia his*, ſi ſe halhare.
16 *Hæc verba*, que ſe alhare, *includunt dictam conditionem ſuper exiſtentia tempore mortis.*
17 *Dictio*, ipſi, *eſt perſonaliſſima, & demonſtrat perſonam ad oculum.*
18 *Is qui in vtero eſt demonſtrari, & oſtendi non poteſt ad oculum.*
19 *Verba multoties in diſpoſitione repetita non debent dici otioſa, ſed omnia cum effectu ſuſcipienda.*
20 *Quando teſtator vocauit maſculum exiſtentem tempore mortis vltimi poſſeſſoris, idem eſt, ac ſi proprio nomine vocaret.*
21 *Ille qui in vtero eſt nullum habet qualitatem.*
22 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

23 *Diſpoſi*

23 *Diſpoſitiones hominum non ſunt ciuiliter ad perfectionem intelligendæ, ſed vere, & naturaliter.*

24 *Si verba ad duplicem ſenſum trahi poſſunt, ſcilicet ciuilem, & naturalem, tunc potius ad naturalem trahenda ſunt.*

25 *Fictio non poteſt fieri in præiudicium tertij, qui interim ius acquiſiuit.*

26 *Fictio veritati præualere non debet.*

27 *Si quis ex concubina habeat filium, & poſtea ducat vxorem, & ex ea habeat filium, ſi mortua vxore, nubat cum concubina, licet filius antea habitus ex concubina legitimetur per ſubſequens matrimonium non excludit tamen filium qui legitimus natus fuit à ſucceſſione maioratus.*

28 *Fictio retrotractiua, qua filius naturalis per ſubſequens matrimonium factus eſt legitimus, non poteſt nocere legitimo vero, cui ante fictionem erat ius quæſitum.*

29 *Maioratus, nec etiam per momentum poteſt eſſe in pendenti, ſed mortuo poſſeſſore defertur perſonæ habili, quæ habeat qualitates à teſtatore requiſitas.*

30 *Poſthumi ſolum admittuntur ad ſucceſſionem maioratuum in maioratibus ſimplicibus, & ordinariis.*

31 *Secus eſt dicendum in maioratibus qualificatis, & extraordinariis, in quibus inſtitutor certam aliquam qualitatem, & certo, ac determinato tempore requirit.*

32 *Repræſentatio, & poſthumus haberi pro nato ſunt fictiones iuris.*

33 *Fictio repræſentationis ceſſat, quando inſtitutor diſponit, vt ille ſuccedat, qui tempore exiſtat.*

34 *Quando inſtitutor vocat aliquem ad maioratum poſt mortem ſucceſſoris, idem eſt ac dicere, ſi extet, & reperiatur viuus.*

35 *Proximitas ad ſuccedendum conſideratur non in vita vltimi poſſeſſoris, ſed ex tempore, quo ſucceſſio maioratus defertur.*

36 *Qualitates requiſitæ ad ſuccedendum adeſſe debent tempore, quo ſucceſſio defertur.*

37 *Ponitur contraria ſententia Authoris.*

38 *Probatur ex verbis inſtitutionis huius maioratus.*

39 *Confirmatur 1. ex verbis ipſius inſtitutionis.*

40. *Confirmatur 2. ex eiſdem verbis.*

41 *Melior explicatio alicuius verbi dubij inſtitutionis ſunt ſimilia verba in eadem inſtitutione.*

42 *Mentio mortis facta in verbis conditionalibus, ex quibus reſultat conditio, ſi liberos habuerit, impletur in poſthumo.*

43 *Illa verba*, ſe o ouuer, ou a hi o naon ouuer, *ſunt demonſtratiua temporis, & non realis conditio ſuper exiſtentia illius, qui ſucceſſurus eſt.*

44 *Illa verba*, à ſa morte, *ſunt idem, ac vſque ad mortem.*

45 *Vt diſpoſitio dicatur conditionalis debet eſſe talis formaliter.*

46 *Omnis actus in dubio ſecundùm ius præſumitur purus, & non conditionalis.*

47 *Clericus ſuccedere poteſt in maioratu facto à clerico, ſi in inſtitutione non excludatur, etiamſi inſtitutio excludat fœminas.*

48 *Si inſtitutor volebat excludere poſthumum ab hac ſucceſſione, id debebat declarare.*

49 *Quæ teſtator doctus ſciebat, & non expreſſit, ea noluit.*

50 *Etiamſi in hac inſtitutione daretur conditio nati, tempore mortis vltimi poſſeſſoris, adhuc poſthumus ad hanc ſucceſſionem admittendus eſſet.*

51 *Poſthumus iam anima rationali animatus adimplet conditionem nati tempore mortis vltimi poſſeſſoris.*

52 *Probatur multis textibus, & authoritatibus.*

53 *Hæc reſolutio procedit, etiam contra libertatem datam ſub conditione, ſi tempore mortis non fuerit filius.*

54 *Probatur reſolutio ex lege duodecim tabularum.*

55 *Probatur ex edicto Prætoris,* l. idem prætor.

56 *Probatur ex ſubſtitutione patris familias filiis, quos ſub ſua poteſtate habet, iuxta noſtram ordinationem,* lib. 4. tit. 87.

57 *Si inſtitutor diceret, quod alienante ſucceſſore aliqua bona maioratus, ſtatim ſuccedat conſanguineus proximior, qui tunc inueniatur, poſthumus ſucceſſurus eſt.*

58 *Conceptus in vtero, habetur pro nato.*

59 *Probatur id multis locis ſacra Scriptura.*

60 *Ignorantia illius, qui naſciturus eſt, nihil facit, vt conceptus excludatur à ſucceſſione maioratus.*

61 *Succeſſio ſequitur rei veritatem, & non dubium hominem.*

62 *Dubium præſens, facit iniuſtum illud, quod accidere poteſt, quod ſit iniuſtum de futuro.*

63 *Monſtrum, neque abortus, nunquam iure præſumendum eſt.*

64 *Omnes leges, & Doctores ad omnes hæreditates, ſiue regulares, ſiue extraordinarias, ſiue legitimas, ſiue teſtamentarias, etiamſi habeant conditionem nati tempore mortis vltimi poſſeſſoris admittunt poſthumum, ſi tempore mortis vltimi poſſeſſoris iam conceptus erat.*

65 *Probatur ex ſucceſſione Regni Franciæ.*

66 *Probatur ex ſucceſſione in bonis Coronæ in Regno Portugalliæ, iuxta noſtram ordinationem.*

67 *Probatur ex ſucceſſione Regum Luſitaniæ.*

68 *Probatur ex aliis exemplis.*

69 *Non datur fictio vbi eſt realitas.*

70 *Qui conceptus eſt in vtero, homo realiter eſt.*

71 *Conceptus, ſi ſit vir, poſt quadraginta dies habet animam rationalem.*

72 *Qui habet animam rationalem vere, & realiter eſt homo.*

73 *Poſthumus non indiget fictione, vt ſuccedat in hoc maioratu, ex hominis diſpoſitione.*

74 *Si reguletur ſucceſſio ab inteſtato, lex reputat natum poſthumum.*

75 *Contra diſpoſitionem legis, nequit aliquid opponi.*

76 *Non poteſt aliquid opponi contra præſumptionem de iuris, & iure.*

77 *Lex quæ reputat poſthumum natum, quando agitur de eius commodo, non poteſt tantum dici fingere, quanto quod diſponit.*

78 *Lex in vtero, & Lex qui in vtero, procedunt in omnibus diſpoſitionibus, tum legis, tum in ſucceſſione teſtamentaria ab homine, vel quando ſucceſſio defertur*

ad tempus natiuitatis, vel quando eſt ab inteſtato.

79 *Ius ciuile taliter ampliauit priuilegia conceptis, vt in omnibus caſibus illis vtilibus, vtilitatem eis reſeruauit ad tempus natiuitatis.*

80 *Diſpoſitio legis, potentior eſt diſpoſitione hominis.*

81 *Diſpoſitio teſtamentaria & legitima in iure æquiparantur.*

82 *In iure ſemper eſt facienda benignior interpretatio.*

83 *Dubium voluntatis teſtatoris ſemper interpretandum eſt in fauorem concepti.*

84 *In dubio voluntatis teſtatoris, regulanda eſt illius voluntas per ius commune.*

85 *Semper illa interpretatio fuit ſecurior, quæ ſecuta eſt regulas iuris ciuilis.*

86 *Ius ciuile, & commune reſeruauit poſthumis omnem vtilitatem ad tempus natiuitatis, abſque differentia ſucceſſionis per legem, vel ex teſtamento.*

87 *Æqualiter admittuntur coniectura in diſpoſitionibus teſtamentariis, quam in diſpoſitionibus legitimis.*

88 *In iure, etiam admittuntur coniecturæ, & fictionis in diſpoſitione hominis.*

89 *Poſthumi ſunt tacite vocati in hac inſtitutione ex voluntate teſtatoris.*

90 *Probatur ex verbis inſtitutionis.*

91 *Ponitur prima coniectura.*

92 *Ponitur ſecunda coniectura.*

93 *Ponitur tertia coniectura.*

94 *Ponitur quarta coniectura.*

95 *Ponitur quinta coniectura.*

96 *In hac inſtitutione expreſſe vocatus eſt poſthumus.*

97 *Probatur ex verbis inſtitutionis.*

98 *Si inſtitutor præciperet in hac inſtitutione, quod poſthumus non admitteretur ad illam, talis conditio eſſet nulla.*

99 *Hæc conditio eſſet contra ius.*

100 *Conditio contra ius habetur, vt non appoſita.*

101 *In quocunque actu debet quis ſe reſtringere ad diget de eo loquentes.*

102 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*

103 *Lex de nouo lata, non extenditur ad præterita.*

104 *Noſter poſthumus, ex eo quod conceptus iam erat, exiſtebat in humanis tempore ſucceſſionis.*

105 *Lex cum inter veteres non dicit conceptum non eſſe hominem, ſed non eſſe hominem perfectum.*

106 *In poſthumo exiſtunt omnes qualitates requiſita ad ſucceſſionem.*

107 *Illa verba*, ſe ahi ouuer, ou, ahi non ouuer, *verificantur in poſthumo.*

108 *Non eſt idem*, ſe ahi ouuer, ou, que ſe alhate, *nam prima verba dicunt ſolam exiſtentiam in rerum natura, ſecunda exiſtentiam extra vterum matris.*

109 *Vocatio maſculi vere exiſtentis verificatur in poſthumo.*

110 *Dictio, ipſi, non demonſtrat perſonam ad oculum, ſed refert eandem.*

111 *Demonſtrat etiam in ventre, & non ad oculum.*

112 *Probatur ex loco ſacræ ſcripturæ.*

113 *Illa verba*, à ſa morte, *ſolum volunt dicere*, per ſua morte.

114 *Idem dicendum eſt in ſucceſſione teſtamentaria ac ex lege.*

115 *Non eſt neceſſe quod diſpoſitio hominis expreſſe vocet poſthumum.*

116 *Poſthumi per legem ſunt comprehenſi.*

117 *Etiam niſi expreſſe excludantur.*

118 *Hic non datur fictio retrotractiua, ſed realitas.*

119 *Poſthumus in ventre, vere & realiter exiſtit.*

120 *Hic non datur retrotractio in præiudicium tertij.*

121 *Solum præiudicat tertio, quod ſit contra ius.*

122 *Exemplum de filio concubinæ non venit ad rem, cum tempore, quo ius fuit acquiſitum filio legitimo, filius concubinæ erat incapax ſucceſſionis.*

123 *Si datur poſthumus conceptus, maioratus non eſt in pendente, cum ſtatim illi deferatur.*

124 *Poſthumum haberi pro nato, non eſt fictio iuris, ſed repræſentatio.*

125 *Poſthumum haberi pro nato, eſt priuilegium iuris, non tamen fictio iuris.*

126 *Si in ſucceſſione detur conditio, quod ſolum ſuccederet ille, qui tempore mortis vltimi poſſeſſoris exiſteret, adhuc cenſetur vocatus poſthumus.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

MARTINVS Bracharenſis Archiepiſcopus Hiſpaniarum primas, de bonis ſuis patrimonialibus in vltimo teſtamento maioratum, nuncupatum da Vlineita, inſtituit: dictumque maioratum priori loco eius fratri Mendo Peres reliquit: ita quod ipſo Mendo vita functo, filius eius maſculus maior, laïcus, & legitimus ſuccederet, & poſt eum eius filius maſculus, laicus, legitimus, & poſtea cæteris alios deſcendentes à Mendo, ipſa forma, & ordine ſeruato, ad ſucceſſionem vocauit. Poſtmodum vero, deficientibus dicti Mendi filiis, filium natum maiorem alterius fratris Ioannis, & eius filium, ac deſcendentes, ſub eadem forma ſubſtituit; quibus deficientibus, tertio loco, filios, ac deſcendentes ex quadam ſorore illius ad ſucceſſionem perpetuo, ac generaliter vocavit. Hiſque deficientibus, filios, ac deſcendentes alterius ſororis, ac tandem clericos deſcendẽtes ex vocatis, ad ſuceeſſionem vocauit. Tandem perpetuo, ac generaliter, atque abſolute, atque indiſtincte fœminas à ſucceſſione excludit, verba autem, quibus prædictus vocationes fecit, in quibus tota verſatur controuerſia ſunt ſequentia in lingua Luſitana, in qua ipſe Archiepiſcopus teſtavit.

Mando eſſe lugar da Oliueira à meu Irman Men Peres, con eſta condiſon, que eſſe Men Peres meu irmaman, em toda ù ſa vida aia, e poſſua o dito lugar, &c. Et infrà, *é mando que por morte do dito Men Pere, ô dito lugar da Oliueira fique à ſeu filho primeiro, lidimo, leigo, baran, ſe o ouuer, que nan ſeia filho de Gaiomar Martine.* Et poſtea ſubſtituit. *Ece aquelle filho de Men Peres ouuer ù ſa morte, filho legitimo, leigo, é baran, ò dito Lugar da Oliueira, fique à eſſe ſeu filho primeiro, en ſa vida, com aquella maneira,*

maneira, è condiſtis ditas. Et poſteà. *Eſe naon ouuer filho leigo ledimo, ou baraon, è ouuer filho clerigo, aia odito Lugar da Olineira en ſa vida. è aſi mondo que va pera todo ſempre, e aia cada hum os ditos herdamentos, tam ſolamente en ſa vida de cada hum.* Et ſecundam vocationem fecit hoc modo. *Eſe pornentura Men Peres, à ſa morte, nan ouueſſe filho baraon, leigo, como dito he, eſe aconteceſſe, que à morte daquello ſeu filho nan ſi quaſſe à bi ſeu filho leigo ledimo, è baraon, nen clerigo, como dito he mando que o lugar da Olineira fique filho ledimo, leigo, primeiro baraon, de meu irman Ioan Peres, e ſe eſſe filho de meu irman Ioan Peres, ouueſſe filho baran leigo, e ledimo à ſa morte, ſiquem lhe os ditos erdamentos, e aſin mando que va pera todo ſempre por netos, è que aia cada humos ditos herdamentos tan ſolamente en ſa vida.* Poſtea ſub eadem forma, & eiſdem verbis, & eodem modo, cæteras vocationes filiorum ſororum illius fecit, vt ex inſtitutione apparet, & tandem fœminas omnino excluſit.

Contingit poſtea quod finita agnitione Mendi Peres primo loco vocati in perſona Ludouici, ſine liberis maſculis defuncti, & nulla data deſcendentia agnatitia Ioannis Peres ſecundo loco vocati, nec etiam exiſtente maſculo ex deſcendentibus illarum trium ſororum inſtitutoris, quarum filij maſculi fuerunt ordine expreſſe ad ſucceſſionem vocati, nec etiam aliquo exiſtente clerico inſtitutoris agnato, ſeu cognato, de ſucceſſione dicti maioratus contendunt actor, filius ſororis illius Ludouici vltimi poſſeſſoris, & opponens eius nepos, ex filia ipſius vltimi poſſeſſoris. Et tota difficultas in eo verſatur, quod nepos nondum erat natus, quando auus e viuis diſceſſit, licet iam fuerit conceptus quatuor menſium; Vnde de filiis ſororis Ludouici pertendit nepotem excludere, eo quod tempore mortis vltimi poſſeſſoris nondum erat natus. E contra verò nepos illum excludere pertendit, eo quod iam à quatuor menſibus fuerit conceptus, & ſit deſcendens vltimi poſſeſſoris per lineam rectam; & cum maioratus de quo in præſenti agitur ſit ditiſſimus, magna lis inter iuris peritos noſtri temporis mota eſt ſuper intelligentia verborum inſtitutoris; vtraque enim pars potentiſſima erat, & vtraque pro parte ſua plura iura, & doctores afferebat.

Ponitur ſententia excludens poſthumum, & admittens filium ſororis prædicti Ludouici vltimi poſſeſſoris in ſucceſſione huius maioratus.

2 QVidam præſtantiſſimi Senatores regij in eam fuere ſententiam, quod iſte maioratus filio ſororis vltimi poſſeſſoris deberet adiudicari, nepote excluſo, & de facto adiudicarunt, eo quod nepos non erat natus tempore mortis vltimi poſ-
3 ſeſſoris, quorũ fundamenta hæc ſunt. Primum quia inſtitutor in omnibus vocationibus, & ſubſtitutionibus, quas fecit de filiis nepotibus & pronepotibus ac deſcendentibus tam fratrum quam ſororum ſuarũ ſemper vocauit illũ maſculũ, qui reperiretur, & ſuperſtes eſſet tempore mortis vltimi poſſeſſoris, vt patet diſcurrendo per inſtitutionem vbi dicit poſt vocatum primum fratrem Mendum Peres.

Mando que a morte do dito meu Irmen Men Peres ſi quem à ſeu filho primeirol ledimo, leigo è baran, ſe ò ouuer. Et ibi, *Eſe aquelle filho de Men Peres ouuer à ſa morte filho ledimo, leigo, baran, ſiquem à eſſe ſeu filho primeiro, è ſo nan ò ouuer lidimo, leigo, baran. &c. è ouuer filho clerigo, &c. aia odito lugar, e aſin mando que va pera todo ſempre por netos, è biſnetos. è por todos aquelles que deſcenderem de dito men Peres*, & finitis maſculis de linea, *Mendi Peres*, vocauit, & ſubſtituit maſculos deſcendentes ex linea alterius fratris Ioan. Peres, hoc modo. *E ſe pornentura Men Peres à ſa morte, nan ouueſſe filho baran, &c. E ſe aconteceſſe que abi ò ouueſſe. è à ſa morte daquelle ſeu filho nan ſiquaſſe abi ſeu filho leigo ledimo, ò baran nou clerigo, como dito he, mande que ò dito lugar da Olineira, &c. Fique à ò filho ledimo, leigo primeiro, ò baran de meu irman Ioan Peres, per aquela maneira, &c. E ſo eſſe filho de meu irman Ioan Peres ouueſſo filho leigo, lidimo, e baran à ſa morte, ſiquemlhe os ditos erdamentos, &c. Eſe abi nan ouueſſe filho leigo, baran do dito Ioan Peres, nem de ſeu filho, è abi ouuer filho, ou neto clerigo de algum delles, ſiquem lhe eſſes erdamentos, &c. e aſſim mando que va pera todo ſempre per netos, è biſnetos, &c* Et in eadem forma, & eiſdem vocationibus, & conditionibus poſt extinctos maſculos e fratrum lineis deſcendentes, diſpoſuit circa filios maſculos, nepotes, & pronepotes, ac alios deſcendentes ex ſororibus Oſendæ, Mariæ, & Thereſiæ. Ecce qualiter Archiepiſcopus inſtitutor expreſſis verbis toties repetitis, & geminatis, vocat, ſubſtituit, & inuitat illum tantummodo maſculum, qui extiterit, ſuperfuerit, vel reperiatur tempore mortis eius, qui maioratum poſſedit, ibi, *à ſa morte* & tam in conditionibus, ibi, *ſe o ouuer*, & ibi, *è ſe nam ò ouuer*, quam in diſpoſitionibus ibi, *ſi quem a eſſe ſeu filhe primeire*, & ibi, *ſi quem à eſſe ſeu filhe*, & ibi, *à ſa morte o dito lugar da Olineira.*

De iure vero eſt quod ſi ad fideicommiſſum ſubſtituatur is, qui tempore mortis grauati reperiatur, ipſe admittatur, non vero ille, qui eam qualitatem non habet eo tempore mortis, *l. cum pater* 69. § hæreditatem. 1 *ff. leg. 2. ibi*, qui eo tempore vixerint, *l cum ita* 33. §. 1. *in fideicommiſſis*, Cod. *l. in ſubſtitutione* 31. *ff. vulgari, l. ex facto* 17. §. *penultimo, ff ad* Trebellian. *l. vnum ex familia* 69. §. Rogo, *in fin. ff. leg.* 2. *l. pater alium* 36. § *filiam, ff de leg.* 3 *tone*; Surdus, *conſil.* 375. *n.* 31. *verſiculo vltimo*, etſi eo tempore mortis aliqua qualitas requiratur, is qui eam habet eo tempore ſuccedit, vt in ſpecie in maioratibus tradunt 4
Decius, *conſilio* 63 *à n.* 1. Alciatus, *reſponſo.* 119. *num.* 20. *lib.* 9 Valaſco de iure emphyteutico, *q.* 50. *num.* 13. Coſta de patruo, & nepote 1. *p. num.* 12. Caldas, *conſilio* 15. *n.* 21. 25. 28. & *lib.* 1. *receptarum, q.* 19. *n.* 21. Gabriel Pereira, *deciſione* 116. *n.* 20. infinitos refert Molina, *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 17. Surdus, *conſilio* 403. *num.* 57. Mantica, *de coniecturis lib.* 110. *tit.* 6. *n.* 36. & 7. Menochius, *conſil.* 330. *per totum*, Peregrinus, *conſil.* 33. *n.* 16. *lib* 3. & *de fideicommiſſis, art.* 29. *n.* 1. *vſque ad* 13. Valenzuela, *tom.* 1. *conſil.* 23. *n.* 101. 153. 157. & *conſilio* 97. *num.* 26. Capicius Galeot, *tom.* 1. *controuerſia* 48. *n.* 18. 27. & 47. Auendaño, *lib.* 40. *tauri gloſſ.* 8. *num.* 11. Caſtillo, 5. *controuerſ. cap.* 91. *num.* 45. Ioannes Tanglias de ſacro Rotæ Romanæ auditorio, *lib.* 1. *cap.* 6. *deciſione* 17. *num* 21. Allogradus, *tom.* 1. *conſilio* 60. *num.* 25. & 26. cum ergo 5

tempore

6 tempore mortis Ludouici Franciſci vltimi poſ-
ſeſſoris, nepos adhuc eſſet in vtero, & non exi-
ſte et in humanis, tanquam non habens qualita-
tes requiſitas ab inſtitutore non poterat admitti,
& excluditur à filio ſororis ipſius vltimi poſſeſſo-
ris, eam qualitatem eo tempore habente.

Confirmatur primo: Quia dominus Ludoui-
cus, quamuis in vtero eſſet iam conceptus, non
exiſtebat realiter in humanis, *l. ſed ſi pluris. 10.
§. 1 ff. vulgari, l. circa in principio, l. vbicumque
cum ſequentibus ff. ventre in poſſeſſionem mittendo,
l. generaliter. 24. § ſeruo eius, ff. fideicommiſſ. l. ſi
quis 7. §. de fructibus, ff. exceptione rei iudicat. l.
cum inter veteres 14. C. fideicommiſſ. libert.* Quin-
imo, nec in rerum natura, vt docuit Conſultus
7 Pomponius, *in l. quod in rerum. 24 ff. leg. 1.* & Iu-
ſtinianus, *in §. ea quoque res 8. inſtit. de legat.*
Nam fœtus dum non editur, ſed tantum in vte-
ro eſt, portionem viſcerum matris, & ſpem ani-
manti tantum, non vero hominem eſſe, ne-
que animal, omnes iuriſconſulti cenſuerunt
vnanimiter, *l. 1. §. ex hoc reſcripto, ff. ventre inſpi-
ciendo, l. ſi mulierem, §. ff. ad leg. Cornel. l. 2. ff.
mort. inferendo Papinian. in l. falcidia*, tradont
Acurſ. *verſiculo proſit in l. qui in vtero, ff. ſtatu
hominis*, Baldus, *in dicta l. ſi nunquam, verbo ſuper-
ſit liberos, num.* 148. Donel. *de iure ciuili lib. 8,
cap. 25.* Pinel. *lib. 2 ſelectarum cap. 1.* Amaya, *lib. 3.
obſeruationum, cap. 1. §. 2.* Carranca, *de legit. par-
tu, cap. 90. n. 50.* Valentia, *tract 4. cap. 1. n. 3.* Pe-
trus Gregorius. *Syntagmat. lib. 7. cap. 1. n. 10.* Sur-
dus, *conſil. 375. n. 35. & 36.* Salzedo, *lib. 2. cap. 2.
num. 30.* Si ergo fœtus in vtero conceptus, ne-
que in humanis, neque in rerum natura eſt, ne-
que homo, vel animal, ſed tantum portio viſce-
rum matris, & ſpes animantis, nullatenus dici
poteſt ipſum eſſe maſculum, illum vocatum à te-
ſtatore, exiſtentem, & ſuperſtitem tempore mor-
tis vltimi poſſeſſoris.

8 Confirmatur 2. Quia de Iure eſt vt qualitas
requiſita ad ſucceſſionem adiit in ſucceſſore, vel
ſubſtituto eo tempore, quo ſucceſſio defertur,
aut fideicommiſſum, *l. non oportet. 52. ff. leg. 2.
§. cum qui 104. ff. condict. & demonſtr. l. interue-
nit. 24. ff. leg. preſtat. l. 1. §. 1. ff. vnde cognati*,
cum pluribus aliis iuribus, & in maioratibus tem-
pore mortis vltimi poſſeſſoris tradunt in ſpecie
Molina, *lib. 1. cap. 18. num. 36.* Caſtillo, *8. con-
trouerſ. cap. 15. num. 2. & 5. & cap. 9. n. 5. & 21.*
Surdus, *conſilio. 125. n. 154.* & plurimis relatis Lar-
rea, *2. p. deciſione. 52. num. 19.* Valenzuela *1 tom.
conſil 88. n. 30.* Atqui tempore ſucceſſionis hu-
ius maioratus, Ludouicus clauſus in vtero matris
non habebat qualitates requiſitas ad ſucceſſio-
nem, ſiquidem in rerum natura non exiſtebat, nec
in humanis erat, prout poſtulabat ipſa inſtitutio
maioratus: ergo ei non potuit deferri ſucceſſio
huius maioratus, ſed ei qui actu exiſtebat.

Confirmatur 3. ex relatis verbis inſtitutionis
9 ibi, *Eſe abi ouuer*, & ibi, *è abi naon ouuer*, quæ
verba reſpiciunt tempus, quo vocaretur maio-
ratus, & ſucceſſio eius deferenda eſſet, nam di-
ctio illa, *abi*, noſtro idiomate, præſertim anti-
10 quis temporibus, & hodie, *abi* idem ſignificant,
quod Latine, tum temporis, vel, tunc, quod clarius
expreſſit teſtator infra dicendo. *e ſe abi naon ouuer
à quelle tempo fillio, nem neto, nem biſneto, &c.*
Igitur teſtator diſpoſitionem, vocationem, ac
ſubſtitutionem reſtrinxit, ad illum maſculum,
qui tunc temporis exiſteret, ac ſupereſſet; nam
dictio illa, tum, vel, tunc, reſtringit diſpoſitio-
nem ad perſonas extantes cum qualitate requiſita,
*l. in ſubſtitutione 41. ad fin ff. vulgari. l. 4 §. fi-
nali, ff condit. & demonſtrat. l. huiuſmodi 64. ff.
verb. oblig.* Et tradunt in ſpecie Decius, *conſilio
63. num. 2.* Bart. *in l. qui ſe patris, n. 3. C. vnde li-
beri.* Auendaño, *l. 40. Tauri. gloſſa. 8. n. 30.* Surdus
conſil. 545. n. 16. verſiculo. 3. Fuſar. *de ſubſtitutio-
ne, q. 5. 8. n. 28. & q. 583. n. 31.* Tanaglia, *deciſio-
ne. 17 n. 26.* Sed tunc temporis Ludouicus in hu-
manis non exiſtebat, cum eſſet adhuc clauſus in
vtero matris; ergo ſucceſſio non ad eum delata
fuit, qui qualitatem requiſitam exiſtentiæ non
habebat, ſed ad filium ſororis vltimi poſſeſſoris,
qui tempore mortis exiſtebat.

Confirmatur 4. quia illa verba inſtitutionis,
à morte, à ſa morte, à ſua morte, &c. Toties re- 11
petita, apertiſſime indicant voluntatem teſtato-
tis. Nam verba quæ apponuntur poſt diſpoſi-
tionem factam, pro demonſtratiuis reputantur,
vt ait Giurba de Feud. *cap. 118. §. 1. gloſſa. 6. n. 5.*
Ergo verba illa duo indicant voluiſſe teſtatorem,
nempe illum cæteris præferendum, qui tempore
mortis vltimi poſſeſſoris eſſet proximior, quæ
diſpoſitio conformis eſt regulæ textus, *in. l. 1. §. ſi
quis proximior. ff. vnde cognat. l. per. §. quandiu ff.
in l. 1. § ſciendum, ff ſuis, & legitimis hæred. ver-
ſiculo ſolummodo*, attenditur ad proximitatem, &
capacitatem tempore mortis illius perſonæ, cui
ſuccediuur, *l. ſi cognatis. ff. de rebus dub. & inter-
uenit. ff. de legat.* Deinde voluit teſtator, quod 12
diſpoſitio ſua, nec momento temporis eſſet in
pendente, in quo etiam fuit conformis commu-
ni reſolutioni, quæ tenet diſpoſitiones morien-
tium in pendente eſſe non poſſe, pro qua reſolu-
tione pugnant duodecim fundamenta, quæ addu-
cit Molina, *de primogeniis, lib. 3. cap. 10. num. 3.*
Cumque ſolus actor exiſteret in humanis tempo-
re mortis vltimi poſſeſſoris, ad eum deferendus
eſt maioratus ne maneat in pendente.

Confirmatur 5. quia ſi in inſtitutione daretur
conditio, quod ſolum ſuccederet ille, qui tem-
pore mortis vltimi poſſeſſoris exiſteret, non cen-
ſeretur vocatus ille, qui eſſet incluſus in vtero
matris; Atqui in inſtitutione datur talis condi-
tio; ergo poſthumus in illa cenſetur excluſus. Ma- 13
ior videtur certa; nam ſicut temporis limitatio
continet certam incluſionem, quoad eos quibus
eo tempore qualitas requiſita conuenit, ita ex-
preſſam excluſionem continet, quoad alios, qui
eam non habent qualitatem, Valaſco. *de iure em-
phyteutico, q. 5. n. 12.* Caldas, *receptar. quæſt. ... lib.
1. q. 19. n. 21.* quia cum ſit clauſula poſita in incer-
tum mortis diem, in hoc caſu pro conditione
habetur Surdus, *conſil. 375. num. 21.* Minor ve- 14
ro probatur ex illis verbis inſtitutoris, *ſe abi ou-
uer, e ſe abi naon ouuer*, quæ verba includunt
conditionem exiſtentiæ tempore mortis vltimi
poſſeſſoris.

Et ratio eſt, quia hæc verba, *ſe abi e ouuer*,
ſunt ſimilia ſui, *que ſe alhare*, atqui hæc verba,
que ſe algare includunt dictam conditionem ſu-
per exiſtentiæ tempore mortis vltimi poſſeſſoris,
vt tradit Valenzuela, *tom. 1. conſil. 28. num. 1. his
verbis, illa verba* que ſe alhare, *includunt condi-
tionem, ita vt videatur, vocatus, qui tempore mor-
tis fuerit inuentus ſolummodo, ex textu in l. Sti- 15
chus, qui meus erit, ff. de leg. 1.* Idem Valenzuela
num. 157.

num.157, ibi, *ſola perſonà cenſetur vocata, in qua po. eſt verificari talis conditio.* Idem docet Surdus, *conſil. 371. n.31.* ibi *non ſuccedit, qui nondum eſt natus tempore conditionis impleta.* Peregr. *de fideicommiſſis art.29.n.6.* vbi ita ſcripſit, *qualitas qua determinat, verbum, per quod ſignificatur tempus, à quo diſpoſitio ſumit effectum, illo adeſſe debet tempore, quo diſpoſitio effectum, ſumit* idque per text. *in l.in ſubſtitutione, ff. de vulgari*, vbi Bart. *col.2.* Et Valenzuela, *conſil. 23. n. 10.* ſic ſcriptum
16 reliquit. *ſi teſtator, ſeu inſtitutor vocat illum, qui tempore mortis exiſtit per verba*, que ſe alhare, *requiritur quod ſit viuus natus, & ſuperſtes, & ibi, quod importat, ac ſi vocaſſet ſuperuinentem cum maiori propinquitate tempore mortis vltimi poſſeſſoris*, & *n.* 140. ibi, *nec debẽt eſſe otioſa verba illa*, que ſo alhate, *ſed operari omne poſſibile, quod fuerit, quia eſſet plus operari fictionem, quam veritatem ſi contrariũ diceremus.* Cald. *recept. q.19.n.43.* his verbis, *ſi vocet filium maiorem exiſtentem tempore mortis patris, qualitas illius, qui reperitur tẽpore mortis, debet attendi non illius, qui non eſt in rerum natura*, Caſtillo, *lib.1 contron 91.n. 45.* in hæc verba, *Quoties maioratus inſtitutor vocationes, ſubſtitutionisque, ea verborum forma ordinauit, quod ad tempus mortis poſſeſſoris ſe reſtrinxerit, tunc habilitas, & qualitas neceſſaria ad ſuccedendum eo tempore conſiderari, ac praciſè interuenire debet, nec qualitas poſtmodum nati, aut concepti, in conditione habetur*; cum ergo in domino Ludouico, non verificetur prædicta conditio exiſtentiæ tempore mortis vltimi poſſeſſoris, cum adhuc eſſet incloſus in vtero matris, procul dubio cenſetur excluſus.

Confirmatur 6. quia teſtator expreſſis verbis vocauit maſculum vere exiſtentem, illum ad oculum demonſtrans, vt patet ex illis verbis inſtitutionis, *e ſe aquelle filho de Men Peres ouuer à ſa morte filho ledimo, leigo, Baran o dito lugar da Oli-*
17 *ueira e os ditos herdamentos, como dito he, ſiquen a eſſe ſeu filho primeiro, &c* Et notanda eſt dictio illa, *a eſſe*, quæ Latinè dicitur, ipſi, quæ quidem dictio eſt perſonaliſſima. Cal. *de extinct. c.13.n.34.* Phœb. *1.p.deciſ 4.n.70* Grat, *1.forenſ.c.104.n.13* vbi quod demonſtrat perſonam ad oculum, vt etiam dicunt, Surd *conſil. 53.n.11. & dec.210.n.18.* Menoch *conſ. 105.n. 50.* Et excludit omnes alias perſonas, Iaſon. *in l.filiusfamilias, §. dixi in 2.lectura, n.18. ff.leg.1.* Et ibi Ripa, *n.111.* Tiraq. *de retract conuent. § 1.gloſſ.*
18 *6.n.259.* & deciſum tradit Farinac. *deciſ.619.n.3.p.in recentioribus.* Quare cum is qui in vtero erat, demonſtrari, & oſtendi non poſſet ad oculum, non poteſt dici ipſum eſſe maſculum vocatum à teſtatore; ergo ſolus filius ſororis vltimi poſſeſſoris, qui tempore mortis ad oculum demonſtrabatur; ipſe ſolus erat vocatus, vt eſt textus aptiſſimus, *in l.vnum ex familia 69. § rogo in fin. ff.leg.2. ibi*, & ita demum petere poſſit vnus, ſi ſolus viuente eo ſuperfuerit. Bart. *in l.demonſtr. § argento, n.*1n *ff.auro, & argento leg.* & poſt plures, Valenz. *conſil.23.n. 153. cum ſequent.* vbi *n.155.* dicit, quod non eſt in eſſe productum demonſtrari non poſſe, ex Bart. *in l.demonſtr. falſa in princ. ff.cond. & demõſtr.* & probat text. *in l ſi nominatim 34 ff.eodẽ*; cum ergo Dominus Ludouicus nõ exiſteret realiter, neque maſculus in eſſe productus eſſet, vere non poteſt demõſtrari, ſed ſolus filius ſororis vltimi poſſeſſoris.

Confirmatur 7. quia non debent dici otioſa ver-
19 ba illa, *à morte, à ſu morte*, toties repetita, ſed omnia accipienda ſunt cum effectu *cap. relatum de cleric.*

non reſident. Squilante *eodem tract. cap.2.n.99* ergo qualitas illa, ſeu temporis mortis additio, requirit realem & actualẽ exiſtentiam in humanis, & non ſufficit quod poſtea ſuperueniant, vt patet ex text. *in l.inſtitut .31. ff. de vulgari*, quæ vtrumque earum comprehendit. Caſt 5. *contr. cap. 91. n. 43. & 44.* Carol. Bandel. *conſil.24.n.19.lib. 1.*

Confirmatur 8. quia teſtator ſemper vocauit maſculum exiſtentem, & ſuperſtitem tempore 20
mortis vltimi poſſeſſoris, & hoc indubitato ſigno vocatus, idem eſt ac ſi cum proprio nomine vocaret, & demonſtraret. *l. ſi nominatim 34. ff. cond. & demonſtr. l.ſcribit. 36. § final. ff. auro, & argent.* Et tradit Valenz. *conſil.23 à.n.157. & conſil. 97. n. 28. 31. & 32.* Menoch. *conſil. 442.n.6.lib.5.* Capic. Galeot. *tom.1.contron.48.n.24.* Fuzar. *de ſubſtit.q. 371. n.93.* vbi dicit, quod hoc fortius procedit, quando teſtator verbis geminatis ſuperſtitem vocauit; Mantica, *de coniecturis lib.3.tit.6. n.10.* vbi dicit, quod teſtator hunc tantum ſuperſtitem admittit, & alios excludit; Atqui per rerum naturam incertum, & impoſſibile eſt ſcire, an ille, qui in vtero eſt, ſit maſculus, an ſit fœmina, vt dicit Anchar. *conſ. 354.* 21
Tangl. *in l. Arbuſa col.2. ff ſtatu homin.* Auend. *reſponſo 28.n.2*, Surd. *conſil.375.n.44.* Valenz. *conſil.46. n.7.* Valaſc. *to.2.conſil.129.n.6.* vbi etiam dicit cum Auendaño eum, qui in vtero eſt nullam habere qualitatem, ſubindeque non vere dici poſſe Dominum Ludouicum in vtero incluſum eſſe maſculum, & multo minus vocatũ, vt bene in terminis arguit, Auend. *dicto, n.2. verſicu o fucis.* Sicque non habere qualitatem à teſtatore requiſitam tempore mortis vltimi poſſeſſoris.

Nec obſtat, *l.qui in vtero cum ſimilibus*, quibus dicitur eum, qui in vtero eſt perinde haberi, ac ſi 22
natus eſſet in illis, quæ ſibi vtilia ſunt. Nam contra hoc eſt, quod dictæ leges non loquũtur per rei veritatem, ſed per fictionem iuris, ad aliquos legum effectus, vt explicat eleganter Cuiacius, *lib. 19. quaſtion. Papinian. in l.9. ff.ad l. Falcid.* & poſt Baldum, Aretin. & Angel. Surdus, *conſil. 375. n. 43.* Carranca, *cap.20.n. 8.* Et ita dicta fictio tantum operatur, quoad aliquos effectus ciuiles iuris, vt optime Marcellus, *in dicta l. penultima ibi*, in toto pœnæ iure ciuili, & non quoad omnes vt bene explicat Carranca, *dicto § . 4.n.3.* introductaque vt propter legitimas hæredi.ates, quæ ab ipſa lege deferuntur. *dicta l. penultima ibi*, nam, & legitimæ hæreditates his reſtituuntur; & ob id, dicta fictio non extenditur, nec procedit in illis, quæ ex teſtamento deferantur, vt notabiliter tradit Faber iuris prudentiæ Papinianus, *titulo 4. princip. 5. illatione 3. confutatione 4.* Schifordeger *tract.16. q.4.* Carranca, *dicto § .4 n. 14. & 15.* Valenz. *dicto c. 2.n.10.* Salzedo, *dicto cap.2.n.8.* & vltra rationes, quas ipſi tradunt ex eo etiam merito factum eſt.

Quia ſola lex æquitate ſuadente, ob fauorem publicum fingere poteſt, homo vero fingere non poteſt: *l. ſi forte 8. ff. caſtr. pecul. l. codicillis. 91. § . fin. ff.leg.3.* & docent Bart. *in l.is qui pro emptore in 21. in fine, & 24.* Iaſon. *n. 174. ff.vſucap.* Valaſco, *de iure emphyteutico q.50. n,6. & tom.2.conſ. 248.n.8.* Giurba. *de feudis. §.1. gl.2. n.20.* Atque ob hanc rationem verba, & diſpoſitionem hominum, 23
non ſunt ciuiliter ad perfectionem intelligenda, ſed vere, & naturaliter, *ff. fideicommiſſ.76 ff.cond. & demonſt. l.ex ea parte.125 l.inſulam ff.verb.l.fin. C. his qui ven. atat.* Ita in maioratibus tradunt Gam. *deciſ.307.n.9* Peregi. *dec.116.n.2.* Mol. *in proœm.n.5*,

Caſanate conſil.58. n.10. Larrea, tom.1. deciſione
34.n.10.Valenzuela, conſ.23.n.104. Salzedo,lib.3.
cap.14.n.22.vbi n.23. addit, quod ſi verba ad du-
plicem cenſum ciuilem, & naturalem trahi poſ-
ſunt, tunc potius ad naturalem trahenda ſunt,
dicto § inſulam l.3. §. hac verba ff.negot. Et poſt
alios Caſtillus,tom.6 cap.131.n.8. Quare fictio di-
ctarum legum,nihil prodeſt opponenti, neque ob-
24 ſtat actori, qui vere ſuperſtes erat tempore mortis
vltimi poſſeſſoris, cum agatur de diſpoſitione,
quæ fingere non poteſt, & non de diſpoſitione
legis, neque de hæreditate legitima, quæ a lege
defertur,ſed de diſpoſitione teſtamentaria, cuius
verba naturaliter intelligenda ſunt.

Et confirmatur 9. quia cum hæc fictio ſit re-
trotractiua,ſiue tranſlatiua de tempore natiuitatis,
25 ad tempus conceptionis, non poteſt fieri in præ-
iudicium tertij, qui interim ius acquiſiuit, cap. ſi
pro te,c.quamuis de reſcriptis in 6.& docet Gloſſ.
per textum ibi,in l.ſi mulier 2.iuncta regula, l. in-
ſulam,42. §.fin. Bart.in l.ſi indebitum, §.1. & l.
bonorum,n.2 ff.rem ratam haberi,cum multis Tira-
quello,de primogeniis,q 34. iunctis his, quæ per
textum,in l.2.& 4 ff.natalis, & reſoluit Gomes,l.9.
Tauri,n.64. Et late Pin:llus,in rubrica, 6. reſcind.
1 p.cap.20.per totum,& n.8. & 17. Ioſeph Vella,
diſſertatione 31.n.20. Storzia,conſ.38.n.79. Giurba,
ad ſtat.C.1 gloſſ.4.a.103.vbi allegat. Bart.Roman.
conſ.6 n.34.Coſta retrotract.19.caſu 26 a.8.Larrea,
diſput.8.a.51. Proindeque, in hoc caſu fieri non
26 poterat in præiudicium actoris maſculi naturaliter,
& vere exiſtentis in humanis, ac nati, & quia
fictio veritati præualere non debet, l. filio, quem
pater 24 verſic. ne imagine natura veritas adum-
bretur,ff.liber.& poſth. vbi gloſſa,verſiculo imagi-
ne,& omnes,Valenzuela,conſil.53.n.104.

Quod & optime à ſimili comprobatur. Nam ſi
quis ex concubina habeat filium naturalem,ac po-
ſtea ducat aliam in vxorem, ex qua legitimum
27 generet filium, defunctaque vxore matrimonium
contrahat cum concubina, ſicque filius naturalis
primo natus fiat legitimus ex fictiooe retrotracti-
ua,cap.tanta, qui filij ſint legitimi.l.cum quis, C.
naturalibus liberis,non nocebit hæc fictio illi,qui
vere legitimus natus eſt, & is in maioratu ſucce-
det,Molina,de primogeniis, lib.3. cap.1.n.7. Surd.
conſilio 369.n.23. Coſta, de retrotractione cap.43.
caſu 32,n.6.Gomes, l.9.Tauri,n.63. Auendaño, l.
40.Tauri,n.41. Peregr.fideicommiſſ. art.24. n.35.
Pater Molina, de iuſtitia,d.172. verſiculo merito,
Ceuallos,commun.q.606.n.55. Caſanate,conſil.26.
n.14.Giurba,de ſtatu, Meſan, cap.1. gloſſ.4. n.120.
ex ea ſcilicet ratione, quia legitimus verè natus
28 eſt legitimus,naturalis autem, etſi poſtea per fictio-
nem retrotractiuam factus eſt legitimus à tem-
pore natiuitatis, ea fictio nocere non potuit legi-
timo vero, cui ante fictionem erat ius quæſitum;
ſic in propoſito,cum actor vere,& naturaliter tem-
pore delati maioratus natus, & ſolus maſculus exi-
ſteret, eoque tempore Ludouicus, qui in vtero
erat,nec homo,nec animal verum eſſet,ſed viſcerum
matris portio,cum per fictionem intelligeretur na-
tus à tempore conceptionis,hæc retrotractio præ-
judicari non potuit actori vero nato, nec tollere
jus illi quæſitum ad maioratus ſucceſſionem.

Quod etiam maxime confirmatur 10. ex natura
maioratus, quæ ea eſt,vt nec per momentum poſ-
29 ſit eſſe in pendenti, ſed mortuo vltimo poſſeſſo-
re illico defertur perſonæ habili proximiori ex-
tanti,& quæ habeat qualitates à teſtatore requiſi-
tas,ex regula,l fin ff.commun. pro vt cum aliis pro-
bat Molina,lib.3.cap...n 4.vſque 15.vbi multos ad-
ducit & tandem ſequitur,n.38.Alciat.reſponſo 119.
n.9.lib.9 Auendaño,l.40.Tauri,gloſſ.6.n.13.Flor.de
Mena; in additamentis ad Gamam deciſ.27. n.44.
Fuzar.de ſubſtit.q 318.n.3. Molina, dicto c.20.n.1.
vſque 44.Tangl.deciſ.17.n.2. Quare reſeruatio,quæ
in l.antiqui,& ſimilibus fit ventri ac tempus naſcen-
di,non poteſt applicari huic maioratui, qui in pen-
denti eſſe non poterat,ſed illico deferendum pro-
ximiori habenti qualitatem à teſtatore requiſitam;
vnde DD. qui ad ſucceſſionem maioratus admit- 30
tunt eos,qui in vtero ſunt, intelliguntur generali-
ter, & in maioratibus ſimplicibus, & ordinariis,
cum in illis vocentur indiſtincte, & indeterminate
omnés poſteri,deſcendentes,& collaterales, & con-
ſanguinei de familia, atque ita tam nati,quam naſ-
cituri vocati cenſentur, quaſi in certum euentum,
& conditionaliter, neque tunc neceſſe eſt, quod
ſucceſſor ſit natus tempore mortis,& ſufficit quod
conceptus ſit,vt notauit Socin.in l.ſi cognatis,n.30.
ff reb dub.& ſic conciliantur text.in l.cum pater 79.
§ hereditatem, 1.ff. leg.2. cum l.cum ita legatur
33.§.in fideicomm.ff. eod. vt tradit Molin. lib. 1.
cap.6.num.49. Salzed. de repræſentatione, lib. 2.
cap.2.n.18.

Secus vero eſt dicendum in majoratibus califi- 31
catis,& extraordinariis,in quibus inſtitutor certam
aliquam qualitatem,certo atque determinato tem-
pore requirit; tunc enim eſt admittendus ſo-
lus,qui eam qualitatem habeat,certo illo,& deter-
minato tẽpore,vt in noſtra hypotheſi; Quoniam
ante omnia ſeruanda eſt forma data in ſcriptura
maioratus,Mol. lib.1,cap.2. n. fin. Valenzuela 2. p.
conſil.113.n.118.Caſtillo, controu. 115. in fine, Giur-
ba,de feudis,præludio.4.n.73. Solorzano de iure In-
diarum 2.tom.lib.2.cap.11.n.31.Salg. de protectione
reg.4.p.cap.8 n.44. Cum ergo ex forma,& tenore
huius maioratus, ille maſculus vocetur, qui reali-
ter ſuperſit, & perexiſtat tempore mortis vltimi
poſſeſſoris, vt probatum manet,non ſuccedit in eo,
qui natus non eſt,nec realiter exiſtit. Ita expreſſe
diſtinguit,& iudicatum dicit cum Griuello, Galeo-
ta,lib.1.contron.48. n. 43. Tanglius, deciſ.17.n.24.
Surd.conſil.375.n.31.

Confirmatur 11.quia & repræſentatio, & poſt-
humus haberi pro nato,ſunt fictiones iuris,& am-
bulant pari paſſu; atqui ſecundum veriorem opi- 32
nionem fictio repræſentationis, ceſſat quando in-
ſtitutor diſponit, vt ille ſuccedat, qui tempore exi-
ſtebat; ergo etiam in poſthumo debet ceſſare fi-
ctio, quando talis concurrat diſpoſitio, Minorem
probant DD.quos citat Mol.lib.3.c.8. n. 19. Coſta
1.p.de Patruo & nepote.n.9.Gabr.tit.de fid.concl.3.
num.8.Valaſc.de iure emphyteut.q.50,n.40. Auend.
l.40.Tauri.gloſſ.8.num 37.Mant.8.de coniect. tit.9. 33
n.5.Menoch.conſil.154. num. 95. Caſtillo, tom.3.
controuerſ. 19. num. 158. conſequentia eſt neceſ-
ſaria; ergo.

Confirmatur 12. quia quando inſtitutor vocat
ad maioratum aliquem poſt mortem ſucceſſoris,
idem eſt ac dicere,ſi extet,& reperiatur vivus, quia 34
ſub hac conditione facta videtur vocatio ex textu,
in l.cum pater §.hered ff.d.l.5.verſic.qui eo tempore
vixerit,Pereir à Caſtr.deciſ.116.n.3. Cald.conſil.15.
n.21.22.&.23Caſt.c.91.n,45.&.46.Et hãc eſſe ve-
riorẽ ſententiã, quidqoid alij cenſeant,tenet Caſtr.
dec.116.n.8.Et cũ in hoc caſu cenſeãtur vocati,qui
extant

extant nati, poſthumi pro natis non habentur, Sı ıdus. *conſil.369.n 22.& conſilio. 375. n. 35.* Molı a, *de primogeniis, lib.3.cap.8 n.19.* Capicius Galeota, *lib.1.controuert.48. num.* 18. in hæc verba. *Comprobaatur prædicta ex eo, quod proximitas ad ſuccedeadum conſideratur in hoc noſtro maioratu, non in vita vltimi poſſeſſoris, ſed ex tempore quo ſucceſſio maioratus defertur, vt clariſſime indicant*
35 *verba illa*, que lo aia el hiio varon maior legitimo que deizare al tempo que ſe finare, *ex his namque verbis aptiſſime cõſpicitur fundatoris voluntatẽ voluiſſe repræſentantem excludere, cum qualitas ad ſuccedendum in dicto maioratu debeat adeſſe proprie, & vere tempore mortis vltimi poſſeſſoris.* Idemque confirmat idem Capicius Galeota, *n.* 27. 89. & 47. Robles *de repræſentatione, cap.* 14.*nu.* 28. Tanglius *de ſacra Rota Romana auditorio, lib.1. cap.6.deciſione* 17.*num.* 28 Et confirmatur ex illa regula generali, ſecundam quam qualitates requiſitæ ad ſuccedendum adeſſe debent tempore, quo ſucceſſio defertur, *ex l. interuenit. ff. de le-*
36 *gat. præſtand.l.1. §. proximior ff.vnde cognati.* Caſtilho, *lib.5. controuerſ.cap.* 15. *n.* 20. Valenzuela *tom.1. conſil.* 83. Molina, Guttierres, Theſaur. & alij laudati à Caſtrillo, *dicto, cap.* 91. Sed tempore delatæ ſucceſſionis, non exiſtebant qualitates requiſitæ, ſcilicet exiſtentiæ in humanis in prædicto Domino Ludouico, ſed ſolum in filio ſororis vltimi poſſeſſoris, cum Ludouicus adhuc eſſet clauſus in vtero matris; ergo prædicto filio ſororis vltimi poſſeſſoris adiudicandus eſt prædictus maioratus.

Hæc ſunt fundamenta, quibus freti aliqui Regij Senatores prædictum maioratum filio ſororis vltimi poſſeſſoris adiudicarunt, relicto nepote vltimi ſucceſſoris poſthumo, eo quod adhuc eſſet incluſus in vtero matris.

RESPONSIO, ET SENTENTIA AVTHORIS.

VErum egò nunquam in prædictam ſententiam horum Senatorum adduci potui, ſicut
37 neque alij præſtantiſſimi regij Senatores, qui pro parte poſthumi dimicantes, inuicti ſemper ſtetere, quorum fundamenta repono, & contrariorum iacula tandem in patronos ſuos retorqueam. Sit ergo primum fundamentum.

38 Tota ratio authorum primæ ſententiæ ad excludendum poſthumum eſt, quia teſtator poſuit mortis tempus pro conditione ad ſuccedendum, taliter quod maſculus eſſet natus, & realiter exiſtens, tempore mortis vltimi poſſeſſoris, vt patet ex illis verbis *mando que à morte do dito Men Peres fiquem à ſeu filho primeiro, ledimo, baraon, &c. ſe ò ouuer, è ſe aquelle filho do Men Peres ouuer à ſa morte filho ledimo, &c. fiquem lhe, &c. E ſe naon ò ouuer*, & infrà, *e ſe porneatura Men Peres à ſa morte naon ouueſſe filho bardon, &c. è ſe acconteceſſe, que a hi ouueſſe, è aſa morte da quelle ſeu filho naon ficaſſe a hi ſeu filho leigo baraon, &c. mando que fique ao o filho de meu Irmaon Iuaon Peres, e ſe eſſe filho de mea Irmaon Ioan Peres ouueſſe filho leigo baraon à ſa morte, fiquemlhe os ditos herdamentos.* Atqui talia verba non poſtulant exiſtentiam realem tempore mortis vltimi poſſeſſoris in eo, qui ſucceſſurus eſt pro conditione, vt patet ex verbis ipſius inſtitutionis, vbi quando teſtator voluit ponere tempus mortis pro conditione, id expreſſit, vt patet ex illis verbis, *è por todos os fructos, que abi ouuer ao tempo de minha morte*, & infrà, *con todas as cedſas, que abi ouuer ao tempo de minha morte*, & iterum, *e ſe acontece que ao tempo de minha morte, minhas diuidas foſſem pagadas fiquemlhe os ditos herdamentos en eſta maneira, e con eſta condiſaon, &c.* Ergo ſi teſtator vellet ponere tempus mortis pro conditione, id exprimeret, vt fecit in his caſibus minoris momenti.

Confirmatur primo: Quia illa clauſula, *à morte, & à ſa morte*, in diſpoſitione teſtatoris, habent 39
diuerſum ſignificatum ab illis, *e ſe ao tempo de minha morte*; ergo male pro idem vſurpatur, antecedens probatur; quia quando teſtator voluit ponere tempus mortis pro conditione, non dixit, *à morte, vel à ſa morte*, ſed *e ſe à tempo de minha morte*; ergo illa clauſula, *à ſa morte*, non eſt idem, ac *e ſe ao tempo de minha morte*, ſed in conceptu diſponentis habebat diuerſum ſignificatum, & ideo quando voluit ponere conditionem dixit, *e ſe ao tempo de minha morte*, quando vero ſolum voluit ſignificare tempus ſucceſſionis dixit, *à ſa morte, vel à morte.*

Confirmatur 2. quia illa verba inſtitutionis, 40
poſſua em ſa vida, toties in inſtitutione repetita, hoc habent ſignificatum *poſſua pro ſua vida*. ergo illa verba, *herdera à ſa morte o filho varaon*, ſignificant, *que per morte Men Peres herdara o filho barao o dito morgado*; Patet conſequentia, quia in eodẽ teſtamento eadem verba non debent habere diuerſum ſignificatum. Tum quia in iure melior explicatio alicuius verbi dubij inſtitutionis ſunt ſimilia verba in eadem inſtitutione. Sed illa clauſula, *à ſa*, quando coniungitur, vitæ ſignificat *por* 41
vida, ergo quando coniungitur, morti, ſignificat, *por morte*; non ergo includit conditionem naturalis ſuperexiſtentiæ tempore mortis vltimi poſſeſſoris, ſed ſignificat tempus, quo debet fieri ſucceſſio maioratus.

Confirmatur, quia in diſpoſitione, ſi ſine liberis diſceſſerit, illa verba, ſine liberis, referuntur, & determinantur ad verbum, deceſſerit. ex Mantica de coniecturis. *lib.* 11. *tit.6. num.3.* verſiculo conſequenter; ergo etiam illa verba *à ſa morte, vel, à morte*, referuntur ad illa verba, *fiquem, herdem*; ergo prædicta verba, ſolum demonſtrant tempus, quo ſubſtituto locus ſit, vt in conditione, ſi ſine liberis diſceſſerit, non autem naturalem exiſtentiam illius inducunt.

Confirmatur 3. quia in prædictis vocationibus
& ſubſtitutionibus mentio mortis facta eſt, non 42
in verbis diſpoſitiuis, vt qualitatem in ſubſtituto poſſint inducere, ſed in verbis conditionalibus, ex quibus reſultat conditio, ſi liberos habuerit; ſed hæc conditio, ſi liberos habuerit, impletur ſi teſtator mulierem prægnantem relinquat, ex textu in l. quia ita legatis Caſtillo, *to.5 cap.* 91. *num.* 20. Et illa conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, ceſſat per poſthumum, *ex textu ſequi prægnantem, ff. regul.* Mantica, *de coniecturis, lib.*11. *tit.6.n.9.* Caſtillo, *controu.tom.5.cap.91. num.*20. Tuzar.*q.*318.*num.*13.&.66. Ergo idem dicendum eſt in noſtro caſu.

Confirmatur 4. quia illud verbum, *ſe ò ouuer*, 43
ou abi naon o ouuer, non voluit dicere, ſi tunc temporis non fuerit, ſed ſi ibi non fuerit, ſed hæ clauſulæ ſunt demonſtratiuæ temporis, & non

conditio realis ſupereaiſtentiæ illius, qui ſucceſſurus eſt: ergo hæc clauſula non eacludit poſthumum. Tum quia illud verbum, *ſe o ouuer*, non includit conditionem, ſi iungatur verbo futuri temporis; ſiquidem non eſt relatiuum, ſed tantummodo eſt demonſtratiuum perſonæ, *& de ſui natura*, attribuit actum vnicuique, ex *l. huiuſmodi, §. penult. ff. de legat.* 1. Gloſſa. *in cap. quod clericis in principio de foro competenti*, & notat Phœbus 1. *p. deciſione* 9 *n* 9. Tum quia illa clauſula, *à ſu morte*, eſt idem, ac vſque ad mortem,
44 & ſolum ſignificat tempus, in quo debeat fieri ſucceſſio, & non quo dlit natus ille, qui ſucceſſurus eſt, Barboſa cum aliis *dictione* 6. *n.* 4. *&.* 20. Ergo iſtæ clauſulæ non excluduot poſthumum.

Confirmatur 5. quia diſpoſitio, vt dicatur con-
45 ditionalis debet eſſe talis formaliter, vt ſi diceret, *o ſe o filho de Mtu Peres nuon tuner fili.o vino nacido eo tempo da ſua morte ſuced. fulano.* Valaſc. 2. *tom. conſil* 149. *n.* 3 Reinoſo, *obſeruat.* 44. *n.* 29. Caldas, *de poteſtate eligendi. cap.* 2. *n.* 16. Atqui in tota diſpoſitione talis non ponitur conditio; ergo à doctoribus non eſt adſtruenda; ſiquidem morientium deſideria non ſunt ex arbitrio viuentium, ſine iuſta cauſa interpretanda, vt dicit Menochius. 1. *p. lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 15. Tum quia ſecundum ius, omnis actus in dubio præſumitur purus,
46 & non conditionalis, vt patet *ex textu in l. omnin, ff. de legat.* 2. & cum ratione, quia conditio eſt quid facti, vt probatur *in l. Manius, ff. de cond. & demonſtr.* Factum autem non præſumitur, ſed probari debet, vt probatur, *in l. in bello §. facti. ff de captiuis, & poſtlimin. reuerſ.* Ergo clare conuincitur hanc diſpoſitionem arbitrarie, & non ſecundum diſpoſitionem iuris fieri conditionalem. Tum quia ipſa eſt pura, tum quia, cum ad minus ſit dubia, debet ſecundum ius præſumi pura, & non conditionalis.

Confirmatur 6, quia teſtatór cum eſſet vir ſapientiſſimus, plura declarauit in teſtamento, quæ
47 non erant neceſſaria, & quæ ſecundum ius optimè currebant, vt fuit quod poſſet in hoc maioratu ſuccedere clericus, cum alias clericus non eacludatur a ſucceſſione maioratus facti per clericum, ſi alias illum non eacludit, etiamſi excluſiſſet fœminas: Bruno, *in tract. ſup. ſtatuto*, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, *art.* 12. *num.* 161. Geminianus, Bald. *conſil.* 65. Soncina iunior, *conſil.* 10. *numero.* 24. Surdus, *deciſione* 20. *num.* 2. & cum multis Molina, *de primogeniis, lib.* 10. *cap.* 13. *num.* 70. Tum quia optimè ſciebat vocationem toties repetitam maſculorum, eſſe excluſionem fœminarum, vt docet Bart. *in l.* 1. *nu.* 1. *&* 6 *ff. de leg.* & *ibi*, Iaſon, *n.* 13. Decius, *in l. fœmina, n.* 97. *ff. de regul. iuris*, Gabriel, *lib.* 6. *commun. tit. de verb. ſignif. concl.* 6. *n.* 115. Menoch *conſil.* 1006. Caſſanate, *conſil.* 50. *n.* 34. Caſtillo, *controu. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 79. *& lib.* 5. *cap.* 92. *n.* 2. & tamen hac ſcientia, & cognitione declarauit clericos poſſe ſuccedere, & fœminas fore excludendas; ergo ſi vellet, quod poſthumus eacluderetur, id debebat aduertere, & declarare, nam vt vir literatus optimè ſciebat poſthumum ſecundum ius non eſſe excluſum
48 in ſucceſſionibus maioratum, imo potius toto iure eſſe admiſſum, vt patet *ex l. qui in vtero* 7. *&* 26. *l. communi §. ſed ſi ff. commun. l. cum inter. C. de fideic. libert.* & cum multis docet Mol. *de inſt*, *to.* 3. *tra.* 318. *n.* 1. Menoch. *conſil.* 413. *n.* 16. Fuſar *de ſubſtit. q.* 318. *n.* 1. Caſt. *controu. to.* 5. *ca.* 95. *n.* 45. Solorz. *de iure io.* 2. *lib.* ... *c.* 18. *n.* 90. Bald. *de iure vnius, lib.* 1. *c.* 8. *n.* 137.
Valent. *Illuſtr.* 1. 3. *tit de libert. & poſt. cap.* 10. *n.* 6. 49
Giurba, *de feudis* §. 2. *gloſſa* 4. *n.* 14. & alij quos *infrà*, lata manu referemus; cumque id optime ſciret vir ille doctus, & poſthumum non eacluſit, euidenter præſumitur, noluiſſe illum eacludere, nec poſuiſſe conditionem illam, fuiſſe natum tempore mortis vltimi poſſeſſoris, nam ſi id voluiſſet facillime expreſſiſſet, vt fecit in aliis diſpoſitionibus textu *in l ſi ſeruus §. prætor ait verſiculo non dixit ff acquirend. hæredit.* Tiraq *in l. ſi vnquam verbo libertus, n.* 1 *Cod. reuocand. don.* Menoch. *conſil.* 140. *n.* 4. Surd. *deciſ.* 322. *n.* 22. Menoch. *conſil.* 30. *n.* 6. Marta, *conſ.* 29. *n.* 14. in quo caſu eſt validiſſimum argumentum in iure, data ſcientia teſtator non eapreſſit; ergo noluit, Aliogrado loquens de teſtatore literato, *conſ.* 61 *n.* 66. *to.* 1. Mantica *de coniecturis, lib.* 3. *tit.* 5. *n.* 7. cum ergo teſtator eaimius doctor eſſet in vtroque iure, & id optime ſciret, & non eapreſſit talem conditionem, præſumitur illam noluiſſe.

Sed dato, & non conceſſo, quod conditionem nati tempore mortis vltimi poſſeſſoris poſuiſſet, 50
quod ipſe minime fecit, vt probatum manet, adhuc dico, poſthumum eſſe ad hanc ſucceſſionem admittendum, ſi iam erat conceptus tempore delatæ ſucceſſionis, vt de facto noſter illuſtriſſimus poſthumus conceptus erat quatuor menſium.

Ratio eſt quia cum poſthumus iam eſſet anima rationali animatus, adimplet totam conditionem 51
nati tempore mortis vltimi poſſeſſoris. Ita eapreſſe Ancarran *conſil.* 354. Guillerm. Bendict. *in cap. Rain p.* 2 *verb. & ſoboles quæ geſtabat in vtero, n.* 64. Lara *de vita homi. c.* 6. *n.* 12. *l. intelligendus* 53. *ff. de verb. ſign. l. qui in vtero* 7. *&* 2. *l. ſi circumſcriptus* 52
6 *in fine, Cod. de ſoluto matrim. l. vel ſi vino,* 7. *ff. de ſuis, & leg. hæred.* Et hoc ſolo textu eleganter reſoluit Rota Florent. vt notat Nata. *conſil.* 168. *n.* 41. *de ſucceſſione leg. p.* 4. *q.* 2. *art.* 16 *n.* 18. Barb. *de appellat. verb. ſignif. appellat.* 159. vbi alleg. *l.* 1. *§. ſed ſi ſeruus, ff. de ventre, inſpic.* Rebuffus, *ad l. natos appellat verſiculo interdum natus, ff. de verb. ſignif. pag.* 436. Mieres, *de maior. p.* 3. *q.* 2. *n.* 6. Molina, *de primogeniis lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 1. *&.* 2. Caſtill. *lib.* 5. *controu. cap.* 91. *n.* 2. *& l.* 3. *cap.* 19. *n.* 103. *vſque.* 109. & in propriis terminis reſoluit Leſſius, Altogr. 2. *tom. conſil.* 66. *n.* 19. cuius verba ſunt hæc, *licet Lambertinus relatus per Ioannem Andream dixerit deſcendentes admittendos poſt mortem hæredis grauati natos eſſe debere tempore mortis ipſiuſmet hæredis alias fieri locũ irreuocabiliter ſucceſſioni alterius ſubſtituti ſucceſſiue vocati: Nihilominus verior, & receptior eſt ſententia ſufficere quod deſcendentes prædicti, quocumque tempore naſcantur, etiam poſt obitum hæredis grauati ad hoc vt ſint omnino admittendi, ſtatim aſſignati ſunt*, Idem eleganter reſoluit Giurba *de feudis*, §. 2. *gloſſa.* 4. *n.* 14. & eſt teatus eapreſſus, *in* 53
l. cum quidam §. 1. *acquirend. vel amittend. hæred.* ibi, Et in ventre idem occipias, qui legitimum vel conſanguineum pariturus eſt, quoniam mortis tempore, qui in vtero eſt. quantum ad moram faciendum inferioribus, & ſibi locum faciendum, ſi fuerit editus pro iam nato habetur, idemque & per bonorum poſſeſſionem editalem. Habetur etiam eadem dipoſitio, *in l. ſi quis prægnantem, ff. de regul. iuris l. ſubtmus, §. ſi quis autem ff. de Treb.* & ita docet Mantica *de coniecturis, lib.* 11. *tit.* 6. *n.* 9. *&* 16. *&* 32. *& lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 22. Quæ reſolutio

adeo

adeo vera eſt, vt procedat etiam contra libertatem dictam ſub conditione, ſi tempore mortis non fuerit filius; nam etiam tunc conceptus in ventre, & poſthumus habetur pro nato, & non conſequitur libertatem, qui ſunt fortiores terminis, vt eleganter, & omnino videndus tradit Larrea, *dec.* 45.*n.*13.

54 Confirmatur primo: quia ius ciuile, & lex duodecim tabularum vocat ad hæreditates legitimas agnatos proximos, qui fuerint tempore mortis illius, cui ſuccedendum eſt § *proximus autem inſtit. de legitima agnatorum ſucceſſione* Faber, *in rubriculi ad l. antiqui. ff. ſi pars hæreditatis petatur*, ibi, in lege duodecim tabularum proximus ille intelligitur, qui mortis tempore proximus reperitur. Et tamen eſt principium indubitabile, quod in dictis hæreditatibus ſuccedit ille, qui tempore mortis poſſeſſoris remanet in ventre conceptus, *dictu l. antiqui, l. cum quidam* 30. §.1.*ff. de acquirend. hæred.* Gomes *variarum.to.*1.*cap.*11.*n.*6.7.8. & nouiſſime Ailon in illuſtrationes ad Gomes. *dicto tomo, & capite*, Valencia.*to.*3. *tract* 4 *cap* 2.*n.*9. Ezuald. ad Donel. *lib.* 69. Digeſt. Iuliani, *in l. qui in vtero. ff. de ſtat. homin.* eo quod ille, qui remanet in ventre conceptus tempore mortis, iam reputatur agnatus proximus ad effectum, vt in eo verificetur diſpoſitio iuris, quod defert hæreditates legitimas proximo agnato, qui fuerit tempore mortis: ergo etiam aliæ vocationes verificantur in eo, qui remanſit in ventre tempore mortis illius, cui ſuccedendum eſt.

55 Confirmatur 2. quia prætor in ſuo edito promittit bonorum poſſeſſionem vnde cognati illis, qui fuerint cognati tempore mortis illius; de cuius hæreditate agitur, *l. item prætor ff. de ſuis & legit. hæred. ibi.* Item prætor edito ſuo proximitatis nomine bonorum poſſeſſionem pollicetur iis, qui defuncto mortis tempore cognati fuerint, & tamen hæc vocatio cognati proximi facta cum reſtrictione ad tempus mortis, verificatur in illo, qui tempore delatæ hæreditatis remanet conceptus in ventre, *l.* 1.§ *ſi quis proximior. ff. vnde cognati, l. fin. ff. de ventre in poſſeſſionem mittendo*: ergo idem dicendum eſt de aliis vocationibus, licet ſint cum reſtrictione ad tempus mortis vltimis poſſeſſoris, qualem reſtrictionem non habet noſtra iuſtitutio, dato tamen, & non conceſſo, quod illam haberet, adhuc non excluſeret poſthumum.

56 Confirmatur 3. quia patresfamilias ſolum poſſunt facere ſubſtitutionem pupillarem filiis, quos ſub ſua patria poteſtate habent *ord. lib.* 4.*tit.*87 *l.* 2. *ff. de vulgar* præ etiam inſtit. *de pupil. ſubſtit.* quæ exiſtentia ſub poteſtate patris, qui talem facit ſubſtitutionem eſt præciſe neceſſaria tempore mortis ſuæ *l. cohæred* 41.§ *cum filio ff de vulgari*, Gloſſa, *in dict. l.* 2 verbo poteſtate, & ibi Bart Gare. §. *inſti. uero*, *q.*23 *n.*5. Pichard *n.*56. & alij. Et tamē ſine dubio eſt, quod dicta exiſtentia ſub patria poteſtate tempore mortis illius, qui facit ſubſtitutionem pupillarem verificatur in eo, qui dicto tempore erat cōceptus, vt patet *ex dictu l.* 2.*& l. paterfamilias* 46. *ff. eodem tit.* Pichard. in dicto principio, *n.*69. Lancelotus polit. de ſubſtitutione titulo de pupillari ſubſtitutione, *n.*36. Larrea, *deciſ.* 43.*n.*12. vbi alios refert, qui omnino videndus eſt: ergo idem dicendum eſt in noſtro caſu.

57 Confirmatur 4. quia in terminis quibus Inſtitutor maioratus vocat conſanguineum proximiorem vltimo poſſeſſori cum reſtrictione ad aliquod certum tempus; vt ſi inſtitutor diceret, quod decedente poſſeſſore in conditionibus maioratus, vel alienante talia bona illius, ſuccederet ſtatim conſanguineus proximior, qui tunc temporis, inueniretur abſque dubio præferendus eſt in ſucceſſione ille conſanguineus, qui tali tempore remanſit in ventre matris iam conceptus, aliis conſanguineis remotioribus; vt tradit in terminis Molina *de primogeniis lib.* 3.6.10.*n* 1.*&* 2. Et idem docent Menoch. *lib.* 4. *præſumptione q.*3.*n.*4.*& conſ.*106.*n.*29. *& conſil.*118.*n.* 17. Fuzar. *de ſubſtit. q.*318.*n.*35. Ergo idem dicendum eſt, quando teſtator vocauerit ad ſucceſſionem conſanguineum proximiorē cum reſtrictione ad tempus mortis vltimi poſſeſſoris; ita cum Alex. Tiraq. *in l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat.* 114. vbi dicit, quod qui eſt in ventre con- 58
ceptus, habetur pro iam nato, & quod obſtat ſequentibus in gradu; idem habetur *l. quod dicimus*, 231 *ff. de verb ſign. & l. vbicumque. ff. de ventre, in poſſeſſionem mittendo*, idem reſoluit Alciat. *conſ.* 594 vbi ponit caſum cuiuſdam filij, vel nepotis in quo dabatur conditio, quod eſſet natus tempore mortis vltimi poſſeſſoris, & reſoluit, tam natis, quam poſthumis, deferri ſucceſſionem & ſolum excludit non conceptos, nec natos. Idē docet Paul. de Caſtr. *conſil.* 16.*lib.* 2.*n.*5. Menoch. *conſil.* 413.*n.* 8. *&* 15.16 *&* 19.*& conſil.* 566. *n.*8.*& lib.*4. *præſumpt.* *q.*3.*n.*4. Pereg. *de fideicom. art.* 22.*n.*7. Fuzar. *de ſubſtitut. q.* 318.*n.* 1.*&* 56. Valentia *Illuſtr. lib.*3. *tract.* 4. *cap.*2.*num.*9 Auendaño *reſponſo* 28. Mantica, *lib.* 11. *tit.*6. *num.*9. Robles, *de præſent. lib.*2. *cap.*2. *n.*6. *&* 28.

Confirmatur 5. ex locis ſacræ ſcripturæ, in quibus conceptus in vtero habetur pro nato, *vt patet ex illo loco Matth.*1. Quod in ea natum eſt, de Spi- 59
ritu ſancto eſt, & quando Angelus hoc dixit B. Ioſeph, Chriſtus tantum erat conceptus; realis enim conceptio reputatur natiuitas, vt tenet Gloſſa ordinaria, & D. Th. Abul. & Caiet. ad hunc locum, qui omnes dicunt, quod conceptio eſt natiuitas in vtero, per quod differt ab alia natiuitate quæ dicitur ex vtero, videatur D. Th. *in* 3 *p. d.*1.*q.*1.*art.*9.*ad* 2. *& d.*591. *art.*1. Probatur etiam ex illo *Luc* 1. quod enim ex te naſcitur Sanctū, &c. qui locus non ſolum intelligitur de natiuitate ex vtero, ſed etiam de conceptione, vt notat Toletus, *ibi, annotat.* 103. *& ann.*23. Mitto alia loca, quæ in confirmationem afferri poterant; ergo etiamſi in noſtra inſtitutione poſtularetur, quod ille, cui hic maioratus deferendus eſſet, fuiſſet natus tempore mortis vltimi poſſeſſoris, adhuc de noſtro poſthumo iam in vtero concepto verificaretur conditio, quanto magis quod talis conditio non inuenitur in dicta inſtitutione.

Nec obſtat id, quod dicunt, quod ſi non fuiſſet in rerum natura natus, non poſſent de eo qualitates 60
poſtulatæ verificari, vt quod ſit maſculus, vel homo, quia poteſt naſci monſtrum. Nam huic obiectioni reſpondetur, hoc inconueniens etiam reperiri in maioratibus non ealificatis, & ordinariis, & tamen in eis non ſolum ius, ſed etiā Authores contrarij docent, ventrem eſſe mittendum in poſſeſſionem maioratus, imo noſtra Ordinatio: *li.*3.*tit.*8.§.7. ſtatuit dari portionem bonorum ei, qui in vtero matris eſt, & ventrem mittendum eſſe in poſſeſſionem, & idem ſtatuitur, *l.*1. §. *& generaliter. ff. de ventre in poſſeſſione mittendo, l. vbicunque de ventr.* in poſſeſſ. mitt. *l.*1.§. *quoties ff tod. tit. l. ſi quis prægn. ff reg. iur. l. Luc. ff. de lib. & poſth. l. commodiſſime, l. poſtu. C. de leg. l. vbicunq. l. ſi quis poſth. l. ſicut ff de vent. in poſſeſſ. mittend. l. curator. l. pater*, §.2 *ff.*1 *ff. de tut.*

l.3. C.qui teſtam. tut. dari poteſt, *l.ſi curatorem*,
l.ſi quis filiabus, cum ſequentibus, *ff. de teſta-
ment.tutel. l.nomen filiarum*,164. *ff.de verb ſignif.
l.item prætor. agnats*, *l.fin.ff.de ventr. in poſſeſſ.
mittend. l paterfamilias*, & idem docent innu-
meri Doctores; ergo idem dicendum eſt in no-
ſtro caſu.

Quod enim ignoretur, quid naſciturum ſit,
non eſt ratio, vt ille qui eſt in ventre iam con-
ceptus excludatur a ſucceſſione, & ideo leges ſta-
tuere ſpectandum eſſe tempus natiuitatis, & in-
terim ius eſſe ſuſpenſum, vt patet, *ex l.antiqui ff.
ſi pars har. peta. & l. Siculi* § quare etſi exhæ-
redatio facta ſit; ſucceſſio enim ſequitur rei veri-
tatem, & non dubium hominem, vt explicauit
61 Mieres exemplo illius, qui putabatur mortuus, &
eſt textus expreſſus, *in §. cond. inſtit. de verb.
obligat.* Tum quia fœtus ſemel conceptus, vel
eſt maſculus, vel fœmina; ergo vel conditiones
poſtulatæ iam exiſtunt realiter in rerum natura,
vel non, ſi exiſtant, parum intereſt, quod id à
nobis ſciatur; & licet poſſit accidere, quod ſit
fœmina, non tamen propter hoc non eſt venter
mittendus in poſſeſſionem, ſi quidem dubium
præſens facit iuſtum illud, quod accidere poteſt,
quod ſit iniuſtum de futuro, vt per Bartolum no-
tauit Valaſco, *conſult.* 129. *num.* 10. Auendaño
reſponſo 28. Ergo ſecundum ius ad ſucceſſiones
non ſunt admittendi ſequentes in gradu, dum non
62 conſtat de natiuitate illius, qui conceptus erat in
ventre, *l. antiqui ff. ſi pars hared. petat.* Et ſicut
captiuo ab hoſtibus reſeruantur in ſuſpenſo om-
nia iura, ac ſi eſſet præſens in ciuitate. & exclu-
duntur ſequentes agnati, *l.illa inſtitutio*.32. §.1.
ff. de hared. inſtituend. ſic concepto in ventre, re-
ſeruatur totum ſuum integrum vſque ad tem-
63 pus nativitatis: Nec contra id facit aliquid illud,
quod dicit argumentum, ſcilicet poſſe naſci mon-
ſtrum, nam id, neque abortus, numquam iure præ-
ſumendus eſt; natura enim & lex bene ſperant, &
abominantur metum abortus, Faber in rationali,
ad l.qui in vtero ff de teſtament.homin.

64 Nec obſtat id quod dicunt Doctores contrarij,
leges prædictas. & DD. loqui de maioratibus or-
dinarijs, & regularibus; nam hi regulantur per
leges, non vero illi, qui pendent ab inſtitutorum
voluntatibus, in his namque verba teſtatorum
ſumenda ſunt in proprio, & naturali ſenſu, & non
per fictiones iuris. Non obſtat inquam, nam
contra hoc eſt, quod omnes leges huc vſque
relatæ, & Doctores, abſolutè dicunt ad omnes
hæreditates, ſiue regulares, ſiue extraordinarias;
ſiue legitimas, ſiue teſtamentarias, etiamſi ha-
beant conditionem nati, vt ſupra diximus admit-
tendum eſſe poſthumum, ſi tempore ſucceſſionis
jam conceptus erat. Tum quia hic maioratus, vt
ſupra diximus, non eſt irregularis; nam in eo ex-
preſſe non petitur, vt ille qui ſucceſſurus eſt ſit
natus tempore mortis vltimi poſſeſſoris; & in du-
bio præſumendum eſt fuiſſe conformem diſpoſi-
tioni iuris, vt bene reſoluit Bartolus, *in l. hære-
des mei*, §.*cum ita*, *ff ad Trebellian.* & docet eſſe
communem opinionem Acurſio ſun. *conſil.* 57.
num. 8. Tum quia in maioratibus irregularibus,
quales ſunt agnitionis, ſuccedunt concepti, vt
cum multis eleganter tradit Giurba *de feudis*,
§.2.*gloſſa* 12. *n*.57. Narbon. *annot. iuris annot.* 1.
quæſt.1. *num.* 5. Olea, *deciſione iuris*, *tit*.3. *q*.4.
num. 16. Robles de repræſent. *lib*.2. *cap*. x. vbi
omnibus allegationibus in contrarium reſpondit.

Confirmatur 6. Quia maxime irregularis eſt
juſſio Regni Franciæ, quæ dicitur Salica, ſecun-
dum quam legem, ſolum ſucceſſurus eſt in Re- 65
gno ille vir agnatus, qui inuentus fuerit tempo-
re mortis vltimi poſſeſſoris, excludendo omnes
alios conſanguineos: & tamen in hac ſucceſſione
admittitur conceptus, & in ventre reputatur tan-
quam proximior agnatus tempore mortis vltimi
poſſeſſoris, vt iudicatum, & executioni manda-
tum fuit cum Ludouico Vtin. Rege Franciæ, vt
refert Paulus Emilius in vita Ludouici Vtin. *fol.*
178. Gariuai, *lib*.16. *cap*.13. Guicciardino, *lib*.12.
fol.336. Mariano, *lib*.15. *cap*.21. & idem ſucceſſit
dum Rege Carolo, vt refert Paulus Emilius in vita
Regis Ludouici Balbi, *fol*.57. Ruberto Guagin.
in compendio hiſtoriæ Franciæ, *lib* 5.*fol*.57. & alia
exempla in comprobationem huius doctrinæ affert
Valenzuela, *lib*.1.*conſ*.198.*n*.81. Ergo idem dicen-
dum eſt in noſtro caſu.

Confirmatur 7. quia noſtra ordinatio, *lib*.2. *tit.*
35. maxime irregularis eſt in ſucceſſione bono- 66
rum Coronæ, ſiquidem excludit fœminas, &
excludit nepotem vltimi poſſeſſoris, cuius pater
jam mortuus fuerit, & ſolum admittit maſculum,
qui repertus fuerit tempore mortis vltimi poſſeſ-
ſoris, vt patet ex §.1. ibi, *ſuccedera o filho baraon
maior, que dele ficaſe, e naon o neto*, & §.2.ibi. *o
filho maior varaon ſe otineſe*; Et tamen filius con-
ceptus ſemper fuit admiſſus, vt fuit Dominus
Ioannes Luis da Vaſconcelos Dominus Malpræ;
& idem accidit in Comite Odomiræ Domino
Sanctio, qui è viuis diſceſſit anno 1645. Ergo idem
dicendum eſt in noſtro maioratu, etſi talem con-
ditionem haberet, quam vt ſupra diximus nullo
modo habet.

Confirmatur 8. quia Comitia, quæ fecit Rex 67
Alphonſus Portugalliæ primus, quæ refert Mo-
narchia Luſitana, 3. *p. lib*. 1. *cap*.15. & ſunt in
turre do Tombo ſtatuunt, quod ſi Rex tempore
mortis ſuæ non habuerit filium, ſuccedat in Re-
gno filia, & idem dicit teſtamentum Regis Al-
phonſi II. & teſtamentum Domini Regis Ioan-
nis I. & teſtamentum Regis Alphonſi V. Et ta-
men non obſtantibus his clauſulis, quod tempo-
re mortis vltimi poſſeſſoris ſit filius, tam in co-
mitiis, quam in Regum teſtamentis, Dominus
Sebaſtianus Rex non fuit à ſucceſſione Regni ex-
cluſus, ſed libenter admiſſus; Cur ergo noſter
poſthumus Ludouicus excludendus eſt à maioratu
da Oliueira, cum in teſtamento inſtitutoris tales
clauſulæ non dentur, ſed quia ibi dicitur, *à ſa
morte*, quæ verba non conditionem exiſtentiæ
tempore mortis vltimi poſſeſſoris, ſed tantum
tempus ſucceſſionis deſignant, vt ſupra dixi-
mus.

Confirmatur 9. quia non abhinc multis an- 68
nis è viuis diſceſſit Dominus Iorge de Ataide
Comes da Caſtanheira, quæ domus habet clau-
ſulam, quod ſolum ſuccedat ille, qui repertus
fuerit tempore mortis vltimi poſſeſſoris; Et ta-
men eius filius Poſthumus in hac domo ſucceſſit,
vt in confeſſo eſt apud omnes: ergo licet inſtitu-
tio noſtri maioratus haberet eandem conditio-
nem, adhuc poſthumus admittendus eſt ad illius
ſucceſſionem.

Sed quid plura exempla refero, ſi inſtitutio
noſtri maioratus talem conditionem non habet,
ſed omnes filios, nepotes, & pronepotes vocat,

eo

eo modo, quo ius ipſũ vocat. Suppone tamẽ quod
talem conditionem habet, ad hoc, vt in tali
ſuppoſitione, concepti in vtero ad ſucceſſioné ad-
69 mittantur, non indigent fictione iuris, cum ipſi
vere, & realiter iam in rerum natura exiſtant, in
ventre matris. & fictio ſolum dicitur reſpectu il-
lius, qui talis non eſt. qui tamen vere eſt ho-
mo, vt eſt conceptus in vtero, non indiget fictio-
ne iuris, vt ſit homo, ſed ſolum eſt priuilegium,
vt conceptus habeatur pro nato, & non fictio, vt
optime ait Bartolomæus Phelipe, *de fictionibus 3.
p. cap. 9.* Vbi ait, non eſſe fictionem, quod poſt-
humus admittatur ad ſucceſſionem ſecundum le-
gem, *qui in vtero*; ſed ſolum eſſe quandam præ-
rogatiuam, quod habeatur pro nato, qui enim in
ventre portatur, non homo fingitur, ſed ſperatur
hominem factum iri.

Confirmatur 10. quia non datur fictio, vbi eſt
realitas; atqui ille qui conceptus eſt in vtero, ho-
70 mo realiter eſt, ergo non indiget fictione iuris, vt
ſit homo. Minor patet, quia conceptus in vtero,
ſi eſt vir, vt in præſenti, poſt quadraginta dies
habet animam rationalem, vt docent Ariſtoteles,
lib. 7. de generatione. cap. 3. Plinius, *lib. 7. cap. 6.*
71 Suarez. de vita Chriſti, *d. 10. ſeſſ. 2.* Sylueſter,
verb homicidium. n. 3. Barboſa. *in collecta. ad prin-
cip. diſtinct. 5. n. 2.* Machado, *lib. 2. p. 3. tract. 17.
docum. 8. num. 2.* Valenzuela, *lib. 2. contron. cap. 9.* &
72 cum Philoſophorum, Theologorum, & Medi-
corum communi ſententia Diana, *p. 7. tract. 5. re-
ſol. 6.* Sed qui habet animam rationalem vere &
realiter eſt homo; ergo non indiget fictione vt
ſit homo ſecundum *conſil.* Crauetæ 579 *num. 15.*
Ex idem eleganter docet Ioſeph Vella, *diſſertatio-
ne 31. num. 12.* & eſt expreſſius, *textus in l. filius,
quem pater 23 ff. de liber. & poſthum.* ad quem
textum dicit Gotofridus hæc verba, veritas vbi
habetur, non eſt opus fictione, nec fictio cum
veritate conuenit, Decius, *ad l. 5. ff. de regulis
iuris.*

73 Tum quia poſthumus non indiget fictione, vt
ſuccedat in hoc maioratu ex hominis diſpoſitio-
ne, ſiquidem regulando hanc ſucceſſionem ab
74 inteſtato, lex reputat natum poſthumum, & con-
tra ſuam diſpoſitionem non poteſt aliquid oppo-
ni, ſicut non poteſt aliquid opponi contra præ-
ſumptionem de iuris & iure, & lex quæ poſthumum
75 reputat natum, quando agitur de eius commodo,
non poteſt tantum dici fingere, quæſito quod diſ-
76 ponit; ſic diſponunt leges, & ſic eſt in realitate;
nam conceptus naſcitur, & natus vocatur exi-
77 ſtens in vtero, Matthæi, 1. *num.* 20 quod in ea na-
tum eſt, de Spiritu ſancto eſt; Lara, *de vita hom.
cap. 6. n. 35.*

78 Tum quia lex *in vtero*, & lex *qui in vtero*, 26.
ff. de ſtat. homin. procedit in omnibus diſpoſitio-
nibus, tum hominis, tum legis, tum in ſucceſ-
ſione teſtamentaria ab homine, quam quando ef-
fectus defertur ad tempus natiuitatis, vel quan-
do eſt ab inteſtato à lege, & in vtroque caſu poſt-
humus habetur pro nato, quoties de eius com-
modo agitur, Carranca, *de legit. part. deſignat.
cap. 2. §. 4. n. 11.* vbi laudat Cuiacium, qui hæc
& alia exornat, & proſequitur, *in l. 2. ff. de excu-
ſat. tutor.* Et ad ſucceſſiones teſtamentarias prin-
cipaliter reputat ius poſthumi pro nato, ſi cum
effectu naſcatur poſtea, Carranca, *dicto §. 4 n. 49.*
Siquidem præcipit illum inſtituere, etſi præteri-
tus fuit rumpit teſtamentum. Et idem eſt cum
poſthumis, quam cum filiis natis, *l. 3. §. vnde, ff.
de iniuſto rupto*, ibi. Idem in poſthumo, quod
in filio ſeruandum eſt, nec ratio diuerſitatis reddi
poteſt in dictis *titulis, ff. de liber. & poſthumis,
& de iniuſto rupto*, & ſic non prodeſt electi-
ri, nec præiudicat poſthumo dicta conſide-
ratio, ſiquidem ille ſucceſſit ex diſpoſitione ho-
minis, abſque eo quod eſſet neceſſe adjuuari
fictione, & regulando ſucceſſionem ab inteſtato,
etiam ex diſpoſitione legis pro nato habetur, quo-
ties de eius commodo agitur, ſiquidem iam erat
animatus in ventre. & exiſtebat, & erat verus
homo deſcendens à linea recta effectiua, & author
ex linea contemptiua, quæ non erat vocata ad
hanc ſucceſſionem, vt conſtat ex omnibus vocatio-
nibus in linea recta.

Confirmatur 11. quia ius ciuile ampliauit tali- 79
ter priuilegia conceptis, vt in omnibus caſibus,
ex quibus illis poteſt conſiderari aliqua vtilitas,
eam illis reſeruauit ad tempus natiuitatis, abſque
eo quod detur differentia inter ſucceſſionem,
quæ illis defertur per legem, aut ab inteſtato,
l. antiqui, ff. ſi pars hereditatis petatur. Antiqui
(dixit Paulus) in libero ventre, ita proſpexerunt,
vt in tempus naſcendi omnia iura integra reſerua-
rent, vbi nota, quod ait Iuriſconſultus, omnia
ei iura integra, quaſi diceret. Iuriſconſultus, om-
nes ſucceſſiones, tam ex lege, quam ex teſtamen-
to ad tempus naſcendi poſthumo reſeruantur; ſi-
quidem illam vim habet illa dictio, *omnia*, quæ
eſt vniuerſalis, Bart. *in l. Moſchi, in vltimo in fin.
ff de iure fiſc.* Gloſſ. *in cap. 1. §.* ipſas omnes de re-
ſeruat. Surdus, *deciſione 268. n. 1. & deciſione 319.
num. 6.* Ergo non eſt cur poſthumus ſolum ad
ſucceſſiones legitimas admittatur, & non ad teſta-
mentarias.

Tum, quia diſpoſitio legis potentior eſt diſpo- 80
ſitione hominis, *cap. inferior 21. diſt. cap. cum
inferior de maiorit. & obedient. Clementina ne Ro-
mani vbi DD. de election. l. fin. Cod de legit.* Si
ergo etiamſi eſſet neceſſaria fictio, poteſt admitti
in diſpoſitione legitima, cum ſit fortior, quo-
modo non poterit admitti in teſtamentaria, cum
non ſit ita fortior, argumentum enim de maiori
ad minus validum eſt, *l. in ſuis in fin. liber. &
poſthum. l. nec in ea 22. ff. de adulter. auth. multo* 81
magis Cod. de ſacroſanct. Eccleſi. Farinacius *in
praxi criminali. p. 4. conſ. 60. n. 109.* Et multo ma-
gis, quia diſpoſitio teſtamentaria. & legitima in
iure æquiparantur, *l. ſi.* ita fuerit in fine, & ibi Bar-
tolus, *ff. eodem, l. cum quidam* Menochius, *conſil.
97. n. 24* Surdus, *conſil. 278. n. 9.* Et argumenta-
tur ab vno ad alterum, *l. non impoſſibile ff. de pa-
ctis, l. verbis legis. ff. de verb. ſignif. Auth. de nup-
tiis, §. diſperat. coll. 4.* Valaſco, *tom. 2 conſil,* 108.
n. 2. Caualli *ad Cap. Rayn. de teſt. 2. p. n. 237.* &
eſt lex de l. verbis legis. 120. *de verbor. l. 1 ff. ad
l. falcid.* Iuſtinian. *in §. 1. inſtit. de leg. falcid.* Pi-
chard. *ad rubric. inſt. eodem. & diſput. de mora, n.*
202. Ergo ſicut eſt lex diſpoſitio legitima, eſt
etiam lex diſpoſitio teſtamentaria, & omne eſt
eadem lex; ergo ſi admittitur coniectura, vel fi-
ctio (quando eſſet neceſſaria) in diſpoſitione le-
gitima, à fortiori admittenda eſt in teſtamen-
taria.

Tum quia quando in caſu fuiſſet neceſſarium 82
voluntatem teſtatoris interpretari, certum eſt
in iure faciendam eſſe interpretationem benig-
niorem, *l. ſi de interpretatione, & l. minime, ff.*

de

de legibus, l. benignius, & quod notant *in l. neque l. in ambiguis ff. eodem, l. in ambiguis ff neque vir Albert.* Bruſ. in terminis in conſil. feudal *conſil. 85. num. 3* ergo pro poſthum. concepto. facienda eſt
83 interpretatio, quia benignius eſt deferri ſucceſſionem deſcendentibus. Tum, quia ſi eſſet dubium voluntatis inſtitutoris, ſemper interpretanda erat in fauorem concepti, ſiquidem realiter eſt nepos vltimi poſſeſſoris, quia ſi de hoc fuiſſet interrogatus inſtitutor, vbique ita reſpondiſſet, iuxta notata per Bartolum *in l. Titius, §. Lucius, ff. liber.* & poſthum. gloſſa communiter approbata *in l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis*, multa congerit Tiraquellus *in l. ſi vnquam, lib. 3. titulo 2. num. 6.* alias fuiſſet facere benigniorem interpretationem legis, quam eiuſdem hominis, contra diſpoſitionem iuris, iuxta tradita per Morl. in empor. iuris *par. 1. titulo de legibus, num.* 20.

Tum, quia in dubio circa voluntatem inſti-
84 tutoris, regulanda eſt illius voluntas per eius commune, *cap. ab exordio* 10. *diſt.* gloſſa verbo numerandum *in cap.* ſtatutum de electionibus, *lib. 6. tradit.* Gama *deciſ.* 173. *à num.* 12. Cabedo 1. *par. deciſ.* 74. *num.* 5. *&* 2. *par. deciſ.* 86. *num.* 1. ſpecialiter ſi teſtator fuerit homo literatus, vt in præſenti iuxta notata per Doctores *in l. haredes mei, § cum ita, ff. ad Trebell.* & tenuit eleganter Menochius *lib. 4. præſumptione* 202. *num. 7.* Gratian Florentinum *tom. 4. cap.* 664. in principio,
85 Robles de repræſent. *lib. 3 cap. 35.* in principio, & numeris ſequentibus. Tum, quia ſemper illa interpretatio fuit ſecurior, quæ ſecuta eſt regulas iuris ciuilis, argumento textus *in l. ſi vnius, §.* pactus, ne peteret, *ff. pact.* & ibi Iaſon. Gloſſa receptiſſima *in cap ſtatutum* 13. *de præbend. lib. 6.* Couar. 3. varias. *cap. 6. num. 4.* Tiraquello *de primogen. quaſt.* 25. *num.* 6. Gutier. *ad lect. 6. n. 329.*
86 *ff. de legat.* 1. Molina de primogeniis, *lib. 3. c. 1. n. 25.* Sanchez *de matrim. lib. 2. d. 12. num.* 2. Atqui ius ciuile, & commune taliter ampliauit priuilegia conceptis, vt in omni caſu vnde illis poſſet conſiderari vtilitas, eam illis reſeruauit ad tempus natiuitatis, abſque vlla differentia, inter ſucceſſionem, quæ illis defertur per legem, ſiue ex teſtamento, vt patet *ex l. antiqui. ff. ſi pars hared. petat*; ergo in omni caſu illi differenda eſt.

Nec obſtat id, quod contrarij aſſerant, ſcilicet prædictas leges loqui de diſpoſitionibus legitimis, non verò de teſtamentariis, qualis eſt
87 hæc. Nam contra hoc eſt, quia æqualiter admittuntur, ſi eſſent neceſſaria, coniecturæ in diſpoſitionibus teſtamentariis, quam in diſpoſi-
88 tionibus legitimis, ſiquidem etiam in iure admittuntur coniecturæ, & fictiones in diſpoſitione hominis, vt patet in deciſione textus *in l. cum Auus* 101. *ff. de condit. & demonſtr.* vbi Accurſius in gloſſa huius textus. Et facit in confirmationem textus *in l. cum acutiſſimi, Cod. de fideicommiſſ. l. quoties, ff. hared. inſtit.* & textus *in l. generaliter, §. fin. de inſtit. & ſubſtit.* cum multis aliis, & tenent Ozuald. ad Donel. *lib. 8. cap. 1. lib. 3.* Ailon in additamentis ad Gomez 1. *par. variarum, cap. 5. num. 35. §. procedit eleganter*; ergo idem dicendum eſt in diſpoſitionibus teſtamentariis quam in legitimis.
89 Confirmatur 12. Quia poſthumi ſunt tacitè vocati in inſtitutione ex voluntate teſtatoris; ſed hoc ſufficit vt non cenſeantur excluſi, vt ex Menochio, Surdo, Fuxar, Rota, Ruin. tradit eleganter Altogrado *conſilio 66. num.* 22. Caſtillo *dicto cap. 91. num. 42. & 43.* ergo noſter poſthumus nullo modo cenſeatur excluſus. Maior eſt certa; quia omnes coniecturæ perſuadent inſtitutorem tacitè vocaſſe conceptum, Quod pro-
batur ex verbis, & forma inſtitutionis, ex qui- 90
bus reſultant ſequentes coniecturæ. Prima coniectura reſultat ex eo, quòd inſtitutor ſubſti-
tuit deſcendentes fratris ſui Menodi Peres. 91
vt patet ex inſtitutione; ſed ex hoc reſultat coniectura, poſthumos eſſe vocatos, vt tradit Riminald. Iun. *conſil. 546. num.* 16. Et idem cum aliis reſoluit Altogradus 2. *tom. conſil. 66. num.* 22. ergo.

Secunda coniectura reſultat ex eo, quod inſti-
tutor fecit digreſſionem, ſed plures gradus ſub- 92
ſtitutionum vocando filios, nepotes, & deſcendentes fratris ſui, & in eorum defectu vocauit perſonas in inſtitutione; ſed in his terminis poſthumi conſiderantur vocati, & qui non erant nati ad tempus mortis vltimi poſſeſſoris, vt in terminis reſoluit ex Sone. in Ser. Fu-
garo. Nata. Rota, Altogradus *dicto conſ. 66. n. 23.* 93
Mantica de coniecturis, *lib. 8. tit. num. 22. & 28.* ergo. Tertia coniectura reſultat ex verbis illis toties repetitis, vt patet ex inſtitutione, ſed in his terminis iudicantur vocati poſthumi, vt ex textu *in l. cum ita legatur. §. in fideicommiſſ. in fine, ff. leg. 2.* & ex Soncino, Reminaldo, Rota reſoluit Altogradus *dicto conſ. 66. n. 24.* ergo.

Quarta coniectura reſultat ex eo, quod inſti- 94
tutor prohibuit alienationem, & voluit quod bona ſemper conſeruarentur in familia cum vocationibus contentis, vt in inſtitutione; ſed in his terminis cenſetur vocare poſthumos, vt ex
Soncin. Rota, & aliis reſoluit Altogradus *dicto* 95
conſil. 66. num. 26. ergo. Quinta coniectura reſultat ex eo, quod inſtitutor vocauit primum poſſeſſorem, fratrem ſuum Men. Peres, & declarauit, quod mortuo illo tranſirent bona ſua ad ſuos deſcendentes maſculos, & in illis ſemper perſeuerâſſent; ſed in his terminis præſumitur voluiſſe vocare poſthumus, qui deſcenderent ab vltimo poſſeſſore, vt ex Roman. Menochio, Alciat. Peregrin reſoluit eleganter Altogradus *dicto conſil. 66. num. 27. vſque ad num. 35.* ergo in his terminis ex coniecturata mente defuncti, viſa firma inſtitutionis, non poterat actor procedere, opponentem poſthumum, ex Caſtillo *lib. 5. cap. 91. nu. 31.* & in hoc caſu excludit poſthumum auctorem, etiam ſi fuiſſet frater pater ſui, ex Giurba *de feud. §. 2. gloſſa 4. num. 41.*

Tandem etiamſi in omnibus huc vſque dictis
poſſet dari dubium, & etiam ex coniecturis, an 96
voluntas teſtatoris fuiſſet vocare poſthumum, conſtat quod in eadem inſtitutione vocatus eſt poſthumus expreſſe, cum quo ceſſant omnes dubitationes, quæ contra conceptum poſſent op-
poni, quod ſic probo. Inſtitutor vocauit filios 97
Mendi Peres in tempore, in quo eos nondum habebat; ſed ex hac vocatione reſultat expreſſa vocatio poſthumi concepti, vt poſt Caſtrum, Roman. Ruin. Surd. Nat. Menochium, Rotam, Gratian. reſoluit Altograd. *conſil. 66. n. 25.* & cum multis Doctoribus Fuſar. *q. 318. n. 92.* & cum Geronymo Gabriel. Caſtrenſ. Alexander, *num. 96. & 99.* & elegat Ruin. *conſil. 22. num. 13.* Ergo

poſthu

poſthumus exptefſe fuit vocatus in dicta inſtitutione.

Confirmatur: quia inſtitutot vocauit filios Mendi Peres, qui non naſcerētur ex Guiomar Martins, cum qua tunc Men. Peres erat matrimonio coniunctur, ſed ex altera legitima vxore, cum qua poſtea nuberet poſt mortem dictæ Guiomaris Martins, ſed in hac vocatione intrauit noſter poſthumus Ludouicus; ſiquidem poſthumus illius mulieris, cum qua nondum erat contractum matrimonium poterat inſtitui, & de facto inſtitutus fuit in illa vocatione, *l. placet 4. cum l. ſequenti l. ſi quis poſthumus 9 §. 1. & § penultimo, & vltimo, l. filius 28. §. ſi quis ex certa, & § ſi quis ex eo tempore ff. de liberis, & poſthum* & hæc eſt differentia, quæ eſt inter diſpoſitionem legis, & hominis, quod legalis non eſt in ſuſpenſo, & hominis; differtur, & ſuſpenditur ad tempus in quo poſthumus naſcatur, vt optimè probat Valentia, ad rem loquitur *tract. 4. cap. 2. & 7.* Ergo noſter poſthumus exptefſe fuit vocatus in illa vocatione teſtatoris, videatur Valentia, qui hæc omnia expreſſe habet.

Tandem addo. Quod etiamſi inſtitutor præci-
98 peret, quod poſthumus conceptus non admitteretur ad hanc ſucceſſionem, quod oon præcepit, ad-
99 huc talis conditio eſſet nulla; ſiquidem erat contra ius, ac per conſequens haberetur vt non poſita, vt patet ex textu, *in l. facta §. ſub conditione, ff. ad Trebellian. l. ſi quis inquilin. §. ſi quis ſcripſerit ff. de leg. 1.* vbi hoc ipſo quod conditio appoſita in
100 inſtitutione ſit contra leges, aut conſtitutiones, habetur pro non appoſita, & nihilominus hæres conſequitur maioratum; aut hæreditatem. Quod etiam probatur, *ex textu in l. conditiones 1. & 2. & l. quidem in ſuo. ff. de condit. inſtitut. cap. requiſiſti. & textus tunc nobis de teſtament. l. quæramus ff. eodem.* quia nemo poteſt facere, ne leges
101 in ſuo teſtamento locum non habeāt, *l. nemo poteſt. vbi gloſſa 1.* Imo debet quis in quocumque actu reſtringere ſe ad leges de eo loquentes, & diſponentes, vt poſt Menochium, *de adipiſcend. remedio 4 alias 44 n. 35.* & poſt Bartolum reſoluit Valaſcus, *conſil. 132. n. 29. tom. 2.* Surdus, *de aliment. to. 2. q. 11. n. 12* Paul de Caſtro, *in l. nemo poteſt. n. 9 ff. de leg. 1.* & ibi Iaſon, *n. 32.* & patet ex textu, *l. nemo poteſt 58. ff. de legat. 1.* Et quod diſpoſitum eſt in hac lege intelligatur diſpoſitum à teſtatore reſoluit Bartolus, *in l. ſi quis legauerit. 124 ff. de legat. 1. in fin.* & idem reſoluit Menochius, *conſil. 50 n. 20. & conſil. 95. n. 48. & conſil. 150. n. 46 & de præſumptionibus, lib. 4. q. 84. n. 2.* Tuſcus, *lit. A, concl. 496. n. 4.*

102 Nec contra hoc facit id, quod ſtatuitur in Ordinatione huius Regni, *lib. 4. tit. 100. §. 5.* vbi ait, *E tado o que aſima dito he, ſe entendera naon declarando, ou diſpondo o inſtituidor em qualquer dos ditos caſos, ou em outra maneira, porque o que elle ordenar, e diſpuſer ſe comprira.* Nam huic obiectioni reſpondetur quod dicta libertas conceſſa in ordinatione, non debet extendi, niſi ad id, quod dicitur in duobus paratis antecedentibus circa repræſentationem, & ſuper præcedentiam viri, vel fœminæ, vel quod ſuccedat conſanguineus proximior vltimi poſſeſſoris, vt bene declarat, §. 3. *vbi, E tado o que aſima dito he,* per quod videtur reſtringere poteſtatem teſtatoris ad id, quod manebat relatum, & alij caſus manebant in diſpoſitione iuris, & cum omne ius reputet conceptum pro nato hæc debet ſequi.

F. Ant. à Spir. Sanct. Conſult. var.

Tum quia Ordinatio ait, ſi teſtator contrarium non declarauerit; Atqui in noſtro caſu teſtatore poſthumum conceptum non excluſit, nec tale quid declarauit, vt patet ex inſtitutione; ergo. Tum quia dictus maioratus fuit inſtitutus ante dictam ordinationem, nam ordinatio facta fuit anno 1505. vt ait Oſorius in vita Regis Domini Manuelis, *lib. 4 fol. 108. & 109.* Et hic maioratus fuit inſtitutus in anno 1306. vt patet ex inſtitutione; Atqui lex, quæ de nouo fit, non comprehendit inſtitutionem, teſtamentum, aut diſ-
poſitionem ante ipſam factam. Lex enim de no- 103
uo lata non extenditur ad præterita, vt patet ex textu, *in l. cum lex ff de legibus l. diuerſas, Cod de mandat.* Quia princeps ſua lege nunquam vult alteri præiudicium inferre, *l. 2. §. marito ſi quis à principe, ff. ne quis in flumine fiat,* & idem reſoluit noſtra Ordinatio, *lib. 2. tit. 35. §. 27.* in quo declaratur, quod lex poſterior non comprehendit donationem anteriorem, & idem reſolutum fuit in ſucceſſione domus de Bolas, & ſic etiam intellecta fuit ordinatio in caſu inter Vincentem Burges de Souſa, & ſororem ſuam D. Margaritam; ergo iſte maioratus ex omnibus titulis huc vſque relatis adiudicandus eſt noſtro Illuſtriſſimo poſthumo Ludouico, & non actori.

Reſpondetur argumentis in principio in contrarium factis.

AD primum conceſſo antecedenti reſponde- 104
tur Ludouicum exiſtere in humanis cum
qualitatibus à teſtatore requiſitis. Ad primam
confirmationem Reſpondetur, quod *l. cum inter*
veteres 14. de fideicommiſſ. non vult dicere 105
conceptum non eſſe hominem, ſed non eſſe hominem perfectum, ſicut infans non poteſt dici homo perfectus in frigore. Tum quia illa doctrina erat iuris antiqui, non tamen novi, vt patet ex verbis eiuſdem textus, ibi nos vetus iurgium diſcidentes. Et eodem modo debent aliæ leges allegatæ intelligi, quæ vel loquuntur de poſthumo nondum concepto, vel de homine
non perfecto, vt ſupra late probauimus. Ad ſe- 106
cundam confirmationem reſpondetur in poſthumo exiſtere omnes qualitates requiſitas ad ſuc-
ceſſionem, vt ſupra late probauimus. Ad ter- 107
tiam, quartam, & quintam confirmationem reſpondetur, illa verba, *ſe abi o ouuer, ou a hi o naon*
ouuer, verificari in poſthumo, ſiquidem vere exi- 108
ſtebat, & erat ibi, licet occultatus in ventre matris, nec eſt idem, *ſe abi o ouuer, ac que ſe ſe achar, ne alhar. nam ſe ali o ouuer, dis te exiſtentia fora deſer mera mente poti vel, è o que ſe achar, dis exiſtentia achada, iſto he, que ſe poſſa demonſtrar ſenſu aliquo.*

Ad ſextam confirmationem reſpondetur teſta- 109
torem vocaſſe maſculum vere exiſtentem, quod
verificatur in poſthumo. Nec eſt neceſſe quod 110
ad oculum demonſtretur; nec illa dictio, ipſi, demonſtrat perſonam ad oculum, ſed refert eandem; eſt enim relatiua, & demonſtrat etiam
in ventre, & non ad oculum, vt patet ex 111
verbis Angeli ad D. Ioſeph ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum Matthæi c. 1. quod etiam patet ex aliis multis ſcripturæ locis,

112 Ad ſeptimam confirmationem reſpondetur : illa
verba, *à ſa morte*, ſolum velle dicere, *per ſua*
113 *morte*, vt ſupra late probauimus, non vero requi-
rere, quod vere in humanis exiſteret. Ad octa-
uam confirmationem bene ibi reſponſum eſt. Ad
114 inſtantiam reſpondetur idem dicendum eſſe in
ſucceſſione teſtamentaria, quam ex lege quoad
ſucceſſionem poſthumi, niſi teſtator excluſeri s
115 poſthumum, quod tamen non fecit in præſenti,
vt latè ſupra oſtendimus. Nec eſt neceſſe quod
diſpoſitio hominis expreſſe vocet poſthumos,
116 nam ipſi per legem ſunt comprehenſi, ſed ſo-
lum eſt neceſſe quod non ſunt excluſi expreſſe, vel
117 vero ſimiliter.
Ad nonam confirmationem reſpondetur hic
118 non dari fictionem retrotractiuam, ſed realitatem,
cum poſthumus in ventre vere exiſtat, vnde non
datur retrotractio in præiudicium tertij, tunc
119 enim ſolum eſſet præiudicium tertij, ſi ille ter-
tius habuiſſet aliquod ius quæſitum, vel poſſet
acquirere ad maioratum, non tamen venter eſſet
120 in primo loco, ille quæſitum fecit ius, vt dicit
eadem lex *antiquis*, & hoc non eſt præiudicare
tertio, qui nunquam ius acquiſiuit, Gloſſa, *in de-
cem ff. de verbor. ſig.* Alias non ſucceſſione filij dice-
remus, quod eſſet in præiudicium illius, qui eſſet
in remotiori gradu, quod non eſt dicendum, ſo-
lum enim præiudicat tertio, quod ſi contra ius,
121 *l. nemo 94. ff. de regul. iuris ibi*; Nec exemplum
de illo, qui ex concubina habuit filium, cum non
eſſet vxoratus valet, nam licet poſtea poſt mor-
122 tem vxoris contrahat cum concubina matrimo-
nium, non habet filius concubinæ legitimatus
per matrimonium ius quæſitum, qui tempore,
quo ius fuit quæſitum filio legitimo vxoris, fi-
lius concubinæ erat incapax ſucceſſionis, quod
non accidit in poſthumo, qui tempore, quo erat
in ventre non erat incapax ſucceſſionis ſecun-
dum ius.
Ad decimam confirmationem reſpondetur, ma-
123 ioratum non eſſe in pendenti. Nam cum poſthu-
mus iam eſſet conceptus, & verus homo, illi ſta-
tim defertur maioratus, quod probat Mieres
exemplo abſentis, qui putabatur mortuus. Le-
gendus eſt etiam Palaus, *apud Caſtill. lib. 1. cap. 91.
n. 20.* Et confirmatur exemplo maioratuum com-
munium, in quibus ſtatim ſuccedit poſthumus,
antequam naſcatur, aliàs eſſet maioratus in pen-
denti, quod non admittitur in aliquo maioratu,
Molina, *de primogenitis, lib. 3. cap.* 10. Sufficiebat
ergo fœtum eſſe animatum, ne penderet maiora-
tus. Ad vndecimam confirmationem negatur
124 poſthumum haberi pro nato eſſe fictionem iuris,
ſicut repræſentatio. Nam poſthumum haberi pro
nato eſt priuilegium iuris, non tamen fictio iu-
125 ris, cum poſthumus vere exiſtat, quod non habet
mortuus, quem filius repræſentat. Videatur Va-
lenzuela, *tom. 2. conſil.* 19*. *n.* 82. Ad duodecimam
confirmationem reſpondetur quod ſi in inſtitu-
tione daretur conditio, quod ſolum ſuccederet
ille, qui tempore mortis vltimi poſſeſſoris exiſte-
ret, adhuc cenſeretur vocatus poſthumus, vt ſu-
126 pra late probauimus, ſiquidem vere iam exiſtebat
in rerum natura, per quod patet, ad decimam ter-
tiam confirmationem.

CONSVLTVM XXXVIII.

De iure cuiuſdam confraternitatis ad celebrandas Miſſas, & exequias defunctorum in Eccleſia Parochiali.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Confratres confraternitatis Spiritus ſancti populi Viennenſis in Luſitania, habent poteſtatem libere celebrandi Miſſas, & Officia defunctorum, abſque eo quod teneantur vocare parochum, aut canonicos dictæ Eccleſiæ.*
3 *Naturales Vienna conſuetudine immemoriali ſoliti ſunt vocare ad hæc officia, & Miſſas dictam confraternitatem.*
4 *In hoc nunquam offenſi ſunt ius parochiale, aut canonicorum.*
5 *Exequiæ, & Miſſæ pro defunctis de iure non pertinent ad Parochos, vel Canonicos.*
6 *Ad hæc officia, & Miſſas poſſunt teſtamentarij vocare clericos ſibi bene viſos.*
7 *Quæ de iure communi competant parochis in ſuis Eccleſiis referantur.*
8 *Parochus de iure non tenetur aſſiſtere exequiis defunctorum.*
9 *Caſu quo eis velit aſſiſtere, non debet dari ei aliqua portio eleemoſynæ, quæ datur aliis clericis exequias celebrantibus.*
10 *Poſſunt hæredes defuncti illi aliud ſtipendium dare, ſi voluerint.*
11 *Tenentur illi tale ſtipendium dare, ſi detur laudabilis conſuetudo introducta.*
12 *Parochi Eccleſiæ Viennenſis non ſunt in poſſeſſione, quod vocentur ad tales exequias, vel Miſſas, nec quod eis detur aliquod ſtipendium pro ſua aſſiſtentia.*
13 *Hæredes defunctorum in Oppido Vienna ſolent à tempore immemoriali vocare ad tales exequias, & Miſſas confratres dictæ confraternitatis.*
14 *Hodie non poſſunt vocare alios.*
15 *In pure facultatiuis non poteſt introduci conſuetudo laudabilis, etiam immemorialis.*
16 *Quando res non ſunt pure facultativa ſed habens aliquos reſpectus in bonum animæ, poteſt introduci laudabilis conſuetudo per decennium.*
17 *Aſſiſtere exequiis defunctorum non pertinet ad ius parochiale.*
18 *Canonici qui non ſunt confratres huius confraternitatis, nullum ius habent vt vocentur.*
19 *Confratres huius confraternitatis omnes ſunt naturales eiuſdem oppidi Viennenſis.*
20 *Clerici qui non admittuntur ad prædictas exequias, & Miſſas ſunt extranei, & alienigenæ.*
21 *Iuxta ius diuinum, & canonicum ad bona Eccleſiaſtica, prius admittendi ſunt naturales digni, quam alienigenæ.*
22 *Probatur ex iure diuino.*
23 *Probatur ex iure canonico.*
24 *Probatur ratione.*
25 *Prouiſio beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſi fiat extraneis,*

extraneis, exiſtentibus clericis naturalibus dignis, eſt nulla, iuxta plurimorum ſententiam.

26 *Patronus qui inſtituit aliquam capellam, vel teſtator, qui reliquit aliquas Miſſas, poteſt præcipere, vt prius vocentur naturales, & conſanguinei digni, quam extranei.*

27 *Intentio omnium teſtatorum in oppido Vienna eſt, quod ad ſuas exequias, & Miſſas vocentur confratres Spiritus ſancti.*

28 *Chorarij Sedis Bracharenſis non admittant ad officia, & Miſſas defunctorum alios clericos, qui non ſint Chorarij.*

29 *Ita facientes, non faciunt contra ius canonicum.*

30 *Non eſt credibile ordinarium confirmaſſe ſtatutum iniquum, & contrarium iuri communi.*

31 *Præſcriptio immemorialis, etiam contraria iuri communi habet vim priuilegij.*

32 *Sufficit allegare hoc priuilegium, etſi titulus non probetur.*

33 *Sufficit allegare tempus ſine titulo.*

34 *Præſcriptio immemorialis habet vim priuilegij ex certa ſcientia.*

35 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

36 *Ordinarius poteſt facere ſtatutum, quod in funeribus non vocentur, niſi tot religioſi, vel clerici, vt ſumptus ſint moderati.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN notabili oppido Viennæ in Luſitania in Prouincia Anteramnenſi, in principali Eccleſia illius, S. Ioannis Baptiſtæ ſita eſt quædam nobiliſſima, & ditiſſima Capella Spiritus ſancti, quæ à tempore immemoriali, & à fundatione ipſius Eccleſiæ, vt naturalis dicunt conſueuit gubernari per quandam nobiliſſimam confraternitatem Clericorum laudatæ, & approbatæ vitæ, & ſanguinis puritate comprobata, in qua eſt quidam prouiſor, ſcriba & alij miniſtri neceſſarij pro gubernio ipſius Capellæ. Conſueuerunt autem fideles illius populi prædictos clericos Confratres dictæ Capellæ vocare ad aſſocianda cadauera ad ſepulturas, ad celebrandas exequias defunctorum, ad dicendas Miſſas, quas pro animabus ſuis volunt ſibi poſt mortem celebrari, hæc enim omnia peragunt dicti confratres perfectiſſimè, cum igitur hi religioſiſſimi clerici, hac exactione, & perfectione, prædicta officia, & Miſſas celebrent, conſueuerunt naturales illius oppidi, non parocho, ſed ipſi prouiſori Capellæ, & eius miniſtris dare omnem ſummam pecuniarum pro Miſſis, & dictis officiis celebrandis, & ſic præcipiunt in ſuis teſtamentis, vt eis talis ſumma tribuatur, & cum ipſi celebrent pro ipſorum animis, etiam eoſdem conſueuerunt vocare ad aſſociandum corpora ad ſepulturam, ad celebrandum cum cantu, & ſine illo, eorum exequias. Creuit cœtus clericorum, deducta eſt ad ſtatum perfectum huiuſmodi confraternitas, fecit quædam laudabilia ſtatuta, in quibus quomodo Miſſæ diſtribuendæ erant aſſignatur, quod ſtipendium pro celebrando quolibet officio à tota confraternitate poſtulando, quot clerici eſſent admittendi ad confraternitatem, & quod ſolum naturales, & liberi à ſanguine Saracenorum, & Hebræorum admitterentur. Præſentarunt huiuſmodi, & alia ſtatuta Ordinario, qui ea ſemel, & iterum, vt laudabilia approbauit. Cum igitur huiuſmodi religioſi patres eſſent in hac ſua poſſeſſione à tempore immemoriali, videntibus, & non reclamantibus parochis, & canonicis dictæ Eccleſiæ, ſed potius approbantibus, (parochum enim, etſi extraneum ſolebant ad confraternitatem recipere non tamen canonicos) quo non obſtante cum per multos annos in hac ſua poſſeſſione immemoriabili exiſterent.

Accidit, quod quidam parochus, qui noluit intrare dictam confraternitatem, & aliqui Canonici dictæ Eccleſiæ (habet enim illa Eccleſia vltra prædictam confraternitatem ſuum parochum, & canonicos) voluere aſſiſtere prædictis officiis defunctorum, & quod Miſſæ etiam eis diſtribuerentur. Reſponderunt prædicti confratres, parochum poſſe aſſiſtere dictis officiis, ſi vellet, eos tamen ex ſtipendio, quod eis dabatur pro officio celebrando, nihil ei daturos, ſed tantum ei daturos eleemoſynam pro Miſſæ officio, vt mos erat apud illos à tempore immemoriali, Canonici autem ſi vellent aſſiſtere officiis, nec eleemoſinam eis daturos, nec Miſſas eſſe diſtribuendas, nam hæc omnia ex voluntate defunctorum, non ad canonicos, ſed ad ipſos pertinere; non tamen negarant, nec negant, poſſe teſtatores, ſi velint eos vocare, & ſoluere ſtipendium ſui laboris, & alias Miſſas diſtribuere. Non eſt credibile quam indignati fuere canonici, & clerici illius Eccleſiæ, voces cœlum penetrarunt, Romam petierunt, & adhuc illic perſeuerant ab hinc plurimis annis, & erant, dicebant enim, ad parochum pertinere diſtributionem Miſſarum, ipſum debere vocare clericos pro celebrandis officiis defunctorum, vt ſolet fieri in toto Regno; clamabant hanc conſuetudinem Viennenſem eſſe abuſum, ipſos clericos confraternitatis eſſe excommunicatos excommunicatione Bullæ Cœnæ, ſiquidem impediebant vocare alios clericos ad Officia, & Miſſas defunctorum, cum ſolum permitterent vocari confratres ſuæ confraternitatis, qui ſolum poterant eſſe naturales, & non extranei: delata igitur huiuſmodi querela ad Ordinarium, ſæpe ſæpius in fauorem confraternitatis iudicauit, delata ad Romanum Pontificem, iuſſit iudices commiſſarios, & delegatos, qui etiam in fauorem confraternitatis iudicarunt. Cum autem his temporibus, huc & illico plura eſſent iurgia, & aliqui ex vna parte, & alij ex alia ſuper iuſtitia horum clericorum dubitarent.

Quæſierunt iſti religioſi clerici à me: An hæc confraternitas Spiritus ſancti oppidi Viennenſis, prout ſtabilita eſt à tempore immemorabili, poſſit efficere officia omnium defunctorum huius villæ, celebrare omnes Miſſas, quæ in illis iubentur dici, abſque eo quod teneantur vocare parochos, qui non fuerint confratres eiuſdem confraternitatis, aut canonicos, abſque eo quod faciant aliquid contra ius canonicum, diuinum, vel naturale.

RESPONSIO AVTHORIS.

REſpondi, Confratres huius celeberrimæ confraternitatis Spiritus ſancti notabilis oppidi 2
Viennenſis in Archiepiſcopatu Bracharenſi in Luſitania, poſſe libere celebrare talia officia defunctorum, & dicere tales Miſſas, abſque eo quod teneatur vocare parochum, nec canonicos eiuſdem

Eccleſiæ,eo quod ad ſolos prædictos confratres
pertineat efficere talia Officia defunctorum, &
prædicta defunctorum Miſſas celebrare; quod
ſic probo.
3 Ex conſuetudine immemorabili ſolent hære-
des teſtamentarij defunctorum huius oppidi
Viennenſis vocare patres huius confraternitatis
Spiritus ſancti ad celebranda dicta Officia, & di-
cendas prædictas defunctorum Miſſas, & illis
tribuunt eleemoſynas illorum; ſed ſic eſt, quod
in hoc nunquam offenderunt ius parochiale, aut
canonicorum; ergo ad ipſos ſolos confratres Spi-
4 ritus ſancti pertinet hodie efficere prædicta Of-
ficia defunctorum, & tales Miſſas celebrare.
Maior probatur latiſſime ex teſtibus, qui exhi-
biti ſunt in actibus, & ex poſſeſſione, in qua ſunt
huiuſmodi confratres à tempore commemorabili;
Minor verò, hoc eſt, quod nunquam in hoc of-
ſenderunt ius parochiale, aut canonicorum, etiam
probatur.
5 Quia Officia defunctorum, & Miſſæ pro de-
functis de iure non pertinent ad Parochos, aut
canonicos, ſed ſunt ſuffragia libera, quæ hæ-
redes, & teſtatores iubent celebrare pro ani-
mabus ſuis, ad quæ ſecundum ius canonicum
poſſunt teſtamentarij vocare Clericos ſibi benè
viſos, vt declarauit Sacra Congregatio anno
6 1617 die 5. Maij, vt refert Barboſa de Officio
curæ *cap.17. num.27.* & ſic determinauit Vrba-
nus VIII. *in Conſtitutione ſua 21.§.1.tom.4.Bul-
larum. in folio* 250. confirmans ex certa ſcientia
Conſtitutionem Pauli V. vt teſtatur Peirinis in
additamentis ad Conſtitutionem Leonis X. *c.* 4.
num. 7. Et ego ipſe dixi in noſtro Directorio Re-
gularium *tract.* 2. *d.* 3. *ſect*, 4 *num.* 135.
7 Quod autem huiuſmodi ſuffragia, ſecundùm
ius canonicum non pertineant ad Parochos,
etiam liquet. Nam parochis de iure ſolum com-
petit, quod illorum parochiani audiant illo-
rum Miſſam in ſua parochia quod ſoluant eis
decimas, & primitias, & oblationes, & quod
ipſi eis miniſtrent Sacramenta, & eos ſocient ad
ſepulturam, & faciant Officium ſepulturæ, &
tribuant eis benedictiones nuptiales, vt cum
Syluestro, notauit Moronius, *reſponſo* 99.
numero 132. & cum Tabiena, & aliis commu-
niter Regindus *lib.*30. *tract.*1. *cap.*8. *ſectione* 4.
numero 51. ergo Officia, & Miſſæ defuncto-
rum non pertinent ad ius parochiale, nec canoni-
corum.
8 Et hinc fit, parochum de iure non teneri aſſi-
ſtere, & præſidere huiuſmodi Officiis defuncto-
rum, & in caſu quo eis velit aſſiſtere, vt poteſt,
non debere ei dari aliquam certam portionem ex
9 eleemoſyna, quæ datur Clericis vocatis pro tali
Officio, niſi hæredes libere alteram eleemoſynam
illi velint dare, vel detur conſuetudo legitime in-
10 troducta, eam illi dandi, nam tunc poſſunt obli-
gare hæredes ad obſeruandam laudabilem con-
ſuetudinem, *cap.ad Apoſtolicam.*& ibi Gloſſa, &
11 Abbas *n.*3.*&* 4.Felinus *n.*2.Hoſtienſ.*n.*6. & tenet
cum Azor.Mallero de Hierarchia, & iure Eccle-
ſiæ *lib.*3 *tit.*30. §.1. *num.*5. ergo ſi non detur talis
conſuetudo, vel libere talem eleemoſynam hære-
des velint illis dare, aſſiſtere debent talibus Offi-
ciis gratis, nam ideo recipiunt decimas, & obla-
tiones defunctorum, vt notauit Malletus, loco
citato; Sed ſic eſt, quod nec parochi huius Ec-
12 cleſiæ ſunt in poſſeſſione, quod vocentur ad hæc
Officia, nec eſt conſuetudo dandi eis aliquam
portionem eleemoſynæ, quæ ſolet dari pro Officiis
defunctorum in caſu quo non ſint confratres il-
lius confraternitatis; ergo ſi ex tempore imme-
morabili hæredes & teſtamentarij huius oppidi,
ſolum ſolent vocare confratres huius confrater-
nitatis Spiritus ſancti, ad talia Officia, & Miſſas 13
defunctorum hodie non poſſunt non illos voca-
re vocando alios, ſed ſolam dictam confraterni-
tatem debent vocare, & illi ſoli, & eius confratri- 14
bus debent diſtribuere ſtipendia relicta pro Miſ-
ſis, & cum illis talia Officia defunctorum cele-
brare, & non cum Parocho, vel canonicis dictæ
Eccleſiæ,
Patet hæc vltima conſequentia euidenter pri- 15
mo: Quia quamuis in pure facultatiuis non poſ-
ſit introduci conſuetudo laudabilis, & poſſeſſio,
etiamſi ſit immemorialis non ſufficiat ad illam
introducendam, vt conſtat *ex l.* 1.*C.de ſeruit.&
aqua*, & tenet Bartolus *in l.cum in rem verſic.ff.de
vſuris.* Innocentius *in c.bona,2.de poſtul. prælator.*
Cinus *in l.*1. *&* 2. *Cod.quæ ſit longa conſuetudo*,&
clarius conſtat *ex cap. ad Apoſtolicam de ſimo-
nia:* attamen quando res non ſunt pure faculta- 16
tiuæ, & voluntariæ ſed habent certos reſpectus
in bonum animæ, cum aliquo onere, ſi per longum
tempus. v. g. decem annorum ſoleat certis per-
ſonis committi, talis conſuetudo debet obſer-
uari, vt patet *ex cap. ex parte de cenſibus, & ex
cap. Aſtenſis de conceſſ. præbend.* vt notauit Ab-
bas *in cap.ſuam nobis, num.* 8.*de ſimonia.*& mul-
to melius conſtat *ex cap. Abbate de conſuetudine,
& cap ſi Epiſcopus de offic. ordin. in* 6.*& cap.quo-
niam eodem titulo, ſed non eodem libro*, vt latius
cum multis probat Moronius, *reſponſo* 27 *num.*15.
Sed ſic eſt, quod hic ſunt certi reſpectus, vt eſt
labor Sacerdotum in celebrandis dictis defun-
ctorum Officiis, & Miſſis, pietas cauſæ, & fa-
uor animæ dantis; ergo optime in his poteſt in-
troduci laudabilis conſuetudo, ſi per decem an-
nos ſolitum fuiſſet vocari tales patres ad tales
Miſſas, & Officia; Atqui ſolitum eſt vocari ta-
les patres à quolibet de populo à tempore im-
memorabili: ergo iam eſt introducta talis con-
ſuetudo, & poſſeſſio, & debent vocari tales pa-
tres huius confraternitatis ad tales Miſſas, &
Officia defunctorum, & non alij: Ita docet ex-
preſsè in ſimili caſu Moronius *reſponſo* 27. *num.*2.
vbi latiſſimè probat quandam curam annualem
cujuſdam parochi, qui à multis annis ſolebat
vocari ab hæredibus defunctorum cujuſdam ciui-
tatus ad Miſſas, & Officia defunctorum, tene-
bantur eum vocare, & non alium Clericum eius
loco, non obſtante, quod à principio illis libe-
rum fuiſſet vocare illum, vel alterum, quem
voluiſſent, & hoc non alia ratione, niſi ratio-
ne conſuetudinis, quam in bonum animarum
ſuarum introduxerant, & ob poſſeſſionem, &
præſcriptionem in qua erat talis cura; ergo cum
hic tales confratres ſint in poſſeſſione,, vt ipſi &
non alij vocarentur ad prædicta Officia, & Miſ-
ſas. & ſint præſcripti, & hæc conſuetudo ſit lau-
dabilis, ſiquidem eſt in bonum animarum de-
functorum, & habet annexum laborem ſpiritua-
lem, ſic debet obſeruari in poſterum & manu-
teneri, vt in ſimili caſu reſoluit Rota Romana
in quadam deciſione coram Illuſtriſſimo Cardi-
nale Mantica anno 1597. die 22. Martij, quam
refert Hurtado de congrua ſuſtentatione *ap-
pen*

pendice tertio folio mihi 390.numero quarto.

17 Et quod parochus non debeat vocari ad hæc Officia, & in caſu quo illis velit aſſiſtere, non teneantur hæredes defunctorum & dare partem ſtipendij, quod ſolet dari prædictæ confraternitati. Probatur, Nam vt ſupra diximus, aſſiſtere his Officiis non pertinet ad ius parochiale, & in caſu, quo ipſe velit aſſiſtere debet gratis aſſiſtere, niſi detur conſuetudo dandi ei aliquod ſtipendium, vt ſupra diximus; ſed ſic eſt, quod in hac Eccleſia numquam ſolitum fuit dare illi talem eleemoſynam, ſi non eſſet confrater prædictæ confraternitatis, nec etiam canoni-
18 cis, qui nunquam fuere admiſſi, ſi non erant confratres; ergo nec canonici, qui non ſunt confratres prædictæ confraternitatis debent admitti ad prædicta Officia. & Miſſas, nec parochi debent eſſe numerati in prædictis ſtipendiis Officiorum, quia ſunt eleemoſynæ liberæ, & ſolum in his habent ius aequiſitum confratres huius conſraternitatis. ob poſſeſſionem, & couſnetudinem laudabilem, & immemorabilem in qua ſunt.

19 Quod autem hæc conſuetudo ſit ſancta, iuſta, & laudabilis, & conformis iuri communi pro-
20 batur. Quia confratres huius confraternitatis omnes ſunt naturales eiuſdem oppidi Viennenſis, & Clerici, qui non admittuntur ad hæc Officia, & Miſſas ſunt ſoli extranei, & alienigenæ; ſed eſt, quod eſt maxime conforme iuri diuino, & canonico, quod ad bona eccleſiaſtica ſiot priùs admiſſi Clerici naturales digni, quam alienigenæ, & quod ſi dentur Clerici naturales digni, ex-
21 tranei excludantur; ergo cum ſint tot Clerici huius oppidi natutales, inter quos poſſint diſtribui hæ Miſſæ, & fieri hæc Officia, non eſt iuſtum, quod dentur extraneis, priuando his bonis eccleſiaſticis naturales. Maior eſt certa, nam vt conſtat, omnes Clerici naturales huius oppidi, qui volunt ingredi hanc confraternitatem, ſi non ſint ex ſanguine maculato, vel in vita deprauati, ſunt admiſſi ad illam, vt conſtat ex ſtatutis huius confraternitatis. Minor vero probatur:
22 Et quod ſit iuxta ius diuinum probatur, *ex Deuteronomio* 18. Prophetam de gente tua 22. *&c*.17.
23 *non poteris alterius gentis facere regem*, & quod ſit iuxta ius canonicum conſtat, *ex Tridentino. ſeſſ. 5. cap. 5. de reformatione, & ex cap.bona 2. de poſtulat.verſiculo quia vero, & cap.ne pro defectu de electione, cap.nec è meritis, & cap.nullus, 61.diſt. cap.fin.de cler.* Peregrin *cap. Aphroſ.quaſt*.8. *diſt. cap.neminem* 70. *diſt.& l.in Eccleſiis*, ibi in vico, *natus. C de Epiſcopis, & Clericis, & l.vna.C.non licere habitat. lib*.11. In quibus textibus ordinatur, quod exiſtentibus naturalibus dignis, hi præferantur in bonis Eccleſiaſticis alienigenis, & extraneis.

24 Et ratio iſtius eſt, quia ſecundum rectam rationem, & bonum regimen eſt, quod ſi dentur filij huius populi digni, alienigenæ non præferantur, non enim eſt æquum panem filiorum eripere, & dare alienigenis, nec eſt bonum, quod naturales eſuriant, & extranei gaudeant beneficiis, & bonis patriæ ſuæ; ergo ſecundum bonam rationem eſt, quod exiſtentibus Clericis dignis & naturalibus, hi præferantur in bonis ſuæ Eccleſiæ alienigenis. Tum, quia hæc bona exeunt ex bonis parentum horum Clericorum; & conueniens eſt, vt ipſi in diſtributione illorum præferantur extraneis, & alienigenis, ſi ipſi commode æque poſſint efficere officia, quæ extranei facturi erant. Hinc plures DD. dicunt prouiſionem beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſi fiat extraneis, exiſtentibus clericis naturalibus dignis, eſſe nullam, vt docet Rebuffus, Panormitanus, Gloſſa, Lopes, Felinus, Corſetus, Sel-
ua, Salzedo, Auendaño, Innocentius; Decius, 25
Couar. Mandoſius, Nauarrus, Dueñas, Rochus, Ledeſma, Gomes, quos larga manu refert, & ſequitur Sanchez, *in conſiliis lib.2. cap.1.dub.8.à n.2.* Ergo cum clerici huius confraternitatis ſunt omnes naturales huius oppidi, ſequitur quod eſt maxime conforme iuri diuino, & Eccleſiaſtico, & rationi naturali, quod præſerantur in his bonis ſuæ Eccleſiæ alienigenis, & extraneis.

Confirmatur: Nam vt plures Authores dicunt; 26
patronus, qui inſtituit quandam capellam, aut beneficium, vel teſtator, qui præcepit dicere aliquas Miſſas, poteſt præcipere, quod præferantur in præſentatione talis capellæ, & in ſacrificiis dicendis eius conſanguinei, aut naturales, ſi digni ſint, excludendo extraneos, vt cum Lambertino, & Innocentio, docet Sanchez, *lib.2.Conſiliorum cap.* 1. *dub*. 10.*num*. 10. Sed ſic eſt quod intentio omnium, qui in hoc oppido Viennæ inſtituunt capellas, vel iubent dicere Miſſas pro animabus ſuis eſt, quod eas cele-
brent tantum prædicti patres confraternitatis Spi- 27
ritus ſancti, & non alij alienignæ, & extranei, & hæc eſt voluntas omnium teſtatorum, & naturalium illius oppidi, vt ego à multis ipſorum, adhuc viuentibus ſæpe ſæpius audiui; ergo prædicti patres, excludendo alienigenas, & omnes qui non ſunt confratres ſuæ confraternitatis, non faciunt aliquid iniuſtum, ſed conforme iuri communi, & ſecundum voluntatem teſtatorum.

Confirmatur 2. quia clerici Chorarij ſedis Bra- 28
charenſis non admittunt ad officia, vel Miſſas defunctorum alios clericos, qui non ſunt chorarij eiuſdem ſedis, vt quotidie cernimus in dicta ſede Bracharenſi, & teſtatur Fragoſo, *p.2. lib*. 8. *diſp*. 19 §. 7. *num*. 26. Et hoc ex ſtatuto confirmato ab ordinario, & hoc abſque eo, quod faciant contra aliquod ius canonicum: Ergo idem poſſunt efficere Viennæ Patres confraternitatis.
Conſequentia recte infertur; quia tam vnum, 29
quam alterum ſtatutum eſt confirmatum ab ordinatio, & vltra Patres confraternitatis Spiritus ſancti ſunt in poſſeſſione immemorabili. Antecedens vero quoad ſecundam partem, etiam probatur; quia non eſt credibile ordinarium approbaſſe ſtatutum iniquum, & contrarium iuri communi, ergo ſi hoc ſtatutum actualiter in ſede Bracharenſi obſeruatur, quid intereſt, quod obſeruetur in collegiata inſigni Viennenſi, cum antiquior ſit in illa hæc conſuetudo.

Confirmatur 3. Quia non eſt credibile, tot 30
prælatos, quot fuere in illa Cathedra Bracharenſi, conſenſiſſe illis ſtatutis, & conſuetudini per tot annos, ſi continerent aliquam iniquitatem contra ius Canonicum, vel libertatem Eccleſiaſticam, abſque eo quod illa reformaſſent; Sed ſic eſt, quod nec Bracharæ, nec Viennæ, huc vſque prælatus aliquis impediuit, vel reprobauit hæc ſtatuta, & conſuetudinem; ergo ſignum eſt nullam continere iniquitatem, nec eſſe contrarius

canonicum, aut libertatem Eccleſiaſticam.

Confirmatur 4. quia dato, & non conceſſo, quod hæc conſuetudo fuiſſet contraria iuri communi, ſecundum quod hæc officia, & diſtributio
31 Miſſarum pertinerent ad ius parochiale, vel canonicorum, adhuc iſti patres debent in ſua poſſeſſione manu teneri. Et ratio eſt, quia præſcriptio temporis, cuius memoria non extat, habet vim priuilegij, ac iuſti tituli, ita vt per eam acquirantur, etiam ea, quæ principi ſunt reſeruata, tamen obſtet præſumptio iuris communis contra præſcribentem, *cap. ſuper quibuſdam de verb. ſignif. cap. 1. de præſcript. in 6. l. hoc iure §. ductus*
32 *aquæ, ff. de aqu. quot. & æſt.* Aretin. *conſil. 50. n. 4.* Decius, *conſil 85. verſic. his non obſtant. & conſil. 231. n. 2. in fine.* Vnde ſufficit allegare hoc priuilegium, etſi titulus non probetur Bellon. *conſ. t.*
33 *num. 5.* Quinimo ſufficit allegare tempus ſine titulo, Rota, *deciſ. 20. n. 2. de reb. Eccleſ. non alien. in antiquis*, Paulus de Caſtro, *in conſil. 425. num. 2. verſic. in contrarium, lib. 2.* Alexander, *conſil. 6. n. 1. & 2. lib. 1.* Felinus, *in cap. accedentes enim verſic. ſed diceres, & in cap. cum officiis, n. 4. de præſcript.* habet enim hæc præſcriptio vim priuilegij expreſſi, & conceſſi ex certa ſcientia, quia proinde habetur, ac ſi ab eo, qui hanc habet authoritatem fuiſſet conceſſum, Cornelius, *conſil. 384. n. 1. & 3. lib. 4.* Et ideo licentia etiam Pa-
34 pæ, & principis conſenſus præſumitur, Aretin. *conſil. 56. in principio, & num. 1. & ſequentibus,* Couarr *in cap. dum in officiis, num 9. verſic. nam & illa bona de teſtam. & in cap. poſſeſſor. 2 p. §. 7. & 10 n. 1. verſic. firmet tamen de regulis iuris in 6.* Atqui huiuſmodi patres habent hanc conſuetudinem, & præſcriptionem à tempore immemorabili: ergo poſſunt allegare quemcunque titulum voluerint, vt eſt tritum, & promulgatum, & in nota acceptiſſimum; igitur poſſunt etiam allegare priuilegium recipiendi tales eleemoſynas, & faciendi illa officia independenter à parocho, & canonicis à ſummo Pontifice ex certa ſcientia confirmatum, vt prætet ſupra dicta iura, & DD. latè decidit ſacra Rota in quadam declaratione coram Illuſtriſſimo Cardinale Mantica, anno 1597. die 21. Martij, quam refert Thomas Hurtadus, *de congrua ſuſtentatione clericorum appendice 3. folio mihi, 390. n. 4.*

35 Nec inde ſequitur aliqua violatio immunitatis Eccleſiaſticæ, vel illius libertatis, vt vult colligere Fragoſus, *p. 2. lib. 7. d. 19. §. 7. n. 27.* Nec aliquod monopolium, vt dicit idem Author ibi, nec iniuſtitia contra libertatem hominum, aut ſimonia, ſiquidem tales patres confraternitatis non dicunt clericos, qui non ſunt confratres huius confraternitatis non poſſe vocari ab hæredibus, & teſtamentariis, tam Viennæ, quam in omni loco ad Miſſas, & officia defunctorum, ſi enim id dicerent optimè procedit ſententia Fragoſi, *loco citato*; ſed ſolum dicunt, quod de facto hodie non eſſe vocandos, nec numerandos in hoc oppido ad has Miſſas, & officia defunctorum, eo quod ius liberum, quod hæredes, & teſtamentarij defunctorum, & etiam ipſi teſtatores habebant ad vocandos hos, & non alios clericos, translatum eſt ad hanc confraternitatem, ob conſuetudinem laudabilem, & poſſeſſionem immemorialem, in qua ſunt, vt manet probatum; vnde ſicut hæredes poterant vocare clericos, quos voluiſſent, admittendo alios, & excludendo alteros, iuxta decretum Sacræ Congregationis, & Vrbani VIII. & Pauli V. abſque eo quod facerent aliquid contra libertatem Eccleſiaſticam, vel libertatem hominum, & abſque ſimonia, vel monopolio, idem poteſt efficere hodie hæc confraternitas, in quam tranſlatum eſt ius teſtatorum, hæredum, & teſtamentorum, ratione poſſeſſionis, & conſuetudinis laudabilis, & immemorialis, in qua ſunt, quæ omnia clare videntur in hoc exemplo Theologico; ſicut enim ex infallibilitate ſaluationis prædeſtinati, non ſequitur defectus libertatis ad ſe condemnandum in prædeſtinato, ſed ſolum ſequitur poſſe condemnari, ſed quod de facto non ſit condemnandus, ſed omnino ſaluandus, quia iam eſt prædeſtinatus; ita ex eo quod prædicti confratres de facto non vocent, nec ſint vocaturi clericos, qui non fuerint confratres ſuæ confraternitatis, non infertur defectus libertatis, & potentiæ ad hoc, vt vocentur, ſed ſolum ſequitur quod non ſunt de facto vocandi, eo quod dicta confraternitas habet iam præſcriptum per conſuetudinem laudabilem, & poſſeſſionem immemorabilem ius liberum, quod teſtatores habebant ad vocandum quos clericos voluiſſent, & quia de facto habent decretum, & ſtatutum abſolutum fundatum in dicta poſſeſſione, & præſcriptione iuris teſtatorum, hæredum, & teſtamentorum non vocandi alteros, qui non fuerint confratres eiuſdem confraternitatis.

Secundo reſpondetur, quod ordinarius poteſt 36
facere ſtatutum, quod in funeribus non vocentur, niſi tot religioſi, vel clerici, vel confraternitates, vt ſumptus ſint moderati, abſque eo quod faciat contra libertatem Eccleſiaſticam, vt docet Panormitanus, *in cap. fin. de rebus Eccleſiaſticis non alienandis*, Caietanus, *in ſumma verbo communicatio cap. 11.* Graffius, Vgolinus, quos refert, & ſui ipſius oblitus ſequitur Fragoſus, *p. 2 lib. 1. d. 3. n. 288.* Et ratio eſt, quia tale decretum non ordinat aliquid per ſe contra perſonas Eccleſiaſticas, ſed ſolum per accidens, ſiquidem quod intendit eſt, quod ſumptus in exequiis, & funeribus defunctorum ſint moderati, & non vani, vt dicit Fragoſus *ſuprà*: ergo cum ſtatutum huius confraternitatis ſit confirmatum ab ordinario, & ſolum præcipiat, quod non vocentur ad exequias, & Miſſas defunctorum, niſi tantum Sacerdotes huius confraternitatis ad moderandos ſumptus, (ſiquidem incredibile eſt, quam tenuiſſimum ſit ſtipendium, quod confraternitati ſoluitur ob celebrationem harum exequiarum; in quibus aſſiſtunt ad minus octoginta clerici) ſequitur tale decretum non eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, nec naturalem, & multo minus eſſe monopolium, vel ſimoniam; videatur Fragoſus *loco citato*, qui neſcio quo fundamento hoc ſtatutum vt bonum admittat, & ſtatum Chorariorum ſedis Bracharenſis reſpuat *p. 2. lib. 8. d. 19 §. 7. num. 26.* Nam ſicut hoc ſtatutum præcipit, vt non vocentur, niſi tot clerici, tot confraternitates, tot religioſi ad euitandos ſumptus, ita illud ſtatutum Chorariorum ſedis Bracharenſis, & horum confratrum Spiritus ſancti Eccleſiæ Vienenſis præcipit, vt non vocentur niſi Chorarij ipſius ſedis, vel confratres Spiritus ſancti ad euitandum ſumptus vanos; vel ergo vtrumque ſtatutum eſt malum, vel vtrumque bonum; ſed hoc vt bonum admittit Fragoſus, *p. 2. lib. 1. d. 3. n. 288.* Ergo & illud, Corariorum Sedis Bracharenſis &

coofequen

conſequenter noſtrorum confratrum Spiritus ſancti vt bonum debebat admittere. Imo Alteri, d. 16. cap. 5. fol. 691. docet ſtatuentes contra priuilegium perſonæ Eccleſiaſticæ particularis, etiam directè non incurrere hanc cenſuram; vt videri eſt apud Fragoſum, ſuprà, n. 288. per quod manet magis roboratum ſtatutum noſtræ confraternitatis.

CONSVLTVM XXXIX.

De Equitibus militaribus, an teneantur ſoluere decimas de bonis patrimonialibus?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Commendator Equitum Chriſti non tenetur ſoluere decimas ex redditibus, vel terris ſua commenda.*
3 *Probatur ratione.*
4 *Equites Chriſti non tenentur ſoluere decimas ex bonis patrimonialibus.*
5 *Probatur authoritate Doctorum.*
6 *Equites Chriſti, etiam vxorati ſunt veri religioſi.*
7 *Religioſi exempti ſunt à decimis, tum iure communi, tum ex priuilegiis.*
8 *Hi milites habent multa priuilegia ad non ſoluendas decimas.*
9 *Hæc priuilegia competunt etiam Equitibus vxoratis.*
10 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
11 *Priuilegium habet latam, & latiſſimam interpretationem extra verborum proprietatem, dummodo mens concedentis non offendatur.*
12 *Hic non offenditur mens concedentis, ſi hæc priuilegia ad bona patrimonialia extendantur.*
13 *Ponitur argumentum in contrarium, & eius ſolutio.*
14 *Secunda ſolutio eiuſdem argumenti proponitur.*
15 *Ponitur aliud argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
16 *Ponitur ſecunda ſolutio eiuſdem argumenti.*
17 *Hæc priuilegia non fuere reuocata per cap. nuper de decimis.*
18 *Opinio Themodi in hac parte refellitur.*
19 *Sententia lata contra aliquos milites non offendunt illos, contra quos non fuere lata.*
20 *Milites multas habent ſententias pro ſe in iudicio legali huius regni.*
21 *Sententia lata in iudicio ordinarij contra equites nihil eis preſunt.*
22 *Epiſcopi poſſunt cognoſcere de propriis cauſis, quando cauſa mouetur cum ſibi ſubdito, ſecus cum exemptis.*
23 *Equites ſunt exempti à iuriſdictione Epiſcoporum.*
24 *Religioſi exempti non tenentur reſpondere coram Epiſcopo ſuper decimis.*
25 *Valet argumentum de rebus ad perſonas.*
26 *Equites habent ſuum iudicem priuatiuum à ſede Apoſtolica.*
27 *Talis cognitio pertinet ad hunc iudicem.*
28 *Nullus ordinarius poteſt interpretare breuia Apoſtolica.*
29 *Hæc interpretatio reſeruatur Papæ.*
30 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
31 *Hæc priuilegia Equitum non ſoluendi decimas non ſunt ſublata per non vſum.*
32 *Renunciatio per non vſum, ſolum habet locum in priuilegio affirmatiuo.*
33 *Priuilegium non ſoluendi decimas eſt negatiuum.*
34 *Priuilegium negatiuum, vt per non vſum amittatur requiritur, vt interueniat prohibitio, & quod poſt talem prohibitionem tranſierint centum anni.*
35 *Priuilegia regularium non amittuntur per non vſum.*
36 *Contra illa ad ſummum ſolum poteſt præſcribi per non vſum centum annorum.*
37 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
38 *Magnus magiſter non poteſt per ſe ſolum renunciare priuilegiis ordinis.*
39 *Id debet fieri in capitulo generali.*
40 *Generalis nec capitulum generale non poteſt renunciare priuilegium exemptionis, abſque licentia Papæ.*
41 *Renunciatio magni magiſtri ſolum eſt reſpectu Eccleſiarum, quæ ſunt in poſſeſſione recipiendi decimas à talibus Equitibus.*
42 *Hæc Eccleſia non eſt in tali poſſeſſione reſpectu noſtri Equitis.*
43 *In pari caſu melior eſt conditio poſſidentis.*
44 *Dum non conſtat de veritate fauendum eſt poſſeſſori.*
45 *Quando dantur duæ opiniones probabiles ſequenda eſt opinio poſſidentis, etſi ſit minus probabilis.*
46 *Rota ſolum iudicauit quendam Equitem teneri ſoluere decimas, quia non erat in poſſeſſione non ſoluendi.*
47 *Hæc reſolutio Rotæ non nocet noſtro Equiti, qui eſt in poſſeſſione non ſoluendi decimas.*
48 *Iſte Eques non tenetur ſoluere decimas de terris patrimonialibus, quas aliis conduxit.*
49 *Probatur id ex variis priuilegiis.*
50 *Hæc priuilegia quæ eximunt Equites à ſolutione decimarum ſunt realia.*
51 *Ponitur obiectio in contrarium & ſoluitur.*
52 *Coloni tenentur ſoluere decimas ipſis Equitibus, quorum terras excolunt.*
53 *Probatur id ex variis priuilegiis, & doctoribus.*
54 *Equites non tenentur ſoluere decimas ex terris alienis, quas ipſi conduxerunt, & ſuis ſumptibus colunt.*
55 *Probatur id ex variis priuilegiis.*
56 *Conſuetudo dat titulum in conſcientia, & diſobligat à ſolutione decimarum.*
57 *In materia decimarum ſtandum eſt ſemper Eccleſiæ conſuetudini.*
58 *Hæc conſuetudo præſcribit per ſpatium centum annorum contra Papam.*
59 *Conſuetudo cum titulo colorato ſufficit ad præſcribendum exemptionem à decimis.*
60 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

CASVS

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM Eques militaris Ordinis Ieſu Chriſti in Luſitania, & commendat.it llius, habebat multas poſſeſſiones, & terras, tam ipſius commendæ, quam patrimoniales, & acquiſitas, ante, & poſtquam habuit dictam commendam, quas & conductas aliis commodabat, & alias terras alienas ipſe condu̇cebat, & ſuis ſumptibus colebat, quod & eius pater, & alius per plures annos cum eſſet commendator eiuſdem commendæ etiam faciebat, abſque eo quod nunquam ex terris ipſius commendæ, vel patrimonialibus, ſeu acquiſitis, vel commodatis, ſuæ parochiæ ſolueret decimas, mortuus eſt pater eius, & in poſſeſſione non ſoluendi decimas, tam ex terris commendæ, quam patrimonialibus, vel etiam conductis, ſucceſſit eius filius, etiam commendator eiuſdem commendæ, & in ea pacifica poſſeſſione per plus viginti annorum ſtetit, accidit autem vt moreretur parochus, qui de poſtulatione decimarum huius Equitis non curabat, & cum alius exaltior ei ſuccederet, poſtulauit a prædicto commendatore decimas, tam de terris commendæ, quam patrimonialibus, vel etiam acquiſitis, & conductis.

Quæritur ergo primum, An iſte commendator teneatur ſoluere decimas ex redditibus & terris ſuæ commendæ? Secundò quæritur, An teneatur ſoluere decimas ex bonis patrimonialibus, & ex aliis acquiſitis, ante & poſt habitam commendam, ſiue prædictas terras colat per ſuos ſeruos, ſiue per colonos. Tertio an teneatur ſoluere decimas ex terris patrimonialibus, quàm aliis conductas dedit? Quartò, An teneatur ſoluere decimas ex terris alienis, quas ipſe conduxit, & ſuis ſumptibus colit? Quintò, An ſi de facto haberet hanc obligationem ſoluendi prædictas decimas, ab hac obligatione eximeretur, ex eo quod eius pater, & auus per multos annos talem decimam non ſoluit, in qua poſſeſſione ipſe hodie adhuc inuenitur.

RESPONSIO AVTHORIS, PRRIMO QVÆSITO.

An iſte commendator teneatur ſoluere decimas ex redditibus, vel terris ſuæ commendæ?

2 RESpondi nequaquam talem obligationem tenere, in hoc conueniunt DD. etiam contrarij, vt teſtatur Brito *de locato 3. p. cap. 2. nam.* 40. Et hæc ſententia procedit, ſiue ipſi Equites ſint veri religioſi, ſiue ſint tantum perſonæ Eccleſiaſticæ. Ratio eſt, quia redditus commendæ ſunt ipſæmet decimæ, quas coloni ſoluunt ex terris

3 ipſius commendæ, vel ſi commendator aliquas terras poſſidet, cenſentur veluti paſſalia ipſius commendæ, ſed ex decimis, nec paſſalibus, non ſoluuntur decimæ; Ergo iſte commendator non tenetur de redditibus vel terris ſuæ commendæ ſoluere decimas. & in hoc nulla eſt difficultas, vel controuerſia inter DD.

RESPONSIO AVTHORIS, SECVNDO QVÆSITO.

An iſte commendator teneatur ſolvere decimas ex terris patrimonialibus, & ex aliis acquiſitis, ante & poſt habitam commendam, ſiue eas colat per ſuos ſervos, ſiue per colonos?

RESpondi me in noſtro Directorio Regularium *1. p. tract. 2. d. 3. n.* 180. docuiſſe illos tenere ſoluere decimas ex prædictis terris. Per hoc tamen nolui aſſerere contrariam ſententiam non eſſe probabilem, ſed potius id multis argumentis, & rationibus ſatis indicari, vt dixi *in noſtro Directorio Confeſſariorum 3 p. tract.... n....* Vnde ſententiam negantem ipſos teneri ſoluere decimas ſemper reputaui probabilem, quæ probabilitas vt clarius eluceſcat, probatur hæc opinio, primo authoritate, deinde probabitur ratione. 4

Authoritate, quia ita docet Nauarrus, *tom. 1. de redditibus Eccleſiaſticis, fol. mihi* 332. *nam.* 1. Gabriel Pereira de Caſtro, *deciſione 9. per totam:* Phœbus, quem citat Themudus, *1. p. deciſione 2. n.* 36. Tamburinus; *tom. 2. de iure Abbatum d.* 24. *q. 5. num. 72. & 79.* Lexana *tom 1. cap. 5. num.* 55. Eandem ſententiam acerrime defendit Pater Iſidorus à Leue, Religionis Sanctiſſimæ Trinitatis lucidiſſimum iubar, Conimbricenſis Vniuerſitatis Cathredaticus primarius controuerſiarum, in quodam conſulto de hac re, quod ſæpe ſæpius præ manibus habui. Et tandem hanc ſententiam debent tenere omnes illi DD. qui dicunt ſuos equites etiam vxoratos eſſe veros religioſos, vt ſunt multi, quos refert, & ſequitur Sanchez *in ſumma, lib. 4. cap. 16. n. 11.* Diana, *1. p. tract. 2. reſol.* 10. Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi, allegatione* 12. *n.* 46. Lezana, *tom. 1. cap. 5. n.* 6. & cum Nouario, Riccio, Valenzuela, *4. p. tract... reſ. 86. & p. 10. tract. 2. reſol. 1.* & cum multis Ioannes Sanctius, *in ſelectis, d. 49. n. 1. & 15.* Amicus, *tom. 8. q. 15. ſect. 3. n.* 93. Leander. *de Sacrament. p. 1. tract 5. d. 11. q.* 47. Bordonus *reſol. 36. n. 7.* Suarez, *de Religione. tom. 4. lib. 1. cap. 4. n.* 8. Pelizarius, *tom. 1. tract. 1. cap. 3. q.* 19. Palaus, *tom. 4. tract.* 16. *d. 1. p. 1. n.* 34 Larrea, *tom. 1. à leg. 64. a. 1. & 3.* Aiala, *in declaratione regula S. Iacobi*, Mota, *in opere ſpeciali de hac re*, Valaſeus, *conſult. 14. n. 27. & conſult. 66. n. 31. lib* 1. Mendes à Caſtro, *in praxi, lib. 2. cap. 1. n.* 10. Fragoſus, *p. 2. lib. 1. d. 1. §. 2. n.* 44. Fagundez *de iuſtitia, lib. 6. cap. 11. nam.* 2. Rebello, *p. 1. 2. lib. 3. n.* 13. Ego ipſe *in noſtro Directorio Regularium, tract. 2. d. 3. p. 1. ſect.* 6. 5 6

Quod autem hi Doctores debeant tenere huiuſmodi opinionem, videtur neceſſario ſequi; nam ipſi fatentur prædictos Equites etiam vxoratos eſſe veros religioſos; ſed Religioſi exempti ſunt à decimis, tum iure communi *cap. ex parte de decimis, & cap. quaſti. & cap. decimis*, tum ex variis priuilegiis, de quibus Miranda, *tom. 1. q. 35. art.* 12. Lezana, *tom. 1. cap 3. n.* 1. Suarez, *tom. 1, de religione lib. 1. cap. 19. n.* 2. Diana, *p. 10. tract. 12. reſol.* 52. Fagundes, *in precepta Eccleſia precept. 1, lib. 1. cap. 9. dub. 4. concl.* 4. Palaus, *tom. 2. tract. 10. d. vnica, p. 19. num.* 2. ergo ex authoritate ſuorum 7

Doctorum

ſuorum Doctorum probabiliſſimum eſt, hos equi-
tes, etiam vxoratos exemptos eſſe à ſolutione
decimarum ex terris patrimonialibus; ſiquidem
tot, & tam graues Doctores eos eximunt; Ergo
Equites decimas non ſoluentes de bonis patrimo-
nialibus tuti ſunt in conſcientia, ſaltem per princi-
8 pia extrinſeca, ex authoritate horum doctorum.

Deinde probatur Ratione. Quia tales milites
habent multa priuilegia ad non ſoluendas deci-
mas, ergo non tenentur eas ſoluere. Antecedens
probatur. Quia Martinus V. *in bulla Militan-
ti Eccleſia*, tam Militiæ Ieſu Chriſti, quam de
Auis, & D. Iacobi, quam aliis, quæ pertinent
ad ordinem Ciſtercienſem, conceſſit priuilegia
eiuſdem ordinis Ciſtercienſis S. Iuſtinæ, & Mon-
tis Caſini, vt conſtat, *ex bulla Gregorij XIV*.
Sed ordo Ciſtercienſis habet multa priuilegia
ad non ſoluendas decimas, vt patet ex mul-
tis bullis, quas refert Lezana, *tom. 2. cap. 2.
num.* 16. Ergo hi milites non tenentur ſoluere
decimas.

Adeo clara ſunt, & manifeſta hæc, & alia pri-
uilegia, vt Brito, *de locato 1. p. cap. 2. num. 4.*
quamvis ſit acerrimus contrariæ opinionis defen-
ſor illa confitetur, negat tamen illa prodeſſe Equi-
9 tibus, qui non vivunt in communitate, ſed vi-
vunt vxorati. Sed contra hoc eſt, quod Gre-
gorius XIII. anno 1571. bullam ex Apoſtolicæ
ſedis, conceſſit ad inſtantiam Regis Sebaſtiani
his Equitibus huius regni, qui iam tunc vive-
bant vxorati, omnia privilegia, & indulta con-
ceſſa Equitibus D. Jacobi de Alcantara, vt fate-
tur Rodriguez, *in bullario folio mihi* 793. Et po-
ſtea idem confirmavit idem Gregorius XIII.
in alia bulla; quam refert Cherubinus, *tom.* 2.
pag. mihi. 500. Sed militia D. Jacobi de Alcan-
tara non tenetur ſoluere decimas, vt conſtat, *ex
bullis, Honorij III. Sixti IV. & Leonis X.* vt te-
ſtatur Tamburinus, *tom. 2. d. 24. q. 5. num.* 79. Er-
go tales equites etiam vxorati non tenentur ſol-
vere decimas. Confirmatur *ex alio privilegio Leo-
nis X.* quod continetur, *in libro gladiorum, fol.*
30. quæ omnia renovavit Gregorius XIII. vt
conſtat, *ex libro gladiorum fol.* 18. *&* 25.

10 Nec obſtat ſi dicas, in exemptione decima-
rum non prodeſſe communicationem privilegio-
rum, vt deciſum eſt à ſacra Rota, vt teſtatur
Trullenc. *in Decalogum, tom. 1. lib. 9. dub. 11. num. 4.*
Reſpondetur namque quod contrarium docet Fr.
Joannes à Cruce, Raphael de la Torre, Lezana,
Philippus à Cruce Garcias, quos refert Diana 10.
p. tract. 12. *reſol.* 49. Et probatur ex altera deci-
ſione Rotæ. 2. *p. in novissimis deciſione.* 266. Tum
quia quando agitur de cauſa pia, & in favorem
religionis, privilegia ſunt late interpretanda, vn-
de alteri deciſioni Rotæ non eſt neceſſario illi
ſtandum. Et dato quod illi ſtandum eſſet, adhuc
tales Equites non tenentur ſolvere decimas; ſi-
quidem *in bulla Leonis X* quæ refertur, *in libro
gladiorum fol.* 309. vt teſtatur Pereira, *ſuprà*, eis
conceditur directe hæc exemptio decimarum, &
clarius conſtat, *ex bulla Iulij II.* qui ad inſtantiam
D. Iorje Magiſtri Militiæ D. Iacobi huius Regni
conceſſit eidem militiæ D. Iacobi Luſitaniæ hanc
exemptionem decimarum.

Dices privilegium non ſoluendi decimas ſolum
fuit conceſſum, quoad bona in communi, ex
bulla Bonifacij, Martini V. Sixti IV. quas refert
Brito *ſuprà*; ergo non debet extendi ad bona patri-
monialia; nam priuilegium contra ius commune,
& Eccleſiaſticum debet reſtringi; odiaque à iure
*de regulis iuris, in 6. cap. 1. de filiis presbyterorum,
& in cap. ſane, cap. porro de priuilegiis, eſt enim
odium.* Reſpondetur namque, extra dubium eſſe,
priuilegium habere latam, & latiſſimam interpre- 11
tationem infra verborum proprietatem, *cap. intelli-
gentia de verb. ſignif. cap. ſecundo requiritis*, quia
ſequimur non verba, ſed mentem concedentis, *cap.
ad audientiam de decimis, & cap. olim, cap. reci-
pimus*, & tenet Abbas, *in cap. ad audientiam*, 12
Marianus, Iunius, Tiraquellus, quos refert, & ſe-
quitur Pereira, *deciſione* 90. dummodo mens con-
cedentis non offendatur, ſed hic non offenditur
mens concedentis, ſi hoc priuilegium ad bona pa-
trimonialia extendatur, ſiquidem priuilegia loquun-
tur de bonis conventuum, particulariumque perſo-
narum dicti ordinis, vt ſtatim dicemus: ergo.

Nec obſtat quod privilegium odioſum ſit re- 13
ſtringendum, quale eſt omne privilegium, quod
eſt contra ius commune, ut docet Pereira *ad conſt.
Clementis VIII. n.* 10. Reſpondetur namque, hoc
deberi intelligi de reſtrictione, quæ fit intra ver-
borum limites, & mentem concedentis, in hoc
enim diſpoſitio fauorabilis, & odioſa diuerſifi-
cantur, quia fauorabilis reſpicit extenſionem iux-
ta verborum proprietatem ex rationibus extrin-
ſecis, *l. non poſſunt. ff. de legibus.* Odioſa vero, reſ-
picit extenſionem intra verborum proprietatem
ex rationibus intrinſecis; vnde falſa eſt illorum opi-
nio, qui cenſuerunt, quod vbi priuilegium in aliquo
verificatur, etiam minimo, hoc ſufficit, vt in aliis
debeat reſtringi. Contraria namque eſt vera, & me-
lior opinio, & comprobatur ex textu, *in cap. ad
audientiam, cap. quia circa de priuilegiis*: Ergo
cum hoc priuilegium loquatur de perſonis ſingu-
laribus, vt patet, *ex Priuilegio Eugenij IV.* Cæ-
terum de quibuſcunque perſonis vbilibet conſti-
tutis, quæ in præſenti ſunt, & in futurum erunt.
&c. & *ex Priuilegio, Sixti IV.* quatenus Abba-
tes, & fratres eiuſdem ordinis, à præſtatione deci-
marum, &c. & *ex alia bulla eiuſdem Sixti IV.* om-
nes, & ſingulos Abbates, Priores, ac Abbatiſſas;
nec non omnia, & ſingula monaſteria præſentia,
futura, vbilibet exiſtentia, ſingulareſve perſonas
dicti ordinis, & *ex bulla Iulij II.* quæ illius præ-
lati, monachi, vel perſonæ colunt; cum igitur hæc
priuilegia loquantur de perſonis ſingularibus, iam
illorum verborum proprietas oſtendit, quod Equi-
tes, quatenus tales, etiamſi in ſæculo degant, gau-
dent eodem privilegio non ſoluendi decimas.

Secundo, & melius Reſpondetur, hic non fieri 14
extenſionem privilegij; quia dato, & non conceſ-
ſo, quod privilegium ſolum ſit, quod non ſoluant
decimas de bonis Religionis in communi, vt con-
trarij fatentur; Adhuc nihil infertur contra nos;
nam bona patrimonialia illorum militum, non
ipſorum propria, ad Religionis ſunt, ſolum enim
habent illorum vſum in ordine ad licita, & hone-
ſta; non tanquam ſuorum, ſed tanquam ſibi com-
miſſorum, ac commendatorum, nutu, & voluntate
ſuperiorum, pro vt alij Religioſi, maiori tamen am-
plitudine, poſſunt namque inſtituere maioratus, ali-
quas donationes, & cæteros contractus efficere, te-
ſtari, &c. non quia habeant dominium ſuorum bo-
norum, ſed quia hoc illis permittũt ſui prælati, de li-
centia Papæ, vt bene notat Az. Mol. Rod. Nau. quos
refert, & ſequitur Lezan. *to. 2. c. 5. n.* 28. Ergo Equites
de his bonis non tenentur ſoluere decimas. Tertio,

Reſpondetur priuilegia,quæ ſunt in fauorem Re-
ligionis , licet ſint contraria iuri communi , non
eſſe odioſa ; ſed fauorabilia , & vt talia latè in-
terpretanda , vt docent Suarez , *de legibus , lib.*8.
*cap.*19.*n.*7.Pereinis, *tom.*1. *ad Conſt. Clementis* 7.
*num.*12. Sed hoc priuilegium eſt in fauorem Re-
ligionis,eſt enim in commodum, & augmentum
bonorum Religionis , nam bona patrimonialia
militum , non ipſorum , ſed propria Religioois
ſunt ; ergo.

Nec obſtat quod verba priuilegiorum videan-
15 tur dirigi ad bona Conuentuum , & Religionis,
quare non debent extendi ad bona patrimonialia
ad inſtar priuilegij clericalis , quod ad bona pa-
trimonialia non extenditur. Reſpondetur nam-
que primò , bona patrimonialia eſſe bona con-
uentus , vt ſupra diximus. Secundo Reſponde-
tur , quod dato quod hæc bona non ſint conuen-
tus , eo quod ipſi milites non ſint veri Religioſi,
ſed perſonæ Eccleſiaſticæ ; adhuc non teneri ſol-
16 uere decimas ; Nam verba priuilegiorum non ſo-
lum ad bona conuentus , ſed etiam particularium
perſonarum extenduntur , vt ſupra oſtendimus;
Vnde hoc priuilegium non eſt reale , ſed perſo-
nale , nam vt priuilegium ſit reale , debet dirigi
ad ipſas res , v. g. ſi dicat ne ſoluant nec eorum
fundi , &c. Si tamen dicat eximo talem religio-
nem à ſolutione decimarum , vel tales perſonas,
vel ſi dicat de propriis fundis , vel agris , quos
propriis ſumptibus excolunt , non ſoluant , tunc
priuilegium eſt perſonale Suarez , *tom.*1. *de Reli-
gione , cap.*17 *n.*14. Surdus, Barboſa, *in l. qua ta-
le,n.*3. *&* 11. quos refert & ſequitur Gabriel Pe-
reira , *deciſione* 91. *num.* 13. Sed hæc priuilegia
concedunt his militibus , ne ſoluant decimas de
prædiis , quæ excedunt ſuis ſumptibus , & eo-
rum perſonas eximunt ; ergo talia priuilegia ſunt
perſonalia,& ad bona patrimonialia extenduntur;
ergo licet ipſi tantum ſint perſonæ Eccleſiaſticæ,
non tenentur de bonis ſuis patrimonialibus ſol-
uere decimas.

Tam claræ , & indubitabiles ſunt hæ ratio-
nes pro militibus , vt Themadus , 1.*p. deciſione* 2.
num. 36. videns imbecillitatem ſuarum rationum,
fugit ad aliud fundamentum , & dicit hæc om-
17 nia priuilegia fuiſſe reuocata , *in cap. nuper de de-
cimis in Concilio Lateranenſi* ; Sed bene Deus,
quàm longè à veritate diſcrepat Themadus ; ſi-
quidem adeo cæcus fuit iſte author , quod etiam
in computatione annorum à veritate diſceſſit , ſi-
quidem poſt derogationem , *in cap.nuper de de-
cimis factam in Concilio Lateranenſi* , fuere alia
18 priuilegia non ſoluendi decimas conceſſa his mili-
tibus , vt conſtat ex priuilegio Martini V.qui vi-
xit 200. annos poſt prædictum Concilium Latera-
nenſe, in quo factum fuit prædictum , *cap. nuper
de decimis*, ſiquidem tale Concilium fuit celebra-
tum anno Chriſti 1215. & Martinus V. regnauit
anno 1431. vt refert Hiſtoria Pontificalis 2. *part.
cap.*2 Probatur etiam ex priuilegiis Gregorij XIII.
Leonis X.& Iulij II.& ex aliis ſuprà relatis , quæ
multos poſt annos à dicto concilio prædictis Equi-
tibus fuere conceſſa.

19 Hec conuictus argumento Themadus ad ali-
quas ſententias confugit , quas pro ſe habuere
parochi contra prædictos Equites. Sed nec hoc
fundamentum aliquid conuincit , nam hæ ſen-
tentiæ non fuere latæ contra Magnum Magi-
ſtrum , & ordinem in communi , ſed ſolum con-
tra aliquos particulares milites , eo quod ſuam
iuſtitiam neſcierunt allegare ; ſententiæ autem la-
tæ contra particulares perſonas non nocent toti
ordini , nec illis , contra quos non fuerunt pro-
latæ , vt in ſimili Ripa , Cruz, Iaſon, Tiraquellus,
Gomes, Molina, Barboſa, Valaſco , quos refert,
& ſequitur Gabriel Pereira, *ſuprà , n.*34.Et ſi ſen- 10
tentiis pugnandum eſt , plures latæ proponuntur
in fauorem Militum , non ſolum in Regio Tri-
bunali ; ſed in iudicio legati huius Regni , qua-
rum tenorem refert Pereira in calce quæſtionis,
quæ ſententiæ maiorem fidem faciunt , quia latæ
ſunt in iudicio Eccleſiaſtico , & competenti Cle-
ment.*diſpendioſam de iudic. cap.literas de iuram.
cap.ſua de decimis.* Nec ſententiæ latæ in iudicio
Ordinariorum , quidquam proſunt,quia ipſi ordi- 21
narij ſunt notoriè ſuſpecti ad cauſam , cum pro-
priam vtilitatem prætendant ex non obſeruantia
horum priuilegiorum,& ſuccedit regula. *l.omnibus
contra de teſtibus,cap.*14.*q* 4.

Dices de iure Epiſcopis conceſſum eſt , tan- 22
quam ſupremis principibus , vt de propriis cau-
ſis cognoſcere valeant , *gloſſa in cap. cum veniſ-
ſent verb. cauſa ſua actualis de iudic.* Reſponde-
tur hoc ita eſſe , quando cauſa mouetur cum
eo , qui Epiſcopo ſubditus eſt. Ita Ruin. Ale- 23
xand. Andreas , Alciatus , Surdus , Abbas , De-
cius , & alij quos refert , & ſequitur Pereira , *ſu-
prà , num.*35. Atqui Equites ſunt exempti à iu-
riſdictione Epiſcoporum ex vi ſuorum priuile-
giorum : ergo Epiſcopi non poſſunt reſpectu il-
lorum cognoſcere de cauſa decimarum ſuæ Ec-
cleſiæ.

Nec contra hoc pugnat textus , *in cap.*2. *§.* 24
Diœceſano , lib. 6. Vbi videtur oſtendere , quod
etiam priuilegiati teneantur reſpondere coram
Epiſcopo ſuper decimis. Reſpondetur namque,
illum textum non loqui de religioſis exemptis à
iuriſdictione Epiſcopi , quia in eodem textu fa-
tetur Pontifex , quod de illis non poteſt Epiſco-
pus cognoſcere , ibi niſi de rebus exemptis aga-
tur, &c. Et valet argumentum de rebus ad per- 25
ſonas ; vnde cum milites , eorumque priuilegia
ſuum priuatiuum iudicem habeant à Sede Apo-
ſtolica , ad illum eundem iudicem ſpectat talis co-
gnitio , cum maior ſit ordinario , *cap.ſane* 15.*de
officio delegati cap.*2. *eodem titulo cap.cum con-
tingat de reſcriptis* , & tenent Menochius, Men-
doſius,quos refert, & ſequitur Pereira , *ſuprà.* Et 26
ad hunc iudicem ſpectat cognoſcere , an ſua ſit
iuriſdictio,*l.ſi quis ex alieno de iudic.* Nec aliud
probat , *cap.cum perſona de priuileg. lib.*6. quia 27
procedit in exhibitione priuilegij, quod debet in-
ſinuari coram ordinario, vt de facto conſtat, Non
autem vt de viribus illius cognoſcet , quia tunc
debet illud remittere ad concedentem , vt dicit
Antonius de Butrio,*in cap.ſuper literas de reſcrip-
tis*,Felinus,& alij quos refert,& ſequitur Pereira,
*ſuprà,num.*35.

Deinde, quia dictæ ſententiæ alia laborant nul- 28
litate , quia latæ ſunt ſuper interpretationem
breuium Apoſtolicorum , quæ nullus ordina-
rius poteſt interpretari , quia reſeruatur inter- 29
pretatio illorum Summo Pontifici , Gloſſa , &
omnes , *in dicto cap. cum veniſſent de iudic.* &
tenent Palacius , Syluester , Seraphinus , Rota,
Henriquez , quos refert , & ſequitur , *ſuprà,nu-
mero* 37.Et quamvis aliqui DD. cenſuerint quod
inferior poteſt cognoſcere de interpretatione
indulti

indulti Apoſtolici, quando incidenter de eo cognoſcitur, quando non verſatur cognitio circa poteſtatem principis concedentis. vt dixit Baldus, Abbas, Decius, Henriquez, quos refert Pereira, *ſuprà. num.* 37. Tamen omnes conueniunt, quod quando agitur principaliter de interpretatione priuilegij, & intentione concedentis, & dubium eſt graue, quod in his caſibus, quamuis incidenter cognoſcatur, cognitio ad ipſam ſedem Apoſtolicam ſpectat, quando cum facilitate obtineri poteſt declaratio, vt tenent Abbas, Decius, Rota, & alij, quos refert, & ſequitur Pereira, *ſuprà, num.* 17. Vnde cum in præſenti actum ſit de interpretando priuilegio Pontificis principaliter, & dubium ſit graue valde, ordinariorum ſententias ſequitur aperta nullitas, ex regula; *quæ ſunt, de regulis iuris in 6. cap. at ſi clerici de iudic.*

Videns Themudus imbecillitatem harum ſua-
31 rum rationum, fugit ad aliud fundamentum, & ait hæc priuilegia ſublata eſſe per non vſum; nam non vſus, cum ſit quædam tacita priuilegij renunciatio, ſufficit ad hoc, *vt priuilegium amittatur, l. 1. ff. de nundin.* & videre eſt apud Suarium, *de legibus, lib. 8. cap.* 34. *num.* 2. & alios. Sed nec hoc argumentum ei ſuffragatur. Reſ-
32 pondeo namque, negando talia priuilegia ſublata eſſe per non vſum pro quo ſciendum eſt priuilegia alia eſſe affirmatiua; alia negatiua; renunciatio autem per non vſum, ſolum habet locum in priuilegio affirmatiuo, quia hoc ſolum
33 extinguitur per non vſum, Suarez, *vbi ſuprà, cap.* 34. *num,* 34 In negatiuis vero, non ſufficit non vſus, quale eſt hoc de quo agimus, quod conſiſtit in non ſoluendis decimis, quod vt per non vſum cenſeatur derogatum, requiritur vt in-
34 teruen iat prohibitio, & poſt illam, quod tempus effluxiſſet neceſſarium ad præſcribendum contra priuilegium, vt tenent Molina, Theologus, Suar. Maſcardus, quos refert, & ſequitur, Gabriel Pereira, *ſuprà n.* 28.

35 Tum quia priuilegia Regularium, vel non poſſunt amitti per non vſum, vt patet *ex bulla Eugenij IV.* conceſſa Congregationi S. Iuſtinæ Benedictinorum, qua gaudent huiuſmodi milites, vt ſupra diximus, quam refert Rodriguez,
36 *in bullario; fol. mihi* 194. & ſequitur Portel, quem refert, & ſequitur Diana, *1. p. tract. 2. reſol.* 88. vel contra illos non poteſt præſcribi per non vſum, niſi poſt centum annos, vt conſtat ex alia bulla, quam refert, & ſequitur Diana ibi.

37 Nec obſtat ſi dicas, in noſtro caſu conſtare Prælatos contraxiſſe, & ab illa prohibitione plus centum annos effluxiſſe; ergo tale priuilegium debet cenſeri reuocatum. Reſpondetur namque; non omnem prohibitionem ſufficere, vt priuilegium abrogetur, ſed tantum illam quæ fit illis perſonis, quibus priuilegium principaliter eſt conceſſum fuit. Et ratio eſt quia cum in hoc includatur tacita renunciatio, hæc nunquam poteſt præſumi, niſi facta ab eo, qui expreſſe tali priuilegio renunciare poteſt; vnde cum priuilegium de non ſoluendis decimis fuiſſet principaliter conceſſum ordini, ſeu militiæ, eius: Ergo magno Magiſtro, & ordini in communi, nec tacite, nec expreſſe poteſt remitti à particularibus perſonis, ſeu Equitibus, *ex reg. cap. ſi diligenter cap. ſignificaſti:* Quare lites aliter motæ, non poſſunt nocere ordini in communi. Suarez, *de legibus, cap.* 34. *num.* 3. cum ergo talis prohibitio non fuerit, vnquam facta Magno Magiſtro, & toti ordini, ſed particularibus Equitibus inde eſt, quod non poteſt tali priuilegio præiudicare.

Hanc rationum vim penetrans Themudus, 3. *p. deciſione* 260. *&* 262. Quærit alia fundamenta ad probandam ſuam ſententiam, & ſic aſſerit ſic fuiſſe declaratum, & imperatum à Sereniſſimis Regibus, D. Ioanne III. & D. Sebaſtiano I. D. Henriquez, non tanquam à Regibus, ſed tanquam magnis Magiſtris dictorum ordinum, quorum diplomata ad inſtantiam ſtatus Eccleſiaſtici nouiter iuſſit obſeruare in comitiis ſemper Magnus, & ſemper Auguſtus, & inuictus D. Ioannes IV. Rex à Luſitanis, ſemper deſideratiſſimus, vt magnus Magiſter, *anno* 1645. *cap. 6. pag.* 65. 66. *&* 85.

Sed hoc fundamentum nullius roboris eſt, 38
primo, quia Magnus magiſter non poteſt per ſe ſolum renunciare priuilegiis ordinis, ſed hoc de-
bet fieri in Capitulo generali, vt conceſſit Leo 39
X. & Gregorius XIII. *in bullis,* quas refert Pelizarius, *tom. 2. tract. 5. cap. 8. ſect. 2. num. 7.* & cum aliis tenet Diana, *2. p. tract. 2 reſol.* 87. Quod non fecit Rex noſter Ioannes IV. nec eius Anteceſſores. Tum quia hoc priuilegium, eſt priuilegium exemptionis ab ordinario. ſed ſic eſt
quod nec Generalis, nec capitulum generale, po- 40
teſt renunciare priuilegio exemptionis abſque licentia Papæ vt decidit ſacra Rota, apud Lezanam. *tom 5. in mari magno Carmelitarum,* §. 33. *&* 38. & tenent plures DD. quos refert idem Lezana, *in conſiliis, conſilio 5. num.* 3. Et ego ipſe in noſtro Directorio Regularium, *1. p. tract. 2. d. 3, num.* 17. Ergo prædictus Rex, nec etiam in Capitulo Generali poterat renunciare tali priuilegio.

Tum quia dictum decretum Regis Ioannis IV. non militat in caſu huius equitis, de quo agimus; imo ei fauet, ſi quidem decretum Regium
ait, *Mando aos Corregedores, que ſendo requiri-* 41
dos pello dito Daiaon, &c. è conſtandolhe ouuidas as partes à quem tocar ſumariamente; que odito cabido eſta em poſſe de auerelhe pagarem os ditos dicimus os mantenhaon nadita poſſe; Sed ſic eſt, quod hæc Eccleſia non eſt in poſſeſſione recipiendi decimas ex terris patrimonialibus, ſiue conductis huius Equitis, imo ipſe Eques, & eius anteceſſores ſunt in poſſeſſione longinqua, vltra quadraginta annorum, non ſoluendi decimas; Ergo iuxta decretum prædictum Regium, non tenetur iſte Eques ſoluere decimas nec Miniſtri Regij ad id eum poſſunt cogere; Imo addo quod etiamſi decretum Regium non fuiſſet adeo expreſſum, adhuc talis Eques non eſt cogendus à Miniſtris Regiis, vel Eccleſiaſticis ad ſoluendum tales decimas.

Et ratio eſt, quia hic Eques eſt in antiqua poſ- 42
ſeſſione non ſoluendi decimas, habet deinde pro ſe opinionem ſatis probabilem, quod ad id non tenetur: ergo manutenendus eſt in ſua poſſeſſione. Maior eſt certa, conſtat enim de poſſeſſione. Minor ſatis manet probata. Conſequentia vero probatur: Quia in pari caſu melior eſt conditio poſſidenos regula, *in pari* 62.
de reg. iuris in 6. & 370. *ff. de regul. iuris.* Et 43
dum non conſtat de veritate. fauendum eſt poſ-

44 ſeſſori. nec ei præcipienda eſt teſtitutio, *iuxta. l.
*es. qui deſtinunt ff de rei vendicatu & §.retinen-
da inſtit. de interdictis,& conſonat, l. 27.tit.2.p.3.*
vt cum multis probat Palaus, *tom 1.d.3 p 2.n.6.*
Sed ſic eſt, quod oon conſtat, quod huiuſmodi
decimæ huius Eccleſiæ debeantur. imo contrarium
eſt æquè probabile; ergo non eſt cogendus talis
Eques ad ſoluendum tales decimas.

Confirmatur quia ſatis probabile eſt, quod ta-
45 lis commendatarius non tenetur ſoluere decimas;
ergo cum ſit in poſſeſſione eas non ſoluendi, ma-
nutenendus eſt in ſua poſſeſſione. Patet conſe-
quentia, quia quando dantur duæ opiniones pro-
babiles, etiamſi opinio poſſidentis ſit minus pro-
babilis, hæc ſequenda eſt, ſiquidem titulus poſ-
ſeſſionis facit hanc opinionem magis pendere, vt
docet cum Salas, & Leſſio. Dicaſtillus, *de iuſti-
tia lib.2. tract. 2.d.1.dub.10.n. 200.& lib.2.tract.
1.d.10.dub.16 § 5.n.344.*

Confirmatur 2. Ex quadam ſententia ſacræ
46 Rotæ contra quendam Equitem Calatrauæ, quam
refert Diana, *p.10. in deciſionibus Rotæ,fol.*10. de
Toletana decimarum, vbi tota ratio, in qua ſe
fundat Rota ad dandam talem ſententiam contra
illum Equitem fuit, quia probatum fuit, quod
Archiepiſcopus erat in poſſeſſione recipiendi de-
cimas ex bonis patrimonialibus huius Equitis &
quod dictos eques non probauit ſe habere poſſeſ-
47 ſionem in contrarium, cum ſcientia dicti Archi-
epiſcopi; ſed ſic eſt, quod noſter eques, & eius
pater, & auus per plures annos fuit in poſſeſſio-
ne non ſoluendi decimas ſuæ parochiæ, vidente
id eius parocho,& non contradicente, & hodie
eſt in tali poſſeſſione ergo iuxta dictam ſententiam
Rotæ non tenetur ſoluere decimas, vſque quo ca-
ſus Romæ diffiniatur.

RESPONSIO AVTHORIS, TERTIO QVÆSITO.

An teneatur dictus Eques ſolvere decimas de terris patrimonialibus, quàs aliis conductas dedit?

RESpondi negatiuè ita Suarez, *tom.1. de Reli-
gione lib.1. cap. 19.num.13.* Collector priui-
48 legiorum Ciſtercienſium verbo decimæ, Mando-
zius, Rodriguez, Peirines, Henriquez, quos re-
fert Diana,*p.10. tract. 12. reſol.* 32. Ratio eſt quia
ita conceſſerunt Ioannes 22. *Curtuſianis*, Lucius
III. & Bonifacius VIII.*Religioſis. S. Ioannis*,Gre-
49 gorius XI. & Pius III. & Gregorius XIII. *Patri-
bus,S.Hieronymi*; quæ omnia priuilegia participant
Patres Benedictini, & Ciſtercienſes virtute bullæ
Gregorij XIV. quam refert Rodriguez,*tom.2.q.35.
art.7*.& eidem Religioni ſpecialiter conceſſit Six-
tus IV. vt refert Gabriel Pereira, *ſuprà num.5.* Et
Eugenius IV. *in bulla*, quæ habetur inter priui-
legia, D. Benedicti, *fol.* 135. Sanè de fructibus
terrarum, & poſſeſſionum veſtrarum, ac etiam
noualium, quæ propriis manibus ac ſumptibus
colitis, vel per homines veſtros, aut alios exco-
li facietis, in propriis prædiis, in quo priuilegio,
vt vides concedit exemptionem à decimis, non
ſolum de terris, qoas ipſi Religioſi ſuis ſumptibos
excolunt, ſed nec de eis, quas aliis ſuis ſumpti-
bus excolendas tradunt.

Confirmatur, qoia hæc priuilegia eximunt præ-
dictos Equites à ſolutione decimarum ex terris, &
poſſeſſionibus, quomodocunque, & qualitercun-
que excolantur. vt ait Sixtus IV.& Iulius III. *in
bullis ſuis*; Sed prædictæ clauſulæ, quomodocun-
que, & qualitercunque, debent extendi ad ter-
ras, quas aliis colendas ipſi Equites tradunt, vt
probat Barboſa in dictionibus vſu frequentiori-
bus, verbo qualitercunque, & quomodocunque,
Menochius, *conſilio 335.n. 22.* Seraphin. *deciſione
317. n.17.* Etiamſi materia ſit odioſa, vt docet
Gonzales, *ad reg. 8. Cancellariæ. gloſſa 9. n.121.*
ſpecialiter, quando hæ duæ dictiones iunguntur,
vt in prædictis bullis Pontificis; ergo qualiter-
cunque colant prædictas terras exemptæ ſunt à ſo-
lutione decimarum.

Confirmatur 2.quia boc priuilegium quod exi- 50
mit huiuſmodi Equites à ſolutione decimarum eſt
reale, vt docet Menochius. *conſil. 276.n 7. lib.3.*
Henriquez, *lib. 7.cap. 27.n.7.& in gloſſa litera A*,
Mendoza, *in priuilegiis ad inſtar gloſſ. 15 n.14.*
Manuel Rodriguez,*tom.2 quæſtionum Regularium
q.45. n.5.* Peirinis, *tom. 1.ad Conſtitutionem 2.Iu-
lij II.* Diana, *p.3. tract. 2. reſolut.23.* Suarez. *ſu-
prà, n.* 13 Ergo tranſlato iure de ipſis terris ad
colonos, coloni ex eis non tenentur ſoluere de-
cimas Eccleſiæ parochiali.

Nec obſtat ſi dicas, huiuſmodi priuilegia non 51
eſſe in vſu. Reſpondetur namque, quod priuilegia,
vt ſupra diximus, non amittuntur per non vſum,&
quando non vſus fuiſſet ſufficiens, debebat eſſe
non vſum per ſpatium centum annorum à data
priuilegiorum, vt docet Belaſius, *verbo præſcribere,
num.72.* Sed ab vltima confirmatione horum pri-
vilegiorum noodum tranſierunt centum anni; ergo.
Tum quia non vſus, vel coorrarius vſus, debebat
eſſe generalis, & non particularium perſonarum,
vt declarat Eugenius IV. apud Tamburinum,
tom.1.d.16. q.17. n.4. Tum quia priuilegia horum
militum ſunt conceſſa intuitu laboris; ſed priuile-
gia conceſſa intuitu laboris, non amittuntur per
non vſum, vel contrarium vſum, vt docet Cabe-
do,*deciſ.86.n.5.& deciſione 94.2.p.* Azeuedo,*l. 14.
lib.1.tit.13.n.44.*Pereira,*deciſ.91.n.33.* ergo. Tum
quia multi Equites vſi fuere, & vtuntur huiuſ-
modi priuilegiis. vt fecit hic commendator, de quo
eſt noſter caſus,& alij; ſed ſolus vſus vnius ſufficit
ad ſaluandum priuilegium ne amittatur per non
vſum, vt docet Panormitanus, *conſ.54.lib.1.* Rota
coram Seraphino,*deciſ.951.n.2.*ergo.

Quod ſi quæras, quibus coloni, & conducto- 52
res harum terrarum teneantur ſoluere decimas,
cum non debeant ſoluere Eccleſiæ parochiali?
Reſpondeo teneri ſoluere decimam ipſis Equi-
tibus, quorum terras excolant. Ita Suarez, 53
tom. 1. religionis, cap. 19. num. 17. Peirinis,
*tom. 1. priuilegiorum ad Conſt.2. Iulij II. §.1.
num. 132.* Diana, *part. 1. tract. 10. reſolut. 13.*
Mendocius, *de priuilegiis ad inſtar gloſſ. 5. art.4.*
Rodriguez, *tom.1. quæſtionum regularium, q.41.
art.4.* Et ratio eſt,quia ita conceſſit Ioann. XXII.
Carthuſienſibus etiam de terris. & poſſeſſionibus
domorum aliis ad colendum traditis poſſunt præ-
cipere & habere decimas, quas coloni ſoluere
aliis tenentur, etiamſi aliæ Eccleſiæ, vel perſo-
næ ex poſſeſſione, vel quaſi, eas à colonis exa-
cturi fuerint, quod priuilegium habetur in com-
pendio priuilegiorum Ciſtercienſium, verbo de-
cimæ, §. 4. Idem priuilegium conceſſit Gre-

gorius

gorius XI. *Religioſis*, D. Hieronymi Lucius III. & Bonifacius XIII Militibus D. Ioannis Melitenſis, quæ videri poſſunt in Roderico ſupra, ergo prædicti coloni ipſis militibus tenentur ſoluere decimas, & non parochis, & ſi aliud fit, faciunt contra prædicta priuilegia.

RESPONSIO AVTHORIS, QVARTO QVÆSITO.

An iſte Eques teneatur ſolvere decimas ex terris alienis quas ipſe conduxit, & ſuis ſumptibus colit?

54 RESpondi Negatiue. Ità Pereira, *deciſione* 91. *n.* 4. & 20. Et à fortiori debent tenere alij DD huius ſententiæ ſupra citati. Et probatur ex priuilegiis Iulij III. & Sixti IV. in quibus exi-
55 muntur huiuſmodi Equites abſolutione decimarum, tam de poſſeſſionibus habitis ante, & poſt Concilium Lateranenſe, quàm de cæteris habendis, & acquirendis, quas propriis ſumptibus excolunt, quam alias quomodocunque, & qualitercunque excoluntur; ſed illa verba quomodocunque, & qualitercunque, debent extendi ad omnem modum, quo ipſi Equites prædictas terras excolant, etiamſi extentio ſit odioſa, vt docent Sardus, *conſil.* 497. Barboſa in dictionibus, verbo qualitercunque & quomodocunque, Menochius, *conſil.* 135. *n.* 22. Gonzales *ad Reg.* 8. Cancellariæ, *gloſſa* 9. *n.* 321. Ergo debent extendi ad terras alienas, quas ipſi Equites conducunt, & propriis ſumptibus colunt.

Secundo probatur, quia omnia priuilegia eximunt huiuſmodi Equites à ſolutione decimarum ex terris, quas propriis ſumptibus excolunt, ſed huiuſmodi terras alienas conductas propriis ſumptibus colunt; ergo neque ex eis tenentur ſoluere decimas. Tertio probatur quia hoc priuilegium verbis expreſſis concedit Pontifex Gregorius XIII. patribus D. Hieronymi, quod refert Rodrig. *tom.* 2. *quæſtionum regularium*, *q.* 45. *art.* 4. Etiamſi ea ab aliis conductis, dum illa veſtris manibus ſeu ſumptibus excolitis. Et Eugenius IV. Cæleſtinis Congregationis Diui Benedicti ideo conceſſit, quæ propriis manibus, & ſumptibus excolitis, vel per homines veſtros, vel alias excoli facitis, in propriis prædiis, ſiue etiam alienis; ergo huiuſmodi Equites non ſolum ex terris ſuis, ſed etiam neque ab aliis conductis tenentur ſoluere decimas, ſi eas propriis ſumptibus excolant.

RESPONSIO AVTHORIS, QVINTO QVÆSITO.

An ſi de facto hic Eques haberet hanc obligationem ſolvendi decimas, ab ea eximeretur, ex eo quod eius pater per multos annos tales decimas non ſolverit, in qua poſſeſſione ipſe hodie adhuc invenitur?

RESpondi, quod dato, & non conceſſo, quod huiuſmodi Equiti non conſtaſſet tam clare de huiuſmodi priuilegio exemptionis à ſolutione decimarum, poterat continuare tuta conſcientia in poſſeſſione, in qua eius pater, & auus per multos annos fuere, & cum in illa reliquerunt.

Ratio eſt, quia conſuetudo dat titulum in con- 56
ſcientia, qui deobligat à ſolutione decimarum illum, qui alios à tali ſolutione ex priuilegio non erat exemptus, Menochius, *conſil.* 276. *num.* 10. Suar. *de religione*, *tom.* 1. *cap.* 13. *n.* 16. & *cap.* 30. *num.* 60. Ergo quamuis iſte eques priuilegio non eſſet exemptus, ſufficiebat prædicta conſuetudo ad eum eximendum. Confirmatur primo, quia in 57
materia decimarum ſtandum eſt conſuetudini, *ex cap. commiſſum, cap. cum ſint homines, cap. Apoſtolica de dominio decimarum.* Confirmatur 2. quia licet eſſet lex obligans equites ad ſolutionem decimarum, hæc iam erat abrogata per talem conſuetudinem non illas ſoluendi; Nam prædicta conſuetudo præſcribit, etiam contra ſummum 58
Pontificem, ſi ſit per centum annos, vt cum multis probat Lezana in mari Magno Carmelitarum, *num.* 128.

Confirmatur 3. quia ſi conſuetudo per ſe ſo- 59
la non ſufficeret, abſque dubio ſufficeret cum titulo colorato, qualis eſt præſumptio priuilegij, & latè probat Suarez, *de legibus*, *cap.* 3. *n.* 8. & 9. vbi concludit. Tunc autem præſcriptio non eſt propria præſcriptio rei, ſeu iuris, ſed eſt quaſi præſcriptio priuilegij, ſeu talis præſumptio eius, quæ & conſcientiam reddat ſecuram, & det actionem, & ius etiam in foro exteriori; ſed huiuſmodi Eques ex antiqua conſuetudine non ſoluit decimas, ſiquidem nec eius pater, & auus eas ſoluerunt, in qua poſſeſſione ipſe ſuccedit ex titulo colorato priuilegij, ergo tuta conſcientia eas non ſoluit, & eas repetere poteſt, *ex cap.* 1. *de decimis in* 6.

Nec obſtat ſi dicas, id procedere quando con- 60
ſuetudo eſt immemorabilis, non vero quando ita non eſt. Reſpondetur namque, ad id non requiri conſuetudinem immemorabilem; ſed ſufficere conſuetudinem centum annorum, vt dicunt multi apud Couas. *lib.* 1. *variarum*, *cap.* 17. *n.* 10. Mandoſius, *conſil.* 4. *n.* 50. & 64. Cabedo, 2. *p. deciſione* 17. *num.* 2. Imo aliqui dicunt ſufficere conſuetudinem quadraginta annorum, quando coniungitur cum præſumptione priuilegij; ſecus quando non eſt talis præſumptio priuilegij; nam tunc requiritur conſuetudo immemorialis. Ita Socinus Iunior, *conſil.* 76. *n.* 91. *lib.* 1. Quintanadueñas in ſingularibus Theologiæ moralis, de celebratione Miſſarum ſingulari 11. Atqui huiuſmodi Eques per plus quadraginta annorum eſt in poſſeſſione non ſoluendi decimas, & hoc ex præſumptione, & fama priuilegij: Ergo etſi illas deberet iam eſt exemptus à ſolutione decimarum; ex prædicta conſuetudine quadragenaria cum titulo colorato priuilegij.

CONSVLTVM XL.

De reelectione cuiuſdam Priorissæ in Vicariam einſdem conventus, vbi perfecerat triennium Prioriſſæ.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Prioriſſa, qua complenis triennium in noſtra Religione, ſi detur iuſta cauſa poteſt poni à Prouinciali pro Vicaria einſdem conuentus per triennium.*

3 *Non datur lex Religionis, vel ius, aut decretum Pontificium in contrarium.*

4 *Aliqua Bulla Pontificum, qua dantur in contrarium, non militant in noſtris monialibus.*

5 *In noſtra Religione ſolum datur lex, quod non reeligantur in prioriſſas, vel ſuperioriſſas.*

6 *Idem ſtatuit Bulla Gregorij XIV.*

7 *Officium vicariæ conſtituta à prouinciali multum differt ab officio prioriſſa.*

8 *Conſtitutiones qua loquuntur de reelectione prioriſſa, vel abbatiſſa, non ſunt extendenda ad officium vicaria poſita à Prouinciali.*

9 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

10 *Non datur aliqua lex obligans prouincialem ad ſtatim faciendam electionem prioriſſa.*

11 *Ad definitorium, vel capitulum generale non ſpectat electio prioriſſarum.*

12 *Prouincialis data legitima cauſa poteſt per tres annos dilatare electionem prioriſſa.*

13 *Ita factum fuit multoties in noſtra Religione.*

14 *Abbatiſſa Sancta Clara, qua triennium compleuerunt, ex iuſta cauſa poſſunt eligi in vicarias ad breue tempus.*

15 *Hoc aliquando pertinet ad bonum regimen monialium.*

16 *Conſtitutiones Pontificia in contrarium benigne poſſunt interpretari.*

17 *Multo melius id poteſt effici in noſtris monialibus.*

18 *Iuſta cauſa ad id faciendum, eſt poſtulatio totius communitatis.*

19 *Secunda cauſa eſt, ſi non ſit alia perſona conueniens ad pacem, & quietem, & bonum regimen conuentus, & quod monaſterium ſit de nouo fundatum.*

20 *Tertia cauſa eſt, ſi prioriſſa fuerit fundatrix monaſterij.*

21 *Abbatiſſa fundatrix in conuentibus Sancta Clara poteſt reeligi per viginti annos continuos.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN quodam Conuentu noſtrarum Monialium perfecit triennium prioriſſæ quædam monialis, & cum plures cauſæ extarent, vt ipſa per plus tempus prædictum monaſterium gubernaret, Prouincialis eandem monialem conſtituit Vicariam prædicti conventus per ſequens triennium dilatando electionem nouæ prioriſſæ.

Quæritur an id poſſet efficere, tam iure communi, quam iuxta noſtras conſtitutiones Carmelitanas diſcalceatas, & quæ cauſa ad id ſufficiat, & neceſſaria ſit.

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An Provincialis id poſſet efficere, tam iure communi; quam iuxta noſtras inſtitutiones Carmelitanas excalceatas?

REſpondi poſſe: Ratio eſt, quia non datur 2
ius, nec decretum vllum Pontificium, vel
aliqua lex religionis hoc prohibens; ergo id po-
teſt efficere. Antecedens quoad ius commune eſt
certum, nullum enim extat id prohibens. Quoad
Bullas verò Pontificias probatur: Quia ſolum 3
extat quædam Bulla Gregorij XIII. in qua præ-
cipit quod officium abbatiſſarum exſpiret finito
triennio; & quod non poſſint eligi in officium
gubernij, vt Vicariæ, & præſidentis, &c. illæ quæ
per triennium habuere officium Abbatiſſæ; &
Sixtus V. idem præcipit in alia bulla anno 1587.
vt refert Diana, *p.7. tract. 12. reſol. 19.* Portel verbo
Abbatiſſa, *num.4.* Rodriguez, *tom.1. quæſtionum
Regularium, q.16. art.3.* Lezana, *in ſumma verbo*
Abbatiſſa, *num.12. & alij*: Atqui nec Bulla Gre-
gorij XIII. *nec Sixti V.* id prohibent reſpectu no- 4
ſtrarum religioſarum: ergo nullum datur ius Pon-
tificium, nec Bulla Pontificis id prohibens.

Minor patet, quia Bulla Gregorij XIII. ſolum 5
fuit pro Monaſteriis Italiæ, & vtriuſque Siciliæ,
vt aduertunt Portel, Lezana, Diana, Rodriguez,
locis citatis, Bulla verò Sixti V. ſolum habet lo-
cum, quoad Abbatiſſas S. Claræ, vt declararunt
prædicti DD. ſpecialiter Portel, *ſuprà, n.4.* ibi. At
Gregorius XIII. pro ſola Italia id præcipit circa
omnes Abbatiſſas, & Sixtus V. pro ſolis Abbatiſ-
ſis, S. Claræ, & idem ait Lezana verbo Abbatiſſa
num.4. Ergo prædictæ bullæ non ſunt extenden-
dæ ad Religioſas Carmelitas excalceatas. Quod
autem non detur lex Religionis hoc prohibens
patet; quia ex conſtitutionibus religionis non con-
ſtat de aliqua prohibitione, ſed ſolum præcipitur;
quod prioriſſæ finito triennio non reeligantur in
prioriſſas, vt patet ex conſtitutione earundem
religioſarum, *cap.1. n.5.* vbi dicitur, *las prioras no
pueden ſer reelectas en los miſmos Conuentos don-
de antes lo fueron ou prioras, ni en ſuprioras, ſaluo
paſſados tres annos.* Ex iure vero communi, ſeu
bullis Pontificiis, ſolum extat conſtitutio Gre-
gorij XIV. quæ habetur in noſtro Bullario, *pag.*
169. Vbi præcipit Pontifex, quod prioriſſæ in 6
eiſdem conuentibus, vbi antea fuerunt, non niſi
peracto triennio reeligantur in Prioriſſas, quem-
admodum in fratribus prioribus conſtitutum eſt;
Atqui tam conſtitutio Religionis, quam Grego-
rij XIV. ſolum loquuntur de reelectione prioriſ-
ſæ in idem officium prioriſſæ, vel ſubprioriſſæ
factæ monialium votis: ergo non debent extendi
ad officium Vicariæ, vel præſidentis conſtitutæ à
ſolo Prouinciali.

Probatur

7 Probatur hæc vltima minor, quia officium Vicariæ impoſitæ à Prouinciali maximè differt ab officio prioriſſæ; Nam prioriſſa habet iuriſdictionem ordinariam, quæ niſi ex culpa, vel inhabilitate ab ea auferri poteſt à Prouinciali, bene tamen officium Vicariæ, cum habeat iuriſdictionem delegatam quæ tandiu durat, quandiu delegans voluerit, & ſine iniuria aufferri poteſt;
8 Deinde officium abbatiſſæ fit per vota ſecreta Religioſarum, officium Vicariæ de quo loquimur delegatur à Prouinciali; ergo conſtitutiones, quæ loquuntur de reelectione abbatiſſæ, ſeu prioriſſæ non debent extendi ad conſtitutionem Vicariæ à Prouinciali poſitæ; ſumus enim in materia rigoroſa, & non fauorabili, & ſecundum ius verba legis rigoroſæ in rigore proprietatis intelligenda ſunt.

9 Dices in bulla Sixti V. præcipitur vt electiones Monialium in prioriſſas fiant, quemadmodum in fratribus prioribus conſtitutum eſt, & in conſtitutionibus harum Monialium, *cap. 22. n. 4.* præcipitur, quod in materia guberni Monialium obſeruentur leges Religioſorum in eis rebus, quæ non fuerint expreſſæ in conſtitutionibus Monialium, vel non fuerint contrariæ eiſdem conſtitutionibus Monialium? Atqui priores inter religioſos finito ſuo triennio non poſſunt in eodem conuentu religi in Vicarios à Generali, vel Prouinciali, nec etiam à definitorio, ſiquidem tenetur definitorium eligere prælatos iuxta noſtram conſtitutionem, *3. p. cap. 6. n. 3.* Ergo idem dicendum eſt de monialibus, cum non habeant legem repugnantem. Reſpondetur concedendo maiorem: deinde ad minorem. Reſpondetur, negando generalem vel Provincialem non poſſe conſtituere Vicarium in conuentu eundem priorem, qui deſiit officium prioris per triennium: verum quidem eſt, quod capitulum generale, & definitorium generale tenetur eligere priores finito triennio, dum tamen Electi non veniunt ad domos ſuas, priores antiqui iubentur in eadem conſtitutione præſidere in eiſdem conventibus, & ſi caſus accidat, quod prior electus moriatur poterit Provincialis, vel generalis conſtituere Vicarium priorem tranſactum, id enim conveniens eſt ad bonum regimen Monaſterij: Nam ſi in Religione, S. Claræ id fit ob bonum regimen, dum non fit noua electio, non obſtanti prohibitione Gregorij XIII. quanto magis in noſtra religione, vbi nulla datur prohibitio; imo exiſtimo non poſſe prouincialem alterum Vicarium eligere; etiamſi prior electus moriatur, cum lex præcipiat, quod prior qui perfecit ſuum triennium in conuentu, in eodem præſideat is ad vſque veniat nouiter electus; ergo ſi ille noluerit diſcedere, non poteſt abſque cauſa Generalis, vel Prouincialis ponere alium Vicarium, ſed vel debent conſentire eum præſidere vſque ad nouam prioris electionem, vel ipſummet Vicarium conſtituere, & poteſt dari caſus, quod per totum triennium perſiſtat in Vicaria, vt ſi electi ab vno quoque definitorio poſt electionem, antequam venirent ad domum ſuam morerentur, qui caſus quamuis ſit rarus, & moraliter videtur impoſſibilis, cum tamen ſit poſſibilis, optimè declarat non repugnantiam officij Vicarij, vel præſidentis in priore, qui per triennium functus eſt tali officio.

Nec contra id facit, quod ait argumentum, ſcilicet quod Capitulum generale, vel definitorium tenentur ſtatim priorem nouum eligere, & non poſſunt conſtituere Vicarios in conuentibus, in quibus officium prioris expirabit; ergo idem videtur dicendum in conuentibus monialium ob prædictam legem, & conſtitutionem Gregorij XIV. Reſpondetur namque hoc ideo eſſe in conuentibus fratrum, quia de hoc datur lex obligans dictum capitulum generale, & definitorium quoties celebratur ad talem electionem 10
ſtatim faciendam, non tamen datur lex aliqua obligans prouincialem ad faciendum ſtatim electionem prioriſſæ, nec ad eum extendi poteſt lex, quæ obligat definitorium, vel capitulum generale, nam ad definitorium, vel capitulum generale non pertinet electio prioriſſarum, & cùm ſimus 11
in materia rigoroſa benigne interpretanda, & limitanda, & non extendenda ad prouinciales; ergo prouincialis optimè poterit ex iuſta cauſa dilatare, etiam per tres annos electionem prioriſſæ, & interim conſtituere Vicariam illam Monialem, quæ deſiit eſſe per triennium prioriſſa, 12
quæ omnia comprobantur ex vſu, nam anno 1637. Ita factum fuit a P. Fr. Andrea ab Incarnatione in Conuentu S. Alberti Ciuitatis Vliſiponenſis, cum M. Michaela Margarita Cannuente, P. N. Generali, Fr. Ioanne à Spiritu ſancto. Et anno 1647. Id iterum fecit in Conuentu, S. Thereſiæ 13
de Carnide Fr. Sebaſtianus à Conceptione Prouincialis huius Prouinciæ, vt ſcientiæ eminentiſſimæ, & ſanctitatis eximiæ, cum eadem, M. Michaela Magarita, quam, poſtquam finivit ſuum triennium prioriſſæ in eodem conventu Vicariam conſtituit per aliud triennium.

Confirmatur: Quia in Religione, S. Claræ in 14
qua datur expreſſa prohibitio, quod monialis finito triennio abbatiſſæ non reeligatur in Vicariam, vel præſidentem eiuſdem conventus, adhuc poteſt reeligi ad breue tempus, non obſtante dicta conſtitutione Gregorij; ergo multo melius id poterit fieri, non ſolum ad breue tempus, ſed per triennium, ſi detur ſufficiens cauſa in religione, vbi talis prohibitio non extat. Antecedens probatur, quia ita docet Portel, *ſuprà, n. 8.* Vbi ait, quod non obſtante, quod pro Clariſtis Sixtus V. citata ſua bulla de triennio abbatiſſæ dicat, non poſſe fieri Vicariam illam, quæ deſiit eſſe abbatiſſa in illo triennio, neque habere aliud officium regiminis, ſi tamen vſus obtinuit, vt finito officio abbatiſſæ fiant Vicariæ, vel quid ſimile, poteſt tolerari, & tale regimen obtinere; Et Rodriguez, *additamentis ad ſummam. tom. 3. cap. 3. concl.* 6. addit, hic vſus introductus eſt in prouincia Algrabiorum in prouincia Portugalliæ, vbi vidi hoc bis fieri, &c & *in quæſtionibus regularibus, tom. 1. q. 6. art. 3.* dicit, Non tamen vetatur ipſas finito ſui abbatiſſatus munere eſſe præſidentes, donec aliæ loco ipſarum eligantur, hoc enim pertinet ad bonum regimen; & Diana, *p. 7. tract. 12. reſol. 19.* referens Mirandam in Manuali 15
prælatorum, *tractatu de ſacris monialibus q. 7. art. 9. concluſ. 2.* dicit, probabilis mihi videtur pars affirmatiua, quia id videtur pertinere ad bonum regimen, debitamque adminiſtrationem monaſteriorum monialium, vt ſcilicet pro paruo aliquo tempore eædem ipſæ, non vero aliæ præſidentes conſtituantur.

Et Pelizarius, *in manuali regularium 2. to. tract. 10. tract. 8. num. 59.* ait. Illud hic controuerti

poteſt,

poteſt. An attenta conſtitutione Gregorij XIII. poſſit Abbatiſſa, completo triennio ſui abbatiſſatus, obtinere munus præſidentis, donec eligatur noua abbatiſſa? Et ratio dubitandi eſt, quod in ea conſtitutione de Abbatiſſis ſtatuitur, vt poſtquam elapſo triennio, ſuis officiis perfunctæ, præeſſe deſinant, omni prorſus careant authoritate, ac regimine, & adminiſtratione Monaſterij per triennium à die finitæ adminiſtrationis in-
16 choandum. Reſpondeo videri probabile, quod poſſit, cum id cedat in magnum commodum Monaſterij, vt notauit Miranda, *q. 7. de Monialibus, num. 9.* Et aliàs conſtitutio citata Gregorij poſſit benigne interpretari, ſicut aliam ſimilem Sixti IV. interpretatur idem Miranda, nimirum quod abbatiſſæ, expleto triennio ſui abbatiſſatus, non poſſint habere quodcunque aliud officium ad aliud triennium, non verò quod eligi non poſſint ad breue tempus in præſidentes Monaſterij modo dicto, ita viri docti à me conſulti, & in terminis Tamburinus, *q. 3.* pro ſe allegans Lauerium, nobis conſentit Sanctorus, *in comm. ad Conſt. minorum, cap. 11. ſtat. 7.* & cum illo Diana, *p. 7. tract. 12. reſol. 19.* Et hoc non obſtante declaratione Sacræ Congregationis adducta à Gauanto *in Manuali, verbo Monialium officiales, num. 20.* his verbis. *officium Abbatiſſæ finito triennio expirat, nec Epiſcopus poteſt illud prorogare, quæ declaratio benigne poteſt explicari ſicut modo explicauimus conſtitutionem Gregorij XIII.*

Ex quibus infero conſequentiam, in Sicilia,
17 & in Monaſteriis S. Claræ, in quibus Pontifex in ſuis bullis præcipit tanto rigore, quod non reeligantur abbatiſſæ finito ſuo triennio, adhuc eſt opinio probabilis, & in vſu obſeruatur, quod Prouinciales prædictas Abbatiſſas nominent, in Vicarios, aut præſidentes eorundem conuentuum, quibus præfuerunt, vſque quo fiat noua electio Abbatiſſæ, & hoc quia id neceſſarium eſt ad bonum regimen eorundem conuentuum; ergo à fortiori id poterit efficere Prouincialis noſtrarum Monialium Carmelitarum excalceatarum, circa quas tales conſtitutiones Pontificiæ, nec aliæ dantur, & ſi ei videbitur ex cauſa vrgenti, poterit per aliud triennium prorogare electionem nouæ abbatiſſæ, ſiquidem id, nec iure communi, aut religionis, aut bulla aliqua Pontificia ei prohibetur.

RESPONSIO AVTHORIS, SECVNDO QVÆSITO.

Quæ cauſa ad id faciendum ſufficiat?

18 Reſpondi primam iuſtam, & efficaciorem cauſam eſſe poſtulationem totius communitatis earundem monialium: Quæ ratio eſt adeo efficax, quod in Conuentibus Monialium Dominicarum, non obſtante quod habeant legem prohibentem fieri reelectionem abbatiſſarum in eodem conuentu, ſi interuenit poſtulatio totius communitatis, deuoluitur electio ad generalem, vel prouincialem, & diſpenſant in conuentibus Monialium, vt poſtulata reeligatur in Abbatiſſam; Atqui in caſu præſenti, tota communitas harum Monialium poſtulauit à Prouinciali, vt M. Michaela Margarita, ſaltem vt vicaria conſtitueretur pro ſequenti triennio; ergo hæc poſtulatio, cauſa ſufficiens fuit, vt Prouincialis annueret earum poſtulationi.

Secunda cauſa eſt, ſi non ſit perſona conue- 19
niens ad pacem, & quietem & bonum regimen conuentus, & ad bonam exiſtimationem ſæcularium, niſi eadem prioriſſa, eo quod Monaſterium ſit à paucis annis fundatum. Quod autem hæc cauſa ſit ſufficiens in præſenti caſu probatur; quia apud Dominicanos, eſt lex, quod Abbatiſſæ non poſſint eſſe reelectæ niſi Monaſterium fuerit de nouo fundatum, vel reformatum, nam tunc poſſunt eſſe reelectæ abbatiſſæ, vt teſtatur Pelizatius, *tract. 10. cap. 10. ſect. 2. n. 113.* Et hoc non alia ratione, niſi ob defectum ſubiectorum ad hoc officium; Atqui hoc Monaſterium erat de nouo fundatum, & in eo adhuc non erant religioſæ capaces tanti muneris iuxta noſtras leges, vt eſt notum; Ergo ſi in religione Dominicana hæc ratio ſufficit, vt prioriſſæ reeligantur in idem officium, ratio ſufficiens erit, vt hæc noſtra prioriſſa ſaltem in vicariam conſtituatur à Prouinciali.

Tertia ratio eſt, ſi prædicta abbatiſſa fuerit 20
fundatrix eiuſdem conuentus. Quod autem hæc cauſa ſit ſufficiens oſtenditur. Nam in Religione Franciſcana, in qua datur prohibitio Gregorij XIII. ne Abbatiſſæ, S. Claræ reeligantur, nec in officium regiminis, vt Vicariæ, vel præſidentis conſtituantur, ſufficit hæc ratio, vt Abbatiſ- 21
ſa, quæ eſt fundatrix eiuſdem conuentus reeligatur per viginti annos continuos, non obſtante dicta conſtitutione Gregoriana, vt teſtatur Portel, *verbo Abbatiſſa, n. 10.* vbi ait, Abbatiſſa prima fundatrix alicuius conuentus poteſt continuari in officio per viginti annos apud Clariſtas, Miranda, *in expoſitione regulæ S. Claræ*; Atqui Mater Michaela Margarita fuit fundatrix huius Conuentus de Carnide à ſua prima erectione, vt eſt notum apud omnes, & adhuc conuentus non eſt perfectus, & ſua induſtria, virtute, & nobilitate, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus augetur, & in dies creſcit; ergo non eſt ratio, vt non poſſit continuare officium, ſi non prioriſſæ, ad minus vicariæ per viginti annos, vt faciunt Clariſtæ, ſiquidem nulla eſt lex, aut ius, aut bulla Pontificia id prohibens, & hoc eſt neceſſarium ad bonum regimen, & augmentum ſpirituale, & temporale illius conuentus, quod & factum fuit: quod an bene, videant viri docti; ego enim exiſtimo recte factum fuiſſe.

CONSVLTVM XLI.

De teſtamentario, An poſſit diminuere ſtipendium Miſſarum relictum à teſtatore, quando eſt nimis pingue ad dotandas ſorores ipſius teſtatoris?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Teſtamentarius; cui relictum fuit à teſtatore, vt ſibi tot Miſſas præciperet celebrare, ſi inueniat qui illas minori ſtipendio celebret, quam reliquit teſtator, poteſt ſibi retinere reſiduum pecuniæ.*

3 *Hoc*

3 *Hoc lucrum eſt fructus induſtriæ ſuæ.*
4 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
5 *Iure naturæ non eſt prohibitum, quod Sacerdos, qui accipit dicendas centum Miſſas pro tanto ſtipendio, eas præcipiat dicere minori ſtipendio, ſi inueniat, qui illas illi velit celebrare.*
6 *Contrarium diſponit ſacra Congregatio.*
7 *Decretum ſacræ Congregationis non loquitur de teſtamentario.*
8 *Legatarius poteſt præcipere Miſſas celebrare minori ſtipendio, quam reliquit teſtator, dummodo det iuſtum ſtipendium, retento ſibi exceſſu.*
6 *Quando conſtat teſtatorem noluiſſe inſtituere cupellam pinguem, ſi reliquit maiorem quantitatem, quam ſtipendium ordinarium ad certas Miſſas, debet numerus Miſſarum augeri.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM teſtator reliquit in ſuo teſtamento cuidam clerico fratri ſuo, quem fecit ſuum teſtamentarium, vt conſtitueret in quodam conuentu Religioſorum vnam Miſſam, in quacunque hebdomada in perpetuum, ad quam reliquit etiam certam ſummam pecuniæ, quæ notabiliter excedebat quantitatem, quæ in tali religione ſolet pro prædicta Miſſa poſtulari. Et addit ipſe teſtator, quod ſi prædicta religio noluerit acceptare prædictam ſummam pro dicenda illa Miſſa, ſed maiorem expoſtulet, in tali caſu, eius frater clericus, & teſtamentarius dicat in vita ſua eandem Miſſam, & prædictam pecuniam ponat ad cenſum, vt ex redditibus illius Miſſa in perpetuum in vnaquaque hebdomada celebretur. Accidit autem, quod prædictus clericus eius frater, & teſtator, acceſſit ad vnum conuentum prædictæ religionis, & quæſiuit an velint prædictam Miſſam in perpetuum accipere dicendam in quacunque hebdomada, & cum religioſi benigne annuerent, pacti ſunt ſuper eleemoſyna prædictæ Miſſæ, & conuentus contentus fuit minori ſumma ea, quam reliquerat teſtator per dimidium, neſciens defunctum maiorem ſummam reliquiſſe.

Quæritur, an Clericus teſtamentarius, poſſit tuta conſcientia ſibi retinere exceſſum pecuniæ relictæ à defuncto, ad dotandam quandam ſororem ſuam, ſororem etiam ipſius teſtatoris defuncti, an vero teneatur totam eleemoſynam relictam tradere dicto conuentui.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 REſpondi poſſe retinere exceſſum pecuniæ ad dotandam ſororem ſuam, & teſtatoris, ſiue ad id, quod voluerit. Ita expreſſe Pelizarius, *tom. 1. tract. 6. cap. 3. n. 23. verſiculo addo*, vbi ait. Quod ſi religioſus, & idem dic de clerico, factus teſtamenti executor, curaret minori ſtipendio, quod dicerentur tot Miſſæ, quot relictæ ſunt à teſtatore, poteſt ſibi retinere, quod reſiduum eſt pecuniæ, quæ foret expendenda in loco teſtatoris, ſi ibi celebratæ eſſent, quia hoc lucrum eſt induſtriæ executoris, ſicut qui rem alienam vendendam in aliquo loco accepit, ſi alio transferat, in quo carius vendatur, exceſſus rei, non domino rei, ſed induſtriæ venditoris deberet. Unde ait, quod quando ſacra Congregatio præcipit, quod ſacerdos, qui accepit ſtipendium Miſſarum, ſi per alium celebret, tenetur ei dare integrum ſtipendium acceptum, loqui de ſacerdote, qui tantum eſt collector Miſſarum, vel qui eas ad celebrandum recipit, non verò de Sacerdote, qui eſt teſtamenti executor, hic enim per accidens eſt, quod ſit Sacerdos, poteſt enim eſſe laicus, cui non eſt prohibitum hoc lucrum ex induſtria huc vſque Pelizarius, & probabile putat Tamburinus, *opuſculo de ſacrificio Miſſæ, lib. 3. cap. 1. §. 5. num. 16. verſic. ad idem*, Cotonius, *in Controverſiis 1. p. lib. 3. controverſia 5. cap. 3. num. 65.* Quidquid in contrarium dicat Paſcaligus, *de ſacrificio, q. 972. num. 2. & q. 972. num. 2.* 3

Ex quibus ſic formo argumentum, Sacerdos teſtamentarius, qui accepit tantam pecuniam à teſtatore ad dicendas Miſſas in certo loco, poteſt eas facere celebrare in alio loco minori ſtipendio, retento ſibi reſiduo ſtipendij, non obſtante declaratione ſacræ Congregationis, quia de eo non loquitur; ergo idem poterit efficere iſte ſacerdos teſtamentarius, quando teſtator ex multis conuentibus nullum deſignauit, & in aliquo minori ſtipendio aſſignato à teſtatore, et tot Miſſæ relictæ celebrantur, non enim apparet maior ratio, cum etiam in quærendo Monaſterium, qui minori ſtipendio contentum eſſet, habuit ſuam induſtriam teſtamentarius. 4

Confirmatur. Quia iure naturæ non eſt prohibitum, quod ſacerdos ſuſcipiat onus dicendi Miſſas, vel procurandi ſacerdotes, qui eas dicant, & quod ſi minori ſtipendio, quam teſtator dixit, Sacerdotes qui dicant tales Miſſas inueniat, vel ipſe nequit eas dicere, poſſit reſiduum ſibi retinere, quod maxime verum renet, ſi Sacerdos ſit pauper, & non turpis lucri gratia, ſed ſuæ congruæ ſuſtentationis id faciat, vt ait Decaſtillus, *tract. 5. d. 4. dub. 16. n. 378.* & Suarez, *tom. 3. in 3. partem, d. 86. ſect. 6.* & cum aliis Thomas Hurtado, *tom. 1. moral. tract. 2. reſol. 16. per totum*; Atqui huiuſmodi Sacerdos non id facit turpis lucri gratia, ſed ad dotandam ſororem ſuam, & teſtatoris, quod etiam pertinet ad congruam ſuſtentationem ſacerdotis, vt ait cum Bañes, Henriquez, Orelana, Veiga, Nuño, & aliis idem Thomas Hurtado, *2. tom. moralium. de ſuſtentatione Eccleſiaſticorum Appendice 1. § 15. num. 497.* Ergo ſtando in iure naturæ, id non eſt prohibitum. Dixi ſtando in iure naturæ, nam licet id ſacra Congregatio prohibeat reſpectu Sacerdotum, qui Miſſas recipiunt ad eas celebrandum, vt teſtatur ipſe Hurtadus, *ſuprà, numero 499.* Non id prohibuit reſpectu teſtamentarij, vt ait Pelizarius, *ſuprà*, quidquid dicat in contrarium Decaſtillus, *ſuprà, numero 378.* ex Diana, *p. 6. tract. 14. reſolut. 10.* & ipſe Hurtadus, *de ſuſtentatione, §. 13. numero 409.* Et in eodem ſenſu videtur loqui decretum Alexandri VII. cum etiam non loquatur de teſtamentario, ſi forte alicubi eſt receptum, vel promulgatum de quo adhuc non conſtat in tota Hiſpania. 5 6

Confirmatur 2. Quia legatarius poteſt præcipere Miſſas celebrare minori ſtipendio, quam reliquit

teſtatur, dummodo det iuſtum ſtipendium, retento ſibi exceſſu, vt docet Lugo, *de Eucbariſtia, d.21.num.*30. Et cum Soto, Nauarro, Riccio, Tamburinus, *lib.3. de ſacrificio cap.1. §.5.num.10.* Ergo idem poteſt efficere teſtamentarius, præcipuè ſi non ſolum dederit iuſtum ſtipendium, ſed etiam pingue ſtipendium, reſeruando ſibi exceſſum. vt fecit iſte teſtamentarius, qui non ſolum dedit iuſtum, ſed etiam pingue ſtipendium, quia Eleemoſyna relicta à teſtatore erat exceſſiua.

9 Confirmatur 3. quia quando ex circunſtantiis conſtat, quod teſtator noluit inſtituere capellam pinguem, ſi reliquit maiorem quantitatem, quam ſtipendium ordinarium ad certas Miſſas celebrandas, debet numerus Miſſarum augeri vt probat Tamburinus, *lib. 3. de ſacrificio, cap.1.§.3.num 93.* Sed hic ex circunſtantiis conſtat teſtatorem noluiſſe inſtituere capellam pinguem, ſiquidem in ſuò teſtamento præcepit, quòd ſi religio illò ſtipendio non eſſet contenta, (putabat enim eſſe adhuc parvam eleemoſynam) quod prædicta pecunia cenſui exponeretur, & quod ex redditibus illius eius frater in vita ſua prædictas Miſſas celebraret, & per mortem alium ſacerdotem institueret pro eadem capella, & ſic in perpetuum, nolens prædictam obligationem ad aliam religionem, vel Eccleſiam tranſire; ergo cum conſtet de mente teſtatoris noluiſſe inſtituere capellam pinguem, ſed grauare quam minus poſſibile fuiſſet ſuum hæredem, & teſtamentarium, vel ſunt augendæ Miſſæ, quod tamen ex circunſtantiis conſtat noluiſſe teſtatorem, vel exceſſus dandus eſt ſorori teſtatoris, quæ eſt illius hæres, quia conſtat teſtatorem illum, quam minus poſſibile foret voluiſſe grauare, vt patet ex verbis ipſius teſtamenti; ſed talis Sacerdos nullam aliam intentionem habet recipiendo illud reſiduum pecuniæ, niſi dare illud ſorori, & hæredi ipſius teſtatoris, eſt enim pauper: ergo id optime efficere poteſt vt de facto factum fuit, conſentiente in id definitorio generali dictæ Religionis, quod libenter dimiſit exceſſum illius pecuniæ ad dotandam ſororem illius teſtatoris in quo caſu nullum eſt dubium ſed noſtrum conſultum procedit abſolute, ignorante religione de tali exceſſu, nec eo dimittente.

CONSVLTVM XLII.

De ſucceſſione cuiuſdam Maioratus.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Conſanguineus propinquior vltimi poſſeſſoris maioratus non ſuccedit in maioratu, ſi non eſt de ſanguine inſtitutoris.*
3 *Quando inſtitutor maioratus vocauit familiam, non ſentit de familia grauati, ſed de propria familia.*
4 *Quando inſtitutor maioratus vocauit aliquem ad maioratum, dummodo nuberet cum tali fœmina, non inſtituit maioratum per modum dotis, vel donationis propter nuptias, vel ob finem matrimonij.*
5 *Illud præceptum teſtatoris, quod nubat cum tali fœmina, alias amittat maioratum & pura conditio, vel modus.*
6 *Donatio propter nuptias iam non eſt in vſu.*
7 *Donatio ob cauſam matrimonij, ſed ad nuptias facta viro, ſoluto matrimonio morte viri, redit ad conſanguineos mariti, quando bona quæ dantur viro ſunt vinculata, vel non nubant per chartam medietatis.*
8 *Dos ſolum conſtituitur mulieribus, & non viris.*
9 *Dominium ciuile dotis eſt apud virum.*
10 *Dominium naturale dotis eſt apud mulierem.*
11 *Dominium dotis, mortuo marito tranſit ad vxorem.*
12 *Quoties in contractu matrimonij non fit expreſſio dotis, præſumendum eſt, voluiſſe nubere modo vulgari.*
13 *Quando non fit pactum dotis, non cenſentur bona vero data in dotem.*
14 *Dos probanda eſt per ſcripturas vel teſtes.*
15 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
16 *Sufficit amicitia inter dantem, & recipientem, vt præſumatur, quod donatio facta ſit ob amicitiam, tanquam finem proximum.*
17 *Quando teſtator inſtituit aliquem in ſucceſſorem alicuius maioratus cum conditione quod nubat cum tali fœmina, ſi talis fœmina noluerit cum eo copulari remanet, vir inſtitutus dominus maioratus, cum per eum non ſteterit.*
18 *Teſtamentarius non poteſt diſponere aliquid de bonis teſtatoris contra voluntatem teſtatoris.*
19 *Non poteſt ponere aliquod grauamen legato, vel maioratu relicto.*
20 *Vocatus ad maioratum in vno caſu, cenſetur excluſus, illo caſu deficiente.*
21 *Deficiente conditione, deficit diſpoſitio.*
22 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
23 *In conditionibus attendendum eſt ad principium primæ exiſtentiæ, & non ad quod ex poſt factum ſucceſſerit.*
24 *In maioratibus ſucceditur ſicut in hæreditatibus ab inteſtato.*
25 *Inſtitutor maioratus non reſtringit ſucceſſionem ad ſolos vocatos, ſed relinquit maioratum toti familiæ, ſuo ordine.*
26 *Ponitur argumentum in contrarium.*
27 *Ponitur eius ſolutio.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

ANTONIVS maioratum inſtituit in ſuo teſtamento, & vocauit in adminiſtratorem illius ſuum conſanguineum in ſecundo gradu Franciſcum, qui ſi forte mortuus fuiſſet ad tempus mortis ipſius teſtatoris, reliqoit adminiſtrationem filio ipſius Franciſci ſeniori maſculo, Et ſi forte nullus eſt dicto Franciſco filius maſculus extaret, in hoc caſu ſuccederet in adminiſtratione majoratus, proximior conſanguineus maſculus illi teſtatori, & quod ita in perpetuum continuaret adminiſtratio maioratus in dicta linea ipſuis teſtatoris in conſanguineo proximiori maſculo 1

maſculo. Poſt hanc inſtitutionem, quam fecit in ſuo teſtamento, fecit quendam codicillum, in quo præcepit, quod in omnibus ſuum teſtamentum adimpleretur, excepto quod poſt mortem ipſius teſtatoris, vocabat in primum ſucceſſorem, & adminiſtratorem huius maioratus, quendam conſanguineum ſuum in ſecundo gradu innuptum, ex duobus, qui tunc erant, quem determinaſſet quidem homo vocatus Paulus maritus ſororis ipſius teſtatoris, & illius teſtamentarios, vt nuberet cum quadam conſanguinea in ſecundo gradu ipſius teſtatoris vocata Maria, & quod tunc maioratus deſcenderet ad filium maſculum maiorem ipſius Mariæ, & in defectu maſculi deſcenderet ad filiam ſeniorem, etſi daretur caſus, quod nullus ex prædictis duobus ſuis conſanguineis in ſecundo gradu vellet ducere prædictam Mariam, volebat quod ſuccederet in dicto maiorato ſuus conſanguineus in ſecundo gradu Franciſcus, iuxta verba teſtamenti, quod condiderat; Et ſi forte aliquis ex duobus conſanguineis duceret prædictam Mariam, ſi forte non haberent filios, nec filias, tunc ſuccederet idem Franciſcus, & filij eius in forma præſcripta in teſtamento. Accidit autem, quod vnus ex duabus dictis conſanguineis in ſecundo gradu teſtatoris, ille quem determinauit prædictus Paulus iuxta verba codicilli, nupſit cum dicta Maria, quia ratione accepit poſſeſſionem maioratus iuxta verba codicilli, & illo mortuo ei ſucceſſit filius eius habitus ex prædicta Maria, qui etiam mortuus eſt, abſque filiis, vel filiabus.

Quæritur ergo primo, An dicta Maria habeat aliquod ius ad maioratum, eo quod ſit proximior conſanguinea ſuo filio vltimo poſſeſſori. Secundo quæritur, An ex eo quod teſtator ordinauit in ſuo codicillo, quod relinquebat illum maioratum cuidam ſuo conſanguineo, quem determinaſſet Paulus, qui nuberet cum prædicta Maria, competat dictæ Mariæ ius aliquod, ſaltem ad fructus ipſius maioratus, ſiquidem ipſe nupſit cum prædicta Maria, vt ordinauit teſtator in codicillo. Tertio quæritur, An ratione cuiuſdam ſcripturæ, quam dictus Paulus teſtamentarius ipſius teſtatoris fecit prædicto conſanguineo teſtatoris, qui nupſit cum eadem Maria, in qua ei dabat prædictum maioratum in dotem, vt nuberet cum prædicta Maria, habeat dicta Maria poſt mortem viri ſui ad dictum maioratum aliquod ius, ſi non ad ipſum maioratum, ſaltem ad fructus illius de vita ſua? Quarto quæritur, An mortuo vltimo poſſeſſore huius maioratus, habeat aliquod ius ad illum Franciſcus, ſuppoſito quod in codicillo dicit teſtator, quod in caſu, quod nullus ex prædictis duobus ſuis conſanguineis in ſecundo gradu vellet ducere in vxorem prædictam Mariam; & ſi forte nuberet, ſi filios, nec filias non haberet ſuccederet Franciſcus; An verò ſit ſucceſſurus conſanguineus proximior vltimo poſſeſſori, qui fuerit ex ſanguine ipſius teſtatoris.

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An dicta Maria habeat aliquod ius ad maioratum, eo quod ſit proximior conſanguinea ſuo filio vltimo poſſeſſori?

Reſpondi negatiuè nec in hoc poteſt moueri dubium. Quia quamvis dicta Maria ſit conſanguinea proximior vltimi poſſeſſoris, non eſt de ſanguine inſtitutoris, quod erat neceſſarium ad ſuccedendum in dicto maioratu ſuo filio, nam quando inſtitutor maioratus vocauit familiam, non ſentit de familia grauati, ſed de propria familia, vt docet Bartolus, *in l. peto, §. patre. ff. de legat. 2. n. 1.* Decius; Iaſon, *conſil. 25. col. 2. lib. 2. & conſil. 159.* Peralta, *in dicto, §. in fideicommiſſo*, & probatur ex gloſſa ſingulari, *in l. ex facto in princip. verb. ſua ff. de Trebell.* Molina, *de primogeniis, lib. 3 cap. 9.* vbi dicit eſſe communem, & veram ſententiam, *num. 20.* Acoſta, *in quæſtione patrui, & nepotis, pag. 131.* & hoc deciſum eſt in noſtra ordinatione Luſitana, *lib. 4. tit. 100. §. 2.*

RESPONSIO AVTHORIS, SECVNDO QVÆSITO.

An ex eo, quod teſtator ordinauit in ſuo codicillo, quod relinquebat illum maioratum cuidam conſanguineo, quem determinaſſet Paulus eius teſtamentarius, qui nuberet cum prædicta Maria; competat eidem Mariæ ſoluto matrimonio, aliquod ius, ſaltem ad fructus ipſius maioratus; ſiquidem conſanguineus nominatus nupſit cum prædicta Maria, vt ordinauit teſtator in Codicillo?

Reſpondi quod licet teſtator poſuerit illam clauſulam, quod ſi prædictus conſanguineus ſitus in ſecundo gradu non duceret dictam Mariam, tranſiret maioratus ad alterum, non inde poteſt inferri, quod dictum maioratum inſtituit per modum dotis, vel donationis propter nuptias, vel ob finem matrimonij ipſi Mariæ. Nam illud præceptum teſtatoris, quo præcepit, quod dictus conſanguineus duceret dictam Mariam, ſub pœna amittendi maioratum, eſt pura conditio, aut modus, quem per modum præmij teſtator voluit ponere primo ſucceſſori ad facilitandum matrimonium cum dicta Maria, vt conſtat ex *l. Titio centum, §. Titio centum, & l. 1. ff. de conditionibus, & demonſtr.* & tenent Bartholus, Oldradus, Felin. Rainuncius, Xuares, & alij communiter, quos refert, & ſequitur Molina, *de primogeniis, lib. 2. cap. 13. n. 2. & 3.* Sanchez *de matrim. lib. 1. d. 33. num. 7. & 8.* Vbi innumeros refert; ſed ſic eſt, quod poſito modo, vel conditione, legatum ſit legatarij, vt cum communi ſententia tenet Lugo, *de iuſtitia, tom. 2. d. 24. ſect. 9. §. 1. n. 14.* Dominum namque non

poteſt eſſe in aëre, ſed ſtatim poſita conditione, vel modo, acquiritur legatario, Molina *de primogeniis, lib.3 cap.10*. 6. Ergo talis maioratus non fuit inſtitutus per modum dotis, aut donationis propter nuptias: ſed ſolum cum dicta conditione, vel modo, quo poſito, maioratus ſtatim acquiſitus fuit illi conſanguineo teſtatoris, qui cum tali Maria nupſit.

Patet conſequentia: Et in primis, quod non
6 fuerit inſtitutus per modum donationis propter nuptias conſtat, ſiquidem huiuſmodi donationes iam non ſunt in vſu, vt dicit Baldus, Gomes, Suarez, & alij, quos refert, Valaſcus, *deciſione 2. n.11.* Et quod hæc donatio fuiſſet facta ob cauſam matrimonii, ſeu ad nuptias, nihil facit contra nos, quia donatio ob cauſam matrimonij facta viro, ſoluto matrimonio morte viri, redit ad
7 conſanguineos mariti, vt patet *ex textu in l.fin.C, de donationibus, ante nupt. textus in l ſi liberis, eodem titulo, text. in cap. plerumque de donat. inter virum, & vxorem*, & ibi gloſſa, & communiter DD. apud Gomes. *in l.50. Tauri, n 10.* Quod debet intelligi, quando bona quæ dantur viro, ſunt vinculata maioratui, vel non nubunt per chartam medietatis, Rebell. *de obligationibus iuſtitia, lib. 6. q 11. ſect. 1. n. 4* Et habetur *in ordinatione Luſitana, lib. 4. tit. 95. n. 1.* Sed ſic eſt quod in præſenti caſu bona, quæ data fuere huic viro, ſunt vinculata maioratui: Ergo talis mulier per mortem viri ſui nullum habet ius ad talia bona, etiamſi fuiſſent data ob cauſam matrimonij.

Et quod non fuiſſent dos probatur euidenter, quia vt talis maioratus eſſet dos, debet teſtator nominare in ſucceſſorem ipſius maioratus
8 prædictam Mariam, & non eius virum, nam dos ſolum conſtituitur mulieribus, *l. fin. C. de dot. promiſ.* Valaſcus, *cap. 13. num. 40.* Nec obſtat quod dominium dotis ſit apud maritum, & non apud vxorem, vt dicatur quod ideo teſtator nominauit in ſucceſſorem maritum, & non vxorem. Nam huic obiectioni Reſpondeo, quod illud intelligitur de dominio ciuili, ſubtilitate iuris introducto, & non de dominio naturali, nam hoc reſidet apud vxorem, conſtante matri-
9 monio, vt colligitur, *ex l. dotis ad initium, ff. de iure dotis, & ex l. in rebus, Cod. eodem*, & tenent Barboſa, & D. Thomas quos refert, & ſequitur Rebello, *lib. 5. q. 1. num. 18.* & multos referens Valaſcus, *cap. 56. num. 7.* Molina, *de iuſtitia, tract. 2. tom. 2. d. 426. num. 2.* Niſi dos tradatur viro æſtimata æſtimatione faciente conditionem, quod non eſt in præſenti caſu, vt conſtat ex ipſa maioratus inſtitutione.

10 Et dato quod dominium naturale dotis eſſet apud virum, adhuc non ſequitur, quod talis inſtitutio maioratus fuit facta per modum dotis huic mulieri, quod probatur, quia dominium dotis, mortuo marito, tranſit ad vxorem,
11 & hæredes mariti intra certum tempus tenentur tradere eam illi, vt docet cum communi DD. Rebello, *lib. 6. q. 11. num. 2.* habeturque in noſtra ordinatione, *lib. 4. tit. 95. num. 4.* Sed ſic eſt, quod teſtator præcipit, quod talis maioratus, mortuo marito huius mulieris, tranſeat ad ſuos ſucceſſores, ſi extiterint, & quod ſi non extiterint, tranſeat ad Franciſcum; ergo non habuit intentionem faciendi dotem tali mulieri, ſiquidem in morte viri non vult, quod talis maioratus ei maneat, alias vellet duo contradictoria, quod non eſt præſumendum, nam voluntas teſtatoris exponenda eſt ſecundum ius commune *cap. Abbate de verb. ſignif.* ita Sylu. Annila, Tabien. Angelus, Sarmiento, quos refert, & ſequitur Sanchez, *in conſiliis 2. p. lib. 4. cap. 2. dub. 4. num. 5.*

Confirmatur primo: Quia quoties in contra- 12
ctu matrimonij non fit expreſſio dotis, præſumendum eſt voluiſſe nubere modo vulgari, vt docet Rebellus, *de obligationibus iuſtitia 2. p. lib. 5. q. 2. num. 6.* & eſt de hoc expreſſa ordinatio Luſitana, *lib. 4. tit. 46.* Sed ſic eſt quod hic teſtator nominando, & inſtituendo ſuum conſanguineum in ſecundo gradu in hoc maioratu, ea conditione vt nuberet cum dicta Maria, non fecit aliquam expreſſionem, vel mentionem dotis; Ergo illius intentio fuit, quod illam duceret in vxorem modo vulgari.

Confirmatur 2. Quia quando non fit pa- 13
ctum dotis, non cenſeretur omnia bona, quæ viro dantur data in dotem, vt docet Couarruuias, *tom. 2 cap. 5.* Roland. Maſcard. Barboſa, Imola, Gabriel, Menochius, Matienzo,
Gloſſa, & ex Theologis Palud. Lopez, Em- 14
manuel, quos refert, & ſequitur Sanchez, *de matrimonio, lib. 1. d. 59. num. 5.* Et dos probanda eſt per ſcripturas publicas, & teſtes, vt habetur in noſtra ordinatione, *lib. 3. tit. 59. in principio.* Ergo cum his teſtator non feciſſet pactum dotis, inſtituendo hunc maioratum, nec conſtet de aliqua ſcriptura publica facta à teſtatore optime ſequitur, quod maioratus, quem illi reliquit, non fuit per modum dotis.

Nec obſtat ſi dicant, quod quamuis dictus 15
maioratus non fuiſſet datus in dotem, fuit tamen datus ob cauſam matrimonij, & quando teſtator taliter dat maioratum, vel aliam rem viro, propter vxorem, quod illi non dediſſet, ſi non talem fœminam duceret in vxorem, præſumitur quod donatio facta fuit illi, & ſoluto matrimonio, ius vxori acquiritur, vt docet Sanchez, *lib. 6. de matrimonio d. 26. num. 6.* Ergo cum hæc inſtitutio fuiſſet facta huic homini taliter quod ſi non nuberet cum tali muliere, tranſiret ad alterum, optime ſequitur, quod mortuo marito, & filio ſuo, ad quem per ſpecialem clauſulam deſcendebat maioratus, ius vxori acquiritur. Non obſtat inquam, Reſpondetur namque quod doctrina huius inſtantiæ, ſi forte procedit in maioratibus, non habet locum, quando conſtat de voluntate contraria teſtatoris, vt ait Sanchez, *ibi, num. 4.* Sed ſic eſt quod hic conſtat, quod voluntas teſtatoris non fuit facere prædictæ mulieri donationem, ſed viro, ſiquidem nominat virum, & non vxorem, & præcipit, quod mortuo marito, maioratus non ad illum, ſed ad ſuos ſucceſſores deſcendat, vel quando hi non exſtiterint, quod tranſeat ad alteram lineam; ergo dictum argumentum hic non habet locum.

Tum quia doctrina huius Argumenti procedit, quando mulier, & non vir, eſt conſanguinea teſtatoris, quia tunc præſumitur, quod mulier fuit cauſa proxima huius donationis, non vero quando vir, & non mulier eſt conſanguineus teſtatoris; nam tunc mulier tantum eſt finis

nis temotus, & occaſio, & cauſa proxima eſt
conſanguinitas mariti; & ſic præſumitur dona-
tionem factam fuiſſe marito, & ſic ſoluto ma-
trimonio, acquiritur ius hæredibus viri, quod
probatur, quia ſufficit, quod detur amicitia
inter dantem, & recipientem, vt præſumatur,
quod donatio in hoc caſu facta fuit ob amici-
tiam tanquam finem proximum, vt conſtat ex
l. ſed ſi plures, §. in arrogato ſi. e ff. de vulga-
16 *ta, & l. ſi quid earum in principio verſ. ex
quibus, ff. de legat.* & docet Bart. Decius, &
alij, quos refert. & ſequitur Sanchez, *de ma-
trimon. lib.6. d.16. numero* 11. Sed ſic eſt, quod
eodem modo debemus Philoſophare circa do-
nationes factas à teſtatore cuidam amico ſuo
ob finem matrimonij cum aliqua fœmina de-
terminata, ac circa donationes factas ſuo con-
ſanguineo, vt colligitur, ex *l. ſed ſi plures, § in
arrogato, ff. de vulgari ſi arrogantis amicus, &
cognatus, l. cum allegas. C. de caſtrenſi peculio,*
& tenent, Matienzo, Azeuedo, Farinac. Aretin.
Syluester, Gutier. Lopez, quos refert, & ſe-
quitur idem Sanchez, *lib.6. de matrimon. d.* 36.
numero 2. Ergo cum in præſenti caſu vir, &
non mulier, ſit conſanguineus teſtatoris, ſe-
quitur quod donatio non fuit facta fœminæ,
nec propter illam, vt finis proximus, ſed ma-
rito, vtpote conſanguineo teſtatoris, & ſic ſoluto
matrimonio, ſucceſſuri ſunt hæredes viri, & non
eius vxor.

Confirmatur 3. Quia ſi hæc donatio facta
fuiſſet huic mulieri, vel propter illam, vt cau-
ſam proximam, nolendo vir adimplere condi-
tionem ducendi illam, ipſa fæmina ſuccederet
in maioratu; ſed ſic eſt, quod hoc eſt contra
voluntatem teſtatoris, ſiquidem præcipit, quod
nolente illo ducere illam, tranſeat maioratus ad
aliam lineam; ergo non fuit intentio teſta-
toris facere prædictæ mulieri hanc donatio-
nem, aut propter illam, vt finem proximum,
17 vel modum dotis. Maior probatur, quia
quando teſtator inſtituit aliquem in ſucceſſo-
rem alicuius maioratus cum conditione, quod
nubat cum tali muliere; ſi talis mulier no-
luerit cum eo copulari, remanet inſtitutus Do-
minus maioratus, ſiquidem per eum non ſte-
tit adimplere conditionem, vt docet San-
chez, *lib. 1. de matrimon. d.* 33. *numero* 14. Mo-
lina, *de iuſtitia, tom. 1. tract. 2. d.* 106. & 107.
Pontius, *de matrimon. lib.3. cap.* 17. *numero* 6.
Molina, *de primogeniis, lib.1. cap* 13. *numero* 13.
Ergo ſi intentio teſtatoris in hoc caſu fuiſſet
inſtituere prædictam fœminam in maioratu no-
lente viro ducere illam; ſucceſſura erat illa in
maioratu; ergo cum conſtet contrarium de vo-
luntate teſtatoris, ſequitur quod non fuit eius
intentio, quod hic maioratus, vel fructus illius
aliquando veniſſent huic mulieri, ſoluto matri-
monio.

RESPONSIO AVTHORIS,
TERTIO QVÆSITO.

An ratione cuiuſdam ſcripturæ, quam dictus Paulus teſtamentarius ipſius teſtatoris fecit prædicto conſanguineo teſtatoris, qui nupſit cum eadem Maria, in qua ei dabat prædictum maioratum in dotem, vt nuberet cum dicta Maria, habeat dicta Maria, poſt mortem viri, ad dictum maioratum aliquod ius, ſi non ad maioratum, ſaltem ad fructus illius in vita ſua?

RESpondi negatiuè: Et ratio eſt, quia teſtamen- 18
tarius non poteſt diſponere aliquid de boois
teſtatoris contra voluntatem ipſius teſtatoris, nec
poteſt in aliquo diſcedere à voluntate teſtatoris,
imponendo noua onera, vel grauando legata quæ
teſtator reliquit abſque tali grauamine, ſed ſolum 19
habet poteſtatem exequendi, quod teſtator ordina-
uit in teſtamento, vel codicillo, vt conſtet, *ex c. ina
nobis de teſtamentis,* & aliis iuribus, & tenet Mo-
lina, *de iuſtitia, to.2. tr.2. d.*249 *n.*1. Fagund. *de iuſtit.
lib.6. c.5. n.*11. Bonac. *de contractibus, d.3. q.18. p.4. n* 1.
Sanch. *in conſiliis, 2. p. lib.4. c.1. dub.47. n.*1. vbi plu-
rimos refert; ſed ſic eſt, quod imponere maioratui
obligationem dotis, eius grauare illum, dos namque
ex parte viri pertinet ad cauſam oneroſam, *l. pro
oneribus, c. de iure dotium,* & tenent Valaſco, *c.*31.
*n.*1 Pinellus, 3. *p. n.*62. Rebello, *lib.5. de contractu do-
tali, q.1. n.*13. Ergo cum teſtator non ordinauerit in
teſtamento dicto teſtamentario, quod dediſſet di-
ctum maioratum in dotem ſuo conſanguineo in
ſecundo gradu, ſed ſolum quod ex duobus ſuis cõ-
ſanguineis in ſecundo gradu eligeret illum, quem
voluiſſet, vt nuberet cum dicta Maria, non poterat
dictus teſtamentarius facere talem ſcripturã dotis
etſi de facto eam fecit, fuit nulla, & nullius valo-
ris, ſiquidem exceſſit poteſtatem, quam habebat, ſed
maioratus ſtatim acquiſitus fuit conſanguineo illi
teſtatoris, quem ille elegit ad nubendum cum dicta
Maria, eo ipſo quod cum ea contraxit matrimoniũ
ex vi diſpoſitionis teſtatoris, vt ex ſe patet, & in hoc
non mihi videtur poſſe dari aliquam controuerſiã.

RESPONSIO AVTHORIS,
QVARTO QVÆSITO.

An mortuo vltimo poſſeſſore huius maioratus habeat aliquod ius ad illum Franciſcus, ſuppoſito quod in Codicillo dicit teſtator, quod in caſu, quod nullus ex duabus ſuis conſanguineis in ſecundo gradu vellet ducere in vxorem dictam Mariam, & ſi forte nuberet, filios, vel filias non haberet; ſuccederet Franciſcus. An verò ſit ſucceſſurus conſanguineus proximior vltimo poſſeſſori, qui fuerit de ſanguine ipſius teſtatoris?

RESpondi, quod ſuppoſito quod primus vocatus 20
ad hunc maioratum nupſit cum prædicta Ma-

ria,vt diſpoſuit teſtator,& ex ea habuit vnum fi-
lium,qui per mortem patris illi ſucceſſit in maiora-
tu, abſque dubio manſit caduca nominaoü,& in-
ſtitutio dicti Franciſci,& ſic maiotatus debet tran-
ſire ad propinquiorem conſanguineum vltimi
poſſeſſoris, qui fuerit de ſanguine ipſius inſtitu-
toris. Prima pars huius aſſerti, ſcilicet quod re-
maneret caduca inſtitutio prædicti Franciſci pro-
batur euidenter.

Quia eo ipſo quod fuit vocatus, in caſu quò
primus poſſeſſor nuberet cum dicta Maria. &
moreretur abſque filiis, vel filiabus, eo ipſo cen-
ſetur excluſus, ſi ille mortuus eſt, relicto filio;
21 l. 1. C. de cond.in cera, l. ex facto. §. penultim. ff.
de Trebellian. l.3.filiusfamilias. §.cum quis, ff. de
legat. & docet Decius, conſil.428. num. 1. Cepha-
lus, conſil. 17.num. 4. Tum quia vocatus in vno
caſu,cenſetur excluſus, illo caſu deficiente, l.
commodiſſime, ff. de liberis, & poſthumis,& do-
cet Valaſcus, conſultatione 139.num.11.Tum quia
deficiente conditione defecit diſpoſitio, l. vni-
ca,§. ſin autem ſub conditione,C.de cadu.tollen. &
in propriis terminis docet Aret. Conſil.159. Va-
laſcus, conſ. 120.n.19.

Nec obſtat, quod filius primi poſſeſſoris mor-
22 tuus ſit, nullo relicto hærede neceſſario; Nam
huic obiectioni Reſpondeo, quod mortuus eſt
poſt mortem patris, & ſufficit quod per momen-
tum viueret poſt mortem patris, vt ſecundus vo-
catus maneret excluſus, quia ſufficit conditionem
eſſe defectam, licet non duret defectus niſi per
momentum temporis, l. cum vxorem, C.quando
dies legat. & in propriis terminis docet Aret.con-
ſil. 159. Cephal. Mantun. Decius, Iaſon, quos re-
fert, & ſequitur Valaſcus, conſ. 120.n.19.

Tum quia in conditionibus attendendum eſt
23 ad principium primæ exiſtentiæ, non autem quod
ex poſt factum ſucceſſerit, vt decidit Baldus. in
l. precib. n 6. C. de impub. & aliis ſubſt. Baldus,in
Autem. ſect. & ſi quis C. de ſecundis nuptiis,ſuffi-
cit namque, quod implementum conditionis tem-
pore dictæ ſucceſſionis exiſtat, etſi ea poſt factum
non durauerit; l.ſi quis hered.C.de inſtit.& ſubſtit,
& tenet Molina, de primogeniis, lib.3.cap.10.n.8.
Sed ſic eſt; quod teſtator præcepit, quod dictus
Franciſcus ſuccederet in maioratu, in caſu quo
ſuus conſanguineus in ſecundo gradu nollet du-
cere in vxorem prædictam Mariam,vel ex ea non
haberet filios, vel filias, ergo cum ille eam in
vxorem duceret, & ex ea haberet vnicum filium,
qui ei per aliquod tempus ſucceſſit in maioratu,
ſequitur quod nominatio, & inſtitutio Franciſci
manſit caduca.

Et ſic reſolutoriè dico, quod ſuppoſito; quod
vltimus poſſeſſor huius maioratus diſceſſit abſque
filiis, ſucceſſit in hoc maioratu conſanguineus
propinquior vltimi poſſeſſoris, qui fuerit de ſan-
guine inſtitutoris, mota quæſtione inter paren-
tes tranſuerſales, ita Gouar. Portius, Imola, Ro-
land. Cephalus, Coſta, & alij. quos refert, &
ſequitur Molina, de primogeniis lib. 3.cap.9.num.3.
quos licet conuictus ſequitur Valaſcus, conſ.121.
n.7. & de hoc datur quædam ordinatio Luſitana,
24 lib. 5.tit. 78. Et ratio eſt, quia in maioratibus,ſi-
cut in fideicommiſſis familiæ, ſucceditur ſicut in
hæreditatibus ab inteſtato, l.fin.C. de verb. ſi-
gnif. Gloſſa,in l.cum ita legat.§.in fideicommiſſo,
& tenent, Alexander, Ruin, quos refert Molina,
ſuprà. Sed ſic eſt, quod ab inteſtato ſuccedit
conſanguineus proximior vltimo poſſeſſori; Er-
go idem dicendum eſt in ſucceſſione maioratuum
ſi aliud non diſpoſuerit inſtitutor, & de facto in
hoc caſu non diſpoſuit.

Nec obſtat quod talis conſanguineus propin-
quior vltimi poſſeſſoris non fuiſſet vocatus à te-
ſtatore. Nam in primis in noſtro caſu fuit voca-
tus, ſiquidem in teſtamento in defectu aliorum
vocat conſanguineos ſuos proximiores: dato ta-
men quod eum non vocaret, adhuc eius conſan-
guineus proximior ſucceſſurus erat; ſiquidem 25
inſtitutor cuiuſcunque maioratus, non reſtringit
ſucceſſionem maioratus ad ſolos vocatos, ſed re-
linquit maioratum toti familiæ ſuo ordine, taliter
quod nominati præcedant, ſiquidem hoc com-
prehendit illa conditio, vt bona ipſa, iure maio-
ratus poſſideant, quod probatur à ſimili ex deci-
ſione in textu, in l. cum ita legat.§.in fideicomm.
ff. de legat 2. & tenent Bart.Palud. Imola, Peralt,
& alij quos refert, & ſequitur Molina, de primo-
geniis, lib.1. cap. 4 num. 32. Ergo bene ſequitur,
quod etiamſi talis conſanguineus propinquior non
fuiſſet vocatus à teſtatore, adhuc in hoc caſu ſuc-
ceſſurus erat.

Dices admiſſo deſcendente propinquiore vlti- 26
mi poſſeſſoris ad poſſeſſionem maioratus, cæteri
conſanguinei cæterarum linearum præcedentium,
cenſentur perpetuo excluſi, etiamſi cauſa exclu-
ſionis non daret, ſemel namque excluſus, ſem-
per cenſetur excluſus, ita vt vlterius ſuccedere
non poſſit, quamuis ille, qui eum excluſit abſque
filiis, & deſcendentibus moriatur, vt probatur ex
deciſione textus,in cap. 1.§. quin etiam Epiſcopum
& abbatem in vſibus feudor. per quem textum id
notant Bal. Bartol. in l.fin. §.quando ff. ad Ter-
tull. num. 1. & ſequitur Decius, Mantua, & alij,
quos refert Molina. de primogeniis, lib.1. cap.6.
num.22. Sed ſic eſt, quod in noſtro caſu, vltimo
poſſeſſori maioratus ſucceſſit eius filius, qui erat
ei propinquior; ergo cæteræ lineæ tranſuerſales
præcedentes remanſerunt in perpetuum excluſæ,
ac per conſequens. Patruus huius vltimi poſſeſ-
ſoris, frater eius patris, non poterit ſuccedere in
hoc maioratu, etiamſi ſit propinquior vltimo
poſſeſſori ex ſanguine inſtitutoris, & eidem in-
ſtitutori, vt de facto eſt.

Reſpondeo cum Molina de primogeniis, lib. 1.
cap. 6. Quod dantur duæ excluſiones, alia ſim- 27
plex, & alia temporalis, quæ eſt veluti ſuſpenſio
temporalis,& quando dicunt DD. ſuprà citati in
argumento, quod ſemel excluſus ſemper cenſetur
excluſus, intelligitur de excluſione ſimplici, vt
docent Baldus, Bart. Paul. Alexander. Socin.De-
cius, Albert.Paris, Ruin. Mantua, quos refert,
& ſequitur Molina, ibi num. 22. Et non de tem-
porali. Nam hæc ceſſante excluſiue, debet ad-
mitti, non enim aliter poteſt voluntas teſtato-
ris durare, & perpetua effici, quod probatur, ex
textu in l. ſi quis ita legauerit, ff.de condit.& ex
textu in l.ſi à te, vbi Iaſon, Bald. Paul. Imola, &
alij, quos refert, & ſequitur Molina, de primo-
geniis, lib.1. cap. 6. numero 18. Vnde cum in no-
ſtro caſu excluſio tantum fuiſſet temporalis, ſi-
quidem in tantum excludebat lineas tranſuer-
ſales præcedentes, quatenus extabant deſcen-
dentes lineæ vltimi poſſeſſoris, vt latè pro-
bat Molina plurimos referens, vbi ſuprà, opti-
me ſequitur, quod conſanguineus vltimi poſ-
ſeſſoris, etiamſi ſit ex linea tranſuerſali præce-
denti,

denti, ſucceſſorus eſt in hoc maioratu, dummodo ſit ex ſanguine teſtatoris.

CONSVLTVM XLIII.

De quodam Capellano monialium, qui intravit clauſuram monialium ad ponendam reliquiam ſuper infirmam, an incurrerit cenſuras contra intrantes clauſuram monialium impoſitas in iure?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Sacerdos qui intrauit clauſuram monialium ad ponendam reliquiam ſuper infirmam, bona fide, non incurrit cenſuras poſitas contra intrantes clauſuram monialium.*
3 *Ad incurrendas cenſuras contra intrantes clauſuram monialium requiritur præſumptio, & dolus.*
4 *Qui intrat clauſuram ex cauſa iuſta, & cum licentia, non incurrit prædictas cenſuras.*
5 *Sacerdos qui intrauit clauſuram ad ponendam reliquiam ſuper monialem infirmam habuit iuſtam cauſam intrandi.*
6 *Abbatiſſa, ſecundum aliquos, poteſt dare licentiam ad introeundum clauſuram in caſibus licitis.*
7 *Contra opinio eſt probabilior, & ſequenda.*
8 *In caſu manifeſtæ neceſſitatis, non requiritur licentia Prælati in ſcriptis, vel in voce.*
9 *Sacerdos qui intravit clauſuram ex cauſa licita, poteſt ibi detineri ad celebrandum abſque incurſu cenſurarum.*
10 *Si intro dubitauit, an poſſit detineri ad celebrandum, ſi non depoſito dubio, ſe detinuit peccauit mortaliter, non tamen incurrit cenſuras.*
11 *Bulla Pontificia ſolum anathematizant præſumentes, hoc eſt, intrantes clauſuram mala fide.*
12 *Qui operatus eſt cum dubio, & ignorantia craſſa, & ſupina, non dicitur præſumens.*
13 *Dubium, an ſit contra præceptum, non eſt ſufficiens ad incurrendas cenſuras caſu quo præceptum poſtulet præſumptionem.*
14 *Detinens ſe intra clauſuram ſine cauſa, & etiam ad malum finem, non incurrit aliquam cenſuram, ſi intrauit bona fide.*
15 *Bulla Pontificia, ſolum anathematizant intrantes illicite, & non detinentes ibi abſque cauſa.*
16 *Confeſſor poteſt intrare clauſuram, & ibi detineri ad adminiſtranda Sacramenta confeſſionis, communionis, & extremæ-vnctionis infirmis.*
17 *Ad aſſiſtendum eis in articulo mortis.*
18 *Ad confitendum infirmas, quæ non poſſunt venire ad cratem, etiam ob deuotionem.*
19 *Poteſt intra clauſuram celebrare, vt commodius adminiſtret communionem.*
20 *Poteſt Sacerdos introire ad ponendam reliquiam ſuper infirmam.*
21 *Prælati ſuperiores poſſunt in aliquibus caſibus introire.*
21 *Poſſunt introire officiales ad faciendum aliquod opus conuentus.*
23 *Poſſunt introire homines ad deferenda onera, quæ non poſſunt deferre moniales.*
24 *Hæc onera poſſunt deferri ab hominibus nobilibus ad per tranſennam videndam conuentum, vel aliquam monialem.*
25 *Si aliqua perſona nobilis, vir, vel fœmina, ſciat aperire venam infirmis, poteſt introire ad hoc miniſterium exercendum.*
26 *Poſſunt introire Hortulani.*
27 *Poteſt introire ſyndicus ad quærendum in archiſſo aliquod inſtrumentum.*
28 *Poſſunt aliqui introire ad expellendum delinquentem ex conuentu.*
29 *Poſſunt introire medici, & chirurgi, & barbitonſores ad aperiendam venam infirmis.*
30 *Poſſunt introire ſartores ad aptandas veſtes monialium.*
31 *Poteſt introiri clauſura, quoties neceſſitas iarit naturalis id poſtulauerit, vt incendium, inundatio, &c.*
32 *In omnibus his caſibus requiritur licentia Prælati in ſcriptis, ſi haberi commodè poteſt.*
33 *Si fuerit periculum in mora, poſſunt prædicti introire ſine tali licentia.*
34 *Ad introeundum in caſibus vrgentis neceſſitatis, v.g. incendij, vel inundationis, non requiritur neceſſitas extrema, ſed ſufficit quod ſit moralis.*
35 *In caſibus in quibus vrget ius naturale, non eſt neceſſaria licentia ſuperioris.*
36 *Qui in prædictis caſibus intrat clauſuram, finito negotio, tenetur ſtatim exire.*
37 *Qui ſi per breue tempus curioſitatis gratia detineatur ad videndas officinas.*
38 *Si per multum tempus, & ad malum finem detineatur, licet non incurrat cenſuras, peccat mortaliter.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM confeſſor monialium, qui habebat licentiam à ſuo Prælato ſuperiore ipſarum monialium ad introeundum intra clauſuram, ad adminiſtranda Sacramenta infirmis, cum quædam monialis eſſet graui morbo correpta, intrauit intra clauſuram de licentia, & mandato Abbatiſſæ, deferendo in calice ſacrato reliquiam cuiuſdam ſancti, per quem Deus faciebat plura miracula, ad ponendam illam ſuper caput infirmæ exiſtimans bona fide licentiam, quam habebat ad introeundum ad adminiſtranda Sacramenta monialibus infirmis extendi, etiam ad hunc caſum, & poſtquam intrauit Miſſam celebrauit, in quadam capella intra clauſuram earundem monialium dubitans, an illi liceret hæc mora intra clauſuram; abſque alia neceſſitate dictæ Miſſæ, quam deuotio monialium, putans tamen ſemper ſe intraſſe licitè. 1

Quæritur ergo primo, An introeundo clauſuram ad ponendam dictam reliquiam ſuper infirmam abſque alia licentia, quam illa, quam habebat ad introeundum ad adminiſtranda Sacramenta, & mandatum abbatiſſæ, incurrerit cenſuras poſitas contra intrantes clauſuram monialium abſque licentia, & neceſſitate? Quæritur ſecundo, An dicendo Miſſam intra clauſuram cum

cum prædicta dubitatione peccauerit mortaliter. &
ſi peccauit mortaliter, an etiam incurrerit prædi-
ctas cenſuras contra intrantes clauſuram?

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An Capellanus introeundo clauſuram ad ponendam dictam reliquiam ſuper infirmam abſque alia licentia, quam illa, quam habebat ad introeundum ad adminiſtranda Sacramenta, & mandatum Abbatiſſæ, incurrerit cenſuras impoſitas contra intrantes clauſuram, abſque licentia, & neceſſitate?

Reſpondi, quod ſi talis Sacerdos, quando intra-
2 uit ad ponendam reliquiam ſuper monialem
infirmam, exiſtimauit ſe habere iuſtam cauſam, &
quod licentia Prælati ſe extendebat ad hunc ca-
ſum, etiamſi cauſa de facto non fuiſſet iuſta, nec
licentia dicta ſe extenderit ad hunc caſum, vt de
facto in meliori opinione non ſe extendit; non in-
curriſſe pœnas impoſitas contra intrantes clauſu-
ram monialium. Ita Rodriguez, *tom.1. quæſtionum
regularium, q. 46. art 2.* Nauarrus, quem refert, &
ſequitur Portel. *verbo clauſura, n.78.* Villalobos,
tom 2. tract.35. dif.46. n.6. Et ratio eſt quia Gre-
gor. XIII. poſtulat, vt incurrantur dictæ cenſuræ
ob præſumptionem, & dolum; ſed hic Sacerdos
3 nec habuit præſumptionem, vel dolum: ſed bona
fide intrauit. ergo non incurrit prædictas cenſuras.

Confirmatur primo: Quia iſte Sacerdos intra-
uit in clauſuram ex cauſa iuſta, & de licentia præ-
4 lati, qui illam præbere poterat; ergo non incur-
rit cenſuram aliquam. Conſequentia eſt certa.
Antecedens probatur. Et in primis, quod cauſa
fuiſſet iuſta, ita in terminis in ſimili caſu docet
5 Pereinis, *ad Conſt. Pij V. pag. 265. n. 3. in medio.*
citans alios. Et quod intrauerit de licentia præ-
lati potentis dare talem licentiam probatur, quia
intrauit de licentia Abbatiſſæ, quæ abſolute po-
6 teſt concedere licentiam ad introeundum clauſu-
ram in caſibus licitis, & neceſſariis, vt docet Na-
uarrus, *in ſummà, cap. 28. additione 2. ad n. 143.
cap.25.* quem refert, & non impugnat Sanchez,
in decalogum, lib.6. cap.16. num.21. Imo videtur
concedere hanc ſententiam Nauarri eſſe probabi-
lem, ſiquidem, *num.37.* ait, quod adhuc ſub iudice
eſt, an Abbatiſſa iure ordinario poſſit concedere
talem licentiam.

7 Dato tamen, vt certum exiſtimo, Abbatiſſam
non poſſe dare talem licentiam iure ordinario,
attamen in caſu manifeſtæ neceſſitatis, vt eſt hic,
8 non eſt neceſſaria ſpecialis licentia prælati ſupe-
rioris, neque in ſcriptis, neque in voce, vt ex
multis iuribus, & doctoribus probat Lhamas *in
ſua methodo curationis in appendice, quàm po-
ſuit, in fine, §.6. Paulo poſt principium*, quem
ſequitur Fr. Ioannes a Cruce, *lib. 1. de ſtatu re-
lig. cap.5. dub.2. concluſione 3 notabili 3.* Barboſa,
de poteſtate Epiſcopi allag.102. num.57. & in re-
miſſionibus ad Trident. *cap.3. circa finem*, quid-
quid in contrarium dicat Sanchez, *in Decalogum
lib.6. cap.16. num.327.* Palaus, *tom.3. d.4. p.16.
§ 2. num.17.* Ergo cum iſte Sacerdos introiſſet,
clauſuram, cauſa iuſta, & neceſſitate manifeſta,
ſiquidem vt talem reputat hanc Pereinis cum aliis,
vt ſupra diximus, & introiſſet de licentia abbatiſ-
ſæ, quæ in opinione Nauarri illam concedere po-
terat, bene ſequitur quod nullam incurrit cen-
ſuram. Aduertere tamen oportet hanc, opinio-
nem Nauarri, quamuis poſt factum aliquo mo-
do poſſit ſequi ad aliquem à cenſuris excuſan-
dum, non tamen ante factum, quia omnes DD.
improbant hanc opinionem, & videtur non eſſe
in vſu, & ita non conſulto vt illa quis vtatur,
imo potius illam reiicio, non obſtante authori-
tate Nauarri.

RESPONSIO AVTHORIS, SECVNDO QVÆSITO.

An dicendo Miſſam intra clauſuram cum prædicta dubitatione peccauerit mortaliter, & incurrerit dictas cenſuras?

Reſpondi, non ſolum potuiſſe dictum ſacer- 9
dotem intra clauſuram immorari ad cele-
brandum dictam Miſſam, abſque eo quod incur-
rerit prædictas cenſuras, Sed addo, quod etiamſi
poſtquam clauſuram intrauit, dubitauerit an lici-
te introierit, vel non, ſi de facto certo non pu-
tauit ſe illicite introiſſe, etiamſi habuiſſet ali-
quam ignorantiam craſſam, & ſupinam in depo-
nendo tale dubium, non incurrit aliquam cenſu-
ram, quamuis ſi de facto habuit talem ignoran-
tiam, peccauit mortaliter; non ſtatim exeundo, 10
ſed potius ſe immorando, vt de facto peccauit,
ſuppoſita tali ignorantia, ſiquidem operatus fuit
cum conſcientia erronea, & culpabili, vt docent
communiter Doctores.

Quod tamen in tali caſu prædictus Sacerdos
cenſuras non incurrerit, etiam quando dubitauit,
an licite introiiſſet, vel non, etiamſi non ſtatim
exierit probatur. Quia dato, & non conceſſo,
quod poſtquam hic Sacerdos bona fide intrauit ſi
ei certo conſtaret, ſe illicite introiſſe, ſtatim te-
neretur exire à clauſura ſub pœna prædictarum
cenſurarum, attamen ſi de facto talem certitudi-
nem non habuit, etiamſi de facto dubium habuiſ-
ſet, & ſe detinuiſſet cum conſcientia erronea, &
ignorantia craſſa, & ſupina, non incurrit tales
cenſuras; Ita Suarez, *tom. 5. in 3. partem, d. 25.
ſect.29.* Caietanus, & alij, quos refert, & ſequi-
tur Sanchez, *in Decalogum, lib. 6. cap. 8. num.43.*
Nauarrus, Rodriguez, & Portel. quos refert, &
ſequitur Villalobos, *2. p. tract. 25. dif. 46. num.6.*
Bonacina, *tract. de Clauſura, tom.1. q.4 p.7 n.8.*

Ratio eſt, quia bullæ Pontificiæ in materia 11
clauſuræ, non anathematizant, niſi præſumentes,
hoc eſt, intrantes clauſuram mala fide; Ergo ſi
aliquis introierit ignorantia, etiamſi ſit craſſa, & 12
ſupina excuſabitur à prædictis cenſuris, vt do-
cent communiter DD. apud Portel, *in reſponſione
caſuum tom. 2. caſu 76.* Sed ſic eſt quod operans 13
in dubio, an faciat contra aliquod præceptum,
operatur cum conſcientia erronea, & ignorantia
craſſa, & ſupina, & non vt præſumens, vt docet
Sanchez, *in Decalogum, lib.6. cap. 8. num. 44.* Er-
go cum talis ſacerdos poſtquam introiuit clau-
ſuram

ſuram, ſolum dubitauerit, an rectè introiiſſet vel
non, non incurret prædictas cenſuras, ſiquidem
ſolum operatus fuit cum conſcientia erronea, &
ignorantia craſſa, & ſupina, quæ licet eum non
liberauit à peccato, quia tenebatur talem con-
ſcientiam deponere, & ignorantiam, liberauit ab
incurſu cenſurarum, eo quod non fuerit præſu-
mens. Vide Sanctium, *loco citato*.

Et hinc euidenter infertur, hunc Sacerdotem
in caſu præſenti non incurriſſe aliquam cenſu-
ram, etiamſi cenſura fuiſſet impoſita contra eos
qui abſque cauſa detinerentur intra clauſuram
poſtquam licite intrauerunt, vt plurimi volunt,
quos refert, & ſequitur Palaus, *tom. 3. tractat. de
voto obedientiæ. d. 4. p.* 10. §. 3. *num.* 12. Et ratio eſt,
quia noſter Sacerdos ſolum habuit dubium, an
licite poſſet detineri ad celebrandum Miſſam, abſ-
que eo quod procederet contra bullas Apoſtoli-
cas; ſed ſic eſt quod dubium, an ſit contra præ-
ceptum, vel non, non eſt ſufficiens ad incurren-
das cenſuras, in caſu quo præceptum poſtulet
præſumptionem, vt manet probatum; Ergo cum
in caſu bullæ Pontificiæ poſtulent præſump-
tionem in intrante clauſuram, & detinente intra
illam, ſequitur, quod etiamſi cenſuræ impoſitæ
eſſent contra abſque cauſa intra clauſuram deti-
nentes poſtquam licite intrauerunt, non incurrerit
noſter ſacerdos tales cenſuras.

Tum quia iſte Sacerdos, etiamſi voluntariè ſe
14 detinuiſſet per multum tempus abſque cauſa in-
tra clauſuram, & etiamſi ſe detinuiſſet cum pra-
ua intentione, v. g. fornicandi cum aliqua mo-
niali, non incurrit aliquam cenſuram, ſi de fa-
cto intrauit bona fide. Ita Sanchez, *in Decalo-
gum libro ſexto, cap. decimo ſexto, numero ſexa-
geſimo nono*, & alij, quos refert Portel. *in re-
ſponſione caſuum, tom. 2. caſu* 76. *numero* 3. Ba-
riola, Naldus, quos refert, & non impugnat Dia-
15 na 4. *p. tract.* 4. *reſol.* 90. Et ratio eſt, quia bullæ
Pontificiæ ſolum anatgematizant eos, qui in-
trant illicite, & non ſe detinentes intra clauſuram
abſque cauſa poſtquam licite intrauerunt, quid-
quid in contrarium dicat Palaus, & alij *ſupra*, re-
lati: Ergo cum talis Sacerdos licite introiuerit,
ſiquidem bona fide intrauit, etiamſi poſtquam
intrauit dubitauerit, an poſſet detineri ad dicen-
dum Miſſam, vel non, de facto non incurrit
aliquam cenſuram, ſiquidem tali detentioni, de
qua ille dubitabat, non erat impoſita aliqua cen-
ſura, vt manet probatum, & cenſura ſolum in-
curritur in caſibus, in quibus impoſita eſt, & non
in caſibus, in quibus quis ignoranter exiſtimat
eſſe impoſitam, ſi de facto impoſita non eſt, vt do-
cent communiter Doctores.

Et hinc colligi poteſt certa regula ad ſcien-
das conditiones, quæ requiruntur, vt aliqua per-
ſona ſæcularis licitè intret clauſuram monia-
16 lium, & vt ibi poſſit immorari. In primis po-
teſt introire Confeſſor, & hic poteſt intro de-
17 tineri per omne tempus, quod neceſſarium fue-
rit ad adminiſtranda Sacramenta confeſſionis, &
communionis, & extremæ-vnctionis infirmis. Ad
18 aſſiſtendum eis in articulo mortis, & ad con-
fitendum, & dandum communionem infirmis,
quæ non poſſunt deſcendere ad cratem Eccle-
ſiæ, quoties illæ poſtulauerint, & habuerint
deuotionem communicandi, etiamſi non ſit in die-
bus ordinariis in quibus cæteræ moniales com-
municant, ſecluſo ſpeciali ſtatuto alicuius reli-
gionis. Ita Sanchez, *in Decalogum, lib.* 6. *cap* 19
16. *per totum innumeros referens*. Imo poteſt ce-
lebrare Miſſam intra clauſuram, vt commodius
adminiſtret Euchariſtiam infirmis. Debet tamen
quando intrat ad adminiſtrandum hæc Sacramen-
ta, aut res ſimiles, intrare cum ſuperpelicio, aut
alba, & ſtola, & ſociatus aliquo miniſtro. Poteſt 20
etiam introire Sacerdos ad deferendam reliquiam
alicuius ſancti, per quam Deus facit miracula ali-
cui infirmæ. Ita Pellizarius alios referens, *ad Conſt.
Pij V. num.* 3.

Secundo poſſunt prælati ſuperiores introire
in aliquibus caſibus, quos refert Palaus, *tom.* 3.
d. 4. *p.* 10. §. 3. *per totum*. Poſſunt etiam introire 21
officiales ad reparandum aliquod opus conuen-
tus, aut ad illud faciendum, vt fabri, & alij ſi- 22
miles. Poſſunt etiam introire homines ad defe-
renda onera, vel res, quas religioſæ non poſſunt 23
deferre, vel ad aliquid ex clauſura extrahen-
dum. Imo addit Sanchez, *ſuprà, libro ſexto, cap.
decimo ſexto, numero quarto*. Bonacina, *tomo primo.
tractatu de clauſura, quæſtione quarta pars. quæſt.* 4.
num. 8. Portel. *in reſponſione caſuum, tom.* 2. *caſu* 24
76. *num.* 1. Quod ſi huiuſmodi res magni pon-
deris eas detulerit aliqua perſona grauis, & ho-
norata, etiamſi hoc non habeat ex officio, ſed
ſolum eas deferat, vt per tranſennam videat con-
uentum, vel viſitet aliquam monialem, non in-
currere prædictas cenſuras. Et idem dicendum
eſt, ſi aliqua perſona nobilis, ſiue vir, ſiue fœ- 25
mina, ſciret venam ad ſanguinem emittendum
aperire: Nam hæc poſſet etiam intrare ad ape-
riendum venam alicuius monialis infirmæ, etiamſi
hoc non habeat ex officio, ſed mera curioſitate
faciat, ſed hoc caute fiat, & raro.

Tertio poſſunt introire hortulani ad plan- 26
tandas arbores, ſcindendum terram, &c. Item
ſi neceſſum fuerit quærere aliquod inſtrumen-
tum in Archiuo conuentus, poteſt introire Syn- 27
dicus, vel procurator, vel qui habuerit curam
rerum ipſarum monialium. Item poſſunt in-
troire aliqui ad expellendum ex clauſura de- 28
linquentes, qui illuc confugerunt. Poſſunt
etiam introire Medici, & Chirurgi, ad curan- 29
das moniales infirmas, Barbitonſores ad venam
aperiendam, & perſonæ ad id neceſſariæ. Po- 30
teſt etiam introire officialis ad ſcindendum, &
aptandas veſtes monialium. Ita Sanchez *ſuprà*.
Et tandem poſſunt perſonæ ſæculares intrare 31
clauſuram, quoties neceſſitas juris naturalis id
poſtulauerit, vt ad extinguendum ignem, ad
extrahendas moniales ab inondatione, & in
caſibus ſimilibus. Ita Rodriguez, & alij, quos
refert, & ſequitur Villalobos, *tom.* 2. *tract.* 51.
diff. 46. *num.* 11.

Aduertendum tamen eſt, quod in omnibus 32
his caſibus, requiritur licentia Prælati in ſcrip-
tis, ſi commode poteſt haberi; ſi tamen fue-
rit periculum in mora, poteſt quis optime in-
troire, etiamſi talis non detur licentia præla-
ti in ſcriptis, neque in voce, ſpecialiter quo- 33
ties inopinate ſucceſſerit aliqua ex prædictis ne-
ceſſitatibus, aut alia ſimilis, & non poſſit da-
ri recurſus ad prælatum abſque periculo in mo-
ra, tunc ſufficit ſola licentia Abbatiſ-
ſæ, vt docent communiter DD. quos refert, &
ſequitur Sanchez *ſuprà*. Secundo aduerte,

quod quando dico poſſe ſæculares intrare clau-
ſuram in caſu vrgentis neceſſitatis, vt inun-
34 dationis, vel incendij, non eſt neceſſe, quod
hæc cauſa ſit extrema, vel vrgentiſſima, ſed
ſufficit quod ſit moralis, & tunc erit mora-
lis, quando id, quod eſt faciendum, ſit con-
ventui neceſſarium, vel alicui religioſæ, &
non poteſt commode, vel decenter fieri ab
ipſis monialibus abſque eo, quod intret ali-
quis ſæcularis; ſecus dicendum eſt, ſi talis res
poteſt fieri commode à monialibus. Ita cum
multis Peirines, *ad conſt. 6. Pij V. fol. 165. nu-
mero 3.* Rodriguez, *tom. 1. quæſtionum regula-
rium, q. 46 art. 4.* Sanchez, *in decalogum, cap.*
16. Bonacina, Villalobos, *vbi ſuprà*, & alij
35 communiter, qui etiam aduertunt, quod in
caſibus, in quibus obligat ius naturale, non
eſt neceſſaria licentia ſuperiorum, nam in his
caſibus non obligant leges clauſuræ, videatur
Villalobos.

Tandem aduerte, quod qui in his caſibus
36 introiuit clauſuram, finito negotio, ad quod
introiuit, tenetur ſtatim exire à clauſura. Ita
communiter DD. ſed hoc non ita ſtricte in-
telligendum eſt, quod qualiſcunque mora ſit
ſufficiens ad peccatum mortale; vnde etiamſi
quis ex curioſitate detineretur ad videndas offi-
cinas, vel alias res conuentus, non incurrit
37 prædictas cenſuras, nec peccat mortaliter aut
venialiter. Ita Peirines, & Palaus, *ſuprà.* San-
chez, *in Decalogum, lib. 6. cap. 16. num. 69.*
Qui addit ibi, cum Naldo, & Barboſa, quos
refert Diana, *p. 4. tractat. 4. reſolut. 90.* Quod
etiamſi talis homo per multum tempus detine-
38 retur intra clauſuram, non ſolum bona fide,
ſed ex mala intentione, v. g. luxuriandi cum
aliqua Moniali, non incurrit prædictas cenſu-
ras, non obſtante, quod peccauerit mortali-
ter, tum in notabili mora abſque neceſſitate,
quam in malo fine, quem habuit, vt ait Por-
tel, *in reſponſione caſuum, tom. 2. caſu 76.* Et
ratio eſt, quia cenſuræ non ſunt impoſitæ con-
tra immorantes abſque cauſa intra clauſuram,
ſed contra illicite intrantes in clauſuram: ergo
cum hic intrauerit licite, vt ſupponimus, ſequi-
tur, quod cenſuras non incurrerit, etiamſi per
multum tempus ibi detentus fuiſſet abſque cau-
ſa, & etiam praua intentione faciendi ibi ali-
quod malum.

CONSVLTVM XLIV.

De validitate cuiuſdam Electionis cuiuſdam conuentus regularis.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Noſtrum definitorium generale habet iuriſdi-
ctionem, & poteſtatem limitatam ad ſolos
illos caſus, qui illi ſunt expreſſi in noſtris
conſtitutionibus.*
3 *Omnes electiones in noſtra religione competunt
capitulo generali.*
4 *Electiones intermediæ competunt noſtro defini-
torio generali.*
5 *Definitores in ſuis congregationibus faciunt
electiones eorum officiorum, quæ eo tempore
fuerint vacua.*
6 *Eccleſia quæ vacant dicuntur Romæ vacare.*
7 *Lex capituli octaui noſtrarum conſtitutionum,
quam poteſtatem det in aliquorum opinione
definitorio ad electiones.*
8 *Quomodo intelligant aliqui hanc legem.*
9 *Actus agentium, quando non faciunt, quod in-
tendunt, faciunt quod poſſunt.*
10 *Definitorium poteſt ponere Vicarios in nouis
fundationibus.*
11 *Definitorium generale non poteſt diſpenſare in
legibus gubernij.*
12 *Prouincialis an poſſit ſine cauſa auferre Vica-
rium, quem poſuit in vna fundatione.*
13 *Proponitur punctum controuerſiæ in hoc con-
ſulto.*
14 *Vbi caſus legis eſt, nulla dubitatio, aut diſpoſi-
tio cadit.*
15 *Vbi conſtat de mente diſponentis expreſſa, vel
præſumpta, verborum qualitas non atten-
ditur.*
16 *Quid per officia intermedia in noſtra conſtitu-
tione intelligatur.*
17 *Dictio, ſiue, quid importet.*
18 *Definitorio generali competit electio noui con-
uentus, ſi occurrat eius electio extra capitu-
lum generale.*
19 *Omnes electiones ad capitulum generale ſpe-
ctant.*
20 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſol-
uitur.*
21 *Conſuetudo generalis vnius religionis debet
comprehendere omnes Eccleſias eiuſdem reli-
gionis, vbi non eſt talis conſuetudo.*
22 *Quando datur eadem ratio, conſuetudo vnius
Eccleſiæ, extenditur ad alias.*
23 *Vt Eccleſia ſit in conſuetudine recipiendi deci-
mas de nonalibus, non eſt neceſſe, quod ex hoc
campo numero ſemel iam illas receperit, ſed
ſufficit, quod detur conſuetudo recipiendi illas
ex aliis nonalibus.*
24 *Vt dicatur Eccleſiam eſſe in poſſeſſione reci-
piendi decimas perſonales à Petro, ſuf-
ficit quod Petrus habitet in parochia vbi
eſt talis conſuetudo recipiendi decimas per-
ſonales.*
25 *Præſcriptio realis cauſata à iure, extenditur
ad omnes illos, adverſus quos præſcriptum
non fuit.*
26 *Definitorium poteſt eligere primum Vicarium
vnius conventus de novo fundati.*
27 *Vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere
debemus.*
28 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſol-
vitur.*
29 *Verba generalia ſtatutorum, ſecundum ius com-
mune debent intelligi.*
30 *Conceſſum cenſetur, quidquid expreſſe non in-
venitur prohibitum.*
31 *Confirmatio omnium electionum, excepta Pa-
tris noſtris generalis, competit definitorio
generali.*
32 *Electio primi prioris pro nouo conuentu com-
mittitur expreſſe à lege noſtro defini-
torio.*

33. Vt

33 *Vt capitulum generale dicatur ſolere efficere electionem prioris pro vno conuentu de nouo fundato ſufficit, quod ſit in poſſeſſione faciendi tales electiones pro aliis conuentibus de nouo fundatis.*

34 *Vt dicatur verus conuentus non requiritur, quod habitatio ſit propria, ſufficit quod habeat alia requiſita ad conuentum.*

35 *Officium manuale poteſt auferri ſine cauſa ab eo, qui illum dedit.*

36 *Priuatus voce paſſiua, non poteſt eligi in vicarium, vel præſidentem alicuius conuentus.*

37 *Multa dicit paſſio, quæ mẽs ab ea expers exhorret*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN noſtra religione Carmelitana excalceata facta fuit electio definitorio huius Prouinciæ, quod habet ex conceſſione Apoſtolica eandem iuriſdictionem, ac definitorium generale, in primum Priorem vnius conuentus de nouo fundati.

Quæritur an talis electio fuerit valida?

RESPONSIO AVTHORIS.

CVm nullum ſit delirium, quod non habeat ſectatorem, quidam religioſus inſignis authoritatis eiuſdem Prouinciæ huiuſmodi difficultates, abſque vllo ſtrepitu iudiciali propoſuit, quibus ſuo videri probabat talem electionem fuiſſe nullam, quæ cum ad futurum poſſint aliquando deſeruire, non grauabor ſcribere.

Dicebat igitur primo, talem electionem fuiſſe
2 nullam, ſiquidem noſtrum definitorium generale habet iuriſdictionem, & poteſtatem limitatam ad ſolos caſus, qui illi ſunt expreſſi in noſtris conſtitutionibus, vt conſtat *ex 3. p noſtrarum conſtitutionum cap. 8. num.* 24. Sed ſic eſt, quod iſte caſus non eſt illi expreſſus in lege; ergo non poterat definitorium talem Priorem eligere. Maior eſt certa, minor vero probatur, quia lex ſolum dat poteſtatem definitorio ad faciendum electiones intermedias, quæ ſunt electiones officiorum, quæ fuerunt factæ in capitulo generali, quæ vacarunt in medio triennij per mortem, aut renunciationem prælatorum electorum; ſed hæc electio non fuit officij, quod vocaſſet intra triennium; ergo non competit definitorio.

Confirmatur primo: quia omnes electiones competunt capitulo generali, 3. *p. cap.* 2. *num.* 1.
3 & ſolum electiones intermediæ, ſi vacauerint aliqua officia committit lex definitorio, vt patet *ex 3. p. noſtrarum conſtitutionum cap.* 18. *num.* 10. Ergo ſi non fuerint officia vacantia, non habet de-
4 finitorium poteſtatem eligendi; ſed ſic eſt, quod hoc officium non vacauit, ſed fuit de nouo creatum; ergo electio illius non definitorio, ſed ſoli capitulo generali pertinebat.

5 Confirmatur 2. *ex cap. 8. num. 2. eiuſdem tertiæ partis noſtrarum conſtitutionum*, vbi dicitur, quod definitores in ſuis Congregationibus faciant electiones officiorum, quæ eo tempore fuerint vacantia; ſed ſic eſt, quod hæc fuere officia, quæ fuerunt electa in capitulo generali, quæ ob aliquam cauſam vacarunt; ergo hæc poteſtas definitorij non poteſt extendi ad officia, quæ nunquam habuerunt prælatum, nec vacarunt; ſed ſic eſt quod hoc officium fuit creatum de novo; Ergo ad hunc caſum non ſe extendit poteſtas definitorij generalis.

Confirmatur 3. quia quando noſtra lex, 3. *p. cap.* 8. *num.* 10. dicit, poſſe definitorium eligere 5
officia occurrentia, intelligitur vacantia, quod pro- 6
batur ex beneficiis, quæ quando vacant, dicimus tot Eccleſiæ Romæ occurrunt; Ergo cum hoc officium non vacauerit, non poteſt dici occurrens; & ſic lex tertiæ partis noſtrarum conſtitutionum, *cap.* 8. *num.* 10. debet explicari cum lege, *cap.* 2. *num.* 15. quæ ſolum loquitur de officiis vacantibus, hoc eſt, quæ habuerunt prælatos poſitos à capitulo generali, alias loqueretur legiſlator cum æquiuocatione, contra proprietatem legis, ſiquidem, *in cap.* 2. *num.* 15. *&* *cap.* 8. *num.* 2. loquitur ſolum de electionibus officiorum vacantium, & *in cap.* 8. *num.* 10. volunt, quod loquatur de omnibus officiis, quod eſſet æquiuocatio.

Confirmatur 4. quia lex *capituli* 8. *noſtrarum conſtitutionum, n.* 2. nec dat, nec poteſt dare maio-
rem poteſtatem ad faciendas electiones definito- 7
rio illa, quam dat lex antecedens, *capituli* 2. *num.* 2. Sed ſic eſt, quod hæc ſolum dat poteſtatem ad officia vacantia, hoc eſt, quæ vacarunt poſt capitulum generale; ergo lex *capituli* 8. *num.* 20. ſolum ad has electiones officiorum vacantium dat poteſtatem. Minor probatur *ex lege capituli* 2. *num.* 2. quæ ſolum ad electionem officiorum vacantium dat poteſtatem definitorio: ergo cum non exprimat in alia parte alia officia, de his debet intelligi lex *capituli* 8. *n.* 2.

Nec poteſt dici, quod lex *capituli* 8. *num.* 2. loquitur ſolum de congregationibus definitorij præfixis, & non de voluntariis, & quod in his poterunt eligi alia officia de nouo creata virtute le-
gis *capituli* 8 *n.* 20 Nam huic obiectioni reſponde- 8
tur quod lex *capituli* 8. *n.* 2. loquitur vniuerſaliter de omnibus Congregationibus, cum ſola hac differentia, quod in præfixis, tenetur definitorium eligere officia vacantia, ſed non in voluntariis.

Secundo probatur: quia lex *capituli* 8. *num.* 20. ait, quod dat poteſtatem ad electionem omnium officiorum ordinis, quæ ſecundum noſtras conſtitutiones ſolent fieri in capitulo generali: ſed ſic eſt, quod hæc lex ſolum loquitur de officiis vacantibus; ergo non eſt extendenda ad officia de nouo creata. Minor probatur, quia ſola officia vacantia ſunt, quæ ſolent eligi in capitulo generali; ſiquidem quod nunquam factum fuit, non poteſt dici ſolere fieri; ſed ſolum illud, quod in capitulo generali ſemel, ad minus fuit factum, vt probat Cabedo; *de pot. Reg. cap.* 6. Caldas, *conſil.* 12. Couar. *practicarum, cap.* 14 *n.* 12.

Nec obſtat ſi dicant, quod ſi illa electio non valuit, quatenus fuit electio prioratus, voluiſſe
quatenus fuit electio Vicariatus, ex illa regula 9
iuris, actus agentium, quando non faciunt, quod intendunt, faciunt tamen, quod poſſunt. Et definitorium poteſt ponere vicarios in fundationibus, ergo electio, etſi non fuiſſet valida in officio prioris, eſſet valida in officio vicarij: & quod definitorium poſſit ponere Vicarium in fundationibus probatur, ſiquidem prouincialis poteſt illum ponere; ergo etiam definitorium, quod habet maiorem poteſtatem: Tum quia *in tertia p. noſtrarum conſt. cap.* 4. *num.* 3. dicitur, quod poſt priores ſedeant Vicarij electi à definitorio, dummodo ſit Sacramentum in eorum Eccleſiis. Non obſtat inquam, huic enim obiectioni Reſpondetur,

quod ſicut definitorium non poteſt eligere Pri-
mum priorem, nec etiam poteſt eligere primum
vicarium,eo quod habeat poteſtatem limitatam,
vnde illa conſtitutio tertiæ partis,*cap.4 n.3.* loqui-
tur de Vicariis,qui ſemel jam fuere electi à capitu-
lo generali.

Tertio probatur ea lege ſecundæ partis no-
ſtrarum conſtitutionum, *cap. 1. numero 4.* vbi
dicitur. Nec deinceps Religioſi in Monaſte-
riis nouiter receptis commorentur, donec in
eis ſit competens clauſura, & habitatio pro
quindecim ſaltem religioſis, præter fratres do-
natos, exceptis duobus, vel tribus fratribus,
quibus ibidem pro directione ædificij liceat aſſi-
11 ſtere ; ergo ad ponendum pauciores religioſos, &
priorem, requiritur diſpenſatio huius legis ; ſed
hanc non poteſt concedere definitorium genera-
le, ſed ſolum capitulum generale, ſiquidem eſt
lex gubernij; ergo definitorium non poteſt elige-
re priorem, vel Vicarium huius fundationis,
quia ad hoc requirebatur diſpenſatio huius legis,
quia hæc fundatio eſt in domibus non propriis,
& in quibus non eſt conſtruendus conuentus.
Nec obſtat ſi dicant hanc legem eſſe per contra-
rium vſum abrogatam, ſiquidem nulla ea noſtris
legibus eſt abrogata,vt conſtat *ex prologo noſtra
conſtitutionis.*

Quarto tandem probatur, Quia Prouincia-
lis non poterat auferre Vicarium, quem poſue-
rat in hac fundatione, abſque cauſa, & hæc
probata, & ipſo Vicario audito ; ſed ſic eſt,
quod hæc omnia omiſſa fuere : Ergo ele-
ctio noui prioris, vel Vicarij, fuit omnino
nulla.

12 Hæc ſunt fundamenta, quæ quidam religioſus
non ignobilis ſcientiæ, & authoritatis obtulit,
contra electionem prædicti prioris factam à defi-
nitorio : ſed meo videri nullius ſunt roboris, aut
momenti.

13 Pro quo notandum eſt, nobis hic non eſſe
neceſſe mouere quæſtionem ſuper legem ter-
tiæ partis noſtrarum conſtitutionum, *cap.8. nu-
mero 2.* nec ſuper legem tertiæ partis, *cap. 8.
numero 20.* nec ſuper legem tertiæ partis, *cap.1.
numero 15.* quæ loquuntur de electionibus va-
cantibus, & intermediis, quid intelligatur per
electiones vacantes, aut intermedias, ſiqui-
14 dem omnes quæſtiones, quæ ſuper hoc mo-
ueri poſſunt, ad nihil proſunt, ſiquidem quæ-
rere explicationem legis, quando lex ſe ipſam
explicat, eſt conterere tempus ſine fructu.
Tum quia vbi caſus legis eſt, nulla dubitatio,
aut diſpoſitio cadit ; *l. ille autem. §. cum in ver-
bis delegatis 3. l. ancilla, C. de furt.* Cæphalus,
conſil.414. num.70. colum.3. Nauarrus, & alij,
quos refert : & ſequitur Vas Barboſa, *in axio-
15 matibus iuris, lit.C. num.2.* & vbicunque con-
ſtat de mente diſponentis expreſſa, vel præ-
ſumpta, verborum qualitas non attenditur, *l.
3. C. de liber. prater. l. quoniam indignum, C.
de teſtament.* Et verba clara non indigent in-
terpretatione ; *l. licet Imperator.* Tuſcus, *tom.7.
litera V. concl.108.* Sed ſic eſt quod lex tertiæ
partis, *cap.8. num.20.* explicat, quid intelliga-
tur per officia vacantia, & intermedia, ibi, Ele-
ctiones intermedias, ſiue quæ extra capitulum
16 generale occurrunt facere,& confirmare pro om-
nibus ordinis officiis, quæ in ipſo capitulo ge-
nerali fieri ſolent, iuxta noſtras conſtitutiones,
& in conſtitutionibus linguæ maternæ ait, *Azer
electiones entremedias, eſto es, las que ocorren
fuera del capitulo general :* Ergo non eſt cur in-
quiramus, quæ ſint officia vacantia, quæ in-
termedia, quæ continentur in capitulo primo
tertiæ partis noſtrarum conſtitutionum, vbi ait,
à quo etiam electiones intermediæ per ipſum fa-
ctæ confirmari debent. & *3.partis, cap.2. num.15.*
Electiones intermediæ, ſi quæ officia in toto or-
dine vacauerint, & *3.partis,cap 8. num.1.* quando
definitorium congregantur pro omnibus officiis
ordinis,tam vacantibus,perſonas idoneas eligat,&
tertia partis,cap.8.n.20. Electiones intermedias, &
ratio eſt.

Quia omnes has leges explicat legiſlator di-
cendo, quod per officia intermedia intelligit om-
nia officia, quæ occurrunt extra capitulum ge-
nerale, quæ iuxta noſtras conſtitutiones ſolent
fieri in capitulo generali, ſic enim habetur in
conſtitutionibus linguæ maternæ liberorum ;
*Azer electiones intermedias, eſto es, las que ocor-
rem fuera del capitulo general* ; Et licet in con-
ſtitutionibus latinis nouiſſimis confirmatis ab
Alexandro VII. non ponatur illa explicatio,
hoc eſt, quæ correſpondet clauſulæ conſtitutio- 17
num linguæ maternæ, id non obſtat, quia lo-
co illius ponitur dictio, ſive, & illa dictio, ſi-
ve, idem explicat, ponitur enim declarative,
ſeu expoſitione, pro, id eſt, vt cum Bartolo,
Tuſco, Cenedo, & aliis notat Barboſa, *de di-
ctionibus dictione 375. num. 6.* tum quia quan-
do non ſignificaret idem, non poteſt negari,
quod ſit nova iuris diſpoſitio, & per illam no-
vam clauſulam committit conſtitutio definito-
rio, non ſolum electiones intermedias, ſed om-
nes, quæ extra capitulum generale occurrerint,
dummodo ſecundum noſtras conſtitutiones ſo-
leant fieri in capitulo generali, eſt enim illa di-
ctio, ſive, aliquando ampliativa. vt cum Ro-
ta, & Farinacio, notauit Barboſa, *ſuprà, num.4.*
Quapropter ſolum nobis agendum eſt de in-
telligentia huius legis, ſiquidem vel eſt declara-
toria aliarum, vt diximus, vel noua lex. &
ampliatio illarum, iuxta conſtitutiones latinas
confirmatas ab Alexandro VII. anno 1658.

Dico igitur ratione huius legis, competere de- 18
finitorio generali electionem primi prioris hu-
ius conuentus, quod ſit euidenter probo. Lex
diſponit, quod ad definitorium pertineat ele-
ctio officiorum intermediorum, ſeu omnium of-
ficiorum, quæ occurrerint extra capitulum ge-
nerale, quæ ſecundum noſtras conſtitutiones
ſolent fieri in capitulo generali ; ſed ſic eſt, quod
officium primi prioris iuxta noſtras conſtitu-
tiones ſolet fieri in capitulo generali : ergo ele-
ctio eiuſdem prioris, quando occurrerit extra
capitulum generale, pertinet ad definitorium
generale,Minor in qua eſt difficultas probatur, ex
3.p.noſtrarum conſtitutionum, cap.2. num.1. vbi 19
dicitur, omnes electiones ad totum capitulum ge-
nerale ſpectabunt ; & de facto multæ electiones
primorum priorum factæ ſunt in capitulo genera-
li ; ergo primus prior ad conuentum de nouo fun-
datum, iuxta noſtras leges, ſolet fieri in capi-
tulo generali, ſic enim videmus legem præcipere,
& conſuetudinem declarare.

Nec obſtat ſi dicas ; quod cum hæc ſit pri- 20
ma electio illius prioris pro illo nouo conuen-
tu, non ſolet electio talis prioris fieri in ca-
pitulo

pitulo generali, & ſic non competit definitorio, ſiquidem definitorio ſolum competit electio illorum officiorum, quæ ſolent eligi in capitulo generali, & hoc officium non ſolet eligi in capitulo generali; ſiquidem nunquam fuit in eo electum. Non obſtat inquam hæc obiectio, nam mutat ſuppoſitionem. Nam lex non poſtulat, quod officia quorum electionem committit definitorio ſoleant eligi in capitulo generali, appellans conſuetudinem ſuper officia, ſed ſolum poſtulat, quod iuxta legem ſoleat eligi tale officium in capitulo generali, ibi electiones intermedias, ſiue quæ extra capitulum generale occurrunt facere, & confirmari, pro omnibus officiis, quæ in ipſo capitulo generali fieri ſolent iuxta noſtras conſtitutiones; ſed ſic eſt, quod iuxta noſtras conſtitutiones officium primi prioris ſolet fieri in capitulo generali, ſiquidem conſuetudo ſecundum legem eſt illa, quæ conformatur cum eadem lege, & eſt executio, & obedientia ipſius legis, nec addit legi, niſi praxim, & obedientiam ipſius legis, vt cum Gratiano, Abbate, & aliis late probat Laiman, *lib. 1. tract. 4 cap. 24 n. 3.* & ſumitur ex pluribus locis, vt ex illo *Lucæ 2.* vt facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo, vbi per conſuetudinem ſecundum legem, intelligunt Doctores, exercitium, & obedientiam legis, & illius executionem.

Vnde talis conſuetudo ſecundum legem, non poſtulat conditiones, quas poſtulat conſuetudo præter legem, vel contra legem, nec eſt propriè conſuetudo, vt cum Mancino, docet Barboſa, *in collectaneis Doctorũ, tom. 2. in additamentis in collectanea in decretum Gratiani, diſt. 1. cap. conſuetudo 5. n. 2.* Et idem docent Doctores, *ſuprà* citati; Ergo non eſt neceſſe, quod talis prioratus fuiſſet iam ſemel electus, vt dicatur ſolere eligi iuxta noſtras conſtitutiones; ergo quando lex dicit, quod committit definitorio electionem omnium officiorum, quæ iuxta noſtras conſtitutiones ſolent fieri in capitulo generali, non vult dicere quod committit definitorio electionem officiorum quæ aliquando iam fuere electa in capitulo generali, ſed ſolum vult dicere, quod committit definitorio electionem omnium officiorum, quæ de facto eligantur in capitulo generali; ſed ſic eſt, quod officium primi prioris de facto eligitur in capitulo generali; ergo ſi occurrerit extra capitulum generale, iuxta hanc legem, pertinet ad definitorium, ſiquidem electio officiorum, quæ occurrunt extra capitulum generale, pertineat ad noſtrum definitorium iuxta noſtras conſtitutiones.

Confirmatur primo. Quia dato, & non conceſſo, quod lex diceret, quod ad definitorium pertinebat electio officiorum, quæ ſolent fieri in capitulo generali, abſque poſitione illius clauſulæ, *ſecundum noſtras conſtitutiones*, adhuc dico; quod definitorium, poterat eligere primum priorem alicuius conuentus, quod ſic probo. Lex committit definitorio electionem officiorum; quæ ſolent eligi in capitulo generali; ſed ſic eſt, quod capitulum generale ſolet eligere primos priores conuentum; ergo idem poteſt efficere definitorium generale; nec eſt neceſſe, quod officium particulare, quod eligendum eſt à definitorio, aliquando fuiſſet electum in capitulo generali, vt dicatur ſolere eligi à capitulo generali, ſed ſufficit, quod elegerit hoc officium multoties, & quod ſit in poſſeſſione illud eligendi apud alios conuentus antiquiores, patet hæc vltima conſequentia.

21 Nam conſuetudo generalis vnius religionis, debet comprehendere omnes Eccleſias ejuſdem religionis, in quibus non eſt talis conſuetudo, niſi ibi fuerit aliqua ſpecialis conſuetudo, quæ opponatur generali, vt docet Aimon, *de antiquitate temporis 4. p. ſect. 2. num.* 57. Caput atque Rochus, *de conſuetudine, ſect. 4. n. 16. & 17. & 20.* & facit textus, *cap. cum Eccleſia Viterana ad fin.* faciunt etiam tradita per Felin. *in cap. auditis de præſcriptis, n.* 19. & cum aliis multis tenet Garcia, *de beneficiis, p. 5. cap. 4. n. 93.*

22 Et quando datur eadem ratio, conſuetudo vnius Eccleſiæ, extenditur ad alias, vnde ſi fundetur de nouo Academia, frui poſſet omnibus priuilegiis, quæ ſcholaſticis conceduntur, *in Authentica habita, Cod. ne filius*, vt cum Paril io, Iaſone, Bartol. Menochio, tenet Rebellus, *lib. 1. de præludiis iuſtitiæ, q. 5. num.* 14. Sed ſic eſt, quod capitulum generale eſt in poſſeſſione, & conſuetudine eligendi ad conuentus de nouo fundatos primos priores; ergo talis conſuetudo comprehendit omnes conuentus de nouo fundatos; ergo etiamſi nunquam elegerit priorem huius determinati conuentus, poteſt dici de capitulo generali, quod habeat conſuetudinem eligendi talem priorem, quia conſuetudo, quam iam habet eligendi, extenditur ad hunc nouum conuentum.

23 Tum quia vt quædam parochia dicatur eſſe in poſſeſſione, & conſuetudine recipiendi decimas de noualibus, non eſt neceſſe, quod de hoc campo numero, ſemel iam illas receperit, ſed ſufficit, quod detur in tali Eccleſia conſuetudo recipiendi decimas de noualibus ſitis in diſtrictu parochiæ, vt tradit cum Rebuffo, & Gutierres, Barboſa; *de poteſtate Parochi p. 3. cap. 28. §. 3. n.* 59. & patet, *ex cap. cum contingat. & cap. quoniam de decimis*; Ergo eodem modo, vt dicatur, quod capitulum generale ſolet eligere officium primi prioris, non eſt neceſſe, quod iam ſemel elegiſſet hunc numero priorem huius domus determinatæ, ſed ſufficit, quod elegerit alios primos priores aliorum conuentuum eiuſdem religionis.

24 Confirmatur 2. quia vt dicatur, quod aliqua Eccleſia eſt in poſſeſſione, & conſuetudine recipiendi decimas perſonales à Petro, v. g. non eſt neceſſe, quod aliquando ab eo recepiſſet decimas perſonales, ſed ſufficit, quod talis Petrus veniſſet ad locum, & parochiam vbi talis Eccleſia habet conſuetudinem legitime præſcriptam recipiendi decimas perſonales; vt late probat cum Bartolo, Barboſa, *de poteſtate parochi, p. 3. cap. 28. §. 2. num. 61.* Ergo eodem modo, vt dicatur, quod capitulum generale habet conſuetudinem eligendi primum priorem alicuius conuentus, non eſt neceſſe; quod eum iam elegiſſet, ſed ſufficit quod talis conuentus fundetur in religione, in qua dictum capitulum eſt in poſſeſſione, & conſuetudine legitime præſcripta eligendi primos Priores conuentuum de nouo fundatorum.

25 Et, ratio eſt, quia illa præſcriptio in tali loco eſt realis, & præſcriptio realis cauſata à iure extenditur ad omnes illos, aduerſus quos præ-

ſcriptum non fuit, ſiquidem tunc non dicitur
præſcriptio in una perſona, ad aliam extendi, ſed
in iam t. &1 reſpectu generis, comprehendi ſpe-
ciem, quæ offertur, quamuis aduerſus illam ſpe-
cifice præſcriptum non ſit, vt recte cum Bartolo,
explicat Barboſa *ſuprà, num.* 62. Sed ſic eſt, quod
capitulum generale babet conſuetudinem eligen-
di primos priores, aut Vicarios conuentuum de
nouo fundatorum in noſtra religione; ergo quan-
do lex concedit definitorio poſſe eligere officia,
quæ ſolent eligi in capitulo generali, hæc com-
miſſio extenditur ad hoc officium primi prioris
cooucntus de nouo fundati, ſiquidem de eo veri-
ficatur, quod capitulum generale habet conſue-
tudinem, & poſſeſſiooem illud eligendi.
26 Confirmatur 3. Quia dato, & non conceſſo,
quod definitorium generale non poſſet eligere
officium primi prioris huius conuentus, non po-
teſt negari, quod poſſit eligere officium primi vi-
carij; ergo quando prælatus electus à definitorio
non eſſet prior, ad minus eſſet Vicarius; ſiquidem
vt ait noſter adverſarius, actus agentium, quan-
do non faciunt, quod intendunt, faciunt quod poſ-
ſunt, & vtile per inutile non vitiatur. Antece-
dens probatur: quia noſtra conſtitutio ſupponit,
quod definitorium poteſt eligere Vicarios ad con-
ventus de novo fundatos, quia loquendo de ſe-
de; quam debent habere tales Vicarij in capitulo
Provinciali dicit, quod vicarij electi in definito-
rio, ſi in ſuis conventibus fuerit iam Euchari-
ſtia, habeant ſedem, & vocem poſt Priores; er-
go definitorium poteſt facere Vicarios, etiam an-
tequam ſit Euchariſtia in Eccleſiis ſuorum con-
ventuum, ſiquidem illa verba, dummodo ſit Eu-
chariſtia in illorum Eccleſiis, ſupponit poſſe eſſe
conventus cum Euchariſtia, & ſine illa, &
in vtriſque poſſe eſſe vicarios electos à definito-
rio, nam exceptio firmat regulam in contrarium, vt
eſt commune iuris proloquium; ergo definito-
rium poteſt efficere primum Vicarium alicuius
conuentus.
Patet conſequentia: Quia vbi lex non diſtin-
27 guit, nec nos diſtinguere debemus, vt ex vulga-
ribus iuribus probat Barboſa, *in axiomatibus iu-
ris, axioma.* 136. *num.* 4. Et lex generaliter loquens,
generaliter eſt intelligenda, vt ex pluribus probat
idem Barboſa, *ibi, num.* 1. Quod procedit etiamſi
ſit maior ratio in vno, quam in alio, nam ſi lex
voluiſſet, expreſſiſſet, *l. vnica §. ſin autem ad de-
ficientes, C. de caduc. tollend.* & ex aliis iuribus
comprobat Barboſa, *ibi, num.* 5. Sed ſic eſt, quod
nec in hoc loco lex facit diſtinctionem primi, aut
ſecundi vicarij, nec quando committit poteſta-
tem definitorio, ſed ſolum dicit, quod poterit
efficere omnes prælatos, quorum electio occur-
rerit extra capitulum generale, quæ iuxta noſtras
conſtitutiones ſolet fieri in capitulo generali: er-
go non debemus reſtringere talem legem, ſi-
quidem non eſt maior ratio, vt poſſit eligere
ſecundum vicarium, potius quam primum.
28 Nec obſtat ſi dicas, quod hoc non eſt expreſ-
ſum in lege, & noſtra conſtitutio 3. *p. cap.* 8. *n.* 24.
præcipit, quod definitorium aliud numquam ne-
gotium, vel cauſam ad ſe advocare poſſit, extra
ea, quæ in noſtris conſtitutionibus expreſſe ei
committuntur. Non obſtat inquam, reſpondeo
namque, quod eo ipſo quod lex expreſſe facit
confirmatorem omnium electionum definitorium
generale, neceſſario illi conceſſit omne illud, quod
de iure pertinet ad talem confirmatorem; con-
ceſſo namque vno, conceſſum dicitur omne, quod
ad illud requiritur, *l.* 2. *de iuriſdict. omni iudic.* 29
cap. præterea de offic. de legat. & cum multis te-
net Vas Barboſa, *lit. C. n.* 98. *& litera N, num.* 14.
& verba generalia ſtatutorum ſecundum ius com-
mune debent intelligi, *iuxta l.* 1. *§. quod autem
D. de aleator. l. in fraudem,* & cum Garcia, Gi-
rondo, tenet Vas Barboſa, *litera V. num.* 72. ſed 30
ſic eſt, quod lex abſolute committit officium con-
firmatoris omnium electionum definitorio gene-
rali, excepta electione Patris noſtri Generalis, vt
patet *ex* 3 *p. noſtrarum conſtitutionum, cap.* 10.
n. 6. *&* 13. ibi Præſes cum definitorio illas confir-
mabit; Ergo etiam illi concedit poſſe eligere in
caſibus, in quibus ſecundum ius, hoc competit
confirmatori; conceſſum namque dicitur quid- 31
quid expreſſe prohibitum non inuenitur, *l. nec-
non §. quod eius.* & cum aliis Vas Barboſa, *lit. C.
num.* 99. Atqui confirmatio huius primi Vicarij
pertinebat ad definitorium ſecundum ius noſtrum
3. *p. cap.* 1. *num.* 18. Ergo etiam electio huius
prioris, vel vicarij, ad illud pertinebit in caſu,
quo non detur capitulum generale, quod illum 32
eligat; Atqui ſumus in præſenti caſu; ergo. Tum
quia noſtra conſtitutio expreſſe committit noſtro
definitorio omnes electiones officiorum occur-
rentium, quæ ſolent fieri in Capitulo generali;
ſed non ſolum electio ſecundi Vicarij ſolet fieri
in capitulo generali, ſed etiam primi Vicarij, vel
prioris, vt ſupra probauimus; ergo hæc electio
primi vicarij, vel prioris, expreſſe commiſſa eſt in
lege prædicto definitorio generali.
Et ex his corruunt omnia fundamenta poſita
pro parte contraria, omnia enim illa claudicant
in mala legum intelligentia. Concedimus enim
ad primum, definitorium habere iuriſdictionem
limitatam ad caſus ſibi expreſſos in lege, iſte ta-
men caſus eſt illi expreſſus, *in lege cap.* 8 *num.* 20.
noſtrarum conſtitutionum, in quo illi committit
electiones intermedias, ſiue quæ extra capitulum
generale occurrerint, quæ in ipſo capitulo gene-
rali fieri ſolent iuxta noſtras conſtitutiones, per
quod euaneſcunt prima, ſecunda, & tertia, &
quarta confirmatio, omnes enim eodem vitio la-
borant.
Ad ſecundum Reſpondetur, quod vt verifice-
tur, quod capitulum generale ſolet efficere hanc 33
electionem, non eſt neceſſe, quod ſemel illam
pro illo determinato conuentu feciſſet, ſed ſuffi-
cit, quod ſit in poſſeſſione tales primas electiones
pro conuentibus de novo fundatis faciendi, vt
ſuprà, oſtendimus. Et eodem modo Reſpondetur
inſtantiæ; Ridiculum enim eſt dicere, defini-
torium poſſe eligere ſecundum vicarium pro vno
conuentu, non vero primum vicarium, vt *ſuprà*
diximus.
Ad tertium reſpondetur: Verum quidem eſſe,
quod ſecundum, *legem* 2. *partis noſtræ conſtitutio-
nis. cap.* 1. *num.* 4. debere dari monaſterium cum
competenti clauſura, & habitatione pro quinde-
cim religioſis, præter fratres donatos, vt religioſi
communiter ibi cum ſuo priore, vel vicario com-
morentur; id tamen totum factum fuit, nam con-
uentus habet Eccleſiam cum D. Sacramento, & 34
competentem clauſuram, & habitationem pro
plus quindecim religioſis, quod autem locus non
fuiſſet adhuc proprius religionis, & quod mutan-
dus ſit ad alium diſtrictum ad maiorem commo-
ditatem

ditatem religioſorum, vt de facto mutatus fuit id per accidens eſt. quotidie enim conuentus de vno territorio ad aliud commodius transferuntur, & lex non decernit, quod ædificium ſit proprium, & perpetuo duraturum, ſed ſolum, quod in eo ſit competens clauſura, & habitatio pro quindecim ſaltem religioſis præter fratres donatos. quos quidem habebat prædictus conuentus. Imo ſanctiſſima M. noſter Thereſia ſæpe ſæpius plura monaſteria fundauit in domibus conductis cum Prioriſſa, & aliis officialibus, vt conſtat ex libro ſuarum fundationum, quam ſi ſecuti fuerimus, non poterimus obertare, nec aliquid contra noſtras conſtitutiones, quas ipſa dictauit, & approbauit efficere.

35 Ad quartum Reſpondetur, quod cum officium dicti præſidentis fuiſſet manuale, & ad nutum poterat Prouincialis licite, & valide illum auferre, quando ſibi viſum fuiſſet, abſque aliqua cauſa, quam quia ita ſibi conueniens viſum fuit. Ita Legiſinumdus, & alij quos refert, & ſequitur Diana, 2. *p. de dubiis regularibus reſolut.* 117. Lezana, *tom. 2. cap.* 13. *num.* 16. Et dato quod licite ea abſque cauſa non poſſet auferre, de facto ex-
36 tabat cauſa ad eum auferendum, quia prædictus præſes erat priuatus à definitorio voce paſſiua, & priuatus voce paſſiua non poteſt eligi in Vicarium, nec exercere tale officium, vt cum Sanctoro, & aliis dixi, *in noſtro Directorio Regularium, p.* 3. *tract.* 4. *d.* 3. *n.* 164.

Tum quia ſi talis conſultor dicit, quod talis conuentus non poteſt habere prælatum iuxta noſtras conſtitutiones, Vicarius poſitus à Prouinciali non erat prælatus, nec habebat iuriſdictionem ordinariam, ſed ſolum erat merus præſes iure antiquitatis, vel ad ſummum delegatus Prouincialis, qui poterat eum auferre quoties voluiſſet, ſuſpendendo illi iuriſdictionem delegatam, & ſic nullam illi iniuriam fecit. Tum quia ſi bonus iſte religioſus dicit, quod non poteſt dari conuentus iuxta noſtras leges, niſi ſit competens clauſura, & habitatio pro quindecim religioſis, ſed ſolum ibi poſſe aſſiſtere duos, vel tres fratres ad directionem ædificij, quod nos libenter admittimus; quomodo vult, quod ſua
37 præſidentia eſſet vera prælatia, & vicaria, à qua ni ſi ex culpa poterat auferri. Fateor multa licere paſſionem, quæ mens ab ea expers exhorret.

CONSVLTVM XLV.

De interdicto an illud teneantur obſervare regulares, ſi illud non obſervat cathedralis, vel Parochialis loci?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Mendicantes non tenentur obſeruare interdicta generalia, quando cathedralis, vel matrix, vel parochialis loci illius non obſeruat.*
3 *In materia pœnali non eſt facienda extenſio.*
4 *Nulla parochia poteſt dici parochialis loci, ſi ibi dentur aliæ parochiæ, vel cathedralis.*
5 *Nomine Eccleſiæ loci venit cathedralis.*
6 *Si in aliquo oppido dentur plures Eccleſiæ, & nulla ſit matrix, nulla poteſt dici Eccleſia parochialis loci, ſed ex loco.*
7 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
8 *Mendicantes non tenentur obſeruare, niſi illa interdicta, quæ obſeruat matrix, vel cathedralis, vel parochialis loci.*
9 *Referuntur plura exempla, in quibus regulares non obſeruarunt interdicta, quia cathedralis ea non obſeruabat.*
10 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*
11 *Quid dicendum, quando in pago non eſt niſi vna Eccleſia, & interdicitur Eccleſia, non vero ambitum illius.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

IN Eccleſia Sanctorum in ciuitate Vliſiponenſi poſitum fuit interdictum generale pro tota parochia, non fuit tamen impoſitum in Cathedrali ipſius ciuitatis; & cum in prædicta parochia Sanctorum ſint plures conuentus regularium. 1

Quæſitum fuit à me, An monaſteria, quæ ſunt intra parochiam generaliter interdictam, teneantur obſeruare dictum interdictum generale?

RESPONSIO AVTHORIS.

REſpondi negatiuè. Ratio eſt, quia vt dixi, *in noſtro directorio Regularium p.* 1. *tract.* 2. *d.* 5. 2
p. 1. *num.* 99. Mendicantes non ſolum non tenentur obſeruare interdicta ſpecialia impoſita ab ordinario, vel legato Apoſtolico abſque ſpeciali ſedis Apoſtolicæ facultate, ſed nec interdicta generalia, quando Cathedralis, vel matrix, aut parochialis loci illius non obſeruat, vt patet ex *Clement. 1. de ſent. excomm.* Sed in noſtro caſu, cathedralis, vel matrix non obſeruat interdictum; ergo nec regulares tenentur illud obſeruare, etſi parochia in cuius ambitu ſibi ſunt illud obſeruet. Patet conſequentia, quia cum ſimus in materia pœnali, non eſt facienda extenſio, iuxta *l. factum*
cuique, l. in pœnalibus, vbi Decius, & cum aliis 3
Barboſa, *in axiomatibus iuris axiomate* 181, *numero* 9. & tenet Pelizarius, *tractat.* 7. *cap.* 29. *numero.* 85.

Confirmatur. Quia *in dicta Clementina 1. de ſent. excomm.* ſtatuitur, quod religioſi teneantur ſeruare interdicta generalia, cum viderint obſeruare Cathedralem, vel matricem, vel parochia- 4
lem loci, vbi nota, non dicere, cum viderint obſeruare interdictum Eccleſiam parochialem, ſed parochialem loci; Atqui nulla parochia poteſt dici Eccleſia parochialis loci, ſi in eodem loco aliæ dentur parochiæ, ſed ſolum poteſt dici vna ex parochialibus loci, vt bene aduertit Sairus, *lib.* 3 *de cenſuris cap.* 33. *num.* 46. Rodriguez. *tom.* 2. *q.* 109. *art.* 5 Pelizarius, *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 2. *num.* 185. Et multo minus ſi in eodem loco de-
tur Eccleſia Cathedralis, nam nomen Eccleſiæ 5
loci in ſingulari, & antonomaſtice ſuſceptum, venit Cathedralis, maxime in fauorabilibus, vt ex antiquo ſtylo curiæ probat cum multis deciſio Rotæ anno 1630. *n.* 6. quibus adde Barboſam *de can. vnic. cap.* 3. *num.* 9. *Et de appellat. verb. iuris ſignif. appellat.* 83. *num.* 7. & cum Fulgoſio, Tuſco, Rota. Villar. *in ſcholiis ad decreta Curiæ in C.*

Lezana,

Leanus, *in conſiliis cap.3 .in Cathedralitate Eccleſiæ S. Mariæ de Pilar*; Ergo ſi in tali loco dantur aliæ Eccleſiæ parochiales, vel Cathedralis, vt in præſenti caſu non obſeruantes interdictum, Regulares qui morantur in tali parochia interdicta, non tenentur tale interdictum obſeruare, & ita tenent Couarruuias, *in cap. alma mater 2 p.cap.11.* Syluester, *verbo interdictum q.3.* Plonius, *tractatu de interdicto in principio. num.2.* Gloſſa, *ad dictam Clementinam, verbo matrix ad finem.* Nauarr. *manuali, cap.27.num.146.* Auila *de cenſuris.p.5.dub.3.concl.2.* Toletus, *in ſumma lib.1.cap.39. num.15.* Azot, *tom.1.lib.22. cap.1. §.18.* Bonacina, *de cenſuris in particulari, d 2.q.8. p.24.num 7.* Tamburinus, *de iure Abbatum, tom.2. d.26.q.3.9 pratersa*, Ego ipſe *in noſtro Directorio Regularium, p.1. tract.2. d.2. num.* 110. & cum aliis multis admodum R. P. N. Magiſter Ioannes de Syiueira Carmelita regularis Obſeruantiæ, vir noſtræ ætatis celeberrimus, & totius Carmelitanæ familiæ decus, & ornamentum, cuius ſapientiam totus veneratur orbis, cuncti anhelant, plures inuident, non pauci imitantur, ſed nemo æquiparat, in ſuo doctiſſimo manuſcripto de hac re, vtinam lucem videret, ſicut & alia opera moralia, quibus equidem non minus orbem illuſtraret, ac aliis. quibus concionatores ornat, docet, & illuſtrat; faxit Deus, ac vons meis eueniat opus.

6 Et idem dicendum eſt, ſi in aliquo oppido dentur multæ parochiæ æque principales, & nulla illarum ſit matrix; nam ſi in aliquibus illarum ſeruetur interdictum, in aliquibus vero non, tunc regulares non tenentur tale interdictum obſeruare, eſto parochialis intra cuius ambitum viuunt, & extat monaſterium, ſeruet interdictum; quia ſic non eſt verum dicere, parochialem illius loci ſeruare interdictum, ſed aliquam parochialem loci ſeruare, aliquam vero non, cum tamen ad hoc, vt regulares iuxta dictam Clementinam teneantur ſeruare interdictum requiratur, quod Eccleſia parochialis loci illud ſeruet. Secus dicendum eſt, ſi omnes parochiæ illius loci, vel oppidi, ſeruent interdictum; nam tunc verum eſſet dicere parochialem loci ſeruare interdictum, cum omnes oppidi parochiæ illud ſeruent, vt bene cum Toleto, Saito, & aliis communiter advertit Pelizarius, *tract.7.cap.2.num.*185 Ego ipſe *in noſtro Directorio Regularium p.1.tract.2. d.2. n.97.* Tamburinus, *tom.2.d.1.q.3.n.3.*

7 Nec obſtat ſi cum Saito, *d.22. ſect.2. num.9.* Alterio, *d.1.de interdicto cap.4. dub.2.* & aliis Dicas. Clementinam excipere interdictum generale ab Eccleſia parochiali ſervatum; ſed quando ponitur interdictum, non ſolum in Eccleſia parochiali, ſed in eius ambitu, & diſtrictu, tale interdictum eſt generale: ergo conuentus in tali diſtrictu parochiæ tenetur tale interdictum ſeruare; Non obſtat inquam, Reſpondetur namque diſtinguendo maiorem, Clementina excipit interdictum generale obſeruatum à parochia diſtinguo, interdictum ſimpliciter generale concedo, interdictum ſecundum quid nego. Vel ſecundo reſpondetur; excipit interdictum generale obſeruatum à Cathedrali, vel matrice, vel parochiali loci concedo, obſeruatum ab vna ex parochialibus loci, nego; Deinde diſtinguo minorem, ſed quando ponitur interdictum in parochia, & eius diſtrictu eſt generale, diſtinguo, eſt generale ſimpliciter, & quale poſtulat clementina nego, eſt generale ſecundum quid concedo; deinde negatur conſequentia.

8 Quorum omnium ratio eſt, quia mendicantes non tenentur ſeruare quælibet generalia interdicta, ſed illa tantum, quæ obſeruat Cathedralis, matrix, vel parochialis loci, vt patet ex Clementina *ſuprà citata*; ſed quando in vno oppido dantur plures Eccleſiæ ſimul cum Cathedrali, vel ſine illa, parochialis loci non dicitur vna ex illis, ſed ſolum illa dicitur parochialis loci, quæ eſt vnica in pago, oppido, vel ciuitate: ergo licet vna ex perochialibus loci cum ſuo diſtrictu ſit interdicta, regulares ibi morantes non tenentur ſeruare interdictum.

9 Et hac ratione non obſeruantur in hac Ciuitate Vliſiponenſi à Regularibus quæcunque interdicta obſeruata à Parochialibus huius ciuitatis, dum non interdicitur Cathedralis Vliſiponenſis, vt fecerunt Patres Societatis Ieſu anno Domini 1658. Patres Franciſcani anno 1659. Et eodem anno idem fecerunt Patres Dominicani. Et anno 1656. Patres diuinæ prouidentiæ, & anno 1658. Patres Carmelitæ antiquæ obſeruantiæ, & Noſtrates excalceati anno 1661. Imo cum tota hæc Vliſiponenſis ciuitas eſſet interdicta, & ſolum Cathedralis fuiſſet excluſa à nuncio Apoſtolico Hermaneto anno 1659. Patres Dominicani nunquam tale interdictum voluere obſeruare iuxta prædictam Clementinam, & hoc, in oculis ipſorum prælatorum, & totius huius magnæ, & inclytæ ciuitatis Vliſiponenſis, in quo ſapientiſſime iuxta hanc ſententiam opinati ſunt. Vnde rejiciendi ſunt aliqui regulares minus docti, qui opinioni paucorum doctorum freti, obſeruant interdicta, quæ obſeruantur ab aliquibus parochialibus, etiamſi matrix, vel Cathedralis non obſeruet.

10 Nec obſtat Tridentinum, *ſeſſ. 25.cap. 1x. de regularibus*, vbi ait, interdicta, ne dum à ſede Apoſtolica, ſed ab ordinariis promulgata, mandante Epiſcopo, a regularibus in eorum Eccleſiis publicentur, atque obſeruentur. Reſpondetur namque Tridentinum ibi non derogaſſe priuilegia regularium, vt cum Miranda, Henriquea, Sairo, Sotbo, Peregrino, Crus, Peirino, docet Pelizarius, *tract. 8. cap 5. num.97.* Ac per conſequens adhuc priuilegia prædicta regularium perſiſtere. Vel ſecundo reſpondeo, conſilium loqui de interdicto generali, de quo loquitur Clementina I. *de ſent. excomm.* & iuxta illam, nam cum Trid. ſpecialiter non derogauerit dictam Clementinam, adhuc voluit eſſe in ſuo robore, ſiquidem ius commune non cenſetur reuocatum, niſi de eo fiat ſpecifica mentio, vt cum multis docet Suarez, *de legibus, lib.8. cap. 38. n.10.*

Vnde iuxta Tridentinum, ſolum tenentur regulares obſeruare interdictum generale, quod obſeruatur à Cathedrali, vel matrice, vel parochiali loci, in quo dantur aliæ parochiæ: ſecus ſi interdictum fuerit ſpeciale, vt ſi Cathedralis, vel matrix, ſpecialiter interdicatur; nam tunc ſi interdictum non fuerit generale, ſed aliæ parochiæ eiuſdem ciuitatis, vel oppidi non fuerint generaliter interdictæ, mendicantes, & cum eis communicantes, non tenentur tale interdictum obſeruare, etſi cathedralis, vel matrix illud obſeruet, vt recte aduertit Pelizarius, *tract.8.cap.3.num.97.* Et idem dicendum eſt, quando non eſt in pago

niſi

niſi vna parochia, & interdicitur Eccleſia, non vero diſtrictus parochiæ, vt cum aliis dixi *in noſtro Directorio Regularium*, *p.2.tract.3. d.6. n.1019.* quæ omnia ſemper in mente retinenda ſunt pro praxi.

CONSVLTVM XLVI.

De quodam contractu ſocietatis, & ſpeciali quadam circumſtantia; quæ in eo accidit.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Quando aliqui inierunt ſocietatem, miſcentes quilibet ſuam partem frumenti in quodam cumulo, vt alibi aſportetur, dominium illius cumuli pertinet ad illos, qui talem ſocietatem inierunt.*

3 *Si aliquod frumentum ex tali cumulo naufragio, vel alio accidenti deperditum fuerit, amiſſio diuidenda eſt inter eos pro rata.*

4 *Si aliquis ex illis, qui inierunt ſocietatem extraxit aliquam partem illius frumenti ex naufragio, vel incendio, tenetur illud deponere in manu fideli, vt inter omnes diuidatur, deductis expenſis.*

5 *Socij debent æqualiter participare lucrum, & damnum.*

6 *Res quæ eſt pro derelicto, eſt primi occupantis.*

7 *Fures qui aliquam partem illius frumenti furati ſunt, ſi illam reſtituant, debet diuidi inter ſocios.*

8 *Vnus ex creditoribus non poteſt petere monitoriū à Prælato, dicendo à ſe furatum tantum frumentum fuiſſe, quod ſibi reſtituatur.*

9 *Poteſt illud petere, tanquam vnus ex creditoribus, vt reſtituatur in manu fideli vt inter ſocios diuidatur.*

10 *Qui rem miſcuit cum re alterius, iam non habet dominium ſuper certam partem mixti, ſed pro tanta parte illius indeterminata.*

11 *Cenſura debet eſſe de re certa, & determinata, vt poſſit obligare.*

12 *Ad hoc vt detur actio in rem, requiritur res determinata.*

13 *Cenſura prolata de re incerta non valet.*

14 *Valet, ſi poſtuletur ab vno ex creditoribus pro toto cumulo ablato; vt ſi reſtituatur inter omnes diuidatur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 PETRVS ſimul cum aliis novem perſonis depoſuere decem millia modiorum tritici in quodam nauigio, vt Vliſiponem deportaretur, & ibi venderetur, & ad maiorem commoditatem de communi conſenſu omne triticum miſcuere in ipſo nauigio, & omne illud, in quodam aceruo congregarunt. Accidit autem, quod nauigium impetu procellarum deductum, naufragium fecit, & magno vndarum impetu ad littora maris peruenit. Concurrit Petrus, & antequam nauigium penitus ſubmergeretur, ab eo

extraxit magnam tritici quantitatem, non tamen abſtulit mille modios, quos ipſe in prædicto nauigio poſuerat, quia aliæ multæ perſonæ ſimiliter ad nauigium accurrentes, vnaquæque abſtulit, quod potuit, ita vt pene omne triticum extraheretur. Petrus videns ſe non abſtuliſſe totum triticum, quod nauigio impoſuerat, petiuit à prælato quoddam monitorium contra omnes illos, qui ſuum frumentum furati ſunt; quo monitorio multæ ex illis perſonis, quæ triticum è dicto nauigio abſtulerunt, illud prædicto Petro reſtituerunt, & ipſe Petrus cum aliquibus compoſitionem fecit, ſuper prædicto tritico extracto, eis aliquam partem dimittendo iuxta quantitatem, quam ipſe in prædicto nauigio repoſuerat.

Quæritur primo, An Petrus licite potuiſſet prædictum triticum, tam à nauigio extrahere ſibi, quam à prædictis perſonis reſtituentibus ſibi accipere, vſque quo integraret quantitatem quam in nauigio repoſuerat. An vero prædictum triticum inter alios nouem ſocios teneatur diuidere pro rata. Secundo quæritur, An perſonæ, quæ prædictum triticum extraxere, non illud reſtituentes, incurrant prædictam excommunicationem.

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An Petrus licite potuiſſet prædictum triticum, tam è nauigio extrahere ſibi, quam à prædictis perſonis reſtituentibus ſibi accipere, vſque quo integraret quantitatem, quam in nauigio repoſuerat, an vero prædictum triticum inter alios novem ſocios teneatur dividere pro rata?

AD intelligentiam huius caſus ſuppono, Huiuſmodi perſonas, quæ prædictum triticum in nauigio repoſuere, iniiſſe ſocietatem, & de communi conſenſu omne triticum miſcuiſſe in vno aceruo, vt maior tritici quantitas deportaretur, erant autem decem perſonæ, quarum vna quæque mille modios repoſuit, & aceruus communis continebat decem millia modiorum his ſuppoſitis.

Dico primo: Dominium totius illius frumenti ad omnes illius decem homines pertinebat in communi, non quia quilibet habuiſſet dominium in toto aceruo decem millium modiorum, ſed vnuſquiſque habebat dominium ſuper mille modiis indeterminatis ex illo commuto decem millium modiorum. Ita Lugo, *de iuſtitia*, *d.6. num.* 165. Decaſtillus, *de iuſtitia*, *tractat.* 10. *d.* 3. *dub.* 11. *num.* 43. Tamburinus, *in decalogum*, *tract.3. cap.3.* §.4. *n* 11. & alij communiter Doctores. 2

Dico ſecundo ſi ex prædicto naufragio aliquod triticum perditum fuit, amiſſio diuidenda eſt pro rata inter decem illos homines, qui prædictum triticum in nauigio impoſuere, ita vt, quod ſi mille modij perditi ſunt, vnuſquiſque centum modios minus habebit, quam repoſuit, ita Lugo, Decaſtillus, & Tamburinus, *locis citatis*. 3

P Dico

4 Dico 3. ſi aliquis ex decem illis creditoribus abſtulit aliquod triticum è dicto nauigio, tenebatur illud deponere in quodam certo loco, & in manu perſonæ fidelis, & poſtquam omne illud fuiſſet congregatum, tenebatur illud diuidere inter omnes illos decem creditores, vnicuique pro rata deductis expenſis, quæ ſoluendæ ſunt, extrahendi frumentum ex naufragio. Quorum omnium ratio eſt, quia cum omne illud frumentum eſſet mixtum, non poterat Petrus ſeparare ſuum triticum, ſiquidem quamcunque partem auferret, in ea ſimol ibat pars aliorum, & ſicut de communi conſenſu facta fuit mixtio, ita de communi conſenſu, aut per beneficium iudicis, facienda erat diuiſio, & cum omnes intrauerint æqualiter ad cumulum, omnes debebant æqualiter par-
5 ticipare lucrum, vel damnum, quod in illo cumulo accideret, & non quidam auferre totam ſuam integram partem, & alter nullam partem recipere, verum quidem eſt quod illi, qui frumentum è naufragio eripuit, ſoluendæ ſunt expenſæ, quas fecit in illa extractione; Et ratio eſt, quia vel illud frumentum erat pro derelicto, vel non, ſi iam erat pro derelicto, erat primi occupantis,
6 etſi non erat pro derelicto, vt de facto non erat, vt cum multis probat Trullenc. *in Decalogum, lib. 7. cap. 2. dub. 9. n. 1. & 2.* vbicunque extat, domino extat; ergo deductis expenſis, reſtituendum eſt domino ſuo.

7 Vnde ſi forte ſucceſſit, quod aliqui fures furati ſint aliquam partem ipſius frumenti, ſi eam reſtituerint, debet ſimul coniungi, & diuidi pro rata inter creditores, vel ex communi conſenſu, vel beneficio iudicis, & furi ſoluendæ ſunt expenſæ, quas fecit in extrahendo tali frumento è naufragio, ſi forte tale frumentum eſſet periturum, ſi latro illud non abſtuliſſet; ſecus ſi eſſent perſonæ qui eum vellent auferre expenſis creditorum, & latro illud furatum fuit à dominis ſuis, nam tunc ſibi imputabitur labor, quem habuit, ſiquidem illum habuit abſque vlla neceſſitate, ſiquidem erant aliæ perſonæ, quæ tale frumentum auferebant. Ita expreſsè Lugo, *ſupra, n. 173.* Tamburinus, *ſuprà, n. 16.*

RESPONSIO AVTHORIS SECVNDO QVÆSITO.

An perſonæ quæ prædictum triticum extraxere, non illud reſtituentes, incurrant prædictam Excommunicationem?

PRo reſponſione huius quæſiti ſuppono duobus modis potuiſſe Petrum poſtulare illud monitorium; primo dicendo, à ſe furatos fuiſſe ducentos, vel trecentos modios frumenti ex nauigio, vbi eos conſtituerat, quapropter poſtulabat vt iudex præciperet ſub pœna excommunicationis, quod ei fuiſſent reſtituti à perſonis, quæ illud furto abſtulerunt. Secundo modo poterat officium iudicis implorare dicendo, ſe cum aliis nouem perſonis repoſuiſſe in naui decem millia modiorum tritici, & quod furati ſunt ex eo mille modij, quapropter ille, tanquam vnus ex creditoribus, poſtulabat, vt præciperet ſub excommunicatione, vt qui tale frumentum furatus fuit, illud ſtatim reſtitueret, in manu cuiuſdā depoſitarij, aut parochi, vt inde pro rata diſtribueretur creditoribus.

His ſuppoſitis dico: Quod Petrus non poterat 8
petere prædictum monitorium primo modo, nec compoſitionem facere cum perſonis reſtituentibus prædictum frumentum, nec ſibi ſoli recipere illud. Et ratio eſt, quia eo ipſo, quod prædictus Petrus repoſuit in naui ſuum frumentum mixtum cum frumento aliarum nouem perſonarum, non habebat iam dominium ſuper certa parte illius frumenti, ſed dominium omnibus illis decem perſonis erat commune; cuilibet pro decima parte indeterminata; ergo nulla erat pars in illo frumento, quam Petrus poſſet dicere determinate eſſe ſuam, quæ ſimul non eſſet aliorum, quia de communi conſenſu totum frumentum erat mixtum? ita Tamburinus, *ſuprà, n. 11.* Hinc fit neminem illorum creditorum habere actionem in rem ad illud triticum, quia non apparet, quæ pars ex illo mixto, cuique competat. quod ad dictam actionem concedendam neceſſarium erat, iuxta *l. idem Pomponius ff. de rei vindicat.* Non enim conceditur alicui actio in rem, niſi res cum ſuis qualitatibus deſignari poſſit. *l. ſi in rem, ff. de rei vindicat.* vt optimè probat Palaus, *de iuſtitia in genere, d. vnica, p. 21. num. 5.* Ergo ſolum cuique illorum com- 9
petebat ius iudicem implorandi, vt illud indiuiduum ius diuideret, & ſingulis applicaret, prout cuiuſque iuri conuenire iudicaſſet; ergo Petrus non poterat poſtulare monitorium dicens ab eo furatos fuiſſe ducentos modios frumenti ex quadam naui, vbi eos repoſuerat. Patet conſequentia.

Nam cum ille in tali naui non haberet partem
determinatam, & certam, quæ ſua eſſet, & ſu- 10
per quam haberet dominium, non habet actionem in partem determinatam; atqui cenſura de-
bet eſſe de re certa, & determinata. nam vt ait 11
Gloſſa, *in cap. Sacerdos de officio ordinarij*, ſententia incertæ rei iudicatæ, authoritatem non habet, ſicut & illa, quæ certam quantitatem non habet nulla eſt, *l. penult. & vltim. C. de ſent. quæ ſine certa quant.* vt optime probat Gibal- 12
linus, *de cenſuris diſquiſitione 3. q. 4. num. 6.* Et quando perſona eſt incerta, debet in cenſura determinari per ordinem ad delictum certum, & determinatum, vt docet cum Suario, Bonacina, Filiucio, Candido, Bauni, & aliis Leander, *tract. 1. de cenſuris, d. 4. q. 10.* Ergo Petrus non poterat poſtulare prædictum monitorium, ſiquidem ab eo non fuit furata res certa, vel determinata, ſed res incerta, & indeterminata, circa quam non poteſt ferri cenſuram.

Hinc fit talem cenſuram ſic poſtulatam eſſe
nullam, nec ligare eos, qui è naui furati ſunt 13
frumentum, nec Petrum poſſe ſibi recipere prædictum frumentum reſtitutum, ſiquidem recipit alienum, nec poſſe compoſitionem facere cum furibus, nec illis aliquam partem dimittere, ſiquidem non eſt dominus illius frumenti, & poteſt accidere, quod frumentum, quod ille in naui repoſuit, periiſſet fluctibus, vnde ſolum poteſt implorare officium iudicis, veluti vnus ex creditoribus, vt præcipiat ſub excommunicatione, quod omnes, qui tale frumentum abſtulerunt, illud reſtituant, & reponant in manu perſonæ fidelis, vt inde inter creditores pro rata diuidatur, vel de communi conſenſu, vel officio iudicis, ad hoc enim ſufficit intereſſe illius, qui monitorium

exorauit, & ſi tale intereſſe non ſit certum, ſed dubium, vt optimè probat Gibalinus, *de cenſuris diſquiſitione 2.q 5.n.10.*

14 Quapropter reſolutorie dico, quod ſi cenſura prolata fuit primo modo non obligat, bene tamen ſi fuit prolata ſecundo modo. In vtroque tamen caſu, prædictus Petrus tenetur totum frumentum à ſe extractum è prædicta naui, & illud quod à furibus accepit, ſtatim reponere in manu parochi, vel alterius depoſitarij, vt inde officio judicis, vel de communi conſenſu, inter illas decem perſonas, quarum intereſt diuidatur pro rata, deductis expenſis, quas fecit Petrus in extractione frumenti. Inſuper debet Petrus accipere in ſuam partem omne frumentum, quod demiſit furibus, ſublatis expenſis, quas ipſi fures fecerunt in extractione frumenti, ſi alius non erat, qui illud è fluctibus, vel naui extraheret; ſecus ſi erat, qui frumentum extraheret, nam tunc ſibi imputent fures ſuper ſe accipere hunc laborem; & Petrus ſibi etiam imputet, talem compoſitionem de alieno cum eis facere, vnde ſi velit, ab eis recuperet, ſic cenſeo. An autem prædicti fures ſurripientes hoc frumentum incurrerint excommunicationem Bullæ Cœnæ contra ſubripientes bona naufragantium; alia eſt quæſtio, de qua late egimus *in noſtro Directorio Confeſſariorum, ſecunda parte* agentes de hac cenſura; quam ſi placet videre ibi poteris, ego enim hic ab hoc abſtineo, ne eadem repetamus.

CONSVLTVM XLVII.

De abſolutione caſuum Epiſcopo reſeruatorum ex vi cuiuſdam Bullæ S. Antonij Vliſiponenſis.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Confratres S. Antonij Vliſiponenſis poſſunt virtute Bulla S. Antonij abſolui toties quoties à caſibus Epiſcopo reſeruatis.*

3 *Ponitur quadam obiectio, & ſoluitur.*

4 *Confirmatur ſolutio.*

5 *Tale priuilegium non eſt reuocatum,* ab Vrbano VIII.

6 *Decretum Vrbani, quod ſolum eſt contra regulares, non fuit promulgatum, nec receptum, nec intimatum regularibus.*

7 *Bulla reuocatoria* Vrbani VIII. *non fuit recepta in Hiſpania.*

8 *Non fuit regiſtrata per Senatum Caſtellæ, vel Luſitaniæ, quod erat neceſſarium, vt obligaret in aliquorum opinione.*

9 *Licet talis reuocatio fuerit recepta, vel promulgata, adhuc mendicantes poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis.*

10 *Hac reuocatio Vrbani ſolum reuocauit facultatum à caſibus Epiſcopo reſeruatis, quam Tridentinum abrogauerat.*

11 *Non reuocauit poteſtatem conceſſam per* Paulum V. & Gregorium XV.

12 *Eodem modo explicandum eſt decretum ſacra Congregationis de mandato* Innocentij X.

13 Alexander VII. *damnat hanc propoſitionem, Mendicantes poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.*

14 *Hoc decretum ſolum afficit regulares mendicantes, non vero huiuſmodi confratres, ſi quod ad id habent priuilegium.*

15 *Hoc decretum Alexandri VII. non derogat priuilegia mendicantium.*

16 *Diſpoſitio abſolute prolata, debet intelligi ſecundum ius commune.*

17 *Omnis diſpoſitio ſimpliciter prolata intelligitur, ampliatur, & reſtringitur, ſecundum ius commune.*

18 *Pontifex in hoc decreto ſolum damnat opinionem aliquorum Doctorum, qui dixerunt mendicantes, ſecundum ius commune, poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.*

19 *Opinio quæ aſſerit Mendicantes ex iure communi poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis eſt falſa, & ut talis condemnata ab Alexandro VII. nec de ea licet amplius loqui.*

20 *Hæc propoſitio, Mendicantes ex vi priuilegiorum Pauli V. & Gregorij XV. poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, non eſt damnata ab Alexandro VII.*

21 *Pontifex poteſt concedere facultatem mendicantibus ad abſoluendum à caſibus Epiſcopo reſeruatis.*

22 *Alexander VII. non damnauit opinionem dicentium talia priuilegia non eſſe reuocata ab Vrbano VIII. vel Innocentio X.*

23 *Probatur id argumento deſumpto ex Trid.*

24 *Quandiu non conſtat legem Pontificiam loqui, de prædicta opinione, lex non poſſidet contra mendicantes.*

25 *In dubio priuilegium non cenſetur reuocatum.*

26 *In dubio melior eſt conditio poſſidentis.*

27 *Quod Pontifex non expreſſit, dicere noluit.*

28 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

29 *Lex quæ importat obligationem ſtricte eſt interpretanda.*

30 *Quando lex eſt odioſa, in eius interpretatione benignior pars eſt complectenda.*

31 *Lex imponens aliquod grauamen non obligat, niſi clare & expreſſe illud imponat.*

32 *Leges, & decreta Pontificum non obligant ante illorum promulgationem in omnibus prouinciis.*

33 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

34 *Decretum Alexandri VII. licet ſit promulgatum, nihil fecit contra hoc priuilegium confratrum S. Antonij Vliſiponenſis.*

35 *Decretum Alexandri VII. ſolum eſt contra mendicantes.*

36 *Decretum reuocatorium Vrbani VIII. ſolum eſt contra Regulares.*

37 *Non eſt extendendum ad priuilegia conceſſa ſæcularibus.*

38 *Reuocatio priuilegij eſt odioſa, & reſtringenda.*

39 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*

40 *Derogatio Priuilegiorum facta à Clem. VIII. non derogat hoc priuilegium.*

41 *Debebat de eo fieri expreſſa mentio, vt in ipſo poſtulatur.*

42 *Reuocatio Priuilegiorum facta à Clem. VIII. ſolum obligat intra Italiam.*

43 *Tridentinum non reuocat hoc priuilegium.*

44 *Ponitur argumentum in contrarium & ſoluitur.*
45 *Quæ oracula reuocata ſint ab Vrbano VIII.*
46 *Ratione huius Bullæ, poſſunt Confratres S. Antonij abſoluere ab omnibus caſibus Papalibus, etiam intra Bullam Cœnæ occultis excepta hæreſi.*
47 *Probatur authoritate multorum Doctorum, & ratione.*
48 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 RAINVNCIVS Cardinalis anno 1559. de mandato Pontificio conceſſit quandam Bullã Eccleſiæ S. Antonij in Vliſipone, in qua inter alias gratias, & priuilegia conceſſit, vt quilibet confrater Confraternitatis S. Antonij Vliſiponenſis, qui daret certam eleemoſynam pro illa bulla ad fabricam Eccleſiæ prædicti S. Antonij, poſſet in perpetuum eligere confeſſorem regularem, vel ſæcularem approbatum ab ordinario, qui reſpectiue eos abſolueret à quibuſcunque excommunicationibus, vel interdictis, vel ab aliis quibuſcunque cenſuris Eccleſiaſticis, & à cenſuris à iure, vel ab homine, ex qualicunque occaſione impoſitis, & à quibuſcunque peccatis, & exceſſibus, & delictis, quantumvis grauia, & enormia fuiſſent, & reſeruata Sedi Apoſtolicæ, exceptis caſibus Bullæ Cœnæ Domini, & à reſeruatis ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis: & ab aliis, qui non fuerint Sedi Apoſtolicæ reſeruati, quod poſſint ab eo abſolui toties quoties fuerit neceſſarium: Accidit autem, quod his temporibus defecerit in hoc regno Luſitaniæ bulla Cruciatæ.

Quæſierunt igitur Confratres huius confraternitatis à me Primo. An ratione huius bullæ poſſint eligere confeſſorem approbatum, qui eos toties quoties abſoluat à caſibus & cenſuris Epiſcopo reſeruatis. Secundo an ratione huius priuilegij poſſint confratres huius confraternitatis, etiam abſolui à caſibus Papæ, etiam intra bullam cœnæ reſeruatis, toties quoties, dummodo ſint occulta, excepta hæreſi.

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An ratione huius Bullæ poſſint Confratres S. Antonij Vliſiponenſis eligere confeſſorem approbatum, qui eos toties quoties abſoluat à caſibus, & cenſuris Epiſcopo reſeruatis, non ſolum iure, ſed ea, quæ ſolent ſpecialiter Epiſcopi reſeruare?

PRimo quæſito reſpondi, affirmatiue. Ratio eſt, quia priuilegium ita concedit, ſed huiuſmodi
2 priuilegium huc vſque non eſt reuocatum, vt ex ſolutione argumentorum in contrarium conſtabit, & de facto in præſenti in hoc Luſitaniæ regno non datur bulla cruciatæ, in qua priuilegia, exceptis conceſſis regularibus pro ſe ipſis tantum, reuocantur, ergo non eſt principium, vnde colligamus huiuſmodi confratres non poſſe tutè vti hoc ſuo ampliſſimo priuilegio.

3 Dices, huiuſmodi priuilegium tantum concedit, quod à reſeruatis ſolum abſoluantur ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis; ergo Sacerdos ex vi illius abſoluentes, non poſſunt abſoluere à reſeruatis Epiſcopo toties quoties. Reſpondeo, quod illa verba, ſolum intelliguntur de caſibus Papalibus extra bullam cœnæ, non vero de Epiſcopalibus, vt conſtat ex verbis ſequentibus. & ab aliis caſibus, qui non ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruati poſſunt abſolui toties quoties, quæ clauſula, & ab aliis caſibus, qui non ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruati, non eſt intelligenda de caſibus, qui non ſunt aliquo modo reſeruati, nam illa clauſula, & de aliis caſibus, eſt relatiua, & refertur ad caſus reſeruatos præcedentes cum omnibus ſuis qualitatibus, vt docent Gloſſa, *cap. abbas de elect. 16.* Rebuffus, *l. 1. ff. de verb ſignif.* Nauarr. *cap. ſi quando remed. 6. n. 5. de reſcriptis.* Gonzales, Seraphin. & Rota Romana apud Farinacium, *deciſione 377. tom. 1. p. 2.* Ergo cum illa clauſula, & de aliis caſibus, referatur ad caſus reſeruatos, & hi non poſſint eſſe reſeruati Sedi Apoſtolicæ, ſiquidem eadem bulla eos excludit. ſequitur euidenter de caſibus, & cenſuris Epiſcopo reſeruatis eſſe intelligendum, ſiquidem non dantur alij caſus, de quibus loquatur.

Confirmatur: Quia in bulla Cruciatæ ponun- 4
tur in terminis eadem verba. & à caſibus, qui non ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruati eos abſoluat toties quoties, & tamen virtute horum verborum dicunt cõmuniter DD quod poteſt confeſſor toties quoties virtute Cruciatæ abſoluere pœnitentem ab omnibus caſibus & cenſuris Epiſcopo reſeruatis, vt late probat Trull. *in bullam Cruciatæ, lib. 1. §. 7. c. 2. dub. 11. n. 4.* & cum communi ſententia ſupponit Palaus, *tom. 4. tr. 10. d. vnica, p. 8. §. 1. n. 4.* Diana, *1. p. tr. 18. reſ. 28.* Ergo idem de hac bulla dicendum eſt. Patet conſequentia, quia vna, & eadem res, non debet diuerſo iure cenſeri *l. qui ædes, ff. de vſu, cap. agnouimus 12. q. 2. cap. qui circa 22. de priuil.* quos refert, & ſequitur Barb. *de locis comm. fol. mihi* 207.

Nec obſtat ſi dicas, huiuſmodi priuilegium, quoad abſolutionem à caſibus Epiſcopo reſeruatis eſſe reuocatum per quoddam decretum Sacræ Congregationis factum de mandato Vrbani VIII. anno 1628. ſub die 27 Nouembris, vbi omnia priuilegia talem facultatem concedentia omnino reuocat, vt communiter docent omnes DD. moderni, qui poſt tale decretum ſcripſere, vt ait Diana, *9. p. tr. 6.*
reſol. 55. in fine. Non obſtat inquam, quia omnes 5
recentiores dicunt tale decretum ſolum reuocaſſe de facto priuilegia regularium, contra quos ſolum loquitur prædictum decretum, vt infrà dicemus. Imo plures Doctores dicunt tale decretum, nec etiam priuilegia regularium de facto reuocaſſe, ſiquidem non fuit authenticum, nec receptum, nec intimatum Regularibus, quæ omnia erant neceſſaria, vt priuilegia regularium per illud cenſerentur
reuocata, vt late defendit, & probat poſt dictum de- 6
cretum, defendendo contrariam ſententiam, etiam reſpectu regularium, Quintanadueñas, quem refert Diana, *p. 9. tr. 7. reſol. 51.* Noſter Vrbanus, *tr. 2. diſt. 1. cap. 1. regul. 7.* Vidal. *in Arca Theologiæ moralis, tit. de caſibus reſeruatis inquiſitione 1. n. 121.* & nouiſſime Arauio, *in ſuis deciſ. moralibus, tr. 1. de ſtatu*
Eccleſiaſt. q. 8. n. 19. caſu 2. vbi ait, Bullam reuocato- 7
riam Vrbani VIII. non fuiſſe receptam in Hiſpania, neque ad praxim reductam, eo quod non fuit per Senatum Caſtellæ, aut Luſitaniæ regiſtrata, quam conditionem eſſe eſſentialem, vt reſcripta Ponti-
ficum obligent, docent Solorz, *tom. 2. de iure Indiarum,* 8

rum, lib.3.cap.5. Et Salg. *de retentione bullarum.2.p. cap.4.* Neque declarationes Cardinalium poſtea emanatæ vim præcepti, aut iuris obligantis habent, vt ait ipſe Arauio, *ibi, n.17.*

9 Tum quia dato quod reuocatio Vrbani VIII. fuiſſet promulgata, & recepta in Hiſpania, & Luſitania, adhuc illi non eſſe ſtandum à regularibus exiſtimat Caſtill. *verbo caſus reſeruati difficult.35. dicto 2.* Tamburin. *in methodo Confeſſionis lib.3.c.7. §.4.n.17.* Bruno Caſſaing *tract.5. de priuilegiis cap.2.propoſit.2.* Arauio *ſuprà, n.19.* Tum quia hoc decretum Vrbani VIII. ſolum reuocauit à regularibus facultatem abſoluendi à caſibus Epiſcopo re-

10 ſeruatis, quam Tridentinum, & decreta ſacræ Congregationis abrogauerant, non vero, quæ poſtea fuere conceſſa, vt eſt priuilegium Pauli V. conceſſum Societati, & Gregorij XV. conceſſum Teatinis, & eodem modo reſponderi poteſt decreto ſacræ Congregationis de mandato Innocentij X. anno

11 1647. & dixi *in noſtro Directorio Regularium p.1. tract.2. d.3.n.40.* Tum denique, quia licet hæc om-

12 nia vera eſſent, & talis reuocatio fuiſſet promulgata, & acceptata, & extenderetur etiam ad prædicta priuilegia Pauli V. & Gregorij XV. conceſſa regularibus poſt Tridentinum; adhuc nihil obſtant quia ipſe Vrbanus VIII. nouo ſequenti poſt dictam reuocationem, ſcilicet anno 1619. idem priuilegium pro Ieſuitis confirmauit, quod & cæteri mendicantes per communicationem participant, vt teſtatur Pater Arauius primarius Vniuerſitatis Salmanticenſis Cathedraticus, & Segontienſis Eccleſiæ Epiſcopus, *ſuprà n.19.* de cuius fide, & veritate non licet dubitare: ergò non obſtante tali reuocatione adhuc priuilegia etiam regularium, de quibus tantu loquitur reuocatio Vrbana, ſunt in ſuo vigore.

13 Nec obſtat Decretum Alexandri VII. datum anno 1665. in quo damnat, vt ad minimum ſcandaloſam hanc propoſitionem *Mendicantes poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.* In quo decreto, ſub excommunicatione prohibet ne quis eam doceat, defendat, edat nec de ea nec de aliis propoſitionibus in hoc decreto à ſe damnatis publice, vel priuatim tractet, niſi forſan impugnando, & ſub præcepto præcipit, ne quis eam, vel aliquam ex prædictis propoſitionibus, in praxim reducat, vt conſtat ex tenore decreti. Non obſtat inquam. Reſpon-

14 detur namque, hoc decretum ſolum afficere regulares mendicantes, vt patet ex eadem propoſitione, non vero Confratres ſæculares huius confraternitatis D. Antonij, qui quod à Papa habent aliquod priuilegium ad abſoluendum à caſibus Epiſcopo

15 reſeruatis, vt eſt hoc de quo diſputamus.

Secundo, reſpondetur. Hoc decretum non derogare priuilegia mendicantium; de hoc enim nec verbum quidem dicit, ſed ſolum damnat hanc propoſitionem. *Mendicantes poſſunt abſoluere à caſi-*

16 *bus Epiſcopo reſeruatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.* Sed hæc diſpoſitio abſolute prolata debet intelligi ſecundum ius commune, ſiqui-

17 dem omnis diſpoſitio ſimpliciter prolata, intelligitur, & ampliatur, ac reſtringitur, ſecundum ius commune, vt docet Petrus de Ancharrano, *conſil.6. viſo themate n.13. verſu omnis enim diſpoſitio, & conſ.82. themate eſt, n.7. & conſ.404. tria dubia, n.3. & conſ.421.* præmittendũ in principio, vbi extendit in ſtatutis, & omnibus diſpoſitionibus interpretandis, quia ſemper reducuntur ad ius commune. Romanus, *conſil.350. in caſu n.24.* vbi extendit in reſcripto, cuius verba debent ſemper reduci ad ſenſum iuris, Tiraquell. *in tract. de mor. part.2. declarat.2.n.2.* Tuſcus, *tom.2 lit. D. concl.510.* Valaſcus *conſult.42.n.7.* Barboſa, *in l.1 ff ſoluto matrim. p.1.n.61.* eius filius Auguſtinus Barboſa, *in axiomatibus iuris, axiomate 73.n.20.* Ergo Pontifex 18
in prædicta diſpoſitione, ſolum intendit damnare opinionem aliquorum Doctorum, qui dixerunt Regulares mendicantes ſecundum ius commune poſſe abſoluere ab omnibus caſibus Epiſcopo reſeruatis, ex Clementina *Dudum*, & extrauaganti *inter cunctos*, vt fecerunt Panormitanus, Felinus, Bonifacius, Ioannes de Ligniano, S. Antoninus, Angelus, Tabiena, Armilla, quos citat, & ſequitur Emanuel, *tom.1.q.61. art.12.* Quintanaduenas *in Theologia morali tom.1. tract.3. ſingulari 16.* Franciſcus de Arauio, *in ſuis deciſionibus moralibus, tract.1. q.8. de Eccleſiaſtico ſtatu, n.20.* vbi ait, hoc priuilegium eſſe inſertum in iure communi in dicta Clementina *Dudũ*, ac per conſequens non cenſetur derogari per generales derogationes, niſi de eo fiat expreſſa mentio. vt notant Gregorius Lòpez, *leg.1.tit.18.partita 3.* & Sanchez *tom.2. conſiliorum lib.7.cap.1.dub.23. & doctrina* Gloſſ. *in l. hares, ff. de iudiciis.* Bartol. & Bald. *in authentica Cod. vbi de crimine agi oportet.* & Felin. *cap.1.de reſcriptis*, ac per conſequens, cum Vrbanus VIII. non fecerit expreſſam mentionem de hac Clementina; adhuc privilegia regularium, quoad abſolvendum à prædictis caſibus Epiſcopo reſervatis manent, etſi omnia alia privilegia ab Vrbano VIII. fuiſſent reuocata huc vſque Arauio, *loco citato*: quam quidem opinionem, non ſolum ſcandaloſam, vt ait Alexander VII. ſed fal- 19
ſam omnino reputo; Mendicantes enim ex eo quod mendicantes ſint, talem facultatem à iure communi non habent, vt recte cum Palao, Bordono, Lezana, & aliis notauit Diana, *p.9. tract.6. Miſcellaneo. reſol.5.* Ergo mendicantes ſtando in terminis iuris communis, falſum eſt dicere, poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate, nec de hac difficultate nobis eſt ſermo in præſenti, nec eſſe poteſt, iuxta prædictum decretum Alexandri VII.

An autem hæc propoſitio, Mendicantes ex vi priuilegiorum conceſſorum à Paulo V. & Gregorio XV. quæ ſupra diximus non fuiſſe reuoca- 20
tam per decreta ſacræ Congregationis de mandato Vrbani VIII. & Innocentij X. ſed potius ab eodem Vrbano VIII. anno ſequenti confirmatam, vt ſupra diximus, poſſint abſoluere, à caſibus Epiſcopo reſeruatis, ſit damnata ab Alexandro VII. in prædicto decreto. Fateor me tale quid non percipere, nec mihi videri eſſe damnatam, multo enim differunt hæ duæ propoſitiones, Mendicantes poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate, ab hac, Mendicantes ex priuilegio Pauli V. & Gregorij XV. confirmato ab Vrbano VIII. poſt reuocationem priuilegiorum, poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate. Nam primam falſam, & ſcandaloſam, ſecundã verò veram reputamus; quis enim negabit Pon- 21
tificem ad id poſſe concedere facultatem, etiam nõ obtenta facultate Epiſcopi? Non ergo Alexander VII. opinionem tot grauiſſimorum doctorũ, quos ſupra retulimus dicentiũ eorum priuilegia non eſſe reuocata per decretum ſacræ Congregationis de mandato Vrbani VIII. & Innocentij X. ſed potius 22

ab eodem Vrbano VIII. anno ſequenti confirmata damnauit, cum id in decreto non repetiatur, ſed ſolum primam propoſitionem abſolute prolatam, & in terminis iuris communis, vt illam propoſuit Alexander VII. vt ſcandaloſam damnauit, quod ſic euidenter demonſtro.

23 Ex eo quod Tridentinum, *ſeſſ. 14. cap. 7.* de pœnitentia dicit Sacerdotes extra articulum mortis nihil poſſe quoad reſeruata non per hoc voluit, nec intendit reuocare, & auferre priuilegia quæ ante ipſum concilium habebant Sacerdotes, tam ſæculares, quam regulares ad abſoluendum à caſibus Epiſcopo, vel Papæ reſeruatis, ſed tantum locutum fuit Concilium, ſtando in iure communi, vt docet Tamburinus, *lib. 3. expedit. Confeſſionis. cap. 7. num. 16.* Peliccionus, *quæſtionum illuſtrium 8. cap. 2.* Cotonius, *in controuerſiis, lib. 2. controuerſia 8. cap. 3. n. 130.* Ergo idem dicendum eſt de hac propoſitione Alexandri VII. ſicut enim Alexand. VII. ait. *Mendicantes non poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis:* ita Concilium Tridentinum dicebat, Sacerdotes nihil poſſe circa reſeruata, ſed Concilium intelligitur ſtando in terminis iuris communis; ergo eodem modo debet intelligi hoc decretum Alexandri VII. non enim apparet maior ratio.

24 Secundo probatur: Quia in hoc caſu non conſtat certo Pontificem condemnaſſe hanc propoſitionem, mendicantes ea vi priuilegiorum à Paulo V. & Gregorio XV. & Vrbano VII. conceſſorum, poſſunt hodie abſoluere à caſibus Epiſcopis reſeruatis, non obtenta Epiſcoporum facultate; ſed tantum hanc [Mendicantes poſſunt, abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis,] non obtenta Epiſcoporum facultate; ergo ſententia condemnatoria Pontificis non eſt extendenda ad priorem propoſitionem; ſed ſolum debet verificari in ſecunda propoſitione; patet conſequentia, quia quandiu non conſtat legem Pontificiam ad priorem propoſitionem extendi, lex non poſſidet circa obligationem non abſoluendi contra mendicantes, ſed mendicantes poſſident ſuam libertatem abſoluendi ea vi priuilegij Pontificij, vel ad minus ſumus in dubio, an ad id prædicta lex Pontificia extendatur; ſed in dubio priuilegium non cenſetur reuocatum, vt docet Cocbier. *de conſ. Eccleſ. q. 102. num. 2.* Rota Romana *volumine 2.*
25 *deciſione 1292.* & alij apud Bordonum, *reſol. 51. num. 127.* & regulariter, non quoties oppoſitum eius, quod conceſſum erat ſtatuitur, cenſetur reuocatum priuilegium, ſi per aliud verificari, & impleri poſſit diſpoſitio, vt cum Bordono, docet Cotonius, *in controuerſiis lib. 4. controuerſia 8. cap. 1. num. 13.* Et in dubio melior eſt conditio poſſidentis, vt tenet commune proloquium; er-
26 go cum mendicantes poſſideant libertatem abſoluendi à prædictis caſibus ea vi ſuorum priuilegiorum, & alias ſumus in dubio, an contra eorum priuilegia diſponat Pontifex, & optime poſſit diſpoſitio Pontificia in alio ſenſu verificari, non tenentur exiſtimare prædictam ſententiam damnatoriam Pontificis eos afficere.

Confirmatur primo: quia ſi Pontifex vellet dicere Regulares, nec etiam ea priuilegiis, poſt reuocationem priuilegiorum factam ab Vrbano VIII. poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, id debebat explicare, vt fecit, quando in eodem decreto damnauit opinionem aſſerentem, poſſe ſacerdotem duplex accipere ſtipendium pro vna Miſſa, dando vni partem propriam Sacerdotis, & alteri partem conſuetam, vbi ait Pontifex, idque poſt decretum Vrbani VIII. Atqui Pontifex id non fecit condemnando hanc propoſitionem; ergo Pontifex noluit condemnare propoſitionem aſſerentem, mendicantes ea vi ſuorum priuilegiorum, etiam poſt reuocationem Vrbani VIII. poſſe adhuc abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, patet conſequentia, quia ſi Pontifex vellet loqui de priuilegiis reuocatis ab Vrbano VIII. id facillime declaraſſet, vt fecit in prima propoſitione de ſtipendio Miſſarum; Ergo cum id non fecerit, non eſt dicendum in hoc ſenſu locutum fuiſſe, quod enim non expreſſit, dicere noluit, nam ſi aliud dicere voluiſſet, expreſſiſſet, iuxta *l. vnic. §. ſi autem ad deficientis, C. de caduc. tollend. l. ſi ſeruus, §. Prætor. tit. verſic. non dixit. ff de acquirend. hæred. cap. ad audientiam 12. extra de decimis cap. inter corporalia* poſt 27
medium, & ex aliis iuribus, & Doctoribus probat, Menochius, *conſil. 178. & conſ. 140. n. 4.* Surd. *deciſ. 88. n. 4.* Gutierres, *pract. quæſtion. lib. 22. n. 7.* Gonzales, *ad reg. 8. cancellariæ gloſſa 9. §. 1. n. 33.* Cardoſ. *in praxi iudic. verbo lex, n. 28.* Tuſcus, *lit. V, concl. 89. n. 5.* & alij multi, quos refert, & ſequitur Diceñas, *in axiomatibus iuris verbo lex num. 63.* Ergo cum Pontifex id non exprimat, & aliunde clare, & expreſſe loquatur de mendicantibus, nulla mentione facta de priuilegiis, ita eius propoſitio intelligenda eſt.

Confirmatur 2. quia exceptio firmat regulam in contrarium vt eſt commune proloquium: Atqui Pontifex damnando propoſitionem aſſerentem, Sacerdotem poſſe accipere duplex ſtipendium pro vna Miſſa, addit, idque poſt decretum Vrbani VIII. non tamen quando damnat propoſitionem aſſerentem, mendicantes poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis; ergo non intendit condemnare propoſitionem aſſerentem, mendicantes ea vi ſuorum priuilegiorum poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, etiam poſt reuocationem Vrbani, ſed tantum illam propoſitionem quam Pontifex expreſſe poſuit, mendicantes non poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate: Patet conſequentia, quia exceptio in vna propoſitione, firmat alteram propoſitionem in contrario ſenſu, vtraque namque propoſitio, per decretum Vrbani erat reprobata; tam illa de duplici ſtipendio quam de caſibus Epiſcopo reſeruatis, vt videri eſt in eodem decreto Vrbani VIII. 28

Confirmatur 3. Quia lex quæ imponit obligationem ſtricte eſt interpretanda, *l. quidquid aſtringenda. ff de verb. obligat.* quæ *fundatur in reg. iuris communis odia reſtringenda &c. reg. iuris in 6.* Et lex pœnalis, & odioſa non eſt extendenda vltra proprietatem verborum, etiam ex paritate rationis, & etiamſi maior vrgeat ratio, vt ait Portel. *in additionibus, num. 13.* Sanchez, *tom. 1. ſumma, lib. 4. cap. 4. num. 4,* & ex multis exornat Cotonius *in controuerſiis lib. 1. controuerſia 1. cap. 5. n. 95.* Atqui hæc lex Pontificia eſt obligatoria, pœnalis, & odioſa; ergo reſtringi debet, & non extendi vltra proprietatem verborum; ſed intra proprietatem verborum non ait mendicantes ex vi ſuorum priuilegiorum non poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, etiam poſt reuocationem Vrbani, ergo ad id non eſt extendenda. 29

Confir

30 Confirmatur 4. quia lex odioſa, in eius inter-
pretatione benignior pars eſt complectenda, *l.
pœna ff. de pœnis, cap. in pœnis de reg. iuris in 6.
cap. ex literis de conſtit.* Tiraquellus, *in l. non vn-
quam verb. referuntur, n. 246. C. de reuocand. donat.*
Riccius, *in praxi rerum forenſ. Eccleſ. reſol. 303. n. 2.
in 2. editione*, Thomas de Thomaſet. *regul.* 158.
Vgolinus, *de offic. & poteſtate Epiſcopi, cap. 6. n. 3.
§. 1.* Ioannes Maria Nouat *quæſt. forenſ. lib. 1. q. 152.
num. 7.* Sed huiuſmodi lex, quæ adimit poteſtatem
regularium eſt odioſa; ergo in benigniorem par-
tem eſt interpretanda, vt ad ſolam primam pro-
poſitionem extendatur.

31 Confirmatur 5. quia lex aliquando grauamen
imponens, non obligat ad ipſum grauamen ſub-
eundum, niſi clare, & expreſſe illud imponat iux-
ta textum, *in authent. de non eligend. ſecund. nub.
§. cum igitur, l. ut ſi quis impediat, § Diuus an-
tem, Marcus, ff de relig. & ſumpt. funer. l. cum
quid, ff de liber. & poſthum.* Gloſſa, *in cap. fin. de
iure patron.* & circa hos plures refert Mari. An-
ton. *Variarum lib. 3. reſol. 39. num. 11. & num. 32.*
Giron. *de priuileg. ſeu exempt. applicat. n. 6. verſic.*
& eſt regula communis, *p. 2.* Menochius, *de arbi-
tris caſu 276. lib. 2. controuerſ. 7.* Sed Pontifex in
ſuo decreto, non clare damnat hanc propoſitio-
nem, Mendicantes ex vi ſuorum Priuilegiorum
poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis,
ſed ſolum damnat hanc popoſitionem, Mendican-
tes poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis,
non obtenta ad id Epiſcoporum facultate; ergo de
hac ſola propoſitione intelligendum eſt grauamen,
& non de altera propoſitione; tantum enim vna
differt ab alia, vt hæc, quam Pontifex damnat,
falſiſſima ſit, & vt talis à Papa damnata, prima
vero eſt catholica, & vera, & minime à Papa con-
demnata, vt *ſuprà* diximus.

Demus tamen, quod ſanctiſſimus, etiam no-
ſtram propoſitionem, quod abſit, condemnaſſet
ſcilicet, mendicantes ex vi ſuorum priuilegiorum
poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis
poſt reuocationem Vrbani VIII. Quæro vbi con-
ſtat de tali Pontificis damnatione, vnde conſtat
tale decretum eſſe authenticum, vbi fuit publi-
catum? non in tota Hiſpania, non in Luſitania,
32 vt eſt certum apud omnes; Atqui leges, & de-
creta Pontificia non obligant ante earum promul-
gationem in omnibus Prouinciis, vt late probat
Quintanadueñas apud Dianam, *p. 9. tra. 6. reſol. 51.*
& idem docet Valerus, *verbo iuriſdictio different.
14. n. 1.* & *de legibus reuocantibus priuilegia*, idem
docet Eſcobar, *tom. 1. Theolog. Moral. lib. 5. n.* 88.
Vigerez, *in. 12. q. 77. art. 4. à n.* 84. apud Dianam,
p. 5. tract. 14. reſol. 15. Ergo cum adhuc hoc de-
cretum, nec in Caſtella, aut aliquo Hiſpaniæ re-
gno, nec in Luſitania, fuerit promulgatum, nec
nobis authentice de eo conſtet, & ſit reuocato-
rium priuilegiorum, non tenemur in conſcientia
ei obedire.

33 Dices aliquos Religioſos, qui ex Roma vene-
runt, dicere illic huiuſmodi decretum fuiſſe pro-
mulgatum, & ex illa Ciuitate illud impreſſum ad-
duxere. Reſpondeo primo id ſatis non eſſe, nam
lex reuocatoria priuilegiorum vt obliget debet
non ſolum Romæ; ſed vbique in parochiis totius
orbis publicari, vt cum Valentia, Becano, do-
cet Scobar. *tom. 1. Theolog. moral. lib. 5. num. 21.* &
ita vidimus Decretum Alexandri VII. de denun-
ciandis ſuſpectis de fide abſque correctione fra-
terna vbique à Dominis inquiſitoribus huius Lu-
ſitaniæ Regni fuiſſe publicatum; ergo cum hoc
decretum non fuerit ab eiſdem Dominis inquiſito-
ribus, vel ab ordinariis publicatum, ſignum eſt,
tale decretum nunquam extitiſſe, nec a Pontifice
emanaſſe; ſed ab aliquo homine otioſo, qui id
voluit efficere, ad perturbandos Regulares. Se-
cundo Reſpondeo, Neminem teneri credere te-
ſti fide digno in ſuum præiudicium, vt ait cum
Nauarro, Corneio, *tom. 2. in 3. partem tract. 5. d.
20. dub. 2.* Bonacina, *tom. 1. d. 2. p. 6. n. 46.* & habe-
tur, *in cap. cum a nobis de teſtibus*: Ergo quidquid
dicant tales religioſi, qui è Roma venerunt, non
tenemur illis credere, etſi Pontifex vult regula-
res extra vrbem obligare, præcipiat tale decre-
tum in his regnis promulgare, vt fecit cum decre-
to non dandæ correptionis fraternæ in caſibus
ſuſpicionis fidei.

Tum, quia dato quod tale decretum Alexandri 34
eſſet legitime promulgatum, adhuc nihil facit
contra hoc priuilegium horum Confratrum S.
Antonij Vliſſiponenſis, etiamſi eſſet confirma-
tiuum decreti derogatorij Vrbani, quod ſic pro- 35
batur: quia decretum Alexandri VII. vt conſtat
ex verbis ipſius decreti, ſolum eſt contra mendi-
cantes, & decretum derogatoriom Vrbani VIII. 36
ſoluto derogabat priuilegia regularium, quoad
abſolutionem a caſibus Epiſcopo reſeruatis, ergo
non eſt extendendom ad reuocanda priuilegia ſæ- 37
cularium; Patet conſequentia, quia reuocatio pri-
uilegij etiam odioſi, eſt odioſa, vt tenet Surdus,
conſil. 419. n. 5. Gonzales, & alij, quos refert, & 38
ſequitur Valle, *de irenunciation. benefic. ſect. 3. cap. 1. n. 5.*
Sed diſpoſitio odioſa non eſt extendenda extra
proprietatem verborum, iuxta vulgares regulas
iuris, odia reſtringenda ſunt; *l. cum quidam, ff.
de liber, & poſthum,* Ergo decretum derogatorium
Vrbani non eſt extendendum ad derogandum pri-
uilegia ſæcularium.

Dices, quod licet priuilegium huius bullæ S. 39
Antonij non includatur in reuocatione facta ab
Vrbano VIII. attamen negari non poſſe fuiſſe
comprehenſum in vniuerſali derogatione facta à
Clemente VIII. in qua ſolum priuilegia Re-
gularium ad abſoluendum à caſibus Epiſcopo re-
ſeruatis fuere reuocata, ſed quæcunque priuile-
gia, quibuſcunque perſonis & locis conceſſa, vt
teſtatur Fr. Ioannes à Cruce, *de priuileg. lib. 2.
cap. 6. dub. 7. argum. 3.* etiam cum derogatione
priuilegiorum contrariorum, vt conſtat ex ver-
bis ipſius decreti: *Præcepit ſub excommunicatio-
ne, & priuatione officiorum, & dignitatum, & in-
habilitatione ad prælatias ipſo facto confeſſariis, ſæ-
cularibus, & regularibus, ne prætextu quorumlibet
priuilegiorum abſoluant à cenſuris, aut reſeruandis
ab ordinariis.*

Reſpondetur, in hoc decreto non derogari pri- 40
uilegia, ſed ſolum prohiberi abſoluere eorum præ-
textu; & ſic per hoc non excluditur abſolutio,
quæ fit legitima facultate. Nam illud verbum præ-
textu, eſt velamen, quo moueri ſe quis ad aliquid
agendum ſimulat, vt ait Gonzales, & alij quos re-
fert, & ſequitur Villalobos, *tom. 1 tract. 9. diff. 62.
num. 5.* & colligitur *ex l. ſub. prætextu 1. & 2. C. de
tranſact. cap. ſub. prætextu cap. de hered.*

Nec obſtat ſi dicas, ſacram Congregationem de
mandato Pauli V. confirmaſſe hoc decretum Cle-
mentis VIII. auferendo illa verba, ne prætextu
quorumlibet priuilegiorum, abſolute derogando
omnia

omnia prioilegia, vt teſtatur Bordonus, *reſo. 6. num. 9.* in hac forma, *Ac inſuper, vt nulli ex ſacerdotibus prædictis, quibuſcunque priuilegiis, indultis, ac facultatibus ſuffulti, ab excommunicatione, vel à caſibus eiſdem ordinariis, vel ſedi Apoſtolicæ reſeruatis abſoluant.* Non obſtat, inquam. Reſpondeo namque primo, debere fieri in hac derogatione mentionem huius priuilegij, ſal-
41 tem per aliquam clauſulam reflexivam, v. g. dicendo, non obſtante quocunque priuilegio, ſub quacunque forma verborum conceſſo, vel aliis ſimilibus; ſiquidem hoc priuilegium habet clauſulam, quod non cenſeatur reuocatum in quacunque reuocatione, niſi de eo fiat expreſſa mentio, vnde cum in tali reuotatione noo fiat hæc mentio, ſaltem per verba æquiualentia, ſed ſolum dicatur, quibuſcunque priuilegiis, &c. non obſtantibus, non debet tale priuilegium cenſeri reuocatum, vt optime cum multis docet Suarius, *lib. 8. de legibus, cap. 38. numero 2.* Peirines, *tom. 1. de priuilegiis ad conſt. Sixti IV. §. 4. numero 13.*

42 Secundo Reſpondeo, hæc decreta Clementis VIII. & Pauli V. ſolum obligaſſe intra Italiam, non verò extra Italiam vt conſtat ex eodem decreto, in illis verbis, Sacerdotibus omnibus tam ſæcularibus, quam regularibus per conuerſam Italiam extra Vrbem degentibus, & ita docet Portel, *in dubiis regularibus, verbo confeſſor erga ſæculares, numero 22.* Rodriguez, & alij, quos refert, & ſequitur Villalobos, *1 p. tr. 9. deſic. 62. num. 1.* Lezana, *tom. 1. cap. 15. num. 26.* Naldus, quem refert, & ſequitur Peirines, *ad Conſt. 2. Iulij II. §. 12. num. 16.* D. Rodericus à Caña, *in expoſitione Iubilæi, cap. 16. dub. 8. in fine,* Lugo, *de pœnitentia d. 20. ſect. 1. n. 5.* Quidquid in contrarium dicat Bordonus, *reſol. 6. num. 11.* Cotonius, *in controuerſiis, lib. 4. controuerſia 8. cap. 3. n. 141.*

43 Nec obſtat ſi dicas, hoc priuilegium bullæ S. Antonij fuiſſe conceſſum ante Tridentinum, vt conſtat, *ex data ipſius*, quæ fuit anno 1559. die 17. Decembris, & Concilium Trid. publicatum fuit anno 1570. vt coonſtat, *ex contextu ipſius*: ergo tale priuilegium eſt reuocatum à Concilio, ſiquidem Tridentinum, *ſeſſ. 14. de pœnit. cap. 7.* ordinauit, quod Epiſcopi poſſent reſeruare caſus, à quibus inferiores non poſſent abſoluere. Reſpondeo, Tridentinum locutum fuiſſe de Sacerdote non priuilegiato, non tamen derogaſſe priuilegia, ſi quæ erant in contrarium; quod neceſſarium erat; vt priuaret tam regulares, quam ſæculares priuilegiis a Pontificibus antea habitis, ita Reſpondet Fr. Ioannes à Cruce, *de priuilegiis cap. 6. concl. 3. arg. 1.* Quinſanadueñas, quem refert Diana, *9. p. tract. 6. reſol 51.* Pellicionus *qræſt. illuſtr. 8. cap. 2.* Tamburinus, *lib. 3. expedita confeſſionis, cap. 7. num. 16.* Cotonius, *in controuerſiis, lib. 4 controuerſia 8 cap. 3. n. 130.*

44 Nec obſtat ſi dicas, quod prædictum priuilegiū S. Antonij, licet per Tridentinum, *ſeſſ. 14. de pœnit. cap. 7.* non fuerit reuocatum fuiſſe ſtatim reuocatum à Pio IV. *in conſt. in Principis Apoſtolorum ſede*, vt aduertit Pellicionus *ſuprà*, nam ibi abrogauit, Pius IV. omnia priuilegia aduerſantia Tridentino, etiam ab ipſo non derogata; Non obſtat inquam, Reſpondeo namque primo, hanc bullam Pij IV. ſolum derogaſſe priuilegia aduerſantia Tridentino ab ipſo derogata, vt ait Rodriguez, *tom 1. quæſt. reg. q. 8. art. 6.* Secundo reſpondetur hanc bullam Pij IV. fuiſſe poſtea reuocatam. & priuilegia ab ea reuocata iterum reualidata à Pio V. in bulla, & ſi Mendicantium, vt teſtatur Cotonius, *in controuerſiis, lib. 4. contr. 8. c. 3. num. 131.* Ergo licet hoc priuilegium à Pio IV. fuerit reuocatum, poſtea à Pio V. fuit reſtitutum, & reualidatum.

Nec obſtat ſi dicas, hoc priuilegium eſſe ora- 45
culum, vt conſtat ex ipſius verbis, quapropter nos veſtris precibus inclinati, authoritate Sanctitatis ſuæ, cuius pœnitentiæ curam gerimus, & de illius ſpeciali mandato ſuper hoc nobis exhibitu ore ſuo, & viua voce, vobis concedimus, &c. Sed ſic eſt, quod Vrbanus VIII. reuocauit omnia oracula in bulla edita 18 decembris anno Domini 1631. vt teſtatur Lezana, & alij, quos refert, & ſequitur Diana, *p. 1. tract 7. reſol. 61.* Ergo bene ſequitur, hoc priuilegium nullum hodie habere valorem. Reſpondetur primo; Per hoc oraculum fuiſſe ad ſummum datam poteſtatem Cardinali pœnitentiario ad concedendum hoc priuilegium, & ille illud executioni mandauit expediendo Breue, & ita hoc oraculum iam habuit omnem ſuum effectum, & ſic non cenſetur reuocatum ab Vrbano VIII. per generalem illam reuocationem oraculorum, ſiquidem oracula, quæ habuere ſuum effectum ante dictam reuocationem, etiamſi effectus habeat tractum ſucceſſiuum in futurum, non fuere comprehenſa in illa reuocatione oraculorum facta ab Vrbano VIII. vt docet cum Lezana, & Peirino, Bordonus, *reſolutione 3. n. 8*

Secundo Reſpondetur: Quod Pontifex iuſſit ſummo Pœnitentiario, quod ille ex ſuo munere expediret hoc Breue, vt ex tenore ipſius conſtat; & Breue quod officialis Papæ expedit de illius mandato, non continetur inter oracula reuocata, vt conſtat ex decretis expeditis à ſacris congregationibus, quæ ſolum expediuntur de mandato Pontificis, re cum illo ore tenus communicata; & multoties Pontifex committit Pœnitentiariæ vt expediat multas diſpenſationes, quam commiſſionem facit, ore tenus; & tamen talia Breuia non habentur vt oracula mera, vel vt comprehenſa in hac reuocatione Vrbani VIII. vt docet Lezana, *tom. 3. verbo affinitas, num. 4.* Ergo cum hoc breue ſit expeditum ab officiali ſacræ pœnitentiariæ de mandato Pontificis, vt ex illo conſtat, non fuit incluſum in illa reuocatione, vel ad minus magnum dubium extat, an fuerit per illam reuocationem comprehenſum: Atqui in dubio, An priuilegium fuerit reuocatum, non debet haberi tanquam reuocatum, vt docet Gratianus, *diſcep. forenſ. cap. 8. q. 3. n. 57.* qui id multis probat. Cordeiro quem refert, & ſequitur Peirines, *ad additam. ad conſt. Sixti IV. cap. 2. num. 38.* Bord. *reſol 52. num. 127.* Rota Romana, *col. 2. deciſione 129. num. 6.* & cum Cocheier, Cotonius *in controuerſiis controuerſ. 8. cap. 1. num. 13.* Ergo tale priuilegium adhuc hodie eſt in ſuo vigore, & illo poſſunt vti tuta conſcientia Confratres huius confraternitatis, S. Antonij, ſic cenſeo.

RESPON

RESPONSIO AVTHORIS, SECVNDO QVÆSITO.

An ratione huius priuilegij poſſint Confratres huius Confraternitatis abſolui à caſibus Papæ, etiam intra Bullam Cœnæ reſervatis toties quoties, dummodo ſint occulta, excepta hæreſi?

46 RESpondi affirmatiuè. Ita à fortiori debent tenere Couſers, quem refert Diana, *q. 1. tract. 6. reſol. 54.* Auena, quem refert Diana, 8. *p. tract. 7. reſol. 67.* Vrbanus, *tract. 2. diſt. 1 cap. 1. regul. 8.* Fr. Martinus à S. Ioſeph, *n. 530.* Vidal. *tit. de*
47 *caſibus reſeruatis, inquiſitione n. 99.* conſonat Sanchez *in Decalogum, lib 4. cap. 54. n. 27.* Trullenc. *in Cruciatam, lib. 1. cap. 1. § 7. dub. 3. &* 6. & à fortiori debet tenere Mazuchellus, quem refert Diana, 8. *p. tract. 7. reſol. 67.* Leander à Murtia quem refert Diana, 9 *p. tract. 8. reſol. 50.* Ego ipſe, *in noſtro Directorio Regularium p 1. tract. 2. d. 3. n. 47.* Boſius, *ſect. 1. caſu 7 n. 2.*

Ratio eſt, quia omnes hi Doctores dicunt, huiuſmodi caſus reſeruatos bullæ cœnæ, excepta hæreſi, poſſe abſolui virtute bullæ Cruciatæ, vel virtute priuilegiorum regularium, eo quod in bulla, & in dictis priuilegiis conceditur facultas ad abſoluendum toties quoties à caſibus Epiſcopalibus, quales redduntur caſus omnes bullæ cœnæ, excepta hæreſi, quando ſunt occulti; Atqui etiam in hac bulla conceditur huiuſmodi Confratribus, S. Antonij per eadem verba, ac in bulla Cruciatæ, & priuilegiis regularium, poſſe abſolui toties quoties à caſibus Epiſcopo reſeruatis; Ergo de omnibus his priuilegiis idem iudicium faciendum eſt; Ergo cum prædicti Doctores dicant, per bullam cruciatæ, & priuilegia regularium poſſe abſolui caſus omnes occultos bullæ cœnæ, excepta hæreſi, idem de hoc priuilegio dicendum eſt; Patet conſequentia, quia vbi eſt eadem ratio, datur eadem iuris diſpoſitio, *l. illud, ff. ad leg.* vt ex aliis textibus colligit Barboſa, *de locis lit. R, n. 6.* Et vbi diuerſa ratio reddi non poteſt, diuerſum ius induci non debet, *l. 4. §. 1. de inuſt. nupt.* Ergo cum hic, nec dari, nec excogitari poſſit diuerſa ratio, idem de omnibus his priuilegiis dicendum eſt.

48 Nec obſtat quod caſus Bullæ Cœnæ, etiam occulti ſint Papales, & tam per bullam cruciatæ, quam priuilegia regularium, & hoc priuilegium, non detur facultas abſoluendi à caſibus Papalibus, niſi ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis. Non obſtat inquam; Reſpondetur namque, cum prædictis Doctoribus *ſuprà* citatis, quod hi caſus Papales bullæ cœnæ, eo ipſo quod ſunt occulti, cenſentur Epiſcopales, & competunt Epiſcopo virtute Tridentini, *in cap.* liceat, non iure delegationis, ſed iure ordinario tanquam perpetuo annexi dignitati Epiſcopali, nec exigitur induſtria perſonæ, alias non poſſet illos Epiſcopus delegare, quod eſt omnino falſum, vt optime notauit Trullenc *ſuprà n. 4.* Cum ergo in bulla, & priuilegiis Regularium, & in hoc priuilegio, caſus Epiſcopales committantur, hi etiam caſus bullæ cœnæ, quando ſunt occulti, excepta hæreſi, vt vere Epiſcopales cenſeantur commiſſi, vt latius diximus, *in noſtro Directorio Regularium loco citato.*

F. Ant. à Spir. Sanct. Conſult. var.

CONSVLTVM XLVIII.

De dicto vxoris offenſæ à marito in re grauiſſima, an faciat fidem in iudicio contra maritum?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Qui impetu iracundiæ alterius crimen occultum propalauit, vel falſum impoſuit, ſi iracundia talis fuit, vt libertatem abſtulerit, non peccauit.*
3 *Impetus iracundiæ comparatur dementiæ.*
4 *Qui tale crimen falſum impoſuit, tenetur dicere in iudicio ſe id ex impetu iracundiæ falſo dixiſſe.*
5 *Idem tenetur dicere ſi res quæ dixit vera erat, erat tamen occulta.*
6 *Non eſt præſumendum quempiam dicere, quod prius non præmeditauit.*
7 *Quando concurrunt duæ præſumptiones contrariæ, efficacior elidit minus efficacem.*
8 *Geſta calore iracundiæ non valent.*
9 *Vxor non admittitur vt teſtis contra virum ſuum, nec in defenſionem illius.*
10 *Talis teſtis, etiam in caſu fidei, non habetur vt teſtis integer, nec eſt exceptione maior.*
11 *Inimicus non poteſt eſſe teſtis contra ſuum inimicum.*
12 *Ex dicto illius, non ſolum non reſultat probatio in iudicio, ſed nec indicium.*
13 *Qui iniuſte alterum infamauit, tenetur dicere in iudicio ſe mentitum fuiſſe, ſi poteſt abſque graui præiudicio.*
14 *Perſona quæ tale quid audierunt ab vxore inimica contra virum ſuum tenentur iurare in iudicio, tale quid non audiuiſſe, vtendo amphibologia.*
15 *Qui rem audiuit à perſona non fide digna poteſt dicere in iudicio, talem rem non audiuiſſe, etiam in caſu fidei.*
16 *Perſona quæ repellitur à teſtimonio in iudicio non eſt fide digna.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

IN quadam ciuitate commiſſum fuit grauiſſimum delictum, vt furtum grauiſſimum Eccleſiæ, vel quædam occiſio hominis grauiſſimi, violatio cuiuſdam monialis intra monaſterium cum violentia, peccatum nefandum cum puero nobili, ſimul cum raptu, quod fuit caſus præſentis quæſtionis; vel aliud quod ſimile, & cum factum fuiſſet publicum, ignorabatur omnino author illius, ita vt nec per famam, vel indicia aliqua, aut teſtem ſciri, aut probari poterat. Accidit autem, quod quædam mulier nobiliſſima habuit graue diſſidium, & rixam cum marito ſuo, & cum vir vxorem ſuam in fronte grauiſſime vulneraſſet, illa ſic in fronte grauiſſime vulnerata, rapta furore iracundiæ, & paſſione correpta dixit viro ſuo, ah infamis homo, quid mi-

rum, quod hoc mihi feceris, cum fueris ille perditus homo, qui nefandum illud crimen cum raptu excellentiſſimi pueri commiſiſti, toties in hac ciuitate deploratum; audierunt hoc aliqui, qui præſentes erant rixæ, & cum fama ex dicto ipſius mulieris increbuiſſet, acceſſit etiam ad aures iudicis, iudex ergo cum caſus eſſet grauiſſimus inquiſitionem ſtatim fecit.

Quæſierunt igitur à me, an dictum huius mulieris faciat aliquam probationem in iudicio contra virum ſuum, & an Perſonæ quæ tale quid à dicta muliere audierunt faciant probationem in iudicio, ſi non dentur alij teſtes, vel coniecturæ, & quid faciendum ſit in hoc caſu in foro conſcientiæ?

RESPONSIO AVTHORIS.

2 IN primis Reſpondi, Quod ſi mulier iſto impetu iracundiæ correpta, falsò impoſuit tale crimen viro ſuo, ſi impetus iracundiæ adeo vehemens fuit, vt libertatem abſtulerit, proculdubio non peccauit, quod verum eſt, etſi blaſphemiam, vel hæreſim protulerit, vt cum D. Thomas, Lopez. & aliis latè probat Carena, *p.2. tit. 2. de blaſphemia. num.*30. Et ratio eſt, quia im-
3 petus paſſionis æquiparatur dementiæ, & ſic talis mulier in iudicio delata tenetur dicere, ſe impetu iracundiæ ignoraſſe quid dixit, & quod tunc temporis erat incapax rationis, & extra ſe.
4 Et idem tenetur facere, ſi eius maritus vere quidem tale delictum perpetrauit, ſi tenera tale delictum erat occultum, & ſic eius dictum non facit probationem aliquam in iudicio, quod ſic probatur primò.

5 Quia quamuis in hoc caſu præſumatur contra talem mulierem, quod illa dixit id, quod ſciebat, non enim præſumendus eſt quiſpiam dicere, quod prius non præmeditauit, & verborum qualitas eſt mentis teſtimonium, ex abundantia enim cordis os loquitur, vt cum Tiraquello, Paramo, & aliis latè probat Carena, *p.3. tit.*§.8. *n.* 25. Attamen quando concurrunt duæ præſumptiones contrariæ, efficacior elidit minus efficacem, vt docent omnes DD. quos refert Catena, *ſuprà*; ſed ſic eſt, quod præſumptio excluſiua delicti præfertur præſumptioni delictum includenti, vt cum Mandoz. Farinacio, & aliis latè probat Catena, *p.3. tit.4. num.* 37. Ergo cum hæc mulier iracundiæ calore dixiſſet, maritum ſuum commiſiſſe tale delictum, & ex dicto illius præſumatur ita fuiſſe, & quod illa peccauerit manifeſtando tale delictum occultum, & ex ita qua tale quid dixit præſumatur, quod tanta paſſione dixerit, quod non erat compos ſui, ſequitur, quod in foro exteriori præſumendum eſt in fauorem talis mulieris, quod non peccauerit, & quod non erat compos ſui, quando tale quid dixit, ne dicamus illam peccatum commiſiſſe, manifeſtando delictum occultum.

8 Confirmatur primò: Quia geſta calore iracundiæ non valent, niſi perſeuerantia apparuerit indicium animi fuiſſe, vt patet, *ex cap. diuortium de pœnit. ad* 1. *& cap. ſi quis iratus* 2.*q* 3. *& ex regula quidquid, calore* 48 *ff. de reg. iuris, &* 63. *ff. de diuort.* Et ſic iuramentum, & votum, & alius contractus calore iracundiæ facti non valent, vt patet, *ex l.*2. *ad l. Iuli.* & tenent Gloſſa, Hoſtienſis, Panormitanus, Viraquellus, Ricardus, & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez. *de matrim. d.* 8 *lib.* 1. *num.* 4. Sed ſic eſt, quod hæc mulier dixit illa verba delictum manifeſtantia calore iracundiæ, ergo nullius valoris ſunt, nec de eis curandum eſt, vt de iuramento, & voto factis calore iracundiæ fit.

Confirmatur 2. quia mulier non admittitur vt 9
teſtis contra virum ſuum, nec in defenſionem illus, vt late probat Farinacius, *de teſtibus, q.* 54. *n.* 103. Gillaus, *in arbore criminali, cap.* 6. *p.* 3 *num.*18 quia vir, & vxor ſunt vna caro ſecundum Baldum, *l. ſi cum dotem,* §. *ſi maritus, ff. ſolut. matrim.* & talis teſtis, etiam in caſu fidei habetur tanquam teſtis non integra, nec eſt exceptione maior, vt probat Farinacius, *ſuprà q.* 16. *n.* 680. *& ſequentibus*; Ergo talis mulier vocata poteſt negare ſe tale quid dixiſſe, nec etiamſi confeſſa fuiſſe ita dixiſſe, eius dictum facit probationem in iudicio, quia illa non poteſt eſſe teſtis contra virum ſuum in iudicio. 10

Confirmatur 3 Quia eſto quod mulier poſſet 11
eſſe teſtis in iudicio contra virum ſuum, adhuc in hoc caſu hæc mulier, teſtis contra maritum ſuum eſſe non poteſt; ſi quidem erat eius inimica, eo quod vir ei impegerat grauiſſimum in fronte vulnus, quod mulier magis facit, quam amiſſionem vitæ, & cum vulnus fuiſſet grauiſſimum, & in fronte, reputanda eſt talis mulier, vt inimica, vt late probat Gomez, ex multis textibus, & doctoribus, *tom.* 3. *variarum, cap.*12, *n.*14. Et ſic præſumenda eſt ex odio impoſuiſſe tale delictum viro ſuo, & vt talis non eſt admittendum eius teſtimonium in iudicio, etiamſi fuiſſet in crimine læſæ maieſtatis, vt ex multis textibus, & doctoribus latè probat Gomes, *ſuprà n.* 14. Et dato quod talis mulier 12
in iudicio admiſſa fuerit, & illa dixerit ita fuiſſe, ex dicto illius non ſolum non reſultat probatio, ſed nec indicium contra virum ſuum, ſpecialiter ſi vir proteſtauit illam locutam fuiſſe ex odio, & inimicitia; Nam cum iniuria quæ fuit cauſa inimicitiæ fuiſſet grauiſſima, præſumitur illam mentitam fuiſſe, & eius dictum non facit præſumptionem contra reum, *arg. textus in l.*1. §. *præterea, ff. de quæſt.* & cum multis reſoluit Gomez, *ſuprà n.*21.

Tum, quia talis mulier in iudicio tenetur di- 13
cere ſe neſcire quod dixerit, & quod ſi tale quid protulit mentitam fuiſſe, nam cum iniuſte infamauerit virum ſuum, eſto quod ille commiſerit tale dictum, tenetur illa reſarcire damnum, ſi poteſt abſque graui præiudicio, vt hic accidit, vt cum communi ſententia latè probat Lugo, *de iuſtitia d.*39 *ſect.* 3. *n.*19 Imo etiam cum periculo vitæ vt docet Vultherus Stroueldorf. *q.*70. *de iuſtitia, & iure, concl.*3. quem refert Diana, *p.*4 *tract.*4. *miſcellaneo, reſol.*99.

Ex dictis infertur quod perſonæ, quæ ab hac 14
muliere audierunt tale delictum viri ſui, non tenentur iurare in iudicio tale quid ab ea audiuiſſe, nam cum audierint à perſona non fide digna, non 15
habent talem obligationem etiam in caſu hæreſis, vt late cum Corduba, Gutierrez, Sanctarello, & aliis probat Carena, *p* 2. *tit.*9. *n.*31. Et quod hæc mulier à qua tale delictum audierunt non ſit fide 16
digna probatur, quia eſt perſona, quæ repellitur ex teſtimonio & eſt inhabilis ad teſtificandum, *vt ſuprà* probauimus. Quapropter reſolutoriè dico, quod mulier iſta poteſt in iudicio negare ſe tale quid dixiſſe; idem poſſunt facere teſtes, qui tale quid ab ea audierunt, vtendo æquiuocatione, &

amphibologia, hoc eſt, ſe non audiſſe ad illud dicendum in iudicio, nam cum iudex juridice non interroget, non tenentur teſtes reſpondere ad mentem iudicis. Ita mihi videtur debere fieri, tam in foro interiori, quam exteriori, & ita factum fuit.

CONSVLTVM XLIX.

De Abbatiſſa, an poſſit conuertere in vſus communes conuentus legatum relictum ſuæ moniali, contra voluntatem ipſius monialis?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Aliqua ſupponuntur ad intelligentiam conſulti.*
3 *Legatum relictum moniali pertinet ad conuentum, & à conuentu ſumenda eſt illius poſſeſſio.*
4 *Per profeſſionem ſolemnem omnia iura monialium tranſeunt in conuentum.*
5 *Monialis profeſſa non poteſt habere proprium.*
6 *Monialis poteſt ſumere poſſeſſionem legati de conſenſu Prælatæ, & nomine conuentus.*
7 *Quod monachus acquirit, non ſibi, ſed monaſterio acquirit.*
8 *Legatum relictum moniali omnibus viis pertinet ad conuentum.*
9 *Abbatiſſa poteſt concedere moniali vſum legati, & redditum illius in vita ſua, dependenter à voluntate Prælati.*
10 *Poteſt ei concedere licentiam ad illud expendendum in vſus licitos, & honeſtos.*
11 *Redditus qui conceduntur à Prælato moniali ad vſum non debent eſſe ſuperflui.*
12 *Quod vni moniali eſt ſuperfluum, alteri moniali, poterit eſſe neceſſarium.*
13 *Monialibus, quæ non tam ſtrictam paupertatem profitentur vt moniales Sanctæ Claræ poſſunt concedi ampliores redditus ad ſuum vſum.*
14 *Poſſunt etiam concedi tales redditus ad faciendas eleemoſynas, dicendas Miſſas, & dotandas ſorores, &c.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM homo reliquit in ſuo teſtamento nuncupatiuo duabus ſororibus ſuis monialibus certas proprietates, vt redditibus illarum in vita ſua potirentur, & quod poſt earum mortem venirent ad conuentum.

Quæritur, An Abbatiſſa conuentus, in quo prædictæ ſorores, illius teſtatoris ſunt moniales, poſſit accipere poſſeſſionem illarum proprietatum, & an poſſit eas conuertere in vſus conuentus contra prædictarum monialium voluntatem, quibus relictæ fuere.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 AD huius caſus clariorem notitiam ſuppono, quod quando teſtator reliquit illas proprietates ſororibus ſuis monialibus, & poſt mortem, illarum Conuentui, fuit eum intentione; vt ipſæ moniales vterentur redditibus illarum in vita ſua, & quod poſt illarum mortem omnia remanerent conuentui; hæc enim eſt communis teſtatorum intentio, vt notauit Tamburinus, *de iure Abbatiſſarum, d.8. quæſt.5. num.* 2. Lezana, *tom.1.c.6. n.* 34. his ſuppoſitis,

Reſpondi, quod non obſtante quod legatum in dicta forma fuerit relictum, non pertinet ad dicta moniales particulares præcipere ſuo nomine accipere poſſeſſionem illarum proprietatum, ſed hoc debebat fieri ab abbatiſſa nomine conuentus, vnde optime fecit abbatiſſa ſic faciendo. Ita cum Couarruuias, Molina, & aliis Caſtro Palaus, *tom.3. d.3. p.5. num.3.* &c. cum multis Sanchez, *in ſumma, lib.7. cap.12. num.36.* & eſt communis ſententia. 3

Ratio reſolutionis eſt, quia per profeſſionem ſolemnem monialium, omnia iura monialium, & earum voluntas tranſlata ſunt ad conuentum taliter, quod ex tunc nulla monialis, amplius habet propriam voluntatem, nec aliquid proprium, vt conſtat, *ex cap. nolo, cap. non dicatis 12. q.1. cap. ſi religioſus de electione in 6.* Ergo tales moniales non poterant nomine ſuo accipere poſſeſſionem illarum proprietatum, ſed talis poſſeſſio capienda erat nomine monaſterij, vt factum fuit. 4

Tum quia dato, quod dictæ moniales poſſent accipere dictam poſſeſſionem ſuo nomine, vt aliqui voluere, id parum intereſt, cum id ſemper deberet fieri de licentia prælatæ, & dominium illarum proprietatum acquirebatur conuentui; ſiquidem tales religioſæ erant incapaces dominij, vt cum communi ſententia probet Palaus, *ſuprà, n.2. & conſtat ex l. placeat de acquirend. hæred. cap. in præſentia de approbat.* Vbi dicitur, quidquid monachus acquirit, non ſibi, ſed monaſterio acquirit, non ſolum quantum ad dominium, ſed etiam quoad vſum, vt notauit cum multis Lezana *tom. 1. cap. 6. n.* 40. 5 6 7

Hinc fit tale legatum omnibus viis ad conuentum pertinere, & Abbatiſſam poſſe de illo diſponere, vt ſibi placuerit in commodum conuentus etiam contradicentibus ipſis monialibus, quibus relictum fuit, abſque eo quod eis teneretur aliquid amplius dare de prædicto legato, quam cæteris monialibus eiuſdem conuentus, vt optime probat Rodriguez, *in quæſtionibus Regularibus, tom. 2. q.126. & tit.6.* 8

Verum quidem eſt, quod ſi Abbatiſſa, vel prælatus iſtarum monialium voluiſſent, poſſent optime concedere his monialibus, vt in vita ſua vterentur redditibus illarum proprietatum, dependenter tamen à voluntate ſuperiorum, vt cum multis probat Palaus, *loco citato, n 5.* & cum multis Thomas Hurtado, *tom.2. moralium; tract.8. cap.7. num.*90. Imo poſſunt eis concedere licentiam ad quoſcumque vſus indeterminatè, ita vt poſſent in vita donare, & diſponere de eis in eos vſus, & eo modo, in quos, & quomodo ipſe prælatus poſſet diſponere, ita cum Nauarro, Sanchez, Peres, Thomas Hurtado, *ſuprà, num.* 825. Peirinis, *tom.1. de ſubdito, q. 2 cap.2. §.1.* Leſſius. *lib.2. cap.4. dub. 5. num,* 30. 9 10

Aduerte tamen, hos omnes redditus conceſſus a prælato, debere eſſe moderatos, & neceſſarios ipſis monialibus, alias eſſet ſuperfluum, quod non eſt licitum monialibus, aut religioſis 11

concedere, ut docet Lezana, *tom.1. cap.6. num.18.* Thomas Hurtado, *ſuprà, n. 837.* & habetur, *in c.exiit qui ſeminat §.inſuper de verb.ſignif. in 6.* At e idi tamen debet perſonarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & aliæ circunſtantiæ, vt *in dicto cap.exiit qui ſeminat*, pro
12 monialibus Franciſcanis ſtatuit Pontifex, quod enim vni moniali eſt ſuperfluum, alteri ſæpe erit ſufficiens, & quod in vno loco ſuperfluit, in alio non, imo addo, quod ſi Pontifex in ordine S. Franciſci in quo ſtrictiſſima paupertas obſeruatur, concedit poſſe prælatos concedere monialibus annuos redditus ſufficientes, iuxta qualitatem perſonarum, & temporum, & locorum, in ordini-
13 bus, qui non tam ſtrictam paupertatem profitentur, ſi alias non habeant ſtatutum, vel regulam in contrarium, exiſtimo poſſe prælatos ampliore reddirus concedere, dummodo expendantur in vſus honeſtos, vt in eleemoſynas factas in moniales pauperes, vel alios religioſos eiuſdem,
14 vel alterius ordinis de licentia ſaltem tacita ſuperioris, vel ſi expendantur in dotandis ſororibus, ſuſtentandis parentibus, & in bonis ipſius conuentus, vt in ornamentis Eccleſiæ, in dicendis miſſis, hi enim redditus, etſi ampliſſimi ſint; ſi ita expendantur, non poſſunt dici ſuperflui, ſed neceſſarij, vt recte ait Thomas Hurtado, *tom.2. operum moralium,tract.8.cap.8. n.838.*

CONSVLTVM L.

De legato relicto moniali, an ei poſſit Prælatus concedere licentiam ad ponendum illud ad cenſum vitalitium?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Moniales ſi non habeant ſtatutum in contrarium poſſunt habere annuos redditus ad ſuos vſus honeſtos, & neceſſarios.*
3 *Decretum Tridentini in contrarium, contrario vſu eſt abrogatum; vel non fuit vſu receptum.*
4 *Hi redditus poſſunt poni à monialibus ad cenſum nomine ſuo de licentia ſuperioris, vel nomine conuentus.*
5 *Pecunia quæ non eſt incorporata conuentui, poteſt ſuperior dare licentiam, vt imponatur ad cenſum redimibilem.*
6 *Poteſt Prælatus dare licentiam, vt monialis ponat mille aureos, ſiue ex labore, hæreditate, vel donatione acquiſitos ad cenſum vitalitium.*
7 *Pecunia dum non eſt deſtinata ad aliquid immobile, vel mobile pretioſum, non eſt res pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſit.*
8 *Prælatus poteſt concedere moniali, vt mille aureos in ſuos vſus conſumat.*
9 *Poteſt eidem dare licentiam, vt ponat eos ad cenſum vitalitium.*
10 *Si mille aurei relinquantur moniali vt vtatur redditibus illius in vita ſua, & per mortem maneant conuentui, non poteſt monialis etiam de licentia Prælati ponere eos ad cenſum vitalitium.*
11 *Poteſt conuentus in hoc caſu de licentia Prælati renunciare illi iuri, & ſic monialis emere cenſum vitalitium.*
12 *Si moniali relinquatur res immobilis, vt ex redditibus illius in vita ſua vtatur, & poſt mortem maneat conuentui, non poteſt conuentus, vel prælatus cedere huic iuri, niſi cum ſolemnitatibus requiſitis ad alienandum res immobiles.*
13 *Hæ res ex natura ſua ſunt immobiles, & pertinent ad conuentum.*
14 *Hoc verum eſt etſi monialis ſit grauata ære alieno.*
15 *Conuentus non tenetur ſoluere debita monialis, niſi contracta ſint illius intuitu, vel quia moniali non tribuit alimenta neceſſaria.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM homo reliquit cuidam moniali profeſſæ mille aureos, vt ex redditibus illo- 1
rum ſuſtentaretur iſta monialis dum viueret, petiit illa à ſuis prælatis licentiam imponendi prædictos mille aureos ad cenſum vitalitium, conceſſit prælatus libenter licentiam petitam. Poſtea conſiderans attente, in cenſu vitalitio amitti principale morte imponentis cenſum vitalitium, & multum differre cenſum vitalitium à perpetuo, etiam redimibili, in quo principale non amittitur, bene tamen in vitalitio morte cenſum imponentis ſcrupulis anxiatus.

Quæſiuit à me, An talem licentiam potuiſſet concedere, vel ſi non poterat, quid facere debuiſſet, ad quietem ſuæ conſcientiæ?

RESPONSIO AVTHORIS.

PRo expoſitione huius caſus, qui quotidianus 2
eſt hac tempeſtate in his Hiſpaniæ, & Luſitaniæ partibus in hac materia ſuppono primo licite poſſe omnes moniales, niſi aliàs habeant ſtatutum proprium in contrarium, vt ſunt noſtræ Carmelitæ Excalceatæ, habere annuos redditus ad ſuos proprios, & honeſtos vſus, de licentia ſuorum ſuperiorum. Ita habetur, *cap. inſinuante, qui clerici vel vouentes, cap. de viduis 27.q.1.* & tenent omnes Canoniſtæ, *ad cap.cum monaſterium de ſtatu Monachorum*, Azor *tom.1.lib.12. cap.9. num.2.* & cum Bartolo, Leſſio, Garcia, Ceuallos, Miranda, Rodriguez, Sanchez, Suarez, & aliis multis docet Thom. Hurtado, *tom.2. moralium tract.8. cap.8. n.819. & 798.*

Nec contra hoc facit Tridentinum, *ſeſſ.25.cap.2. de regularibus*, vbi prohibet, ne liceat ſuperioribus bona ſtabilia alicui religioſo concedere, etiam ad vſumfructum, & vſusfructus adminiſtrationem, vel commendam. Non obſtat, inquam, quia hoc præceptum Tridentini contraria conſuetudine eſt abrogatum, vt ait Baſilius Legionenſis, *quæſt.9. quodlibet, ſcholaſt.cap.4.* vel à principio non fuit receptum in Hiſpania, & Luſitania, nec in multis locis Italiæ, in quibus moniales & etiam monachi annuos redditus habent, vt notauit Thomas Hurtado, *de congrua ſuſtentatione Eccleſiaſticorum, tom.2 lib.6.n.125.* 3

Secundo ſuppono huiuſmodi annuos redditus 4
poſſe habere moniales, ſiue ſuper bonum ſtabile imponantur nomine conuentus, ſiue nomine ipſarum monialium, ſiue hos annuos redditus reſer-
uauerint

uauerint quando profeſſæ ſunt, ſiue ex his, quæ
ipſæ licite ex laboribus manuum ſuarum, & ne-
gotiatione honeſta, vel illicite ob turpem amici-
tiam acquiſiere. Nam etſi quidquid acquirit monia-
lis, ſicut & monachus, acquirat monaſterio, vnde-
quaque illis proueniant bona acquiſita, vt dicit
Rota apud Farinacium, *tom. 2. deciſ. 76. n. 4.* Et cen-
ſum nullus imponere poſſit, niſi valeat alienare, &
qui prohibitus eſt alienare, ei etiam prohibetur
cenſum imponere, vt ait Rota apud Farinacium,
5 *tom. 2. deciſ. 456. n. 5. & tom. 1. deciſ. 678.* vbi plures
citantur idem ſentientes; Nihilominus, cum hæc
bona ſic acquiſita non ſint adhuc incorporata con-
uentui; ſed ſint in depoſito particulari, poteſt ſupe-
rior dare licentiam, vt imponatur cenſus redimibi-
lis, ſiue nomine monialis, ſiue conuentus. Nam
quando ponitur nomine monialis, ſi dicitur id fieri
de ſuperioris licentia, implicite ponitur nomine
conuentus. Ita Thom. Hurtado, *de ſuſtentatione,*
6 *tom. 2. lib. 6. n.* 521. his ſuppoſitis.

Reſpondi propoſito caſui, poſſe prælatum da-
re licentiam moniali profeſſæ, vt ſi habuit mil-
le aureos, ſiue ex donatione, amicitia, legato, vel
etiam ex ſua negotiatione, & induſtria acquiſitos,
cenſum vitalitium ſumat. Ita inſinuat Suarez, *tom.
3. de religione. lib. 8. cap. 15. n. 24.* Thomas Hurta-
7 do, *de ſuſtentatione, tom 2. lib. 6. n. 727.* Ratio eſt,
quia pecunia dum non eſt deſtinata ad aliquod im-
mobile, vel mobile pretioſum, non eſt res pre-
tioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſit, vt docet Ric-
cius, *in praxi reſol. 56.* Molina, *tom. 1. tract. 1. d. 45.*
Mantica, *de coniecturis. lib. 9. tit. 3.* Leſſius. & alij,
quos refert, & ſequitur, Sanchez, *lib. 7 ſumma cap.
22. n. 16.* Ergo de licentia ſuperioris alienari poteſt,
8 etiam in cenſum vitalitium. Patet conſequentia,
quia ſicut prælatus poterat licentiam concedere
huic moniali, vt illos mille aureos inſumeret, vel
ſimul vel per partes in ſuis vſibus piis, & honeſtis,
& in ſuis neceſſitatibus, ita poteſt dare facultatem,
vt emat cenſum vitalitium, vel quod faciat alium
contractum cum periculo amittendi principale.

Confirmatur. Quia iſta ſumma pecuniæ non
erat incorporata conuentui, & in libris introitus
& exitus repoſita; ergo quamuis conuentus eſſet
dominus illius, & non monialis, ad cuius vſus de-
ſtinatur à donante, conſentiente ſuperiore, opti-
9 me poteſt ipſe ſuperior dare licentiam prædictæ
moniali, vt emeret prædictum cenſum vitalitium
ad commodius ſuis neceſſitatibus ſuccurrendum,
ſicut ſi monialis haberet plura vaſa argentea, vel
illi donaretur aliquis lapis pretioſus, aut alia ſimi-
lia, quæ ſeruando ſeruari poſſent, vt ea monialis
diuenderet, aut diſtraheret, cum non ſint con-
uentui incorporata, non exigitur licentia Pontifi-
cis vt hæc diſtrahantur, & alienentur, ſed ſufficit
licentia prælati inferioris, vt conſuetudine eſt in-
troductum; bullæ enim quæ prohibent harum
rerum alienationem ſic ſunt acceptatæ, vt tantum
intelligantur de rebus, quæ ſunt incorporatæ Ec-
cleſiæ, vel monaſterio; ergo ſicut in hoc caſu po-
teſt prælatus dare licentiam moniali, vt prædicta
10 alienet, ita & quod conſtituat cenſum vitalitium;

Adverte tamen, quod ſi ſumma iſta pecuniaria
donata, vel legata ſit moniali, vt vtatur ea dum
vixerit, & poſtea conuentui adveniat, non po-
teſt emere cenſum vitalitium, nec ad hoc poteſt
prælatus licentiam impertiri, quia eſt in damnum
conuentus. Poteſt tamen emere cenſum perpe-
tuum redimibilem, quamuis enim iſte non ſit res
immobilis, quia ex ſpecie ſua non eſt perpetuus
abſolute, ſed temporaneus, poteſt enim redimi
quando cenſuarius voluerit reddens ſortem prin-
cipalem, vt egregie notarunt Garcia, *de benefi-
ciis, p. 2. cap. 5. n. 95.* Gomes, *de cenſibus, cap. 3.
n. 4.* Molina, *de primogeniis. lib. 2. cap. 10. n. 3.* ta-
men ſemper manet ſecura ſors principalis, quæ
redditur, ſi redimatur, quod non contingit in
cenſu vitalitio, vbi ſors principalis deperditur. Ita
Hurtado, *ſuprà. n.* 192.

Secundo adverte, quod quando pecunia dona- 11
ta, vel legata fuit moniali vt ea vteretur dum vi-
xerit, & poſtea conuentui adueniat, poterit tunc
conuentus de licentia prælati renunciare illi iuri;
& ſic monialis emere cenſum vitalitium. Ita Hur-
tado, *ſuprà. n.* 133. Ratio eſt, quia licet ius illud
res immobilis videatur, cum tamen ſit de pecu-
nia, quæ non eſt deſtinata à donante ad aliquid
immobile, vel pretioſum, quod ſeruando ſeruari
poſſit, ſicut conuentus poteſt pecuniam illam in
quoſcunque vſus honeſtos expendere, ita poteſt
ius ad illam cedere de licentia ſuperioris, quod
maxime locum tenet, ſi renunciet ius iſtud in re-
munerationem monialis, vel quia iudicat non pro-
fane, ſed pie diſpoſituram de tali ſumma, niſi hæc
adeo ingens ſit, vt valde depauperetur monaſte-
rium, vt ab ære alieno egredi nequiret.

Aliter dicendum exiſtimo, ſi alicui moniali re- 12
linquatur, vel donetur domus. Vel vinea, vel alia
res immobilis, vt ex redditibus illius in ſua vita
ſuſtentetur, & per mortem illius tranſeat ad mo-
naſterium, nam in hoc caſu, non poterit præla-
tus dare licentiam ad vendendas prædictas res, &
emendum cenſum vitalitium ſine ſolemnitatibus,
quas diximus *in noſtro Directorio Regularium. p. 1.
tract. 1. d. 2. num.* 152. Ratio eſt, quia huiuſmodi 13
res ex natura ſua habent immobilitatem, ratione
cuius neceſſario debent venire ad conuentum, &
ſic eo ipſo conuentui incorporantur, licet admini-
ſtratio ſit apud monialem; ſed res immobilis con-
uentui incorporata non poteſt alienari, niſi cer-
tis iuris ſolemnitatibus, quas late diximus *in noſtro
Directorio loco citato;* ergo ſine illis, talis licen-
tia, nec etiam à prælato, ſiue à conuentu concedi
poteſt, etſi forte talem licentiam dedere, ſine
prædictis ſolemnitatibus, non poſſunt cedere iu-
ri, quod habent ad recuperandum Molina, *tract.
2. de iuſtitia, tom. 2. d. 446.* Suarez, *tom. 4. de reli-
gione, tract. 8. cap. 27. n. 20.* quod verum eſt, etſi 14
monialis ſit grauata ære alieno, a quo non poteſt
liberari, niſi bonum hoc immobile diſtrahatur, & 15
alienetur, quia conuentus non tenetur ſoluere
debita monialis, niſi contracta ſint illius intuitu, vel
quia moniali non tribuit alimenta neceſſaria. Ita
Hurtado, *ſupra, n.* 135.

CONSVLTVM LI.

*De voto abſoluto caſtitatis facto calore ira-
cundiæ, an ſit validum, vel ſaltem, an poſſit
à regularibus diſpenſari per ſua priuilegia?*

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Aliqui DD. docent votum factum calore ira-
cundiæ non valere.*

3 *In hac opinione, votum vt ſit validum debet fieri matura deliberatione.*
4 *Contraria ſententia eſt communis.*
5 *Ad votum ſufficit aduertentia, quæ ſufficit ad peccandum mortaliter.*
6 *Votum factum motu primo primus, vel ſecundo primus non valet.*
7 *Qui fecit votum caſtitatis, ſi eſt pauper, & non poteſt recurrere ad Papam pro diſpenſatione, vel ſi poteſt recurrere, eſt tamen periculum in mora, poteſt diſpenſari ab Epiſcopo.*
8 *Idem poteſt fieri à Regularibus in dicto caſu.*
9 *Si non eſt periculum in mora, & poteſt recurrere ad Papam, ſi votum caſtitatis factum fuit calore iracundia, & ſubiectum eſt innenis, poteſt ab Epiſcopo iure ordinario diſpenſari.*
10 *Idem poſſunt facere in dicto caſu regulares per ſua priuilegia.*
11 *Votum caſtitatis, vel religionis, non cenſetur Papa reſeruatum, quando dubitatur de valore voti, vel datur opinio quod non ſit validum.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM mulieri nobili quoddam maximum teſtimonium in ſuo honore impoſitum fuit, illa calore iracundiæ correpta fecit votum abſolutum caſtitatis, quo facto eam parentes ignari voti iuueni nobili deſponſarunt; at illa voti memor, & ex alia parte verecundia, & timore parentum, nimia anxietate perplexa.

Quæſiuit à me primo, An tale votum factum iracundiæ calore fuerit validum. Secundo, An in caſu, quo votum fuerit validum; poſſit ab Epiſcopo, vel à regularibus ex vi ſuorum priuilegiorum diſpenſari, ad effectum contrahendi prædictum matrimonium.

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An votum factum calore iracundiæ fuerit validum?

2 RESpondi primo quæſito, non defuiſſe DD.
qui dixerunt votum factum calore iracundiæ
eſſe nullum; ſiquidem vt votum eſſet validum
debebat fieri matura, & plena deliberatione, &
non ſufficere ad votum eam deliberationem, quæ
3 ſufficit ad peccandum mortaliter, & ſi votum
factum ex aliqua animi ſubita paſſione eſſe nullum. Ita tenet Gloſſa, Panormitanus, Hoſtienſis, Antoninus, Felinus, Romanus, Tiraquellus Bartolus, quos refert Suarez, *tom. 2. de religione, cap. 9. lib. 1. de eſſentia voti, n. 2.* Ricardus, Antonius de Burrio, quos refert Raphael de la Torre, *q. 98. art. 1. d. 4. n. 3.* Et fauent huic opinioni Doctores, & iura, quæ dicunt facta calore iracundiæ non valere donec tranſacta paſſione confirmentur, *l. quidquid, ff. de reg. iuris*. vbi Gloſſa, & Bartolus, & alij multi, quos refert Tiraquellus, quem refert Suarez *ſuprà*.
4 Verum contraria ſententia eſt communis. Ita
Suarez, *loco citato. num. 4* Tancred. *tract. 3. d. 5.*
q. 7. Tamburinus, *lib. 3. cap. 10. §. 1. num.* 1. Raphael de la Torre *ſuprà*, & alij communiter, qui omnes dicunt ad valorem voti ſufficere deliberatio-
nem, quæ ſufficiens eſt ad peccandum mortaliter, 5
quod ex coniecturis colligendum eſt, quærendo à pœnitente, An quando tale votum fecit, habuerit aduertentiam ſufficientem ad id, ad quod ſe obligabat, aut an ſciret quod faciebat, & quam ſibi obligationem imponebat. Ratio omnium eſt, quia ea libertas, & non minor, ſufficit ad votum, quæ ſufficit ad faciendum actum ſimpliciter humanum; ſed libertas quæ ſufficit ad peccandum mortaliter, eſt quæ ſufficit ad faciendum actum ſimpliciter humanum; ergo hæc libertas ſufficit ad votum.
Hinc fit, quod ſi actus fiat motu non ſolum 6
primo primus, ſed ſecundo primus, non ſufficere ad votum, quia motus ſecundo primus, tantum continet aduertentiam ſufficientem ad peccandum venialiter, non tamen ad peccandum mortaliter: inquirendum igitur ab hac muliere, an habuerit ſufficientem deliberationem ad peccatum mortale, vel an taliter fuerit calore iracundiæ correpta, vt actus tantum fuerit primo primus, vel ſecundo primus, & ſi ita inueniatur fuiſſe, non tenet votum, bene tamen ſi fuit factum cum ſufficienti libertate ad peccandum mortaliter.

RESPONSIO AVTHORIS, SECVNDO QVÆSITO.

An in caſu, quo votum ſit validum; poſſit ab Epiſcopo, vel à regularibus ex vi ſuorum priuilegiorum diſpenſari.

RESpondi, quod ſi dicta fœmina eſt pauper, & 7
non poteſt recurrere ad Papam, vel ſi poteſt
recurrere, datur tamen periculum in mora, certum
eſt poſſe Epiſcopum in tali voto diſpenſare, vt
cum multis reſoluit Sanchez, *de matrimonio, lib.*
8. *d. 9. num.* 21, Palaus, *de voto*, 12. *d. 2. n. 4.* Trul- 8
lenc. *in Decalogum. lib. 2. cap. 2. dub. 39. num.* 8 Et idem poſſunt efficere Regulares per ſua priuilegia, ſiquidem poſſunt diſpenſare in omnibus votis, in quibus ratione vrgentis neceſſitatis poteſt Epiſcopus diſpenſare. *ex priuilegio bullato Eugenij IV.* Vt tenent Quintanaduenas, *tract. 3. ſingulari* 19. Vidal, *tractatu de voto, inquiſitione 3. n.* 77. Bruno Caſaing. *tract. 5 cap. 5. propoſitione* 2. Baſæus *tom. 1. verb. votum. 9. n.* 29 Coucers, quem refert Diana. *p. 6. tract. 6 reſol. 5.* Leander à Macetia, quem refert Diana, *p. 9. tract. 6. reſol.* 30. Paſcaligus, quem refert Diana, *9. p. tract. 9. reſol.* 61. Auerſa, quem refert Diana, 6. *p. tract. 6. reſol.* 50. probabile putat aliter Leander, *tract. 1. de iuramento, diſp. 17. n. 134.* Ego ipſe *in noſtro Directorio Regularium, p. 1. tract. 2. d. 3. n. 84.*
Sed ſi prædicta mulier poteſt recurrere ad Pa- 9
pam, & non datur periculum in mora, maius dubium eſt, An in hoc caſu poſſit adhuc Epiſcopus in hoc voto diſpenſare? Et reſpondi ſatis probabile eſſe poſſe diſpenſare in hoc caſu, & quod idem poſſunt facere Regulares, Et quoad Epiſcopum probatur. Quia quando aliquod Canon iuris permittit, & concedit Epiſcopo, poſſe in aliquo caſu diſpenſare, concedit illi poteſtatem ordinariam ſuper tali caſu, non ſolum in caſu vrgentis neceſſi

neceſſitatis, & quando non eſt recurſus ad Papam, ſed abſolutè, vt ex multis textibus, & Doctoribus late probat Sanchez, *de matrimonio.lib.8.d.5.n.1.* Sed ſic eſt, quod *in cap. veniens qui cleric. vel vouent.* datur facultas Epiſcopis, vt poſſit diſpenſare in voto caſtitatis ex perturbatione animi emiſſo, quando vouens eſt iuuenis, & hoc ob periculum incontinentiæ, vt docent Speculator, Abbas, Alexander de Neuo, Cardinalis, Angelus, Armilla, Gambara, & vt probabile docet Paludanus, & Azorius, quos refert, ſed non ſequitur Sanchez, *de matrim. lib.8.d.9. num.14.* Ergo Epiſcopus poteſt optime diſpenſare in hoc caſu ſi quidem votum illud, factum fuit ex animi perturbatione, & mulier eſt iuuenis, & iam deſponſata, ac per conſequens in grauiſſimo periculo incontinentiæ. Sic docent DD. allegati.

10 Quod autem Regulares ex vi ſuorum priuilegiorum poſſint diſpenſare etiam in hoc caſu probatur. Quia Regulares poſſunt diſpenſare in omnibus votis, in quibus Epiſcopus iure ordinario poteſt diſpenſare, vt docent Portel, Rodriguez, Nauarr. Sanchez, & alij, quos refert, & ſequitur Bordonus, *tom.1. reſol. 15. num.22.* Auerſa, Murtia, Paſcaligus. Vidal. quos retuli, & ſecutus fui, *in noſtro Directorio Regularium, p.1.tract.2. d.3.n.84;* Sed Epiſcopus poteſt diſpenſare in hoc voto iure ordinario, vt manet probatum, *ex cap. veniens, qui cleric. & vouent.* & ex citatis doctoribus; Ergo optime poſſunt regulares in hoc voto diſpenſare.

11 Secundo probatur: Quia vota caſtitatis, religionis, &c. non cenſentur Papæ reſeruata, quando dubitatur de valore voti, vel dantur opiniones probabiles, vna quæ dicat votum fuiſſe nullum, & altera quæ dicat fuiſſe validum, ſiquidem reſeruatio, cum ſit odioſa debet ſolum intelligi, quando caſus eſt certus, vt cum Sancio, Suario, Bonacina, & aliis optime reſoluit Bordonus, *tom.1. reſol. 15. num.3.* Sed in hoc caſu datur multorum doctorum opinio, qui dicunt hoc votum calore iracundiæ factum fuiſſe nullum, vt docent Speculator, Gloſſa, Hoſtienſis, Panormitanus, Antonius, Fenius, Romanus, Tiraquellus, Bartolus, quos refert Suarez, *tom. 2. de religione, lib.1. de eſſentia voti, cap.9.n.2.* & nos *ſupra* citauimus; Ergo tale votum cum de eo non ſolum detur dubium an ſit validum, ſed detur opinio ſatis probabilis fuiſſe nullum, ad minus non erit Papæ reſeruatum, ac per conſequens, optime poterit in illo Epiſcopus diſpenſare, & conſequenter etiam regulares, cum poſſint diſpenſare in omnibus votis, in quibus iure ordinario poteſt diſpenſare.

CONSVLTVM LII.

De quodam Sacerdote plura ſtipendia pro vna Miſſa accipiente.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Multi DD. ante decretum Vrbani VIII. dixerunt poſſe Sacerdotem pro vna Miſſa ſumere plura ſtipendia, vſque ad congruam ſuſtentationem, qui ibi referuntur.*
3 *Poſt decretum Vrbani aliqui idem non verentur aſſerere, qui ibi referuntur.*
4 *Probant id ex loco Sacræ Scripturæ.*
5 *Probant ex eo quod Sacerdos ſit publicus Eccleſiæ miniſter.*
6 *Probant ex Chriſti inſtitutione.*
7 *Probant id ex iure naturali.*
8 *Probant, ex eo quod ſacrificium pro pluribus oblatum, tantum proſit vni, quam pluribus.*
9 *Probant ex titulo honeſto, quo talia ſtipendia accipiuntur.*
10 *Probant ex neceſſitate Sacerdotis.*
11 *Probant ex voluntate præſumpta dantium talia ſtipendia.*
12 *Probant ex neceſſitate graui, in qua eſt Sacerdos.*
13 *Probant ex eo quod lex Vrbani inſtante, & vrgente neceſſitate non obligat.*
14 *Probant ex decreto Alexandri VII.*
15 *Probant ex vrgenti neceſſitate.*
16 *Ex prædictis rationibus formant vnum argumentum ad probandum ſuum intentum.*
17 *Filij de iure naturæ tenentur alere parentes.*
18 *Aliqui voluere aſſerere conuentus religioſorum poſſe ſumere, ex eleemoſynis Miſſarum totam congruam ſuſtentationem.*
19 *Sacrificium Miſſæ ex Chriſti inſtitutione offertur pro toto populo.*
20 *Sacerdos in vrgenti neceſſitate non poteſt ſumere ex ſtipendiis Miſſarum totam congruam ſuſtentationem.*
21 *Probatur authoritate Doctorum.*
22 *Ex iure Diuino ſolum poſſunt Sacerdotes ſuſtentari ex eleemoſynis, quas fideles libere offerunt pro Miſſæ ſacrificiis.*
23 *Nullus fidelis dat ſtipendium, niſi cum pacto, quod nullus aliàs admittatur ad participandum fructum medium ſacrificij cum illo.*
24 *Fideles per decimas, & oblationes ſatisfaciunt iuri diuino alendi Sacerdotes.*
25 *Obligatio quam habent fideles ſuſtentandi Sacerdotes ſacrificantes non eſt ad integram ſuſtentationem, ſed ad partem.*
26 *Alia pars ſuſtentationis ſumenda eſt ex decimis, vel ex patrimonio.*
27 *Sacerdos ſumens plura ſtipendia pro vna Miſſa non efficit ſua ſtipendia.*
28 *Dominium non poteſt acquiri contra voluntatem dantis.*
29 *Intētio Chriſti nō eſt, quod Sacerdos viuat ex ſola Miſſa, ſed ex ea & aliis miniſteriis Sacerdotij.*
30 *exhibens maius miniſterium eſt dignus maiori ſtipendio.*
31 *Maius ſtipendium debetur Parocho quam Sacerdoti qui ſolum celebrat.*
32 *Ponitur argumentum in contrarium.*
33 *Ponitur ſolutio huius argumenti.*
34 *Paupertas non dat titulum violandi iuſtitiam.*
35 *Neque ad exigendum pro miniſterio pluſquam debitum ſtipendium.*
36 *Stipendium Miſſæ non reſpicit maiorem aut minorem Sacerdotis neceſſitatem, ſed ſolum reſpicit miniſterium exhibitum.*
37 *Ponitur obiectio in contrarium & ſoluitur.*
38 *Sacerdos ſumens plura ſtipendia pro vno ſacrificio ſumit alienam inuito domino.*
39 *Paupertas non dat ius decipiendi vel aliter accipiendi aut ſub alia forma alienam pecuniam quam à Domino exhibetur.*
40 *Ponitur argumentum in contrarium & ſoluitur.*
41 *Ex vi miniſterij non eſt debita tota congrua ſuſtentatio Sacerdoti.*

42 Decre

42 *Decreta ſacræ congregationis ſupponunt ſtipendia Miſſarum non debere eſſe ſufficientia pro tota ſuſtentatione.*
43 *Tridentinum prohibet ſacerdotibus alienare patrimonium ad cuius titulum ordinati ſunt.*
44 *Sacerdos non poteſt ſumere niſi vnum ſtipendium pro vna Miſſa iuxta decreta ſacræ congregationis.*
45 *Refellitur opinio contraria & illorum authores recenſentur.*
46 *Ex iure diuino naturali non tenetur poſtulans Miſſam dare totam ſuſtentationem Sacerdoti ſed iuxta menſuram ſeruitij.*
47 *Eccleſia prouidit de ſuſtentatione Sacerdotum.*
48 *Sacerdos cui perijt patrimonium debet accipere vnum ſtipendium pro vna Miſſa, & ad cætera quæ ſibi ſunt neceſſaria debet vti aliquo miniſterio honeſto.*
49 *Si nec hoc miniſterium poteſt efficere melius illi eſt mendicare quam accipere alienum.*
50 *Poterit etiam colore celebrandi ratione extremæ neceſſitatis accipere plura ſtipendia ad ſuam ſuſtentationem ſicut alius in ſimili neceſſitate poteſt ſumere alienum non tamen poteſt pluribus ſtipendiis vna Miſſa ſatisfacere.*
51 *Sacerdos qui poſitus in extrema vel graui neceſſitate plura ſtipendia colore celebrandi accepit & conſumpſit etſi ad meliorem fortunam deueniat non tenetur pro ſtipendiis ſic conſumptis Miſſas applicare.*
52 *Bonum conſilium erit Miſſas quas dicit pro illis ſtipendiis, & aliis de nouo acceptis applicare.*
53 *Tacitus conſenſus Eccleſiæ ſolum eſt quod Sacerdos habebat ſuſtentationem iuxta menſuram miniſterij ſui.*
54 *Sacerdos ex Chriſti inſtitutione debet viuere ex ſumptibus fidelium iuxta menſuram miniſterij ſui.*
55 *Sacerdos à nemine prohiberi poteſt quod accipiat ſuſtentationem ſuam ex miniſteriis ſuis iuxta menſuram miniſterij.*
56 *Eccleſia ſtatuit quod omnes Sacerdotes haberent ſuum patrimonium vnde viuerent.*
57 *Siue ſacrificium ſit finiti ſiue infiniti valoris nullo modo Sacerdos poteſt ſumere multa ſtipendia pro vna Miſſa.*
58 *Datur decretum ſacræ congregationis quod ſolum vnum ſtipendium ſumatur pro vna Miſſa.*
59 *Reſtitutio non obligat ſemper ſed ſuo tempore, & certis circunſtantiis concurrentibus.*
60 *Paupertas non eſt titulus ſuſcipiendi alienum niſi quis ſit in extrema vel graui neceſſitate.*
61 *Occaſio proxima, & periculum peccati in ſe non ſunt peccata niſi libere & voluntarie aſſumantur.*
62 *Suſceptio plurium ſtipendiorum pro vna Miſſa ex cauſa vrgenti in ſe eſt peccatum.*
63 *In neceſſitate extrema vel etiam graui poteſt quis ſumere alienum ſine peccato.*
64 *Sacerdoti de iure diuino non eſt debitum ſtipendium niſi iuxta menſuram ſeruitij.*
65 *Fideles dando eleemoſynas pro miſſis non ſolum intendunt quod pro eis fiat in ſacrificio commemoratio ſed quod eis applicentur fructus medij ſine conſortio alterius.*
66 *Stipendium datur pro labore vel obligatione & ſeruitute illa celebrandi vel pro miniſtri aliquali ſuſtentatione iuxta varias opiniones.*
67 *Ex neceſſitate vrgenti non habet Sacerdos ius ad accipiendam totam ſuſtentationem ex ſtipendiis Miſſarum.*
68 *Declaratio ſacræ Congregationis de mandato Vrbani VIII. eſt declaratoria iuris naturalis.*
69 *Decretum Alexandrij VII. non damnat hanc opinionem licet fuiſſet.*
70 *Ponitur argumentum in contrarium & ſoluitur.*
71 *Dato & non conceſſo quod Sacerdos poſſet ſumere totam ſuſtentationem ex ſacrificio pro ſe non tamen ad ſuſtentandum parentes, filios, & ſorores.*
72 *Suſtentatio miniſtri altaris eſt perſonalis.*
73 *Si Sacerdos non habet vnde patrem, vel filios ſuſtentet vtatur poteſtate ſibi conceſſa à natura non tamen poteſt ſatisfacere pluribus ſtipendiis vno ſacrificio.*
74 *Religioſi non poſſunt ſumere niſi vnum ſtipendium pro vna Miſſa.*
75 *Aliqua priuilegia conceſſa regularibus ad accipienda plura ſtipendia pro vna Miſſa, hac tempeſtate dormiunt vbi quid dicendum de quodam priuilegio Vrbani VIII.*
76 *Sacerdos nec ad ſubueniendum ſibi ipſi poteſt ſumere plura ſtipendia pro vna Miſſa, quanto magis ad ſubueniendum aliis.*
77 *Ponitur argumentum in contrarium & ſoluitur.*
78 *Confirmatur ſolutio eiuſdem argumenti.*
79 *Ponitur argumentum in contrarium.*
80 *Ponitur illius ſolutio.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM Sacerdos pauper qui tantum patrimonium tenuiſſimum habebat cum patrem matrem, & tres ſorores, & duos filios haberet ad quos alendos minime ſufficiebant vires patrimonij ſuſcipiebat plura Miſſarum ſtipendia, & ex eis accipiens illud quo indigebat ad ſuam patris, matris, ſororum, ac filiorum, & cuiuſdam ſerui, & ancillæ quos habebat ſuſtentationem poſt aliquos annos quod hæc fecit videns decretum Vrban. VIII. quod hoc prohibebat ſcrupulis agitatus venit ad me & ſequentia propoſuit, erat enim ſane eruditus. 1

Proponuntur fundamenta quæ iſte Sacerdos pro ſe allegauit.

MVltorum opinio fuit ante decretum Vrbani VIII. poſſe Sacerdotem pauperem pro vna Miſſa tot ſtipendia accipere quot ſufficiant ad ſuam diurnam ſuſtentationem, veſtitum decentem, &c. vt fuere Arauius, Bañes, Caietanus, Ledeſma, Lorca, Soto, Aragonius, Syluester, Remilla, Angelus, Henriquez, Nauarra, Honcala, Chamerota, Graffis, Rodriguez, Cabeſado, Molpheſius, Ioannes de la Cruz, quos refert Thomas Hurtado, *de congrua ſuſtentatione Sacerdotum Appendice* 1. §.12. *num.*451. & alij quos refert Diana, *p.*1. *tract. de celebratione Miſſarum, reſol.*8. Fernandos Beia, Veiga, Ludouic. à S. Ioann. quos refert Paſcaligus, *de ſacrificio*, *q.*939.*n.*2. 2

Et

3 Et poſt Decretum Vrbani VIII. non pauci dicunt adhuc id eſſe probabile vt ſunt, ſecluſo decreto ſacræ Congregationis, & Vrbani VIII. Leſſana, *tom. 3. verbo. Miſſa, n. 13.* Dubal. *de Sacram. cap. 4. dub. 7. d. 3. de Miſſa, n.* Et abſolute ſtante Decreto ſacræ Congregationis. & Vrbani VIII. illam adhuc tenent, vt probabilem Bordonus *reſol. 25. q. 6. tom. 1. n. 13.* Bauni, *tom. 2. tract. 10. q. 12.* Leontiuus, *de priuilegiis pauperum 2. p. priuilegio 263. n. 5.* Thomas Hurtado, *de congrua ſuſtentatione Sacerdotum Appendice 1. §. 12, n. 429.* Columbus, *lib 4. de Hierarch. cap. 62. n. 24.* Vbi dicit vnica Miſſa multis oneribus & eleemoſynis ſatisfieri poſſe, non obſtantibus decretis ſacræ Congregationis, & Vrbani VIII. pro vt refert Auſonnis, *in controuerſiis. lib. 3. controuerſia 5. cap. 2. n. 6.* Ergo ſtando in opinione horum doctorum, qui poſt tale decretum Vrbani VIII. ſcripſerunt, adhuc non obſtante tali decreto, poteſt Sacerdos pauper plura ſtipendia accipere pro vna Miſſa: Non enim dici poteſt opinionem tot grauiſſimorum Doctorum eſſe improbabilem, ſiquidem decretum Vrbani explicant; & dicunt non loqui de Sacerdote paupere, vt videri eſt apud Hurtadum, Leontiuum, Columbum, & alios locis citatis, Nec eorum explicatio, & opinio huc vſque reiecta eſt ab Eccleſia, nec eſt falſa, condemnata, aut vt improbabilis reputata, non enim conſtat de tali cenſura.

4 Secundo probat id licite poſſe fieri ratione. 1. Quia vt optime ait Th. Hurtad. *de congrua ſuſtentatione clericorum. Appendice 1. §. 2. n. 224.* Ius diuinum in vtroque teſtamento diſponit, & præcipit, quod qui altario ſeruiūt, hoc eſt cultui diuino ſunt mancipati, de altario edant, 1. *ad Corinth. 9.* Et hoc ratio ipſa naturalis dictat, ita vt etiam apud barbaras gentes reſpectu ſuorum falſæ Deitatis Sacerdotum obſeruatum ſit; ergo ſi Sacerdos non habuerit officium ſibi decens, modum aliumve honeſtum acquirendi ſibi neceſſaria ad victum, veſtitum, & alia: quæ congruam ingrediuntur, cum indecens valde ſit, quod Sacerdos mendicus ſit, & oſtiatim ſtipem quærat mendicans, poterit de ſacrificio ſumere congruam ſuſtentationem, non obſtanti decreto Vrbani VIII. & ſacræ Congregationis, cum ex vi ſui officij, quod publicū eſt in Eccleſia Dei, ſit miniſter publici cultus, & Religionis Chriſtianæ.

Confirmatur 1 ex eodem Th. Hurt *ſuprà n. 250.*
5 Quia eo ipſo, quod quis ſit dicatus diuino ſeruitio inmobiliter per Sacerdotium, cum ſit miniſter publicus Eccleſiæ, vt cultum deferat Deo pro populo, eſt quidam tacitus conſenſus Eccleſiæ, vt congruam ſuſtentationem habeat ex vi officij, & miniſterij ſui, cum non deceat eum mendicare & hoc primum attendūt fideles dum ſtipendia Miſſarum tribuunt: ergo Sacerdos pauper recipiendo plura ſtipendia pro vno ſacrificio, quot ſufficiant ad ſuam ſuſtentationem, conformatur Eccleſiæ intentioni, quæ eſt, vt ex ſacrario manducet, & ea quæ ad victū & veſtitum honeſtum ſunt neceſſaria habeat,

6 Confirmatur 2. quia Sacerdos ex Chriſti propria inſtitutione offert Miſſæ ſacrificium pro toto populo: ergo Sacerdos ex Chriſti inſtitutione habet poteſtatem viuendi de ſumptibus fidelium, vt ait D. Auguſtinus, *lib. de operibus monachorum cap. 23. tom. 3.* vbi ait: *Si Euangeliſtæ ſunt, fateor, habent poteſtatem viuendi de ſumptibus fidelium; ſi miniſtri altaris, diſpenſatores ſacramentorum, ſibi iſta non arrogant, ſed plene vendicant poteſtatem, & hoc ideo quia ſacrificium altaris vbicunque agatur, commune eſt toti populo fidelium.* Et idem docet D. Thomas, *2. 2. q. 107. art. 4.* Caietanus, *ibi*: Ergo Sacerdos pauper ſumendo congruam ſuſtentationem de ſtipendiis à fidelibus oblatis, offerendo pro omnibus vnum ſacrificium, nulli facit iniuriam, cum vtatur poteſtate ſibi à Deo diuinitus conceſſa, à qua vrgente neceſſitate, nulla poteſtate humana deturbari poteſt.

Confirmatur 3. quia eo ipſo quod quis rite, & ſolemniter eſt dicatus, & conſecratus miniſter 7 publicus in Eccleſia, iſte nequit prohiberi, quod ex miniſteriis officij ſui, & ex eleemoſynis pro illis oblatis à fidelibus ſuſtentationem congruam non accipiat: hoc enim eſt de iure naturali, & diuino diſpoſitum in vtroque teſtamento: ergo ſi non habet alios ſumptus præter vniuerſalia, & Miſſæ celebrationem, ex iſtis ſuſtentari licite poteſt. & niſi Eccleſia ex aliis prouideat, nequit id prohibere; cum ergo decretum Vrbanini VIII. non prouideat Sacerdotibus, qui non habent congruam ſuſtentationem, id eis non intendit prohibere cum poteſtas humana non poſſit reſiſtere poteſtati diuinæ, nec ius humanum tollere ius diuinum, & naturale.

Confirmatur 4. Quia ſacrificium Miſſæ pro 8 pluribus oblatum. tantum prodeſt vni, quantū pluribus, iuxta ſuſcipientium diſpoſitionem, cum ſit vniuerſalis applicatio paſſionis Chriſti. & ſit idem ac ſacrificium cruentum, & ſolum incruento modo celebratum, vt cum D. Thoma, Caietano, & aliis innumeris doctoribus probat Thomas Hurtado, *ſuprà, n. 367.* Ergo Sacerdos ex iuſta cauſa accipiens plura ſtipendia pro vna Miſſa, præſertim à diuerſis; nulli eorum facit iniuriam, cum tribuat vnicuique integrum ſacrificium, quod poſtulat, nec etiam faciet contra prohibitionem Eccleſiæ, quia non ex auaritia prædicta ſtipendia ſumit, quæ eſt ratio prohibitionis Eccleſiæ, ſed ad ſuam congruam ſuſtentationem.

Confirmatur 5. Quia nulla datur lex Eccleſiaſtica, quæ expreſſe prohibeat Sacerdotem pauperem poſſe plura ſtipendia pro vna Miſſa ad ſuam congruam ſuſtentationem accipere. Nec conſtitutio Vrbana id decernit, ſed ſolum præcipit, vt tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, ſed prædicta lex Vrbana intelligi poteſt ſecluſa vrgenti neceſſitate, vt eam plures DD. quos ſupra citauimus intelligunt, ergo in hoc ſenſu intelligenda eſt, nec extendenda ad Sacerdotes pauperes.

Confirmatur 6. Quia licet accipere plura ſti- 9 pendia pro vno ſacrificio, independenter à quocunque titulo, offerendo illud pro pluribus ea dantibus, ſit malum, quia prohibitum lege Eccleſiaſtica, vel ideo ſit prohibitum lege Eccleſiaſtica, quia malum, vt conſtat *ex decreto Vrbani VIII.* & dicunt communiter DD. quos refert Thomas Hurtado. *de ſuſtentatione appendice 1. num. 411* Paſcaligus, *q. 937. de ſacrificio, num. 2.* contra Ruiguerium. & Montagnolum, tamen non eſt id ita intrinſece malum, quin ex aliqua honeſta cauſa, & iuſto titulo cohoneſtari non poſſit, ſicut non reſtituere alienum, prohibitum eſt, quia malum, exponere ſe periculo, & occaſioni proximæ peccandi, quia malum, prohibitum eſt, & tamen multæ cauſæ poſſunt interueniſe, quæ à reſtitutione excuſent, & propter quas

quis licite poſſit ſe exponere periculo, & occaſioni proximæ peccandi, vt cum mulcis probat Thomas Hurtado, *tom.5. moralium, reſol.*4. Ergo ſi adeſt cauſa honeſta, & iuſtus titulus, ad hoc vt Sacerdos pluribus obligationibus contractis ex ſtipendiis vnico Sacrificio ſatisfaciat, cum aliis nullus ex contrahentibus patiatur notabile detrimentum in fructu ſacrificij ex opere operato proveniente iuxta probabiliſſimam opinionem, licite id faciet, nec tenebitur ad aliquam reſtitutionem, quia prohibitio facta ab Vrbano VIII. non obligat, ſtante titulo honeſto.

10 Confirmatur 7. Quia per accidens eſt, quod ſacrificium altaris habeat infinitatem extenſiuam, vel ſolummodo ſit finiti valoris, & fructus, vt Sacerdos exiſtens in vrgenti neceſſitate poſſit applicare pluribus, qui plura dederunt ſtipendia, idem ſacrificium; Ergo data vrgenti neceſſitate, id optime efficere poteſt. Antecedens patet, quia ſuſtentatio eſt de iure naturæ debita Sacerdoti, & eleemoſynam oſtiatim quærere ad ſe ſuſtentandum de iure naturæ eſt indecens Sacerdoti qui non eſt profeſſus ſolemniter paupertatem; ergo omnes fideles ratione ducti, ſi Sacerdos non habet congruam ſuſtentationem, concurrunt voluntarie, vt congrue ſuſtentetur, eo modo quo poſſunt: ergo ſi Sacerdos à pluribus plura accipiat ſtipendia vt congrue ſuſtentetur voluntarie fideles ea conferunt, quidquid ſit, an ſacrificium ſit finiti, vel infiniti valoris, dummodo Sacerdos memoriam faciat ipſorum in ſacrificij oblatione.

11 Confirmatur 8. quia fideles dando eleemoſynas Sacerdoti, vt pro eis dicat ſacrificium, quod ſolum præcipuè intendunt eſt, vt pro ipſis faciat memoriam in ſacrificij oblatione, & pro ipſis ſolis, ſi alias Sacerdos habet vnde congrue ſuſtentetur; ergo Sacerdos accipiendo à pluribus plura ſtipendia, vt congrue ſuſtentetur, faciendo memoriam illorum in ſacrificio, ſatisfacit ſuæ obligationi, quidquid ſit an ſacrificium ſit finiti, vel infiniti valoris. Antecedens præterquam quod illud docet Thomas Hurtado, *ſuprà, n.*440. probatur. Quia offerentes ſtipem pro Miſſa celebranda debent conformari Chriſti inſtitutioni, & Apoſtolicæ traditioni; ſed Chriſtus pro omnibus fidelibus hoc ſacrificium applicauit, nullum excludendo, vt patet ex illis verbis, *hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis, & pro multis effundetur.* Et idem facit Eccleſia applicando illud pro Papa, pro Rege, pro Epiſcopo, & pro omnibus circunſtantibus; Ergo Sacerdos applicando Miſſam pro multis eleemoſynis à fidelibus oblatis, conformatur Chriſti inſtitutioni, & nulli offerentium ſtipem facit iniuriam.

Confirmatur 9. Quia Sacerdos conſtitutus in vrgenti neceſſitate habet ius vt ſuſtentetur à fidelibus ex ſtipendiis taxatis pro miniſterio altaris cum indiget, ne cogatur mendicare, vt late probat Hurtado, *ſuprà, n* 446. Ergo accipiendo plura ſtipendia ad ſuam congruam ſuſtentationem nulli facit iniuriam, qui enim vtitur iure ſuo, nulli facit iniuriam.

12 Confirmatur 10. Quia perſona, cui indecens eſt mendicare, ſi ſit in vrgenti neceſſitate, poteſt clam à diuite accipere; quo ab illa vrgenti neceſſitate liberetur, neque enim ad hoc requiritur extrema neceſſitas, ſed ſufficit vrgens, vt ſentit Diana, *p.*2. *tract.*17. *reſ.*19. Coninchius, *de actibus ſupernaturalibus d.*27. *n.*162. Vuiguerez. 2. 2. *q.*82. *art.*6 *n.*53. Duualius, *tract. de charitate q.*8. *art.*3. Malderus, *tract.*4. *cap.*7. *dub.*1. *concl.*1. Vaſquez, *opuſculo de Eleemoſyna, cap.*1. *dub.*7. *n.*6. Valmacedarius, *d.*149. *§.*59. *&* 91. Palaus, *tom.*1. *tr.*6. *d.*1 *p.*10 *n.*5. Nauarr. *de reſtitutione, lib.*3. *cap.*1. *n.*367. Valde probabile putat Leſſius, *lib.*2. *cap.*12. *dub.*16. *n.*17. *&* 18. Ergo multo magis id erit licitum Sacerdoti vrgenti neceſſitate preſſo, accipiendo à pluribus plura ſtipendia pro vna Miſſa; patet conſequentia, quia Miſſa applicata ſingulis, tantum valet vnicuique ſacrificium, ac ſi pro vno ſolo offerretur; ergo à pluribus accipiendo ſtipendium, nulli facit iniuriam.

Confirmatur 11. quia dato, quod quis in vrgenti neceſſitate non poſſet ſumere clam ſibi neceſſaria à diuitibus, ſed tantum in neceſſitate extrema, vt docent grauiſſimi DD. id ideo eſt, quia diues inuitus eſt, ſiquidem poteſt habere alios indigentes, quibus ſubuenire ſtrictiori vinculo ſit obligatus; Atqui fideles ſtipendia pro Miſſis offerentes non ſunt inuiti, ſi Sacerdos plura accipiat ſtipendia pro vna Miſſa ad ſuam congruam ſuſtentationem, ſi quidem ea voluntariè, & liberalitèr tribuunt, & offerunt Sacerdotibus in ordine ad ſuam congruam ſuſtentationem; Ergo ſi Sacerdos in vrgenti neceſſitate ſuſcipiat ea, quæ ſufficiunt ad ſuam congruam ſuſtentationem, non peccat, nec tenetur ad reſtitutionem. 13

Nec contra id facit conſtitutio, & decretum Vrbani quia inſtante vrgenti neceſſitate, lex Vrbana de non accipiendo plura ſtipendia pro vna Miſſa non obligat, ergo cum alias de iure diuino id poſſit efficere Sacerdos, non eſt cur ab hoc impediatur. Antecedens patet, quia lex iſta humana Vrbani VIII. non plus obligat, quam lex quod Canonicus, qui eſt abſens non lucretur diſtributiones, quæ dantur propter aſſiſtentiam in choro; & tamen ſi adeſt iuſta cauſa non intereſſendi, iuſte & licite quis retinet diſtributiones has, vt bene dicit Pelizarius, *tom.*5. *tract* 5. *cap.*8. *n.*146. *&* 147. ex Palao, & aliis, argumento manifeſto, *ex cap. vnico de cleric. non reſident. in* 6. Ergo ſtante iuſta cauſa ad accipiendum plura ſtipendia pro vna Miſſa, id licitè poterit efficere Sacerdos, non obſtante Vrbani VIII. prohibitione. 14

Confirmatur 12. quia Alexander VII. inter propoſitiones, quas condemnauit, & ſub anathemate prohibuit, non poſuit hanc, cum ibi alias opiniones de hac materia, ſtante Vrbani conſtitutione condemnauit, vt in decreto Alexandri videre eſt, ergo ſignum eſt, quod hanc ſententiam probabilem intrinſece, & extrinſece iudicauit: Ergo Sacerdos illam ſequendo nullo periculo ſe exponit. 15

Confirmatur 13. Quia ſtante extrema neceſſitate, poteſt Sacerdos ſatisfacere vna Miſſa pluribus ſtipendiis, vt tradunt Suarez, *d.*86 *de Eucharistia, ſect.*4. *verbo dico ergo*, Villalobos, *p.*1. *tract.*8. *diff.*16. *n.*2. Fraxinetus, *de obligat. Sacerdotis ſect.*5. *in corollario, n.*5. Marcetus, *de ſacram. q.*83. *art.*2. *dub.*3. *notabili* 3. Lezana, *tom.*5. *cap.*21. *num.*5. Franciſcus de Lugo, *lib.*5. *de ſacram. cap.*12. *q.*4. *num.*2. Eſcobar, *tom.*2. *lib.*21. *ſect.*2. *problema* 138. *num.*604 Marchinus, *p.*2. *tract.*2. *de ſacrif. Miſſa, cap.*16. *n.*22. Ergo idem efficere poteſt in vrgenti neceſſitate. Patet conſequentia, quia extrema neceſſitas non alterat æqualitatem iuſtitiæ, ita vt faciat, quod pro aliquo miniſterio aliquid

plus

plus debitum ſit, quam alias eſſet ipſa ſecluſa, vt
optime ait Paſcaligus. *de ſacrificio*, *q.940.num.5.*
Ergo ſi Sacerdos in opinione prædictorum docto-
rum poteſt pluribus ſtipendiis vna Miſſa ſatisfa-
cere, hoc ideo eſt. quia id totum eſt debitum de
iure naturali prædicto miniſterio, exiſtente iuſta
cauſa, vt *ſuprà* diximus, ſed exiſtente vrgenti ne-
ceſſitate, vrget iuſta cauſa: Ergo ſicut in extrema
neceſſitate Sacerdos poteſt vnica Miſſa pluribus
ſatisfacere ſtipendiis, ita vrgente neceſſitate graui
16 paupertatis, licet non ſit extrema.

His ſic propoſitis, & prælibatis, vlterius pro-
grediebatur prædictus Sacerdos, Iuxta Chriſti
inſtitutionem, & iuxta naturale ius, quod nulla
lege Eccleſiæ inficiari poteſt, & iuxta rationabi-
lem voluntatem offerentium, Sacerdos pauper po-
teſt plura ſtipendia à pluribus accipere pro vna
Miſſa, quot ſufficiant ad ſuam congruam ſuſten-
tationem, vt huc vſque oſtenſum eſt; ſed ad con-
gruam ſuſtentationem Sacerdotis pertinet, non
ſolum victus, & veſtitus, & habitatio pro ſe, ſed
pro patre, & matre, pro filiis, & ſororibus, & pro
famulis neceſſario eis inſeruientibus; ergo Sacer-
dos, ſiue ſæcularis, ſiue regularis pro his omnibus
ſumendo Miſſarum eleemoſynas, non operatur in-
iuſte, nec tenetur ad reſtitutionem.

Minor in quo eſt difficultas, præterquam quod
eam doceant Caietan. 2. 2. *q.100. art.* 34. Bañes,
quem refert Henriquez, *lib 9. de Miſſa, cap.* 22.
17 *n.4. in comment. lit. A*, & cum Orelana, Vela, *in
ſumma, tom.2.cap. 41. caſu* 1. Cabeçudo, 3. *p. tom.
3.art.2. dub. 10. de ſacrificio concluſione* 4. Proba-
tur ratione quia filij de iure naturæ tenentur ale-
re parentes, & parentes filios, & ſorores exiſten-
tes in vrgenti neceſſitate; nec habeotes vnde ali-
ter ſuſtententur; Ergo Sacerdos pro ſuorum ſu-
ſtentatione plura accipiendo Miſſarum ſtipendia,
pro congrua ſibi debita accipit; ergo nulli facit
injuriam, nec decretum Vrbani id prohibet, cum
nulli offerenti ſtipendium fiat injuria, ſiquidem ei
applicatur integrum ſacrificium, & ſtipendium
non profane expenditur, ſed in illo ad quod Sacer-
dos iure ipſo naturæ obligatur.

18 Confirmatur: quia in ſententia Thomæ Hur-
tadi. *de ſuſtentatione appendice* 1. *n.495.* Ludouici
à S. Ioanne, *in ſumma*, *q.10. art.6. ad* 2. In con-
ventibus Religioſorum pauperum poteſt ſumi ex
Miſſarum ſtipendiis ea, quæ deſunt prouentibus
annuis, & conſuetis eleemoſynis, ad congruam
ſuſtentationem ſtrictam conuentus, ad ſoluenda
debita contracta ad congruam ſuſtentationem ſibi
& potus, habitationis. ornamentorum altaris, re-
parationis domus, & ſimilia, etſi conuentus plures
habeat religioſos, quam decreuit conſtitutio Vr-
bana, cum talis lex Vrbana, præſertim in Hiſpa-
nia, practicari ſit moraliter impoſſibile, & de
facto non fuit executioni mandata, vidente id
Papa, & non contradicente: ergo idem poterit effi-
cere quilibet Sacerdos pro ſua familia, quam iu-
re naturali tenetur ſuſtentare, & hæc videtur
genuina, & fere omnium patrum communis in-
telligentia illius dicti Pauli 1. *ad Corinth.* 9. *qui
altari ſeruit, de altari viuere debet*, hoc eſt ſi alias
non habeat vnde viuat, & alium qui eum alat non
habeat in terra.

19 Ex quibus omnibus ſic prælibatis concluſit
prædictus Sacerdos, quod cum non haberet ſuf-
ficiens patrimonium, vt ſe, & parentes, filios, &
ſorores poſſet ſuſtentare, & alias ſibi decens non
eſſet pro eis ſubveniendis mendicare, licitum ei
eſſe ex ſtipendiis fidelium voluntariè oblatis ſu-
mere pro his omnibus neceſſaria, offerendo pro
eis omnia ſua ſacrificia, & quotidie pro eis ſacri-
ficando Hæc mihi legit ex quadam ſchedula, quam
ſecum deferebat ille Sacerdos, poſtulans vt quod
mihi de probabilitate huius ſententiæ videretur,
ei conſulerem.

RESPONSIO AVTHORIS.

ATtente audiui ratiocinationem illius docti
Sacerdotis, quam equidem ex Thom. Hurta-
do, ebibit; Et fateor rationes non eſſe contem-
ptibiles. Verum ſi fas eſt dicere quod cenſeo, 20
nunquam in eam ſententiam adduci potui, quod
Sacerdos pauper ex ſacrificio poſſet ſumere con-
gruam ſuſtentationem, etiam in vrgenti neceſſi-
tate; de qua ſolum eſt ſermo in præſenti. Vnde
clare reſpondi prædicto Sacerdoti, illum prædicta
non poſſe efficere, & teneri ad reſtitutionem, ſi
habet vnde reſtituat. Ita cum bonacina, F. gun-
dez, Auerſa, Toleto, Eſcobar, *tom.2.lib.21.ſect.2,
de Miſſa problema* 158. *n.603.* & cum Nauarro, 21
Corduba, Suario, Couarruuias, Azorio. Gutieres,
Marchinus, *p. 2. tract.3. de ſacrificio*, *cap.* 16.
n. 22. Gerſon, Ioan. Andreas, Archidiaconus,
Corduba, D. Antoninus, Vaſquius, Leſſius, Me-
dina, Rodriguez, Miranda, Reginaldus, Conin-
chius, Villalobos, Machadus, Poſſeuinus, Grana-
dus, Decaſtillus, Bauniús, Alphonſus de Leone,
Lugo Cardin. Lezana, Franciſcus de Lugo, Tam-
burinus, Nouarrius, quos refert, & ſequitur Paſcali-
gus, *de ſacrificio*, *q.539.n.3.*

Ratio fundamentalis eſt, quia de iure diuino,
ſolum poſſunt Sacerdotes ſuſtentari ex eleemo- 22
ſynis, quas fideles voluntariè, & liberè offerunt
pro Miſſis ſibi dicendis; Atqui nullus fidelis vo-
luntarie, & libere offert eleemoſynam pro vna
Miſſa, niſi cum pacto, quod ad participandum
in illa Miſſa nullus alius admittatur quoad fru- 23
ctum medium; ergo Sacerdos admittens alios ad
participationem illius fructus medij. non recipit
eleemoſynas à fidelibus liberè dantibus. Maior
probatur, quia populus iam concurrit obligatio-
ni, quam habebat de iure diuino alendi Sacer- 24
dotes per exhibitionem decimarum, & obligatio,
quæ vnicuique remanet concurrendi ad ſuſten-
tationem Sacerdotis ſacrificantis pro ſe ipſo, non
eſt ad integram ſuſtentationem, ſed ad partem;
nam alia pars iam determinata eſt ab Eccleſia per 25
patrimonium; ſine quo nullum permittit ordina-
ri, vel per beneficium proveniens ex decimis;
cum ergo poſtulans Miſſam, iam contulerit ſti- 26
pendium, quod ſtatuit Eccleſia, iam ſatisfe-
cit omni quod habebat ex iure diuino, Ergo re-
ſiduum quod Sacerdos ſuſcipit pro ipſa Miſſa,
accipit contra voluntatem dantis, ſiquidem
nullus vult pro ſe fieri ſacrificium altaris quoad
fructuum medium, niſi alij in eo non admittan- 27
tur; Ergo Sacerdos alios ad participationem
prædicti effectus admittens, non efficit ſuam
eleemoſynam, ſiquidem illius non poteſt 28
acquirere dominium contra voluntatem dan-
tis.

Dices, voluntatem offerentis ſtipem, debere
in conditionibus appoſitis pro ſacrificio altaris
poſtulato conformari intentioni Chriſti, vt ſit re-
cta, alias conditio appoſita habebitur vt turpis, &

R 2 tanquam

tanquam non adlecta; ſed intentio Chriſti eſt, quod Sacerdos ſeruiens altari, de eo viuat iuxta illud *Pauli*, qui altari ſeruit, de altari viuere debet: ergo quidquid ad victum requiritur, ab altari & ab eleemoſynis fidelium poteſt aſſumere Sacerdos, vt ſibi debitum ex vi miniſterij ſui. Reſpondetur concedendo maiorem. Ad minorem

29 Reſpondetur, intentionem Chriſti eſſe, quod Sacerdos ſeruiens altari de eo viuat iuxta menſuram ſeruitij ſui, non enim eſt intentio Chriſti, vt ex ſola Miſſa viuat Sacerdos, ſed ex omnibus aliis miniſteriis Sacerdotij, quæ exercent alij Sacerdotes. Et ratio à priori eſt, quia obligatio oriens ex iure naturali, & diuino miniſtrandi ſuſtentationem Sacerdotibus exhibentibus nobis ſuum miniſterium eſt cum proportione ad ipſum miniſterium, quia ſi eſt dignus operarius mercede ſua, vt

30 ait Chriſtus *Luca* 10. exhibens maius miniſterium eſt dignus maiori ſtipendio, cum ergo miniſterium celebrandi non occupet totum, quod exhibere poteſt Sacerdos, ſed tantum partem, & relinquat locum pro aliis miniſteriis, non fundabit ius ad totam, & integram ſuſtentationem, ſed ad partem; alioqui non maior ſubſtentatio deberetur parocho, qui tota die occupatur in miniſtratione

31 Sacramentorum, ac cæteris functionibus Eccleſiaſticis, quam deberetur ſimplici clerico, qui vnica vice celebrationi inſeruiret. Ita Reſpondet Paſcaligus, *de ſacrificio*, q. 939. *num*.9. *&* q.923. *num*.8.*&* 11.

32 Dices, omnes Epiſcopi à principio naſcentis Eccleſiæ taxarunt talem eleemoſynam pro qualibet Miſſa, vt ea ſola ſufficeret pro integra ſuſtentatione Sacerdotis; tempore enim antiquo, duæ vigenæ cum dimidia, Luſitanè *meo toſtam*, quod erat minimum ſtipendium taxatum, in Epiſcopatibus huius Luſitaniæ Regni, erat integra ſuſtentatio Sacerdotis, eo quod tunc res minori pretio comparabantur, & quod nunc vna vigena comparatur, hodie non ſufficiunt decem, vt patet in hoc regno, in quo tempore Ioannis 2. Regis taxatum fuit modium tritici vigena vna, & dimidia, Luſitane *trinta reis*, vt conſtat ex chronica huius Regni, & hodie duodecim vigenis non reperitur: ergo patres antiqui illius temporis, & tota Eccleſia intellexere hanc fuiſſe Chriſti intentionem, quod Sacerdos integram ſuſtentationem è Miſſæ ſacrificio reciperet; ſiquidem eis aſſignabant ſtipendium, quo integra ſuſtentatio haberi poſſet; Atqui hodie res cariores factæ ſunt, & pluris valent; ergo vt Chriſti, & antiquorum Patrum intentioni conformemur, vel ſtipendium debet augeri iuxta argumentum pretij, quod res decurſu temporis habuere, vt bene ait Paſcaligus, q. 925. Lex enim, & conſuetudo habet tacitam conditionem, quod permaneant res in eodem ſtatu, vel Sacerdos id iuſte efficere poteſt, ſumendo pro qualibet Miſſa ſtipendium commenſuratum taxæ antiquæ, & valori antiquo rerum, quia quæ nunc binis argenteis emuntur, tunc propter pecuniæ penuriam, vnico ſolo emebantur, vt bene notant, & docent Petrus Nauarra, *lib*. 2. *de reſtitutione*, *cap*.2. *n* 330. & Aragonius, *de iuſtitia*, *& iure* q. 85. *art*. 3. § *his non obſtantibus*, apud Marchinam, *tract*. 3. *p*. 2. *cap*. 16 *de ſacrificio*, n. 7.

33 Reſpondeo cum Paſcaligo, q. 924. *n* 4. *&* 926. *n*. 5. Quod in taxatione ſtipendij Miſſarum; non ſolum concurrit obligatio iuris naturalis de miniſtranda debita ſuſtentatione Sacerdoti, alias poſſet quis ſine beneficio, & patrimonio ordinari, contra Tridentinum, *ſeſſ*. 21. *de reformatione*, *cap*. 2. Sed etiam attenditur ratio qualitatis, & dignitatis miniſterij, quo enim magis eſt dignum miniſterium, eo etiam magis dignum ſupponit miniſtrum, & maior dignitas perſonæ exhibenris miniſterium fundat ius ad maiorem recognitionem, attenditur etiam in taxatione ſtipendij Miſſæ deuotio commendantis Miſſas, qui cum habeat pro fine fructum ſacrificij, quo maius eſt ſtipendium, eo maior eſt fructus, ſiquidem maius erogans ſtipendium, magis influit in oblationem ſacrificij. Hinc factum fuit, quod antiquitus Epiſcopi attendentes ad dignitatem miniſtri, ad deuotionem erogantium eleemoſynas, & etiam ad aliquam partem ſuſtentationis Sacerdotis, taxauerunt ſtipendium, ita amplum pro illo tempore, quia tunc minor erat numerus Sacerdotum, ac per conſequens minor numerus Miſſarum, vnde vt ex vna Miſſa quilibet reciperet fructum, qui reſultat ex maiori eleemoſyna, quem poſſet recipere è duabus, ſi minor foret eleemoſyna, ideo tam amplum taxarunt Patres illius temporis ſtipendium; At quia iam nunc adeſt infinitus Sacerdotum numerus, & Miſſæ multæ ſunt, non eſt neceſſe amplum taxare ſtipendium, cum fideles ſi velint plus impendere in celebratione Miſſarum, poſſunt plures Miſſas facere dicere è quibus reportabunt illum fructum, qui adreſcebat antiquitus ex maiori eleemoſyna.

Tum, quia eo tempore neceſſe fuit attendere ad maiorem deuotionem Fidelium, conſtituendo ita pingue ſtipendium, quia tunc non erant in Eccleſia Dei tot Religioſi pauperes, circa quos charitatem exercerent; At hodie cum tot ſint, circa quos exercent charitatem eos ſuſtentando, noluere Epiſcopi fideles magis grauare augendo ſtipendium Miſſarum, ne ſic grauati deſiſterent à ſuſtentatione religioſorum pauperum, & cum alias relinquant ſtipendium ſecundum dignitatem miniſtri, & ſufficiens ad mediam ſuſtentationem Sacerdotis, non curarunt de augenda taxa, quæ quidem non videtur iniuſta, cum ſit iuxta circumſtantias loci, & temporis, ſecundum quas circumſtantias habenda eſt ratio in taxatione ſtipendij, vt cum Caietano, Soto Aragonio, Henriquez, & aliis notauit Paſcaligus. q. 925. n. 1. Quod ſi alicubi videatur ſtipendium minus iuſtum, conquerantur Sacerdotes coram Epiſcopo, vt illud ad maiorem ſummam eleuet. ad Epiſcopum enim pertinet taxatio ſtipendij Miſſæ, ſi conſuetudine taxarum non ſit, vt cum communi ſententia notat Paſcaligus. q. 926. n. 1. Interim tamen, dum Epiſcopus vel conſuetudo non eleuat, & auget ſtipendium, tenetur quilibet Sacerdos, etiam regularis contentus eſſe ſolo ſtipendio, taxato, ſi quidem tenetur obſeruare legem ſancitam pro recto regimine communitatis, & in materia in qua facile ſcandalum oriri poteſt, vt notat Paſcaligus, q. 929. n. 5. Nec poteſt conqueri, quod ſtipendium ſit iniuſtum, cum illud ſtipendium cenſeatur iuſtum, quod lege vniuerſali, vel vniuerſali conſuetudine ſancitum eſt; vnde ſi maius ſtipendium clam accipiat, tenetur exceſſum reſtituere, vt cum Azorio, Ledeſma, Molpheſio; Bonacina, Vaſquio, Nugno, Suario, Rodriguez, Miranda, Franchineto, Fauſto, docet Paſcaligus, *quæſt*. 929. *n*. 1. *&* 8.

Secundo probatur noſtra ſententia, Quia paupertas

34 pertas non præbet titulum violandi iuſtitiam, &
proinde neque etiam ad exigendum pro miniſte-
rio aliquid vltra iuſtum ſtipendium, neque ad de-
cipiendum aliquem in contractu; ergo non dat
titulum ad recipienda plura ſtipendia exhibita
35 pro pluribus miſſis, vt inſeruiant pro vna Miſſa,
nam in hoc violatur iuſtitia. Tum quia accipitur
pluſquam ſit iuſtum ſtipendium pro miniſterio,
inuito exhibente; tum quia non ſatisfit obliga-
tioni anneaæ ſtipendio, & quæ ſimul cum ipſo
ſuſcipitur, aut ſaltem debet ſuſcipi, tum de iure
diuino, tum de iure poſitiuo; tum quia accipien-
do plura ſtipendia pro pluribus Miſſis, & eas
non celebrando, ſed celebrando vnam pro plu-
ribus ſtipendiis decipit poſtulantes Miſſas in re
graui.

Dices, licet Paupertas non ſit ſufficiens titu-
lus, vt poſſit Sacerdos accipere aliquid vltra iu-
ſtum ſtipendium, eſſe tamen titulum iuſtum, vt
ſtipendium ſit ſufficiens pro ſuſtentatione. Ve-
rum hoc non poteſt ſubſiſtere, quia cum iſtud ſti-
pendium conſiderandum ſit in ordine ad miniſte-
rium, ſemper eſt idem, ſiue Sacerdos ſit pau-
36 per, ſiue non, præſertim quia paupertas eſt titu-
lus ad exigendum eleemoſynam, non autem ad
exigendum maius ſtipendium eſt iuſtitia. Dein-
de dato quod eſſet iuſtus titulus ad maius ſtipen-
dium, non tamen erit iuſtus titulus ad vnien-
dum in vnum plura ſtipendia, quæ data ſunt pro
pluribus miſſis, & pro quibus ea acceptans ſe
obligauit.

37 Dices, conſtitutum in paupertate non teneri
ſoluere debita ſubtrahendo ſibi debitam ſuſten-
tationem; ergo nec Sacerdos tenetur ſoluere de-
bitum celebrandi tot Miſſas, quot accepit ſtipen-
dia, ſed poteſt vnica ſatisfacere pluribus, quia
ſoluit quantum poteſt; ſed neque hos iuuat, quia
ad ſummum ſequeretur, quod ſi iam contraxit de-
bitum celebrandi plures Miſſas, & non potuit ab-
ſtinere ob paupertatem ab acceptatione nouorum
ſtipendiorum, excuſaretur à celebratione præce-
dentium Miſſarum pro tunc remanente tamen
ſemper obligatione ſatisfaciendi quando poterit,
ſicut remanet in debitore, non autem quod poſſit
vnire plura ſtipendia in vnum pro vna Miſſa;
Deinde hoc ſolum poteſt locum habere, ſi pau-
pertas ſuperueniret, contracta iam obligatione
celebrationis Miſſarum, non autem facit pauper-
tas, quod poſſit acceptare plura ſtipendia exhibi-
ta pro pluribus Miſſis, & ſatisfacere vnica tan-
tum. Nam debet alio modo licito conſulere ſuæ
paupertati, non autem modo illicito, qui ſit con-
tra iuſtitiam, & contineat deceptionem; vt eſſet
accipere plura ſtipendia pro vna Miſſa, vt con-
ſtat ex dictis.

38 Tertiò probatur noſtra ſententia: Quia Sacer-
dos accipiens ſtipendium taxatum conſentit in
petitionem exhibentis ſtipendium, non datur ſub
onere celebrandi vnam Miſſam, ac proinde acce-
ptatio eſt conſenſus in onus; vel ergo intendit ſe
obligare ad illam celebrandam illo ſtipendio ta-
xato, & tunc cedit iuri ſuo exigendi maius ſtipen-
dium, vel non intendit ſe obligare, & tunc cum
ſignum externum præſeferat animum ſe obligan-
di, dum non intendit ſe obligare, decipit exhi-
bentem ſtipendium, nec illud facit ſuum, quia
non acceptat illud ſub onere, ſub quo datur, &
dum plura ſtipendia reducit ad vnum ſtipendium
iuxta ſuam congruam ſuſtentationem contractas
alienum inuito domino, & facit id quod eſt con-
tra eius voluntatem, quia vult vt ſe declaret, quod
quodlibet ex illis ſtipendiis taxatis inſeruiat pro
qualibet Miſſa.

Dices illa ita acceptare neceſſitate compulſum,
ſicut qui acceptat mutuam pecuniam ſub vſuris. Ve-
rum hoc non iuuat, quia qui acceptat pecuniam
ſub vſuris ſcit, quod dans ad vſuram non poteſt
dare, & quod ſemper tenetur vſuras reſtituere; At
Sacerdos acceptans ſtipendium taxatum ſcit, quod
poteſt acceptare, & iis contentus eſſe, & ideò
tenet acceptatio ſub onere ſub quo datur ſtipen- 39
dium. Deinde paupertas non dat ius decipiendi, nec
aliter recipiendi, aut ſub alia forma alienam pecu-
niam, quam à domino exhibetur.

Dices: Si famulus obliget ſuum famulatum
domino mercede minori, quam ſit iuxta, eo quod
dominus non vult amplius exhibere, poteſt ſe 40
indemnem ſeruare, reſarciendo occulte damnum,
quia dum dominus conſentit contractui, ſubit obli-
gationem, quæ intrinſece ineſt contractui, quæ eſt
de æqualitate mercedis, ſicuti petenti mutuum, &
promittenti vſuras, non debentur vſuræ, licet pro-
miſſione illarum inducatur ad mutuandum vſura-
rius, quia mutuans obligat ſe ad leges intrinſecas
mutui; ergo etiam Sacerdos, qui promittit Miſſas
ob ſtipendium inferius ſibi debitum iuxta ſuam ſu-
ſtentationem, ad quod iure diuino habet ius ex vi
miniſterij ſui, poterit ſe indemnem ſeruare plura
ſtipendia vſque ad debitam ſuſtentationem coniun-
gendo pro vna Miſſa; licèt poſtulans Miſſam in-
ducatur ad dandum ſtipendium ex promiſſione di-
cendi tot Miſſas, quot ſtipendia, quia poſtulans
Miſſam obligat ſe ad legem Diuinam intrinſecam
dandi iuſtum ſtipendium, & hoc iuxta ius diui-
num eſt integra Sacerdotis ſuſtentatio, vt ait Pau-
lus, *1. ad Corint. 9. qui altari ſeruit, de altari
viuere debet.*

Reſpondeo nequaquam talem famulum poſſe
ſe indemnem ſeruare, quia cum ſit in eius liber-
tate locare ſuum famulatum, quacumque mercede,
quæ ſit minor iuſta, aut etiam gratis exhibere,
cum locat minori mercede, cedit iuri ſuo abſque
vlla coactione, quia paupertas non eſt cauſa ex-
trinſeca, quæ inferat coactionem, ac proinde di-
catur vim pati; & damnificari. Vnde cum non ha-
beat aliquod damnum, non poteſt ſe indemnem
ſeruare, vt poteſt ille, qui per vim obligatur ſerui-
re. Accedit etiam, quod vel reperit maiorem mer-
cedem pro ſuo famulatu, & tunc ſi contentus
eſt locare tribuenti minorem mercedem, euidens
eſt quod omnino libere eligit minorem merce-
dem, ita vt neque ratione paupertatis eligat,
vel non reperit, & tunc habetur pro iuſta merce-
de, quæ reperitur, quia ſicut emptorum raritas facit
vileſcere merces, ita etiam non repertio domi-
nos; qui conducant ſeruos, facit vileſcere eorum
famulatum.

Nec eſt eadem ratio de promittente vſuras,
quia hæc promiſſio cum ſit de eo, quod licite exi-
gi non poteſt; non inducit obligationem, & dans
mutuum non poteſt exigere vſuras, non quia ra-
tione mutui ſe obliget ad non petendas, ſed quia
vſuræ repugnant mutuationi; & ſunt de iure na-
turæ prohibitæ; quod non contingit in accep-
tando famulatu alicuius; nam ſicut licite poteſt
exhiberi minori mercede; ita etiam acceptari, nec
acceptans tenetur ſe obligare ad iuſtam merce-
dem, quia talis obligatio non venit in conſequen-

K 3 tiam

tiam ad contractum, nec eſt ab ipſo inſeparabilis cum abſque iniuſtitia poſſit ſeparari, ſicut de facto ſeparatur conſenſu partium; vnde idem dicendum eſt de acceptante ſtipendia ſecundum taxam pro Miſſis, quia cum licitè fieri poſſit, & interueniat conſenſus, non patitur Sacerdos aliquod damnum, cum volenti non fiat iniuria, & ideò non relinquitur ei locus indemnem ſe ſeruandi.

Quæ adeò vera exiſtimo, quod ſi Sacerdos accipiat etiam minus ſtipendium pro qualibet Miſſa taxato, exiſtimo non poſſe ea vnire, & reducere ad ſtipendium taxatum, minuendo numerum Miſſarum propter rationem huc vſque dictam, alias argumentum factum etiam in caſu præcedenti optime procedit, vnde vt ab argumento facto nos liberemus, id neceſſarium, licet durum nimis videatur, à nobis concedendum eſt, etiam in hoc caſu, vt illud concedunt Palaus *p. 4. tr. 22. d. vnica p. 14. num. 6.* Bonac. *d. 4. de ſacrament. q. 7. §. 2. num.* 8. Baldell. *in ſumma verbo Miſſa. n.* 13. Tamb. *de iure Abbatum. tom. 2. d. 5. q. 9. num.* 21. Lugo. *lib. 5. de ſacram. c. 12. q. 5.* Auerſ. *q.* 11. de *Euch. ſect.* 17. Amic. *tom. 7. d. 33 ſect. 8. n.* 181. Trullench. *lib. 3. de ſacram. c. 8. dub. 11. n.* 8. Coninch. *de ſacr. q. 83. art. 1. d. 10. n.* 193. Et patet ex *decret. ſacræ Congregationis de celebratione Miſſarum. §. Deinde.* Quidquid alij dicant in contrarium, quos refert, & ſequitur Alter Tamb. *opuſc. de ſacr. Miſſ. lib. 3. c. 3. §. 3. n. 50. &* 53. Megala *reſ. 14. n. 45. & reſ. 63. n. 6.* Potiel *in dubiis regularibus verbo Miſſa. num.* 6. Baunius *p. 1. tract.* 10. *q.* 12. & alij.

Quartò probatur noſtra ſententia: Quia ex eo poſſet Sacerdos ſumere plura ſtipendia, quot ſufficiant pro ſua ſuſtentatione diurna pro Miſſa ſingulorum dierum, quia ratione miniſterij eſſet illi debita talis ſuſtentatio; ſed non eſt illi debita talis
41 ſuſtentatio, vt conſtat ex praxi, quæ declarat hoc debitum quale ſit: nam vbiubi ſiue attendatur conſuetudo, ſiue taxa per legem, ſtipendium eſt tantum, quod in illo loco ſufficiat pro integra ſuſtentatione, & decreta ſacræ Congregationis ſupponunt ſti-
42 pendium non debere ſufficere pro tota ſuſtentatione, dum volunt quod taxentur Miſſæ ſecundum conſuetudinem regionis, & Concilium Tridentinum idem ſentit, dum prohibet Sacerdotes alienare patrimonium, ad cuius titulum ſunt ordinati; vt ha-
43 beant vnde ſuſtententur, niſi obtineant æquiualens beneficium; ergo Sacerdos etiam pauper pro qualibet Miſſa non poteſt ſumere totam integram ſuſtentationem, ſed ſolum ſtipendium taxatum.

Quintò probatur, quia id diſponunt Decre-
44 ta ſacræ Congregationis, dum præcipiunt ſub atteſtatione Diuini Iudicij, quod tot Miſſæ celebrantur, quot fuerint præſcriptæ à dantibus ſtipendia, quod clariùs conſtat ex reſponſione ad ſecundum dubium ex propoſitis ſuper eodem decreto dum ait, eſſe celebrandum numerum Miſſarum præſcriptum à dante Eleemoſynam, neque excipit caſum paupertatis Sacerdotis, imò includit, dum præcepit, quod abſolutè hoc eſt, ſine vlla exceptione, tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem datæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint; ergo Sacerdos pauper non poteſt pro vna Miſſa ſumere tot ſtipendia, quot fuerint neceſſaria ad ſui ipſius ſuſtentationem, quanto magis ad ſuæ familiæ ſuſtentationem, per quod patet ad rationes noſtri Sacerdotis Conſulentis.

Reſpondetur argumentis in principio factis contra hanc noſtram ſententiam.

AD primum deductum ex authoritate illorum 45
Doctorum, qui ibi referuntur reſpondeo cum Paſcaligo, *q. 9. 7. de ſacrificio, n.* 6. Talem opinionem quatenus docet poſſe impleri plures obligationes ex accepto ſtipendio vnica Miſſa non eſſe ſequendam, quia non eſt probabile ſolutione incerta extingui debitum certum, nec quod ſatisfiat obligationi, ſi quod exhibetur non correſpondeat per omnia obligationi abſque periculo, quod creditor patiatur detrimentum, & non obtineat tantum quod debet obtinere. Secundo Reſpondetur, talem opinionem eſſe reiiciendam, vt pote deterrentem fideles à petitione Miſſarum, & ideo reiectam eſſe a ſacra Congregatione, ac per conſequens nullo modo conſulendam, ſed potius fugiendam, quidquid ſit de illius probabilitate.

Ad ſecundum ex ratione petitum Reſpon- 46
detur iure diuino naturali non teneri poſtulantem Miſſam dare totam ſuſtentationem Sacerdotis, ſed iuxta menſuram ſeruitij illius, iuxta illud Pauli, *qui altari ſeruit, de altare viuere debet*, hoc eſt, debet viuere iuxta ſeruitium, quod exhibet, dignus enim eſt operarius mercede ſua, non tamen dici poteſt, quod oblatio ſacrificij ſit adæquatum miniſterium Sacerdotis, aliàs non plus deberetur parocho, qui in adminiſtrandis Sacramentis, & ſacrificio tota die occupatur, quam ſimplici Sacerdoti ſolum celebranti, quod quam alienum ſit à ratione nemo eſt qui non videat? Et ad id quod ait de Gentilitate reſpondetur, quod dato quod gentiles darent totam ſuſtentationem ſuis Sacerdotibus falſæ deitatis, de quo nobis adhuc non conſtat, id tamen faciebant, quia non prouiderant de congrua ſubſtentatione talium Sacerdotum. At Eccleſia iam prouidit de ſuſtentatione ſuorum Sacerdotum, ſi quidem in Tridentino, 47
ſeſſ. 21. cap. 2. de reformatione prohibuit, quod nullus ſine beneficio, aut ſufficienti patrimonio ordinetur, alias ſuſtentetur ab Epiſcopo ordinante.

Ex quo fit, quod ſi quis decurſu temporis per- 48
diderit patrimonium, debet eſſe contentus ſtipendio taxato pro qualibet Miſſa, & aliquod opus honeſtum facere ad ſuam ſuſtentationem iuxta, *cap. clericus diſt. 91. vbi ex Conſil. Cartag. 4. cap. 5.* dicitur, clericus victum, & veſtitum ſibi artificioſo, vel agricultura, abſque officij ſui duntaxat detrimento paret. Quod ſi adeo inhabilis ſit vel ſenex quod ad nihil aliud deſeruire poſſit, niſi ad celebrandum, & alias careat patrimonio, quia vel illud prodige conſumpſit, vel amiſit, meliùs illi eſ-
ſet mendicare, vt ait Paſchalig. *q. 939. n.* 10. quam 49
non implere obligationem ex iuſtitia, quia mendicando non peccat, bene tamen non implendo obligationem ex iuſtitia.

Vel dicito, quod tunc haberet ſufficientem cau- 50
ſam, vt colore celebrandi Miſſas reciperet ſtipendia ſufficientia ad ſuam congruam ſuſtentationem, cum poſitus in ea neceſſitate mendicandi, ſit iuxta ſtatum Sacerdotis

in

in neceſſitate extrema, cum indecens ei ſit mendicare, vt bene notauit cum Villalobos, Franciſcus Dubal, *de ſacramentis, cap. 4. d.3. dub. 7. de Miſſa, n.* 283. Non tamen habet titulum, vt pro pluribus ſtipendiis poſſit ſatisfacere vnica Miſſa, nam in hoc intenderetur ſatisfactio ex iuſtitia, & exerceretur actus iniuſtitiæ, quia pro miniſterio fraudulenter extorqueretur ſtipendium ſupra iuſtum, & quod non deberetur pro ſtipendio, acciperetur tanquam ſtipendium, non autem tanquam aliàs debitum de iure naturali, intuitu extremæ neceſſitatis, vt optimè notauit Paſcaligus, *q.*940. *num.*8.

Hinc fit, Sacerdotem qui poſitus in prædicta extrema, vel etiam graui neceſſitate colore Miſſas
51 celebrandi plura ſtipendia accepit, & conſumpſit, etiamſi ad meliorem fortunam deueniat, non teneri prædictas Miſſas celebrare, ſi quidem talia ſtipendia, non titulo ſacrificandi accepit, ſed quia poſitus in extrema, vel graui neceſſitate alienum licite accipere poterat, vt rectè cum Syluestro, & Villalobos, notauit Dubal, *ſupra, n.* 288. *&*. 289. contra Arauium, *1.2. q.*32. *dub.* 2. *num.* 8. Satis enim probabilis eſt ſententia, quæ aſſerit eum, qui in graui, vel extrema neceſſitate alienum conſumpſit, non teneri poſtea, etſi ad meliorem fortunam deueniat, illud reſtituere; vt cum Villalobos, & Syluestro, notauit *ibi* Dubal. Bonum tamen conſilium erit, ſi talis Sacerdos ap-
52 plicet Miſſas, quas tunc dicit pro illis ſtipendiis, quæ in neceſſitate extrema, vel graui conſumpſit, & ſimul pro nouis ſtipendiis, quæ pro illis recepit, ſiquidem hoc modo nullam facit iniuriam danti de nouo ſtipendium, & Sacrificium aliis prodeſt, ac ſi pro illis offerretur, iuxta opinionem dicentem ſacrificium eſſe infiniti valoris, & tantum valorem vni, quam pluribus applicatum. Ita & rectè Dubal. *ſuprà, n.*288.

53 Ad primam Confirmationem Reſpondetur tacitum conſenſum Eccleſiæ ſolum eſſe, vt Sacerdos habeat ſuſtentationem iuxta menſuram miniſterij ſui, dignus eſt enim operarius mercede ſua, vnde cum totum miniſterium Sacerdotis non ſit ſolum Miſſa, non intendit Eccleſia, quod ex ea habeat totam ſuſtentationem, vt *ſuprà* diximus. Vnde Sacerdos accipiens plus ſtipendio taxato, non conformatur Eccleſiæ intentioni taxatio enim ſtipendij declarat, quod taxatum ſtipendium ſit iuſtum, ſecundum menſuram obligationis ſubminiſtrandi ſuſtentationem: ergo ſi Sacerdotes acceperint maius ſtipendium taxato, oſtendent ſe velle pluſquam de iure naturali, & diuino illis debetur à commendantibus Miſſas, & præbebunt occaſionem murmurationibus, vt optime ait Paſcaligus, *de ſacrificio, q.*926 *n.*6.

54 Ad ſecundam Confirmationem Reſpondetur Sacerdotem habere ex Chriſti inſtitutione poteſtatem viuendi ex ſumptibus fidelium, iuxta menſuram miniſterij ſui, vt *ſuprà* diximus, & non vltra. Vnde in hoc ſenſu explicandus eſt S. Auguſtinus, & Angelicus præceptor. Ad tertiam Confirmationem Reſpondetur Sacerdotem à nemine poſſe prohiberi, quod ex miniſteriis officij ſui, & ex eleemoſynis pro illis oblatis à fidelibus ſuſtentationem congruam non accipiat, iuxta menſuram miniſterij ſui, vt *ſuprà* diximus, poſſe tamen prohiberi, & de facto prohibetur, ne pro ſola Miſſa accipiat integram ſuſtentationem, nam id iure di-
56 uino, & naturali non eſt ei debitum, cum Miſſa non ſit totum miniſterium Sacerdotis, & alias Eccleſia iam prouiderit, quod quilibet Sacerdos habeat ſuum patrimonium, vel beneficium; quod ſi iam conſumpſit, quærat aliud medium honeſtum, quo victum quærat, & non alienum inuito domino ſubripiat.

Ad quartam Confirmationem Reſpondetur, 57
quod ſiue ſacrificium ſit finiti ſiue infiniti valoris, nullo modo Sacerdotem poſſe accipere pro vna Miſſa, niſi ſtipendium taxatum, vnde ſi amplius recipiat, facit iniuriam danti ſtipendium. Nec obſtat id, quod ait argumentum, ſacerdotem dare vnicuique integrum ſacrificium. Reſpondetur namque, quod etiam ſtando in illa opinione, quod ſacrificium pro pluribus oblatum, tantum proſit vni; quam pluribus, adhuc Sacerdotem non tribuere danti ſtipendium id, quod donans petit, & Sacerdos promiſit; nam donans petit ſacrificium ſine conſortio alterius in fructu medio, quod cum non faciat Sacerdos, non dat quod promiſit, ac per conſequens facit iniuriam danti ſtipendium, qui ſi tale quid ſciret, minime daret ſtipendium pro tali ſacrificio, vt nolit ſacrificium ſub opinione, ſed certum: Nec obſtat quod Sacerdos id non faciat ex auaritia, ſed ex neceſſitate, nam neceſſitas erit titulus ad ſurripiendum alienum; non tamen ad hoc, vt vnum ſacrificium ſatisfaciat pluribus ſtipendiis, vt infrà dicemus.

Ad quintam Confirmationem Reſpondetur 58
de hoc dari decretum ſacræ Congregationis, in quo expreſſe præcipit ſub atteſtatione Diuini iudicij, quod tot Miſſæ celebrentur, quot fuerint præſcriptæ à dantibus ſtipendia, neque excludit caſum paupertatis, imo virtualiter includit, dum præcipit, quod abſolute, hoc eſt ſine exceptione tot Miſſæ celebrentur, quot fuerint attributæ eleemoſynæ, & licet aliqui DD. illam conſtitutionem ita velint intelligi, vt non includat caſum vrgentis neceſſitatis, contraria declaratio eſt magis conformior legi, ac per conſequens ſequenda, & conſolenda, quidquid ſit de opinione illorum Doctorum.

Ad ſextam confirmationem reſpondetur, ne- 59
gando ſecundam partem antecedentis: Ad probationem reſpondetur dari diuerſam rationem; nam reſtitutio cum ſit præceptum affirmatiuum non obligat ſemper, ſed ſuo tempore, & certis circunſtantiis concurrentibus, vnde multæ poſſunt eſſe cauſæ, quæ per aliquod tempus excuſent à reſtitutione, non tamen vt quis fiat Dominus rei non reſtitutæ, nam hoc licet ob aliquam cauſam retineatur, ſemper eſt domini ſui, quod non accidit in Sacerdote, qui plura ſubripuit ſtipendia pro vna Miſſa, nam hic in ſententia horum doctorum fit
dominus illorum ſtipendiorum, paupertatem autem 60
certum eſt non eſſe titulum ſurripiendi alienum, niſi ſit extrema, vel grauis in aliquorum opinione, de quo non agimus in præſenti.

Ad id autem quod ait argumentum de occaſio- 61
ne proxima, & periculo peccati reſpondetur occaſionem proximam, & periculum peccati in ſe non eſſe peccatum, niſi libere, & voluntarie ſumantur, quatenus infallibiliter, & moraliter inducunt ad peccatum, ſecus ſi ex vrgenti cauſa, & inuoluntariè quis in eis ponatur, vt *ſuprà* diximus: & ſuſceptio plurium ſtipendiorum ex cauſa
vrgenti pro vna Miſſa eſt in ſe peccatum, quia eſt 62
acceptio, & contrectatio rei alienæ, inuito domino.

domino, quæ in nullo caſu, excepto extremæ,
vel gravis neceſſitatis licitum eſſe poteſt, in præ-
ſenti autem non agimus, an quis in neceſſitate
extrema, vel gravi poſſit ſurripere alienum; ſed
an in vrgenti neceſſitate; vnica Miſſa ex iuſtitia
ſatisfaciat pluribus ſtipendiis,& id ſolum eſt quod
63 negamus, non verò quod ex iure naturali in ne-
ceſſitate gravi, vel extrema, poſſit ſurripere alie-
num; hæc enim eſt alia quæſtio, de qua non agi-
mus in præſenti; & illam vt probabiliſſimam ſup-
ponimus, vt *ſuprà* diximus in reſponſione ad pri-
mum argumentum.

64 Ad ſeptimam Confirmationem, conceſſo an-
tecedenti negatur conſequentia. Ad probatio-
nem in contrarium reſpondetur, Sacerdoti de iu-
re dinino naturali non eſſe debitum ſtipendium,
niſi iuxta menſuram ſeruitij ſui, hoc autem non
eſt tota ſuſtentatio, ſed pars, & hanc partem ſo-
lum intendunt, & volunt fideles exhibere, nam
altera pars ſuſtentationis, quæ Sacerdotibus etiam
erat debita de iure diuino, iam de ea Eccleſia &
fideles prouiderunt per decimas, vel patrimonium,
Vnde ſi amplius à Sacerdote ſuſcipiatur, ſuſcipi-
tur invitis dominis, & vltra propriam ſuſtenta-
tionem, nam ſuſtentatio integra ſumitur ex deci-
mis, vel patrimonio, & ex ſtipendio taxato; ſed
hoc totum iam habet quilibet Sacerdos, nam ſi
non recipit decimas, quia non habet beneficium,
habet ſuum patrimonium, & alías recipit taxatum
ſtipendium, quod eſt alia pars ſuſtentationis; ergo
ſi plus accipit, accipit vltra propriam, & debitam
de iure diuino ſuſtentationem, invitis dantibus,
qui ſolum intendunt dare id, ad quod iure naturali,
& diuino obligantur,

65 Ad octauam confirmationem reſpondetur, ne-
gando antecedens: non enim fideles dando elee-
moſynam ſolum intendunt; vt pro eis fiat in ſa-
crificio commemorario, ſed quod eis applicetur
fructus medius, ſine conſortio alterius in tali ap-
plicatione. Ad probationem in contrarium reſpon-
detur concedendo Chriſtum pro omnibus hoc
ſacrificium obtuliſſe,& idem facit Sacerdos, quoad
fructum generalem, imo & efficere poteſt pro
pluribus, quoad fructum medium, ſine detrimen-
to alicuius, ſiquidem eſt etiam infinitum extenſi-
ve, & æque multis, ac paucis prodeſt, vt bene
cum multis ait Marchinus, *tract.3. p.2. de ſacri-*
66 *ficio, cap.16, num.9.* Non poteſt tamen Sacerdos
pro vna Miſſa plura ſtipendia accipere, nam ſti-
pendium non datur, vt pretium Miſſæ, vel fru-
ctus eius, ſed vel pro labore, vel pro obligatio-
ne, & ſervitute illa celebrandi, vel ad miniſtri
aliqualem ſuſtentationem, iuxta varias ſententias,
ſed hæc omnia poſſunt legitimo, certoque pre-
tio taxari, quia non continent pretium infinitum;
ergo cum de facto ſtipendium taxatum ſit, non
poterit Sacerdos pro ſua volontate vel neceſſita-
te plura ſtipendia accipere, ſed ſolum ſuſtenta-
tionem iuxta menſuram ſervitij ſui, vt *ſuprà* di-
ximus, vel quantum æſtimabilis eſt labor ille
miniſtrandi, & ſervitus pro illo celebrandi, qui
ſtipendium concedit, quæ tria certo pretio definiri
poſſunt.

67 Ad nonam Confirmationem reſpondetur, Di-
ſtinguendo antecedens Sacerdos in neceſſitate
vrgenti conſtitutus habet ius vt ſuſtentetur à
fidelibus ex Miſſarum ſtipendiis diſtingo, quoad
totam ſuſtentationem nego, quoad menſuram
miniſterij præſtiti in celebrando concedo; vnde
ſi Sacerdos ex ſtipendiis ſumat totam ſuſtenta-
tionem dicendo vnam Miſſam pro pluribus ſti-
pendiis, offendit ius petentium Miſſas, vt ſuprà
diximus. Ad decimam Confirmationem Reſponde-
tur. Concedendo antecedens in ea opinione,
& negatur conſequentia; nam, vt ſuprà diximus;
quis in extrema, vel etiam graui neceſſitate, poteſt
ſurripere alienum, non tamen poteſt vnica Miſſa
multis ſtipendiis ſatisfacere, nam id eſſe iniuſtum,
iam *ſuprà* diximus.

Ad vndecimam Confirmationem Reſpondetur,
Fideles minimè velle, vel intendere quod Sacer-
dos neceſſitate preſſus vnica Miſſa pluris ſtipen-
diis ſatisfaciat, imò ſi id ſcirent, non ei ſuas da-
rent eleemoſynas pro Miſſis dicendis. Ad id verò 68
quod ait contra legem Vrbanam Reſpondetur,
negando antecedens. Nam conſtitutio illa eſt de-
claratoria iuris naturalis. Ad probationem Reſ-
pondetur, dari diuerſam rationem de lege præ-
ſcribente aſſiſtentiam in choro ad lucrandas diſtri-
butiones, Nam hæ diſtributiones ſecundum ius
commune, ex cauſa ægritudinis, vel abſentiæ in
euidentem vtilitatem Eccleſiæ ſunt conceſſæ non
intereſſentibus, vt patet ex *cap. ad audientiam de
Cleric.non reſident.* & ex textu *in cap.1. de Cleric.
ægrotan.vel debilit.* & facit textus *in l. arboribus,
§.de illo .ff de vſufructu*, textus in Clementina
vt hi qui, vt cum multis docet Saldas *conſil.20.
num.22.* Vnde cum hoc ſtatutum de non lucran-
dis diſtributionibus quotidianis niſi intereſſentes,
ſit conforme iuri communi, vt ex prædictis tex-
tibus patet, debet recipere eandem interpretatio-
nem, ac ſenſum, ac ius ipſum commune, *l. ius au-
tem ciuile à contrario ſenſu, ff.de iuſtitia & iure,
l.Cæſar, ff.de publica, & vectigal. l.2. C. de noxa-
libus, l.vlt. C.de teſtam. milit. cap.cum dilectus,*
& cum multis Saldas *ſuprà, num.22.* cum ergo ius
commune ex æquitate recipiat eam interpretatio-
nem, vt qui ægritudine, vel in euidentem vtilitatem
ſuæ Eccleſiæ detinetur, gaudeat fructibus,& diſtri-
butionibus quotidianis, idem de lege prohibente,
quod diſtributiones quotidianæ diſtribuantur ab-
ſentibus dicendum eſt.

Contrarium tamen dicendum eſt in lege Vrba-
na de recipiendo vno ſtipendio pro qualibet Miſ-
ſa. Nam cum hæc lex ſit declaratio iuris na-
turalis, & ius naturale in nullo caſu, etiam extre-
mæ neceſſitatis admittat vt clericus vna Miſſa
poſſit ſatisfacere duplici ſtipendio, idem dicen-
dum eſt de hac lege Vrbana, quæ illas tantum de-
bet admittere interpretationes, quæ fuerint con-
formes iuri naturali, ſecundum quod totum ex
priuilegio Pontificio id fieri poteſt. Nam tunc
Pontifex ſupplet effectum ſacrificij ex theſauro
Eccleſiæ, ne damnificetur contra iuſtitiam tribuens
ſtipendium, quæ priuilegia non pauca aliquibus
habuere regulares, ſecundum quæ poterant plura
ſumere, & vnire ſtipendia, etiam iuſta pro vna
Miſſa, quæ tamen hodie dormiunt, quidquid dicat
Coſaing. *ſuprà*, per quod patet ad argumen-
tum.

Ad duodecimam Confirmationem Reſponde- 69
tur, Alexandrum VII. non omnes propoſitiones
falſas condemnare ſed magis ſcandaloſas, hæc au-
tem cum clarè, & expreſsè non ſit prohibita ab
Vrbano VIII *in Decreto de celebratione Miſſarum.*
ideò non fuit ab Alexandro VII. damnata. Non
tamen inde infertur eſſe veram, nam à diuerſis
non fit illatio. Ad decimam tertiam Confirmatio-
nem

nem, negatur antecedens, licet enim Sacerdos in extrema neceſſitate poſſit colore celebrandi Miſſas plura ſumere ſtipendia ad ſe ſuſtentandum, vt *ſuprà* diximus, non tamen poteſt eis vnica Miſſa ſatisfacere, nam primum ei concedit ius naturale, non tamen ſecundum, vnde illa opinio illorum Doctorum reiicienda eſt, vel in hoc ſenſu explicanda, alias argumentum bene procedit.

70 Dices. D. Thomas, 1.2. *q.87.art.1.in corpore,* ait: *Eis qui diuino cultui miniſtrant ad ſalutē totius populi ratio naturalis dictat, quod populus neceſſaria victus miniſtret, ſicut & his, qui communi vtilitati inuigilant, ſcilicet principibus, & militibus ſtipendia victus debentur à populis.* Hæc D. Thomas: Ex quibus verbis ſic formo argumentum, Sacerdotibus cum pro ſalute populi inuigilent coram Deo ſacrificiis ſuis, & aliis actionibus, quibus Eccleſia taxauit ſtipendia, iſta debentur à populo præſtari, nonſecus, ac præſtantur Principi, aut militibus; ſed principi & militibus debetur à populo tota ſuſtentatio; ergo etiam debetur Sacerdotibus; ergo ſi ſtipendium taxatum ſuſtentationi Sacerdotis non fuerit ſufficiens, poteſt Sacerdos à pluribus de populo ea ſtipendia corrodere, quæ ſufficiunt ad expellendam indigentiam & mendicitatem; qua premitur, cum ex vi dignitatis ipſius, non ei deceat mendicare, & ad hoc ex vi inſtitutionis Sacerdotij; & populi obligatione, quilibet fidelis præbet conſenſum virtualem. Maior, & minor eſt D. Thomæ, conſequentia verò videtur certa in omnibus Sacerdotibus: in regularibus verò, qui ſolemnem paupertatem profitentur magis vrget, nam hi cum ex diſpoſitione Eccleſiæ pro populo continuo orent, ex vi talis ordinationis, populus tenetur eos congrue ſuſtentare, & ipſi ex altaris miniſterio poſſunt congruam ſuſcipere, ſi alias non habeant ſufficientes eleemoſynas liberas, & alios prouentus annuos, nec enim par eſt, vt qui abdicatis, & relictis omnibus ſe diuino ſeruitio, & orationi pro populo manciparunt; indigentia, & penuria in victu moleſtentur; ergo ſi indiguerint, ratio naturalis dictat; vt ex ſtipendiis altaris ſuſtententur, nec hoc eſt alienum, nec contra voluntatem rationabilem domini rapere, ſed debitum compenſare.

Reſpondetur cum Paſcaligo *q.903. num.9.* concedendo de iure naturali populum teneri ſuſtentare integre Sacerdotes, & Sacerdotes teneri offerre ſacrificium pro vniuerſo populo, ad ſatisfaciendum autem huic debito populi, introductæ ſunt decimæ, tanquam alimenta Sacerdotum, quæ ſubminiſtrari debent à populo, quia tamen decimæ inſeruiunt præcipuè pro his, qui in beneficium populi exercent munus Sacerdotale quoad curam animarum, ideo introductum eſt, vt obligatio Sacerdotum in offerendo ſacrificio determinaretur, vt offerretur in beneficium huius, potius quam alterius, ſeu ad inſtantiam ſingularium perſonarum, atque adeo, quod in his ſingularibus perſonis conſurgeret ſpecialis obligatio concurrendi ad ſuſtentationem Sacerdotis ad ſui inſtantiam impendentis ſuum miniſterium; At quia poſſent deeſſe perſonæ, qui vellent pro ſe ipſis Miſſam impendi, & quia durum viſum fuit, quod vna perſona daret totam congruam ſuſtentationem pro die, quâ Sacerdos pro ea celebraſſet, ſtatuit Eccleſia, quod quilibet Sacerdos, ſi non habuiſſet beneficium, haberet patrimonium, vt ex eo poſſet ſuſtentari, & hac ratione populus liberatur ab obligatione alendi particulares Sacerdotes, quia cum Eccleſia eis prouiderit, non eſt neceſſaria alia ſuſtentatio, & ſolum poſtulans Miſſam tenetur Sacerdoti dare ſtipendium taxatum ad adjuuandam eius ſuſtentationem.

Quod ſi contendas, adhuc hanc obligationem alendi integre Sacerdotes durare in populo, poſſet Sacerdos, etiam à non poſtulantibus Miſſas ſumere congruam ſuſtentationem celebrando pro eis, nam cum populus teneatur alere Sacerdotes iure naturali, etiam ab ipſis non petentibus Miſſas poſſet Sacerdos ſibi compenſare, quod huc vſque nemo dixit: Non ergo Sacerdos, ſiue ſæcularis, ſiue regularis poteſt ex ſtipendiis totam ſumere ſuſtentationem, ſed partem, *vt ſuprà* diximus, & aliam partem ex patrimonio ſibi ab Eccleſia applicato ad hanc ſuſtentationem, & regularis mendicans ab eleemoſynis fidelium, cum ei non ſit indecens mendicare, cum id ex inſtituto habeat,

Quod ſi Sacerdoti deſit patrimonium, & regularibus deſint eleemoſynæ voluntariæ, tunc non ideo inſurgit iterum obligatio naturalis in populo eum alendi, cum huic obligationi iam populus per exhibitionem decimarum ſatisfecerit, & aliis Sacerdotibus non beneficiatis ſit prouiſum ab Eccleſia per patrimonium, & ſtipendium taxatum; alias ſi à petente Miſſam tota congrua Sacerdoti fuiſſet exhibita pro die qua pro eo ſacrificauit, & Sacerdos illam ludo, vel caſu amiſiſſet, teneretur iterum ille, qui petiuit Miſſam, dare aliam congruam, quod nemo vnquam dixit; non ergo è Miſſa ſuſcipienda eſt tota congrua ſuſtentatio, ſed ſi patrimonium deſit, alio artificioſo, vel opere honeſto debet Sacerdos victum quærere, vt ius diſponit, quod ſi nec hoc ſufficiat, nec vires ſuppetant, habeat ſe Sacerdos tanquam in extrema neceſſitate conſtitutum, & tunc vtatur iure, quod à natura habet ſurripiendi alienum, quod etiam efficere poteſt ſuſcipiendo plura ſtipendia; quantum ſufficiat ad ſuam ſuſtentationem colore celebrandi, *vt ſuprà* diximus cum Villalob. & Dubal, non tamen exiſtimet ſe vnica Miſſa multis ſatisfacere ſtipendiis, *vt ſuprà* diximus.

Et ex his omnibus reſpondetur ad illationem 71
noſtri Sacerdotis conſulentis, quod dato, & non conceſſo, quod Sacerdos poſſet accipere pro vna Miſſa totam congruam ſuſtentationem pro ſe, non tamen poſſe ſumere pro parentibus, filiis, ſororibus, & ſeruis illorum, vt optimè ait Marchinus, *tr.3.de ſacrificio, p.2.c.16.n.18.* Paſcaligus, *q.922.*
n.10. Nam ſuſtentatio miniſtri altaris eſt perſona- 72
lis, vndè fideles ad ſummum iure diuino, ſolos altaris miniſtros alere debent. Quod ſi Sacerdos parentes, aut filios, aut ſorores habeat pauperes, aliunde quærat illis victum, & veſtitum, nimirum honeſto aliquo exercitio, aut eleemoſynam pro illis à viris piis petendo, quod ſi nulla alia via poſſit illis prouidere & illi in grauiſſima egeſtate conſtituti
eſſent tunc exiſtimandi eſſent in extrema neceſſi- 73
tate, & tunc poſſet vti priuilegio ſibi à natura conceſſo *vt ſuprà* diximus, non tamen vno ſacrificio multis ſtipendiis ſatisfacere; *vt ſuprà* diximus.

Ad Confirmationem reſpondetur, negan-
do antecedens, Religioſi namque eodem mo- 74
do, quo alij Sacerdotes ſæculares non poſſunt ſumere pro vna Miſſa, niſi vnum ſtipendium taxatum. & quoad noſtrates patet, *ex noſtra conſtitutione 1.p.cap 10.* Vbi præcipitur; vt nunquam

in ordine pro vna Miſſa, niſi vnam tantum pitantiam recipiant prælati, & ſic vidi ſemper in illa per totam vitam meam practicare, non obſtantibus privilegiis Iudij II. & Leonis X. quæ refert Peirinis, *ad conſt. Leonis X. num.* 6. & *ad conſt. Iulij II.* §. 5. quidquid alij dicant, talia namque
75 priuilegia, hac tempeſtate dormiunt, & nullo modo licet eis vti, vt latius dixi, *in noſtro Directorio regularium, p.1. tract.* 2. *d.* 1. *n.* 138. vbi dixi eſſe ſubreptitia, vt exiſtimat Decaſtillus, *tract.* 5. *de ſacrificio Miſſæ*, *d.* 4. *dub.* 19. *num* 35. Vel fuiſſe conceſſa pro aliqua particulari Prouincia, vel domo paupere; vnde non debent aliis tam eiuſdem, quam aliorum ordinum conuentibus communicari, vt dixi cum Lezana, Baſæo, *in noſtro directorio, loco citato*, nec ſcio in aliqua religione practicari præcipuè poſt declarationem Vrbani, & ſacræ Congregationis, in qua prædicta priuilegia omnino reuocantur. Sed de his vide, quæ latius dixi, *in noſtro Directorio Regularium, p.1. tract.* 2. *d.* 2 §. 3 *à n.*190.

Aduerte tamen, quod poſt dictam reuocationem priuilegiorum factam à ſacra Congregatione de mandato Vrbani VIII. conceſſit idem Vrbanus VIII. fratribus Minimis cænobij Genuenſis, vt legata Miſſarum perpetua exigua, & oneri annexo imparia, ad rationem quinquaginta ſcutorum monetæ Romanæ pro qualibet Miſſa reducerentur, decernitque, per celebrationem Miſſarum ſic reductarum ſaluti animarum eorum, quorum intentione Miſſæ ſic reductæ fundatæ fuerunt ſuffragati, perinde ac ſi illæ verè, & realiter, & cum effectu celebrarentur. Hanc conſtitutionem refert Peirinis, *ad conſt.* 3. *Vrbani VIII. pag.* 274. *tom. priuilegiorum*, & illo in pari caſu poſſunt vti omnes aliæ religiones, quæ cum Minimis habent communicationem. Ita docet Marchinus, *tract.* 3. *p.*2. *de ſacrificio, cap.* 20. *n.* 6. Nec ad hanc reductionem requiritur alius conſenſus, niſi prioris, nec requiritur capitulum generale, vel prouinciale, aut conuentuale, nec conſenſus aliorum prælatorum, ſiquidem reductio fit ab ipſo Papa, vt patet ex verbis bullæ, [nos onera, ſeu & Miſſas huiuſmodi, ad rationem ſcutorum quinquaginta monetæ Romanæ pro qualibet Miſſa quotidiana perpetua reducimus,] quæ ſunt valde notanda, nam hoc priuilegium fuit conceſſum anno ſequenti poſt reuocationem priuilegiorum, & conſtitutionem eiuſdem Vrbani VIII. *de celebratione Miſſarum*; nam conſtitutio de celebratione Miſſarum data fuit anno 1625. die 21. Iunij. hæc vero conſtitutio data fuit ſequenti anno 1626. die 13. Iulij, nec hue vſque ab aliquo ex ſequentibus Pontificibus fuit reuocata; vnde tuta conſcientia poſſunt illa vti omnes prælati regulares communicantes cum Minimis ſine alicuius capituli, vel definitoris. aut ſuperioris prælati conſenſu; ſiquidem hæc conceſſio, & reductio facta fuit à Papa ad inſtantiam Deodati, prioris conuentus Ianuenſis, & procuratoris generalis totius Ordinis Minimorum, & cum reductio facta ſit à Papa, ſolum requiritur acceptatio illius; & cum conceſſio dirigatur ad conuentum; & illius priorem, ſufficit acceptatio prioris nomine conuentus; non enim aliquam conditionem poſtulat conſtitutio, vt ex ea videri poteſt.

Si tamen quæras, quid importent in moneta Hiſpania quinquaginta ſcuta monetæ Romanæ? Reſpondeo, quod vt à perſonis fideliſſimis, & in hac re verſatiſſimis, & peritiſſimis cognoui, quinquaginta ſcuta monetæ Romanæ importaut, *ſeptingenta regalia argentea*. Hiſpane, *ſeiſcientos reales de plata*, & correſpondent Miſſæ cuiuſlibet diei, *duo ragalia argentea*, Hiſpane, *dos reales de plata*, non enim hic loquimur de moneta, quæ Hiſpane dicitur, *Bellon*, nam de hac, multum plus importat, in quo, quia non poteſt quantitas certa aſſignari, cum hæc moneta quotidie augeatur, & diminuatur, ideo de ea non loquimur: Luſitane vero, quinquaginta ſcuta monetæ Romanæ important, *ſincoenta è dois mil, è ducentos reis, a reſaon de ſeis toſtois apataca. como oie curre, ao qual valor ſe ha reduſida toda aprata, è ouro; è correſponde à Miſſa de cada dia ſento è quarenta e tres reis, è ſobraon ſinco reis*, ad hanc igitur quantitatem reduxit Vrbanus VIII. Miſſas quotidianas, quam reductionem, ſi aliquis prior voluerit acceptare, & executioni mandare, non illi inficior. His tamen relictis.

Veniendo iterum ad noſtrum Sacerdotem conſulentem reſolutoriè illi, reſpondi, ſe non poſſe plura ſtipendia pro vna Miſſa accipere, non ſolum ad ſubueniendum parentibus, filiis, & ſororibus; ſed neque ad ſubueniendum ſibi ipſi. Quod ſi aliqua ſtipendia iam recepit, & bona fide conſumpſit fretus prædictæ opinioni, dum perſeuerat in illa bona fide, non tenetur reſtituere, ſublata tamen bona fide, quam auferre debet, viſo decreto ſacræ Congregationis, vt ait Paſcaligus, *q.* 948. *num*. 4. tenetur reſtituere, ſi habeat vnde reſtituat, non ex iniuſta acceptione, cum ipſe bona fide receperit talia ſtipendia, & conſumpſerit, ac per conſequens non peccauerit, ſed ex re accepta, ſicut qui rem alienam accepit, & conſumpſit, putans eſſe ſuam, nam ſicut iſte, ſublata bona fide, & cognoſcens rem eſſe alienam, tenetur eam reſtituere, ſi extat ex re accepta, vel ſi eam conſumpſit, tenetur reſtituere id, in quo factus eſt ditior, ita & iſte Sacerdos in hoc caſu quod ſi in prædicta opinione voluerit perſeuerare forte deceptus in terribili die domini inueniatur, non mihi, ſed ſibi & illis, quos ſequutus fuit imputet ſuum errorem. 76

Dices qui vnica Miſſa pluribus ſtipendiis iuſtis ſatisfecit ex vrgenti neceſſitate ſecutus fuit opinionem probabilem, quam *ſuprà* retulimus; ſed qui ſecutus fuit opinionem probabilem in applicatione huius ſacrificij pro pluribus ſtipendiis non tenetur ad reſtitutionem, vt docent Bordonus, *in conſiliis regularibus, reſol.* 25. *q.* 13. *n.* 1. Leander, *tract.* 8. *de Sacramentis*, *d.* 4. *q.* 10. Peirinis, *de priuilegiis, tom.* 3. *cap.* 1. *n.* 2. *in additamentis ad Conſt. Phirri*, Marchinus, *de ordine, tract.* 3. *p.* 2. *cap.* 17. Ergo cum iſte Sacerdos ex illa probabili opinione acceperit, & conſumpſerit illa ſtipendia, non tenetur ea, ſi extent reſtituere, nec id in quo factus eſt ditior, ſi ea conſumpſit, etiamſi poſtea mutet ſententiam, & ſequatur noſtram opinionem. 77

Reſpondeo, quod licet opinio, quæ docet poſſe Sacerdotem in vrgenti neceſſitate ſumere plura ſtipendia pro vna Miſſa ſit probabilis, de quo nunc non diſputo, adhuc in praxi nullo modo ſequi poteſt recipiendo plura ſtipendia pro vna Miſſa. Ita Bolius *in opere morali, p.*1. *tr.*1. §. 25. *n.* 397. Paſc. *de ſac. q.* 961. *n.* 3. Ratio eſt, quia opinio probabilis quatenus eſt menſura operationis non ſe extẽdit ad ditandum vltra honeſtatem operationis, nec facit quod ſatisfactio ſit æqualis debito, ſi alias non eſt, quia iſta

æqualitas

æqualitas non dependet ab opinione, ſed debet interuenire ſecundum rei veritatem, quia debitum debet in re, & non in opinione extingui, atque adeo per æqualitatem, quæ ſit in re, & non ſecundum opinionem; ergo non obſtante quacumque opinione probabili, nemo ſatisfiet oneri Miſſarum, niſi ſatisfactio ſit ſecundum ſe ad æqualitatem, ita vt huiuſmodi æqualitas ſit certa, extinctio namque debiti probabilis, cum æqualitate probabili, non æquiualet ſolutioni certæ debiti certi, quale fuit ſtipendium acceptum.

78 Confirmatur, nam licet quando opiniones probabiles ſunt de præciſa honeſtate, & turpitudine actus, vel de obligatione ad operandum, vel non operandum, vnicuique liceat ſequi in praxi opinionem, etiam minus probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori, & tutiori, vt cum Gerſon, Azorio, Vaſquio, Sanchez, Portel, Granado, Baſæo, Gordono, Arriaga, docet Bocius, *in opere morali, p. 1. tract. 1. §. 17. num. 118. & 125. & 338.* Paſcaligus, *deciſione 17. & 37.* Attamen quando opiniones non ſunt de præciſa honeſtate actus, ſed de facti natura, vel conditione, aut modo, periculove damni notabilis a nobis vel proximo incurrendi, quod ex charitate, vel ex iuſtitia quis tenetur vitare, tunc ſi adeſt via certa, quam ſi in praxi ſequamur nullum ſequitur damnum, illam ſequi debemus, relicta quacunque, etiam opinione probabiliori, ex cujus amplexu, quia in re poteſt eſſe falſa, ſequi poteſt damnum, vt tradunt Becanus, *p. 1. tract. 1. cap. 4. q. 9. num. 7.* Bañes, *2. 2. q. 10. art. 1. dub. 3. concluſ. 4.* Aluares, *2. q. 19. art. 6. d. 80. num. 9.* Reginaldus, *tom. 1. lib. 13. num. 95.* Gordonus, *in ſumma, lib. 1. q. 9. num. 30.* & alij communiter, quos refert, & ſequitur Bocius, *ſuprà, p. 1. tit. 1. §. 25. numero 396.* Sed qui iuſtum ſtipendium accepit ab aliquo, vt ſacrificium pro illo iuxta propriam intentionem, celebret, & applicet; ſi aliis applicet ſequens opinionem aſſerentem ſacrificium tantum prodeſſe vni quàm pluribus, & quod id poteſt efficere ex aliqua vrgenti cauſa, ſequitur viam incertam, ex qua ſequi poteſt damnum notabile proximo, ſcilicet priuatio debiti fructus ſacrificij eidem offerenti ſtipendium, vel illi pro quo voluit ſacrificium applicari, cum opinio illa à parte rei poſſit eſſe falſa; ergo grauiter peccat contra prudentiam, charitatem, & iuſtitiam.

79 Dices qui habet opinionem probabilem aliquid eſſe ſuum non tenetur illud reſtituere, etſi probabile, imo & probabilius ſit, eſſe alterius, vt tenet Sanchez, *in ſumma, cap. 9. lib. 1. n. 23.* Salas, *d. vnica, num. 95.* Bonacina, *de peccatis, d. 2. q. 4. p. 9. num. 1.* Sairus, Reginaldus, Gordonus, Portel, quos refert, & ſequitur Bocius, *ſuprà p. 1. tit. 1. §. 22. n. 203. & § 25. n. 399.* Ergo etiam Sacerdos, qui vnica Miſſa pluribus ſtipendiis ſatisfecit ſecutus opinionem probabilem, non tenebitur reſtituere. Patet conſequentia, quia ſi habens opinionem probabilem rem eſſe ſuam, ideo non tenetur reſtituere, quia exponeretur periculo inferendi ſibi damnum, reſtituendo rem, quæ forte in rei veritate eſſet ſua, ita Sacerdos reſtituendo eleemoſynas acceptas, quibus vnica Miſſa ſatisfecit, exponit ſe periculo reſtituendi id, quod forte in rei veritate erat ſuum.

80 Reſpondetur cum Bocio, *ſuprà, num. 399.* Debitorem, vel qui rem poſſidet, de qua eſt opinio, an ſit aliena, non teneri ex charitate, vel iuſtitia magis proſpicere bono proximi, quam ſuo: quare licet non reſtituendo exponat ſe periculo inferendi damnum proximo, reſtituendo tamen exponit ſe periculo inferendi damnum ſibi, quoties autem ex amplexu ſententiæ, ex qua alicui prouenit commodum, vel damnum, præcauetur æquale, vel ſimile damnum operanti, iuxta illam ſententiam; vel aliæ tertiæ perſonæ, nulla adeſt obligatio ex charitate, vel ex iuſtitia, ſequendi illam ſententiam, relicta oppoſita opinione probabili, eo quod, cum notabili detrimento noſtro, non conſtringimur ex charitate aliorum bono proſpicere. In noſtro autem caſu, Sacerdos poſt acceptum iuſtum ſtipendium pro Miſſæ celebratione, & ſacrificij applicatione, ex iuſtitia eroganti eleemoſynam, vel ei pro quo erogat, tenetur proſpicere, & procurare ſua applicatione integrum fructum ſacrificij, & conſequenter tenetur ex iuſtitia, & charitate eligere viam certam, relicta probabili, dubia, & incerta, ſicut etiam miniſter conferens Sacramenta, tenetur ex charitate proſpicere bono ſpirituali ſuſcipientis, & ita adminiſtrare iuxta viam certam cum poteſt: quod tamen non facit Sacerdos applicando pluribus ſacrificium vt talis opinio in rei veritate poſſit eſſe falſa.

CONSVLTVM LIII.

De quodam Sacerdote, qui multa ſtipendia Miſſarum recepit, & diſtribuit, & Miſſas non celebrauit, an teneatur diſtributa, & conſumpta ſtipendia reſtituere ſi habet vnde reſtituat?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Quidam neotericus aſſerere voluit, quod ſi Sacerdos plura ſtipendia Miſſarum accepit ad illas dicendas, ſi eis non ſatisfecit, non teneri ad reſtitutionem ſtipendiorum.*
3 *Quoties aliquid abſolutè donatur animo alliciendi aliquem ad aliquid faciendum in commodum donatoris non tenetur donatarius acceptum reſtituere, etſi non faciat id, quod donans intendit.*
4 *Eleemoſynæ quæ dantur ad Miſſas, dantur abſolute ad alliciendos Sacerdotes ad illas celebrandas.*
5 *Probatur id D. Thomæ, & aliorum Doctorum authoritate.*
6 *Id quod deuotione donatur, abſolute donatur.*
7 *Eſſe aliquid gratis donatum, & eſſe debitum ex iuſtitia, opponuntur ex diametro.*
8 *Sacerdotes nequeunt recipere pitantias pro Miſſis, niſi earum donatio ſit gratuita.*
9 *Fideles ſtipendia pro Miſſis donant abſolute in eleemoſynam.*
10 *Fortior eſt obligatio voti, quam promiſſionis.*
11 *Quando materia voti eſt actio propria voventis, & votum eſt perſonale, vouens non tenetur per alium adimplere votum perſonale quando factus eſt impotens adimplendi votum.*
12 *Sacerdos qui plura ſtipendia ad Miſſas dicendas*

accepit, ſi eas non celebrauit peccauit grauiſſime, & tenetur ſtipendia accepta reſtituere ſi habeat vnde reſtituat.

13 *Probatur id authoritate Doctorum.*

14 *Sacerdos ex debito naturali iuſtitia tenetur ſacrificare pro eo, qui dedit ſtipendium.*

15 *Ponitur argumentum in contrarium.*

16 *Referuntur variæ ſolutiones Doctorum.*

17 *Refertur ſolutio Hurtadi.*

18 *Solutio Hurtadi impugnatur.*

19 *Ponitur prima reſponſio authoris ad dictum argumentum.*

20 *Ponitur ſecunda reſponſio.*

21 *Omnia ſtipendia data pro Miſſis ſunt liberales donationes abſolutæ, & non ſub conditione.*

22 *Dicta ſtipendia non ſolum dantur Sacerdotibus ad eos alliciendos ad dicendas Miſſas ſed ad eos ſuſtentandos.*

23 *Donatio ſtipendij prout refertur ad Miſſam eſt liberalis, & abſoluta donatio.*

24 *Qui vult ſacrificium, ex ſuppoſitione quod illud vult, tenetur ex iuſtitia alere celebrantem.*

25 *Celebrans eo ipſo quod ei datur ſuſtentatio, tenetur ex iuſtitia celebrare pro eo, qui eum ſuſtentat.*

26 *In hoc ſenſu intelligendus eſt D Thomas.*

27 *Eleemoſyna ſolum datur pauperi ad alliciendum eum ad orandum pro dante.*

28 *Pitantia Miſſarum dantur non ſolum ad alliciendos Sacerdotes ad dicendas Miſſas, ſed etiam in ſuſtentationem Sacerdotum.*

29 *Explicatur hoc ex authoritate D. Thomæ.*

30 *Stipendium tranſit in dominium Sacerdotis ſub obligatione celebrandi pro dante illud.*

31 *Stipendium reſpicit Sacerdotem celebrantem pro dante illud.*

32 *Quando error verſatur circa perſonam donatarij, donatio non ſubſiſtit.*

33 *Donatio ſtipendij ſolum dirigitur ad Sacerdotem celebrantem pro dante ſtipendium.*

34 *Eſſe gratis donatum, & eſſe debitum ex iuſtitia reſpectu eiuſdem opponuntur, non vero reſpectu diuerſorum, & ſub diuerſa ratione formali.*

35 *Idem ſtipendium eſt purum, & liberalis donatio pro ſacrificio, & debitum ex iuſtitia reſpectu perſonæ ſacrificantis, quatenus reſpicit illius ſuſtentationem.*

36 *Stipendia non exiguntur vt pretium ſacrificij, ſed vt ſuſtentatio debita iure naturæ Sacerdoti.*

37 *Sacerdos accipiens ſtipendia ad celebrandas Miſſas, ſtatim fit dominus illorum cum obligatione celebrandi Miſſas.*

38 *Qui donatione à Sacerdote accepit pecuniam, quam Sacerdos collegerat ex ſtipendiis Miſſarum ad Miſſas celebrandas, in aliquorum ſententia non tenetur reſtituere prædicta ſtipendia, ſi per inductionem non fuit cauſa illius donationis.*

39 *Hoc verum eſt in illorum ſententia, etſi accipiens donationem ſciret eſſe ex ſtipendiis Miſſarum, & quod Sacerdos ea danda reddebatur impotens ad ea reſtituenda, caſu quo non celebraſſet.*

40 *Sacerdos habebat verum dominium illius pecuniæ donatæ, & illa non erat ſubiecta alicui hypothecæ reali.*

41 *Si quis aliquid dedit in præiudicium creditorum, quibus bona defuncti ſatisfacere non poſſunt, donatio eſt valida.*

42 *Donatio ſtipendiorum facta à clerico per ſe non fuit damnificatiua creditorum, ſed per accidens.*

43 *Qui dono bona fide à fure accepit pecuniam, quam habebat iam cum ſua permixtam, non manet obligatus ad reſtitutionem.*

44 *Per miſtionem acquiſiuit dominium pecuniæ.*

45 *Sacerdos per acceptionem ſtipendiorum ad Miſſas dicendas acquiſiuit illorum dominium.*

46 *Ponitur ſententia Authoris.*

47 *Probatur ratione.*

48 *Ponitur confirmatio ſententiæ Authoris.*

49 *Reſpondetur argumentis contrariorum.*

50 *Ponitur quædam aduertentia.*

51 *Fama eſt ſuperioris ordinis, quam pecunia.*

52 *Nemo tenetur ſuum graue delictum manifeſtare.*

53 *Nemo tenetur cum iactura famæ alienas diuitias reſtituere.*

54 *Mulier quæ ſuppoſuit ſibi filium, non tenetur marito tale crimen reuelare.*

55 *Filius adulterinus reputatus legitimus, non tenetur credere matri eo dicenti eſſe adulterinum.*

56 *Quando donator tenetur de euictione rei donatæ, repellitur in iudicio à teſtificando contra donatarium.*

57 *Filius adulterinus non poteſt cogi dimittere hæreditatem ex ſolo dicto matris, confitentis illum eſſe adulterinum, etſi hoc dicat in articulo mortis.*

58 *Nemo tenetur credere teſti fide digna in ſui præiudicium.*

59 *Teſtis, etſi fide dignus, de facto proprio deponens in præiudicium tertij non plene probat.*

60 *Quid ſi dentur aliæ coniecturæ vltra dictum teſtis deponentis de proprio facto.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM clericus plures eleemoſynas Miſ- 1
ſarum accepit ad eas dicendas, & congregata magna ſumma pecuniæ, eam cuidam ſorori dedit, qua & ipſa quaſdam proprietates emit. Clericus igitur ſuæ obligationis dicendi Miſſas oblitus, peruenit ad articulum mortis, & quadam confuſione perterritus vocauit me, & quæſiuit.

Primò, An dato quod haberet aliqua bona, teneatur ſtipendia prædicta accepta, & non ſatisfacta reſtituere? Secundo, An in caſu, quo non habeat vnde reſtituat, teneatur eius ſoror ſciens donationem illam fuiſſe ex ſtipendiis Miſſarum illa reſtituere? Tertiò, An ipſe Sacerdos morti proximus teneatur id ſorori ſuæ manifeſtare, vt ipſa illa ſtipendia reſtituat? Quartò, An in caſu quo id in ſuo teſtamento, vel coram teſtibus clericus declaraſſet, poſſet eius ſoror per iudicem cogi ad ſoluendam illam ſummam, quam clericus dicit fuiſſe ex Miſſarum ſtipendiis?

RESPON

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An dato quod dictus Sacerdos haberet aliqua bona, teneatur ſtipendia prædicta accepta, & non ſatisfacta reſtituere?

CVm de hoc caſu fuiſſem interrogatus, cum nullum ſit delictum, quod non habeat ſectatorem, quidam celebris Theologus amicus meus voluit opinare exercitij gratia illum clericum non teneri reſtituere prædicta illa ſtipendia in foro conſcientiæ, & ſi bona habuerit unde reſtituiſſet, ſi voluiſſet, licèt aliàs grauiſſimè peccauerit non dicendo prædictas Miſſas, & ſolum teneri ſi vixerit, per ſe ipſum prædictas Miſſas celebrare, ſi potuerit, quod ſi nec hoc efficere potuerit, ad nihil aliud obligari, conſtantiſſimè aſſerebat; & quia doctrina huius conſulti ad plurimos caſus de hac re deſeruire poteſt, non grauabor hic illam apponere; probabat autem prædictus Theologus ſuum aſſertum acutiſſimè in hunc modum.

3 Quotiès aliquid abſolutè donatur animo alliciendi aliquem ad aliquid in commodum donatoris faciendum, non tenetur donatarius acceptum reſtituere, & ſi non faciat id, ob cuius conſecutionem facta fuit prædicta donatio; quod procedit, etſi donator eſſet diſpoſitus, vt non dediſſet ſi credidiſſet donatarium non eſſe alliciendum; ſi quidem donatio non fuit, conditionata, ſed abſoluta cum animo alliciendi, vt cum Leſſio, Valero, & aliis docet Trullenc, *lib. 7. in Decalogum cap. 16. dub. 9 num. 4. & lib. 7. cap. 18. dub. 13. num* 1. Diana *part. 2 tract. 2. Miſcel. reſol.* 40. & cum Molina, & aliis communiter Lugo, *de iuſtitia d. 23. ſect. 7. num.* 101. Et ſumitur

4 *ex l. ſi repetendi. Cod. de donatione ob cauſam*; Sed omnes eleemoſynæ, quæ Sacerdotibus dantur pro Miſſis dicendis ſunt donationes abſolutæ, animo alliciendi eos ad Miſſas dicendas, & non donationes conditionatas; ergo Sacerdotes eas recipientes, & ſi non celebrent Miſſas licèt alias peccauerint mortaliter; cum promiſerint celebrare, non tamen tenebuntur ad reſtitutionem ſtipendiorum acceptorum, & ſi donans eſſet taliter diſpoſitus quando dedit ſtipendia, quod ſi ſciret Sacerdotes non eſſe pro eis celebraturos, ſtipendia non dediſſet.

5 Minor in qua eſt difficultas probatur, *authoritate D. Thomæ in 4. diſt. 25. quæſt. 25. art. 2. ad 1. & 2.* vbi ita ait. *in ſolutione ad 1. quod anniuerſarium celebrare eſt actus ſpiritualis primo modo, & ideò nullo modo licet paciſci pro eo celebrando ſi tamen cum deuotione aliquid datur Eccleſiæ, Eccleſia tenetur celebrare pro illis, pro quibus rogatur, & in ſolutione ad 2. ait quod oratio eſt ſpiritualis primo, & ſecundo modo, quia ex ſpirituali deuotione efficaciam habet, & aliquid ſpirituale decet in ea peti, vnde nullo modo debet ſub pretio poni nec illi qui dant pecuniam pauperibus, vt pro eis orent, orationem emunt, ſed animos pauperum alliciunt ad orandum pro ſe, & eos ſibi faciunt debitores.* Et idem repetit. 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 3. *ad* 2. Ergo in ſententia D. Thom. eleemoſynæ datæ ad Miſſas dicendas non ſunt donationes conditionales, ſed abſolutæ ad alliciendos animos Sacerdotum; & eandem ſententiam tenet Thomas Hurtado *de congrua ſuſtentatione Sacerdotum appendice* 1. §. 4. *num*: 194. Eandem ſententiam tenuere Durandus, & Paludanus, *in 4. d. 25. q. 3.* Scotus, *quæſt. 2. quodlibet. 9.* & nouiſſimè Columbus *lib. 4. de Hierarchia cap. 63. num.* 24. Caietanus, *hic §. ad ſecundum verſicul, ſed hæc opinio* P. Fr. Gabriel à S. Vincentio *de ſacramentis, de ſacrificio Miſſæ, d. 3. q. 6. quæſito. 2.* vbi dicit ſtipendium Miſſæ non dari titulo iuſtitiæ, ſed religionis; ergo Sacerdotes tales eleemoſynas recipientes, licet alias teneantur ſub mortali celebrare pro illis, pro quibus rogantur, vt ait D. Thomas, & Doctores citati; ſi tamen fiant incapaces celebrandi non tenebuntur celebrare. Patet conſequentia; quia Sacerdotes ſolum tenentur celebrare ex promiſſione, & fidelitate, vel ex religione; & nullo modo ex iuſtitia, aut vero contractu; ergo non ſatisfaciunt ſuæ obligationi reſtituendo ſtipendia, quæ non promiſerunt, & quarum plenum dominium acquiſierunt abſque vlla conditione, ſed dicendo Miſſas, quas promiſerunt, ergo ſi fiant incapaces eas dicendi, excuſabuntur etiam à celebratione ipſarum, quia obligatio promiſſionis, ſi res promiſſa facta ſit impoſſibilis promiſſario, ceſſat vt docent cum Leſſio, Turriano, & aliis Lugo, *de iuſtitia d. 23. ſect. 7. num.* 112. & cum Caietano, Molina, & aliis communiter Caſtro Palaus *de iuſtitia commutatiua, d. 2. p. 12. n. 1.*

Confirmatur primò quia id, quod ex deuotione donatur abſolutè donatur, quia gratis donatur, vnde gratuita donatio, eſt donatio abſoluta transferens dominium rei donatæ in donatarium; 6
Atqui pitantia, & eleemoſyna pro ſacrificio faciendo donatur ex deuotione, non ſecus ac illa, quæ datur pauperi, aut monaſterio, vt orent pro donante, vt ait D. Thomas, & Doctores citati, & eſt certum, ita quod nec Eccleſia poſſet determinare, quod perfecta pecunia detur in pretium ſacrificij; eſſet enim ſimonia iure D. prohibita, contra quod nequit Eccleſia diſpenſare; ergo clericus recipiens prædictam eleemoſynam, & ſi Miſſæ poſtulatæ non ſatisfecerit non tenetur ex iuſtitia eam iterum reſtituere. Confirmatur ſecundò, quia quod nequit dari in pretium, neque ex pacto aut contractu oneroſo dari poteſt, quia hoc eſt prohibitum quia malum, vt egregie adnotauit Caietanus §. *ad ſecundum, verſicul. ſed hæc opinio*; ergo neceſſario eſt donatio abſoluta, & non conditionalis, do vt facias; quia hæc petit obligationem iuſtitiæ in donatario ponendi conditionem, ſcilicet ſacrificium, & ſic ex iuſtitia teneretur dare ſpirituale pro temporali, quod re ipſa, & facto eſt venditio, quamuis abſit intentio expreſſa vendendi, aut emendi, hæc enim intentio, aut eius defectus non facit quod actus exterior non ſit contractus inducens exterius, & interius obligationem iuſtitiæ, ſicut qui abnegat fidem exterius, & interius non habet intentionem eam abiurandi in foro exteriori hæreticus eſt, & vt talis damnabitur, & punietur.

Probatur ſecundò: Quia eſſe aliquid gratis donatum, & eſſe debitum ex iuſtitia opponuntur ex diametro, & ſacrificij incruenti applicationem, cum ſit pure ſpiritualis, & ſupernaturalis, eſſe gratis faciendam conſtat ex domini ſententia dicentis gratis accepiſtis; gratis date, ergo 7

donatio pecuniæ facta Sacerdoti abſoluta eſt & non conditionalis. Conſequentia eſt euidens, Quia eſt conditionalis. Do pecuniam vt applices Miſſam, ita vt donans pretendat à donatario ius strictum reſpectu applicationis ſacrificij, & eſt velle pecunia poſſidere donum Dei, vt voluit Simon Magus. cuius peccatum non aliud fuit exterius, quam velle, vt pro pecunia oblata gratia miraculorum illi conferretur,& ſub hac conditione pecuniam donabat, & ſic donatio eius fuit conditionalis, quæ eſt verus, & rigoroſus contractus inducens obligationem reſtitutionis, non impleta conditione, & directè pugnat cum gratioſitate, quam imbibit applicatio ſacrificij, ergo donatio pitantiarum pro Miſſis celebrandis à Sacerdotibus alias non obligatis ratione capellaniæ, aut beneficij abſoluta eſt, & omnino liberalis; & gratioſa, ſicut & ipſa Miſſæ applicatio, ac per conſequens non inducens in donatario obligationem reſtitutionis eiuſdem eleemoſynæ, caſu quo non adimpleat promiſſionem ſacrificij, ſed tantum imponentis obligationem celebrandi ex fidelitate, ratione promiſſionis acceptatæ ſacrificij.

8 Probatur tertiò: Quia Sacerdotes ipſi nequeunt aliter recipere pitantias datas à fidelibus, niſi earum donatio ſit gratuita, & abſoluta, nec eas ſub titulo aliquo iuſtitiæ exigere; etiam poſtquam Miſſas celebrarunt, alias exigerent eas tanquam pretium tanti ſacrificij, quod reprehendit Dominus. *Matth.* 27.dicens *quod miniſtri faciunt domum Dei, domum negotiationis*; Vnde Beda *homil.7. in quadrageſima*, quæ habetur, *tom.7.* qui ſunt inquit in templo Dei hodie, qui columbas vendunt niſi qui in Eccleſia pretium de impoſitione manuum accipiunt? & quid obſecro eſt pretium de impoſitione manuum accipere, niſi non imponere manus, niſi pecunia recepta, non expectando quod gratis offeratur? Et hoc idem faciunt Sacerdotes, qui non expectantes gratuitam donationem, illam ita expoſcunt, vt non offerant ſacrificia, niſi prius accepta pecunia, ex quo abuſu multa ſequuntur abſurda, mille fraudes, & inconuenientia in detrimentū animarū.

9 Quartò id conſtat ex praxi apud cordatos viros, qui ad ſuas pitantias pro Miſſis celebrandis eligunt monaſteria pauperiora, imo aliquando ditiora excludunt, ſignum manifeſtum, quod pecuniam pro Miſſis aſſignatam, & taxatam donant abſolutè in eleemoſynam Sacerdotibus, & ideò quærunt eos qui magis indigent & pauperiores ſunt, qui ex fidelitate, & gratitudine tenentur tot ſacrificia offerre, quot pitantias taxatas acceperunt; ergo ſi tales Sacerdotes fiant impotentes ad celebrandum non eos obligabit fidelitas, aut gratitudo, cum fidelitas non obliget, quando res promiſſa redacta eſt promittenti impoſſibilis, vt tenent communiter DD. & cum alias Sacerdos non teneatur ex juſtitia, nec ex fidelitate pitantias acceptas reſtituere, cum id non promiſerit, ſed ſacrificia, vt ſupra diximus, evidenter ſequitur, ad nihil amplius teneri, & ſi multa bona habeat vnde poſſet prædictas pitantias reſtituere.

Dices: Stando in hac ſententia, ad minus tenebitur Sacerdos pitantias receptas aliis dare, vt ſatisfaciat promiſſioni dicendi Miſſas, quam ex fidelitate fecit erogando prædictas eleemoſynas.

10 Sed contra quia fortior eſt obligatio voti quam promiſſionis liberalis factæ homini, ſiquidem 11 promiſſio voti, non ſolum obligat ex fidelitate, ſed ex religione; & tamen quando materia voti eſt actio propria ipſius vouentis, & votum eſt perſonale, vouens non tenetur per alium adimplere votum perſonale, quando factus eſt impotens ad votum adimplendum per ſe ipſum, ſiue factus ſit impotens propria culpa, ſiue abſque culpa impotentia ſuperuenerit, vt cum Suario, Azario, Nauarro, Syluestro, Sanchez, Bonacina, & aliis communiter docet Trullenc. *in Decalogum lib.2. cap.2. dub.* 14.*num.*2. Ergo cum ille Sacerdos tantum promiſerit Miſſas per ſe ipſum celebrare, ſi factus eſt impotens ad celebrandum, etiam ſi id ſua culpa acciderit, quia celebrationem dilatauit ad tantum tempus, non tenebitur per alios Sacerdotes prædictis Miſſis ſatisfacere, ſiquidem eius promiſſio fuit de actione propria ſacrificandi à ſe ipſo exercita, & non ab alio.

Hæc ſunt fundamina huius ſententiæ, quæ 12 inermia non ſunt, nec paruam habent energiam ſed ego aliter dicendum exiſtimo iuxta praxim Eccleſiæ, quam declarant Concilia, Canones, & decreta ſacræ Congregationis. Exiſtimo igitur, illum Sacerdotem, non ſolum grauiſſimè peccaſſe, ſed ex iuſtitia teneri omnia ſtipendia accepta reſtituere, ſi alias habet vnde reſtituat: ita innumeris relatis Paſcaligus *quæſt.* 903. *num.* 5. & cum communi ſententia Lugo *de Eu-* 13 *chariſtia*, *d.* 21. *ſect.*1. *n.*4. Eſt expreſſa D.Thomæ 2. 2.*quæſt.*100. *artic.*3. *in fine corporis. & artic.*1. *ad* 4. eam docet cum Tamburino, Auzonius, *in controuerſiis lib.*3.*controuerſia* 3. *cap.* 2. *num.*7. Thomas Hurtado *de ſuſtentatione, appendice* 1. *num.*300.Suarius *tom. de religion.lib.* 4.*cap.*1.*n.* 10. Et conſtat *ex decreto ſacræ Congregationis.*§. *Deinde*, vbi ait, quinimo grauiter peccant, & ad reſtitutionem tenentur.

Ratio fundamentalis eſt, quia Sacerdos reci- 14 piendo pro Miſſis eleemoſynas, eo ipſo ex debito naturali iuſtitiæ tenetur, quod ſui muneris, & officij eſt exhibere pro eo qui ei dedit, vel totam, vel partem ſuſtentationis, iuxta morem receptum Eccleſiæ; ergo ſi pro alio ſacrificauit, vel abſolute non ſacrificauit, tenetur reſtituere eleemoſynam acceptam.

Dices: Ergo eleemoſyna non fuit gratis do- 15 nata; nam quod recipitur ex debito iuſtitiæ, non recipitur gratis; ergo neque gratis datur. Patet conſequentia: Nam debitum, & gratia opponuntur, & vbi non eſt debitum, eſt gratia, & vbi eſt gratia, non eſt debitum iuſtitiæ, hæc enim ſunt quaſi correlatiua, & ideò pariformitatem inter ſe ſeruant, ac per conſequens, ſi miniſtri ex iuſtitia tenentur dicere Miſſas, & petentes illas ex iuſtitia tenebuntur conferre pro illis ſtipendia, ſed hoc videtur contra illam ſententiam Domini, gratis accepiſtis, gratis date, & contra tam antiquos, quam recentiores Theologos, qui omnes dicunt, & miniſtros Eccleſiæ gratis miniſtrare, & fideles gratis illis præbere ſtipendium ſuſtentationis, vt docet D. Thomas *locis citatis*. & cum multis Suarez *lib.* 4. *de Simonia cap.*4.*num.*10.& cum Tamburino, Auzonius *in controuerſiis lib.*3. *controuerſia* 5.*cap.*2. *num* 7. & cum multis Paſcaligus *quæſt.*903.*num.*1. Lugo *de Euchariſtia diſt.* 21.*ſect.*1.*num.*13. Thomas Hurtado *de ſuſtentatione appendice* 1. *num.* 296. Ergo

Sacerdos

Sacerdotes non tenentur ex iuſtitia dicere Miſſas, vel reſtituere ſtipendia, ſed ſolum ex promiſſione liberali tenentur Miſſas promiſſas celebrare.

16 Non eſt facile explicatu quomodo DD. diuiſi ſint in ſolutione huius argumenti, quod omnes maxime torquet. Alij namque dixerunt, pecuniam dari Sacerdotibus, non ex debito iuſtitiæ, ſed obedientiæ: Alij, pecunias non dari, vt pretium Miſſæ, ſed ſub conditione Miſſæ: Alij, dari titulo pietatis, & religionis: Alij dixerunt dari non pro Miſſa, ſed pro obligatione, qua Sacerdos ſe obligat ad celebrandum. Alij dari, pro labore, & opere Sacerdotis, qui interuenit, quos omnes modos ſatis erudite impugnat Lugo *de Eucharistia, diſtinct. 21. ſect. 1. à num. 1. vſque ad* 13.

17 Tandem non grauabor referre modum ſoluendi Thomæ Hurtadi huius ætatis celeberrimi Theologi, quem dicit ebibiſſe ex mente D. Thomæ, ait enim *in opere de ſuſtentatione clericorum appendice 1. num.* 296. donationem ſtipendij, tam ex parte dantium, quam recipientium, eſſe liberalem, & abſolutam donationem, ſine vlla conditione, aut pacto explicito, vel implicito iuſtitiæ. Addit tamen *num.* 300. Sacerdotes recipientes tales eleemoſynas abſolute à fidelibus pro Miſſis donatas, teneri eas ex iuſtitia reſtituere, ſi Miſſas aſſignatas non celebrauerint, non quia ad id teneantur ex aliquo debito iuſtitiæ, ex pacto, conuentione, conditione, vel contractu; nam pecunia prout dimanat à dante, & recipitur à miniſtro, liberalis eſt, & abſoluta illius donatio, libera ab omni emptione, & venditione, & quolibet alio inducente in dante, & accipiente obligationem rigoroſæ iuſtitiæ, cuius debitum gratioſæ exhibitioni ſpiritualium eſt oppoſitum, & gratioſitatem excludit; ſed quia ex taxa Eccleſiæ, illa donatio, quæ ex parte donantium erat abſoluta, & omnino liberalis, fit conditionalis, ita vt non tranſeat in poſſeſſionem, & dominium donatarij, niſi iſte actus pro quo facta eſt taxa exerceatur; ſi ergo Miſſa non fuit exhibita tenetur Sacerdos ſtipendium acceptum, vtpote alienum reſtituere danti, ſiquidem donatio liberalis non habuit effectum ex lege, & diſpoſitione Eccleſiæ, & redit in donantem. Hæc reſpondit Hurtadus, & dicit hanc ſolutionem deſumpſiſſe ex D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 100. *art. 1. ad. 2.* vbi ait, *ſi aliqua exigantur, quaſi pretium rei ſpiritualis, cum intentione emendi, vel vendendi, eſt manifeſta ſimonia, & præcipuè ſi ab inuito exigantur; ſi vero exigantur quaſi quadam ſtipendia per conſuetudinem approbatam, non eſt ſimonia, ſi tamen deſit intentio emendi, vel vendendi, ſed intentio referatur ad ſolam conſuetudinis obſervantiam, & præcipuè quando aliquis voluntarie ſoluit.*

18 Sed huic ſolutioni Hurtadi nullo modo potui aſſentiri, nec meo videri tale quid voluit aſſerere Angelicus Doctor, quod ſic oſtendo. Ipſemet Hurtadus vbi *ſuprà. num.* 194 ait, quod pro nullo actu ſpirituali poteſt fieri donatio conditionalis, quæ pariat obligationem iuſtitiæ, & reſtitutionis; Nam id ait ipſe Hurtadus *num.* 290. re ipſa, & facto eſt venditio iure diuino prohibita, quamuis abſit intentio expreſſa emendi, vel vendendi; Ex quibus verbis ſic argumentor, Eccleſia nihil diſponere poteſt contra ius diuinum; Atqui per te eſt contra ius diuinum donatio conditionalis pro actu ſpirituali, quæ pariat in donatario obligationem iuſtitiæ, & reſtitutionis; ergo Eccleſia ſua lege non potuit ordinare, vt donatio liberalis ex parte fidelium pro Miſſis celebrandis eſſet conditionalis, & pareret obligationem iuſtitiæ, & reſtitutionis in donatario, qui Miſſas pro quibus recepit ſtipendium non celebraſſet, Patet conſequentia: Nam ſi id omnibus fidelibus de iure diuino prohibitum eſt quia malum, idē de Eccleſia omnino dicendum eſt, cum Eccleſia ſuper ius diuinum nullam habeat poteſtatem ad illud auferendum; Non ergo Eccleſia id efficere poteſt, nec ex verbis D. Thomæ tale quid colligi poteſt, nam S. Doctor ſolum ibi ait, donata illa à fidelibus recipi vt ſtipendium conſuetum in Eccleſia; & ex intentione obſeruandi hanc Eccleſiæ conſuetudinem, in quo autem fundetur hæc conſuetudo Eccleſiæ, hic opus, & labor eſt.

Secundò Reſpondeo eidem Hurtado, quod dato, & non conceſſo, quod Eccleſia ſua lege poſſit efficere, quod Sacerdos non faciat ſuam eleemoſynam; nec acquirat illius dominium, niſi exerceat actum pro quo facta eſt eleemoſyna, de facto tamen id non fecit, cum grauiſſimi DD. quos in reſponſione ad ſecundum quæſitum huius conſulti afferemus dicant, Sacerdotem eleemoſynam recipientem cum intentione celebrandi, ſtatim facere illam ſuam, & ſtatim acquirere illius dominium; non ergo lex Eccleſiæ illos reddit incapaces dominij ante Miſſæ celebrationem; & licet Eccleſia ſua lege poſſet efficere, quod Sacerdos non celebrando Miſſam promiſſam ſtatim ipſo iure amittat dominium eleemoſynæ acceptæ, de facto tamen lex id non fecit, quia lex pœnalis, qualis eſt hæc, exigit iudicis ſententiam, vt Sacerdos amittat dominium eleemoſynæ acceptæ vt rectè cum Navarro, Vaſquio, & aliis in ſimili caſu notat Leander à Murcia *in diſquiſitionibus moralibus, lib. 2. reſol.* 20. *num.* 1. & 6. Ergo dum non datur ſententia iudicis obligans Sacerdotem ad reſtitutionem ſtipendiorum acceptorum; pro quibus non celebrauit, non tenetur ad reſtitutionem, ſiquidem donatio ex parte dantis fuit liberalis, & abſoluta, & recipiens ſolum peccavit contra legem prohibentem, ac per conſequens contra iuſtitiam legalem, quæ non obligat ad reſtitutionem, vt rectè notauit cum communi ſententia Murcia, *ſuprà, num.* 2. Relicta ergo hac Hurtadi ſolutione, quæ maiora abſurda continet, quam omnes ſuprà relata. 19

20 Reſpondeo cum Suario *de ſimonia, lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 10. Concedo, quod ſicut miniſtri Eccleſiæ gratis miniſtrant, ita fideles gratis illis præbent ſtipendium ſuſtentationis, quia ſicut illi non vendunt ſua miniſteria, ita nec iſti illa emunt, quia nec iſti dant pretium pro re ſpirituali, nec illi recipiunt, itaque per comparationem rei ad rem gratis vterque dat, & recipit, quia non dat rem vnam pro alia; Nihilominus tamen vterque ex debito iuſtitiæ quod ſui muneris eſt exhibet; nam ipſa æquitas iuſtitiæ poſtulat, vt ſi vnus ex officio obligatur ex iuſtitia ad miniſtrandum; alius teneatur ex eodem iuſtitiæ debito ad alendum ſibi miniſtrantem. Certum eſt autem miniſtros Eccleſiæ teneri ex iuſtitia ad implenda ſua munera pro quibus ab Eccleſia aluntur; ergo etiam fideles tenentur ex iuſtitia dare ſtipendia ad ſuſtentationem Sacerdotum pro eis celebrantium.

21 Ad id autem quod dicit Argumentum, quod debitum & gratia opponuntur, & vbi eſt debitum iuſtitiæ,

ſuſtitiæ , non eſt gratia , & è contra. Reſponde-
tur , reſpectu rei ad rem ſic eſſe , ſi enim res
gratis datur , non datur ex debito iuſtitiæ : Reſ-
pectu tamen perſonarum dantium ſpirituale , &
temporale , ex alio capite poteſt interuenire
obligatio iuſtitiæ ; Nam petens Miſſam , ex ſup-
poſitione quod vult , quod Sacerdos pro eo
gratis celebret , tenetur ei dare neceſſaria ad ce-
lebrationem ; ſed inter neceſſaria ad ſacrificium,
vnum eſt potiſſimum ſc. ſuſtentatio ipſius Sa-
cerdotis , ſi enim Sacerdos non habuerit vnde
ſuſtentetur , morietur, & non erit poſſibile ſacri-
ficium , ſiquidem hoc ſine Sacerdote offerri non
poteſt ; ergo fidelis petens Miſſam tenetur ex
debito iuſtitiæ concurrere ad ſuſtentationem
Sacerdotis , in ea menſura , quam ſtatuit Eccle-
ſia , vel conſuetudo vniuerſalis : Econtra vero
Sacerdos , eo ipſo , quod ei exhibetur ſuſtenta-
tio, tenetur ex debito iuſtitiæ liberaliter offerre
Sacrificium pro eo , qui ei adminiſtrauit ſuſtenta-
tionem. Ita Lugo *de Euchariſtia , d. 21. ſect. 1.
num. 14.* Per quod patet ad argumenta ſuper re-
lata illius Theologi amici mei.

Ad primum namque Reſpondetur , conceden-
do omnes pitantias à fidelibus datas pro Miſſis
dicendis eſſe liberas donationes abſolute, & non
ſub conditione , non tamen ſolum fuiſſe datas
ad alliciendos animos Sacerdotum , ſed etiam
22 ad eos ſuſtentandos ; Vnde licet ipſa donatio
prout refertur ad ſacrificium ſit liberalis , & ab-
ſoluta donatio , ſiquidem ſacrificium non datur
pro ea , ex parte tamen dantium , & accipien-
23 tium , interuenit obligatio iuſtitiæ ; Nam dans
ſtipendium ex ſuppoſitione quod vult ſacrificium,
tenetur alere miniſtrantem , & miniſtrans eo
24 ipſo quod ei datur ſuſtentatio , tenetur pro eo
qui illum ſuſtentat ſacrificare , & in hoc ſenſu
25 debet intelligi D. Thomas , vt ipſe ſe explicat
26 *2. 2. quæſt. 100. art. 3. in corpore* vbi ſic ait, *Acci-
pere , & dare aliquid pro ſuſtentatione miniſtran-
tium ſpiritualia ſecundum ordinationem Eccleſiæ,
& conſuetudinem approbatam licitum eſt.* Nec
idem dicendum eſt de eleemoſyna data pauperi,
vt oret pro dante , quod de ſtipendio diximus, vt
27 vult argumentum inferre ex verbis D. Thomæ,
Nam eleemoſyna ſolum datur pauperi ad alli-
ciendum eius animum , vt oret ; at vero pitan-
tiæ Miſſarum dantur in ſuſtentationem miniſtri,
28 quem dans tenetur ex debito iuſtitiæ ſuſtenta-
re , vel ſaltem concurrere ad eius ſuſtentatio-
nem , iuxta morem & taxam Eccleſiæ ex ſup-
poſitione quod voluit , quod Sacerdos pro eo
ſacrificaſſet , vt colligitur ex verbis D. Thomæ,
*in 4. diſtinct. 25. quæſt. 3. artic. 2. & quæſt. 2. ad
5.* vbi ait , *ſi tamen cum deuotione aliquid detur
Eccleſiæ, Eccleſia tenetur rogare pro illis pro qui-
bus rogatur.*

Ex quibus verbis ſic arguo , tenetur Eccleſia
29 rogare ; ergo ſi roget , tenetur rogans miniſtros
Eccleſiæ alere , vtraq; enim obligatio eſt correla-
tiua; Et licet Angelicus præceptor ibi non decla-
ret, an hæc vtriuſq; obligatio ſit ex iuſtitia,vel ex
fidelitate , aut ex religione, id explicat *art. 3. eiuſ-
dem quæſtionis in fine corporis* , vbi ſic ait , *Spiri-
tualibus prius exhibitis , licitè poſſunt ſtatuta , &
conſueta oblationes , & quicunque alij prouentus
exigi à nolentibus,& valentibus ſoluere authorita-
te ſuperioris interueniente.* Et idem repetit *art. 2.
ad 4. eiuſdem quæſtionis* 100. vt *ſuprà* diximus,dum
dicit , ſi vero exigantur quaſi quædam ſtipendia
per conſuetudinem approbatam non eſt ſimo-
nia, ſi tamen deſit intentio emendi , vel vendeo-
di , ſed intentio referatur ad ſolam conſuetudi-
nis obſeruantiam , vbi nota illud verbum , exi-
gantur , exigere enim præcipuè iudicis authoritate
eſt ex iuſtitia ſtipendium debitum poſtulare , vt
notat Thomas Hurtado *ſuprà num.* 30. licet ille
alio modo hunc locum intelligat.

Ad primam Confirmationem Reſpondetur 30
illam donationem per comparationem rei ad
rem eſſe gratioſam, liberalem , & ex deuotione,
dum tamen reſpicit ſuſtentationem Sacerdotis
tranſire in eius dominium ſub obligatione cele-
brandi , non quia donatio ex parte donantis ſit
conditionalis , eſt enim abſoluta , & liberalis,
ſed quia reſpicit Sacerdotem celebrantem ex
officio pro miniſtrante ei alimenta ; Atqui 31
quando error verſatur circa perſonam donata-
rij , donatio non ſubſiſtit , vt cum Leſſio & aliis
communiter docet Trullenc *lib. 7. Decalogi, c. 17.* 32
dub. 14. num. 1. Ergo cum Sacerdos non cele-
brauerit , non potuit res donata in eum tranſi-
re , cum ſolum donatio dirigeretur ad Sacer-
dotem celebrantem , & pro eius ſuſtentatione,
& non ad Sacerdotem non celebrantem ; tene- 33
tur ergo Sacerdos reſtituere eleemoſynam acce-
ptam, ſiquidem pro dante non celebrauit ; Et li-
cet hoc difficile ſit intellectu , reuera ita eſt , &
ita à ſupradictis Doctoribus explicatur , & vni-
uerſali conſuetudine , imò & lege Eccleſiæ ſtabi-
litur.

Ad ſecundam Confirmationem , Reſpondetur 34
concedendo , quod id quod nequit dari vt pre-
tium , nequit dari ex pacto , & contractu one-
roſo , reſpectu eiuſdem rei , & ſub eadem for-
malitate , & ideo ſtipendium gratis datur in ſen-
ſu explicato , id eſt vt ſubſidium perſonæ , &
non vt pretium miniſterij , non enim datur ſti-
pendium vt ita dicam ratione rei , ſed ratione
ſubiecti , ideſt , non datur vt pretium commen-
ſurandum , vel commenſurabile miniſterio , vel
labori operantis , ſed conditioni perſonæ indi-
genti ſua , & familiæ ſibi proportionata con-
grua ſuſtentatione ; per hos tamen non tolli-
tur , quin reſpectu perſonæ Sacerdotis dari poſ-
ſit pactum , non ſolum implicitum , ſed etiam
expreſſum , vt ei detur ſtipendium , non vt pre-
tium ſacrificij , ſed vt ſuſtentatio ex debito iu-
ſtitiæ debita Sacerdoti à petente Miſſam. Nec
hoc pactum obſtat quominus largitio , & acce-
ptatio temporalium pure fiat , ſiquidem per pa-
ctum non additur noua obligatio , ſed explica-
tur , & declaratur quia ineſt de iure naturali
alendi Sacerdotem celebrantem , vt cum Caie-
tano, Imola , Adriano , Nauarro , Suario , Vaſ-
quez , Rodrigues , Henriquez , Fauſto , Fragoſo,
Vgolino , Fernandes , Coninck , Franxinello,
Leſſio , Bonacina , Decaſtillo , Lugo , docet Paſ-
caligus *de ſacrificio , quæſt. 904. num. 1.*

Ad ſecundum Reſpondetur. Eſſe aliquod 35
gratis donatum , & eſſe debitum ex iuſtitia op-
ponuntur ex diametro , diſtinguo reſpectu eiuſ-
dem rei concedo , reſpectu diuerſorum , & ſub
diuerſa ratione formali nego , gratia enim da-
ta impio iuſtificanti , & eſt gratioſa donatio reſ-
pectu illius , & debita ex iuſtitia reſpectu Chri-
ſti ; bene ergo poteſt idem ſtipendium eſſe pura
& liberalis donatio pro ſacrificio , & debitum
ex

ex iuſtitia reſpectu perſonæ ſacrificantis, quatenus
reſpicit illius ſuſtentationem, per quæ corruunt
omnia, quæ in argumento congeruntur.
36 Ad tertium negatur antecedens, Neque inde
fit exigi ſtipendia, vt pretium ſacrificij, ſed vt
ſuſtentationem debitam iure naturæ perſonæ Sa-
cerdotis. & ad id quod dicitur de Beda: Reſpon-
detur id verum eſſe, quando non imponitur ma-
nus, hoc eſt, non datur ſacrificium, niſi ſub con-
ditione ſtipendij, vt optime cum Lugo, notat
Paſcaligus, *q. 903. num.* 12. Secus quando Miſſa,
& ſtipendium libere donantur, & ſolum exigitur
ſtipendium, non in pretium Miſſæ, ſed in ſuſten-
tationem Sacerdotis, per quod etiam patet ad
quartum argumentum; ex eo enim quod illa ſti-
pendiorum largitio liberalis eſt, ideo fideles quæ-
runt pauperiores conuentus, inde tamen non fit,
quod idem ſtipendium, quod reſpectu ſacrificij
eſt pura, & liberalis donatio reſpectu ſuſtenta-
tionis Sacerdotis celebrantis non ſit debita ex
iuſtitia, per quæ corruunt quæ ibi congeruntur.

RESPONSIO AVTHORIS, SECVNDO QVÆSITO.

An in caſu, quo prædictus Sacerdos non habeat vnde reſtituat, teneatur eius ſoror, ſciens donationem illam fuiſſe ex ſtipendiis Miſſarum, illam reſtituere?

37 RESponſio huius quæſiti dependet ex notitia
alterius quæſtionis, ſcilicet an Sacerdos ac-
cipiens ſtipendia Miſſarum ad Miſſas celebran-
das, ſtatim fiat dominus illorum, & in eum trans-
feratur dominium ſtipendiorum acceptorum; Et
ſtatim illorum acquirere dominium ſub obliga-
tione celebrandi Miſſas iuxta intentionem dan-
tium ſtipendia tenent Vaſquius, *p. 3. de 234. cap. 4.
n.* 31. Suarez, *de 86. de Euchariſtia, ſect. 3. verſu
hæc vero,* Rodriguez, *tom. 1. ſum. 5. cap. 250. n. 9.
& tom. 4. cap. 2. n.* 9 Naldus, *in ſumma, verb. Miſ-
ſa, num.* 4. Reginaldus, *lib. 13. num.* 140. Sa, *verbo
Miſſa, n.* 45. Homobonus, *p. 1. exam. tract. 8. cap.
24. q.* 141. Bonacina, *d. 4. de ſacram. q. vltima, p.
2. n.* 18. Puſſetunus, *de officio curati, cap. 2. n.* 19.
Franxinetus, *de obligatione Sacerdotum, ſect. 3. præ-
not. 5. §. 4.* Palaus, *4. p. tract. 2. d. vnica, p. 14.
n.* 9. Decaſtillus, *de Sacrament. tract. 5. d 4. dub.
2. n. 3*-2. Granado, *3. p. contr. 6. tract. 14 d. 10. n.* 10.
38 Hæc ergo ſententia, quæ conuenientior eſt, ſup-
poſita, dicendum videtur hanc mulierem in fo-
ro conſcientiæ non teneri reſtituere prædicta ſti-
pendia, ſi per inductionem non fuit cauſa illius
donationis ſtipendiorum, etſi conſcia alias eſſet
39 illam pecuniam eſſe ex Miſſarum ſtipendiis, &
quod clericus ea dando reddebatur impotens ad
ea reſtituenda, caſu quo non celebraſſet Miſſas,
ita expreſſe docet in ſimili caſu Molina, *tract. 2. de
iuſtitia. d. 328. concluſ. 3. & 4.* Petrus Nauarr. *lib. 3.
cap. 4. n.* 218 Leſſius, *lib. 2. cap. 20. dub. 19. n.* 168 Sa-
las, *tract. de vſur. dub.* 41. Probabile putat Pal *to. 7.
d. 1 de iuſtitia commutatiua. p. 14. n.* 7. Th. Tambuti-
nus, *lib. 8. decalogi, tract. 3. cap 3 §. 4. n. 26.* & cum
Laim. Lugo, *de iuſt. d. 17 n. 17.* Diana, *p. 2. tr. 5 reſ.* 39.
40 Ratio fundamentalis eſt, quia illa pecunia do-
nata nemini erat ſubiecta reali hypothecæ, ſed
erat propria ipſius clerici donantis, vt ſuprà pro-
bauimus, illius enim habebat verum, & abſolutum
dominium; ergo accipiens conſequitur illius domi-
nium, cum nulla lege inhabilis reddatur, ad hoc vt
in eum transferatur dominium. Confirmatur, quia
ſi quis aliquid dedit in præiudicium creditoris, qui- 41
bus bona defuncti ſatisfacere non ſufficiunt, datur
creditoribus petentibus ſic donatum intra annum
reſciſſoria actio. *§. idem ſi quis in fraudem inſt. de
actionibus*; ergo donatio valida fuit, alias non da-
retur actio reſciſſoria, ſed declararetur irrita omni-
no donatio. Tum quia id expreſſe colligitur, *ex l. ſi
ſciens, ff. de contrah. emptione* Tum *ex l. vlt. § ſi pro-
curator. perſic. non ſolum ff. quæ in fraudem creditor.*
Confirmatur 2. Quia illa donatio ſtipendio- 42
rum facta à clerico in ſe non fuit damnificatiua
creditorum, ſed ſolum per accidens, quatenus
donantem impotentem reddidit creditoribus ſa-
tisfaciendi, quæ impotentia non tam ex donatio-
ne, quam ex defectu aliorum bonorum prouenit;
Atqui recipiens non fuit cauſa; quod donanti
illa bona deficerent, nec fuit cauſa quod illis de-
ficientibus velit donare, ſed poſito quod eam
voluntatem, habuerit proprio iure vſus fuit do-
natum acceptans; ergo creditores non poſſunt
conqueri huius donationis, cum nec iuſtitia, nec
charitas exigat; vt quis ſuum commodum con-
temnat, & creditorum vtilitati conſulat.
Confirmatur 3. Quia qui dono bona fide à fure 43
accepit res vſu conſumptibiles, vt pecuniam, fa-
rinam, vinum, oleum, &c. quas fur habebat cum
ſuis iam permiſtas, non manet obligatus ad reſtitu-
tionem, & idem de re vſura comparata cum pro-
pria, quam vſurarius alienauit docet cum Leſſio,
Villalobos, & aliis Trullenc. *lib. 7. Decalogi cap.
19. dub. 17. n. 2.* & colligitur *ex §. ſi duorum inſtit.
de rerum diuiſione, & ex l. ſi alicui. ff. de ſolut.*
Et hoc nulla alia ratione, niſi quia cum fur, vſu-
rarius per miſſionem illarum rerum acquiſierit do- 44
minium, tranſtulit per donationem dominium in
acceptantem; Atqui etiam Sacerdos per accepta-
tionem ſtipendij pro Miſſis dicendis, illorum ac-
quiſiuit verum, & abſolutum dominium, vt cum 45
communiori, & probabiliori ſententia diximus ſu-
prà; ergo illa ex dono recipiens non tenetur ea re-
ſtituere, & ſi clericus ex dicta donatione factus
fuerit impotens ad eam reſtituendam.
Hanc ſententiam certam exiſtimo, ſi clericus 46
eam ſummam pecuniæ dedit ſorori, cui dicendo
Miſſas per modicum tempus, poſſet ſtipendiis
datis ſatisfacere, nam tunc non cenſetur fieri impo-
tentem ex donatione, ſed ex ſua malitia, qui cum
benè poſſet Miſſis ſatisfacere eas dicendo, noluit,
ita in ſimili caſu Leſſius *lib. 2. cap. 2 dub. 19. n.* 169.
Rebellus 2 *p. lib. 1. q. 7 n.* 10. Palaus *d. vnica tom. 7.
de iuſtitia commutatiua p. 14. n* 8. & ſciunt omnia,
quæ pro hac ſententia ſuprà diximus; At ſi ſum-
ma pecuniæ data tanta fuit, quod, mulier
ex eius donatione dare videbat, vel cognoſce-
re debebat ipſum non poſſe intra multos an-
nos ſtipendiis acceptis ſatisfacere Miſſas dicen-
do, imò aliis ſtipendiis indigere ad ſe ipſum ſu-
ſtentandum, nec alias habere vnde illa reſtitue-
ret, creditoribus, exiſtimo talem mulierem; ſi
conſcia erat illam pecuniam eſſe ex ſtipendiis
Miſſarum, teneri eam reſtituere ſiuè extet in æqui-
ualenti. Ita in ſimili caſu Caiet. 1. 2. *opuſc. tr. 8. c. 4.*
Adrianus *de reſtitutione in materia de vſura q. vlt.*
Gabriel *in 4. diſt. 15. q. 11. art. 4. ad 3.* Nauarr. *cap. 17.
n.* 226. Angel. *verba reſtitutio 1. dum de vſura agit.*

num. 17. Palud. *q.* 2. *art.* 5. *n.* 27. Sotus, *lib. de reſtitutione, q.* 1. *art.* 4. *ad* 3. Syluester, *verbo vſura* 8. *num.* 1. Couarruuias, 3. *variarum, cap.* 3. *num.* 6. Rebellus, 2. *p. lib.* 1. *q.* 7. *n.* 14. Salas, *tract. de vſuris cap.* 42. *n.* 5 Palaus, *d. vnica de iuſtitia. p.* 14. *n.* 7. *& conſtat. ex §. ſi quis in fraudem inſtit. de actionibus & §. in fraudem inſtit. quibus manumit. non licet. & l.* 1. *& ſequentibus per totum, lit. C. & ff. quæ in fraudem credit.*

Ratio eſt, quia licet per donationem illa mu-
47 lier acquiſiſſet verum dominium rei donatæ, vtpote datæ à vero domino, & ab eo, qui illius pecuniæ habebat dominium; Attamen tale dominium erat nimis debile; infirmum, ſiquidem erat ſub onere id ipſum creditoribus reſtituendi, vti erat in clerico donante, ſi Miſſas non celebraſſet; atqui clericus de facto Miſſas non celebrauit; ergo eius ſoror tenetur illa ſtipendia Miſſarum accepta reſtituere, vt tot ex illis Miſſæ celebrentur. Probatur maior quoad illam partem, in qua aſſerit tale dominium, habere annexum onus reſtituendi. Clericus donans illa ſtipendia iniuſtus fuit, ſiquidem illorum donatione redditus fuit impotens ad reſtituendum illa, & alias non poterat intra modicum tempus Miſſas celebrare; vel aliis indigebat ſtipendiis ad ſe ipſum ſuſtentandum, vt *ſuprà* diximus; ergo eius ſoror ſciens illam pecuniam eſſe ex ſtipendiis Miſſarum, quibus ipſe non poterat ſatisfacere, acceptans illam fuit cauſa illius donationis iniuſtæ, ſiquidem illam acceptans; reddit efficacem donationem; ſed qui eſt cauſa iniuſta damnificationis alienæ, tenetur ad reſtitutionem; ergo cum hæc mulier concurrerit ad hanc damnificationem alienam, tenetur ſic acceptum reſtituere.

Confirmatur. Quia Sacerdos, accipiens illa ſti-
48 pendia pro celebrandis Miſſis, licet acquiſierit illorum dominium, *vt ſuprà diximus*, tale dominium erat reſolubile, quia erat ſub modo, nempe ſub onere celebrandi, ſed de natura modi eſt, quod ſi non impleatur, reſoluat acquiſitionem, *l. libertas, §. hac ſcriptura. ff. man. teſtam.* & notat cum Bartolo, Decio, Durand. & aliis Paſcaligus, *de ſacrificio, q.* 974. *n.* 7. Ergo cum clericus non dixerit prædictas Miſſas, reſolutum fuit dominium, non ſolum in ipſo clerico, ſed conſequenter in accipiente prædicta ſtipendia ex illius donatione, ſiquidem acceptatio donationis illius fuit cauſa efficax conſtituens ipſum clericum impotentem prædicta ſtipendia reſtituendi.

Vnde ad Argumenta in contrarium reſponde-
49 tur ad primum, illam pecuniam eſſe obligatam illi oneri dicendi Miſſas, vnde licet clericus habuiſſet illius dominium, ſi Miſſis non ſatisfecit, reſolutum fuit dominium pecuniæ, non ſolum in ipſo, ſed etiam in donatario acceptante ſiquidem fuit cauſa efficax reddendi illum impotentem ad reſtituendum. Ad primam confirmationem reſpondetur illam alienationem fuiſſe veram, ſed reſolubilem, & ideo in illis textibus præcipitur reſcindi. Ad ſecundam confirmationem reſpondetur illam donationem per ſe fuiſſe cauſam reddendi donantem impotentem ad reſtituendum, ſiquidem fuit acceptatio ſtipendiorum, quibus ipſe etiamſi vellet non poterat ſatisfacere, nec Miſſas dicere, cum ad hæc plures anni requirerentur, & alias ille aliis ſtipendiis ad ſe ipſum ſuſtentandum indigebat, & alias non habebat alia bona vnde reſtitueret, *vt ſuprà* diximus. Ad vltimam Confirmationem reſpondetur, eodem modo Philoſophandum eſſe in donatione facta à fure, vel vſurario, qui rem alienam cum propria miſcuit, & qui ex donatione impotens factus eſt ad reſtituendum propter eandem rationem.

Aduerte tamen, quod ſi iſta mulier, quando 50
receperit illam pecuniam neſciebat eſſe ex ſtipendiis Miſſarum, quibus clericus non poterat ſatisfacere, dum certo ei non conſtat fuiſſe ex illis, non teneri reſtituere, ſiquidem eſt poſſeſſor bonæ fidei. At dum ei certo conſtat illam pecuniam eſſe Miſſis dicendis obnoxiam, tenetur ſtatim reſtituere eandem pecuniam ſi extat in ſe, ſiue in æquiualenti. Quod ſi illam conſumpſit, tenetur ſolum reſtituere id, in quo facta eſt ditior. Quod ſi in nullo facta eſt ditior, ad nihil tenetur. Ita cum communi ſententia Decaſtillus, *lib.* 2. *de iuſtitia, tract.* 2. *d.* 5. *num.* 6. *&* 8. Ratio huius aſſerti eſt, quia poſſeſſor bonæ fidei, non tenetur reſtituere ex re aliena, quam putans eſſe ſuam conſumpſit, niſi id in quo factus eſt ditior; ſed hæc mulier fuit poſſeſſor bonæ fidei illius pecuniæ, dum ei certo non conſtitit fuiſſe collectam ex ſtipendiis Miſſarum, quibus clericus non ſatisfecit, nec potuit ſatisfacere, ergo ſolum tenetur reſtituere id, in quo facta eſt ditior.

RESPONSIO AVTHORIS
TERTIO QVÆSITO.

An ipſe Sacerdos morti proximus teneatur id ſorori ſuæ manifeſtare, vt illa ipſa ſtipendia reſtituat.

RESpondi negatiuè, quamuis ſciat ſororem credituram, & reſtituturam. Probatur primo. *ex cap. officij de pænit. & remiſſion.* Ita in ſimili caſu Nauarrus, *cap.* 16 *n.* 44. Caietanus, *tom.* 1 *opuſcular. tract.* 31. Leſſius, *lib.* 2. *cap.* 10. *dub.* 7. *n.* 55. Petrus Nauarr. *lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 148. Couarruu. *in* 51
epitom. 2. *p. decret. cap.* 7. §. 1. *n.* 10. Ratio fundamentalis eſt, quia fama eſt multo ſuperioris ordinis quam pecunia, & præſtat bonum nomen, magis quam diuitiæ multæ, *prouerbiorum* 22. Atqui iſte clericus, vt ſuppono erat in bona fama, & bono nomine, etiam apud ſororem ſuam, nec ipſa vn-
quam exiſtimauit illum ex ſtipendiis furatis illam 52
pecuniam ei dediſſe, vt ſuppono, ergo nun tenetur ſuum delictum furti, quod grauiſſimum eſt, prodere, vt ſoror eius reſtituat.

Confirmatur 1. Quia nemo tenetur cum iactu-
ra famæ alienas diuitias reſtituere, vt cum Caieta- 53
no, Nauarro, Petro Nauarr. Leſſio, Sa, Laiman, & aliis communiter docet Pal. *d.* 1. *de iuſtitia commutatina p.* 17 §. 3. *n.* 5. Reſpectu enim cuiuſcunque fama excellentius bonum eſt, quam diuitiæ. Sed hic clericus manifeſtando ſorori ſuæ illam pecuniam donatam fuiſſe ex ſtipendiis Miſſarum, quibus non ſatisfecit, pandit ſuum delictũ, & manifeſtat ſe fuiſſe infidelem, iniuſtum, latronem, & ſemper dixiſſe Miſſas in peccato mortali cum non curaſſet de ſatisfaciendis Miſſis acceptis, ſed alias. & alias cõquiſiuiſſe in grauem ſuæ animæ perditioné, & proximorum detrimentum, ergo clericus cum tanto detrimento ſuæ famæ non tenetur id ſorori ſuæ manifeſtare.

Confirmatur 2. Quia mulier quæ ſuppoſuit ſi- 54
bi filium, etſi adulterium non commiſiſſet, non tenetur tale crimen marito reuelare, vel ipſi filio ſuppoſito,

ſuppoſito, aut conſanguineis, etiam ad impediendum ne regnum huic ſuppoſito deferatur; relicto filio proprio, & legitimo, etiam ſi ſciret filium creditorum, & regnum dimiſſurum, nec propter id aliquod ei malum inferendum, nec ſuum peccatum ab aliis ſciendum, niſi à ſolo ipſo filio ſuppoſito, vel marito, vt tenet cum multis, Trullenc. *lib. 7. decalogi, cap. 9. dub. 5. n. 1.* Ergo idem dicendum eſt de iſto clerico patet conſequentia quia minus indecorum videtur filium ſibi ſupponere abſque adulterio, cum id excuſari poſſet ex amore ſucceſſionis; eo quod proprios non haberet, quam pecuniam alienam titulo ſacrificandi ſurripere, homines decipiendo, & alia damna, etiam animabus purgatorij cauſando; ſi ergo in illo caſu mulier, etiam in articulo mortis, non tenetur filio ſuppoſito aperire veritatem ob amiſſionem propriæ famæ apud illam, etſi nullum aliud malum timeatur; quam quod eius peccatum à filio ſuppoſito ſciatur, idem de hoc clerico procul dubio dicendum eſt.

Confirmatur 3. Quia ſoror, etſi clericus id in articulo mortis, etiam cum iuramento dicat, non
55 tenetur ei fidem adhibere, vt in ſimili caſu de filio adultero reſpectu matris docet cum Panormitano, Sa, Bartol. Medina, Leſſio, Bonacina, Trullenc. *lib. 7. decalogi, cap. 8. dub. 6. n. 1.* Alleganti enim ſuam turpitudinem, præſertim cum præiudicio tertij, nulla adhibetur fides; ergo non eſt cur iſte clericus ſuum delictum prodat, cum eius ſoror, adhuc eo detecto poſſit licite ei non credere, nec reſtituere quod à fortiori dicendum eſt, quod ipſe clericus dubitat, an illa ex manifeſtatione ſui delicti, prædicta ſtipendia reſtituenda ſint.

RESPONSIO AVTHORIS QVARTO QVÆSITO.

An in caſu, quo id in ſuo teſtamento, vel coram teſtibus clericus declaraſſet, poſſet eius ſoror per iudicem cogi ad ſoluendam illam ſummam, quam clericus dicit fuiſſe ex Miſſarum ſtipendiis?

RESpondi negatiuè, ſi aliæ non dentur coniecturæ, & probationes, bene tamen ſi den-
56 tur. Prima pars probatur. Quia quando donator tenetur de euictione rei donatæ; repellitur in iure à teſtificando contra donatarium, vt cum Ancharrano, Antonio de Beſtt. & aliis communiter docet Farinacius, *in tractatu de teſtibus, lib. 2. tit. 6. q. 6. num. 363.* Atqui iſte clericus declaratus in teſtamento dediſſe illam ſummam ex ſtipendiis Miſſarum, tenetur *de euictione*, ergo omnino repellitur à teſtificando.

57 Confirmatur primo. Quia filius adulterinus non poteſt cogi dimittere hæreditatem ex ſolo dicto matris confitentis illum eſſe adulterinum, etſi hoc dicat in articulo mortis, cum iuramento, niſi certas probationes offerat, quibus filius neceſſario conuincatur; Nemo enim tenetur credere
58 teſti fide digno in ſuum præiudicium, vt cum Petro Nauarra, Riccio, Leſſio, & aliis docet Trull. *lib. 7. decalogi cap. 8. dub. 6. n. 2.* Ergo idem dicendum de hac muliere.

Confirmatur 2. Quia teſtis, etſi fide dignus, etiamſi ſit Cardinalis, de facto proprio deponens
in præiudicium tertij non plene probat, vt cum 59
multis laté probat Farinacius, *in tractatu de teſtibus, lib. 2. tit. 6. q. 63. n. 2 19 & q. 60. num. 1.* Atqui hic clericus deponit in teſtamento de facto proprio in præiudicium tertij; ergo non plenè probat in iudicio.

Secus dicendum eſt, ſi dentur aliæ coniecturæ, 60
& probationes, nam tunc datur actio in iudicio aduerſus hanc fœminam donatariam, & poteſt à iudice cogi intra annum ad ſoluendam pecuniam datam in præiudicium creditorum, etiamſi bona fide receperit. Ita cum Molina, Leſſio, Rebello, Salas, & aliis Palaus, *d. 3. de iuſtitia commutatiua p. 14 num. 5. & habetur in l. quod autem, ff. quæ in fraudem creditorum & l. qui à debitore, ff. quæ in fraudem creditorum.* Ratio autem eſt, quia hæc fœmina eo ſolum excuſatur à reſtitutione in iudicio, quia dictum clerici deponentis in ſuo teſtamento ſe dediſſe illam ſummam in præiudicium creditorum, non facit plenam fidem in præiudicium tertij; ergo ſi aliæ coniecturæ, & probationes adiungantur procul dubio obligabitur fœmina in iudicio ad reſtituendum totam ſummam.

CONSVLTVM LIV.

De quodam teſtamento metu facto non reuocato à potente illud reuocare an ſit validum?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Preces importunæ non ſufficiunt ad annullandum teſtamentum, etiamſi iungantur cum metu reuerentiali.*
3 *Metus reuerentialis, ſi cum eo non iungantur minæ, verbera, aut ictus, non eſt ſufficiens ad annullandum aliquem contractum.*
4 *Minæ ſolæ non ſufficiunt ad annullandum actum, ſi ille qui minatur non eſt ſolitus minas exequi.*
5 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
6 *Preces importunæ & blandicia non ſufficiunt ad annullandum teſtamentum.*
7 *Mulier quæ per multum tempus potuit rumpere teſtamentum, quod vi, vel metu fecit, & illud conſeruauit, cenſetur illud ratificare.*
8 *Lætitia, hilaritas, & iucunditas poſt factum teſtamentum eſt ſignum illud, vt validum reputare, qui illud fecit.*
9 *Metus illatus cenſetur ſublatus quando fuit opportunitas illum fugiendi, & qui illum paſſus eſt noluit.*
10 *Quando teſtator agnoſcit nullitatem ſui teſtamenti, & non curat illud reſcindere, & aliud efficere, cum commode poſſit, cenſetur illud ratificare, & velle.*
11 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
12 *Quando metus à patiente illud facile repelli poteſt, non cenſetur grauis.*
13 *Metus cenſetur purgatus, quando perſona cui illatus fuit metus poſita eſt in ſua libertate.*
14 *Animus ab operibus dignoſcitur, & taliſ*

præſumitur qualem facta demonſtrant.
13 *Ex verbis dignoſcitur animus, & intentio hominis.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVÆDAM mulier nupta, cum proxima eſſet morti, fecit ſuum teſtamentum, & relinquit maritum ſuum hæredem vniuerſalem: Arguunt autem patentes huius mulieris teſtamentum fuiſſe nullum, ſiquidem fuit factum per metum cadentem in virum conſtantem. Quod probant, eo quod maritus illius precibus importunis coëgit hanc mulierem vt faceret eum ſuum hæredem, ei inferendo grauem metum, quod ſi ſana euaderet eam male tractaturum, nec cum ea amplius habiturum pacem, & quietem. quod cum videret mulier, timens quod grauiter ab eo vexaretur; ſi ab infirmitate ſana euaderet, mota illius importunis precibus, blanditiis & minis, fecit prædictum teſtamentum, & reliquit eum hæredem ſuum vniuerſalem contra ſuam voluntatem, quæ omnia ipſa narrauit certis, & fide dignis perſonis. Accidit autem quod mulier hæc ab illa infirmitate ſua euaderet, & vixit adhuc per 17. annos, & per ſeptem annos abſens fuit à marito ſuo per ſpatium quinquaginta leucarum, abſque eo quod in toto hoc tempore reuocauerit, nec mutauerit dictum teſtamentum, imo illud cuſtodiuit, & conſeruauit, & reſeruauit in ſcrinio, vbi res maioris ponderis habebat; cum facillime in tanto tempore abſentiæ mariti aliud efficere poſſet, & de facto eius maritus, cum illa iterum eſſet infirma infirmitate, qua & mortua eſt, ei dixit, quod faceret aliud teſtamentum, & relinqueret hæreditatem ſuam cui voluiſſet quod illa efficere minime voluit, imo ſe mori relinquit cum primo teſtamento.

Quæritur ergo 1. An hoc teſtamentum ex illo metu factum fuerit validum? Secundo quæritur. An in caſu quo non fuiſſet validum, cenſeatur ratificatum, & reualidatum, eo quod illud non reuocauerit, caſſauerit, vel ruperit, cum id poſſet per tantum tempus efficere, & hora mortis id ab ea poſtulante etiam marito.

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An hoc teſtamentum ex illo metu factum fuerit validum?

AD intelligentiam huius conſulti notandum eſt, hunc hominem de quo dicitur intuliſſe prædictum metum, eſſe hominem doctum, & optimum Chriſtianum, nec de eo dictum vnquam fuit, quod aliquem vulnerauerit, aut occiderit, nec cum aliquo rixas habuerit, nec quod aliquid fuerit furatus, nec erat homo malarum artium, nec vnquam vxorem malè tractauit, ſed potius eam ſummo amore tractauit, quæ omnia ſunt notoria. His ſuppoſitis.

2 Reſpondi primo quæſito, tale teſtamentum fuiſſe validum primo. Quia dato quod præceſſiſſent dictæ preces importunæ, id non ſufficit ad annullandum tale teſtamentum, nec alium contractum, etiamſi ſimul cum talibus importunis precibus iungeretur metus reuerentialis. Ita Abbas, Rolandus, Gabriel, Henriquez, Leſdeſina, quos refert, & vt probabiliſſimum tenet Sanch. *de matrim d.8.dub. 4. num.* 6. Tum quia metus re- 3
uerentialis, ſi cum eo non iungantur minæ, verbera, aut ictus, non eſt ſufficiens ad annullandum aliquem contractum, vt patet, *ex cap. ex literis de ſponſ. impub. & ex cap. 21. de pactis, n.6. & ex l. ſi patre cogente 2 ff. de ritu nuptiarum, & ex l. fideiuſſor impetrauit 16. §. Pater Sei ff. de pignoribus*, & cum Abbate, Ancharrano, Hoſtienſe, Nata, Decio, Gamma, Gutierres, Matienzo, Molina, & alus tenet Sanchez., *de matrim. lib. 4. d. 6. num.* 7, & multoties decidit ſacra Rota apud Farinacium, *lib. 2. conſ. crim. & deciſ.* 783. *& deciſ.* 728. *num.* 6. apud Baratum, & ibidem in annotatione. Fernantillas, & etiam in annotat. *ad deciſ.* 205. Atqui iſte homo nunquam huic mulieri grauiter minatus eſt, nec ei ictus, vel verba intulit, ſed potius eam bene tractauit, ergo non eſt cur tale teſtamentum inualidum, & nullum, iudicemus. 4

Confirmatur. Quia dato quod præceſſiſſent dictæ minæ, quas dicunt contrarij, non ſufficiunt ſolæ minæ ad annullandum actum, ſi ille qui minatus eſt non eſt homo crudelis, & qui ſoleat tales minas executioni mandare, vt cum Nata, Maſcardo, Padilla, & aliis multis docet Sanchez, *de matrim. lib. 4. d.6. num.* 21. Sed ſic eſt, quod iſte homo nunquam offendit vxorem ſuam, vel aliam perſonam, eo quod homo bonæ vitæ, & timoratæ conſcientiæ erat; ergo talis metus non fuit cadens in virum, vel mulierem conſtantem, ac per conſequens non annullauit teſtamentum. 5

Nec contra hoc facit id, quod iſta mulier prædictis illis perſonis dixit, ſcilicet ſe feciſſe dictum teſtamentum contra ſuam voluntatem. Nam contra hoc eſt, quod proteſtatio contraria facto non releuat, *l. cum in plures, §. locator ff. locati, cap. gratum de officio delegati.* & docet Baldus, Cephalis, Surdus, Tuſcus, & alij apud Barboſam, *in axiomatibus iuris, axiomate* 194. *num.* 1. Tum quia proteſtatio facta poſt actum ceſſat per actum ſequentem contrarium, vt docet Cephalus, Crauetta, Surdus, Menochius, Rota, apud Farinacium, *p.2. recent.* Et proteſtans ſi non repetat in omnibus proteſtationem, cenſetur ab ea receſſiſſe, Rota apud Paulum, *de rubeis deciſ.* 25. *n.* 29. *& deciſ.* 91. *n.* 12. *tom.* 2. *diuerſarum*: Sed ſic eſt quod hæc mulier nunquam proteſtata eſt hoc teſtamentum factum fuiſſe per metum, & quod vt tale illud annullabat, ſed ſolum dixit aliquibus perſonis, quod ex metu mariti ſui illud fecerit, & dato quod proteſtata fuerit, quod ex metu illud fecerit, & quod nunquam voluntatem illud condendi habuerit, non continuauit in omnibus eandem proteſtationem, imo illud ſuſtinendo, & non illud rumpendo, tacita approbauit, & ratificauit; ergo tale teſtamentum fuit validum. Confirmatur quia hæc mulier non ſolum tenebatur proteſtare ſe tale teſtamentum propter metum feciſſe, ſed quod ſi adhuc talis metus non duraret, abſque dubio tale teſtamentum infringeret, & annullaret, vt cum Mantica, docet Fragoſ. *p 3. lib.* 4. *d.7. §.1. num.* 9. Ergo cum hæc mulier tale quid nunquam dixerit, ſequitur quod cum tale teſtamentum non mutauerit, validum ſemper permanſiſſe. 6

Nec obſtat id quod dicunt contrarij de precibus, & blanditiis. Nam datò quod fuiſſent importu

importunæ, adhuc non ſunt ſufficientes ad annullandum dictum teſtamentum, vt docent Abbas, Rolandus, Gabriel, Henriques, Lopez, Villalobos, & alij, quos refert, & ſequitur Boſius *de matrim. cap.* 12. *num.*118. Nauarrus *in manuale cap.* 17. *num.* 16. Ledeſma, *part.* 4. *quaſt.*49. *artic.* 3. *ad finem*, & in propriis terminis tenet cum Bartolo, Fragoſius *part.* 3. *lib.* 4.*d.*7.§.1.*n.*9.

RESPONSIO AVTHORIS, SECVNDO QVÆSITO.

An in caſu, quo hoc teſtamentum non fuerit validum, cenſeatur reualidatum, & ratificatum, ex eo quod cum mulier illud non reuocauerit, caſſauerit, vel ruperit, cum id poſſet per tantum tempus efficere; & hora mortis id ab ea poſtulante merito?

7 RESpondi affirmatiuè: Ratio eſt, quia eo ipſo quod illa per tot annos, in quibus fuit abſens à ſuo marito non reuocauit tale teſtamentum, quod alias putabat eſſe nullum, eo quod metu factum fuerit, *iuxta l. fin. ff. ſi quis aliquem teſtari prohib.* Sed potius illud conſeruauit, cenſetur illud ratificaſſe: Nam cum toto hoc tempore illud libere potuiſſet reſcindere, & annullare, & non fecit, cenſetur illud approbare. Ita cum Alciato, Menochio, Genuenſi. Boſius *de matrim. cap.* 10. *num.*397.

Confirmatur 1. Quia hæc mulier per multos annos conſeruauit hoc teſtamentum, quod libere rumpere, & delineare poterat; ergo cum id non fecerit, cenſetur illud velle, & appro-
8 bare. Menochius *præſumptione* 4. *num.*28. Pariſius *conſil.*170.*num.*15. *lib.* 4. Genuenſis *cap.* 87.*num.*6. Confirmatur 2. Quia poſtquam hæc mulier fecit hoc teſtamentum vixit per multos annos alacris, & iucunda cum marito, abſque eo quod vnquam procurauerit reſcindere tale teſtamentum; ſed ſic eſt quod hæc lætitia, iucunditas, & hilaritas, ſignum eſt quod teſtamentum vt bonum, & validum reputabat, ſiquidem ſi perſiſteret adhuc in tali voluntate contraria triſtis incederet, & abſque conſolatione, vt cum Pariſio, Ruino, Menochio, probat Boſius, *ſuprà num.* 401. Ergo tale teſtamentum validum fuit.

Nec obſtat, Quod metus ſemel illatus non cenſetur ſublatus durante cauſa metus; Atqui viuente marito, cenſetur durare cauſa metus, vt cum multis textibus & Doctoribus probat Boſius *ſuprà*, *num.* 407. Ergo Non obſtat inquam.
9 Reſpondeo namque cum Sanches *de matrim. lib.* 4.*d.*18.*n.*7. id intelligi quando non fuit opportunitas fugiendi præ timore; ſed ſic eſt, quod hæc mulier per ſpatium 17. annorum, in quibus fuit abſens à viro ſuo, poterat abſque vllo timore facere ſuum teſtamentum occulte iuxta voluntatem ſuam; ergo ſi illud non fecit, & antiquum conſeruauit, cenſetur illud approbaſſe, & velle.

10 Confirmatur. Quia hæc mulier vixit per ſpatium decem & ſeptem annorum poſtquam fecit primum teſtamentum; atqui toto hoc tempore numquam illud reuocauit, imò conſeruauit in ſcrinio, & inter ſcripta chariora cuſtodiuit; ergo tacite voluit fuiſſe validum. Patet conſequentia, quia quando teſtator cognoſcit nullitatem ſui teſtamenti & non curat illud reuocare, vel in aliam formam reducere cum id poſſit facere, imò illud conſeruat inter ſcripturas amabiliores in ſcrinio domus ſuæ, cenſetur illud approbare, vt in propriis terminis tenet Menochius *libro* 4. *præſumptione.* 7. *num.* 5. & alij, apud Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 235. *num.*19. Sed ſic eſt, quod hæc omnia acciderunt in hoc caſu; ergo tale teſtamentum fuit validum.

Nec obſtat ſi dicas, quod cum vir illius adhuc vixerit, etiam ſi abſens eſſet, adhuc mulier timebat, quod in notitiam illius veniſſet, & præ metu illud non rumpebat. Non obſtat inquam. Reſpondeo namque, quod per abſentiam tanti temporis conſtituta eſt mulier iſta in ſua plena libertate, ſpecialiter ad vnum actum; quem occulte facere poterat, abſque eo quod veniſſet in notitiam mariti abſentis, vt patet *ex l.* 2. *Cod. de his qui vi.* Et ibidem Baldus *num.*1. & Gailus *de obſeruat.* 93. *num.* 23. Afflictus *deciſ.*336. *in fine.* Balbus *deciſ.* 22. Riccius *d. Collect.* 878. & alij apud eundem. 11

Tum quia hæc mulier ſi vellet, cum eſſet per tantum tempus abſens a viro ſuo, facillimè poterat facere aliud teſtamentum implorando auxilium iudicis, ſi neceſſarium foret, abſque eo quod maritus ſuus eam potuiſſet offendere, ſed ſic eſt, quod quando metus facilè repelli poteſt, non cenſetur grauis, vt patet ex *cap. fin de electione*, & cum Angelo, Caco, & aliis docet Sanches *lib.* 4. *de matrim d.* 1. *n.* 2. Ergo ſi id noluit facere, cenſetur tale teſtamentum approbaſſe. 12

Confirmatur tandem; Quia hæc mulier cum 13
iterum proxima eſſet morti vir eius ei dixit, quod feciſſet aliud teſtamentum in quacumque forma voluiſſet, iuxta voluntatem ſuam quod illa efficere noluit, ergo cenſetur approbaſſe iam factum. Patet conſequentia; quia metus cenſetur purgatus, quando perſona cui illatus fuit metus repoſita eſt in ſua libertate, vt *cum communi ſententia, & pluribus Rotæ deciſionibus*, probat Boſius *de matrim. cap.* 12. *num.* 411. Sed ſic eſt, quod hic homo repoſuit hanc mulierem in ſua libertate, dicens ei quod conderet aliud teſtamentum iuxta voluntatem ſuam, abſque aliquo metu; ergo ſi illa illud efficere noluit, cenſetur antiquum approbare.

Nec obſtat ſi dicant, illam alterum teſtamen- 14
tum non feciſſe, quia adhuc timuit, quod illa mariti verba eſſent ficta, & fraudulenta. Nam huic obiectioni Reſpondetur, quod animus ab operibus operatis dignoſcitur, & talis præſumitur, qualem facta *demonſtrant, l.* 1. §. *fin. ff. de dolo*, Maſcardus *de probationibus conſil.* 95.*num.*1. & *concluſ.* 1304. *num.* 24. Farinacius *praxi crimin. quæſt.* 89. *num.* 76. Maximè ſi verba etiam iunguntur, quia ex illis dignoſcitur animus, & in-
tentio hominis. *l. Labeo. ff. de ſupplen. leg. cap.* 2. 15
requiſitis de appellat. Albanus *conſil.* 119. *& conſil.*119. *& conſ.* 626. *num.* 9. Surdus *conſil.*83.*n.*33. & *conſ.* 47.*n.* 40 Sed ſic eſt, quod hic homo clare dixit ſuæ vxori, quod faceret ſuum teſtamentum in quacumque forma voluiſſet iuxta voluntatem ſuam, ergo ſi illa illud efficere noluit, ſignum euidens eſt, voluiſſe ratificare iam factum, Et nulla ratione de marito præſumi poteſt, quod ficte hæc verba ei protulerit; ſiquidem ad hoc

nullum erat fundamentum: Qua propter intelligo talem hominem fuiſſe verum hæredem vxoris ſuæ, eo quod teſtamentum ab ea factum io vtroque foro fuerit validum, & vt tale defendendum, & ſui hæredes poſſunt adire hæreditatem ex vi illius.

CONSVLTVM LV.

De religioſo, an poſſit celebrare in arce, vel Caſtris tempore belli, vt milites Miſſam audiant?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Religio D. Ioannis Militenſis; gaudet omnibus priuilegiis, quibus gaudet religio Sancti Auguſtini.*
3 *Religio S. Auguſtini, & alij mendicantes habent priuilegium ad erigendum Altare, & celebrandum in caſtris; & arcibus in aula Gubernatoris, & in cameris, & plateis, ſi opus ſit.*
4 *Ponitur obiectio in contrarium; & ſoluitur.*
5 *Religioſus S. Ioannis Militenſis, qui reſidet in quadam arce vbi ſunt multi milites, tenetur ex charitate in dicta arce erigere Altare, & Miſſam celebrare, vt milites Miſſam audiant in die feſto.*
6 *Si id noluerit efficere, poteſt id efficerè quilibet Sacerdos ſæcularis in die feſto.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN loco non procul ab inimicis in prouincia Interamnenſi in hoc Luſitaniæ regno quando bellum inter illius, & Hiberiæ Sereniſſimos Reges exercebat: *Hac enim die in qua hæc tranſcribo, quæ eſt prima Martij anni* 1668. *ſemper in Luſitania celebris. ſtabilita fuit perpetua pax inter vtrumque Regem ab omnibus adeo concupitam, & deſideratam, quam Deus in æternum firmet, & conſeruet.* In hoc igitur Luſitaniæ loco facta fuit quædam arx ad expugnandos inimicos, & cum in ea adhuc non fuiſſet Eremitorium, & aliàs Milites, Duces, & gubernator illius non poſſent extra ad Eccleſias propinquiores exire, eo quod diebus præteritis, cum quidam gubernator cuiuſdam arcis dictæ Caſtro Laboreito exiret ad audiendam Miſſam ad Eccleſiam loci, milites illius arcis ſe rebellarunt contra ſuum gubernatorem, & tradiderunt arcem inimicis, quapropter præceptum impoſitum fuit ſingulis arcium gubernatoribus, vt nunquam ab eis exirent, nec etiam ad Miſſam audiendam.

Quæſiuit ergo à me armorum gurbernator, an quidam clericus religioſus S. Ioannis Militenſis, qui forte tunc reſidebat in illa arce, poſſet in domo gubernatoris in prædicta arce, vel in aliu honeſtiori loco eiuſdem arcis, Miſſam celebrare ad milites ſatisfaciendos præcepto Eccleſiæ audiendi Miſſam?

RESPONSIO AVTHORIS.

2 REſpondi affirmatiue. Ratio eſt, quia Religio D. Ioannis Militenſis gaudet omnibus priuilegiis, quibus gaudet Religio S. Auguſtini, vt conſtat ex Bulla Gregorij XIV. quam ego ipſe refero *in noſtro Directorio Regularium part. 1. tract. 2. d. 5. ſect. 6. num.* 167. Sed ſic eſt quod tam Religio S. Auguſtini, quam aliæ mendicantes cum ſuis ordinibus militaribus habent priuilegium ad erigendum Altare, & celebrandum, non ſolum in Caſtris, ſed etiam in arcibus, vt conceſſit Vrbanus V. Bulla prima, & alij Pontifices, vt ego ipſe dixi *in noſtro Directorio Regularium, part. 1. tract. 2. d. ſect. 4. num.* 174. Ergo non ſolum poſſunt erigere Altare in dictis arcibus in Eremitoriis de nouo fundatis, ſed etiam in aula gubernatoris, vt conceſſit Sixtus V. Bulla XIV. & Eugenius IV. Imò non ſolum in aula gubernatoris, ſed etiam in cameris, in quibus dormiunt homines ſæculares, & in plateis, vt conceſſit Alexander VI. non obſtante quod cameræ vbi ſæculares dormiunt, & plateæ videantur loca inhoneſta. 3

Nec contra hoc obſtat Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 22. vbi præcipitur, quod Epiſcopi non permittant celebrare in domibus particularibus. Nam huic obiectioni Reſpondeo. Concilium non derogare priuilegia regularium, ſed ſolum præcipere, ne Epiſcopi permittant, quod religioſi celebrent in domibus priuatis, & ſic dum Epiſcopus ſpeciali decreto non prohibuerit celebrare in talibus domibus priuatis, poſſunt regulares vti ſuis priuilegiis, vt docent Fr. Ioannes à Cruce, Ledeſma, Rodrigues, Portel, quos refert, & ſequitur Diana *p. 1. tract. 2. reſol.* 80. Lezana, *tom. 3. verbo Altare, n.* 13. Paſcaligus, Marchinus, Decaſtillus, Lugo, & alij, quos ego ipſe refero, & ſequor *in noſtro Directorio Regularium, p. 1. tract. 2. d. 2. ſect. 4. num.* 174. & 175. 4

Hinc fit, quod cum prædictus Pater Fr. ſit Religioſus S. Ioannis Militenſis, & vt talis gaudeat ſupradictis priuilegiis, & cum interim non poſſit in dicta arce conſtrui Eremitorium ob immenſos ſumptus belli, & aliàs ſit neceſſarium, quod gubernator, Duces, & Milites non exeant ab arce ad audiendam Miſſam, ne illis eueniat, quod non ab hinc multis diebus accidit gubernatori Caſtru Laboreiro, & alias Epiſcopus id non prohibeat. Dico quod tenetur talis religioſus vti hoc priuilegio dicendi Miſſam in loco honeſtiori, quæ inuenta fuerit in dicta arce, & ſi non detur niſi domus vbi dormiant milites hæc decenter præparanda eſt, & componenda, vt ibi poſſit erigi Altare, & Miſſæ ſacrificium celebrari ob tantam militum neceſſitatem. Tenebitur autem ad hoc talis religioſus ex charitate, ne dicti milites in diebus feſtis Miſſa careant, & ſic gubernator armorum debet dicto Religioſo præcipere, vt erigat Altare cum id ex priuilegio efficere poſſit, & Miſſam celebret, dum Eremitorium expenſis regiis non erigitur, ne milites maneant abſque hoc auxilio ſpirituali. 5

Addo, quod & ſi prædictus Pater Fr. non fuiſſet regularis, nec haberet prædicta priuilegia, ſed eſſet quidam ſimplex clericus adhuc poſſet erigere Altare in dicta arca, & Miſſam celebrare in quacunque domo honeſta, & compoſita, vel etiam in platea; vt milites Miſſam audirent diebus feſtis. Ita habetur *in c. ſicut de conſecrat. d.* 1. Neceſſitas namque non carendi tanto tempore hoc ſacrificio tales milites, & defectu poteotiæ 6

exeundi

exuendi extra arcem ad Miſſam audiendam ſufficit, vt quilibet clericus poſſit in prædictis locis celebrare, vt ibi Miſſam habeant, *non obſtante dicto decreto Tridentini, ſeſſ. 22. cap de vitandis in celebratione Miſſarum*. Ita docet Henriquez, Sà, Hurtado, Lugo, Suarez, Villalobos, Machado, Valerus, quos refert, & ſequitur Leander, *de Sacramentis. tract. 8. diſp.... q. 16.* Quapropter reſolutorie dico, quod ſi prædictus pater, S. Ioannis Melitenſis noluerit celebrare in dicta arce modo dicta, poteſt gubernator armorum præcipere cuicunque clerico, vt erigat altare in dicta arce, & ibi Miſſam celebret, ne milites Miſſæ ſacrificio careant in diebus feſtis. Nec ad hoc requiritur licentia ordinarij, ſiquidem neceſſitas ſufficit; & præſumitur talis licentia, & jus commune illam concedit, *in cap. ſicut de conſecratione, diſt. 1.* videatur Suarez, *d. 81. ſect. 4.* & Leander, *loco citato*.

CONSVLTVM LVI.

De operibus præceptis pro conſecutione Iubilæi duarum hebdomadarum, an debeant omnia fieri in eadem hebdomada, in qua conſequitur Iubilæum, vel poſſint fieri partim in vna, & partim in alia hebdomada?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Ad conſequendum Iubilæum ſufficit quod opera præcepta fiant intra duas hebdomadas aſſignatas ad lucrandum.*

3 *Hæc opinio eſt nimis prubabilis, licet detur etiam opinio probabilis in contrarium.*

4 *Qui ad conſequendum Iubilæum ſecutus fuit opinionem probabilem, conſequitur illud.*

5 *Si Bulla Iubilai dicat quod opera fiant intra duas hebdomadas vt fuit Iubilæum in aſſumptione Innocentij X. hoc eſt extra quæſtionem.*

6 *Si poſtulet vt opera fiant in vna hebdomada adhuc eſt probabilis opinio, quod ſi fiant in duabus hebdomadibus ſufficit.*

7 *Confeſſor poteſt immutare opera Iubilai, quæ intra eadem hebdomadam non fecit pœnitens in alia.*

8 *Qui vſque ad vltimum diem Iubilai nullum fecit opus aſſignatum pro Iubilæo ſi à confeſſore opera immutentur in alia, quæ poſſit facere ipſa vltima die conſequitur Iubilæum.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 SVMMVS Pontifex Innocentius X. cum ad cathedram D. Petri aſſumptus fuerit conceſſit Iubilæum per duas hebdomadas, ad cuius conſecutionem præcepit vt aliqua opera fierent ad lucrandum dictum Iubilæum. Aliqui pœnitentes in quadam hebdomada faciebant partem illorum operum, & in alia alteram partem, quapropter inter eos magnum jurgium de hac re exortum eſt, aliquibus hic inde diſputantibus.

Quæſierunt igitur à me, An ſic facientes opera poſtulata in dicto Iubilæo conſequerentur illud?

RESPONSIO AVTHORIS.

RESpondi ſatis eſſe ad conſequendum Iubilæum 2
quod ea quæ continentur in Bulla Iubilæi executioni mandentur intra duas hebdomadas ſignatas ad conſequendum ipſum Iubilæum. Vnde qui in prima hebdomada fecit medietatem operum præceptorum, & in altera aliam medietatem, vel aliquod ex prædictis operibus, quod ei fuit illi in prima hebdomada, conſequitur Iubilæum. Et ratio eſt: Quia licet detur opinio probabilis quæ aſſerit omnia opera exequenda eſſe in eadem hebdomada in qua lucratur Iubilæum, vt cum Henriquez, Villalobos, Portel, docet D. Rodericus de Cuña, *de Iubilæo, cap. 4. n. 2.* Santaretus, Zeroæla, & alij, quos refert Diana, *5. p. tract. 12. reſol. 24.* Attamen opinio contraria, quæ docet ſufficere ad lucrandum Iubilæum, quod qui faciat aliqua opera præcepta in vna hebdomada, & alia in altera hebdomada eſt etiam probabilis, & ſecura, vt docet Præpoſitus, Laiman. Naldus, quos refert, & ſequitur Diana, *5. p. tract. 12. reſol. 24.* & ſic reſ- 3
ponderunt Patres ſacræ pœnitentiariæ Romanæ de hoc interrogati, vt teſtatur Diana, *loco citato*. Et de hoc datur quædam declaratio ſacræ Congregationis, vt teſtatur Diana; *loco citato*, & docent etiam hanc ſententiam Bonacina, *in præſenti, d. 6. p. 5. q. 1. n. 34.* Pelizarius, *tract. 10. cap. 9. n. 2.* & vt probabilem docet Decaſtillus, *de pœnitentia tract. 9. d. 2. dub. 25 n. 332.* vbi ait quod in eo quod attinet ad communionem probabilius eſſe poſſe quempiam in prima hebdomada ieiunare, & diſtribuere eleemoſynas, & in ſecunda confiteri, & communicare; imo hanc eſſe communem opinionem vſitatam in Eccleſia; eandem ſententiam tenet Palaus, *tom. 4. tract. 24. d. vnica, p. 12. num. 19.* Ergo cum hæc opinio ſit ſatis ſecura, & probabilis, qui fecerit partem illorum operum in prima hebdomada, & partem in ſecunda, abſque dubio lucrabitur Iubilæum.

Confirmatur 1. Quia opinio ſatis probabilis 4
eſt, quod ille qui tempore Iubilæi ſecutus fuerit opinionem probabilem circa conſecutionem Iubilæi abſque dubio conſequitur ipſum Iubilæum, vt docet Leander, *de Sacramentis. tom. 1. tract. 5. d. 14. q. 164.* qui teſtatur eandem ſententiam tenuiſſe plures DD, inter quos fuit Fr. à S. Iuliano, eandem ſententiam docet Fr. Martin. à S. Ioſeph, *tom. 1. lib. 2. de indulgentiis, tract. 12. n. 2.* P. D. Paulus Maria, quem refert, & ſequitur Diana *p. 10. tract. 11. reſol. 34. in fine*; cum ergo ſit ſententia ſatis probabilis, dicens quod qui fecerit partem operum in Iubilæo præceptorum in prima hebdomada, & partem in ſecunda conſequitur Iubilæum, euidenter ſequitur, quod ille qui hanc opinionem ſecutus fuerit abſque dubio conſequitur Iubilæum.

Confirmatur 2. Quia id in hoc Iubilæo de quo agitur eſt euidentius, ſiquidem in illo Pontifex ait ſe concedere Iubilæum illis; qui in ſpatio duarum hebdomadarum viſitauerint ſemel 5
ad minus vnam Eccleſiam ex nominatis, & ieiunauerint feria quarta, ſexta, & Sabbato, vniuſcuiuſque illarum duarum hebdomadarum, & confeſſi

confeſſi fuerint, & communicauerint, vel in dominica die ſequenti, in qua finitur hebdomada, vel in quacunque die illius, & dederint aliquam eleemoſynam modo in bulla aſſignato; Atqui Pontifex hic non poſtulat vt omnia opera fiant in eadem hebdomada, imo dicit ſufficere ſi fiant per ſpatium duarum hebdomadarum prædictarum; ergo in hoc iubilæo nulla de hac re dari poteſt quæſtio cum verba bullæ ſic videantur admittere.

Vnde opinio contraria ſolum eſt quando in bulla Iubilæi poſtulatur vt opera omnia fiant intra eandem hebdomadam in qua incipiat Iubilæum vt dicebat bulla Iubilæi Gregorij XV. & Pauli V. de quibus loquitur D. Rodericus à Cuña, *ſuprà* citatus; videndus ergo eſt tenor bullæ & cum Farinacio aduertit Fragoſus, *de regimine Reipublicæ Chriſtianæ, p.2. lib.2.d.4.§.3. num.18. in fine* ea namque id ſæpe clare conſtat, vt in bulla præſenti. Addo tamen quod quando bulla non eſſet
6 adeo clara, ſed ſolùm fuiſſet vt illa Gregorij XV. & Pauli V. adhuc dicendum eſſe facientem opera partim in vna, partim in altera hebdomada conſequi Iubilæum, vt docent DD *ſuprà citati*.

Imo addo, quod licet contraria ſententia fuiſſet certa quod non eſt, imo noſtra probabilior eſt adhuc dicendum eſt, quod homo qui non fecit omnia opera in vna ex prædictis hebdomadibus poterit conſequi Iubilæum, ſi confeſſor illi commutauerit opera quæ illi defuerant quod illa in
7 altera die exequatur, aut quod loco illorum faciat aliud opus, quod optime efficere poteſt confeſſor in caſu quo in eadem dicta hebdomada prædictus homo non poſſit exequi omnia prædicta opera, vel ea faciendi immemor fuit. Ita Veiga, Nauarrus, Graffius, & alij, quos refert, & ſequitur Fragoſus, *p.2. lib.2. d.4. §.3. num.19.* D. Rodericus à Cuña, *de hoc Iubilæo, cap.1. num.6.* Vbi etiam ait, quod ſi quis tranſiſſet omnes quindecim dies aſſignatos ad lucrandum Iubilæum abſque eo quod in eis aliquod opus executioni mandauerit, adhuc poſſe in vltimo die conſequi Iubilæum ſi confeſſor ei commutauerit omnia opera poſtulata in Iubilæo in alia, quæ in ipſa die poſſit executioni mandare. Ita etiam docet Henriquez, *lib.7. cap.10. n.6.* Sanchez, *lib.4. decalogi c.54. n.20.* Rodriguez, *in ſumma, verbo Iubilæum, n.50.* Villalobos, *tract.16. d.54. n.5.*

CONSVLTVM LVII.

De teſtamento non aſſignato à teſtatore ob accelerationem mortis, an poſſit probari validum, vt nuncupatiuum?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Ad teſtamentum nuncupatiuum iure Luſitano requiruntur ſex teſtes, ſiue viri, ſiue fœminæ.*
3 *Teſtamentum nuncupatiuum in quo non fuerunt ſex teſtes eſt nullum.*
4 *Teſtator qui antequam inciperet teſtamentum ſcriptum declarauit totam ſuam voluntatem coram ſex teſtibus & tabellione fecit teſtamentum nuncupatiuum validum.*
5 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
6 *Nominatio emphyteuſis probata per quinque teſtes valet.*
7 *Nominatio emphyteuſis, etſi fiat in teſtamento eſt actus meri facti inter viuos.*
8 *Nominatio emphyteuſis facta in teſtamento nullo valet, probato teſtamento.*
9 *Nominatio ad petendam renouationem emphyteuſis ſi probetur tribus teſtibus valet.*
10 *Ponitur argumentum in contrariam, & ſoluitur.*
11 *Quomodo intelligatur noſtra Ordinatio Regia,* lib.4 tit.37.§.4 *quæ videtur noſtra reſolutioni oppoſita.*
12 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
13 *In emphyteuſi liberæ nominationis non attenditur quod ſucceſſor ſit de ſanguine primi lineæ, quæ emphyteuſim obtinuit.*
14 *Solum attenditur quod ſit nominatus ab vltimo poſſeſſore, vel proximior conſanguineus illius*
15 *In emphyteuſi liberæ nominationis non ſolum poſſunt petere renouationem deſcendentes, ſed & tranſuerſales.*
16 *Conſanguineus proximior eſt ille qui eſt in gradu proximiori vltimæ vitæ.*
17 *Dominus directus tenetur eligere qui eſt in gradu proximiori vltimæ vitæ.*
18 *Quando non dantur teſtes ad probandam nominationem emphyteuſis proximior vltimæ vitæ habet ius petendi renouationem.*
19 *Si vltima vita nominauit coram ſufficientibus teſtibus ius petendæ renouationis remotiori conſanguineo, hic præferendus eſt proximiori in renouatione emphyteuſis.*
20 *Dominus directus tenetur ſequi in renouatione emphyteuſis liberæ nominationis electionem, & voluntatem vltimæ vitæ.*
21 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
22 *Quid ſi vltima vita dicat coram teſtibus ſe relicturum ſuam emphyteuſim Franciſco verbi gratia.*
23 *Si domino directo certo conſtet per teſtes vltimam vitam aliquem nominaſſe tenetur in hoc renouare emphyteuſim.*
24 *Si de hoc ei non conſtet tenetur nominare perſonam proximiorem vltimæ vitæ.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

ERAT Maria v.g. infirma infirmitate, qua 1
eſt mortua, & cum proxima eſſet morti vocauit tabellionem vt faceret ſuum teſtamentum ad nominandum in eo quandã emphyteuſim liberæ nominationis, & antequam inciperet teſtamentum dixit coram notario, & quinque teſtibus inſtituere ſuam hæredem Ioannem conſanguineam ſuam in ſecundo gradu, & quod eam nominabat ad emphyteuſim, quam habebat poſt hæc, & ſic peracta incepit tabellio ſcribere teſtamentum, & antequam ab infirma ſubſcriberetur mortua eſt teſtatrix.

Quæritur ergo primo. An teſtamentum illud ſcriptum, eo quod non fuerit aſſignatum à teſtatrice poſſit probari ſaltem vt validum nuncupatiuum. Secundo, An caſu quo nec ſit nuncupatiuum validum valeat nominatio emphyteuſis

quæ

quæ poſtea per illas quinque teſtes fuit probata. Tertio an etiam valeat nominatio ad petendam renouationem emphyteuſis facta in teſtamento nuncupatiuo nullo à teſtatore qui iam non habebat ius ad nominandum ad emphyteuſim ſi tribus teſtibus probetur. Quarto an in caſu quo teſtamentum nec vt nuncupatiuum valeat, nec etiam nominatio emphyteuſis, poſſit dominus directus dare emphyteuſim huic conſanguineæ in tertio gradu defunctæ teſtatricis, relinquendo quandam filiam ſororis ipſius defunctæ, vel cui facienda ſit hæc renouatio emphyteuſis?

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An teſtamentum illud ſcriptum, eo quod non fuerit aſſignatum à teſtatrice poſſit probari, ſaltem vt validum nuncupatiuum?

2 RESPONDI tale teſtamentum, nec vt nuncupatiuum valuiſſe. Et ratio eſt, quia ad teſtamentum nuncupatiuum de iure Luſitano requiruntur ſex teſtes, ſiue viri, ſiue fœminæ, vt patet *ex ordinatione, lib. 4. tit. 8. §. vltimo*; Sed hic non
3 fuit talis numerus teſtium, ergo nec vt ſcriptum, nec vt nuncupatiuum valet, nec etiam vt codicillum, *l. ſi quis cum teſt. 3. l. ab inteſtato 16 ff. iure codicil.* non enim hic habemus clauſulam codicillarem, nec iſte caſus eſt ex illis in quibus illa præſumitur.

Aliter dicendum eſſet ſi adeſſent ſex teſtes, nam tunc valeret tale teſtamentum vt nuncupa-
4 tiuum *iuxta ordinationem, lib. 4. tit. 8. §. vltimo*; Nam licet teſtatrix intenderet facere teſtamentum ſcriptum, & diſpoſitio non valet, niſi in ea forma quam diſponens intendit, argument. *contractus, ff. dictum inſtrum. l. verbis ciuilibus, ff. de vulgari*, Cabedo, *deciſ.* 159. latiſſime Caldas, *de emptione cap. 14. n. 6.* Phœbus, *2. p. deciſ. 188. n. 10.* Attamen hic ex modo quo iſta teſtatrix diſpoſuit, aliter dicendum eſſet: illa enim antequam inciperet ſcribere teſtamentum, voluntatem ſuam coram teſtibus totam expoſuit, & in his terminis valet teſtamentum, vt nuncupatiuum Maranta, *diſp. 4. n. 13* Clarus. *§. teſt. q. 4. n. 2. ad finem*, & cum Mantica, Burg. de Paz, & aliis bene reſoluit Gutier. *lib. 3. pract. c. 45 n. 2.* Cald. *vbi ſuprà, n. 8.* Phœbus, *loco citato, n. 3. & 4* Reinoſo, *obſeru. 49. n. 18.*

5 Nec obſtat quod teſtatrix volebat vltra progredi, & facere teſtamentum in ſcriptis; ergo ſi mortua eſt eo non finito teſtamentum manet nullum, vtpote imperfectum *ex l. ſi quis teſtamentum, l. ex ea ſcriptura. ff. de teſtam.* Surd, *conſ. 258. n. 19.* Stephanus Gratian. *forenſ. cap. 550. n. 9.* Non obſtat inquam, reſpondeo namque teſtamentum nuncupatiuum in hoc caſu iam eſſe finitum; & perfectum, ſiquidem teſtatrix dixerat coram teſtibus omnia quæ volebat diſponere inſtituendo hæredem nominando emphyteutam, & voluntas ſemper præſumitur completa, & abſoluta Alexander, *conſil. 109. ad fin. lib. 7.* Quod autem ſcriptura non eſſet finita, id non intereſt, cum hic non agatur de valore teſtamenti ſcripti, ſed nuncupatiui; vnde qui voluerit dicere teſtatricem non dixiſſe omnia, quæ volebat diſponere circa inſtitutionem hæredis, & alia ad teſtamentum requiſita, debet id probare & non ſufficit probare illum, etiam quod vice protulerat voluiſſe ſcribi, ita eleganter reſoluit Rota apud Steph. Gratianum *d. c. 550. n. 49.* fatetur idem Gratianus *n. 11. & 12.* & alij Doctores *relati ab ipſa Rota loco citato.*

RESPONSIO AVTHORIS SECVNDO QVÆSITO.

An caſu quo non fuerit validum teſtamentum nuncupatiuum, valeat nominatio emphyteuſis quæ poſteà per illos quinque teſtes fuit probata?

RESPONDI affirmatiuè. Ratio eſt quia nominatio emphyteuſis ita pendet ex nuda nominantis voluntate, vt nullam aliam ſolemnitatem requirat, & ſufficit quod de ipſa voluntate conſtet, Gamma *deciſ.* 287. *n.* 1. Cald. *de nominat. q. 2. n. 21.* Phebus *deciſ. 124. n. 13.* & patet *ex textu in l. vnic. ff. rebus eorum.* Decius *in l. fin. n. 10.* Peralta *in l. ſi quis in principio. ff. licet, 3. n. 215.* Valaſcus *conſult. 61. n. 15.* Caldas *de poteſtate eligendi cap. 12. n. 4.* Surdus *de alimen. tit. 9. n.* 32. vbi concludit ſufficere quod teſtator aliquid voluerit; quia etſi actus poſtea
non habuerit effectum, tamen probatur, & ſuſten- 6
tatur voluntas teſtatoris; atqui hic per teſtes conſtat ex teſtamento de voluntate teſtatricis; ergo nominatio quæ ſolum ab ipſa voluntate dependet, cum de illa conſtet per ipſum teſtamentum, ſuſtinendi eſt vt res diſtincta, etiam ſi teſtamentum ex defectu alicuius ſolemnitatis fuerit nullum.

Probatur, quia nominatio emphyteuſis, etiamſi fiat in teſtamento, eſt actus meri facti inter viuos,
vt poſt Bart. & alios notat Valaſcus *conſ. 61. n. 5.* 7
Caldas *conſ. 10. n. 40. & 45*: & nullam dependentiam habet à teſtamento, quia per ſe ſubſiſtit, vt ex multis aduertit Phebus *1. p. deciſ. 30. n. 22. & 2. p. dec. 124. n. 27. & 46.* Nec partis præſentiam requirit, vt poſt Paulum, & Bartolum fatetur idem Caldas *ſuprà, n. 4.* Gamma *dec. 17. n 9.* ergo etiamſi teſtamentum annulletur ex defectu alicuius ſolemnitatis nominatio in eo facta vt res independens à teſtamento, & quæ per ſe ſtare poteſt ſuſtinenda eſt ex ratione principali *in l. etiam ff. in officioſ. teſtam.* ſi in ipſo teſtamento inueniatur ſufficiens probatio quæ ad nominationem requiritur vt benè concludit Valaſcus *ſuprà n. 5.* atqui hic in teſtamento reperitur ſufficiens probatio requiſita, ad valorem nominationis; ergo.

Confirmatur, quia quando nominatio fuit facta in teſtamento in ſcriptis, & teſtamentum fuit nullum
ex defectu additionis hæreditatis, quia defecit ca- 8
put teſtamenti, ſuſtinenda eſt nominatio emphyteuſis in eo facta probato ipſo teſtamento nullo, vt reſoluit Cald. *conſ. 10. n 40.* & cum multis Pheb. *dec. 124. n. 9.* vbi dicit ſic fuiſſe iudicatum; ergo à fortiori ſuſtinenda eſt nominatio emphyteuſis facta in teſtamento nuncupatiuo nullo ex defectu vnius teſtis, vt ex Mol. notat Pheb *ſuprà, n 51.* Cald. *n. 49.* Patet conſequentia, quia in teſtamento nuncupatiuo teſtes deponunt ſe vidiſſe, & audiſſe, & nuncupatiue ſpecificant id, quod teſtator ordinauit, & nominationẽ, quam ab eo audierunt. & teſtamentum ſolum eſt nullum eo quod defecit vnus teſtis, ſed in teſtamento in ſcriptis ſi defecit vnus teſtis nullus ex aliis ſcit in ſpecie, nec deponit de diſpoſitione aliqua, quam teſtator feciſſet, nec de re quã ab illo audierit ordinare, & tamen in hoc caſu adhuc nominatio emphyteuſis in eo facta eſt valida, *vt ſup.* ex Cald.

Molina & Phœbo, oſtendimus: Ergo a fortiori erit valida quando teſtamentum eſt nuncupatiuum.

RESPONSIO AVTHORIS TERTIO QVÆSITO.

An valeat nominatio ad petendam renouationem emphyteuſis facta in teſtamento noncupatiuo nullo à teſtatore, qui iam non habebat ius ad nominandum aliquam vitam ad emphyteuſim ſi tribus teſtibus probetur?

RESpondi affirmatiue? Ratio eſt, quia ius petendi renouationem eſt idem ac nominatio, & eiſdem regulis metiendum eſt, nec ex parte gerentis datur differentia in eo quod detur in vita; vel in morte vt aduertit Pereira, *deciſ.31.n.6.* Siqui- 9 dem in vtroque eſt eadem ratio, & vbi diuerſa ratio aſſignari non poteſt, diuerſum ius indici non debet, *l. Titio, ff. de verbor. l.3.§.1. ff. iniuſto rupto.* & eodem modo quo poteſt fieri nominatio emphyteuſis, poteſt etiam fieri donatio, vel nominatio iuris petendi renouationem, quod in illius locum ſuccedit, & quaſi ſubrogatur in locum nominationis, ac proinde eiuſdem nominationis naturam ſapit iuxta vulgares regulas, vnde non ſolum in morte poteſt relinqui hoc ius petendi renouationem vt ſentit Gamma, *deciſ. 41. n. 4.* Valaſcus, *conſult. 157. n. 11.* Gabriel Pereira, *deciſ. 128. n. 1. & 3. & de manu regia, 2. p. cap. 28. n. 15.* Egidius Luſitanus, *in l. ex hoc iure 2. r. cap. 11. n. 72.* Sed etiam in vita poteſt fieri nominatio huius iuris renouandi emphyteuſim, & ſicut nominatio, eo quod ſit actus inter viuos non pendet à teſtamento, ſi teſtibus probari poſſit, eodem modo probari poteſt hæc nominatio iuris petendi renouationem.

Dices tam contra reſolutionem huius quæſiti, 10 quàm antecedentis, omnia contenta in teſtamento teſtamenti naturam induunt, *l. 1. §. ſi filius, ff. leg. 3.* Et ibi Bart. *ff. leg. præſtand. l. ſi veritas, l. eam quam, C. de fideicommiſ.* iuuat regula acceſſorium, *de regulis iuris in 6.* & docet Paulus Caſtr. *in l. fideicommiſ.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 4. n. 36.* Sed prædictum teſtamentum de quo in præſenti eſt ſermo fuit nullum; ergo tam nominatio ad emphyteuſim, quam nominatio iuris petendi renouationem fuere nullæ, & fruſtra quæritur de probatione nominationis, nam ſi nominatio fuit nulla, quod nullum eſt, pro non facto habetur, *l. 4. §. condemnatum, ff. re iudic.* cum vulgaribus, nec poteſt aliquem effectum producere, *l. ſi aut nullum, C. de legit. hæred. l. non dubium, C. de legibus.* Confirmatur quia nominatio ad emphyteuſim, & inſtitutio hæredis, totum fuit ſimul factum, & eſt vnica voluntas, & vnica diſpoſitio, quæ diuidi. aut ſeperari non poteſt, ſed teſtamentum eſt actus indiuiduus qui pro parte valere nequit, *l. nam abſurdum, ff. bon. libert.* Baldus, per textum, *ibi in l. ſi qui legem. ff. de teſtam.* Ergo ſi non valet inſtitutio hæredis, & alia legata eò quod teſtamentum fuit nullum, nec etiam nominatio facta in eodem teſtamento, aliàs teſtatrix mortua eſt ex parte teſtata. & ex parte inteſtata *contra regul. l. ius noſtrum*, vbi Decius, *n. 1. ff. regul. iuris.*

Reſpondetur tam argumento quàm eius confirmationi, ibi dicta procedere in his, quæ habent effectum vltimæ voluntatis, vt probat Gamma, *deciſ. 339. n. 4.* Phœbus *dicta deciſ. 124. n. 30.* & non in nominatione, quæ licet fiat in teſtamento, conſeruat ſuam naturam actus inter viuos. vt per citatos ab eodem Phœbo, *vbi ſuprà* probatum eſt, & ita vt res diuerſa, & ſeparata poteſt probari etiam per teſtamentum nullum.

Dices ordinatio Luſitana, *lib. 4. tit. 37. §. 4.* ex dia- 11 metro videtur contrarium decidere. Reſpondetur ordinationem loqui de caſibus, in quibus nominatio poteſt reuocari, & procedit in fauorem nominantis, & ad reſpectum illius iudicat nullam nominationem factam in teſtamento nullo, vt de nouo poſſit nominare, etiam in terminis in quibus nominatio ſit irreuocabilis, vt aduertit Valaſcus, *conſil. 61. n. 5.* Non autem loquitur de caſibus, in quibus non fuit reuocatio nec altera voluntas in contrarium, ſed nominans perſeuerauit in nominatione facta ante mortem. Denique quod dicta ordinatio ſit correctoria, & non obſtet noſtræ reſolutioni declarat Caldas, *conſil. 10. n. 39.* Gamma, *deciſ. 339. n. 4.* Phœbus, *deciſ. 124. n. 40.*

Dices, quando annullatur teſtamentum quoad 12 inſtitutionem hæredis, & non quoad legata, *iuxta authent. ex cauſa, C. de liber. præterit. & ordinat. lib. 4. tit. 82. §. 1.* etiam tunc nominatio emphyteuſis eſt nulla ex generalitate ordinationis. *dicto titulo 37. §. 4.* vt defendit Valaſcus, & iudicatum refert *conſult. 61. n. 6.* ergo à fortiori erit nulla talis nominatio quando ſit in teſtamento quod in ſolidum eſt nullum, tam quoad inſtitutionem, quam quoad legata. Reſpondetur opinionem Valaſci eſſe communiter in hoc caſu reprobatam, ſiquidem nominatio emphyteuſis vt valida ſemper iudicatur in caſibus illorum textuum; ita Molina, *d. 175. per totum*, Caldas, *de poteſtate eligendi, cap. 8. n. 7.* poſt Coſtam. & alios, quos refert & ſequitur Thomas Valaſc. *allegat. 61. n. 17.* Phœbus, qui etiam multos refert, *1. p. deciſ. 30. n. 16. & deciſ. 189. n. 26.* & ſic in nullo ex noſtris caſibus habet vim hoc argumentum

RESPONSIO AVTHORIS QVARTO QVÆSITO.

An in caſu quo teſtamentum, nec vt nuncupatiuum valeat, nec etiam nominatio emphyteuſis, dominus directus dare emphyteuſim huic conſanguineæ in tertio gradu defunctæ teſtatricis, relinquendo quandam filiam ſororis ipſius defunctæ, vel cui facienda ſit hæc renouatio emphyteuſis?

AD reſolutionem huius quæſiti ſuppono hanc 13 emphyteuſim eſſe liberæ nominationis vnde in ea non attenditur quod ſucceſſor ſit de ſanguine primæ lineæ, quæ emphyteuſim obtinuit, ſed ſolum attenditur quod ſit, vel nominatus ab 14 vltimo poſſeſſore, vel conſanguineus proximior illius, vt aduertit cum aliis Caldas, *de renouatione, q. 9. n. 3. & 35. & q. 13. n. 8.* Secundo ſuppono in his emphyteuſibus liberæ nominationis. etiam Eccleſiaſticis, non ſolum poſſe petere renouationem deſ- 15 cendentes, ſed etiam tranſuerſales, vt aduertit Decius, *conſil. 131.* Alexander. *conſil. 8. volumine 1.* Antonius. Gabriel, *lib. 3. concl. 1. n. 16.* Clarus, *de emphyteuſi,*

phyteuſi. q. 43.*n.*1.Caldas,*q.* 9.*n.*56. Anton. Riccius, *in praxi Eccleſiaſtica Neapolit. deciſ.* 83. *n.* 4. Et competit hoc ius petendi renouationem conſanguineo proximiori vltimi poſſeſſoris, Baldus, *in cap. Titij ſi defend.* Iaſon *in l.*22.*n.*23.*C. de iure emphyt.* Decius,*conſil.* 78.*n.*3.Caldas; *de renouatione.q.* 27. *n.*4.Et per conſanguineum proximiorem intel-
16 ligitur ille, qui eſt in gradu proximiori vltimæ vitæ, quia ex prioritate gradus proximitas demonſtratur, *l.*1.*§. hac autem,* & *§. gradatim, ff. vnde cognat. §.*1.*plures inſtit. de legit. agnat. ſucceſſione.* Et non poteſt dominus directus eligere eum, qui eſt in gradu remotiori, & præferre illum illi, qui eſt in gradu proximiori, vt docet Caldas, *dicta q.*17.
17 *n.* 26. *in principio.* Ex his tamen qui fuerint in eodem gradu poteſt eligere quem maluerit, aut maſculum, aut fœminam, aut ſeniorem, aut iuniorem Paris *conſil.*22.*per totum*, Bald. *in c.*1.*quem; ad feud.* & cum multis Caldas, *q.* 18 *n.*25. his ſuppoſitis:
18 Reſpondi quod in caſu quo non ſolum teſtamentum fuit nullum, ſed etiam nominatio emphyteuſis in eo facta, eo quod talis nominatio, nec etiam per teſtes probari poſſit, ius petendi renouationem pertinet ad propinquiorem conſanguineum, & erit ille, qui eo quod proximior fit, fuit hæres ab inteſtato vltimi poſſeſſoris; vnde in hoc caſu præferenda erat filia ſororis ipſius defunctæ conſanguineæ in tertio gradu, eo quod ſit proximior vltimæ vitæ, *in grada, l.*1.*§ ſi intra ff. ſucceſſ.* Aloiſius, *deciſ.* 83 *n.* 10. Et huic tenetur dominus directus facere renouationem, vt ſupra diximus ex Caldas, *ſuprà. n.*4. In noſtro tamen caſu, in quo
19 conſtat per quinque teſtes, vltimam vitam nominaſſe ius petendæ renouationis, in quadam conſanguinea in tertio gradu, hæc conſanguinea in tertio gradu præferenda eſt in renouatione emphyteuſis filiæ ſororis vltimæ vitæ defunctæ.

Ratio eſt, quia æquitas quæ introduxit renouandam eſſe emphyteuſim proximiori conſanguineo vltimæ vitæ iuxta tradita per Bartolum, *in l.* 1. *§. permittitur, ff. aqua quotid.* ab omnibus
20 ſecutum; eadem æquitas introduxit, vt dominus directus ſequeretur in renouatione voluntatem, & electionem vltimæ vitæ, quod adeo verum eſt vt in praxi iam ab vltima vita relinquitur hoc ius petendi renouationem, cum alias vltima vita non poſſit nominare, nec diſponere de emphyteuſi poſt mortem ſuam, ſiquidem per illam ius illius finitur *ex reg. l. Titiq cum moritur, ff. vſufruct. l. heres, §. quamuis. ff cond. & demonſtr.* & notat Gamma. *in titulo de legat. n.*15. Et ſic in toto rigore manet ſtatim emphyteuſis deſoluta ad dominum directum ex late adductis per Gabrielem Pereira, *deciſ.* 31. *n.* 1. Sed ſic eſt quod hæc mulier reliquit hoc ius petendi renouationem conſanguineæ in tertio gradu; ergo cum dominus directo conſtet per quinque teſtes de hac voluntate vltimæ vitæ, huic debet facere renouationem emphyteuſis, & non filiæ ſororis vltimæ vitæ, vt bene conſiderat Egidius Luſitanus *in l. ex hoc iure, p.*1.*cap.* 11 *n.*26.*&* 27.
21 Dices hanc voluntatem vltimæ vitæ debere ſolemniter conſtare, vel ex teſtamento valido, vel per tres teſtes. Non obſtat inquam; ſufficit namque quod conſtet de hac voluntate ex quocunque modo abſque aliqua ſolemnitate. ita Caldas, *de nominatione, q.* 5.*n.*29. Phœbus, *deciſ.*124. *n.* 13. vbi dicit ſufficit nuda voluntas nominantis abſque alia ſolemnitate, dummodo de ea nobis conſtet, imo non ſolum differt ius in his caſibus voluntati diſpoſitiuæ nominantis, ſed etiam eius deſideriis, & intentioni, vt aduertit Caldas, *de poteſtate eligendi, cap.* 9.*n.* 7. Ergo quamuis in noſtro caſu nihil aliud daretur niſi teſtamentum nullum propter quod iudicatum fuit mortuam fuiſſe teſtatricem ab inteſtato, ſufficit hoc teſtamentum nullum ad hoc vt dominus directus ſciat, & cognoſcat voluntatem, & intentionem teſtatricis, quam ipſe ſcire ſolum deſiderat, ad renouandam emphyteuſim, ſiquidem ad hoc non requiritur aliqua diſpoſitio ſolemnis teſtamenti ex parte vltimæ vitæ defunctæ, quæ det actionem ad aliquid petendum ſed ſolum requiritur cognitio voluntatis, quam habuit prima vita ad eam dominus directus ſequendam in renouatione facienda, & hoc modo efficaciter oſtenditur voluntas ex teſtamento nullo, & hæc eſt formaliter deciſio text. *in l. fin. ff. rebus eorum,* vt reſoluunt Doctores citati; Non enim illo teſtamento nullo volumus probare nominationem, nec voluntatem nominandi, quæ tribuat ius ad nominationem in emphyteuſi alicui in caſibus, in quibus teſtator poterat nominare, cum qua voluntate ſine alia interuentione domini directi nominatus recipiat emphyteuſim, nam tunc non habebit locum dicta lex vltima, ſed volumus ſolum cognoſcere quale fuit deſiderium quod defuncta habebat vt dominus directus tribuat emphyteuſim conformando ſe illi ſuo deſiderio, & ad hoc maxime ſeruit diſpoſitio dictæ legis vltimæ, & ſic eam intelligunt DD. *ſuprà* citati, quibus adde Menoch. *de arbitriis caſu* 151 *n.* 70. Maſcard. *concl.*14.22.*n.*40.
Et ad maiorem probationem voluntatis defunctæ iuuat efficaciter quod ipſa dum viueret ſæpe dixit antequam faceret teſtamentum ſe relicturam eſſe ſuam emphyteuſim ſuæ conſanguineæ in tertio gradu, & ſic hoc probandum eſt per teſtes qui id ab ea audierunt antequam moreretur, quæ probatio extra teſtamentum declarat voluntatem teſtatricis, *argumento l. cum virum, C. de fideicomm.* Cald. *conſil.*9.*n.*37.& poſt Bart. Alex. & alios ſequitur Molina, *de primogeniis lib.*1.*ca.*3.*n.*40.Gratian. *Forenſ. cap.*500.*n.* 35. vbi dicit ad hoc ſufficere duo teſtes; ergo cum poſt mortem ex teſtamento nullo oſtendatur quod ipſa de facto nominauit, vt dixerat in vita ſe nominaturam hanc ſuam conſanguineam, optime colligitur ad hunc effectum voluntas teſtatricis; Facit denique ad hoc deciſio Gammæ 287. vbi dicit qu. d ſi ille qui nominaturus erat, multories dixit in vita ſe determinatum eſſe nominare Petrum, v. g. in emphyteuſi, eo quod illum maxime diligebat, & poſtea nominatio vt nulla iudicata fuit, eo quod ſolum duobus teſtibus ſuſpectis fuit iuſtificata, id ſufficere ad ſuſtentandam nominationem, ergo à fortiori id dicendum eſt quando teſtes fuerint exceptione maiores, & qualificatæ vt in noſtro caſu.
Ex quibus deducitur quod cum dominus directus ſciat voluntatem vltimæ vitæ fuiſſe nominandi in emphyteuſim hanc conſanguineam in tertio gradu, non ſolum poſſe ſequi hanc voluntatem, ſed ad id teneri etiamſi filia ſororis defunctæ ſit propinquior in ſanguinitate & ratione proximitatis præferenda eſſet; iniquum enim eſſet, quod agnatus admitteretur ad renouationem emphyteuſis contra voluntatem defunctæ, vt expreſſe ait Gratianus *Forenſ. tom.* 1. *cap.* 88. *numero penultimo, & ſequenti*, eo maxime quia filia ſororis defunctæ hic non eſt hæres 22

nec habet titulum, aut aliquam qualitatem cum qua repræſentet defunctam, vt ex iure requiritur vt aduertit Cald. *de renouatione, q.9.n.28. & 29.*

Concludo igitur ſatisfaciendo rigori quæſiti quod ſtante nullitate teſtamenti, & nominationis, & ſemota omni voluntate vltimæ vitæ, renouandam eſſe emphyteuſim in filia ſororis teſtatricis defunctæ, ſiquidem in hæreditate ſemper prætereunda eſſet alteri conſanguineæ in tertio gradu, & hoc ius renouationis regulatur ab ea qualitate, quæ præſtare poteſt ſuccedendi poteſtatem, vt declarant DD. de hac materia tractantes, & in ſpecie, Caldas, *dicta q.9.n.19.* Sed hæc omnia ceſſant, ſi conſtiterit domino directo, *de voluntate vltima vita,* vt factum fuit in præſenti.

CONSVLTVM LVIII.

De quibuſdam bonis dotatis poſt mortem dotantis, an poſſit in eis per mortem dotantis imponi aliquod onus quod à principio non fuit impoſitum.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Per contractum dotis transfertur dominium dotis in dotatam iuxta diſpoſitionem contrahentium.*
3 *Qui habet ſolum dominium vtile non poteſt alienare proprietatem.*
4 *Ponitur quadam aduertentia.*
5 *Qui bona ſua dotauit alteri non poteſt amplius prædicta bona grauare.*
6 *Contractus dotalis eſt oneroſus.*
7 *Contractus oneroſi producunt obligationem inuariabilem.*
8 *Si quis alteri fecit promiſſionem, & promiſſarius acceptauit, qui promiſit non poteſt amplius ponere aliquod grauamen dictæ promiſſioni.*
9 *Dotatus poteſt in iudicio obligare dotantem vt illi aſſecuret dotem promiſſam.*
10 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
11 *Pater non poteſt ponere vinculum maioratus, vel capella in legitima filiorum.*
12 *Pater qui fecit dotem non poteſt ponere conditionem, vt pars dotis tranſeat ad filium primogenitum illius matrimonij via maioratus.*
13 *Nemo poteſt inſtituere maioratum niſi de propriis bonis de quibus libere poteſt diſponere, vel illa legare.*
14 *Vxor non tenetur adimplere teſtamentum nullum viri ſui.*
15 *Diſpoſitio de rebus alienis non valet.*
16 *Qui bona ſua dotauit non poteſt poſtea in teſtamento illi adiungere vinculum maioratus.*
17 *Ille cui bona abſolute fuere dotata non poteſt conſentire, vt dotans in teſtamento bonis libere dotatis iungat vinculum maioratus, niſi ex ſuo tertio velit integrare legitimas filiorum.*
18 *Pater non poteſt inſtituere maioratum defraudando legitimas filiorum.*
19 *Is cui bona fuere abſolute dotata tenetur ſub peccato procurare talia bona dotata acquirere ſine vinculo maioratus poſtea eis addito.*
20 *Maritus eſt adminiſtrator bonorum dotalium, & vt talis tenetur curare, vt bona dotata non minuantur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

BERNARDVS cum vxore ſua dotarunt Franciſco omnia bona ſua habita, & habenda, reſeruando ſibi fructus illorum in vita ſua, ea conditione, vt Franciſcus acciperet in vxorem Mariam ſororem vxoris Bernardi. Acceptauit Franciſcus, & accepit prædictam Mariam in vxorem, ex qua & plures filios habuit: Poſt aliquot annos cum Bernardus proximus eſſet morti fecit quoddam teſtamentum, & in illo reliquit ſuam medietatem bonorum ſuæ vxori, vt ea in vita ſua potiretur, & quod per mortem ex ea inſtitueret quandam capellam, ſeu maioratum cum duabus Miſſis perpetuis in quacunque hebdomada. Dicta autem vxor Bernardi obediendo viro ſuo, cum etiam proxima eſſet morti, fecit ſuum teſtamentum, & in eo iuſſit, vt ex bonis ſui mariti, & ſuis, fieret quidam maioratus cum duabus Miſſis perpetuis in quacunque hebdomada, & in dicto maioratu nominauit primum adminiſtratorem quandam ſororem ſuam Paulam, & per mortem illius dictum Franciſcum maritum alterius ſororis ſuæ Mariæ, & iuſſit quod ſi dictus Franciſcus circa hanc diſpoſitionem moueret aliquod litigium ſe reliquiſſe ſororem ſuam Paulam vniuerſalem hæredem ſuam. 1

Quæritur ergo primo, An dictus Bernardus poſſet relinquere medietatem ſuam iam dotatam Franciſco & vxori ſuæ. Secundo an poſſet relinquere vt ex ea inſtitueretur maioratus ab vxore ſua cum onere prædictarum Miſſarum. Tertio an vxor teneretur inſtituere maioratum cum prædicta obligatione de bonis mariti, & an id etiam efficere poſſet de bonis ſuis nominando in adminiſtratorem ſororem ſuam Paulam, & in caſu quo prædictus Franciſcus litigium moueret facere illam hæredem ſuam vniuerſalem. Quarto an prædictus Franciſcus poſſit abſque mortali conſentire in inſtitutione dicti maioratus, & an obligatus ſit ſtare eius inſtitutioni, & obligationibus.

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An dictus Bernardus poſſet relinquere medietatem ſuam iam dotatam Franciſco & vxori ſuæ?

Reſpondi non potuiſſe dictum Bernardum relinquere bona ſua vxori ſuæ poſt mortem ſuam; ſiquidem omnia dotauerat prædicto Franciſco, & ſolum reſeruauerat vſumfructum pro ſua ſuſtentatione in vita ſua. Ratio autem eſt, quia per contractum dotis transfertur dominium, vel abſolutum, vel ad minus directum, iuxta diſpoſitionem contrahentium, vt cum multis Doctoribos probat Oñate, *d. 24. ſect. 2. n. 51.* de contractibus; ſed qui ſolum habet dominium vtile non poteſt 2 3

poteſt alienare proprietatem, vt cum communi ſententia late probat Oñate, *d. 24. ſect. 4. n. 86. & ſequentibus*, ſed ſolum poteſt vti re, & fructibus illius in vita ſua, ergo prædictus Bernardus non poterat relinquere ſuam medietatem bonorum ſuæ vxori per mortem, ſed mortuo illo, ſtatim prædicta medietas bonorum tranſibat ad prædictum Franciſcum dotatum, ſi quidem mortuo vſufructuario fructus conſolidatur cum proprietate, vt cum communi ſententia reſoluit Oñate *loco citato*.

4 Aduerte tamen quod ſi prædicti dotantes ſolum intenderunt dotare omnia bona ſua poſt mortem vtriuſque, tunc bona mariti poteſt eius vxor in vita ſua comedere; ſed ad hoc requiritur quod in ſcriptura dotis id exprimatur, quod ſi de tali re in prædicta ſcriptura dotis non conſtat, ſtatim bona mariti tranſeunt ad Franciſcum dotatum & in his nulla reperitur difficultas.

RESPONSIO AVTHORIS. SECVNDO QVÆSITO.

An prædictus Bernardus poſſet diſponere vt ex ſua medietate bonorum inſtitueretur maioratus ab vxore ſua cum onere prædictarum Miſſarum?

5 REſpondi negatiue: Ratio eſt quia iſte homo per illum contractum dotis quem fecit cum Franciſco tranſtulit dominium directum proprietatis illorum bonorum Franciſco, reſeruando ſolum fructus in vita ſua; ergo non poteſt amplius grauare talem dotem onere vinculi maioratus, & tot Miſſarum in perpetuum: Patet conſequentia, quia id eſſet minuere proprietatem; ſed hoc ille non poteſt efficere, ſiquidem quando fecit teſtamentum ſolum erat vſufructuarius talium bonorum, *vt ſuprà* diximus, & latè probat Oñate, *ſuprà. num.* 87. ergo.

6 Secundo probatur: Quia contractus dotalis eſt onerosus, ſed contractus onerosi producunt obligationem inuariabilem inter contrahentes, vt di-
7 cunt communiter DD. ergo talis homo non poterat mutare ſeu grauare talem contractum, alias deſtruerentur contractus onerosi. Confirmatur pri-
8 mo: Quia ſi quis alteri fecerit quandam promiſſionem etiam liberalem, ſi promiſſarius acceptauerit, iam ille qui promiſit non poteſt ponere aliquod grauamen in tali promiſſione, vt docet Lugo, *de iuſtitia, d. 21. n.* 108. Molina, *tract. 2. d. 265. n.* 1. & habetur expreſſe, *l. perfecta. C. de donat.* quæ ſub modo, quam etiam ſententiam tenet Couarruuias cum communi DD: quos refert Molina *ſuprà*, ſed ſic eſt, quod hæc dos fuit quædam promiſſio non liberalis, ſed onerosa, & acceptata à prædicto Franciſco; ergo dictus Bernardus poſt dictam acceptationem non poterat addere aliquod grauamen tali promiſſioni.

9 Confirmatur 2. quia prædictus Franciſcus poterat in iudicio obligare dictum Bernardum quod illi aſſecuraſſet dotem promiſſam, vt cum communi ſententia tenet Molina, *tract. 2. d. 255. n. 9.* Ex promiſſione namque dotis acceptata oritur ciuilis obligatio, & datur actio aduerſus promittentem, vt conſtat ex, *l. ad exactionem, C. de dote promiſſa, & l. vnica, §. 1. 5. & vt plenius. verſiculo & nemo, C. de re vxor. act.* & docet cum communi ſententia Molina, *ſuprà eodem tractatu, d. 413. num. 5.* Ergo talis Bernardus tenebatur facere bonam dotem promiſſam eo modo quo illam promiſit, ſed ſic eſt quod ſi illam grauat titulo maioratus, & onere Miſſarum iam non dat quod promiſit; ergo poteſt Franciſcus obligare ſuos hæredes ad hoc, vt illi tradant bona promiſſa abſque vllo onere, ſicut illi fuere promiſſa in dote, vt conſtat ex *l. ob res 20. ff. de pactis dotalibus*, & docet cum communi ſententia Oñate, *d. 39. ſect. 4. num* 250.

Nec obſtat quod hæc donatio fuerit cauſa mortis omnium bonorum præſentium, & futurorum, quæ videtur non fuiſſe validam, & eam poterat ipſe Bernardus reuocare, & in ea ponere eas conditiones, quas voluiſſet. Nam huic obiectioni Reſpondetur, talem donationem fuiſſe inter viuos, cum reſeruatione fructuum ad ſuam ſuſtentationem, ſiquidem prædictus Franciſcus dotatus ſtatim accepit poſſeſſionem dictorum bonorum in vita dotantium; ſed donatio omnium bonorum præſentium & futurorum inter viuos cum reſeruatione fructuum eſt valida, vt cum communi ſententia tenet Molina *de primogeniis*, Menchaca, & alij communiter quos refert & ſequitur Molina Theologus. *ſuprà, n.* 19. & per illam transfertur dominium directum proprietatis vt probat Oñate, *d. 24. ſect. 2. n.* 51. Ergo. 10

Confirmatur 3. Quia pater non poteſt ponere vinculum maioratus, aut capellæ in legitima, quæ poſt mortem illius venit ad filios, vt reſoluit cum communi ſententia Molina, *de primogeniis, lib. 2. cap. 11. num. 3.* quia licet legitima in vita patris non ſit debita filiis, eſt tamen quaſi debita vt patet ea, *l. fin. §. penult. ibi quaſi debita ad poſteritatem ſuam deuoluitur, C. de curat. fur. & l. vna ibi tanquam debita. C. in qui ante apert. eſt quæ communis ſententia*, vt probat Valaſcus, *tom. 1. conſil.* 69. *num.* 8. Ergo dotans à fortiori non poteſt imponere vinculum maioratus, vel capellæ ſuper bona iam dotata; Patet conſequentia tum quia idem dicendum eſt de dote, quam de legitima, vt probat Molina, *de primogeniis, lib. 2. cap. 15. num.* 13. Tum quia talia bona per promiſſionem dotis acceptata remanſerunt, non ſolum quaſi debita, ſed abſolute debita & bona dotantis remanſerunt tacite illis hypothecata vt conſtat *ex l. vna, §. vt plenius, C. de rei vxor. act.* & docet cum communi ſententia Oñate, *d. 38. ſect. 12. n.* 212. Ergo talis dotans non poterat imponere tale vinculum ſuper dotem quam fecerat. 11

Confirmatur 4. Quia pater quando facit donationem dotis non poteſt ponere pactum quod dos 12 vel pars illius tranſeat ad filium primogenitum illius matrimonij via maioratus. Tum quia tale pactum eſt à iure reprobatum, vt latiſſime oſtendit Tiraquellus, *de primog. q. 6.* per totam Valaſcus, *tom. 2. conſil.* 230. *num.* 20. vbi plures citat DD. Tum quia eſt in effectu hæreditatem viuentis pacto inter viuos dari contra, *l. ex eo. C. de inutili. bus ſtipulationibus*, vt tradit Valaſcus, *ſuprà, n.* 10. Ergo multo à fortiori non poterit poni tale pactum poſt factam & acceptatam donationem dotis; ſed ſic eſt qood hic dotator poſuit tale pactum poſt factam, & acceptatam promiſſionem dotis; ergo certi iuris eſt quod non poterat talem conditionem imponere in dicta dote.

Confirmatur 5. Quia nullus homo poteſt inſti- 13

tuere maioratum vel capellam niſi de propriis bonis, quibus libere poſſit diſponere, vel illa legare, & non de bonis quæ poſt mortem ſuam neceſſario abſque eo quod ille id poſſit impedire veniunt ad alias perſonas, vt cum communi ſententia docet Molina, *de primogeniis, lib. 2. cap. 10. num.* 61. Sed ſic eſt quod bona dotata non poteſt dotans amplius de illis diſponere, ſiquidem eo ipſo exierunt de patrimonio dotantis, & facta ſunt patrimonium perſonæ dotatæ, vt patet *ex l. 3. §. ſed vtrum in fine, ff. de minoribus, l. 1. §. fin.* ibi & docet cum communi ſententia Valaſcus, *in praxi partitionum. cap. 19. n. 9.* Ergo talis homo non poterat inſtituere dictum maioratũ, aut capellam in bonis quæ dotauerat prædicto Franciſco.

RESPONSIO AVTHORIS.
TERTIO QVÆSITO.

An vxor Bernardi teneretur inſtituere dictum maioratum cum prædicta obligatione de bonis mariti, & an id efficere poſſet de bonis ſuis nominando in adminiſtratorem ſororem ſuam Paulam, & in caſu quo prædictus Franciſcus litigium moueret, facere illam hæredem ſuam vniuerſalem?

REſpondi nec vxorem prædicti Bernardi potuiſſe etiam facere maioratum ex ſua medietate bo-
14 norum, ſiquidem eam etiam prædicto Francisco dotauerat, ob eaſdem rationes. Nec tenebatur adimplere voluntatem mariti ſui inſtituendo dictum maioratum, vel capellam, ſiquidem clauſula teſtamenti viri ſui, quoad hanc partem fuit nulla, & nullius
15 valoris, nec tranſtulit aliquod ius in illam, vt probatum manet; ſiquidem fuit diſpoſitio de rebus alienis. Et multo minus poterat nominare in tali maioratu primum adminiſtratorem ſororem ſuam, vt conſtat. Secundo fit multo minus potuiſſe prædictam Ioannam vxorem Bernardi præcipere in ſuo teſtamento, quod ſi prædictus Franciſcus repugnaſſet, vel mouiſſet litigium ſuper inſtitutionẽ dicti maioratus, illam relinquere ſuam medietatem ſorori ſuæ Paulæ, nam ſi hæc mulier prædictam medietatẽ
16 Franciſco dotauerat, iam non poterat illi imponere prædictum vinculum maioratus, & multo minus illam ab eo auferre, & alteri dare ſolam; quia ille quod ſuum erat quæreret: vt probatum manet.

RESPONSIO AVTHORIS
QVARTO QVÆSITO.

An prædictus Franciſcus poſſit abſque mortali conſentire in inſtitutione dicti maioratus, & an obligatus ſit eius inſtitutioni, & obligationibus?

REſpondi prædictum Franciſcum non poſſe in conſcientia abſque peccato mortali, &
17 obligatione reſtitutionis conſentire in tali inſtitutione maioratus; ſeu capellæ, niſi ex tertio ſuo velit integrare partem legitimarum, quæ in his bonis venit ſuis ſecundis filiis. Ratio eſt; quia pater non poteſt inſtituere maioratum defraudando legitimas filiorum, vt ex multis legibus, & 18
Doctoribus late probat Molina, *de primogeniis, lib. 2. cap. 10. n. 61.* Siquidem patet nec etiam de licentia Regis poteſt inſtituere maioratum, niſi de bonis de quibus libere poteſt diſponere; vt eſt tertium bonorum in Loſitania, & non de bonis quæ ex legis diſpoſitione abſque patentis miniſterio à lege filiis aſſignata ſunt, vt notauit Molina *ſuprà*; Sed ſic eſt, quod pater non poteſt libere diſponere de legitimis filiorum ſuorum quæ ex iure illis adueniunt; vt notauit ibi cum multis Molina; ergo prædictus Franciſcus non poteſt conſentire in inſtitutione talis maioratus, niſi obligando ſe ad integrandas legitimas filiis ſecundis ex tertio bonorum ſuorum.

Hinc fit dictum Franciſcum teneri ſub mortali, & obligatione reſtitutionis procurare acqui- 19
rere ab hæredibus dotantium prædictam dotem, abſque vllo vinculo, vel onere Miſſarum, eo modo quo illi fuit facta, vt cum communi ſententia notauit Oñate, *d. 59. n. 246.* Et ſi in hac negligens fuerit, tenebitur filiis, & vxori ad intereſſe, ſi nupſit per chartam medietatis, & ſi nupſit per chartam dotis, tenebitur voti, vt patet ex *l. ſi extraneus 3. ff. de iure dotis*, & ibi Gloſſa, & Baldus, & alij DD. *& l. in rebus dotalibus 17. eodem & l. ob. res 20. ff. de pactis dotalibus. & l. Mania 41. ff. ſola mea & aliis.* & tenet Molina Theologus, *d. 427. n. 1.* & alij, quos refert, & ſequitur
Oñate *ſuprà*. Et ratio eſt, quia maritus eſt adminiſtrator bonorum dotalium; & vt talis tenetur curare, & nulla ratione amittantur, vel minuantur ſub pœna reſtitutionis ſi interuenerit culpa vt cum communi ſententia docet Oñate *ſuprà*; ſed ſi prædictus Franciſcus conſentiat prædicto vinculo & oneri bona dotata minuuntur, ergo. 20

CONSVLTVM LIX.

De quadam capella, quam quædam teſtatrix iuſſit fieri à ſuis hæredibus in monaſterio Carmelitarum, ſi ipſi Carmelitæ velint, vel eis nolentibus, in Eccleſia Eremitarum; S. Auguſtini. An teneatur hæres eam facere in Eccleſia Carmelitarum, volentibus ipſis Carmelitis, iuxta diſpoſitionem teſtatricis?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Contractus poteſt fieri de re actu non exiſtente in ſe, ſi exiſtat in ſpe morali.*
3 *Poteſt quis menſe Decembri vendere centũ modios tritici ſui agri colligendos menſe Auguſti.*
4 *Qui vendit domum quam putabat exiſtere, ſi tempore venditionis ruit valet contractus, & ſolum detrahitur de pretio pro ratione damni.*
5 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
6 *Verba teſtatoris intelligenda ſunt de illo quod eſt poſſibile.*
7 *Omnis diſpoſitio intelligi debet de habili.*

8 *Verbâ*

8 *Verba in diſpoſitione ſecundum vſum communem loquendi intelligenda ſunt.*
9 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
10 *Verbum facere aliquando ſumitur pro perficere, & ornare, & conſummare id quod cœptum eſt.*
11 *Facere non dicitur, qui cauſam ad finem non produxit.*
12 *Verba diſpoſitionis impropriari debent, vt materiæ de qua agitur conueniant.*
13 *Verba reſtringuntur ne abſurdum ſequatur.*
14 *Nomine conuentus, vel monaſterij, non venit Eccleſia in odioſis.*
15 *Capella non eſt pars Eccleſiæ, ſed quid ſeparatum, & contiguum illi.*
16 *Capella eſt per ſe oratorium, ſeu ædes ſacra.*
17 *Capella poteſt fieri in conuentu abſque eo, quod ibi ſit Eccleſia perpetuo duratura.*
18 *Nomine Eccleſiæ, vel capellæ venit Eccleſia, ſeu capella cœpta authoritate Epiſcopi.*
19 *Eccleſia ſeu capella cœpta gaudet immunitate, & alijs priuilegiis.*
20 *Polluitur in caſibus in quibus polluuntur Eccleſia perfecta.*
21 *In ea poſſunt mortui ſepeliri.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

PRÆCAPIT Maria in ſuo teſtamento
1 quod ſuus hæres illi faceret in Monaſterio Carmelitarum diſcalceatorum Ciuitatis Bracharenſis quandam capellam, dando Patribus Carmelitis eleemoſynam conſuetam, & in caſu quo Patres Carmelitæ talem eleemoſynam nollent acceptare tunc hæres ſuus præciperet facere talem capellam in conuentu Eremitarum S. Auguſtini. Voluere religioſi Carmelitæ quod in ſuo conuentu conſtrueretur talis capella, contenti prædicta eleemoſyna conſueta in illa ciuitate.

Quæritur primo, An ſi in tali conuentu Carmelitarum nondum fuerit Eccleſia perpetuo duratura, vel capella conſtructa, ſed tantum ſit in fieri, poſſit hæres facere contractum cum prædictis Religioſis Carmelitis ſuper conſtruenda tali capella, vel an ex eo quod iam non ſit conſtructa, poſſit hæres eam acceptare in Eccleſia Eremitarum, S. Auguſtini, non obſtante quod ipſi Carmelitæ velint eam in ſua Eccleſia fieri. Secundo an Carmelitæ teneantur habere conſtructam hanc capellam, vt hæres eam accipiat, an vero hæres teneatur illam conſtruere, caſu quo nondum ſit conſtructa. Tertio an hæc capella neceſſario conſtruenda ſit in Eccleſia, an ſufficiat ad ſatisfaciendum voluntati teſtatricis quod fiat intra prædictum conuentum. Quarto an ad conſtruendam hanc capellam neceſſarium ſit, quod Eccleſia conſtruatur, aut quod iam conſtructa ſit. Quinto an ſufficiat quod Eccleſia & capella ſint cœptæ, vt dicatur quod de facto eſt Eccleſia, & capella, vt circa illam fiat contractus.

RESPONSIO AVTHORIS. PRIMO QVÆSITO.

An ſi in tali conuentu Carmelitarum nondum fuerit Eccleſia, vel capella conſtructa; ſed tantum ſit in fieri, poſſit hæres facere contractum cum prædictis religioſis Carmelitis ſuper conſtruenda tali capella, vel an ex eo quod iam non ſit conſtructa, poſſit hæres eam acceptare in Eccleſia Eremitarum, S. Auguſtini, non obſtante quod ipſi Carmelitæ velint eam in ſua Eccleſia fieri.

RESpondi optime poſſe vendi, & fieri con- 2
tractum de re actu non exiſtente in ſe, ſi exiſtat in ſpe morali. Habetur hæc reſolutio, *l. nec empt. ff. de contrahenda emptione, & l. ſi in empti. 34 ff. de contrahenda emptione, ibi, quamuis dixerimus futuras res emi poſſe, §. omnium idem l. quæ nondum de pignoribus. & l. interdum, §. & ligantur de verborum obligat.* Et concordat *l. 11. tit. 5. p. 5.* Gloſſa, *ſuper l. nec empt.* & Bart. Paul. & alij DD. in prædictis iuribus Molina, *d. 340. §. quamuis.* Filiucius, *tract. 33. cap. 2. q. 1. n. 32.* Bonacina, *d. 3. q. 2. p. 2. n. 4.* Oñate, *tract. 2. de contractibus, d. 5. ſect. 1. n. 252.* Thomas Tamburinus, *lib. 8. in Decalogum, tract. 3. cap. 7. §. 3. n. 10.* Gomes 2. *variarum, cap. 2. n. 7.* Malleto, *in Decalogum mallentione 46. Bructea 5.* Lugo, *de iuſtitia, d. 26. n. 15. & 16.* Caſtro Palaus, *de iuſtitia, d. 5. p. 18. n. 10.* Fagundez, *de iuſtitia, lib. 5. cap. 24. n. 6.*

Ratio reſolutionis eſt: Quia licet res tunc non 3
exiſtat in re quando fit contractus, refertur per intellectum, & voluntatem contrahentium ad tempus in quo futura eſt. Hinc fit poſſe Petrum menſe Decembri vendere centum modios tritici ſui agri, & ſoluere illos menſe Auguſti recipiendo illorum pecuniam menſe decembri, quando celebrata fuit venditio, ad illa fabricandum, & ſeminandum agrum, qui daturus eſt tale triticum, vt probat Thomas Tamburinus, *tract. 3. in decalogum. cap. 7. §. 7. n. 9.* Sed ſic eſt quod hæc capella moraliter exiſtit in ſpe, ſiquidem Eccleſia de facto iam conſtruitur cum ſuis capellis, imo iam medium ipſius capellæ eſt factum, ergo optime poteſt vendi nunc ad tempus quo finienda eſt; Imo poteſt vendi ſolutione anticipata, vt illa pecunia melius perficiatur, vt venditur triticum quod nondum natum eſt, nec ſeminatum anticipate, vt ſolutione illius ager fabricetur, vbi naſciturum eſt triticum.

Confirmatur: Quia ſi Petrus vendidit quan- 4
dam domum Paulo exiſtimans illam exiſtere, cum tamen medium illius cecidiſſet, valet contractus venditionis, & ſolum detrahitur de pretio pro rata ratione damni reſarciendi, vt conſtat ex, *l. domum, & arboribus, ff. de contrahenda emptione,* & docet Lugo, *de iuſtitia, d. 26. n. 16.* Sed ſic eſt quod hic iam exiſtit dimidium capellæ iam factum & dimidium Eccleſiæ, & alia medietas exiſtit in ſpe morali; ergo circa talem capellam optime poteſt fieri contractus validus venditionis computando illud quod conſumendum eſt

eſt in conſummando opere ipſius capellæ.

5 Nec obſtat ſi dicas, quod ſuper rem, quæ non exiſtit in rerum natura, non poteſt fieri contractus, ſiquidem contractus non fit ſine re, *l. nec emptio, ff. contrahend. empt.* Nec emptio, nec venditio ſine re quæ veneat poteſt intelligi; non obſtat inquam, reſpondetur namque huic objectioni cum Oñate, *tract. 1. de contractibus, d. 5. ſect. 2. n. 146.* Hos textus intelligi quando res non exiſtit in re, nec in ſpe, quando tamen res exiſtit in ſpe morali, valet contractus, vt docet idem Oñate, *ibi n. 252.* cum doctoribus, *ſuprà citatis.*

RESPONSIO AVTHORIS.
SECVNDO QVÆSITO.

An Carmelitæ teneantur habere conſtructam hanc capellam, vt hæres eam accipiat, an vero hæres teneatur illam conſtruere, caſu quo nondum ſit conſtructa.

RESpondi Religioſus Carmelitas non teneri habere iam conſtructam capellam, vt hæres eam accipiat, ſed hæres ipſe eam conſtruere tenetur in dicto monaſterio Quod probatur ex verbis ipſius teſtatricis, meus hæres faciet quandam capellam in monaſterio Carmelitarum excalceatorum huius ciuitatis Brachatenſis. Sed hæc clauſula non poteſt intelligi de capella iam facta, quæ ab hærede in dicto Monaſterio accipiatur, vt volunt aduerſarij; ergo intelligenda eſt in ſenſu, quem ſonant verba: Probatur minor, quia teſtatrix optime ſciebat in conuentu Carmelitarum de facto non exiſtere capellas factas; ergo ſi vellet dicere quod acciperetur iam facta, quoddam impoſſibile dicebat, ſed verba teſtatoris intelligenda ſunt ſecundum illud
6 quod eſt poſſibile, vt latè dicet Lugo *de iuſtitia d. 22. num. 347.* Et omnis diſpoſitio intelligi debet de habili *l. 1. vbi gloſſa, Cod. de Sacrment. Eccleſ.* Tuſcus, *lit. D. concl. 305.* & omnis diſpoſitio recipit reſtrictionem de habilitate, Bart. *in*
7 *authent. de nuptiis num. 3. col. 4.* & verba diſpoſitionis ad intellectum poſſibilem referenda ſunt *l. fin. in princip. C. de contrah. & commit ſtipul. l. ſtipulat. iſta §. hi qui ſunt de verbor. obligat.* ergo cum nondum eſſet conſtructa capella in conuentu Carmelitarum, non eſt præſumendum teſtatricem præcipiſſe aſſumere capellam iam factam, ſiquidem id erat poſtulare quid impoſſibile, cum ad hoc vt daretur capella facta neceſſario requireretur quod Eccleſia etiam eſſet facta, vt dicunt aduerſarij, quæ tamen quando teſtatrix è viuis deceſſit erat in fundamentis.

Confirmatur quia teſtatrix præcepit quod ſuus heres faceret quandam Capellam in Monaſterio Carmelitarum maiori breuitate poſſibili; ergo clarum eſt præcipere illam de nouo conſtrui ab hærede, & non quod illam reciperet iam factam, ſiquidem non erat poſſibile fieri à religioſis illa breuitate, quod ſic probatur, quia verba in diſpoſitione ſecundum vſum communem loquendi
8 intelligenda ſunt, & ſecundum propriam ſignificationem interpretanda, & in dubio ſecundum gramaticalem ſenſum accipienda ſunt, & contra proferentem ſunt interpretanda, vt ex multis iuribus, & Doctoribus latè probat Simon Vas Barboſa, *lit. V. num. 23. & ſequentibus,* & verba clara non indigent interpretatione, Vas Barboſa *ſuprà num. 84.* Sed ſic eſt quod illa verba teſtatricis ſunt adeò clara, & poſſibilia ſecundum communem vſum loquendi vitatum, & ſignificant propriam conſtructionem Capellæ, & in eo nullum eſt inconueniens; cur ergo impropriãda ſunt, & dicere quod fuit idem ac ſi diceret quod acciperetur Capella iam facta.

Nec obſtat ſi dicas teſtatricem præcipere quod 9
ſi Carmelitæ noluerint eſſe contenti eleemoſyna conſueta, teſtator ſuus illum præcipiat facere in Conuentu Eremitarum. S. Auguſtini, quibus verbis, pro idem intellexit teſtatrix præcipere facere Capellam, ac accipere iam factam; ſiquidem in Manaſterio. S. Auguſtini iam Capellæ ſunt conſtructæ. Non obſtat inquam, reſpondeo namque primo, voluiſſe teſtatricem aliam de nouo fieri Capellam in Monaſterio, S. Auguſtini, & voluiſſe aliquam ex iam factis, & conſtat id euidenter, quia tempore, quo teſtatrix id diſpoſuit nulla erat Capella in Eccleſia, S. Auguſtini, quæ non eſſet vendita.

Secundò reſpondeo, accepiſſe ibi teſtatricem futuram Capellæ pro perfecta conſtructione. hoc eſt, vt eam ornamentis, & aliis neceſſariis perficeret, & eodem modo poteſt etiam dici locutam fuiſſe de Capella in Monaſterio Carmelitarum, quæ illo tempore iam erat cœpta, &
quod illud verbum, facio, ſumatur pro perficere, 10
& ornare, & conſummare, id quod cœptum eſt, probatur; quia ſolum ille dicitur facere rem, qui illam perfecit, nam factum nihil videtur cum aliquid cœperat agendum Surdus *conſil. 168.* Simo. vas Barboſa *lit. F. num. 64.* & facere non dicitur, qui cauſam ad finem non produxit *l. qui*
vas Barboſæ *lit. F. num. 9.* ergo qui rem ad finem 11
produxit ſolum dicitur fuiſſe, & in hoc ſenſu in vtroque conuentu talis locutio verificari poteſt; ſiquidem etiam Capella in Eccleſia Carmelitarum erat iam cœpta.

Tertiò reſpondeo, quod dato, & non conceſſo quod nullo ex prædictis modis poſſet intelligi illud verbum facere, in hoc caſu tunc poterat impropriari, nam verba impropriari debent, vt materiæ de qua agitur conueniant, & verba reſtringuntur ne abſurdum quid ſequatur, ex vulgatis iuribus; ergo ſi Capella iam eſt conſtructa in Eccleſia S. Auguſtini quando teſtatrix dixit quod in ea conſtruatur Capella, debet intelligi quod aſſumatur iam facta, nec ſequatur abſurdum faciendi quod factum iam eſt, quæ improprietas non eſt neceſſaria quando loquitur de Eccleſia Carmelitarum, quia ibi nondum erat Capella conſtructa, & verba clara non indigent interpretatione, *l. licet. Imperator.* Barboſa *ſuprà n. 83.* Deinde in ſequenti reſponſione clarius hoc argumentum patefiet.

RESPON

RESPONSIO AVTHORIS. TERTIO QVÆSITO.

An hæc capella neceſſariò conſtruenda ſit in Eccleſia, an vero ſufficiat ad ſatisfaciendum voluntati teſtatricis, vt fiat intra prædictum conuentum.

REſpondi quod cum teſtatrix non dicat in ſua diſpoſitione quod capella conſtruatur in Ecclesia Carmelitarum, illis annuentibus. vel illis repugnantibus, in Eccleſia Eremitarum, S. Auguſtini, ſed ſolum quod fiat in conuentu Carmelitarum, ſi illi annuerint,& contenti fuerint eleemoſyna conſueta,alias quod fiat in conuentu Eremitarum, S. Auguſtini, ſufficere quod conſtruatur talis capella in conuentu Carmelitarum, vel illo renuente, in cónuentu Eremitarum,S. Auguſtini, ac per conſequens non eſt neceſſarium, accipere illam, quæ iam facta, & conſtructa eſt in Eccleſia Eremitarum, S. Auguſtini, ſed debet alia de nouo fieri in conuentu, & quod in hoc ſenſû poſſint, & debeant intelligi verba teſtatricis probatur.

Quia nomine conuentus, vel Monaſterij non 54 venit Eccleſia in odioſis, in his namque ſemper iura vtrunque exprimont, *vt patet ex titulo de religioſis domibus, cap.6. & 8. cap.2.de ſuppl. negl. prælat & in 6. cap.8. fin. de ſent. excom. in 6.* & cum multis latè probat Bordonus, *tom.2. reſol. 32. num. 357.* Sed ſic eſt, quod in hoc caſu odioſum eſt Carmelitis intelligi per Monaſterium Eccleſiam, ſiquidem vult teſtamentarius quod ex eo quod non habeant conſtructam Eccleſiam perpetuo duraturam amittant legatum; ergo non eſt intelligenda nomine Monaſterij Eccleſia, imo interpretanda eſt hæc clauſula contra teſtatricem, nam verba in dubio contra proferentem interpretanda ſunt *.l. veteribus* 40 & ex multis iuribus probat Barboſa, *ſuprà num.* 47. Ergo cum conuentus Carmelitarum iam exiſtat, poteſt in eo fieri capella in claustro, vel vbi hæres voluerit, abſque eo quod aliquid faciant contra voluntatem teſtatricis, imo ſecundum illam.

RESPONSIO AVTHORIS. QVARTO QVÆSITO.

An ad conſtruendam hanc capellam neceſſarium ſit, quod Eccleſia perpetuo duratura conſtruatur; aut quod iam conſtructa ſit?

REſpondi negatiue. Et ratio eſt, quia capella 55 non eſt pars Eccleſiæ, ſed quid ſeparatum ab illa, & illi contiguum & ſic ſufficit quod fiat iuxta Eccleſiam. Ita Azor, *p.2. inſtitutionum moralium, lib. 3. cap. 1. in fine,* vbi dicit hanc eſſe inter capellam, & capellaniam diſtinctionem, quod 16 capellam vocant, quæ eſt per ſe Oratorium, ſiue ædes ſacra ab alia ſeparata, & diuiſa, Capellaniam vero, quando eſt altare in aliqua æde ſacra ab aliis altaribus ſeparatum, huc vſque Azor, videatur etiam Fragoſus, *p.2. de regimine Reſpublicæ Chriſtianæ, lib.1. d.21. §.4. n.1. fol. mihi* 770. vbi ita ait, Capella dicitur, quæ eſt per ſe Oratorium, ſeu ædes ſacra ab alia ſeparata, Capellania autem, eſt altaris in æde ſacra, ab aliis quidem altaribus ſeparatum, & non ſeiunctum ab ipſe æde ſacra; ſed ſic eſt quod hic teſtatoris non petit in Eccleſia, vel conuentu Carmelitarum Cappellaniam, ſed tantum Capellam, vt conſtat ex verbis teſtamenti; ergo cum capella ſit Oratorium per ſe ſeparatum ab Eccleſia, optime poteſt fieri, abſque eo quod fiat Eccleſia, quod eſſe non poteſt in Capellania, ſiquidem hæc eſt quoddam 17 altare ipſius Eccleſiæ ab aliis ſeiunctum, & vſus id oſtendit, ſiquidem capellæ conſtruuntur ad latera Eccleſiæ per modum nouæ Eccleſiæ, vel Oratorij ſeiuncti ab Eccleſia, remanendo corpus Capellæ extra parietes Eccleſiæ, & ſolum patet aditus ad illam per Eccleſiam, ergo cum Eccleſia Carmelitarum ſit iam media conſtructa optime poteſt iuxta illam fieri prædicta capella, vel eligi aliqua ex tribus iam factis.

RESPONSIO AVTHORIS QUINTO QVÆSITO.

An ſufficiat quod Eccleſia, & capella ſint cœptæ, vt dicatur quod de facto eſt Eccleſia, & Capella vt circa illam fiat contractus.

REſpondi affirmatiuè. Ratio eſt, quia nomine Eccleſiæ, & Capellæ venit Eccleſia, & 18 Capella cœptæ authoritate Epiſcopi, & benedictæ etiamſi nondum ſint finitæ, nec in eis Miſſa adhuc celebretur, vt docet cum Couarruuias, Sylueſter, Sanchez, *de matrimon. lib.9. d.15. num.36.* & cum multis Delbene, *de immunitate Eccleſiæ, cap.16. dub. 9. ſect.5.* vbi citat Farinacium, & alios, qui probant talem Eccleſiam cœptam venire nomine Eccleſiæ, & capellæ, & gaudere immunitate, & omnibus priuilegiis, & pollui ſi in ea ſanguis, vel ſemen hu- 19 manum effundatur, & in ea poſſunt mortui ſepeliri, ergo cum Eccleſia Carmelitarum ſit in medio conſtructa, & non ſolum cœpta, & capella iam quaſi facta, & hoc authoritate Epiſco- 20 pi, & ſit iam benedicta, iam exiſtit Eccleſia, & capella, & circa illas poteſt celebrari contractus, quando non ſufficerent quæ ſuprà diximus; 21 Alias ſi neceſſarium eſt quod ædificium Eccleſiæ ſit omnino perfectum. nec etiam Eccleſia Eremitarum S. Auguſtini eſt omnino conſtructa, cum ſolum medietas illius ſit facta, ex quibus omnibus conſtat Patres D. Auguſtini nullam habere iuſtitiam contra Carmelitas, & Domini iudices debent ſententiam proferre pro Carmelitis, ſiquidem iam exiſtit capella apud Carmelitas, circa quam poteſt celebrari contractus, & Eccleſia exiſtit etiam in ſpe morali. vt manet probatum, & ſic in facti contingentia fuit in Senatu Bracherenſi iudicatum; licet à prædictis patribus fuerit ad ſanctam ſedem appellatum de quo infra ſuo loco redibit ſermo.

CONSVLTVM LX.

De quadam alienatione facta ab vno conuentu, an fuerit valida.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Iura,& anni redditus longi temporis cenſentur bona immobilia.*
3 *Ad alienationem rerum Eccleſiaſticarum immobilium ſufficit iuxta noſtra priuilegia iuſta cauſa, conſenſus Prælati, & conuentus.*
4 *Non requiritur conſenſus Apoſtolicus.*
5 *Hæc priuilegia non ſunt reuocata.*
6 *Reuocatio priuilegiorum facta à Sacra Congregatione de mandato Vrbani VIII. non fuit promulgata in regno Luſitaniæ.*
7 *Pontificia leges, vt obligent requiritur promulgatio illarum.*
8 *Requiritur vt promulgentur in omnibus prouinciis.*
9 *Declaratio legis non indiget hac promulgatione.*
10 *Declaratio legis ſi continent derogationem priuilegiorum requirit dictam promulgationem.*
11 *Quando poſſeſſio rei eſt publica conuentus non tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis.*
12 *Nemo tenetur probare titulum ſuæ poſſeſſionis.*
13 *Stante legitima poſſeſſione ſufficienter conſtat de titulo.*
14 *Quando res eſt publica, & notoria, non indiget probatione.*
15 *Alienatio poteſt fieri à regularibus ob ſolam vtilitatem conuentus.*
16 *De iure præſumendum eſt in alienatione facta à regularibus interuenisse talem vtilitatem.*
17 *Quando conſtat interueniſſe in alienatione ſolemnitate iuris, præſumitur interueniſſe iuſtam cauſam.*
18 *In dubio ſtandum eſt pro valore actus.*
19 *Qui dicit alienationem fuiſſe nullam ex defectu cauſæ, illi incumbit onus probandi talem cauſam fuiſſe.*
20 *Teſtamentarius legatum mille aureorum relictum ad eleemoſynas quotannis faciendas ab ipſo teſtamentario, poteſt illud dare totum ſimul vni hoſpitali.*
21 *Poteſt teſtamentarius præuenire tempus reſtituendæ hæreditatis.*
22 *In legatis quando ſeruatur voluntas teſtatoris, verba non inſpiciuntur.*
23 *Conuentus de licentia Prouincialis poteſt commutare legatum ſibi ad vnam rem relictum, in aliam.*
25 *Poteſt Prouincialis legatum relictum ad opera conuentus conuertere in emptionem cuiuſdam Bibliothecæ.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVADAM nobilis mulier reliquit cuidam Monaſterio Carmelitarum excalceatorum quingentos aureos quotannis in quodam iure regio, quod habebat ad perficiendum ipſum Monaſterium, non enim erat adhuc perfectum, & illa illius accepit patronatum, indiguit autem prior dicti conuentus trecentis aureis, ad faciendum, clauſtrum eiuſdem conuentus, adhuc enim non erat factum, & ad hoc de licentia prælati ſuperioris, & ſui conuentus vendidit alteri conuentui eiuſdem ordinis quindecim aureos quotannis ex illis quingentis, quos in prædicto iure regio habebat, & ſolum non fuit dictum in ſcriptura titulum prædicti iuris fuiſſe præſentatum, nec prædictam venditionem fuiſſe factam ob neceſſitatem prædicti conuentus. 1

Quæritur ergo primo, An non obſtantibus prædictis defectibus, talis alienatio ſit valida, Secundo quæritur, An dictus conuentus poſſet alienare dictum ius, vel illius partem, ad perficiendum ipſum conuentum ſuppoſito quod teſtatrix illud reliquit ad conſtituendum ipſum conuentum.

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An non obſtantibus prædictis defectibus, talis alienatio ſit valida?

REſpondi affirmatiuè: ratio eſt quia ad licitam alienationem rerum Eccleſiaſticarum immobilium. *proni reputantur iura, & annui reditus* 2
longi temporis. vt docet Lezana, *tom. 1. cap. 10. n. 4.* Ego ipſe *in noſtro Directorio Regularium, p. 1. tr. 2. d. 1. ſect. 6. n. 148.* Sufficit ſecundum priuilegia noſtra iuſta cauſa, conſenſus prælati, & conuentus, & definitorij generalis, nec amplius requi-
ritur conſenſus Apoſtolicus, aut ſacræ Congre- 3
gationis, vt conſtat ex priuilegio Pauli III. & Gre-
gorii XIII. quæ retuli *in noſtro Directorio Regular.* 4
vbi ſuprà, n. 153. & docet Tamburinus, *tom. 3. d. 1. q. 6. n. 2.* Delbene, *tom. 2. cap. 17. dub. 9. n. 16.* Ego ipſe *in noſtro Directorio Regul. ſuprà, n. 152.* Atqui in præſenti hæc venditio fuit facta ex cauſa de conſenſu noſtri definitorij Generalis, & Conuentus, & Prælati illius; ergo fuit bona, licita, & valida.

Nec obſtat quod non fuerit requiſitus conſenſus Apoſtolicus, vel Sacræ Congregationis. Reſpondetur namque huiuſmodi conſenſum non eſſe requiſitum ex prædictis priuilegiis Pauli III. &
Gregorij XIII, & aliorum Pontificum. Nec etiam 5
obſtat ſi inſtes hæc priuilegia eſſe reuocata à ſacra Congregatione de mandato Vrbani VIII. pro vt refert Tamburin. *ſuprà, n. 7.* Non obſtat inquam reſpondetur namque hanc reuocationem priuile-
giorum non fuiſſe promulgatam in hoc Luſitaniæ 6
regno, vt autem talis reuocatio obligationem induceret in vtroque foro neceſſario requirebatur
publicatio iuridica, ſine qua non obligant etiam 7
Pontificiæ leges bullæ, & decreta, vt eſt communis, & certa ſententia: promulgatio enim legis, & publicatio eſt modus ita intrinſecus legi, vt iſte ſine illo non exerat vires ſuas ad obligandum, non ſecus ac ignis non exerit vim corendi, niſi applicatus, vt bene Greg. Martines, 1a. q. 99. art. 4. dub. 1. concl.

*concl.*4 Monteſinus Vaſqu. & alij expoſitores cum
D. Thoma, vnde Bandell.*lib.5.delege, d.27.n 7.*Mo-
lina,*d.395.n.4.de iuſtitia,& iure,*Reginald.*in praxi
lib.13.à n.152.*Sot.*lib.1.de iuſtitia q.1.art.4.* Malde-
nus,*lib.2.q.90.art.4.*Th.Hurtado,*de congrua ſuſten-
tione Eccleſiaſticorum, lib.1 reſol. 2.n. 269.* & alij
8 plures ſentiunt, quod vt leges etiam Pontificiæ
obligent in conſcientia debent publicari in quali-
bet Prouincia argumento ex authentico, vt nouæ
factæ conſtitutiones, C.de legibus, vbi id deter-
minatur de legibus imperialibus, quæ determinatio
niſi aliter Pontifex diſcernat in ſua lege vim habet
ex naturali dictamine, etiam in legibus Eccleſiaſticis
9 Nec obſtat ſi dicas cum Manrique, *de differen-
tiis vtriuſque iuris,q.54.n.6.*quem ſequitur Salgad.
*de ſupplicationibus ad ſanctiſſimum, p.2.cap.2.n.11.
vſque ad* 22.Th.Hurtados, *to.1. moral,tract 3.reſol.
45. n.354.& 395.& de ſuſtentatione Eccleſiaſticorum
lib.1.reſol 2.n.273.*Declarationes Concilij quantum
ad declarationem legis conciliaris,& bullæ Paulinæ,
non indigere noua publicatione, declaratio enim
nihil noui dat, nec de nouo aliquid inducit, nec
nouum actum ad diſpoſitionem nouam facit, ſed
duntaxat oſtendit quid diſpoſitum, & factum fue-
rit à principio, ſeu qualis fuerit antiqua diſpoſitio,
ſolummodo aperit & demonſtrat, vt notarunt
Burgos de Pax, *in proœmio legis Tauri, à n.* 432.
Mieres *de maioribus,* 1.*p.q.*44.*n.*14.Caſtillo, *tom.6.
cap.*186.Valenzuela.*conſil.*23.*n.*10.ergo licet prædi-
cta declaratio ſacræ Congregationis non fuiſſet in
hoc Luſitaniæ Regno promulgata, nullo modo, ea
10 ſtate, poſſunt regulares vti prædictis ſuis priuilegiis.
Non obſtat, inquam; reſpondeo namque, quod
data & conceſſa illa doctrina, adhuc nihil contra
non inferri. Nam prædicta Cardinalium declaratio
non ſolum continet legis antiquæ declarationem,
ſed etiam continet derogationem priuilegiorum,
quæ contra præfatam legem conceſſerunt iuſta
ex cauſa ſummi Pontifices religioioſis Communita-
tibus; Ad hanc autem derogationem non ſufficit
præciſa declaratio legis iam publicatæ ſed vlterius
requiritur iuridica publicatio, quæ requiritur in
aliis legibus, quæ de nouo feruntur, vt bene aduer-
tit P. Suar.*lib.8.de leg.cap.vlt.n.2.*Bandell.*lib. 5. de
legib.d.15.n.4.* Regin. *in praxi.lib.13. cap.16. n.156.*
qui ex Nauar.*conſ.2.de conſtit.n.36.& 37.*notat *cir-
ca bullam Pij V. de cenſibus,* quod ſi in aliqua Pro-
uincia non ſit promulgata, habendam ibi eſſe ac ſi
non fuiſſet edita, & probabile putat Hurt *de con-
grua ſuſtentatione Eccleſiaſticor. lib. 1. reſol.n.275.*
cum ergo hæc reuocatio Priuilegiorum facta à ſa-
cra Congregatione de mandato Vrbani VIII. vel
etiam ab ipſo Vrbano VIII. ſpeciali bulla non fue-
rit in hoc regno promulgata, iuridice non obligat,
nec regulares in vtroque foro illi tenentur ſtare, ac
per conſequens dicendum eſt prædictā alienationē
ſine prædicto conſenſu Apoſtolico fuiſſe validam.
11 Nec obſtat ſi dicas in illa alienatione non præ-
ſentaſſe partes illius conuentus titulum quo poſſi-
debant illud ius. Reſpondetur namque ex hoc ca-
pite talem contractum non fuiſſe nullum, ſiquidem
12 conſtabat omnibus contrahentibus de titulo & de
poſſeſſione illius per plus 30. annorum, & hoc erat
publicum, & notorium omnibus; ergo conuentus
non tenebatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis;
Patet conſequentia, quia nemo cogitur probare ti-
tulum ſuæ poſſeſſionis, *l.cogi C.de pet. har.* ſpeciali-
ter quando non datur præſumptio contra poſſeſ-
ſorem, vt cum multis Doctoribus probat Grat. *diſ-
cep.forenſium cap.*310. Alias ſi quilibet regularium
conuentus vellet vendere quendam calicem non
poſſet illum vendere, ſiquidem talis conuentus non 13
habet alium titulum quam poſſeſſionem, ſiquidem
illum non poſſidet per ſcripturas, vt conſtat
Tum quia quando res eſt publica, notoria, & 14
manifeſta, non indiget probatione, *argument. cap.
de manifeſta 17.2.q.1.l.ſi vero, §.1. ff.qui ſatis,* &
cum Rodrig.& aliis tenet Bordon.*to.2 reſ.52.n.85.*
Sed ſic eſt, quod eſt publicum, notorium, & manife-
ſtum in illo oppido, vbi eſt conuentus, & in tota
religione, & regno, quod illa domina illuſtris dedit
illud ius illi conuentui; ergo non eſt neceſſe quod
talis titulus præſentetur. Tum quia inde tantum ſe-
quitur quod poſſit pars petere, vt illi oſtendatur
titulus, non vero poteſt argui quod contractus fue-
rit nullus. Tum quia caſu dato, quod fuerit neceſ-
ſarium ad validitatem contractus quod oſtendere-
tur, & exhiberetur titulus, hoc debebat eſſe coram
iudice Eccleſiaſtico, hoc eſt coram illo prælato, qui
dedit talem licentiam ad faciendum dictum con-
tractum, nec prælatus tenetur rationem reddere iu-
dici ſæculari in licentia quam dedit, an contractus
fuerit, vel non rite celebratus, ſed id ſolum pertinet
ad iudicem Eccleſiaſticum, vt latè cum multis DD.
probat Delb.*de immunit.Eccl.to.2.c.10.n.1.& 2,*
Dices hanc alienationem ex alio capite fuiſſe
nullam, ſcilicet quia non fuit dictum in ſcriptura,
quod fieret ex neceſſitate prædictis conuentus. Re-
ſpondetur id non eſſe neceſſarium, quia abſque ne-
ceſſitate poterat fieri prædicta alienatio, ob ſolam
vtilitatem, & commodum conuentus, vt conſtat ex 15
priuilegio Greg. XIII. & Pauli III. apud noſtrum
compendium, *fol.*272.& ex alia bulla Pauli III. quā
refert Tambur.*de iure Abbat.d.12.to.1.q.16.n.2* &
ex duabus bullis, vna Leonis X.& altera Greg. XIII.
quas refert Tamburin.*loco citato.* Imo addo, quod
Paulus III. in bulla, quam nobis conceſſit, ſolum po-
nit conditionem, quod talis alienatio fiat ſecundum
leges noſtres, vt conſtat ex bulla quā refert noſtrū
Compend. *f.*272. ergo cum alienatio fuiſſet facta
ſecundum leges noſtras, ſequitur quod fuerit valida.
Nec etiam obſtat ſi dicas, in prædicta ſcriptura,
nec etiam dici talem alienationem fieri in vtilitatē
& cōmodum conuentus. Reſpondeo namque quod 16
licet id non dicatur in ſcriptura, de iure communi
eſſe præſumendum interueniſſe talem vtilitatem,
& alias ſolemnitates ex iure, & ex priuilegiis requi-
ſitas, vt cum multis Doctoribus probat Gamma,
*deciſ.*49 Mol.*de iuſtitia,d.468.n.15.* Ex qua doctrina
etiam probatur id quod ſupra diximus ſcilicet non
eſſe neceſſe ad valorem alienationis, quod in
ſcriptura fiat mentio tituli, ſed debet præſumi
titulum fuiſſe præſentatum.
Tum quia quando conſtat fuiſſe obſeruatum 17
ſolemnitatem iuris, præſumitur interueniſſe iuſtam
cauſam quando contrarium non conſtat, nec pro-
batur, Mol.*ſuprà*, cum Baldo, Iaſon. Couar. & aliis,
Felin. Bonac. Vaſq. quos refert & ſequitur Delben.
tom.1.de immunit. Eccleſiaſtica c.17. dub.20.n.13. 18
Et ratio eſt, quia non eſt præſumendum Eccleſiam
voluiſſe alienationem inualidam ex cauſa non le-
gitima, vnde quando eſt dubium, an dicta alienatio
fuerit in vtilitatē, eo quod non conſtat de ſcriptura,
præſumendū eſt fuiſſe factam in vtilitatem, quia in
dubio ſtandū eſt pro valore actus, & quia in dubiis 19
nemo præſumitur malus, & non præſumitur delictū
niſi demonſtretur, vt ex vulgaribus iuribus conſtat,
& ſic illi qui dicit talem alienationem fuiſſe nullam

incumbit onus probandi non fuiſſe in vtilitatem conventus, Maſc. *de probationibus.conſ.*488.*&* 1112. Rodoanus, *q* 78. Soptanus, *cap.*5.*q.* 5. Menochius, *lib.*1.*præſumpt.*75.*n.*15.& eſt deciſum à ſacra Rota, 1.*p.diuerſarum deciſionum*, *deciſione* 716.Laiman, *lib.*1.*tract.*1. *cap.*5. §.4. Delbene, *tomo* 1. *cap.* 17. *dub* 9. *num.* 20.

RESPONSIO AVTHORIS. SECVNDO QVÆSITO.

An conventus potuiſſet alienare dictum ius, vel illius partem, ad perficiendum ipſum conuentum; ſuppoſito quod teſtatrix illud reliquit ad conſtruendum ipſum conuentum?

20 RESpondi affirmatiuè. Ratio eſt quia teſtamentarius poteſt cenſum annuum mille ducatorum relictum ad eleemoſynas quotannis faciendas ab ipſo teſtamentario totum, ſimul clare vni hoſpitali, priuando ſe iure quotannis diſtribuendi dictum legatum, vt docet Sanchez, *lib.* 4. *conſiliorum, cap.* 2. *dub.* 12. poteſt enim præueniri tempus
21 reſtituendæ hæreditatis, vt patet *ex l. poſt mortem C. de fideicommiſſ.* Idem docet Diana, *p.* 4.*tract.*4. *reſol.* 140. §. *nota* 4. quidquid dicat Thomas Hurtado, *de congruâ ſuſtentatione Eccleſiaſticorum tom.*2.*lib.*6. *reſol.* 54.*n.* 1930. Atqui iſte conuentus eſt executor teſtamenti prædictæ teſtatricis; ergo cenſuum annum quingentorum aureorum relictum ad quotannis diſtribuendum ab eodem conuentu in opera ipſius conuentus poterit totum ſimul inſumere in vno anno in operibus eiuſdem conuentus, non enim apparet maior ratio in contrarium.

Confirmatur 1. quia in legatis quando ſerua-
22 tur voluntas teſtatoris verba non inſpiciuntur, *l. penultima eodem titulo, l. hæred. mei, §.cum ita ff. de Trebell. l. cum virum de fideicommiſſ.* ſed voluntas teſtatricis in præſenti ſolum fuit ædificare illum conuentum; ergo ſi ad hoc pars annui cenſus relicti venditur, vt commodiùs & citius conuentus conſtruatur, omnino ſeruatur voluntas teſtatricis, ac per conſequens talis alienatio erit valida.

23 Confirmatur 2. quia Prouincialis de conſenſu illius conuentus poterat commutare illud legatum in aliam rem extra illam ad quam fuerat relictum. Ergo multo à fortiori illud poterit commutare ad perficiendum id ad quod fuit relictum, licet non ſeruetur modus, quo fuit relictus; Patet conſequentia, quia ſi poteſt mutare legatum quoad ſubſtantiam in aliam rem diuerſam ab ea ad quam illud reliquit teſtatrix, multo magis poterit mutare quoad modum; Antecedens probatur, quia ita conceſſit Sixtus IV. & Leo X. *in duabus bullis*, quas refert Rodrig. *tom.*2.*quæſtionum regularium q.*125. *art.*9 & docet Henriquez, Capucinus, quos refert, & ſequitur idem Rodrig. ibi. Vnde poteſt Prouincialis legatum relictum ad opera conuentus, conuertere in emptionem cuiuſdam Bibliothecæ, vel
24 in ſoluendis debitis eiuſdem conuentus, vel in aliam rem vtiliorem conuentui, vt late probat Bordon. *tom.* 2. *reſol.* 55.*n.* 49. Ergo multo melius poterit illud mutare ad meliori modo ſatisfaciendum voluntati ipſius teſtatricis; ergo cum talis alienatio facta fuerit de conſenſu Prouincialis, & definitorij generalis valida fuit, & vt talis ſuſtinenda.

CONSVLTVM LXI.

De quodam ordinato cum patrimonio cum promiſſione illud reſtituendi, poſt ordinationem, an incurrerit aliquam ſuſpenſionem, vel teneatur reſtituere illud.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *In aliquibus textibus varia ponuntur pœna ordinatis ſine ſufficienti titulo.*
3 *Qui ordinem ſuſcepit patrimonio vero, ſed cum promiſſione illud reſtituendi, nullam ex prædictis pœnis incurrit.*
4 *Probatur diſcurrendo per omnes.*
5 *Conſtitutio Sixti V. in hac materia fuit abrogata à Clemente VIII.*
9 *Pœna contra ſimoniacè ordinantes, & ordinatos in ſua vi permanſerunt.*
7 *Ordinatus cum patrimonio vero, ſed cum promiſſione illud reſtituendi, non poteſt dici ordinatus ſine titulo.*
8 *Ordinatus cum prædicto patrimonio non incurrit prædictas pœnas, etſi omnes in ſua vi perſiſterent.*
9 *Peccauit mortaliter, & incurrit pœnas poſitas ſic ordinatis in ſuo Epiſcopatu per conſtitutiones Sinodales.*
10 *Clericus qui ficto patrimonio accepit demiſſorias vt ab alieno Epiſcopo promoueretur, & de facto promotus fuit, non incurrit pœnas*, in cap.8.ſeſſ.23. Tridentini.
11 *In pœnalibus non fit extenſio, præſertim vbi eſt diſſimilis ratio.*
12 *Ordinatus qui ante ordinationem iniit pactum de non petendo, vel de reſtituendo patrimonio non incurrit pœnas*, in cap. per tuas, & cap.penult. de ſimonia.
13 *Probatur ratione.*
14 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
15 *Ordinatus qui accepit patrimonium cum pacto poſt ordinationem illud reſtituendi, tenetur illud reſtituere.*
16 *Epiſcopus ſic ordinatum cum promiſſione reſtituendi patrimonium non tenetur alere.*
17 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM adoleſcens pauper volens fieri Sacerdos, petiuit à quodam homine diuite, 1
vt ei faceret patrimonium, promittens quod poſtquam ordinatus fuiſſet, illud iterum ei reſtitueret, annuit diues ille cum pacto de patrimonio poſt ordinationem reſtituendo, facto igitur ſic patrimonio, ordinatus fuit ordinibus ſacris prædictus adoleſcens, & antequam reſtitueret patrimonium.

Quæſiuit à me. An ſic ordinatus incurrerit aliquam ſuſpenſionem. Secundo an teneatur reſtituere patrimonium.

RESPON

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An ſic ordinatus incurrerit aliquam ſuſpenſionem.

2 AD intelligentiam huius caſus ſuppono *in c. neminem, & cap. ſanctorum, diſt.* 70. imponi ipo facto ſuſpenſionem, qooad executionem ordinis illis, qui ſine certo titulo, promoneotur ad ordines ſacros, *& cap. cum ſecundum Apoſtolum, & cap. Epiſcopus de præbendis* prohiberi quempiam ſacris initiari abſque ſufficienti titulo, impoſita pœna ſic ordinanti, vt teneatur ordinato prouidere, donec titulum habeat. Tridentinum vero *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. iubet neminem ſine ſufficienti titulo ordinari in ſacris, innouando antiquorum Canonum pœnas. Et Sixtus V. in Conſtitutione ſua, quæ incipit *ſanctum & ſalutare* imponit ſuſpenſionem promutis ad ordinem ſacrum fraudulenter, ſine titulo: his ſuppoſitis.

3 Reſpondl nullam ex prædictis ſuſpenſionibus incurriſſe ſic ordinatum cum vero patrimonio, cum promiſſione de reſtituendo illud poſt ordinationem. Ratio eſt, quia in primis non incurrit ſuſpenſionem *in c. neminem*, neque quæ habetur *in cap. ſanctorum*, deinde probabo quod neque incurrit ſuſpenſionem poſitam in conſtitutione Sixti V. ergo cum alia in iure non detur, nullam ſuſpenſionem incurrit ſic ordinatus.
4 Antecedens quo ad primam partem patet. Quia *cap. neminem, & cap. ſanctorum, d.* 70. fuere reuocata ab Alexandro III. *in cap. Epiſcopus*, & ab Innocentio III. *in dicto cap.* cum ſecundum Apoſtolum de præbendis, atqui Tridentinum non innouauit pœnas impoſitas *in cap. neminem, nec in cap. ſanctorum, d.* 70. ſed ſolum pœnam impoſitam *in cap. cum ſecundum Apoſtolum, & cap. Epiſcopus, de præbendis*, vt tenet Henriquez *l.* 13. *ſumma cap* 37. §. 2. Toletus *in ſumma lib.* 1. *cap.* 49. *num.* 18. Sà *verbo ſuſpenſio num.* 18. Sairus *de cenſuris* 4. *cap.* 14. *num.* 16. Gutierrez *pract. lib.* 2. *q.* 65. *num.* 1. Auila *de cenſuris part.* 3. *d.* 5. *dub.* 4. & 5. Garcias *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 28 Gonzalez *ad reg* 8. *cancellaria, gloſſa* 5. § 10. *num.* 22. Siſpæus *lib.* 1. *tit. de ordinandis n.* 15. 25. & 26. Sanctarellus *reſolut. quæſt.* 46. *num.* 15. Sqoilantes *de obligatione clericorum p.* 3. *num.* 12. Piaſſecius *in praxi p.* 2. *num.* 42. Homobonus *de examine part.* 2. *tract.* 11. *cap.* 12. *quæſt.* 22. Auguſtinus Barbóſa *de poteſtate Epiſcopi allegat.* 20. *n.* 27. & *tom.* 1. *collect. lib.* 3. *tit.* 5. *cap. cum ſecundum num.* 7. *tom.* 4. *d.* 70. *n.* 5. & *collectanea ad cap.* 2. *ſect.* 21. *n.* 67. Diana *p.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 5. & *p.* 1 *tract.* 10. *reſol.* 50. Marchinus *de ordine tract.* 3. *p.* 6. *cap.* 8. *num.* 9. Et conſtat ex quadam declaratione ſacræ Congregationis, quam refert Farinacius *in declarationibus addictum cap.* 2. Trid. ergo cum *in dicto cap. cum ſecundum Apoſtolum, & cap. Epiſcopus de præbendis*, nulla ponatur ſuſpenſio ordinantis fictio, vel falſo titulo, ſed ſolum imponatur obligatio ordinantibus ſic ordinatis alendi; ſi ſua culpa eos ficto patrimonio ordinarunt, ſequitur quod ſic ordinatis, etiam patrimonio ficto, quanto magis patrimonio vero cum promiſſione de eo reſtituendo, non incurrerit ſuſpenſionem latam *in dicto cap. neminem, & cap. ſanctorum*, cum iam omnino ſint abrogata, & ita in terminis tenent Doctores ſuprà citati, quibus adde Boſium *tom.* 2. *moralium tit. de ordinibus*, §. 1. *num.* 3. quidquid alij in contrarium dicunt, quos refert Diana *p.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 5. & *p.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 50.

Quod autem nec etiam incurrerit ſuſpenſio-
nem latam à Sixto V. in ſua conſtitutione, quæ 5
incipit ſanctum, & ſalutare, probatur, quia talis conſtitutio cum nimis rigida multis viſa fuiſſet, & ſcrupulos varios tam promouentibus, quam promotis generaret, fuit poſteà abrogata à Clemente VIII. Conſtitutione ſua incipiente Romanum Pontificem motu proprio, & ex certa ſcientia de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſua perpetuo valitura ad terminos ſacrorum Canonum, & conſtitutionis Pij II. incipientis cum ex ſacrorum, & ad diſpoſitionem Tridentini reſtricta & educta moderatis, & ſublatis cenſuris, & pœnis in eadem Sixti Conſtitutione contrà quoſcumque latis, exceptis contra ſimoniacæ ordinantes, & ordinatos, quam
voluit Clemens VIII. in ſuo robore permane- 6
re; ergo cum prædicta pœna ſublata ſit à Clemente VIII. non potuit à ſic ordinato incurri. Ita Sanctarellus *variarum reſol. quæſt.* 49. *num.* 13. Barboſa *tom.* 4. *collect d.* 70 *n.* 6. & *collect. ad c.* 7. *ſect.* 21. Trident. *n.* 68. vbi alios allegat Sairus *lib.* 4. *theſauri cap.* 12. *in fine*, Boſſius *ſupra* §. 2. *n.* 6. quidquid in contrarium dicat Gonzalez *dicta gloſſa* 5. §. 10. *n.* 34.

Imò addo, quod dato, quod dictum *cap. neminem, & cap. ſanctorum d.* 70. fuerint innouata per Tridentinum, vt multi autumant, quos refert Diana *ſup.* & dato quod conſtitutio Sixti V. eſſet in ſuo vigore, adhuc ordinatus de quo eſt ſermo in præſenti non incurrit prædictas pœnas. Ita Garcias *de beneficiis p.* 2. *cap.* 5. *n.* 161. & 162. Marchinus *capit.* 8. *num.* 10. & alij, quos refert, & ſequitur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi allegat.* 20. *num.* 30. & *tom.* 2. *collect. lib.* 5. *tract.* 3. *cap.* 37. *num.* 7. & alij quos refert etiam Garcias *dicta cap.* 5. *num.* 161. & ratio eſt, Quia iſte non
poteſt dici ordinatus ſine titulo, nam reuera eſt 7
ordinatus patrimonio vero, & non ficto, & illa donatio patrimonij fuit vera, & tranſtulit dominium in donatarium, licet fuiſſet cum pacto de reſtituendo. Imò etſi donatio fuiſſet formaliter ficta, & pro forma, & ad apparentiam, adhuc non incurrit prædictam pœnam in motu Sixti V. nec aliorum Canonum, vt probant Garcias, & Marchinus, & Gonzalez *ad reg.* 8. *gloſſa* 5. *num* 18 Diana *p.* 2. *tract.* 4. *reſol.* 180. & alij ab eo relati. Nam dicti Canones neminem, &
Sanctorum, & conſtitutio Sixti V. non loquun- 8
tur de ordinato cum ficto patrimonio, ſed indefinite de ordinato ſine titulo, & alibi in iure non reperitur ſuſpenſio lata contra ordinatum cum ficto patrimonio; ergo ſiue donatio fuerit valida cum pacto reſtituendi, ſiue fuerit ficta cum pacto non petendi id, quod datum fuit, nec eo vtendi, ſic ordinatus ficto patrimonio nullam incurrit ſuſpenſionem, licet aliàs pecca-
uerit mortaliter, niſi forte aliqua ſuſpenſio lata 9
ſit per conſtitutionem Synodalem in eo Epiſcopatu vbi aliquis ſic ordinatus fuit. Ita Boſſius, *ſuprà num.* 9.

An autem Clericus, qui cum ficto patrimonio fraudulenter, obtinuit literas dimiſſorias

à proprio Epiſcopo vt ab alieno promoueretur,
10 & virtute illarum eſt promotus incurrat ſuſpenſionem *in cap. 8. ſeſſ. 23. de reformatione à Concilio Trident.* ſtatutam contra ordinatos ab alieno Epiſcopo abſque demiſſoriis proprij Epiſcopi? Reſpondi negatiuè. Ita Henriquez *lib. 13. ſumma cap. 37. §. 2. lit. G.* Diana *part. 2 tract. 16. reſolut. 5. & p. 5. tract. 10. reſol. 50. & 55.* Boſius *ſuprà num. 21.* quidquid dicat Suarez *de cenſuris d. 31. ſect. 1. num. 36,* Reginaldus *in praxi tom. 2. lib. 32. tract 2. cap. 25. ſect. 3. num. 71.* Ratio eſt
11 quia Concilium *dicto cap. 8. ſeſſ. 23.* loquitur de ordinatis abſolutè ſine dimiſſoriis, ſeu facultate, & licentia proprij Epiſcopi, ſed qui per fraudem demiſſorias ſeu licentiam obtinet, veram habet licentiam, etſi alioquin habita ſcientia de ficto patrimonio fuiſſet negata; ergo non incurrit dictam ſuſpenſionem. Confirmatur quia ad Epiſcopum pertinet ſumere informationem de titulo, ſicut ſumit de moribus, literis, & natalibus ordinandi; ergo ſicut is qui in his decipit Epiſcopum, & per fraudem obtinet demiſſorias non incurrit ſuſpenſionem, ita neque qui in titulo decipit.

12 An autem ornatus qui ante ordinationem iniit pactum cum dante ſibi patrimonium, ſeu cum donatore patre, & aliis, de non petendo, vel reſtituendo ſtatim poſt ordines ſuſceptos patrimonio, comprehendatur pœnis ſuſpenſionis ſtatutis *in cap per tuas, & cap. penult. de ſimonia.* Reſpondi negatiuè. Ita Nauarrus ſibi contrarius *conſil. 17. num. 2. ut monit* Gonzalez *ad reg. 8. gloſſa 5. §. 10. num. 27.* Henriquez *lib. 10. ſumma c. 17. §. 3. in gloſſa lit. O,* Toletus *lib. 1. ſumma c. 15. num. 5.* Garcias *de beneficiis p. 2. cap. 5 num. 168. & 173.* Quaranta *verbo ordo, verſiculo quod intellige pag. 491.* Sanctarellus *variarum reſolut. quaeſt. 49. num. 20.* Bonacina *de Sacram. d 84. quaeſt. vnica, p. 4. num. 27.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi allegat. 20. n. 29. & tom. 2 collect. lib. 5. titul. 3. c. 37. num. 6.* quidquid in contrarium dicat Azor. *p. 3. lib. 12. cap. 15. quaeſt. 2.* Suarez *de cenſuris d. 3 ſect. 1. num. 35. & de relig. tom. 1. tract. 3 lib. 4. cap. 38. num 4. & 5.*

31 Ratio eſt, quia præfati textus *cap. per tuas, & cap. penult.* loquuntur de ordinato ineunte pactum cum ordinatore de non petendo penſionem, ſeu alimenta ab ipſo ordinante, vel cum beneficiario à præſentante, in quibus caſibus apparet aliqua ratio ſimoniæ, atqui donatio patrimonij etiam ad illum finem vt quis poſſit ordinari, & pactum de illo reſtituendo, eſt res diſtincta ab ordinatione nullam inducens ſimoniam, cum dare alicui patrimonium non ſit ſpirituale, ſed vendi & emi poſſit; ergo cum ſit diſſimilis caſus, & diuerſa ratio, non eſt facienda extenſio prædictorum textuum, quorum pœna prodire videtur à ſimonia, quam non niſi remittentes ordinatori, & præſentatori ad ordines, vel ad beneficium committunt.

Nec dici poteſt donantem patrimonium etiam
14 ad finem ſuſcipiendi ordines præſentare ad illos, nam id proprium eſt epiſcopi dantis demiſſorias, vel beneficiari præſentantis ad titulum ſuæ Eccleſiæ, vel beneficij,. quare prædictum pactum cum dante patrimonium non inducere ſuſpenſionem declarauit ſignatura pœnitentiariæ, vt referunt Garcia, & Quaranta *locis citatis.*

RESPONSIO AVTHORIS,
SECVNDO QVÆSITO.

An ſic ordinatus teneatur, vel poſſit licitè reſtituere patrimonium datum cum pacto de reſtituendo illo?

RƐſpondi poſſe licitè, & teneri dictum patri- 15
monium reſtituere. Ita Zipæus *li. 1. tit. de ordinand. n* 18. Sanch. *lib. 6. de matr. d. 32. n. 8.* Garc. *d. n. 163.* March. *tr. 2. p. 2. c. 8. n. 8.* Boſius *ſup. n. 11.* Ratio eſt, quia prædicta remiſſio ſolum redit in remittentis præiudicium, ſed quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter; ergo ſi ordinatus à principio promiſit non petere patrimonium, vel illud reſtituere, tenetur ſtare promiſſioni, cum ſolum cedat in ſui ipſius præiudicium, quod volens ſubire poteſt.

Nec obſtat ſi dicas, id cedere etiam in Epiſcopi præiudicium qui tenetur alere eum quem ſine
legitimo patrimonio ad ordines promouit, vt 16
patet *ex c. Epiſ. & c. cum ſecundum Apoſt. & c. tuis quaeſt. de præbendis.* Non obſtat inquam, Reſpondeo namq; cum Sanch. *ſup. n. 8.* negando id cedere in Epiſcopi præiudicium, quoniam cum bona fide illum ad ordines promouerit, & ita culpæ expers ſit, non tenetur eum alere vt benè docent Decius *c. Epiſc. n. 13. de præb.* Nauar. *lib. conſilior. tit. 11. de temp. ord. in 1. edit. conſ 14. & 46.* Tum quia cum iure poterit habere patrimonium fictionem patrimonij ſupponere non debuit, quia crimina non præſumunt, Boſiu *ſup. n. 11.*

Nec obſtat quod patrimonium non poſſit alie- 17
nari ob cauſam publicam, ne ordinatus cogatur mendicare, & alienatio à Concilio declaratur irrita. Nam loquitur Concilium in obtinentibus verè patrimonium, non in fictis, concludunt tamen Sanch. & Zypæus *locis cit.* quod vterq; fingentium peccat; & ordinatus poterit extraordinarie puniri per Epiſcopum, & ficte donans re donata priuari per ſententiam eiuſdem Epiſcopi, & idem docent Quar. *verbo ordo, §. quod intellige,* Garc. *d. c. 5. n. 152.* Barb. *collect. ad c. 2. ſeſſ. 21. n. 7.* Dia. *p. 3 tr. 4. reſ. 189.*

CONSVLTVM LXII.

De quodã qui ante ordinationẽ patrimonium ſuum cuidam ſorori dotauit, an poſſit ad titulum patrimonij dotati, ordinari in ſacris:

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Qui poſt conſtitutionem patrimonij promiſit illud in dotem ſuæ ſorori poteſt ad tit. illius ordinari.*
3 *Patrimonium non eſt ſubiectum ſolutioni debiti poſt patrimonij conſtitutionem contracti.*
4 *Ponitur argumentum in contrarium. & ſoluitur.*
5 *Si res ante conſtitutionem patrimonij erat alteri pro debito obligata non eſt ſufficiens titulus ad patrimonium.*
6 *Si Clericus tali patrimonio bona fide ordinatus fuit, non incurrit pœnas* cap. 2. ſeſſ. 21. de reformatione Trid.
7 *Si Clericus poſt ordinationem habet vnde congrue viuat, poteſt dare ſuæ ſorori in dotem ſuum patrimonium.*
8 *Dictio,* donec, *reſtringit omnia antecedentia. & habet naturam ſuſpenſiuam.*

6 *Ante*

9 *Ante Tridentinum iure communi poterat patrimonium alienari.*

10 *In dubia, ius commune non cenſetur correctum per Tridentinum.*

11 *Ceſſante cauſa, ceſſat diſpoſitio, ob prædictam cauſam facta.*

12 *Donans patrimonium alicui ad ordines poteſt ei apponere conditionem de eo reddendo cum ordinatus habuerit beneficium, vel vnde congrue viuat.*

13 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

14 *Patrimonium gaudet priuilegiis bonorum Eccleſiaſticarum.*

15 *Ante Tridentinum patrimonium his priuilegiis gaudebat, & tamen poterat ſine licentia Epiſcopi alienari.*

16 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

17 *Clericus qui habens vnde ſufficienter viueret dedit in dotem ſorori ſuæ ſuum patrimonium, ſi ea quæ habebat prodige conſumpſit, non poteſt repetere patrimonium.*

18 *Epiſcopus antequam ille conſumat prodige patrimonium poteſt illi prohibere diſtractionem illius.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM adoleſcens accepit à patre donatione ſufficiens patrimonium, v. g. prædium vt ad titulum illius ad ordines promoueretur, & poſteà ante ordinationem in ſacris promiſit cuidam ſorori ſuæ certam ſummam, vt nuberet, quæ ſumma maior eſt valore prædij, vel illi æqualis, contraxit ſoror matrimonium prædicta promiſſione facta, vult adoleſcens ordinari.

Quæſiuit à me primò. An poſſit ad titulum illius prædij ordinari, & adhuc dicatur habere ſufficientem titulum, an verò ſi ordinetur dici debeat ordinatus ſine titulo ſufficienti, & incurrat ſuſpenſionem, quæ lata eſt in ſuo epiſcopato contra promotos abſque titulo, ſecundo An dato quod poſſit ad titulum illius patrimonij ordinari, poſt ordinationem, ſi habeat vnde congruè viuere, poſſit dare dictum prædium, ad cuius titulum ordinatus fuit prædictæ ſorori ſuæ abſquè licentia Epiſcopi.

RESPONSIO AVTHORIS PRIMO QVÆSITO.

An prædictus adoleſcens poſſit ad titulum illius prædij ordinari, & adhuc dicatur habere ſufficientem titulum, an verò ſi ordinetur dici debeat ordinatus ſine titulo ſufficienti, & incurrat ſuſpenſionem, quæ lata eſt in ſuo Epiſcopatu contra promotos abſque titulo.

2 REſpondi poſſe prædictum adoleſcentem ad talis prædij titulum ordinari tanquam habentem verum titulum, & per ordinationem nullam incurrere pœnam contra promotos ſine titulo latam in ſuo Epiſcopatu. Ita Nauarrus *conſil. 18. de tempor. ordinan. in 2. editi.* Rodriguez *tom. 2. ſumma cap. 15.* Sanch. *lib. 7. cap. 1. dub. 42.* Boſius *tom. 1. moralium tit. 3. de ordinibus, §. 14 n. 79.*
Ratio eſt, quia cum debitum fuerit contractum 3
poſt patrimonium conſtitutum ad ordines, patrimonium non manet ſubiectum ſolutioni illius debiti, nec ad illud ſoluendum poteſt alienari vt conſtat ex Tridentino *ſeſſ. 21. cap. 2.*

Dices bona intelliguntur cuiuſque, quæ de- 4
ducto ære alieno ſuperſunt, *l. ſub ſignatum, §. bona, ff. de verb. ſignif. & cogi, ff. ad Trebellianum.* Vnde venit regula paria videri non habere bona, & debere tantundem. Reſpondetur hoc argumentum ſolum procedere quando æs alienum poteſt, & debet ſolui de illis bonis, vt quando debetur pure, & ſtatim peti poteſt, & nulla iuſta exceptione impediri; at debita in hoc caſu, non poſſunt, nec debent ſolui de illo patrimonio, quia illud non poteſt peti vnde ordinationem, quia donatum fuit cauſa ordinationis faciendæ *per l. 1. & 2. C. de donat.* quæ ſub modo, nec poſt ordinationem ſi àliàs non habeat beneficium, vel patrimonium ſufficiens, quia vſque tunc non poteſt alienari ex Tridentino *dicta c. 2.*
vt ſupra probatum eſt. Argumentum igitur ſolum 5
probat in caſu quo bona patrimonij ante ipſius patrimonij conſtitutionem, & donationem factam alicui, vt cauſa ordinationis fuiſſent alteri obligata, nam tunc non eſſet ſufficiens titulus, quamvis bona fide, & cum ignorantia obligationis ad titulum illius patrimonij ſacris initiatus excuſaretur ab omni pœna, vt decidit ſacra Rota *die 26.*
Iunij 1621 prout re ert Barboſa *dicto cap. 43 n. 159.* 6
cuius declarationis verba ſunt, ordinatus ad titulum patrimonij ipſi à patre, & patruo aſſignati, qui habuit poſteà notitiam prioris obligationis dicti patrimonij, cum fuerit ab initio, cum bona fide, non incurrit *pœnas cap. 2. ſeſſ. 21. de reformatione.*

RESPONSIO AVTHORIS SECVNDO QVÆSITO.

An in caſu quo poſſit ad titulum prædicti patrimonij ordinari, poſt ordinationem ſi habeat vnde congrue viuere, poſſit dare validè, & licitè dictum prædium ad cuius titulum ordinatus fuit prædictæ ſorori abſque licentia Epiſcopi?

REſpondi affirmatiuè. Ita Ceuallos *commun.* 7
contra commun. quæſt. 527. & quæſt. 561, num. 33. Garcias *p. 2. cap. 5. num. 186.* Stephanus Gratianus *cap. 159. num. 14.* Azorius, Flaminius, Paſilius, Azeuedo, quos refert, & ſequitur Boſius *tom. 2. moralium tit. 3. de ordinibus 9. 4. num. 69.* quidquid in contrarium dicat Marchinus *c. 5. n. 12.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi allegatione 19. num. 90.* Ratio eſt, quia Concilium Tridentinum *ſeſſ. 21. c. 2.* prius decernendo dicit, quod deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari patrimonium non poſſit, poſteà limitans addit, donec ſufficiens beneficium ſint adepti, vel aliunde habeant vnde viuere poſſint; ergo ex verbis Concilij non eſt prohibita alienatio ſine licentia Epiſcopi, ſed potius eſt præmiſſa, ſiquidem exceptio debet eſſe de regula *ex l. præter. de iudiciis*, alioquin tam regula tradita à Concilio, quam eius exceptio idem diſponeret, quod eſſet abſurdum.

Quod

Quod autem prædicta verba, *donec* &c· limi-
8 tationem præcedentium continent, probatur,
quia illud aduerbium, *donec* . reſtringit omnia
antecedentia, eſt enim particula reſtrictiua tem-
poris, & habet naturam ſuſpenſiuam ex notatis
per Surdum *conſil*.186. *n*.15. *& conſil*.319. *num*.5.
Ceuallos *ſuprà quæſt*.806.*n*.15.Bertazolum *ad clau-
ſul inſtrum.clauſul*.15.*gloſſa* 14.*n*.1.& per Auguſt.
Barboſa *dicta alleg*.19.*n*.8.*& tractatu de dictionibus
dict*.93 *num*.3.

Confirmatur hæc ſententia. Tum quia cum de
9 iure communi ante Tridentinum poſſet patrimo-
nium abſolutè alienari, vt docet Gloſſa *in cap.suis
de præbendis*, Imola, & Abbas *n*.8. Felin. *in c. Ec-
cleſ.S.Mariæ,n*.610.*de conſtit*. & ibidem Decius
n.8. Couarruuias *in cap.Raynaldus , de teſtam*.§.2.
num.7 Gomezius, Selua, Vaſquez, Gutierrez, quos
refert Ceuallos *dicta q*.587,*n*.1.Gratianus *dicto c*.5.
n.281, Sanch.*lib*.7.*conſil,c*.1.*dub*.43. hoc in caſu du-
bio non cenſetur correctum per Tridentinum. Tum
10 quia cum clericus habeat aliunde congruam ſu-
ſtentationem, ceſſat ratio Concilij, ſcilicet ne
11 cum opprobrio ſtatus cogatur mendicare.

Confirmatur 2. Quia donans patrimonium ali-
cui ad ordines, rectè poteſt apponere pactum, &
12 conditionem de eo reddendo cùm ordinatus ha-
buerit beneficium, vel aliàs vnde viuere poſſit, &
tale patrimonium eſt ſufficiens vt ordinari poſſit,
non obſtante tali pacto, quia hoc non eſt contra
Concilium, vt tradunt Garcias *cap*.5 *n*.169. Barboſa
allegat.20. *n*.31. & *collectanea ad dictum cap*.2.
ſeſſ.21.*n* 4. vbi ex Bellio *in ſelectu Canonicis,cap*.3.
n.1. refert ita reſolutum fuiſſe à ſacra Congrega-
tione Concilij in Eugubino 22. *Maij* 1590. quæ
reſolutio continetur ſequentibus verbis ſcilicet,
patrimonium donatum per parentes ea conditione,
vt filius vſumfructum interim dum beneficium ali-
quod, vel bona alia ad congruam ſuſtentationem
ſufficientia acquirit, eſt ſufficiens, & ad illius ti-
tulum poteſt ordinari; at qui in hoc caſu patri-
monium extinguitur, eo ipſo quod bona ſufficien-
tia ad viuendum honeſte acquiſita ſunt, vel bene-
ficium cum pacifica poſſeſſione obtinetur; ergo
mens Concilij quoad durationem, & perſeueran-
tiam patrimonij ſolum fuit, vt ordinatus non careat
victu honeſto certo; ergo ſi aliunde talis victus
haberi poteſt; eo ipſo extinguitur patrimonium,
ergo cum in noſtro caſu ordinatus iam habeat
vnde congrue, & honeſte ſuſtentetur, optimè
poteſt dare patrimonium ſorori ſuæ, imò ad id
tenebitur cum donatio ita debeat intelligi, & non
aliter, vt ſuprà dixi.

Dices ad Epiſcopum pertinet arbitrari an be-
neficium, vel quid aliud ſit ſufficiens ad con-
13 gruam ſuſtentationem, iuxta Tridentinum, &
Doctores communiter; ergo ſine licentia Epiſ-
copi non poteſt ordinatus alienare patrimo-
nium, etſi bona ſufficientia habeat ad congruam
ſuſtentationem, donec id per Epiſcopum diſcer-
natur. Reſpondetur hoc argumentum ſolum
probare quoad conſtitutionem patrimonij exa-
men quantitatis ſufficientis ſpectare ad Epiſco-
pum, id enim ſolum colligitur *ex d. c*. 2. Triden-
tini, & declarauit Sacra Congregatio. An autem
poſteà ad derelinquendum patrimonium ha-
beat, vel non bona ſufficientia, id non pertinet
ad Epiſcopum, nec tale quid colligitur ex Trid.

Dices patrimonium erectum in titulum con-
numeratur inter bona eccleſiaſtica, & gaudet
priuilegiis, quæ conceduntur à iure bonis Eccle-
ſiaſticis, vt docent Menoch. *remed*. 15. *recupor*. 14
n. 21. Garc.*d.c*.259. *n*.27. Barb.*alleg*.19.*n*.92. Vaſq.
de ſucceſſionum creat. lib.3. §.22.*n*. 43. ergo po-
teſt alienari abſque licentia Epiſcopi. Reſponde-
tur quod etiam ante Tridentinum huiuſmodi bo-
na habuiſſe iure communi attento priuilegium
bonorum eccleſiaſticorum, & tamen ſecundum
ius antiquum commune poterant talia bona abſ-
que licentia Epiſcopi alienari, ergo illud priuile- 15
gium ex ſe non impedit alienationem.

Dices ſi ordinatus ad titulum patrimonij dum
habet aliunde victum, poſſet ſine licentia Epiſco-
pi patrimonium alienare, & carens congruendi 16
victu nec cum licentia Epiſcopi illud poſſet di-
ſtrahere, nullius effectus eſſent illa verba Trid.
in d.c.2. ſine licentia Epiſc. & fruſtratoriè eſſent
addita contra vulgare axioma, quod in legibus
nullum verbum iudicatur ſuperfluum. Reſpon-
detur ex Garcia *c*.5. *n*. 188. verba illa non carere
omni effectu, eſſe fruſtratoriè appoſita, nam
poteſt occurrere talis neceſſitas ſeu cauſa ita vr-
gens, vt poſſit, ac debeat dari licentia alienandi
patrimonium, etiamſi ordinatus non habeat vn-
de viuere poſſit, v g. ſi ipſe, aut parentes, eius eſſent
captivi; ad ſui, & parentum redemptionem de-
beret dari dicta licentia, item ſi pater aut frater
clerici ob homicidium, vel aliud delictum perpe-
tratum eſſent puniendi pœna mortis, niſi parti
accuſanti pro remiſſione daretur certa quantitas,
& filius, aut fratres volendo non poſſent ſubue-
nire, niſi alienando patrimonium, quæ cauſa id
faciendi iuſtiſſima eſſet, ſicut etiam, talis cauſa
eſſet prouidere ſorori verſanti in magno pericu-
lo perdendi ſe, cum enim Epiſcopus ex ſimili
iuſta cauſa concederet licentiam alienandi patri-
monium ad cuius titulum quis ordinatus eſt, ip-
ſe Epiſcopus maneret ſecurus, etiam ſi illi non
haberet aliunde vnde viuere poſſet.

Sed quæres an clericus, qui prædictæ ſorori
tradidit patrimonium eo quod habebat ſufficien- 17
ter aliunde vnde viueret decenter, ſi fortè hæc quæ
habebat prodige diſtraxit, & conſumpſit poſſit
iterum repetere patrimonium, & qui illud acce-
pit teneatur iterum illud reddere? Reſpondeo
negatiuè. Nam talis alienatio fuit omnino valida;
& conſequenter donatarius non poteſt cogi ad
reſtitutionem. Ita cum prædictis Doctorib. Boſ.
ſup. n. 75. Poterit tamen Epiſcopus pœna arbitra-
ria punire clericum, qui poſt alienationem patri- 18
monij prodige diſtraxit bona acquiſita, quorum
intuitu alienauit patrimonium, & antequam pro-
dige ea bona diſtrahat poterit illi prohibere di-
ſtractionem talium bonorum, niſi prius aliunde
habeat vnde decenter viuat.

CONSVLTVM LXIII.

De quodam qui profeſſionem ſolemnem & ordines ſacros per metum cadentem in virum conſtantem accepit, an ſublato metu, poſſit inire Matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Ponuntur ſufficientes cauſæ metus cadentis in virum conſtantem.*

3 *Metu*

3 *Metus cadens in virum conſtantem ad annullandam profeſſionem debet durare tempore profeſſionis.*
4 *Qui profeſſus eſt ex metu cadente in virum conſtantem, etſi interius conſenſerit profeſſio eſt irrita iure Eccleſiaſtico.*
5 *Religioſus qui profeſſus eſt ex metu non reclamãdo veniente eo, qui metum intulit non eſt in mora.*
6 *Adoleſcens qui ex metu cadente in virum conſtantem profeſſus eſt, eius profeſſio fuit nulla.*
7 *Proteſtatio facta paulo ante profeſſionem eſt clarum indicium, quod in profeſſione deſuit conſenſus.*
8 *Ponuntur aliqua obiectiones, & ſoluuntur.*
9 *Ex querimoniis continuis illius, qui profeſſus eſt per metum, metus cenſetur probatus.*
10 *Profeſſio facta per metum cadentem in virum conſtantem, etſi fuerit intentio profitendi ex parte profitentis iure Eccleſiaſtico eſt irrita.*
11 *Ordinatio facta per metum cadentem in virum conſtantẽ ſi ordinatus in ea cõſenſit eſt valida.*
12 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
13 *Ordinatus per metum cadentem in virum conſtantem non tenetur ad continentiam obſeruandam, ſed poteſt inire matrimonium.*
14 *Obligatio caſtitatis non eſt annexa per ſe ordini ſacro ſed ex lege Eccleſiæ vel ex voto.*
15 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
16 *Votum ſolum eſt annexum ordini ſacro, quando ordo libere fuit receptus, & non ex metu cadente in virum conſtantem.*
17 *Qui ex metu graui fuit baptizatus, tenetur ad fidem ſeruandam, & alias leges Eccleſiæ.*
18 *Deciſio conſilij Prouincialis non obligat totam Eccleſiam, ſi talis deciſio non fuit recepta in tota Eccleſia.*
19 *Ordinatus per metum, ſi noluerit vti ordine, nec continere, non gaudet priuilegiis clericorum.*
20 *Vxoratus qui violenter fuit ordinatus, ſi contineat, non petendo debitum, & clericorum more viuat, & non fuerit bigamus gaudet priuilegiis clericorum.*
21 *Sic per vim ordinatus poſt matrimonium etiam non conſummatum, poteſt ſi velit, vti matrimonio, ac ſi nunquam fuiſſet ordinatus.*
22 *Ordinatus per metum cadentem in virum conſtantem, etſi multoties Miſſam dixerit durante metu poteſt poſtea contrahere matrimonium.*
23 *Si ceſſante metu ſemel ſciens, & volens celebrauit, iam non poteſt contrahere matrimonium.*
24 *Geſta per metum, per ratificationem poſtea conualeſcunt.*
25 *Quid ſi ſublato metu errore ductus credens teneri ad continentiam iterum celebrauit.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN oppido Viennæ in Luſitania, quidam homo nobilis petiuit à filio ſuo, vt ingrederetur quandam religionem, & ibi profiteretur quod cum filius nollet efficere, pater eum apprehendit, & in quadam domo recluſum, ligatum per duos annos continuos habuit, ei parciſſimum victum tribuens, & quotidie eum magnis cruciatibus, & minis deterrens, abſque eo quod puer vellet patris precibus importunis & minis; imo & flagellis acquieſcere; videns pater pertinaciam adoleſcentis, cum manibus, & pedibus ligatum miſit in nauim, vt ad Indiam deportaretur, vt ibi labore, & ærumna, fame, & ſiti moreretur, & præcepit nauis præſidi vt eum nimis affligeret. Videns puer maximam perſecutionem patris, & quomodo non poſſet aliter euadere: dixit abſque vlla voluntate, ſed inuitus, ſe velle intrare religionem. Gauiſus maxime fuit pater, & ſtatim omnia ad ingreſſum parata ſunt. Ingreſſus fuit adoleſcens proteſtando coram aliquibus amicis, ſe inuitum aſſumere illum ſtatum. Aſſumpto igitur habitu, cum annum nouitiatus perficeret, profeſſus eſt præmiſſa eadem proteſtatione coram amicis, ſe nolle profiteri, & ſe ſolum profiteri ob metum patentis: Poſtea intra annum ordinatus fuit omnibus ordinibus ſacris, inſtante ipſo patre, & per duos annos in eis miniſtrauit, interim mortuo patre filius ſic profeſſus, & Sacerdos vult relinquere ſtatum religioſum. imo & clericatum, & ducere vxorem.

Quæſiuit: ergo à me primò, an eius profeſſio fuerit nulla, & an probata illius nullitate poſſet exire à Religione. Secundo an illa ſuſceptio ſacrorum ordinum facta per metum cadentem in virum conſtantem fuerit irrita. Tertio an caſu quo fuiſſet valide ordinatus, teneatur vitam ſaltem clericalem ſeruare, vel poſſit tranſire ad matrimonium. Quarto an ex eo quod multoties Miſſam celebrauerit, remanſerit inhabilis ad contrahendum matrimonium.

RESPONSIO AVTHORIS PRIMO QVÆSITO.

An profeſſio facta per metum cadentem in virum conſtantem fuerit nulla, & an probata eius nullitate poſſit exire à Religione? 1

PRo huius conſulti intelligentia, ſuppono primo, eſſe cauſam ſufficientem ad metum caden- 2
tem in virum conſtantem primo iniuſtum carcerem, tunc enim oritur metus cruciatus corporis ſi id fiat ad extorquendam profeſſionem. Ita cum multis Boſius, *de matrimonio, cap.12 num.46.* Quod etiam intelligendum eſt de carcere priuato, vt ibi late probat Boſius, & conſtat *ex l. qua in carcerem ff. de eo quod metus cauſa, l. ſi donationis, l. ſi per impreſſionem, C. de his qua vi metu.* Maſcardus, *de probat. concl. 1051. à n.30. & n.41.* vbi de eo qui tenetur clauſus, & reſtrictus, Tuſcus, *verbo metus concl. 217. n.5. & 12. cum ſequentibus, & concl. 221. n.16. & 14. & concl. 221. n.3. & concl. 223. n.34. & concl. 224. n.4.* Sanchez, *de matrim. lib. 4 d.5. n.9.* Farinac. *in frag. metus reuerentialis, n.107.*

Secunda cauſa grauis metus cadentis in virum conſtantem eſt timor magnæ verecundiæ, vt quando quis aliquem denudauit capite, vel corpore, ita vt non poſſet apparere ſine dedecore. Ita cum Bartolo, Baldo, Barboſa, & aliis Boſius, *ſuprà, n.44.* Tertia cauſa metus cadentis in virum conſtantem eſt periculum mortis. Ita cum communi ſententia Boſius, *ſuprà, n.38.* Quarto oritur metus cadens in virum conſtantem, quando agitur de perdendo magno lucro, vel de incurrendo graue damnum, *l. fin. § ſi fœnerator. de eo qui metus cauſa.* Sanchez, *de matrim. lib 4. d 5. num.27.* Farinac. *ſuprà, n.131.* Quinto metus dicitur iuſtus, & cadens in

virum conſtantem quando ex eo timetur amiſſio omnium bonorum, aut maioris partis eorum, *cap. cum dilectus, de eo quod metus cauſa 12. eodem tit.* Farinacius, *ſuprà, n.*87. Sanchez *dicta diſp.*5. *n.*20. Vbi hanc concluſionem ampliat tribus modis, vt procedat etiam in paupere habente pauca bona, ſecundo quando amiſſa maiori parte bonorum poſſet metum paſſus ſe ſuſtentare, tertio etiam ſi non ſit timor maioris partis bonorum, ſed ſolum alicuius rei magnæ, & notabilis, ſequitur Menochius, *conſil.*441. *n.*55.

Sexto metus iuſtus cadens in conſtantem virum naſcitur ex importunis precibus, aſſiduiſque ſollicitationibus, & moleſtiis, præſertim eorum, qui aut iubere poſſunt, aut potentes ſunt, *l.*1.*§.*2. *ff. ſeru. corrup.* Felinus, *in cap.*1. *poſt. num.*2. *de officio deleg.* Sanchez, *de matrim. lib.*4. *d.*7. *n.*5. *&* 7. Farinacius, *ſuprà, n.*98. *&* 99. Tuſcus, *verbo metus concl.*117. *n.*22. *& conſil.*219. *n.*3. *concl.*323. Septimo metus iuſtus, & cadens in virum conſtantem oritur ex timore grauis exilij, & amiſſionis ſtatus, Farinacius, *ſuprà n.*117. Sanchez, *de matrim. d.*3. *lib.*4. *n.*8. *&* 14. Octauo oritur metus grauis cadens in conſtantem virum ex denegatione alimentorum, cum alimenta negare ſit necare, & cauſet metum mortis, *l. necare videtur, ff. de agnoſc.* & facit ordinatio Luſitana, *lib.* 4. *tit.*99. *§.*1. Nonò etiam metus reuerentialis, ſi ei adjungantur minæ, & atroces cruciatus, ſufficiens eſt ad annullandum votum tali metu extortum, vt cum multis latè probat Sanchez, *de matrim. lib.*4. *diſp.*6. *n.* 18. Et Portel, *in reſponſionibus ad caſus, p.* 2. *caſu* 32. *n.*3. Lugo, *de iuſtitia, d.*22. *ſ. ſt.*7. *n.*145. & cum multis Lezana, *in conſiliis conſil.*47. *n.*63. Pelizarius, *tract.*3. *cap.*1. *n.*56.

3 Secundo ſuppono non ſufficere quod metus ſit impoſitus quando filius ingreditur religionem ad annullandam profeſſionem, ſed inſuper debere perſiſtere quando actu profitetur, vt cum communi ſententia docet Moronius, *reſponſo* 73. *n.*10. Tertio ſuppono, quod ſi quis emiſerit profeſſionem ex metu graui cadente in virum conſtantem,
4 etiamſi dicat verba profeſſionis intendens profiteri, & ſe obligare, adhuc profeſſio eſt nulla, ſiquidem ab Eccleſia irritatur talis profeſſio. Ita cum Sanchez & aliis Portel. 2. *tom. caſuum p.* 3. *caſu* 32. *n.*2. Videatur Sanchez, *in decalog. tom.*1. *lib.*4. *cap.*3. *n.*13.

5 Quarto ſuppono Religioſum non reclamantem viuente patre, qui metum intulit, non eſſe in mora, & poſſe poſt eius mortem, ſi iuſto metu patris profeſſus eſt reclamare. Ita Nauarrus *in commentario* 4. *de regularibus, n.*71. *verſu* 4. Pontius, *de matrim. lib.*4. *cap.*17. *n.*3. Tuſcus, *verbo metus concl.*220. Farinacius, *verbo metus, n.*163. *& deciſ.*703. *n.*2. Nauar. *conſil.*6. *n.*2. *tit. de his quæ vi:* metus enim illatus ſemper durat, niſi per actus contrarios ſublatus doceatur Brut. *in l.*2. *n.*10. *ff. quod metus cauſa.* Alex. *conſil.*98. *n.*8. *l.*3. Decius, *in l. in omnibus cauſis, n.*14. *ff. de reg. iuris*, Ozaſco, *dec.*179. Themudus, *deciſ.*125. *n.*30. his ſuppoſitis.

6 Reſpondi primo quæſito, Profeſſionem emiſſam à tali adoleſcente fuiſſe omnino nullam; ac proinde poſſe exire à Religione. Ratio eſt, vt quia profeſſio facta per metum cadentem in virum conſtantem in vtroque foro eſt nulla, vt cum communi ſententia docet Sanchez, *in Decalog. lib.* 4. *cap.*3. *num.* 12. Azor. *lib.*11. *inſtit. moral. cap.*15. *n.*7. Portel, *in* 1. *tom. caſuum, p.*3. *caſu* 32. *num.* 1. Atqui iſte adoleſcens profeſſus eſt ex metu cadente in virum conſtantem; ergo eius profeſſio fuit nulla & poteſt exire à Religione. Minor in qua eſt dubium probatur, quia metus iuſtus cadens in virum conſtantem oritur ex carcere etiam priuato, ex verecundia orta ex dedecore, ex periculo mortis, & amiſſione magni lucri, vel grauis damni, ex amiſſione omnium bonorum, vel partis magnæ illorum, ex importunis precibus, aſſiduiſque ſollicitationibus, & moleſtiis, præcipuè ſi iungantur minæ, ex timore grauis exilij, ex denegatione alimentorum, ex minis, & cruciatibus, vt probauimus in primo prænotando, atqui hic adoleſcens per duos annos fuit ligatus, & carceratus, veſtibus denudatus, alimenta ei fuere denegata, iuxta ſuam qualitatem, magnis cruciatibus, minis, & precibus fuit deterritus per duos annos continuos, in naui ad Indiam fuit relegatus, vt ibi ærumna, fame, & ſiti, omni auxilio humano deſtitutus moreretur, vt conſtat ex his, quæ in narratione caſus ponuntur; Ergo eius profeſſio fuit irrita, & nulla ex multis capitibus.

Confirmatur: quia iſte adoleſcens antequam profiteretur coram aliquibus amicis proteſtatus 7
fuit, ſe non habere intentionem profitendi, vt conſtat ex actis; ergo eius profeſſio poſtea ſecuta, fuit nulla; Patet conſequentia; quia proteſtatio facta paulò ante profeſſionem eſt clarum iudicium quod in ipſa profeſſione defuit conſenſus, vt cum Ioanne Andreas, Caldera, Bart. Gabriel, Ledeſma, Emmanuel, docet Portel, *tom.*1. *caſuum, p.*3. *caſu* 32. *n.*1. Sanchez, *de matrim. d.* 45. *q.* 2. *n.* 7. Atqui iſte adoleſcens ante profeſſionem proteſtauit; Ergo nec obſtat quod proteſtatio non fuerit facta in ipſo actu profeſſionis, ſed antecedenter. Nam vt talis proteſtatio annullet profeſſionem non eſt neceſſe quod fiat in ipſo actu profeſſionis, ſed ſufficit quod fiat ante, quando quis habitum ſuſcepit. Ita Gemeni. *conſilio* 15. *num.* 13. Cornel *conſil.*41. *n.*14. Pariſius, *conſil.*62. *n.*14. *lib.*4. Cuuarrouias, *de ſponſalibus, p.*2. *cap.*3. *§.*5. *n.*22. Boſius, *de matrim. cap.*12. *§.*25. *n.*361. 8

Nec obſtat, quod talis proteſtatio fieret abſente patre, qui metum intulit, nam etiam eo abſente facta ſufficit, ad annullandam profeſſionem, vt cum Baldo, Gloſſa, Imola, Caſtro, Iaſon ibi probat Boſius, & Portel. *tom.*1. *caſuum, p.*3. *caſu* 32. *n.*1. Imo ſi conſtiterit illum feciſſe talem proteſtationem ante ſumptionem habitus id ſufficit, ad annullandam profeſſionem, etſi aliter metus non probetur. Ita cum Gloſſa, Celſo, Imola, Alexandro, Boſius, *vbi ſuprà*; Dum enim perſona quæ intulit metum durat, & perſiſtit in eadem voluntate, & potentia, non purgatur cauſa metus, vt ex Aretino, Socino, Boërio, Rota, Boſio, & aliis probat Lez. *in conſiliis conſil.*47. *n.*118. vbi dicit metus cauſam durare, donec viuit ille, qui metum intulit, & ille qui metum paſſus eſt non eſt in ſua plena libertate, ſed ſub poteſtate illius, qui metum intulit, vt etiam cum multis probat Sanchez, *de matrim lib.*4. *cap.*17. *n.*7. & nos diximus, *in* 4. *prænotando*; Ergo cum toto tempore, quo iſte adoleſcens viuit in religione pater viueret, & ſtatim quod ei de eius morte conſtitit, cœpit reclamare profeſſionem, ſequitur illum ex ſolo metu patris perſtitiſſe in religione.

Confirm. 2. quia toto tempore quo iſte adoleſcẽs 9
fuit religioſus, & antequã religionẽ ingrederetur, & profite

volnntatem fieri, & eſſe religioſinn; ſed in hoc
caſu ex ſolis hisquerimoniia continuis metus cen-
cenſetur probatus ſecundum Fatinacium, *tom. 2. deciſ. 643. n. 17. & dteiſione erimin. 224. n. 190.* &
ſecundum Themudam, *deeiſ. 225 n. 29.* Ergo pro-
feſſio huius religioſi fuit omnino nulla.

Confirmatur 3. quia dato quod iſte adoleſ-
cens quando profeſſus eſt habuerit intentionem
profitendi, adhuc profeſſio fuit omnino irrita iu-
re Eccleſiaſtico, vt patet ex tertio pernotando, &
cum communi ſententia docet Sanchex, *in De-*
10 *calog. lib. 4. cap. 3. n. 13.* Eccleſia namque illum
conſenſum extortum per metum cadentem in vi-
rum conſtantem irritat, & inſufficientem reddit,
vt ex eo voti obligatio oriatur, ſicut conſenſum
clandeſtinum in matrimonium irritat, ne ex eo
obligatio matrimonij oriatur, alias nihil peculia-
re concederetur metui, nam etiam eo deficiente,
votum abſque animo ſe obligandi eſt irritum; er-
go quantumuis hic adoleſcens quando profeſſus
fuit habuerit animum profitendi, ſi alias ex metu
graui cadente in virum conſtantem profeſſus eſt,
vt de facto fuit profeſſus, eius profeſſio fuit om-
nino irrita, & nulla iure Eccleſiaſtico, ac per
conſequens licite poteſt petere vt emittatur à reli-
gione vt de facto factum fuit.

RESPONSIO AVTHORIS
SECVNDO QVÆSITO.

An ſuſceptio ſacrorum ordinum facta per metum cadentem in virum conſtantem fuerit irrita,

11 REſpondi negatiue. Fuit enim talis ordinatio
valida, ſi alias ordinatus quando actu recepit
ordines non habuit voluntatem expreſſam non
recipiendi ordines, ſecus ſi conſenſit ordinationi,
licet hoc ex metu mortis efficeret. Vtrumque
aſſertum patet, *ex cap. maiores §. item quæritur de baptiſmo, & cap. de indiciis diſt. 45. & cap. vbi iſta. diſt. 74.* quibus in textibus diſtinguitur du-
plex coactio, altera præciſa, & abſoluta, vt quan-
do aliquis reclamans, & nolens vi detinetur, &
contradicens baptizatur, vel ordinatur, nam tunc
non recipit Sacramentum, nec caracterem, alia
coactio dicitur conditionalis, vt quando quis vt
mortem vitet, vel ne aliam ſibi ominatam pœ-
nam patiatur, baptiſmum, vel ordinem ſibi con-
ferri permittit, nam tunc recipit Sacramentum, &
caracterem quia iſte eſt conditionaliter volens,
licet abſolute nolit Sacramentum recipere; At-
qui prædictus adoleſcens in præſenti ex metu
graui iniuſto patris eius voluntati acquieuit, &
ordines ſacros ſuccepit ordines. Ita Goſſa, *in di-
ctum cap. Maiores, verbo conditionaliter*, Henri-
quez, *lib. 10. cap. 14. n. 3.* Suarez, *tom. 3. de religione, lib. 9. cap. 17. n. 17. & 23.* Comitolus, *reſponſorum moralium lib. 1. q. 45. n. 1.* Bonacina, *de ſacramentis, d. 8. n. 4.* Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi allegat. 2. n. 6.* cum aliis communiter Sanchez. *lib. 7. de matrim. d. 29. n. 1.*

12 Nec obſtat ſi dicas hunc adoleſcentem permit-
tentem ſe ordinare ex metu caruiſſe intentione
recipiendi ſacros ordines, & habuiſſe voluntatem
contrariam illos non recipiendi, ſiquidem prote-
ſtatus fuit ſe non ſolum nolle eſſe religioſum, ſed
multo minus Sacerdotem. Non obſtat inquam,
Reſpondeo namque illam proteſtationem ſolum
eſſe ad probandum metum extrinſecum, non vero
ad probandam intentionem, nam de hac ſolus ip-
ſemet ordinatus debet teſtari, metus enim extrinſe-
cus non tollit voluntarium abſolute, ſed ſecun-
dum quid, voluntas namque coacta per metum
eſt vera voluntas, *cap. merito, 15. q. 1.* & ſufficien-
ter voluntaria ad validam ordinationem; ergo ſi de
facto iſte adoleſcens conſenſit ordinationi, etiamſi
ex metu coactus conſenſerit, verè fuit ordinatus
quidquid in contrarium, dicat Nauarrus, *conſ. 3. n. 1. de his quæ metúſve.*

RESPONSIO AVTHORIS.
TERTIO QVÆSITO.

An caſu quo fuiſſet valide ordinatus teneatur vitam clericalem ſeruare, vel poſſit tranſire ad matrimonium?

REſpondi minimè teneri ad continentiam, ſed
ſtatim relicto habitu clericali poſt iudicis ſen- 13
tentiam poſſe tranſire ad matrimonium. Ita Gloſ-
ſa, *in cap. maiores.* & cum multis Azor. *1. p. lib. 13. cap. 14 q. 8.* Sanchex, *de Matrim. lib. 7. d. 29. n. 5.* Gutierres, *de Matrim. cap. 90. n. 16* Rota, *in nouiſſimis, p. 5. deciſione 561.* Nauarrus, *in manuali, cap. 22. n. 51. & conſil. 1. n. 8.* Henriquez, *lib. 10. cap. 14 n. 3 & lib 12. cap. 5 §. 9 lit. Q.* Barboſa, *collectanea ad cap. maiores de baptiſmo, n. 5. & Collectanea ad cap. vbi ita diſt. 74. n. 4* Vgolinus, *de poteſtate Epiſcopi, cap. 13. n. 3.* Sairus, *lib. 6. clauis cap. 4. n. 20.* Reginaldus, *in praxi fori pœnit lib. 31. n. 145.* Laiman, *lib 5. tract. 9. cap. 11. n. 2.* Squilantes, *de obligatione clericorum, p. 1. n. 8.* Suarez, *cap. 17. n. 26.* Bonacina, *d. matrim. q. 3. p. 9 n. 11. & de ſacramentis, d. 8 q. vnica, p. 5 n. 40.* Marchinus, *de ordine, tract. 2 p. 6. cap. 8. difficult. 6.* Villalobos, *p. 1. tract 14. difficult. 14. n. 4.* Diana, *p. 3. tr. 4. reſol. 143.* Auena, *de ordine q 4 ſect. §. putandum tamen*, Perez, *de matr. tit. 3. de ordinibus, §. 20. n. 169.* Themudus, *deciſione 125. n. 38.* Eſcobar. *lib. 25. Theologia moralis, ſect. 1. cap. 20. problema 127. n. 483.*

Ratio fundamentalis eſt, quia obligatio caſtita-
tis non eſt annexa ordini ſacro ex natura rei, ſed 14
vel ex lege Eccleſiæ, vel ratione voti, quod Eccle-
ſia ſtatuit implicite amitti ab eo; qui ſacrum or-
dinem ſuſcipit; ſed in hoc caſu, nec lex Eccleſiæ, nec
votum ſic ordinatum per metum grauem, iniuſte
incuſſum obligat ad perpetuam caſtitatem; ergo
ſic ordinatus nullo modo tenetur ad perpetuam
caſtitatem. Minor quoad primam partem proba-
tur, quia lex Eccleſiæ ſolum obligat, quando quis
ſponte ordinem ſacrum ſuſcepit, non vero quan-
do quis coacte, & per metum cadentem in virum
conſtantem ab extrinſeco iniuſte ad id illatum or-
dinem ſuſcepit, ſiquidem lex humana, ſiue canoni-
ca, ſiue ciuilis non obligat ad ſui obſeruantiam cum
probabili vitæ periculo, aut æquiualentis nocu-
menti, vt docet Azorius, *p. 1. lib. 1. cap. 11. q. 1.* San-
chex, *lib. 1. ſumma cap. 18.* Suar. *cap. 29, n. 26. & alij.*
Quoad ſecundam vero partem etiam patet, quia
quodcunque votum, ſiue ſolemne, ſiue ſimplex in
ordine ſacro metu graui extrinſeco emiſſum eſt iu-
re diuino & naturali irritum eſt late probat Boſ. *de
matr. cap. 12. n. 276.* Et dato quod non ſit irritum iure

naturæ, ſaltem eſt irritum iure Eccleſiaſtico, vt tradunt communiter DD. quos refert, & ſequitur Barboſa, *Collectanea ad cap. perlatam.* 1. *de his qua vi. num.* 3. Eccleſia enim in votis, etiam ſimplicibus, exegit maximam libertatem, vt patet, *ex cap. perlatam*, *& ex cap. notific. ſti*, 33. *q.* 5. *& ex cap.* 17. *ſeſſ.* 25. Trident. *de regul.* Ergo ſic ordinatus per metum cadentem in virum conſtantem ab extrinſeco iniuſte illatum non contraxit obligationem obſeruandi perpetuam caſtitatem, nec ex ſtatuto Eccleſiæ, nec ex voto ordini ſacro annexo.

15 Dices ſuſceptio ordinis ſacri per metum cadentem in virum conſtantem fuit valida vt *ſuprà* diximus; Sed obligatio obſeruandi caſtitatem cum inhabilitate ad contrahendum valide matrimonium eſt annexa ordini ſacro; ergo ſi ſuſceptio ordinis ſacri fuit valida, etiam obligatio caſtitatis fuit vere ſuſcepta. Patet conſequentia quia acceſſorium ſequitur naturam principalis, *reg. acceſſorium, de reg. iuris in* 6. & adiectum alicui rei ſecundùm illius terminos eſt iudicandum *cap. translato de conſtitutionibus*, Bartolus, *in l. ſi conuenerit. & l.* 2. *§. aulla, n.* 2. *de pignoribus*, Rota, *in nouiſſimis, p.* 1. *deciſione* 561. *n.* 12. Reſpondetur primo obligationem ſeruandi caſtitatem ſolum eſſe annexam ordini ſacro, quando ordo fuit ſponte ſuſceptus, & abſque metu extrinſeco iniuſto cadente in virum conſtantem. Ita Rota, *deciſione* 561. *num.* 13.

Secundo reſpondetur ex Rota ibidem, idem iudicium faciendum de principali, & annexo, & acceſſorio, quando ſunt eſſentialiter, vel connaturaliter connexa, vel ſecundam neceſſariam conſequentiam ſunt indiuidua; in præſenti aut ſacer ordo obligatio caſtitatis non ſunt eſſentialiter, vel connaturaliter connexa; neque iure naturali, vel diuino inſeparabilia, ſed iure tantum humano Eccleſiaſtico coniuncta, & ita per metum qui humana reſcindit, non diuina, licet non impediatur eſſentia Sacramenti ordinis, quod eſt diuinum; & ponitur in eſſe poſitis ſubſtantialibus, ex Chriſti inſtitutione, impeditur tamen coniunctio continentiæ, quæ eſt humana. Tertio reſpondetur regulam acceſſoriam procedere quando inter principale, & acceſſorium eſt eadem, & par ratio, non quando eſt diuerſa. Hic autem non militat eadem ratio in eſſentia Sacramenti ordinis, & obligatione continentiæ; Nam ad recipiendum ordinem, & characterem ſufficit quæcumque voluntas, ſeu non reſiſtentia per carentiam contradictionis, ſeu nolitionis in adulto, vel ſola voluntas Eccleſiæ, in infante, ad contrahendam autem continentiæ obligationem, vel emittendum votum validum, requiritur plena libertas, ſeu voluntas perfecte libera, *vt ſuprà* oſtenſum eſt.

Dices, qui per metum cadentem in virum conſtantem ſuſcepit ordinem ſacrum vere vult ordinari, & in ordinem conſentit; ergo etiam conſequenter vult vouere caſtitatem ei annexam; Sed tale votum iure naturali eſt validum, nec iure Eccleſiaſtico irritatur, nam *cap. perlatum*, & alia iura quæ vota per metum immiſſa irritant, ſolum loquuntur de voto immiſſo in profeſſione religioſa, & non de aliis; ergo ſicut ordo ſacer per metum

16 ſuſceptus fuit validus, ita & votum caſtitatis ei annexum. Reſpondetur negando primam conſequentiam. Nam tale votum vt *ſuprà* diximus ſolum eſt annexum ordini, quando ordo ſine graui metu libere recipitur. Ad probationem reſpondetur, quod licet tale votum eſſet annexum ordini ſacro iure diuino, vel ſaltem Eccleſiaſtica, irritari vt *ſuprà* diximus.

Dices qui ex metu graui iniuſte baptizatur tenetur ad fidem ſeruandam, & alias leges Eccleſiæ, & ad id eſt cogendus eo quod recepit characterem baptiſmi, *cap. de Iudais*, *diſt.* 45. Ergo etiam qui ordinem ſuſcepit ex metu graui tenetur ad perpetuam continentiam, ſiquidem etiam recepit characterem ordinis.

Reſpondetur dando diuerſam rationem, nam 17
obligatio profitendi fidem eſt annexa eſſentialiter, & naturaliter iure diuino characteri baptiſmatis, quæ ab Eccleſia irritari nequit & qualicunque voluntate in adulto contrahitur, & in infante ſola Eccleſiæ voluntate, ac proinde ex mera Sacramenti natura oritur obligatio profitendi fidem, & religionem Catholicam. At continentia perpetua, & inhabilitas ad matrimonium eſt ordini ſacro annexa ex ſola lege Eccleſiaſtica, vel mediante voto tacito, vel implicito, quæ omnia iure etiam Eccleſiaſtico irritantur, quando fiunt per metum vt *ſuprà* diximus.

Dices Concilium Toletanum VIII. *cap.* 7. dicit inuite vel per metum ſeu terrorem ordinatos teneri permanere in ſtatu Eccleſiaſtico, prohibetque eos contrahere matrimonium; ergo ſignum eſt ordinatos per metum ad id teneri. Reſpondetur illud concilium forte ſecutum fuiſſe contrariam ſententiam, quam tenent multi quos refert 18
Azorius, 1. *p. lib.* 13. *cap.* 14. *q.* 8, Rebellus, *de obligationibus iuſtis. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 12. *a.* 9. Vaſquius, *to.* 3. *in* 3. *partem, d.* 236 *cap.* 3. Pontius, *de matrim. lib.* 7. *cap.* 29. Gaſpar. Hurtadus, *de matrim. d.* 16. *difficult.* 8. Bauni. *p. tract.* 7. *poſt quaſtionem* 13. *dub.* 7. Sed ideo non adeſt neceſſitas amplectendi eius deciſionem, quia, vt ait Suarez fuit Prouinciale, nec fuit quoad illum canonem in Eccleſia receptum, nec communi corpori iuris incertum. Secundo Reſpondetur Concilium loqui de ordinatis per metum qui poſtea ſponte ratificauerunt ordinem per ordinis adminiſtrationem omnino liberam, quos certum eſt obligari ad caſtitatem, & eſſe inhabiles ad matrimonium vt *infrà* dicemus.

Aduerte tamen, ſic ordinatum quoad forum externum cum metus regulariter non præſumatur, ſed per allegantem ſit probandus, debere in in foro externo probare adfuiſſe metum grauem cadentem in virum conſtantem coram iudice Eccleſiaſtico, vt ſic ordinatus poſſit, ſeu ab Eccleſia permittatur contrahere matrimonium, neque ante iudicium prælati Eccleſiaſtici, quod metus interuenerit ſufficiens ad impediendam hanc obligationem poterit, per ſe loquendo, matrimonium contrahere; quod ſi talem adfuiſſe violentiam (cum tamen certum ſit ordinato fuiſſe illatam) non poſſit in foro externo, & coram iudice Eccleſiaſtico probare, tunc ſi velit contrahere matrimonium, oportebit vitare ſcandalum, obtinendo diſpenſationem, quam facile à Papa obtinebit, alias debet ſe habere vt clericus, non tamen tenebitur diuinum officium recitare ſublato ſcandalo, quia hoc onus annexum eſt ordini ſacro ſponte aſſumpto, ita Nauarrus *dicto cap.* 21. *n.* 51. Sanch. *d.* 29. *a.* 7. & alij *ſuprà* relati.

Aduertendum eſt ſecundò ſic ordinatum in ſacris ex metu graui iniuſte incuſſo nolente vti ordine, nec continere, non gaudere, nec poſſe frui 19
priuile

priuilegiis clericorum, cum æquum non ſit; vt qui onus ſentire recuſat, ſentiat commodum, contra regulam, qui ſentit, *de reg. iuris in* 6. In Gloſſa, *in dicto capite maiores, §. item quæritur verò conditionaliter fine de baptiſmo*, & dictum, *cap. vbi iſta verbo honorem, diſt.* 74. Hoſtienſis, *in dictum cap. maiores eodem, §. & verbo, num.* 38. Cardinalis, *ibidem, n.* 3. *q.* 1. Azorius, *dicta, q* 8. Sanchez, *d.* 29. *n.* 3. Poterit tamen vti his priuilegiis dum non tranſit ad actum contrarium, vt in nobili habetur, *cap. quiſquis*, & ibidem Gloſſa, & poſt Hoſtienſem tradit Sanchez, *ſuprà, n.* 3.

20 Aliter dicendum eſt de eo, qui cum eſſet vxoratus per iniuſtam violentiam ordinatus fuit in ſacris, nam is ſi vxore nolente ipſe eligat quantum ſibi per leges matrimonij permittitur continere, ſcilicet non petendo debitum, & obliget ſe ad caſtitatem, & more clericorum viuat, & non ſit bigamus, gaudebit priuilegiis clericorum, *iuxta cap. multorum* 29. *q.* 2. Non tamen omnibus priuilegiis clericalibus, ſed tantum his, quibus fruuntur cæteri clerici coniugati, cum vnica, & virgine, portantes coronam, & viuentes clericaliter, *iuxta cap. vnicum de clericis coniugatis in* 6. *ita poſt alios*, Sanchez, *ſuprà, n.*3. Boſius, *ſuprà, n.* 185. & alij.

21 Aduerte etiam tertio ſic ordinatum poſt matrimonium per iniuſtam violentiam poſſe ſi velit vti matrimonio ac ſi nunquam fuiſſet ordinatus etiamſi matrimonium non fuiſſet conſummatum ante ordinationem, & etiamſi vxor vellet continere. Ita Sanchez, *ſuprà, n.*1. Abbas, *in cap. maiores, §. item quæritur, n.*7. non enim conſentaneum rationi eſt priuari ſic metu graui ordinatum iure vtendi matrimonio antea inito.

RESPONSIO AVTHORIS.
QVARTO QVÆSITO.

An ex eo quod iſte ſic per metum ordinatus multoties Miſſam celebrauit, remanſerit inhabilis ad contrahendum matrimonium?

22 Reſpondi primo, quod ſi ſic ordinatus ſciens ex ſua ordinatione meticuloſa nullam fuiſſe ortam obligationem, aut inhabilitatem ad matrimonium, actum ordinis ſacri per violentiam ſuſcepti exercuit, v. g. Miſſam celebrando durante tamen metu, v. g quia metu cadente in virum conſtantem à patre, vel à ſuperiore illato ordinem ſacrum ſuſcepit, & patre ſeu ſuperiore viuente ſemel, vel pluries in ordine violenter ſuſcepto adminiſtrauit, vel dixit ſe velle permanere in ſtatu Eccleſiaſtico, in hoc caſu non cenſetur ratificaſſe ordinem, ſed adhuc manet liber ab obligatione continentiæ, etiamſi millies celebraſſet, hæc enim ratificatio tam expreſſa, quam tacita cenſetur coacta, nam quandiu durat cauſa, & ratio metus ſemel illati in omnes actus ſequentes influere præſumitur, vt cum communi ſententia tenet Barboſa, *ſuprà, n* 10. Boſius, *ſuprà, n.*188.

23 Secus dicendum eſt ſi ſciens ex vi talis ordinationis meticuloſæ non teneri ad continentiam volens & abſque omni coactione, & omnino ſponte, & libere ordinationem verbo, vel facto ipſo celebrando, etiam ſemel ratificauit, quia per illam ratificationem omnino ſpontaneam & liberam elegit in ordine permanere, atque adeo ad eius onera ex tunc obligabitur ſicut etiam profeſſio tacita inducitur faciendo opera propria profeſſorum, *cap. vidua, de regularibus*. Tum quia geſta per metum, 24
etiamſi ab initio ſint inualida, per ratificationem tunc ſubſequentem conualeſcunt, *cap. ad id de ſponſalibus, & cap. de illis* 2. *de ſponſalibus & l.* 2. *C. quod metus cauſa*, & docent multi DD. quos refert, & ſequitur Barboſa, *collectanea ad cap.* 1. *de his quæ vi metuſve n.* 10. quæ doctrina procedit non ſolum in ratificatione expreſſa, ſed etiam in tacita, vt eſt caſus, *in dicto cap. vidua & dicto cap. ad id*, & in terminis docet Butrius, *n.* 8. Ioannes Andreas, *in fine*, Nauarrus, *conſil.* 1. *n.* 9. *titulo de his quæ vi metuſve cauſa in* 1. *editione & conſil.* 4. *n.* 2. Sanchez. *d.* 59. *n.*9. Perez, *d. & ſect.* 5. *n.*9. *&* ferè omnes *ſuprà*, citati Doctores.

Secundo Reſpondi, quod ſi iſte per metum ordinatus errore ductus, & credens ſe ad ſacri ordinis per violentiam ſuſcepti obſeruantiam, & obligationes adimplendas adſtrictum eſſe actus ordinis exercuit, vel verbis, expreſſis obligationem ratificauit, licet iam ſublata cauſa metus, eoque amplius non perdurante, v. g. quia iam pater, vel ſuperior qui ab initio metum incuſſit ſit defunctus, adhuc non tenetur ad obligationes ordinis. Ita Nauarrus, *dicto conſilio* 2. *fere per totum*. Sanchez, & Perez, locis citatis. Boſius, *ſuprà, n.*189. Ratio eſt, quia in tali caſu non cenſetur ratificare, ſeu habere animum ratificandi vere, quoniam nunquam fit ratificatio actus nulli, dum ignoratur actum fuiſſe nullum, ſiquidem error tollit conſenſum, cum nihil tam contrarium ſit conſenſui, quam error. *l. ſi per errorem, ff. de iuriſdict. omnium iudic.* & doctores communiter. 25

CONSVLTVM LXIV.

De quodam matrimonio contracto in facie Eccleſiæ poſt ordinem ſacrum ſuſceptum ex metu leui, & reuerentiali iniuſte incuſſo in loco vbi talis ordinatio ignorabatur, an ſit validum.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Qui ordinatus fuit ex metu leui, ita vt ſi ille non fuiſſet non ordinaretur in foro externo tenetur abſtinere à matrimonio, & viuere modo clericali.*

3 *Si conſtet iudici Eccleſiaſtico illum contraxiſſe matrimonium ſeperandus eſt, & puniendus pœnis ſtatutis contra eos, qui ordinati in ſacris ducunt vxores.*

4 *Metus leuis, etſi ſit cauſa principalis actus, actum non annullat in foro externo.*

5 *Qui ex metu leui ordinatus eſt in loco vbi eſt ignotus poteſt licite ducere vxorem.*

6 *Omnes actus humani præter matrimonium geſti per metum leuem iniuſte incuſſum tanquam propter cauſam principalem iure natura & in foro conſcientiæ ſunt nulli, nullumque obligationem inducunt.*

7 *Probabile eſt metum leuem, & reuerentialem*

in foro conſcientiæ, imo & in foro externo annullare profeſſionem.

8 *Qui poſt talem ordinationem factam per metum leuem duxit vxorem in loco in quo ignotus eſt poteſt perſeuerare in matrimonio contracto.*

9 *Bonum conſilium erit, ſi poſtulat diſpenſationem.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM adoleſcens natus in Indiis Occidentalibus, ibi ex metu leui & reuerentiali Patris, iniuſtè tamen incuſſo, ordinatus fuit ordine Diaconatus, qui metus & reſpectus patris ſi non adeſſet nullatenus ordinaretur, ſed ille fuit tota cauſa ſuſcipiendi talem ordinem, cum igitur ſic iam eſſet ordinatus, mortuus fuit eius pater, & ipſe vendita hæreditate, quæ parua non erat, relicto habitu clericali, transfretauit in Indiam Orientalem, deinde transfretauit in Luſitaniam, & feliciter ignotus omnino peruenit ad hanc Vliſiponenſem Ciuitatem, & cum diuitiis abundaret, plura ei; & nobilia matrimonia oblata ſunt, exiſtimantes ipſum eſſe ſæcularem, & tandem ipſe amore cuiuſdam puellæ captus, cum ea iniit matrimonium ſibi interius perſuadens ſe non teneri ad caſtitatem; & abſtinendum à matrimonio, cum prædictum ordinem propter patris metum recepiſſet, poſtea tamen ſcrupulis agitatus peruenit ad me, & hæc omnia mihi narrauit.

Et quæſiuit an eius matrimonium poſt ordinem factum ex metu leui ſuſceptum fuiſſet validum, vel an dimiſſa vxore teneatur redire ad ordinem ſuſceptum.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 RESpondi ipſum in foro externo verè contraxiſſe obligationem obſeruandi caſtitatem, & abſtinendi à matrimonio, vnde ſi conſtet iudici Eccleſiaſtico eum poſt ordinem ſactum, etiam per metum leuem ſuſceptum contraxiſſe matrimonium, & ſeparandum eſſe ab vxore, & puniendum pœnis ſtatutis contra ordinatos in ſa-
3 cris ducentes vxorem. Ita Nauarrus *conſil. 1. n. 7. titul. de his quæ vi metusvè cauſa in prima editione, & conſil. 3. num. 9. eodem titulo in ſecunda editione*, & cum communi ſententia Boſius 2. *tom. moralium titul.* 3. §. 20. *num.* 195. Ratio eſt, quia metus leuis qualis eſt reuerentialis, etſi ſit cauſa principalis actus, v. g. voti etiam ſolemnis re-
4 ligionis; aut cuiuſvis alterius actus in foro externo, & iure poſitiuo tam ciuili quam Eccleſiaſtico, illum non reſcindit, neque annullat, impeditvè obligationem, vt conſtat *ex cap. cum dilectus de his quæ vi, metusvè cauſa, & toto titulo ff. de eo quod metus cauſa*, quidquid in contrarium cum multis dicat Portel. *tom.* 1. *caſuum, part.* 3. *caſu.* 32. *n.* 2. Atqui huiuſmodi adoleſcens ex ſolo metu leui & reuerentiali ordinem ſacrum ſuſcepit; ergo licet metus fuiſſet cauſa recipiendi talem ordinem, illum in foro externo non annullauit, ac per conſequens ſi de eo conſtet iudici Eccleſiaſtico, debet eum ſeparare à coniugio, & cogere vt ad ordinem ſuſceptum redeat.

5 Verùm licet hæc ita ſint in foro externo, in foro tamen conſcientiæ. Reſpondi, talem adoleſcentem non teneri abſtinere à matrimonio, ſed poſſe licitè ducere vxorem in loco, vbi eius ordinatio eſſet omnino ignota, nec eſſet ſpes, vt illius notitia ad locum vbi matrimonium contraheret, perueniſſet. Ita Coninckius *de ſacramentis d.* 14. *n.* 149. Perez *de matrimon. d.* 17. *ſect.* 5. *n.* 10. Bonacina *de matrim. quæſt* 3. *p.* 9. *n.* 12. probabilius putat Sanchez *de matrim. lib.* 7. *d.* 29. *n.* 8. Nauarrus *conſil.* 1. *n.* 7. *tit. de his quæ vi, metusvè cauſa*, Boſius 2. *tom. moralium tit.* 3. §. 20. *n.* 196. & faciunt pro hac parte quæ dicit cum multis Portel. *tom.* 1. *caſuum.* 3. *part. caſu.* 32. *n.* 2.

Ratio eſt quia omnes actus humani præter matrimonium geſti per metum leuem iniuſte incuſſum tanquam propter cauſam principalem, & ſine quo geſti non fuiſſent, iure naturæ & in foro conſcientiæ, ſunt nulli, nullamque inducunt obligationem faciendi id quod præſtandum; aliàs teneretur qui actum geſſit, ſi abſque tali metu omnino liberè feciſſet; vt cum in numeris Doctoribus latè probat Sanchez *lib.* 4. *de matrim. d.* 9. *n.* 4. atqui iſte adoleſcens, ſi non fuiſſet metus incuſſus à patre, non ſuſciperet ordinem ſacrum, ergo in foro conſcientiæ non tenetur ad obſeruantiam continentiæ quæ ex tali ordinatione conſurgit: ergo vbi omnino fuerit ignotus poterit in foro conſcientiæ licitè ducere vxorem, cum ibi ignoretur in foro externo eius ordinatio. 6

Confirmatur, quia ſatis probabile eſt metum leuem, & reuerentialem annullare in foro conſcientiæ, imo & in foro externo profeſſionem ſolemnem Religioſam, vt cum Farinacio, Sanchez Ricelo, Sairo, Barboſa, Valero, Molina, & aliis viginti Doctoribus latè probat Portel. *tom.* 1. *caſuum p.* 3. *caſu.* 32. *n.* 2. ergo à fortiori annullabit votum quod implecitè immittitur in ſacra ordinatione, non enim apparet maior ratio. 7

Quapropter cum iſte adoleſcens verſetur in Vliſipone, vbi omnino ignotus eſt, nec ſit ſpes vt eius ordinatio vnquam ſciatur, cum ex India Occidentali venerit in Indiam Orientalem, & indè in Vliſiponem, omnibus etiam cum eo venientibus omnino ignotus, & matrimonium iam ſit contractum in facie Eccleſiæ, & in foro conſcientiæ ſit validum, reſpondi ipſum poſſe perſiſtere in matrimonio, nec teneri redire ad ordinem. aut ſe manifeſtare, quamuis bonum Conſilium eſſet, à Pontifice diſpenſationem quærere pro maiori ſecuritate, quam ipſe in foro etiam externo facilimè concedet, vt benè notauit Boſius *ſuprà n.* 196. dum tamen eam non poſtulat, vel nolit impetrare, poſſe perſiſtere in matrimonio. 8 9

CONSVLTVM LXV.

De occaſione proxima peccandi, an ob aliquam cauſam vtilem, & notabiliter proficuam permitti poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Clericus qui habet ancillam, quæ de re familliari*

optimè

optimè tractat, & optimè in omnibus inſervit, ita vt difficulter alia ſimilis inueniatur, ſi cum ea habet occaſionem proximam peccandi, aliqui volaere aſſerere non tenere illam è domo ejicere.

3 *Proponuntur pro hac ſententia aliqua rationes.*

4 *Proponuntur alia rationes.*

5 *Talis parochus tenetur ejicere ſtatim talem ancillam, qua ſibi eſt occaſio peccandi, etiamſi ſit valdè vtilis, & proficua.*

6 *Omnis occaſio proxima peccandi demittenda eſt, etiamſi ex ea maxima vtilitas ſequatur.*

7 *Charitas obligat ad praferenda bona potiora bonis inferioris ordinis.*

8 *Si detur cauſa vrgens, & neceſſaria, & quaſi moraliter impellens non tenetur quis ejicere occaſionem proximam.*

9 *Qui ex cauſa vrgenti, & neceſſaria ponit ſe in periculo proximo peccandi non commutat bona potiora cum bonis inferioris ordinis.*

10 *Solam permittit occaſionem per accidens, perdendo bona potiora ob bona inferioris ordinis.*

11 *Bona inferioris ordinis ſunt neceſſaria ad conſeruationem vita, & boni communis.*

12 *Adoleſcens qui verſatur inter fœminas laborando &c. ad lucrandum victum non tenetur relinquere hoc exercitium, etiamſi fœmina ſint ſibi occaſio peccandi.*

13 *Concubinarius poteſt abſolui ſi non demittit concubinam ob magnum detrimentum vita, honoris, vel fama.*

14 *Hoſpita poteſt abſolui, ſi non demittit hoſpitium, quod ſibi eſt occaſio peccandi cum hoſpitibus, ſi alias id non poteſt efficere ſine graui & magno detrimento.*

15 *Qui frequenter relabitur in periurium poteſt toties quoties abſolui.*

16 *Qui multoties relabitur in fornicationem, ſi domi non habeat concubinam, nec eam in alia domo habeat, ſuis expenſis vbi quoties voluerit poſſit accedere, ſed ex fragilitate ad domum illius mulieris tendit, poteſt toties quoties abſolui, ſi alias proponat emendam, & pœniteat de prateritis.*

17 *Concubinarius qui iam nihil habet cum concubina, ſi eam adhuc cum ſcandalo domi habet non poteſt abſolui.*

18 *Opinio Ioannis Sanctij de non dimittente occaſionem proximam peccandi ob vtilitatem oblectamenti in epulis deleta eſt a Sacra Congregatione.*

16 *Alij Doctores qui dicunt ob vtilitatem poſſe domi retineri concubinas explicandi ſunt de vtilitate vrgente, & neceſſaria, alias illorum opinio reſicienda eſt.*

20 *Bonum vtile non neceſſarium non dat ius ad perſeuerandum in occaſione proxima peccandi.*

21 *Ex petitione mutui ſub vſuris ab vſurario parato, & ex ornatu fœmina, ſolum per accidens ſequitur aliorum peccatum ex illorum malitia.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM parochus habebat domi ſuæ ancillam, quæ de re familiari optimè tractabat, & omnes res ipſius clerici optimè ſollicitabat, ei optimè in omnibus inſeruiebat, ita vt difficulter aliam ſimilem poſſet inuenire, cum ea tamen multoties relabatur prædictus Sacerdos, & cum ſæpè ſæpius propoſuiſſet ab ea abſtinere, multoties occaſioni ſuccumbebat, confitebatur tamen, at confeſſor cum eſſet indoctus nunquam ei præcepit ejicere illam famulam. Peruenit tandem iſte parochus ad confeſſorem doctum, qui ei dixit ſe teneri ejicere è domo illam fœminam. Renuit ipſe parochus dicens illi eſſe nimis vtilem illam famulam, non poſſe eam vllo modo excuſare, ſe tamen proponere amplius cum ea non peccaturum. Inſtitit confeſſor quod non obſtante tali vtilitate, ipſum teneri eam ſtatim è domo ejicere. Noluit parochus, acquieſcere, ob quod, & ei confeſſor abſolutionem denegauit, infirmauit parochus, erat enim doctus in Theologia, & ad me profectus poſt narrationem caſus ſequentia propoſuit.

Proponuntur rationes, quibus monitus prædictus parochus nolebat ejicere occaſionem proximam peccandi.

Dicebat igitur ille Parochus; vir ſane doctus, 2
ſe non teneri illam mulierem è domo eiicere etſi ei eſſet periculum relabendi in fornicationem; nam cum illa eſſet ei adeo vtilis, vt raro ſimilem inueniret, ipſum non teneri ſe priuare illa vtilitate, & quomodo ob periculum peccandi, ſed ſufficere ſe dolere de præteritis, & habere firmum propoſitum non peccandi cum ea, & credulitatem quod Deo iuuante non peccabit iterum cum ea, quam quidem credulitatem, dolorem, & propoſitum ipſe vere tenebat, quoties confitebatur, licet poſteà ex fragilitate appetitui & occaſioni ſuccumberet, & in confirmationem ſuæ ſententiæ dicebat hanc eſſe opinionem Bauni *tract.4.quaſt.4.* vbi ait bene poteſt confeſſarium abſoluere pœnitentem, qui firmiter non proponit & ſtatuit peccati mortalis occaſiones propinquas vitare, concurrentibus quatuor circunſtantiis; prima quod ſit vera pœnitudo præteritorum, ſecunda verum propoſitum non redeundi ad illa, tertia propoſitum ſemper cauendi adiuvante Deo ne peccet ob eam, quarta quod ſubſit aliqua notabilis cauſa non ſe abſtinendi, & citat Bauni pro hac ſententia Graſium, Veigam, Layman.

Et eandem ſententiam tenet Henriquez *lib.4. de pœnitentia cap.25.num 3.* vbi ait. Tertium periculum quod extrinſece adjacet, & tamen expertus eſt homo ſe facile ex fragilitate, & in cautela peccare dum ad certum locum, vel alicuius ſocietatem accedit, quod periculum quamvis in generali debeat homo vitare, ab eo tamen cum in ſe ipſo peccatum non ſit, ſed peccati occaſio excuſatur aliquando per impotentiam moralem, quæ occaſionem reddit huic homini inuoluntariam, aut non imputabilem, aut ob aliam notabilem cauſam: imo Nauarrus *in manuali cap.3. num.* 15. non petit quod ſubſit notabilis cauſa ſed rationabilis cauſa, ita enim ibi ait, quartum requiritur, vt ſubſit aliqua rationabilis cauſa non ſe ſeparandi ab ea. Et idem docet Sà. *in ſumma verbo abſolutio*: vbi ait, item abſolui poteſt qui ex rationabili, & iuſta cauſa non vult

vult omittere peccandi occaſionem, modo propona firmiter non peccare, etiamſi aliquando ſit relapſus.

Et idem docet Ioſephus ab ortu *in ſpecul. cap. 10. n. 3.* non ſolum ſi aliquando relapſus fuerit, ſed etiamſi pluties, imo ſeptuageſies ſepties, ſit relapſus, dum tamen verum propoſitum non relabendi habeat, & ſubſit aliqua rationabilis cauſa ſe non ſeparandi ab occaſione peccandi, v. g. à concubina, quam ſententiam etiam docet Tabiena, *verbo concubinatus, n. 2.* vbi ait poſſe abſolui concubinarium promittentem abſtinere, licet non eiiciat concubinam, & alios caſus ſimiles ponit Diana, *p. 4. tract. 4. reſol. 165.* licet illos aliorum iudicio remittat, & Ioannes Sanctius, *in ſelectis, q. 10. num. 2,* ait ſi concubina nimis vtilis eſſet ob oblectamentum concubinarij vulgo *regalo*, dum deficiente illo, nimis ægre ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinatium afficerent, & alia famula ad id nimis difficile adinueniretur, eiicere illam non erit concubinatius obligandus, quia oblectamentum dictis circunſtantiis conſideratum eſt maioris æſtimationis, quam quodcunque bonum temporale.

3 Ex quibus hoc formabat prædictus parochus argumentum. In opinione Bauni, Graſſij, Veig, Laiman, & Henriquez, ſufficit notabilis cauſa, & in opinione Nauarri, & Ioſephi ab ortu, & Tabienæ, rationabilis cauſa, & in opinione Ioannis Sanctij vtilitas, ſeu ſpeciale oblectamentum, etiam in epulis ad non eiiciendam concubinam cum qua quis habet occaſionem proximam peccandi; ſed iſta mulier eſt mihi non ſolum vtilis ad oblectamentum epularum, ſed notabiliter, & rationabiliter proficua omni rei familiari, ita vt raro ſimilis inueniri poſſit; ergo ſubeſt notabilis, rationabilis & vtilis cauſa ad eam non eiiciendam; cum ergo hoc ſufficiat, ſi adſit dolor de præteritis, & propoſitum firmum non peccandi, non eſt cur habenti ſimiles cauſas abſolutio denegetur, eo quod nolit eiicere mulierem, quæ ſæpe illi eſt occaſio peccandi.

4 Deinde propoſuit huiuſmodi rationes. Qui vere pœnitet de peccatis, & firmiter proponit in futurum, ſi habeat cauſam rationabilem, ſeu notabilem ad non vitandam occaſionem, eo ipſo habet ius non vitandi illam, ſed qui vtitur iure ſuo, nec Deo, nec Sacramento, nec ſibi ipſi facit iniuriam; ergo non tenetur vitare illam occaſionem proximam peccandi. Confirmatur 1. quia ex eo qui petit pecunias ab vſurario parato, vel Sacramentum à parocho exiſtenti in peccato non peccat, licet ſequatur peccatum vſurarij, & parochi, quia petens peccatum illorum non intendit, ſed vtitur iure ſuo; ſed qui exponit ſe occaſioni proximæ ex rationabili cauſa, de facto nec committit, nec intendit peccatum, ſed potius illud deteſtatur; ſed tantum vtitur iure ſuo non dimittendi occaſionem ex iuſta cauſa; ergo illam non dimittendo non peccat; non enim apparet maior ratio.

Confirmatur 2. quia qui non dimittit occaſionem ex iuſta, & rationabili cauſa, non amat, nec vult periculum relabendi, ſed ſolum vult illud bonum, quod ſequitur ex illa iuſta cauſa non euitandi periculum, ſed velle illud bonum quod ſequitur ex occaſione non dimiſſa non eſt intrinſecè malum, licet aliàs ex illa per accidens ſequatur peccatum, vt patet in fœmina ſe ornante iuxta morem patriæ, licet præuideat quod propter ornatum turpiter à laſciuis concupiſcendam, quod ipſa non intendit, ſed tantum ornatum ſuum, ad quod habet ius; ergo eodem modo habens cauſam rationabilem non deſerendi occaſionem proximam peccandi, non erit cauſa ſui peccati, ſi illam non deſerat, cum ex vna parte habeat iuſtam cauſam ad hoc, & ex alia parte non det operam rei per ſe illicitæ, nec vlla ratione intendat peccatum, imo de illo pœniteat, licet aliàs data illa occaſione ſequatur peccatum, ſiquidem hoc non per ſe, ſed per accidens ſequitur; ergo ſic accedens ad Sacramentum, non dimiſſa occaſione proxima peccandi, non debet priuari beneficio abſolutionis.

RESPONSIO AVTHORIS.

Propoſitis illius parochi non contemnendis argumentis, quæ libenter, non ſine animi oblectatione audiui, illius fundamentis, & telaris opinionibus adhærere non potui, ſed ei reſolutoriè Reſpondi, ipſum teneri, prædictam ancillam è domo eiicere, & rationem reddidi. Quia nemo poteſt ſe exponere periculo proximo, ſiue proximæ occaſioni peccandi mortaliter ſine cauſa vrgente, & moraliter impotente, ad non deſerendum, vel fugiendum periculum ipſum peccandi mortaliter, ſiue eiuſdem peccati occaſionem proximam, ita vt in illa maneat operans ex quadam impotentia morali, & nullatenus ex cauſa aliqua voluntaria, etiamſi ſit valde vtilis, & rationabilis, vt docent D. Thomas, *2. 2. q. 10. art. 9.* Sotus, *lib. 5. de iuſtitia, q. 1. art. 6. concl. 2.* Corduba, *in ſumma, q. 4. fol. 19.* Suarez, *de pœnit. d. 32. n. 4.* Sanchez, *lib. 1. ſumma, cap. 8. n. 3.* & cum aliis Diana, *p. 2. tract. 6. reſol. 47.* Lugo, *de pœnitentia, d. 14. n. 152. & 156.* Baſilius, *de matrim. in appendice, q. 6. per totam,* vbi quatuordecim Authores graues citat, & alij communiter; Atqui operatio, & ſolicitudo rei familiaris quam hæc mulier exhibet in ſuo famulatu huic parocho, licet ſit valde vtilis, & proficua, eſt tamen libera, & nullo modo vrgenter, & moraliter neceſſaria; cum poſſit aliam famulam inuenire, quæ etiam ſufficienter de re familiari cogitet, & ei proſpiciat; ergo ſi eam nun vult dimittere, & aliam quærere, libenter, & non neceſſitatus vult periculum peccari, ſed qui amat periculum peribit in illo, *iuxta illud Eccleſiaſtici 3.* Ergo talis parochus non dimittens talem famulam, eſt in peccato, & non poteſt ei impendi abſolutio. 5

Confirmatur 1. quia omnis occaſio peccandi dimittenda eſt, etiamſi ex ea maxima nobis vtilitas ſequatur, *iuxta illud Matthæi 16. verſic. 26.* [Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur, aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua;] ergo licet cauſa in occaſione proxima permanendi ſit magnæ vtilitatis, & commodi, dummodò non ſit vrgens, & moraliter quaſi neceſſaria, ex ea non poterit quis ſe exponere periculo lethaliter peccandi. Confirmatur 2. quia charitas obligat ad præferenda bona potiora aliis inferioris ordinis in genere boni; ſed maius bonum eſt vitare Dei offenſam, quam bonum totius mundi; ergo eſt iniqua commutatio præferre temporalia bonis ſpiritualibus, & æternis; ergo ex cauſa etiam valde vtili, dummodo non ſit vrgente, & quaſi neceſſaria 6 7

neceſſaria non poterit quis manere in occaſione peccati mortalis proxima,ſeu illi ſe exponere cum periculo amittendæ gratiæ vitæ, & bonum incommutabile, & infinitum, quod eſt Deus, propter quandam vtilitatem, ſeu commodum temporale.

Dices, ergo etiamſi detur cauſa vrgens,& neceſſaria nunquam erit licitum, vt quis ob bonum temporale ſe exponat occaſioni proximæ, vel periculo amittendi gratiam, & committendi peccatum; ſiquidem iniquum eſt bona potiora bonis inferioris ordinis commutare; ergo ſi cauſa 8 vrgens, & neceſſaria ſufficit vt id fiat ſine peccato, ita vt cauſa vtilis, & commoda. Reſpondeo negando illationem;ad probationem Reſpondetur illum qui ob cauſam vrgentem & neceſſariam ponit ſe in periculo proximo, vel occaſione peccandi, non commutare bona potiora bonis 9 inferioris ordinis, ſed ſolum permittere occaſionem per accidens perdendo bona potiora ob bona inferioris ordinis, quod tamen quis poteſt efficere, quando ad id datur vrgens, & neceſſaria 10 cauſa, ſiquidem bona inferioris ordinis neceſſaria etiam ſunt ad conſeruationem vitæ quam quis 11 abſque peccato prodigere non poteſt omittendo bona temporalia, & neceſſaria ad illius conſeruationem, vel ad conſeruationem boni communis.

Hinc fit D. Baptiſtam militibus interrogantibus quid facturi eſſent ad ſalutem conſequendam, non eos obligauit ad deſerendam militiam, quæ valde periculoſa eſt, & occaſionata peccato, ſed tantum dixit, neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, ſed contenti eſtote ſtipendiis veſtris, nulla alia ratione, niſi quia talia officia neceſſaria erant reipublicæ, & ex eis reportabant milites ſtipendium, quo viuebant; nemo autem tenetur cum tanto detrimento, ſcilicet deſerendi officium, vel rem de qua viuit obligare occaſionem proximam peccandi. Secus, dicendum eſt quando non datur cauſa vrgens, & neceſſaria, nam tunc non inuoluntarie, & ex neceſſitate, ſed liberè, & ſponte, abſque vlla neceſſitate eligitur periculum peccati ob bonum temporale non neceſſarium, ſed ſolum vtile ad conſeruationem vitæ, quod tamen homo vitare debet ob bonum ſpirituale, quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur.

Et ex hac reſolutione plures reſoluuntur caſus de occaſione proxima, quæ forte obuia apud alios 12 non inuenies. Primum poſſe abſolui adoleſcentes, ſeu viros qui conuerſantur frequenter cum fœminis laborando, emendo, & vendendo, vel in aliis diuerſis miniſteriis cum ipſis conuerſando, in quibus ſuam operam nauant, vel ſuam induſtriam exercent, ad lucrandum victum, vel alia ſibi,vel ſuis vxoribus, liberis, parentibus, fratribus, vel ſororibus neceſſaria, etſi ex tali occaſione, conſenſu,tactibus,verbis obſcœnis,vel copula peccent mortaliter, & ab ea occaſione nolint abſtinere propter prædictam rationem, dummodo cum ipſis fœminis in eadem domo ſine cauſa vrgente non habitent, & habeant pœnitudinem de peccatis præteritis, & propoſitum de futuro. Ita Nauarrus, *in manuali, cap.* 3. *num* 17. Lugo, *de pœnitentia*, *d*. 14. *num*. 150. Candidus, *diſquiſitione* 24 *n*. 27. *dub*. 9. Veiga, 1. *p. caſu* 39. Leander, *de ſacram. pœnitentia, tract*. 5. *d* 7. *q*. 74. contra Caietanum, Rodriguez, Lopez, Granad. & alios, quos ibi refert Leander.

Secundò poſſe abſolui toties quoties concubinarium, non rejecta è domo concubina, quando 13 abſque magno detrimento vitæ, honoris, vel famæ, vel notabilis iacturæ rei familiaris, eam eiicere non poteſt propter eandem rationem. Ita Vinaldus, *de abſolut. num*. 89. Sanctius, *in ſelectis, l*. 10. *num*. 16. Diana, *p*. 2. *tract*. 16. *reſol*. 47. Lugo, *de pœnit. n*. 156. & 152. Gaſpar Hurtado, *de pœnitentia, d*. 10. *difficult*. 13. Bonacina *de Sacramentis, q*. 4. *p*. 14. *n*. 11. Sà verbo *abſolutio*, Veiga, Laiman, Graſſius, quos refert & ſequitur Baunius, *tract*. 4 *q*. 14. contra Nauarrum, Suarium, Reginaldum, & alios. In eo enim euentu non dicitur pœnitens velle occaſionem peccati mortalis, ſed tantum illum ſubire, & permittere, ne damnum in vita, honore, fama, vel re familiari incurrat.

Tertio ob eandem rationem poteſt abſolui hoſpita, licet non habeat propoſitum non recipiendi 14 hoſpitem, cum quo pluries peccauit, ſi abſque magno ſcandalo, & detrimento non poſſit eum ab hoſpitio ſuo prohibere. Ita Nauarrus, Lugo, Candidus, Leander, Baunius, & Hurtado locis citatis; Imo ſi ipſa hoſpita habeat ancillas, quæ verrunt domos, ſternunt lectulos, &c. & ferè ſemper cum hoſpitibus copulantur, ſi alias fœminas honeſtas non poſſit habere, quæ prædicta miniſteria faciant, nec eas eiicere poſſit ſine notabili detrimento ſuo, vel nocumento, quia videlicet ad ſuum hoſpitium hoſpites non venirent, tunc poteſt abſolui hoſpita ipſa toties quoties, etſi non proponat tales ancillas eiicere, dummodo eas non ſollicitet, vt peccando alliciant hoſpites; Nam ſi hoc fecerit nequaquam abſolui debet quo vſque proponat omittere talem ſolicitationem. Ita cum Hurtado, Leander, *ſuprà, tract*. 5 *d*. 7. *n*. 55. Ipſæ vero ancillæ ſi ibi ſint vt faciant officium meretricum non ſunt, abſoluendæ quoad vſque tale officium relinquant, ſecus ſi ibi ſint animo ſeruiendi, & abſque notabili incommodo, ſeu damno, vel ſcandalo non poſſint recedere ab hoſpitio, vel quia ſunt hoſpitæ, vel hoſpitis conſanguineæ, vel quia ab ineunte ætate cum ea commorantur, nec facile alibi habebunt vnde viuant, vel quia parentes earum ſub ſtipendio pro ſuo ſeruitio cum pacto eas ibi collocarunt. Ita Gaſpar Hurtado vbi *ſuprà*.

Quarto deducitur poſſe abſolui toties quoties pœnitentem, qui ſæpius abſolutus relabitur in 15 periurium, mollities, aut frequentem fornicationem cum fœminis, quibus non cohabitat, nec illis domum; victum, nec veſtitum præbet, vt ſint paratæ ad copulam cum ipſo, aut in alia peccata, in quæ ex inueterata conſuetudine relabitur, non obſtante præterita conſuetudine, licet confeſſarius ex ea, & ex forti propenſione quam ad ea peccata videt in pœnitente ſcilicet quod ſit relapſurus, dum tamen iudicet illum verum dolorem de præteritis, & firmum propoſitum non relabendi habere. Non enim emendatio futura eſt diſpoſitio Sacramenti, ſed verus dolor de præteritis, & propoſitum firmum de futuro; ſecus dicendum, ſi confeſſor ex parua diſpoſitione pœnitentis, hic & nunc iudicat illum non habere verum dolorem de præteritis, & propoſitum firmum non iterum relabendi.

Nam tunc etſi pœnitens dicat ſe verum propoſi-
tum,& dolorem habere,non debet Sacerdos illi cre-
de c , nec illum abſolvere. Ita Lugo, *de pœnitentia*
diſp. 14. *num.* 166. Reginaldus, Sanchez, Sua-
rez,quos refert,& ſequitur Granadus, *controverſia*
16 7 *tract.* 10.*d* 9. *num.*18. Henriquez, *lib.*4. *cap.* 24.
numero 4. Azor. *tom.* 1. *lib.* 11. *cap.*3. *quaſt.*4. con-
tra Petrum de Ledeſma, Medinam, Lopez, Ro-
driguez, & alios. Et idem dicendum eſt de fœ-
minis comedentibus terram, buccaros, ſalem,
&c, ſi enim firmiter ab his abſtinere proponant,
toties quoties abſoluendæ ſunt, imo ſi dum præ-
gnantes ſunt, parum de his comedant, vt ſuc-
currant ſuo appetitui,cui ſi non ſuccurrerint abor-
tiri ſolent, non ſunt exiſtimandæ peccare, nec
etiam venialiter, tum quia parum veneni non oo-
cet, tum quia id faciunt ne ſequatur abortus. Ita
Ioannes Sanctius, *in ſolectis, d.*2. *num.*15 Leander,
tract. 5. *d.* 7. *q* 82.

17 Quinto deducitur non eſſe abſoluendum con-
cubinarium, qui iam nihil habet cum concubina,
eam tamen abſque graui neceſſitate domi ſuæ re-
tinet, vel eam frequenter inuiſitat cum ſcandalo
viciniæ, quæ adhuc exiſtimat illum rem habere
cum illa, quoad vſque veritas publicetur, & ratio
eſt quia iſte licet non ſit in occaſione proxima
peccandi peccato luxuriæ, eſt in occaſione pro-
xima peccandi peccato ſcandali, quam ſine vr-
genti cauſa non vult deſerere; ita Sanctius, *in*
ſelectis, d. 10. *num.* 12. Candidus, *diſquiſitione* 24.
dub. 6, Baunius, *tract.* 4 *q.* 5. & cum Nauarro,
Manuele, Syluestro, Graſſo; Bonacina, Thomas
Hurtadus, *tract.* 1.*cap.*6, *reſol.*24. Et eadem ra-
tione non eſt abſoluenda concubina, quæ non
vult relinquere occaſionem, & voluntatem viſi-
tandi ſuum concubinarium ægrotantem, aut por-
rigendi ei candelam in agone mortis, ſi ſcieba-
tur eſſe eius concubinam propter ſcandalum, ita
cum Nauarro, Lopez, Leander, *ſuprà*, *q.*54. Imo
ſi neſciretur eſſe illius concubinam, propter
ſcandalum quod ipſi ægrotanti præbet: ita præ-
dicti DD.

Nec aſſentior illis, qui dicunt, quod ſi illa ha-
beret intentionem adhortandi infirmum ad pœ-
nitentiam præteritorum in generali, vt eorum me-
moria per præſentiam renouata, ſit potius reme-
dium, quàm venenum poſſe abſolui; exiſtimo
enim tale remedium potius fugiendum, & dete-
ſtandum, quam permittendum; vidi enim quen-
dam ægrotantem morti proximum, ad quem
cum acceſſiſſet eius concubina; & ei plura diceret
de contritione veterum peccatorum, ille excla-
mauit dicens; aufertè iſtam hinc; quia non eſt
contenta me ſeducendi in vita, ſed etiam nunc
vult in infernum me detrudere, quod cum audiſ-
ſem, neſciebam enim illam fuiſſe illius concubi-
nam, illam è domo ſtatim eieci, & cum per oſtium
nollet exire tentaui eam præcipitare è feneſtra, il-
la tamen videns meam reſolutionem; per oſtium
quieta exiuit, & ſtatim acceſſi ad infirmum, &
diſpoſitum abſolui, & magna cordis contritione
mortuus eſt. Relegandæ igitur ſunt prædictæ con-
cubinæ è domo concubinantium ægrotantium, &
nulla ratione eis permittendum ibi adeſſe, ſed ſta-
tim eiiciendæ, niſi aliquando magnum ſcanda-
lum ſequatur, eo quod concubinatus ſecretus ſit:
nam tunc ſufficit ſi à præſentia infirmi eiiciantur,
ita colligo ex *ſuprà* dictis Doctoribus, ſed de his,
& aliis vide quæ latius dixi, *in noſtro Directorio*
Confeſſariorum p. 1. *in tractatu de pœnitentia.* 18

Et ex his Reſpondetur ad argumenta noſtri pa-
rochi in principio huius conſulti propoſita. Ad
primum ex authoritate Ioannis Sanctij, & alio-
rum reſpondeo doctrinam illam Ioannis Sanctij
exploſam eſſe à Sacra Congregatione iudicis an-
no 1646. prout teſtatur Thomas Hurtado, *to-*
mo 1. *moralium*, *cap.*5.*reſol.*11.*numero* 88. Vbi
eam vt ſcandaloſam reiicit ipſe Hurtadus, & alie-
nam à viro Catholico. Aliorum vero Doctorum 19
opiniones, debent intelligi in bono ſenſu: per
notabilem enim, & rationabilem cauſam intel-
ligat cauſam vrgentem, neceſſariam, & morali-
ter competentem, quod ſi aliud velint dicere
omnino reiiciendi, nec audiendi ſunt, quoties
enim cauſa libera eſt, etiam occaſio eſt libera, &
peccaminoſa, & per conſequens deſerenda; & di-
mittenda.

Ad primam rationem reſpondeo, negando an- 20
tecedens, Ex ſuppoſitione enim quod proſequi
aliquod bonum vtile, non tamen neceſſarium,
ſit occaſio proxima peccandi, non habet quis ius
proſequendi illud, ſed potius ex charitate pro-
pria tenetur à tali vtilitate abſtinere, debet
enim præferre amicitiam Dei omni bono tem-
porali voluntario, & non omnino neceſſario,
vt ſuprà diximus. Ad confirmationem de pe-
tente vſuras ab vſurario, & Sacramenta à paro-
cho exiſtente in peccato, & illud de fœmina ſe 21
ornante ſecundum morem patriæ; Reſpondeo,
ex his actionibus non ſequi per ſe aliorum pec-
catum, ſed per accidens ex ipſarum malitia,
quia adhuc poſita tali petitione, & omnes fœ-
minæ, poſſent illi faciliter non peccare, cum
talis actio per ſe non ſit inductiua peccati illo-
rum; at occaſio proxima per ſe eſt inductiua
peccati, & exiſtentem in illa trahit ad peccan-
dum tum forti efficacia, vt ferè compellat ho-
minem moraliter loquendo ad committendum
peccatum, adeo vt quaſi impoſſibile ſit morali-
ter peccatum euadere: hæc reſpondi, an benè? iu-
dicent viri docti.

CONSVLTVM LXVI.

De irregularitate, an plures irruentes in vnum repente, ſi neſciatur à quo vulnus lethale inflictum fuit, omnes maneant irregulares?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Si plures de communi conſilio aliquem aggreſſi ſunt, & occiderunt, ſiue aggreſſus vno, ſiue pluribus vulneribus mortuus ſit, omnes ſunt rei homicidij, & irregulares.*

3 *Si plures in repentina rixa abſque communi conſenſu contra vnum inſurrexerunt, ſi vnum tantum vulnus lethale fuit, & ignoratur à quo illatum ſit probabile eſt nullum in foro conſcientiæ manere irregularem.*

4 *In foro externo poſt ſententiam iudicis omnes*

nes habendi ſunt irregulares.
5 *In dubio melior eſt conditio poſſidentis.*
6 *Pœna ſunt mollienda.*
7 *Textus de irregu'aritate loquentes, videntur loqui in foro externo.*
8 *Cauſa dubia non poteſt producere effectum certum moraliter.*
9 *Iniuſtum eſt pro facto peccaminoſo dubio certam pœnam imponere.*
10 *Sanctius eſt impunitum relinquere factum nocentis quam innocentem damnare.*
11 *In dubio iuris nemo poſt ſufficientem diligentiam cenſendus eſt irregularis.*
12 *Qui in pugna emiſit ſagittas in hoſtes, & dubitat an aliquem occiderit, nec de hoc facta diligentia poteſt conſtare, non tenetur, nec in foro externo, vel interno, ſe habere tanquam irregularem.*
13 *Qui conſuluit, vel mandauit fieri abortum, in dubio an fœtus fuerit animatus, probabile eſt non incurrere irregularitatem, ſi poſt moralem diligentiam, adhuc perſeuerat dubium.*
14 *Quando plures non inito conſilio, ſed ex negligentia culpabili, ſinguli proiecerunt lapides per feneſtram, & pertranſiens ictu vnius lapidis mortuus eſt, nullus ex illis incurrit irregularitatem, ſi ignoratur à quo lapide fuerit occiſus.*
15 *Contraria ſententia quæ eſt authoris eſt probabilior.*
16 *Probatur authoritate Doctorum.*
17 *Probatur ex variis textibus iuris.*
18 *Probatur ratione.*
19 *Qui habet contra ſe præſumptionem iuris non eſt in poſſeſſione ſua immunitatis.*
20 *Pœna eſt emollienda, ſi non detur præſumptio iuris in contrarium.*
21 *Textus loquuntur in vtroque foro.*
22 *Cauſa certa præſumptione iuris poteſt certum producere effectum.*
23 *Omnes irruentes in vnum hominem cenſentur præſumptione iuris nocentes, etſi non irruerent initio conſilio.*
24 *In dubio facti cenſendus eſt quis irregularis, ſicut in dubio iuris.*
25 *Quando non conſtat de homicidio nemo cenſendus eſt irregularis.*
26 *Qui iuſſit fieri abortum, licet dubitetur an fœtus ſit animatus incurrit irregularitatem.*
27 *Quando plures ejecerunt lapides per feneſtras, & tranſiens ex vno lapide mortuus eſt, omnes qui eiecerunt lapides manent irregulares.*
28 *Quid ſi vnus ſolus eiiceret vnum lapidem, & hic ignoratur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN quodam foro erant decem homines colloquentes, accedit Petrus, & ab vno ex adſtantibus, neſcio quid pétiuit, & cum ille ei petitum denegaſſet, exorta eſt quædam repentina rixa inter eos, & cum vnus gladium euaginaſſet, omnes ſimul euaginauerunt, & omnes in Petrum irruentes eum lethaliter percuſſerunt, & inter paucos dies mortuus eſt ex prædicto vulnere, dubitatum fuit quis ex adſtantibus illum lethaliter percuſſerit, & occiderit, & cum facta fuiſſet diligentia ſuper hoc, & non poſſet ſciri quis percuſſerit.

Quæſierunt à me, An omnes qui præſentes erant, & gladios in Petrum aggreſſorem euaginarunt, incurrerint irregularitatem, an vero omnes liberi eſſent ab irregularitate.

RESPONSIO AVTHORIS.

RESpondi primo, quod ſi omnes illi, qui in 2
foro adſtabant de communi conſilio, & conſenſu aggreſſi ſunt Petrum, omnes ſunt rei homicidij, & incurrerunt irregularitatem, ſiue vno tantum vulnere, ſiue pluribus vulneribus inflictis, aggreſſus interierit, & ſiue ſciatur, ſiue neſciatur, quis vulnus lethale intulerit. Et ratio eſt, quia omnes tunc fuerunt cooperatores ad illud homicidium. Ita Iuriſperiti, & Theologi communiter. Ita ex iuriſperitis alios allegantes Couarruuias, *in Clement ſi furioſus, cap 2 §. 3. n. 3.* Gomez *3. variarum, cap. 3. n. 36.* Vgolinus, *de irregularitate, cap. 14. num 5.* Rota, *2. p. diuerſorum*, Farinacius, *deciſione 44. num. 2.* Farinacius Frag. *crimin. 2. p. lit. I, num 446.* Auguſtinus Barboſa, Collectan. *ad cap. ſignificaſti 2. numero 9.* Ex Theologis Molina, *de iuſtitia tom. 4. tract. 3. d. 53. membro 1. & membro 7.* Henriquez *lib. 14. cap. 14. num. 2.* Suarez, *de cenſuris, d. 44. ſect. 3. n. 31. & d. 45. ſect. 3. num. 9.* Sairus, *de cenſuris, lib 7. cap 4. num 12.* Coninch. *de Sacramentis, d. 18. num. 70.* Villalobos, *part. 1. tract. 21. difficult. 22. numero 20.* Bauni, *part. 2. tract. 11. quæſt 6. & q. 27. quæſtiuncula 6.* Bonacina, *de cenſuris, d. 7. q. 4. p. 8. numero 22.* Gaſpar Hurtadus, *de irregularitate; diſt. 2. difficult. 6. num. 21.* Eſcobar, *in Theologia morali tractatu 4. examine 6. numero 88.* Gordonus, *lib. 7. quæſt. 58. num. 41. & 51.*

Secundo Reſpondi, quod ſi Petrus ab illis decem adſtantibus in foro ſine ſociali concurſu in repentina rixa fuit vulneratus, vel vno tantum vulnere, eoque lethali, vel ſi pluribus vulneribus, vnum tamen vulnus lethale apparet, ex quo & in breui mortuus eſt, ſi poſt factam moralem diligentiam ignoratur, ſeu dubium eſt. 3
quis ex rixantibus lethaliter percuſſerit, in tali dubio ſatis probabile exiſtimo, nullum eorum in foro conſcientiæ manere irregularem, ſed ſolum in foro externo poſt latam iudicis ſententiam, & non antea. Ita Henriquez, *libro 14.* 4
de irregularitate, cap. 13. num. 3. & 4. & cap. 14. numero 3. & cap. 15 numero 3. & citat Hoſtienſem; Ioannem Andream, & Perez, probabile putat Suarez, *de cenſuris, diſp. 40. ſect. 6. numero 10.* Salas, *12. quæſt. 21. tractatu 8. diſp. vnica, ſectione 6 numero 7.* Rebellus, *tractatu de obligationibus iuſtitia, part. 2. lib. 1. quæſt. 3. ſect. 2. numero 13.* Leander à Murcia, *in primam ſecundæ*, D. Thomæ, *lib. 1. d. vnica reſolut. 7. numero 34.* Couarruuias, *Clement ſi furioſus, p 2 §. 2. num. 5.*

Ratio eſt, quia in dubio melior eſt conditio 5
poſſidentis; ſed iſti poſſident ſuam immunitatem; ergo in foro conſcientiæ non ſunt cenſendi incurriſſe irregularitatem. Confirmatur 1. Quia pœnæ ſunt molliendæ ex regula in pœ- 6
nis, *de regulis iuris in 6.* cum ergo hæc irregu-

larītas ſit delictum, pœna eſt potius mollienda ne cenſeatur in dubio contrahi in foro conſcientiæ.
7 Confirmatur 2. quia textus irregularitatem ſtatuentes, videntur clare loqui in foro externo, vt patet *in cap.ad audientiam de homicidio ibi* Ad audientiam Apoſtolicam noſtram peruenit: Confirmatur 3. quia factum, ſeu culpa eſt cauſa pœnæ irregularitatis in genere meriti, id eſt in ge-
8 nere cauſæ efficientis moralis, ſed factum eſt dubium, & cauſa dubia non poteſt producere effectum certum moraliter; ergo ex dubio facti non poteſt naſci irregularitas certa.

9 Confirmatur 4. quia iniuſtum videtur pro culpa, & facto peccaminoſo dubio certam pœnam imponere, ſed factum eſt dubium; ergo in eo du-
10 bio nemo cenſendus eſt certo irregularis. Confirmatur 5. quia ſanctius eſt impunitum relinqui factum nocentis, quam innocentem damnare,
11 *l.abſentem, ff de pœnis.* Confirmatur 6. qui in dubio iuris nemo poſt debitam diligentiam cenſendus eſt irregularis, nec in foro interno, nec externo, vt tenet cum innumeris Doctoribus Boſius, *in opere morali,p.2.de conſcientia,tit.1.§.40. num.* 1590.& cum aliis Leander à Murtia, *in 1. 2. D.*
12 Thomæ,*lib.1 de vnica,reſol.7. n.19.* contra Vaſquium, Sanchez, & alios; ergo idem dicendum eſt in dubio facti. Confirmatur 7. Quia qui in pugna immittit ſagittas in hoſtes, vel in eos exploſit ſcopetum, vel bombardam, & dubitat an aliquem occiderit, nec de hoc facta diligentia poteſt conſtare, non tenetur ſe in foro interno, vel externo habere tanquam irregularem, vt docet Sanchez, *lib 1.ſumma, cap.10. n.44.* Bauni,*Theolog.morali,tom.1.tract.11. q.36. verſiculo, hac ſententia*, Præpoſitus, *in 1.partem,q 5. dub.25. n 58.* Diana,*p.4.tract.2.reſol.16.* Arriaga,12. *tom.1.d.23. n.15.* Boſius,*ſuprà, num.*1517. Ergo idem dicendum eſt in noſtro caſu, nam vtrumque eſt dubium facti, & per accidens eſt quod in vno conſtet de homicidio, non verò in alio.

13 Confirmatur 8. quia qui conſuluit, vel mandauit fieri abortum, in dubio an fœtus ſit animatus, probabile eſt eum non incurrere irregularitatem, ſi poſt moralem diligentiam adhuc perſeuerat dubium, an fœtus fuerit animatus, vt tenet Præpoſitus,*ſuprà,n.58.*Bañes, quem refert,& probabile putat Diana, *p.4.tract.2. reſol.16.* Gomez, *3.variarum,cap.3.* Bajardus,*q.68. verſiculo, idem adde quod in dubio.* Quidquid cum aliis melius dicat Boſius,*ſuprà, n.1519.* Ergo idem dicendum eſt in noſtro caſu, nam etiam hic eſt dubium facti homicidij, cum conſtet de abortu, & ſolum du-
14 bitetur de animatione fœtus. Confirmatur 9 quia quando plures ſine præmiſſo conſilio, nec ex dolo, nec ex mutua cooperatione, ſed ſolum ex negligentia culpabili, ſinguli proiecerunt lapidem ex feneſtra domus, & pertranſiens ictu vnius lapidis occiſus eſt, & conſtat vno tantum lapide fuiſſe percuſſum, nemo ex illis incurrit irregularitatem, vt tenet Henriquez, *lib.14.cap.14.n.1333.* Villadiego,*cap.6.n 45.* Auila,*p.7.d.6.ſect.3. dub.3. concluſ.1.*Farinacius,*2.p fragm. crimin. lit.I. n.456.* Ergo idem dicendum eſt in noſtro caſu. Patet conſequentia, nam etiam in hoc caſu conſtat de facto homicidij, & neſcitur à quo fuerit commiſſum.

15 Verum licet hæc ſententia ſatis probabilis ſit, & tute poſſit ſequi in foro conſcientiæ, communis tamen ſententia docet omnes cenſendos eſſe, etiam in foro conſcientiæ irregulares. Ita Gloſſa, *in cap.ſi quatuor,verbo quinque,23 q 8 & in cap. cupientes, § verborum verb qui culpabiles de electione in 6* & cum Burrio. Abbate. Gofredo, Anania, Cardin le, Farinacio, Barboſa, Sairo, Moli-
na, Suario, Auila Bonacina, Gordono, Eſcobar, 16
Hurtado,Bauni,Boſius,*in opere morali,p.2. de conſcientia,tit.1.§.51.n.*1326. & cum Azore, Salas, Sanchez,& aliis Leander à Murcia, *in 12. lib.2. d vnica,reſol 7.n.9.* 17

Et probatur primo: Quia ita expreſſe, deciditur, *in cap.ad audientiam, & cap ſignificaſti 2. de homicidio*, quod cum iuſtum ſit, nec falſæ præſumptioni innitatur, obligat in vtroque foro inſtar cuiuſcunque legis iuſtæ, nec textus, *in cap. ſignificaſti.* loquitur tantum, quando eſt veriſimilius fuiſſe commiſſum homicidium; ſed abſolute in caſu dubio, licet ex ſuperabundanti poſt deciſionem addat Pontifex rationes, quibus conſtabat eſſe veriſimilius fuiſſe commiſſum homicidium: *& cap.ad audientiam*, loquitur aperte in caſu dubio, & caſus illius textus indicat clare non eſſe veroſimilius fuiſſe commiſſum homicidium.

Secundo probatur: Quia in foro externo, hic condemnaretur tanquam irregularis, iuxta illorum textuum deciſionem, nec ex falſa præſumptione, cum conſtet homicidium eſſe dubium; ergo ſimiliter eſt damnandus in foro conſcientiæ, cum in vtroque foro idem iudicium ſit, quando
externum non innititur falſæ præſumptioni, vt 18
citatis aliis probat Thomas Sanchez, *in ſumma, lib.1.cap.10.n.11.* Et denique probatur ratione *ab vtroque textu cap.ad audientiam, & cap ſignificaſti*, adducta, ſcilicet quod in dubiis tutior pars ſit eligenda, ſed tutior pars eſt, vt hic ſe habeat pro irregulari, ne ſe exponat periculo peccandi, ſi celebret; ergo habendus eſt tanquam irregularis.

Nec obſtat id, quod dicitur in primo contrariorum fundamento, ſcilicet hunc eſſe in poſſeſ- 19
ſione ſuæ immunitatis, à cenſura, & quod in dubio melior eſt conditio poſſidentis, quia ad hoc reſpondetur. iſtum non eſſe in poſſeſſione ſuæ immunitatis; Nam qui habet contra ſe præſumptionem iuris, non habet poſſeſſionem, imo poſſeſſio ſtat pro iuris præſumptione contraria, vt docet, & probat prædictus Sanchez, *vbi ſuprà,*
*n.13.*Ad primam confirmationem reſpondetur, pœ- 20
nam eſſe molliendam, ſi non detur præſumptio iuris in contrarium, vt in præſenti: ad ſecundam
confirmationem reſpondetur textus loqui in vtro- 21
que foro, *vbi ſuprà*, diximus in ratione pro noſtra ſententia.

Ad tertiam confirmationem reſpondetur, concedendo maiorem, ad minorem reſpondetur, cau-
ſam eſſe certam diſpoſitione, & præſumptione 22
iuris, ac per conſequens poſſe producere effectum certum moraliter. Ad quartam confirmationem reſpondetur, in hoc caſu factum eſſe certum, cum conſtet de homicidio patrato, quod autem ignoretur quis ex multis illud perpetrauit, hoc non tollit quin ius poſſet in dubio pro omnibus ad il-
lud concurrentibus irregularitatem ſtatuere. Ad 23
quintam confirmationem reſpondetur, hic non damnari innocentem, cum omnes concurrerint ad idem homicidium irruendo in illum hominem, quod licet non fuiſſet ex inito conſilio, attamen omnes ſimul in illum irruerunt, vnde ſicut per accidens in illum ſimul irruerunt, ita per accidens

omnibus

omnibus à iure imputetur, cum diſcerni nequeat, quis illorum commiſerit homicidium

24 Ad ſextam confirmationem reſpondetur, concedendo in dubio iuris neminem cenſeri irregularem, ſecus in dubio facti. Et ratio diuerſitatis eſt, quia licet irregularites procedat ex facto tanquam ex occaſione, vel tanquam ex radice, at per ſe oritur ex iure eam ſtatuente tanquam ex cauſa efficiente, & ideo ſi ius eſt dubium, nequit effectum certum producere ſcilicet certam irregularitatem, ac ſtante facto dubio, poteſt eſſe ius certam ſtatuens in eo dubio irregularitatem; ergo licet in dubio facti quis cenſendus ſit irregularis, non tamen in dubio iuris.

25 Ad ſeptimam confirmationem reſpondetur, concedendo antecedens cum Boſio, *ſuprà, n.* 1317. Deinde negatur conſequentia. Ad probationem reſpondetur dari diuerſam rationem, nam in primo caſu, non conſtat de homicidio, & irregularitas non eſt annexa incertitudini factorum, ſed ipſi facto, & iam poſito in re, & durum eſſet priuare hominem ſua libertate, & eum obligare ad habendum ſe tanquam irregularem, & abſtinendum à diuinis in caſu, in quo non conſtet, nec conſtare poteſt de facto, ſeu occiſione; Secus dicendum eſt in noſtro caſu, in quo conſtat de homicidio, & ſolum ignoratur quis ex pluribus ad illud concurrentibus illud re ipſa perpetrauerit.

Ad octauam confirmationem negatur antecedens cum Sanchez, *in ſumma dicto, cap.* 10. *n.* 47.
26 Barboſa, Quaranta. Molina. Rebello, Portel. Scortia, Bauni, Truſſenc. & alij communiter, quos refert, & ſequitur Boſius, *ſuprà, n.* 1319 Et ratio eſt, quia hic conſtat de delicto, vt in noſtro caſu, & ſolum dubitatur; an fœtus fuerit animatus.

Ad nonam Confirmationem reſpondetur, negando antecedens cum Boſio, *ſuprà, n.* 1349. Secus dicendum eſt quando vnus ſolùm ex pluribus in eadem domo exiſtentibus ex negligentie culpabili, vel etiam dolo lapidem proiecit qui hominem prætereuntem interfecit, nam tunc, ſi prorſus
27 ignoretur quis projecerit, nec de vllo in particulari indicia ſint, tunc in foro iudiciali tenetur Iudex omnibus comminari, vt qui lapidem projecit, ſciat ſe eſſe irregularem, neminem tamen
28 poterit declarare irregularem, ob rationem textus, *in l. abſentem, ff. de pœnis*, quod ſanctius eſt impunitum relinquere, quam condemnare innocentem, vt etiam in terminis tradit cum Majolo, Farinacius, *ſuprà, n.* 456. Moline. *d.* 54. *n.* 7. & cum aliis Boſius, *ſuprà, n.* 1356. Nec idem poteſt dici in noſtro caſu, nam hic ſolùm vnus projecit lapidem, at vero in noſtro caſu omnes gladiis euaginatis irruerunt in hominem interfectum, vel projecerunt ſinguli ſingulos lapides, & per accidens eſt quod neſciatur quis interfecerit, cum omnes ad homicidium concurrerint.

CONSVLTVM LXVII.

De filio nato à muliere vxorata adultera, an cenſendus ſit legitimus, vel potius ſpurius, & adulterinus.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Adoleſcens natus ex fœmina vxorata ex ante matrimonio vero, præſumitur legitimus.*

3 *Hæc procedunt, etſi mater illius conuicta ſit de adulterio.*

4 *In dubio illa præſumptio accipienda eſt, quæ benignior eſt partui.*

5 *Excipienti de illegitimitate incumbit onus probandi.*

6 *Delictum non præſumitur, donec probetur.*

7 *Honeſta coniectura inhoneſtam præſumptionem excludit in fauorem Innocentis.*

8 *Extantibus contrariis famis, vna de legitimitate, altera de illegitimitate, bona fama prævalere debet.*

9 *Eſſe illegitimum eſt infamia facti.*

10 *Ponitur argumentum in contrarium.*

11 *Ponitur illius ſolutio.*

12 *Etiamſi vxor habitet continuo in domo adulteri, & ibi concipiat, & pariat, ſi alias maritus habebat acceſſum ad illam quando volebat, partus præſumitur legitimus.*

13 *Quid ſi mulier poſt mortem viri intra decem menſes peperit, cum antea non peperit per annum.*

14 *Etiamſi filius naſcatur poſt nouem, aut decem menſes à morte mariti, cenſetur legitimus.*

15 *Quid ſi mulier vidua ſtatim poſt mortem viri nubat alteri, & intra nouem menſes pariat, cui marito tribuendus eſt fœtus.*

16 *In caſu dubij actualis, poſſeſſio matrimonij poſſidet.*

17 *Quid ſi dentur contraria veroſimiles coniectura.*

18 *Ponuntur plures coniecturæ, ob quas filius natus præſumi poſſit adulterinus.*

19 *Ponitur reſolutio quæſtionis.*

20 *Contra ſic conceptum in domo adulteri ſemper remanet apud cordatos ſuſpicio, quod ſit illegitimus.*

21 *Religio non tenetur recipere hunc adoleſcentem de quo eſt talis ſuſpicio.*

22 *Si ſit receptus in religione debet manuteneri in ſua poſſeſſione.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

MARIA cum per aliquot annos fuiſſet Antonij concubina, tandem Antonius eam in matrimonium conjunxit Franciſco famulo ſuo, qui poſt matrimonium celebratum eam in domum ſuam aſportauit, vbi per decem dies permanſit. quibus peractis, rediit ad domum Antonij, vbi per annum ſtetit, & multoties concubuit in hoc anno cum Antonio eius antiquo amaſio, marito id ſciente, & permittente, poſt annum mortuus eſt vir eius Franciſcus adhuc illa ſtante in domo Antonij, & à die mortis viri ſui ad nouem menſes, & quinque dies, peperit filium, de quo nunc eſt quæſtio, an habendus tanquam filius Antonij, vel cenſendus ſit filius mariti demortui, & quia Antonius erat ex genere Hebræorum, Franciſcus vero Chriſtianus vetus, & adoleſcens volebat ingredi quandam illuſtrem Religionem, erat enim adoleſcens optimo ingenio & aliis dotibus ornatus. 1

Quæſierunt à me, an iſte adoleſcens cenſendus foret filius Antonij; An vero Franciſci, ac per conſequens, an cenſendus ex gene-

re Hel ræorum , An ex immaculato ſanguine pro-
ce lens.

RESPONSIO AVTHORIS

Reſpondi adoleſcentem illum iudicandum
eſſe filium mariti demortui , ac per conſe-
2 quens vt ex ſanguine immaculato procedentem
habendum , & vt talem in vtroque foro iudican-
dum. Ratio fundamentalis eſt,quia huiuſmodi ado-
leſcens natus fuit ex fœmina vxorata, extante ma-
trimonio vero , & putatiuo, vicinis id ſcientibus;
ſed hæc coniectura eſt ſufficiens ad inducendam
quaſi poſſeſſionem legitimitatis , & vt filius præ-
ſumatur legitimus , & ex matrimonio procreatus,
vt habetur *l. filium 6. ff de his quæ ſunt ſui , vel
alien. iuris, l.non Epiſtolis, Cod. de probat. cap.per
tuas de probat & cap.transmiſſa qui filij ſunt legi-
timi.* quæ procedunt etiam ſi vxor conuicta ſit de
3 adulterio , vt docent Gaillus *obſeru.pract lib 2 ob-
ſeruat.97.n.7.*Vaſq.*quaſt.illuſt.c* 48.*n* 20.21. & 22.
Paleotus *de nothis* , c.20.*n.* 4. Menoch *de arbitrar
caſu.* 89.*n.*10.*& lib.6.præſ.* 53.*n.*3. *& præſum.*54.*n.*
24 Stephanus Gratian. *diſceptionum forenſium tom.*
4.*c.*653.*n.*50.*& colligitur ex l. miles* § *defuncti ff ad
legem,* Iuliam, *de adulteriis,* ergo talis adoleſcens
habendus eſt tanquam filius legitimus.

Confirmatur primo: Quia in dubio illa præ-
4 ſumptio eſt capienda , quæ benignior eſt , & par-
tui fauorabilior. *cap. eſtote de reg. iuris & l.quoties
dubia, ff eod.titulo.* Tum quia in dubio ſtat poſ-
5 ſeſſio legitimitatis pro filio ; ergo excipienti de
legitimitate incumbit onus illam probandi. Ita
Baldus *conſil.* 74.*lib.*1.*& conſil.*457.*lib.* 5. Ioannes
Fari.*in* § *vult. inſtitut. de adopt.* Cæpolla *cautela*
s.8 Galliaula *in rubric. de verbor. oblig. num.* 161.
Bero *conſil.*19.*num.*10.*& conſil.* 20.*lib.* 2. Paleotus
de nothis c. 20. *per totum,* Menochius *de præſumpt.
lib.6.præſumpt.*54.*n.*20. Surdus *de alimentis tit.* 1.
*quaſt.*10.*num.*36 Simon de Prætis *lib.* 3. *interpret.*1.
*dub.*1.*ſolut.*2.*num.*4.Caualcanus *decis.* 12. *num.*12.
Farinacius *in repert. indic. quaſt* 43. *num.* 52. Vaſ-
quez.12.*d* 76. *cap* 8. Sairus *lib.* 1. *clauis* , *cap.*13,
*num.*19. Salas t.2. *tract.* 8 *ſect.*24. Azorius *p.* 2.
*lib.*4.*cap.*19.*quaſt.*7. Villalobos *p.*1.*tract.* 1.*dif.* 20.
*num.*11.Sanctarellus *variarum reſolut.p.*1.*quaſt.*24.
num 23. Pontius *de matrim lib.* 11. *cap.*9. *num.*4.
Breſſerus *de conſcientia lib.* 4 *cap.*13. Arriaga 12.
*tom.*1.*d.*16.*n.*17.Layman *lib* 5.*tr.*19.*p.*3.*cap.*3.*n.*15.
Coninx *de ſacram d.*18.*n* 105. & alij quos refert,
& ſequitur Diana *p.*4.*tract.*3.*reſolut.*6.*& colligitur
tum ex cap lator. qui filij ſint legitim. tum ex cap.
accedens de prax. canonic.*

Confirmatur 2. Quia delictum non præſumitur
6 donec probatur *leg.merito ff.pro ſocio*; ergo quan-
do ex aliquo actu duæ poſſunt capi coniecturæ,
quarum vna delictum ſignificat , & altera excludit,
potius eligenda eſt ea , quæ vitio , & crimine ca-
ret; ergo cum neceſſe ſit filium naſci ex coitu lici-
to, vel illicito, præſumendum eſt natum ex licito,
& legitimo, ſemper enim præſumendum id , quod
eſt honeſtum. vt ait Baldus *in l.filium ff.de his, quæ
ſunt ſui, vel alien. iuris.* Bartolus *in l. non ſolum,
§ ſed vt probari n.*5 *ff.de operis noui nunc.* Vaſquez
ſuprà n 20. Gaillus *obſeruatione* 97.*n.*2.*&* 7.

Confirmatur 3. Quia honeſta coniectura in
7 honeſtam præſumptionem excludit fauore in-
nocentis prolis , vt dicunt Baldus *in l.*1.*num.*31.
Cod.de his qui accuſare non poſſunt. Abbas *in can
per tuas, num.*2.*de probat.* Menochius *præſumpt* 54.
num 12. Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 4 *cap.* 613.
*num.*8 *idque argum. textus in l. miles ff defunct.
ff. de adulteriis* , tum quia in dubio iudicandum
eſt pro legitimitate . Ananias *in cap.* 2 *de infant.
expoſit.* Gaillus *obſeruat. pract. lib.* 2.*de obſeruat.*
97. Puteus *deciſion.* 2. *lib.* 3. vbi ait, quod extan-
tibus contrariis famis , vna de legitimitate , altera 8
de illegitimitate , bona fama præualere debet , &
in tali dubio pro legitimitate iudicandum , & idem
ait Peregrin. *de fideicommiſ.art.*43 *n.*71.Menochius
*conſil.*18. *n.* 13.*col.* 1. Mantica *de coniecturis vlt.
volunt.lib.*11.*titul.*11. *num.*1. Sanchez *de matrim.
lib.*3.*d* 44.*num.*2. & cum Barbatio , & aliis Merli-
nus *de legitima.lib.*1.*titul.*2. *quaſt.* 7 *n.*20. eſt enim
legitimitas maximè fauorabilis . vt tradunt Tira-
quellus *de iure primog. q.*38.*n.*20.Oſaſcus *decis.*119.
*n.*1.Mantica *de coniecturis lib.*11 *tit.*12.*n.*1.

Confirmatur 4 Quia eſſe illegitimum eſt quæ- 9
dam non leuis , non ſolum filij , ſed etiam ad
parentes , præſertim matrem , ſe extendens in-
famia facti , vt tradit Azo. *in ſumma, Cod. de his
qui not infam.* Curtius *conſil.* 136 *num.*11.Paleotus
vbi ſuprà , & cum aliis Menochius *dicta præſum-
ptione* 54 *num.* 30. Sed infamia cum præſupponat
delictum non præſumitur *cap. dudum de præſum-
ptionibus.*Felin.*ibi num.*14. Paleotus *cap.*20.*num.*5.
& 6. Menochius *præſumpt.* 54. *num.* 30. ergo in
dubio filius legitimus præſumi debet , & ad-
mitti ad hæreditatem patris , ſiue ipſe , ſiue alter
poſſideat.

Dices hæc omnia vera eſſe , ſi extante ma- 10
trimonio vero , vel putatiuo filius natus ſit ex
vxore in domo mariti , ſimul cohabitantibus . &
vicinis id ſcientibus , vt docet Gaillus *obſeru.* 97.
num 1. Gratianus *tom.* 2. *cap.* 267. *num.* 32. Palaus
tom 3.*p.*2.*d.*3.*p* 5. *num* 8. Maſcardus, *de probationi-
bus concl* 788.*num.*1.*& concl.* 198. *num.*2.Paleotus
*cap.*21. Petrus Barboſa *in rubric. ſolut. matrim. p.*
1 *num* 19.*&* 20. & alij communiter, id enim ſuffi-
cit ad probandam filiationem , etſi vxor ſit con-
uicta de adulterio , ſeu habuiſſe conſuetudi-
nem cum adultero tempore conceptionis in do-
mo mariti , vt rectè concludit cum multis Palaus
ſuprà num. 5. imo etſi probetur alicuius vxorem
concubuiſſe cum decem ſcholaribus, ita cum mul-
tis Gaillus *obſeruat. quaſt.* 7. *num.* 7. Menochius
*caſu.*89.*num.* 20. Atqui hæc mulier concepit , &
peperit extra domum mariti , & poſt mortem
mariti nouem menſes , & decem dies , ergo fi-
lius non debet præſumi legitimus , ſed illegi-
timus.

Reſpondetur , non ſolum quando filius con- 11
ceptus , & natus eſt in domo patris deberi repu-
tari legitimum in caſibus aſſignatis , ſed etiamſi
vxor habitaret extra domum mariti in domo
adulteri , ſi maritus ad eam accedere ſolebat,
nam etiam tunc filius præſumitur mariti. Ita
Gaillus *obſeruat.* 97. *num.* 9. Paleotus *cap.* 14.
Menochius *dicto caſu* 89. *num.*2.*& præſumpt.* 54.
*num.*4.Maſcardus *conſil.* 788.*num.*9.Gratianus c.53.
*num.*8. Vaſquez *quaſt. illuſtr. cap.* 48. *num.*20. Et
idem dicendum eſt , licet habitaret vxor in lu-
panari tanquam meretrix , dummodo ad eam ſo-
leret accedere maritus , ita omnes præcitati DD.
Et ratio eſt , quia cum ipſa cauſa matrimonij con-
currat , etiam ipſe acceſſus , ſeu ipſa cohabitatio
mariti

mariti qua fieri poteſt vt filius ex ipſo mariro ſit procreatus ſufficit, vt filius illius reputetur, vt honeſtius præſumatur, & quia in dubio proli vt pote innocenti fauendum eſt, & hoc idem de nato ex muliere, licet habitandi in lupanari ad quam accedere ſoleret maritus admittit etiam Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 11. *num.* 340. nam cum filius inquit natus ſit in proſtibulo, nulla certa perſona oſtendi poteſt, ex quo potius præſumatur procreatus, quam ex marito.

12 Dices id verum eſſe, ſi vxor non continuo habitabat in domo adulteri; at ſi continuo habitabat in domo adulteri, & ibi concepit, & peperit, partus præſumitur illegitimus, & generatus ab adultero. Ita Capra *conſil.* 2. *numero* 2. Ancarranus *conſil.* 225. *num.* 5. Corneus *conſil.* 1. *num.* 22. *lib.* 2. Alexander *conſil.* 88. *num.* 14 *lib.* 7. Gozadinus *conſil.* 12 *num.* 22. Surdus *conſil.* 1. *n.* 44. & 57 *lib.* 1. & *cum multis præſumpt.* 57 *num.* 19. vbi dicit eſſe communem. Reſpondetur, quod nec in hoc caſu filius debet præſumi illegitimus, ſi aliàs maritus habebat liberum aditum ad vxorem, vt in præſenti habebat, ita Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 11 *num.* 402. Gailus *ſuprà*, Couarruuias *de ſponſalibus c.* 6 §. 3. *num.* 4?6. ſemper enim militat eadem ratio præſumptionis, ſi nihil aliud in contrarium ſit, nempe conſtantia matrimonij, quod legitimam prolem monſtrat, & fauor eiuſdem matrimonij, & prolis.

13 Nec obſtat quod mulier eo tempore, quo habuit maritum viuum nunquam pepererit, & ſtatim poſt mortem viri intra decem menſes pepeitiſſet. Reſpondetur namque id nihil obſtare, vt filius dicatur mariti natus in ea figura, & circumſtantia matrimonij, cum ſemper fauendum ſit in dubio legitimitati, & quod proli fauorabilius, & honorabilius eſt, ita Felinus *in cap. per tuas de probat.* Alciatus *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 57. *num* 8. Ruin. *conſil.* 53. *colum* 5 Maſcardus *conſil.* 788. *num.* 2. Paleotus *cap.* 24. *num.* 5. Menochius *de arbitris caſu.* 89. *n.* 1. Quæ procedunt etiamſi ſi vxor facta vidua in continenti poſt mortem viri effecta ſit concubina vnius ſæcularis, & intra nouem menſes peperit puerum; nam & in hoc caſu filius præſumitur mariti fauore legitimitatis, ita Vaſquez *quæſt. illuſtr. cap.* 48. *num.* 20. Baldus *in l. ſi mater Cod. de ſuis, & legit. hæred per d. l. miles*, § *defunct. ff ad leg. Iuliam de adult.* Franciſcus Cremenſis *ſingular.* 127. Maſcard. *conſil.* 788. *num*, 23 Quæ omnia vera ſunt etiam detur fama, ſeu exiſtimatio, & opinio communis filium eſſe adulterinum, id enim non tollit præſumptionem iuris: *dicta l. filium*, ita Abbas *in cap. accedem num.* 6. *de purg. canonic.* Mantica *conſil* 98. *colum.* 1. Maſcardus *conſil.* 788. *num.* 13. quia vbi agitur de graui præiudicio, fama non probat, vt poſt alios Puteus *deciſ.* 77. *num.* 6, *lib.* 2. *qui addit num.* 8. *alios allegans*, quod non ſolum ex ſola fama non poteſt quis illegitimus iudicare, ſed neque etiam ex fama cum vno teſte, Boſius *in opere morali p.* 2. *titul* 1 §. 43. *num.* 1455. excipe niſi concurrant ſimul aliæ coniecturæ, vt infra dicemus.

14 Nec obſtat id, quod ait peperiſſe poſt mortem mariti vltra nouem menſes. Reſpondetur namque, id nihil obſtare, vt filius dicatur legitimus, etiam ſi naſcatur non ſolum poſt nouem menſes, & decem dies, ſed nec ſi naſceretur intra integros decem menſes a morte viri, vt habetur *l. gallus in principio, ff. de liberis, & poſthumis, & l. inteſtato*, §. *poſt decem menſes, mortis ff de ſuis, & legit. hæred. & l.* 12. *tabularum*, & tenent Mynſingerus, *ſingular. obſeruat. cent.* 6. *obſeruat.* 40. *num.* 16. *alios Iuriſtas allegans* Layman *lib.* 5 *tract.* 19 *p* 2. *cap.* 5. *num.* 22. niſi aliud ſeu veroſimilis, & potens coniectura contrarium ſuadens obſtet, nam partus iuxta Medicorum, Philoſophorum, & Iuriſconſultorum communem ſententiam perficitur, & naſcitur ſpatio nouem, aut decem menſium lunarium, à conceptione, quod tale explicat Menochius *de arbitris caſu.* 89. *num.* 39. ac proinde filius natus intra dictum ſpatium à morte viri, vel à diuortio, præſumi debet mariti, Sceuola *in l. gallus in principio* ibi, *in decem menſibus proximis. ff, de liberis, & poſthumis*, & colligitur ex Vulpiano *in l. in teſtato*, §. *poſt decem de ſuis & legit. hæred.* Menochius *dicto caſu* 59. *num.* 40. *ad* 49.

Dices, ergo ſi mulier vidua effecta, ſtatim poſt mortem viri alteri nubat, & in nono, vel decimo menſe pariat, filius natus cenſendus eſt primi, & non poſterioris mariti. Reſpondeo, 15
relictis variis dicendi modis, de quibus conſule Boſium *in opere morali p.* 2. *tit.* 1. §. 43. *n.* 1466. quod ſi ex coniecturis non conſtet fœminam tempore mortis primi mariti eſſe prægnantem, nec aliunde veritas certo ſciri poſſit, tunc debere partum præſumi filium eius, in cuius domo natus eſt, ac per conſequens ſecundum filium illius, qui actualiter eſt in poſſeſſione matrimonij, ita colligitur *ex l. ſi vicinus, Cod. de nuptiis*, Baldus *in l. ſi mater, Cod de ſuis & legit. hæred* Barbos *conſil.* 162. *num.* 9. *lib.* 6. Menochius *de præſumptionibus, præſumpt.* 53. *num.* 19. Vaſquez 1. 2. *d.* 66. *cap.* 8. Salas *ibidem tract.* 8. *d. vnica ſect.* 4. *num.* 245. Palaus *tomo* 1. *tract.* 1. *d* 3. *p.* 5. *num.* 7. Breſſerus *de conſcientia lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 122. & ratio eſt, quia habenda eſt ratio eius, qui eſt in actuali poſſeſſione matrimonij, potius quam alterius mariti defuncti, niſi aliunde conſtet contrarium; putà de impotentia coeundi, ſeu generandi ſecundi mariti, nam in dubio poſſeſſio actualis præualere debet, quod ſi filius natus eſſet vitalis ante ſeptimum menſem à ſecundis nuptiis, tunc iudicandus eſſet primi mariti.

16 Nec inde inferri poteſt, quod ſit filius intra decem menſes à morte mariti naſcatur in domo adulteri, propter eandem rationem. Nam huic illationi: Reſpondetur, dari diuerſam rationem, nam in caſu dubij actualis poſſeſſio matrimonij, præualet, nec hoc reſultat in detrimentum filij, quoad legitimitatem, nam ſiue vnius, ſiue alterius mariti dicatur filius, ſemper eſt legitimus, at adulter nec erat in actuali poſſeſſione matrimonij, & illud reſultat in damnum prolis. Ita Boſius *ſuprà*, *n.* 1274.

17 Dixi niſi aliud, ſeu veroſimilis, & potens coniectura contrarium ſuadens obſtet, nam ſi probetur maritum tempore conceptionis non concubuiſſe cum vxore, vel propter diuturnam abſentiam, vel morbum, aut valetudinem, vel aliud impedimentum, putà ſenectutis, aut nimiæ frigiditatis, tunc filius non debet præſumi mariti, ſed adulteri, ita habetur: *l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, Gallus *lib.* 1. *obſeruat.* 97 *num.* 16. & 20. Menochius *de arbitr. caſu* 89. *num.* 40. & 45. Paleotus *dicto cap.* 24 *n.* 3. Couarruuias *de ſponſalibus, cap.* 6. §. 3. *num.* 8.

Vaſquius

Vaſquius *quaſt. illuſtr. cap.48.num 26.* & idem dicendum eſt, ſi conſtet tempore conceptionis maritum non habuiſſe facultatem accedendi, vel non acceſſiſſe ad vxorem extra domum mariti habitantem, nam tunc acceſſum probare debet, qui partum illum aſſerit eſſe filium mariti. ita poſt Salicetum Abbatem Caſtrenſem. Alciatum, Menochius *præſumptione 53.num.19.* & alij, quos refert, & ſequitur Petra q. 11. n.400.

18 Et idem dicendum eſt, ſi maritus raro accederet ad vxorem in domo adulteri habitantem, nam tunc ex ea natus potius præſumitur filius adulteri, qui frequentius cum muliere verſabatur, quam mariti, ita Alciatus *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 37. num* 11. Petra *de fideicommiſſ. quaſt.* 11 *num.*401. Maſcardus *conſil.* 788. *n.* 11. Quamuis alij etiam in hoc caſu probabilius exiſtiment cenſendum eſſe filium mariti, nam cum conſtet maritum ad eam, licet rarò, acceſſiſſe, potiùs præſumendus eſt filius mariti, quam adulteri, in fauorem matrimonij, ita cum Paleoto, Vaſquio, & aliis Boſius *ſuprà n.*1473.

Non debet etiam præſumi filius mariti, ſi dentur aliæ plures coniecturæ contrariæ, vt ſi filius fuiſſet educatus, tractatus, nominatus, legitimatus, inſtitutus, tanquam filius adulteri, & etiam concurrat vox publica, & fama viciniæ, ſeu talis reputetur à vicinis, maxime ſi etiam natus eſſet in domo adulteri, & multo magis ſi tanquam eius filius baptizatus, prædicta omnia marito approbante, ſeu permittente, & nullo modo contradicente, atque ita tanquam filius adulterinus haberetur, non ſolum à matre adultera, & ab eodem filio, & à vicinis, ſed etiam ab ipſo marito, hoc enim caſu præſumeretur filius adulteri. Ita Paulus de Caſtro *conſil.* 115. *lib.* 1. Hipolitus *in l.* 1 *§ ad quaſtionem de quaſtionibus,* Ancharanus, *conſil.* 225. *ſecundo dubio* Corneus *conſil.* 1. *colum.*3. Alexander *conſil.*88. *num.*7. *vol.*7. Barbaria *conſil.*68. *vol.*4. & cum aliis Boſius *ſuprà num.* 1478. omnes enim illæ coniecturæ ſimul ſumptæ, illidunt præſumptionem iuris de legitimitate.

19 Ex quibus omnibus ſic diligenter præpenſis, exiſtimo prædictum adoleſcentem, de quo eſt quæſtio in præſenti reputandum eſſe filium Franciſci, & non Antonij, ac per conſequens cenſendum eſſe legitimum, & abſque ſanguine maculato productum, non obſtante fama concubinatus matris illius, nec obſtanti quod fuerit etiam poſt matrimonium contractum concubina Antonij ſanguine Iudæorum maculati, nec obſtanti quod peperit poſt nouem menſes & decem dies à morte viri, vt in ſuperioribus probatum manet; Et ratio eſt, quia ſola fama, & communis opinio adulterij non ſufficit vt ſupra probauimus, nec etiam ſufficit quod illa ante mortem viri non conceperit, cum matrimonium per ſolum vnum annum durauerit, vnde accidere potuit, quod per paucos dies ante mortem maritus filium genuiſſet, nec etiam obſtat quod illa per totum tempus matrimonij habitaſſet in domo adulteri, ſi quidem ibi habebat etiam eius maritus acceſſum ad illam, quando volebat *vt ſuprà* diximus.

Verum licet hæc ſtando in citatis iuribus ita ſint, prædictæ tamen religioni conſilium non darem vt talem adoleſcentem intra ſe reciperent, nec ego ſi prælatus fuiſſem illum ad ſtatum religioſum recipitem, non obſtanti, quod ille ad id
habeat ius, vt admittatur vt docet Galliaula *in rubric ff de verbor. obligat. n.* 161. Maſcardus *dicto*
conſil. 881 *n.* 10. & Palaus *d. p.* 5. *n.*4. Boſius *ſuprà*
n. 1420. Nam licet hæc omnia ſecundum ius ita ſint, 20
maxima tamen remanet apud cordatos ſuſpicio,
quod prædictus adoleſcens ſit illegitimus, & per
conſequens ex ſanguine maculato procedens, &
cum Religio non teneatur illum recipere, non eſt
cur in tali dubio ſe periculo recipiendi Heoræum 21
exponatur, ſecus dicerem, ſi adoleſcens iam eſſet
receptus, nam tunc cum iam ſit in poſſeſſione
illius ſtatus debet manuteneri in ſua poſſeſſione,
donec ab opponente contrarium probetur, ita Gal-
liaulam *in rubricam ff. de verbor. obligat. num.* 161. 22
Maſcardus *conſil.* 881. *n.*9. *& conſil.* 595 *n* 8. Rota
deciſ. 1. *in antiquis*, Menochius *de præſumpt.*
præſumpt. 54. *n* 54. Boſius *in opere morali part.* 2.
tittul. 1. §. 43. *n.* 1419.

CONSVLTVM LXVIII.

De quodam qui perdidit teſtamentum, vel aliud publicum inſtrumentum, ex cuius amiſſione ſibi reſultat amiſſio hæreditatis, an conficiendo priuatim occultè aliud omnino ſimile peccet mortaliter, & teneatur ad reſtitutionem?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Notarius faciens inſtrumentum falſum peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem.*
3 *Notarius ſi priuatim inſtrumenta deperdita conficiat, & ſi deperditis ſint omnino & in omnibus ſimilia peccat mortaliter.*
4 *Probabile eſt hominem particularem conficientem inſtrumentum publicum omnino ſimile deperdito, non peccare mortaliter.*
5 *Sententia authoris eſt contraria, & probabilior.*
6 *Contraria non caret ſua probabilitate.*
7 *Referuntur DD. pro hac ſententia.*
8 *Iſte homo conficiendo tale inſtrumentum, non commiſit crimen falſi.*
9 *In quo conſiſtat crimen falſi?*
10 *Ponitur argumentum in contrarium, & illius ſolutio.*
11 *Ponitur aliud argumentum, & illius ſolutio.*
12 *Ponitur aliud argumentum, & illius ſolutio.*
13 *Conficiens tale inſtrumentum, ſi illius delictum ſciatur, puniendus eſt.*
14 *Præſumendus eſt vehementer in foro exteriori falſarius.*
15 *In foro conſcientiæ, ſolum veritas attenditur.*
16 *Si tale inſtrumentum fiat aliis ſcientibus, continebit malitiam ſcandali, & contemptus legis.*
17 *Si caute fiat, & à nemine ſciatur, ab his extrinſecis malitiis denudabitur.*
18 *Conficiens tale teſtamentum non tenetur reſtituere maioratum ſibi ob tale inſtrumentum adiudicatum.*
19 *Qui in compenſatione oculta omiſit aliquam*

circum

circumſtantiam poſtulatam à doctoribus, licet peccauerit, non tenetur tamen rem compenſatam reſtituere.

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

2 PEtrvs habebat antiquum teſtamentum inſtitutoris cuiuſdam maioratus, quod ei dabat certum ius ad ſuccedendum in dicto maioratu. Accidit quod cum combureret quaſdam papyros inter eas combuſſit prædictum teſtamentum, & ob defectum illius maioratus abſque dubio alteri adiudicandus erat, quapropter Petrus neceſſitate compulſus alterum omnino ſimile fecit teſtamentum alteri combuſto, quo viſo exiſtimantes iudices ipſum eſſe teſtamentum antiquum inſtitutoris illius maioratus, ei maioratum adiudicarunt, ipſe tamen Petrus ſcrupulis agitatus.

Quæſiuit à me, an in confectione illius teſtamenti peccauerit mortaliter, & an maioratum ſibi ob illud teſtamentum confictum, adiudicatum teneatur reſtituere.

RESPONSIO AVTHORIS.

1 PRo huius caſus ſolutione ſuppono conficientem talem ſcripturam non eſſe tabellionem, ſeu notarium, hic enim non ſolum peccat mortaliter cum onere reſtitutionis, ſi falſa inſtrumenta in damnum alicuius conficiat, ſed etiam ſi priuatim inſtrumenta conficiat abſque authoritate publica; quamuis ex eis nulli damnum inferatur, peccat enim contra ſui muneris fidelitatem reipublicæ promiſſam, & debitam, cum tabellio habeat publicam authoritatem inſcribendi inſtrumenta, vt
3 bene notat Machado, *tomo 2. de perfecto confeſſore, libro 6. p. 3. tract. 2. docum. 2.* Trullenc. *tom. 2. in præcepta Decalogi. lib. 7. cap. 2. dub. 2.* & alij. Difficultas igitur ſolum eſt de eo, qui priuatim ſcripturam deperditam abſque vlla additione confecit, ſed eandem prorſus tranſcripſit: his ſuppoſitis,

4 Reſpondi ſatis probabile eſſe prædictum Franciſcum non peccaſſe mortaliter conficiendo tale teſtamentum omnino ſimile deperdito. Dixi ſatis pro-
5 babile eſſe; quia ſtando in mea opinione confectio talis inſtrumenti eſt peccatum mortale cuius ratio eſt, quia talis ficta confectio inſtrumenti continet peccatum contra virtutem veritatis cum rei publicæ pernicie, ſed intentare mendacio perniciem reipublicæ non poteſt non eſſe peccatum mortale; ergo talis confectio inſtrumenti eſt grauiter peccaminoſa. Verum quia hæc ratio licet ſatis firma ſuam po-
6 teſt habere explicationem, vt ſtatim videbimus, ideo dico ſatis probabile eſſe, prædictum Franciſcum conficiendo tale teſtamentum non peccaſſe mortaliter.

7 Hanc ſententiam docet Caietanus, *in ſumma verbo falſarius*, Emmanuel Saà, *in ſumma verbo falſarius*, Nauarrus, *in ſumma Latina. cap. 17. n. 168.* Mendo, *in ſtatera opinionum diſſert. 13. q. 16. n. 252.* Fauent qui aſſerunt non eſſe falſarium, qui mutat ſcripturam in aliqua re dummodo veritati innitatur, hi ſunt Iulius Clarus, *lib. 4. § falſum, n. 34.* Grammaticus, *in voto 26. n. 12.* Craueta, *conſil. 46. n. 8.* Corneus, *conſil. 26. n. 15.* Alciatus, *conſil. 461. n. 6.* Menochius, *de præſumptionibus, lib. 5. præſumptione 20. n. 52.* Gyprius, *tract. de caſuum reſeruatis, cap. 13. conſil. 7. n. 7.* vbi ait quod amiſſo inſtrumento in quo teſtis ſubſcripſerat, ſi nouum conficiatur, poſſe ſubſcriptionem ſimilem primæ apponi, ità refertur à Diana cum aliis, *p. 5. tract. 14. reſol. 40.* Fauent etiam illi, qui dicunt quod deperdita ſcriptura priuata, ſeu ſyngrapha, non eſſe peccatum mortale aliam ſimilem conficere: hi ſunt Mazucb. *tr. de caſibus reſeruatis, d. 2. cap 28. q. 2. n. 33.* & alij.

Ratio huius reſolutionis eſt, quia iſte homo conficiendo tale inſtrumentum non commiſit crimen falſi, ſed non datur aliud crimen graue, quod in confectione illius inſtrumenti poſſet committere; ergo conficiendo tale inſtrumentum non peccauit mortaliter; Maior in qua eſt difficultas pro- 9
batur. Quia crimen falſi eſt peruerſio veritatis cum dolo, & alterius iactura, vt ait Sylueſter, *verbo Falſarius, n. 1.* Sed qui deperdito teſtamento, vel alia ſcriptura publica, ei aliam omnino ſimilem confecit, non peruertit veritatem cum dolo, vel alterius iactura; ergo non committit crimen falſi. Minor in qua eſt difficultas probatur, quia imprimis non datur dolus, cum reuera antea præceſſerit verum teſtamentum, nec iactura alicuius, ſiquidem ſolum conficitur omnino ſimile inſtrumentum deperdito, vnde idemmet ius, quod ex primo habebatur, & non aliud, habetur ex ſecundo; ergo cum ea teſtamenti ſubſtitutio nulli obſit, & proſit illud conficienti, non eſt vnde in eo dolus arguatur, nec iactura alterius.

Dices dari iacturam, & iniuſtitiam contra rem 10
publicam; ſed contra, quia hæc iactura contra bonum commune reipublicæ eſt generalis, & communis, & neceſſario reperitur in omni ſcriptura priuatim confecta. Leges autem prohibentes inſtrumenta publica priuatim confici, non intendunt hanc iacturam generalem, ſed iacturam ſpecialem, in qua dolus, & iactura alicuius reperiatur, aut quod in eis aliquid apponatur priuatim, quod authoritate publica non fuit appoſitum, ſiquidem ex eis ſolum inſtrumentis ruinam pateretur bonum commune, & priuatum, non autem ex ſcriptura in qua nihil contra veritatem, vel in præiudicium alterius imponitur, ſed ſolum veritas, quæ in primo inſtrumento erat de nouo inſcribitur, ſed iſte homo eandem prorſus ſcripturam tranſcripſit; ergo non incurrit crimen falſi, ac per conſequens non peccauit mortaliter.

Dices, iſte homo conficiendo tale inſtrumen- 11
tum intendit deceptionem iudicum, qui ei prædictum maioratum ex vi talis inſtrumenti adiudicandi ſunt; ſed deceptio iudicum eſt contra bonum commune; ergo talis homo committit crimen falſi. Reſpondetur conceſſo maiori, diſtinguendo minorem, deceptio iudicum eſt contra bonum commune, quando deceptio eſt cum dolo, & iactura alterius concedo, quando non continet dolum, vel iacturam alterius nego, in præſenti autem hæc deceptio pro ſubtracto, vel materia illius non continet falſitatem, vel iacturam alterius, cum inſtrumentum productum nihil aliud contineat, quam id quod antiquum continebat. Fateor ſic decipientem iudices peccare venialiter contra veritatem, ſed quia talis deceptio nec eſt iurata, nec eſt in damnum alicuius, ſolum eſt mendacium leue, ſicut pœnitens, ſi interrogetur à Confeſſore de aliquo non pertinente ad confeſſionem, & illud neget, peccabit quidem contra veritatem, & decipiet confeſſarium, quia tamen talis res negata non continebat aliquid pertinens ad præſentem confeſſionem, nec in damnum alterius, tantum erit culpa venialis, ſic ergo

in præſenti, licet illa confectio inſtrumenti iudices
decipiat, quia tamen non continet aliquid dolo-
ſum, nec in præiudicium alterius, non erit culpa
grauis falſi, ſed tantum venialis.
12 Dices, ergo talis confectio inſtrumenti nec
etiam culpam venialem contra veritatem contine-
bit, patet illatio, quia mendacium eſt aliquid
proferre, contra id quod quis habet in mente; ſed
iſte homo nihil aliud fecit faciendo illud inſtru-
mentum quam ponere in executione id, quod ha-
bebat in mente, ſcilicet tranſcribere id, quod re-
uera continebatur in inſtrumento deperdito; Er-
go faciendo tale inſtrumentum non commiſit cri-
men mendacij. Nec obſtat quod ex tali confe-
ctione inſtrumenti alij decipiantur putantes eſſe
idem, nam eorum deceptionem non intendit con-
ficiens inſtrumentum, ſed ſolum intendit recu-
perare ſuum maioratum, honorem, aut famam,
quod autem inde aliorum ſequatur deceptio, id
per accidens eſt, cum id à conficiente inſtrumen-
tum non intendatur.
Reſpondetur negando illationem, ad proba-
tionem, conceſſa maiori, ad minorem bene ibi reſ-
ponſum eſt. Ad probationem in contrarium reſ-
pondetur conficientem inſtrumentum non ſo-
lum primario, & per ſe intendere recuperare bo-
na ſua, ſed alios decipere, ſiquidem primo, &
per ſe intendit aliis perſuadere illud teſtamentum
eſſe primum authoritate publica confectum, ſi-
quidem aliter inſtrumentum eius fieri ad nihil de-
ſeruiret, niſi quatenus exiſtimatur primum, &
legale, ſed iſta deceptio eſt inſeparabilis à con-
fectione inſtrumenti, nec reſultat per accidens, ſed
primario à conficiente intenditur, ſiquidem ſine
illa non poteſt adipiſci bona, quæ intendit;
ergo ſic conficiens teſtamentum peccat contra
veritatem, non tamen commiſit peccatum mor-
tale, quia vt diximus, tale mendacium, nec iuratur,
nec eſt in damnum alterius.
13 Hinc fit conficientem tale inſtrumentum pu-
niendum fore, ſi in hac falſitate deprehendatur,
ſiquidem forum exterius ſemper contra eum præ-
14 ſumet talia inſtrumenta non continere id, quod
inſtrumenta deperdita continebant, ſed eſſe de
nouo doloſè confecta, & ſic conficientem ſolere
falſa inſtrumenta priuatim conficere, & ita per in-
dicia vehementia falſarius cenſebitur, & vt ta-
lis punietur; At in foro conſcientiæ in quo ſo-
lum veritas attenditur, ſi conficiens tale inſtru-
15 mentum nihil addidit, vel detraxit de primo inſtru-
mento, ſed fideliter quidquid in altero deperdito
erat in hoc tranſcripſit, non peccauit mortaliter,
quantum eſt ex vi confectionis inſtrumenti. Dixi
ex vi confectionis inſtrumenti, nam ſi tale inſtru-
mentum non fuerit factum cum ſummo ſecreto,
16 dabitur peccatum ſcandali, cum ignorantibus ani-
mum, & finem poſſit apparere falſificatio, & ad
ruinam impellere ſeu excitare ad alia inſtrumenta
doloſa conficienda, quia & contemptus legum
ac publicæ authoritatis ex ea actione dimanare
poſſet, verum hæc omnia ſunt extrinſeca, & de
his non loquimur, ſed ſolum loquimur de ipſa
actione conficiendi inſtrumentum priuatim, in
17 locum alterius amiſſi, prædicta enim quæ ex hac
actione poſſunt dimanare omnia tollentur, ſi in-
ſtrumentum ſecretiſſimè, & omni cautela
fieret.
Secundo fit conficientem tale inſtrumentum
18 non teneri reſtituere maioratum ei ex tali inſtru-
mento adiudicatum, nam cum in foro conſcientiæ
ad illum re ipſa pertineat, licet alias ille hoc il-
licito medio procurauerit conſecutionem illius,
licet alias id nullo modo ſit conſulendum ante fa-
ctum, cum patratio venialis nunquam ſit conſu- 19
lenda, ſuppoſito tamen peracto, poteſt licite poſſi-
dere maioratum, ſicut ſi quis rem ſuam non poſ-
ſet aliter recuperare, niſi compenſando ſe occul-
te, nam is ſi compenſationem occultam fecerit,
non ſeruatis conditionibus à Doctoribus requiſi-
tis ad licitam occultam compenſationem, pecca-
bit quidem, rem tamen non tenebitur reſtituere,
ſed eam retinere poteſt, nemo enim tenetur re-
ſtituere quod ſuum eſt, licet medio illicito acqui-
ſierit, ita cum Medina, Leſſio, Vaſquio, & aliis Lu-
go, *de iuſtitia*, *d.* 16. *num.* 108. Sic ergo in præ-
ſenti philoſophandum eſt.

CONSVLTVM LXIX.

*De fœminis intrantibus clauſuram Religioſo-
rum ſine prætextu priuilegiorum, an pec-
cent mortaliter, & incurrant aliquam
cenſuram?*

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſiue factum.*
2 *Fœminæ intrantes clauſuram religioſorum,
etiam ſine prætextu priuilegiorum in multo-
rum ſententia peccant mortaliter, & incur-
runt excommunicationem.*
3 *Probatur ex motu Pij V.*
4 *Talis motus fuit promulgatus.*
5 *Ignorantia etiam affectata in hoc caſu excuſat
à cenſura.*
6 *Quoties in motu proprio poſtulatur præſumptio
ignorantia, etiam affectata, excuſat ab in-
curſu cenſurarum.*
7 *Probabile eſt mulieres intrantes clauſuram reli-
gioſorum abſque prætextu priuilegiorum, nec
peccare mortaliter, ſecluſa intentione mali
finis, nec incurrere aliquam cenſuram.*
8 *Motus Pij V. nec fuit authenticus, nec fuit
promulgatus.*
9 *Religioſi admittentes tales fœminas intra clau-
ſuram ſine prætextu priuilegiorum, nec in-
currunt ſuſpenſionem à diuinis, nec priua-
tionem ab officio.*
10 *Tales religioſi ſic fœminas intra clauſuram ad-
mittentes, incurrunt pœnas poſitas in conſtitu-
tionibus ſuæ religionis.*
11 *Noſtri religioſi admittentes tales fœminas incur-
rant priuationem ab officio, & excommunica-
tionem.*
12 *Conuentuales noſtrorum eremorum peccant mor-
taliter, & incurrant excommunicationem
fœminas admittentes intra clauſuram eremo-
rum, etſi non ſint prætextu priuilegiorum.*
13 *Motus Pij V. caſu quod obligaſſet, non comprehen-
dit Imperatrices, vel reginas, vel earum filias.*
14 *Imperatrices, Reges, & Imperatores, & eorum fi-
lij, & filiæ, poſſunt intrare clauſurã monialium.*
15 *Fundatrices poſſunt intrare clauſurã religioſorũ.*
16 *Fœminæ poſſunt ingredi clauſtra religioſorum in
aliquibus caſibus.*

17 *Si ingreſſa diuertantur ad interiora conuentus non incurrunt excommunicationem.*

18 *Nuncius poteſt concedere fœminis licentiam ingrediendi clauſuram religioſorum.*

19 *Quando regina, vel alia fœmina ex priuilegio ingreditur clauſuram religioſorum, poſſunt eam aliæ fœminæ comitari, quantum neceſſarium fuerit ad eius ornatum decentem.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVADAM fœmina abſque prætextu priuilegiorum ingreſſa eſt quoddam monaſterium Religioſorum ex curioſitate illud videndi abſque malo fine.

Quæſiuit à me, an peccauerit mortaliter, & incurrerit aliquam cenſuram.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 REſpondi plures Doctores aſſerere fœminas intrantes clauſuram religioſorum etiam abſque prætextu licentiarum, ſed temere, & cum præſumptione, etiamſi fuerit ex curioſitate abſque intentione mali finis peccare mortaliter, & incurrere excommunicationem Pontifici reſeruatam. Ita Sanchez, *in opere morali, lib.6. cap.17.* Gibalinus, Comitolus, Pelizarius, Palaus, Henriquez, Tamburinus, quos refert, & ſequitur Andreas Mendo, *in ſtaterà opinionum, diſſert. 13. q. 13. n. 170.* quorum ratio eſt.

3 Quia licet Gregorius XIII. ſolum prohibuerit huiuſmodi ingreſſum fœminis reſpectu Monaſteriorum virorum quando fit ſub prætextu alicuius Priuilegij, poſtea Pius V. in quodam motu proprio, qui incipit Romanus Pontifex, *edito 16. Iulij* 1570. declarauit mentem Gregorij, non ſolum comprehendere fœminas, quæ prætextu priuilegiorum prætendant intrare dicta Monaſteria, ſed etiam omnes, & quaſcunque fœminas, alias tam in genere, quam in ſpecie, & eundem tenorem continet quædam declaratio ſacræ Congregationis, quam refert Quaranta, *verbo monaſteria, & conuentus, vol.* 2. Ergo ſiue prædictæ fœminæ intrent prætextu priuilegiorum, ſiue illo, ſemper peccant mortaliter, & incurrunt excommunicationem Pontifici reſeruatam.

4 Nec obſtat id, quod communiter dicunt aduerſarij, ſcilicet motum Pij V. non fuiſſe promulgatum: nam iſte motus eadem ſolemnitate, qua primus fuit promulgatus, & habetur inter motus proprios huius Pontificis, & praxi Pœnitentiariæ Romanæ oſtendit eum motum proprium vigere, addunt tamen prædicti Doctores huiuſmodi fœminas intrantes clauſuram religioſorum ſine prætextu priuilegiorum excuſari ab hac cenſura, ſi bona fides; vel ignorantia etiam

5 vincibilis craſſa, & ſupina, vel etiam affectata eas comitetur, nam cum in dictis motibus petatur præſumptio in intrante clauſuram quælibet

6 ex prædictis ignorantiis excuſat ab incurſu cenſuræ. Ita cum aliis Mendo, *ſuprà, n. 173.*

7 Verum licet hæc ſententia ſatis probabilis ſit, & vt talis ſemper conſulenda. Contraria tamen quæ aſſerit mulieres intrantes clauſuram virorum ſine prætextu priuilegiorum, ſi excludatur circunſtantia praui finis, ſcandali, violentiæ, vel iniuriæ Monaſterio illatæ, non peccare mortaliter, nec incurrere, excommunicationem Papæ reſeruatam, non caret ſua probabilitate, eam tenent Rodriguez, *tom. 1. q. 47. art. 1.* Pheliarchus, *de officio Sacerdotum tom. 1. p. 1. lib. 3. cap. 30.* Zerola, *in praxi Epiſcoporum in ſecunda editione, p. 1. verbo moniales*, ad octauum quæſitum, Saïrus, *de cenſuris, lib. 3. cap. 31. num. 10.* Layman, *libro 4. tractatu 5. cap. 12. numero 4.* Suarez, *tomo 5. de cenſuris. diſput. 22. ſect. 6.* & alij quos refert, & ſequitur Delbene, *tom. 2. cap. 19. dub. 76 num. 5.*

Ratio eſt, quia in Bulla Gregorij XIII. excommunicatio fertur contra fœminas præſumentes ingredi Monaſteria virorum prætextu priuilegiorum; ergo cæteræ fœminæ non intrantes cum tali prætextu non comprehenduntur in tali cenſura. Patet conſequentia quia excommunicatio vtpote odioſa non eſt amplianda. Nec obſtat id, quod dicunt contrarij Doctores, de Motu Pij V qui mentem Gregorij XIII. explicauit, & extendit ad omnes fœminas, etiam intrantes ſine prætextu priuilegiorum. Reſpondetur namque de hac declaratione, & motu Pij V. non conſtare authentice, nec fuiſſe promulgatum. Ita cum Suario, Rodriguez, Sairo, Miranda, Barboſa, Zecchio, Coriolano, Bonacina, Nauarro, Beja, & aliis Delbene. *tom. 2. cap. 19. dub. 58. num.* 8. Nec obſtat quod talis motus contineatur inter motus huius Pontificis, nam multi motus proprij, & bullæ ibi continentur, quæ alias nunquam fuere receptæ, nec promulgatæ. 8

Et idem dicendum eſt de religioſis tales fœminas intra clauſuram ſuorum Monaſteriorum admitentibus abſque prætextu priuilegiorum, nam licet iuxta motum Gregorij XIII. Religioſi qui præſumunt intromittere, vel admittere fœminas intra clauſuram incurrant ipſo facto ſuſpenſionem à diuinis, & priuationem officiorum, atque inhabilitatem ad illa, & alia in poſterum obtinenda, talis pœna ſolum eſt reſpectu eorum, qui eas admittunt vel introducunt prætextu alicuius priuilegij; non tamen quando abſque tali prætextu, eas admittunt, vt aduertit cum Bonacina, Mendo, *ſuprà; num.* 174. & hoc etiam ſtando in contraria ſententia; quidquid in contrarium dicat Filiucius, *tract. 15. q. 9. num.* 119. 9

Aduerte tamen 1. quod licet prædicti Religioſi tales fœminas admittentes ſine prætextu priuilegiorum non incurrant dictas pœnas à Gregorio XIII. impoſitas, incurrere pœnas impoſitas in ſuis legibus, & conſtitutionibus. Vnde ſi ſtatuta tantum contineant pœnam, hanc ſolum incurrunt; ſi vero contineant peccatum, vel cenſuram, ad hanc etiam obligabantur, vt aduenit cum aliis Delbene, *ſuprà. n.* 6. Vnde cum *in noſtris conſtitutionibus p. 1. cap. 9. n. 8.* imponatur præceptum, & excommunicatio admittentibus mulieres intra ſolam clauſuram hanc abſque dubis incurrent, vt diximus, *in noſtro Directorio regularium. 3. d. 6. ſect. 5. §. 3. n. 683.* & idem dicendum eſt de admittentibus fœminas intra ſepta noſtrorum eremorum vt patet, ex 2. *p. cap. 8 §. 3. n.* 9. vbi lex ponit præceptum, & excommunicationem permittentibus mulieres ingredi clauſuram noſtrorum eremorum. 10 11 12

Aduerte. 2. Quod dato quod motus Pij V.

13 obligaſſet, hæc prohibitio non comprehendit
Imperatrices, nec Reginas, aut illarum filias, ita
Suarez, *tom 5 de cenſuris. d. 22. ſect. 6. num. 22.*
Sanchez, *in opere naturali, lib. 6. cap. 17. n. 9.* Imo
Imperatores, reges, Imperatrices, [& reginæ], &
14 illarum filij, & filiæ, non ſolum virorum, ſed etiam
monialium clauſuram ingredi valent, ita Rodri-
guez, Sanchez, Palaus, Gibulinus, & alij quos re-
15 fert, & ſequitur Mendo *ſuprà, n. 175.* Imo aliqui
dicunt Fundatrices poſſe ingredi monaſteria re-
ligioſorum, ita cum Palao, Gibalino, Bonacina;
Mendo, *ſupra, n. 176.*

Poſſunt etiam fœminæ ingredi claoſtra mona-
16 ſteriorum religioſorum, quando in eis fiunt pro-
ceſſiones, aut aliquæ feſtæ, ob quas clauſtra or-
nantur, etſi in clauſtris ſint capellæ, & ibi diui-
na celebrentur. Ita declarauit Pius V. vt cum Ro-
driguez, Quaranta. & aliis notat Mendo, *ſuprà,*
n. 178. Imo aliqui dicunt poſſe fœminas ingredi
dicta clauſtra, ſi ibi in aliqua capella dicatur Miſ-
ſa, vel veſperæ, vel officium defunctorum, vel
cum datur habitus nouitio, ita Texeda, Portel, Pe-
lizarius, quos refert, Diana, *p. 7. tract. 12. reſol. 6.*
& p 9. tract. 7. reſol. 55. An autem ſi mulieres in
17 caſibus permiſſis ad clauſtra ingreſſæ ad alia lo-
ca Monaſterij progrediantur, incurrant dictam
cenſuram, affirmat Mendo, *ſuprà, n.* 178. Ve-
rum alij dicunt non incurrere, quia cenſura lata
eſt contra præſumentes ingredi, illæ autem ſolum
illicite immorantur, non autem illicite ingreſſæ
ſunt, ita cum Bonacina, Diana, *p. 4. tract. 4. re-*
ſolut. 174.

18 An autem Nuncius poſſit concedere fœminis
licentiam ingrediendi monaſteria virorum? Reſ-
pondeo affirmatiue, habet enim hanc à Ponti-
fice poteſtatem, ita Mendo, *ſuprà. n.* 178. Quan-
do autem aliqua fœmina, vt regina, vel alia ex
priuilegio ingreditur Monaſteria virorum, cum
ea poſſunt ingredi aliæ fœminæ, quæ ad de-
centem eius comitatum neceſſariæ ſunt, cum ſit
quid annexum, nec poteſt præſumi, aut credi
19 Pontifices prohibentes ingreſſum fœminarum in-
tra Monaſteria virorum, velle quod ſi aliqua ex
20 priuilegio ingrediatur, decenter comitata non
incedat ita Mendo, *ſuprà, n.* 180.

CONSVLTVM LXX.

De quodam qui non impediuit cum poſſet mortem filij ſui, an incurrerit irregularitatem.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Pater non impediens mortem filij cum poſſet, multorum ſententia incurrit irregularitatem.*
3 *Contraria ſententia eſt ſatis probabilis.*
4 *Irregularitas non incurritur niſi ad mortem detur concurſus poſitiuus.*
5 *Pater qui filium occidit petendo diſpenſationem ſuper irregularitate non tenetur declarare occiſum fuiſſe filium ſuum.*
6 *Qualitas perſonæ, quoad irregularitatem, eſt quid extrinſecum, & accidentale.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

PETRVS rem habuit cum Maria, & cum ab 1
eo eſſet grauidata ei dixit Maria ſe velle
procurare abortum, Petrus nihil ei re-
ſponderat, ſed tacuit, quod videns Maria abortum
procurauit, & conſecuta fuit, cum autem abortiret,
abortiuit filium adhuc viuum, Petrus autem ſciens
illam abortiſſe filium viuum, acceſſit ad domum
Mariæ, & abſque baptiſmo puerum occidit, ne
caſu à vicinis deprehenderetur, quibus peractis,
Petrus vult ſacros ordines ſuſcipere, quia tamen
eſt irregularis.

Quærit primo, An non impediendo abortum
huius mulieris, ſed tacendo, cum illa ei dixit ſe
velle procurare abortum incurrerit irregularita-
tem: ſecundo, An dato quod non incurrerit, in
poſtulatione diſpenſationis irregularitatis, quam
contraxit ex occiſione illa infantis, teneatur de-
clarare infantem occiſum eſſe ſuum filium, & fuiſ-
ſe occiſum abſque baptiſmo, vel ſufficiat dicere
ſe hominem occidiſſe,

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

PRimo quæſito reſpondi multos Doctores di- 2
xiſſe ſcientem fœminam à ſe grauidatam
abortum procurare, & id non impedientem cum
poſſet, fieri irregularem. Ita Syluester, Nauarr. San-
chez, Reginaldus, Bonacina, Sà, Portel. Bariol.
Rodriguez, Layman quos refert Diana, *tom. 4. tract.*
de irregularitate; reſol. 8. Quorum ratio eſt, quia
pater tenetur defendere, & ſeruare vitam filij,
eiuſque occiſionem impedire; verùm licet hæc 3
ſententia ſecurior ſit, ſatis probabile eſt patrem
non impedientem mortem filij non incurrere ir-
regularitatem. Ita Turrianus, *de cenſuris, lib. 9. d. 63.*
dub. 3. Hurtado, *de irregularitate, d. 2. difficult. 9.*
num. 34. Bauni, *tom. 2. tract. 11. q. 32. dicto 2.* Conin-
chus, Præpoſitus, Vaſquez, & alij, quos refert, &
ſequitur Diana, *p. 4. tract. 2. reſol. 7. & p. 7. tract. 5.*
reſol. 28. Lugo, *de iuſtitia. d. 10. tom. 1 ſect. 1. n.* 222.

Ratio eſt, quia pater, ſiue ex iuſtitia, ſiue ex
pietate ſola teneatur ad defenſionem vitæ filij; 4
non impediendo tamen illius mortem, poſitiue
non concurrit, nec cooperatus eſt ad illius mor-
tem, ſed ſolum mere negatiue, non defendendo,
quem defendere tenebatur; ſed irregularitas ſo-
lum incurritur per cooperationem poſitiuam, ad
homicidium; ergo cum Franciſcus ſolum negatiue
concurrerit ad filij mortem, nullo modo incurrit
irregularitatem minor in qua eſt difficultas pro-
batur, quia irregularitas ex homicidio, ſolum in-
curritur ab eo qui vere occidit; ſed qui nullum
influxum habuit in homicidium non poteſt dici
occidiſſe; ergo cum hic pater nullum influxum po-
ſitiuum haberet in homicidium filij: non incurrit
irregularitatem. Hinc fit ſcientem alios velle oc-
cidere aliquem propter iniuriam ſibi illatam, &
non contradicentem, non incurrere irregularita-
tem. Ita cum Vaſquio, Turriano, Hurt. Diano, Lugo,
ſuprà, n. 223. Excipe, quando iniuriam paſſus non
ſolum non prohibuit homicidium, quod in vindi-
ctam illius alij facere volebant, ſed in eo conſen-
ſit: nam conſenſus ille, aliqua cooperatio poſi-
tiua fuit, ad homicidium. Ita Lugo, *ſuprà, n.* 223.

Secundò

5 Secundò quæſito, Reſpondi: Franciſcum petendo diſpenſationem ſuper irregularitate, quam contraxit ex occiſione ſui filij, non teneri dicere in narratiua occiſum fuiſſe illius filium, ſed ſufficit ſi dicat ſe voluntariè hominem occidiſſe: Ita expreſsè Sanchez *de matrim. lib.8.d. 21.num.12.* Salas, Baſilius, quos refert, & ſequitur Palaus *tom.1.tract.3.dub.6.p.16. §.4.num.16.* Portel, Merola, Texeda, & alij, quos refert, & ſequitur Diana *p. 8. tract. 3.reſol.11.*

Ratio eſt quia irregularitas non tantum imponitur propter grauitatem criminis, quam propter
6 defectum perfectæ lenitatis; ergo quod occiſus ſit pater, vel filius, baptizatus, vel non baptizatus; maſculus, vel fœmina, Clericus, vel Laicus, quid extrinſecum, & accidentale eſt ad irregularitatem; ergo licet qualitas occiſi taceatur, non per hoc vitiatur diſpenſatio, cum hæc qualitas per accidens ſe habeat ad irregularitatem.

CONSVLTVM LXXI.

De pluribus qui furtum commiſerunt; ſi vnus vult reſtituere, non vero alij, iſte teneatur ad reſtituendam totam ſummam furatam, an ſufficiat reſtituere id, quod ipſe furatus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Qui eſt cauſa principalis furti tenetur in defectu aliorum, qui de furto participarunt totum damnum reſtituere.*
3 *Quando vnus ſolùm fuit ſocius furti, & non cauſa principalis, ſolum tenetur reſtituere partem, quam furatus fuit.*
4 *Tota ratio obligationis reſtituendi eſt cauſalitas & influxus in damnum.*
5 *Non debet eſſe maior obligatio reſtituendi, quam influxus in damnum.*
6 *Poteſt dari caſus, quod plures concurrant ad aliquod damnum, & nullus ſit cauſa principalis illius.*
7 *Perſuaſio, eſt iterata ſuaſio, cum inſtantia, & quodam improbitate.*
Cauſalitas in effectum ita poteſt diminui, vt fere non ſit cauſa illius.
9 *Vnuſquiſque ſolum tenetur reſtituere id, in quo alterum damnificauit.*
10 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
11 *Vtilius eſt domino, à quo res furata fuit, vt ſinguli fures ad ſolum partem quam furati ſunt teneantur reſtituere.*
12 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
13 *Ponitur Authoris ſententia.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

DVm homines cognouerunt Petrum; v. g.
1 habere magnam pecuniæ ſummam in quadam villa ſua extra ciuitatem, & cum quadam die Petrus villam ſolam abſque ſeruis reliquiſſet, dixit vnus qui Franciſcus dicebatur ex decem illis viris ad alios, Petrus relicta villa venit hodie ad ciuitatem, habemus opportunam occaſionem ad furandum eius pecuniam, vultisne vt eamus, & eum pecuniis ſpoliemus? Reſponderunt omnes, volumus, & facta nocte, omnes ſimul properarunt ad locum vbi erat pecunia, & fractis foribus domus ingreſſi ſunt, & vnuſquiſque aſportauit quantitatem pecuniæ, quam afferre potuit, & vnuſquiſque ea quantitate, quam aſſumpſit contentus fuit. Poſt furti commiſſionem Franciſcus tactus dolore cordis intrinſecus pœnituit facti, & ab aliis petiuit; vt ſimul cum eo vellent ſummam furatam reſtituere vnuſquiſque ſuam partem reddendo; Reſponderunt cæteri, ſe nolle reſtituere, recurrit Franciſcus qui volebat reſtituere ad me, & quæſiuit.

An ipſe, nolentibus aliis ſuas partes furatas reſtituere, teneatur ipſe reſtituere totam ſummam furatam, An ſatisfaciat ſuæ obligationi ſi ſolum partem quam furatus fuit ſuo domino reſtituiſſet?

RESPONSIO AVTHORIS.

REſpondi aliquos Doctores dixiſſe ſatisfacere dictum furem ſuæ obligationi ſi partem a ſe furatam reſtituat, & non teneri totam ſummam in defectu aliorum reſtituere. Ratio illorum eſt, quia licet ille, qui eſt cauſa principalis totius furti, & damni illati proximo, vt ſi fuit dux, caput, & cauſa alios prouocans, vel perſuadens, vel imperans, ſicut dominus ſeruo, eques famulo, princeps ſubdito, qui ergo in tali re, & facto imperio furatus eſt, aut aliis pecunias debet pro furti, vel delicti patratione, teneatur ad reſtitutionem totius damni in defectu aliorum ſociorum, vt docet D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 62. *artic.* 7. *ad* 2. vbi Caietanus, & Mercado *opuſcul.* 4. 2
fol. 186. & alij communiter DD. Quando tamen quis ſolum fuit ſocius delicti, & non fuit cauſa 3
principalis illius, ſolum tenetur ad partem, quam furatus eſt reſtituere, vt docent Henriquez, Strouerdorff, *tract. de iuſtitia, & iure quæſt.* 62. *articul,* 8 *d.* 4. *concluſ.* 2. quem refert, nec impugnat Diana 4. *p tract.* 4. *reſol.* 74. Nauarrus, *in ſummâ Latina. cap.* 17. *num.* 10. probabilem putat Lugo *tom.1.do* 19. *de iuſtitia ſect.* 2. *num.* 5. Ioannes Henriquez Auguſtinianus *in ſumma ſect.* 10. *quæſt.* 8. Quintanadueñas 2. *p. ſingularium, tract.* 3. *ad ſecundum Eccleſiæ præceptum ſingulari* 20. 21. & 22. Eſcobar *lib.* 37. *num.* 287. Trullenc. *lib.* 7. *Decalogi cap.* 13. §. 2. *num.* 2. Atqui Franciſcus ſolum fuit ſocius criminis, & non cauſa principalis illius, ergo ſolum tenetur partem, quam furatus fuit reſtituere.

Maior quoad primam partem eſt communis 4
quoad ſecundam, eam docent citati DD. eſtque probabilis Minor vero probatur. Quia tota ratio reſtituendi eſt cauſalitas, & influxus in damnum; ergo non debet eſſe maior obligatio, quam eſt
ipſe influxus, ſed Franciſcus, & quilibet alio- 5
rum ſolum partialiter concurrerunt ad damnum; ergo ſolum partialiter obligabuntur ad reſtitutionem. Antecedens, & conſequens eſt certum; & ea admittunt etiam DD. contrariæ ſententiæ.

Minor vero ſubſumpta probatur, quia poteſt dari caſus, in quo multi ſimul ex condicto, & quaſi cogitato conſilio concurrant ad aliquod opus, & tamen quod nullus ſit cauſa totalis concurſus aliorum ad idem opus, imo nec cauſa concurſus
6 cuiuſlibet concurrentium. vt patet *ex Evangelio Ioannis cap. 21.* vbi dicitur, *Erant ſimul Simon, Petrus, & Thomas, qui dicitur Didimus, & Nathanael, qui erat à Cana Galileæ, & filij Zebedei, & alij ex diſcipulis eius duo, dicit eis Simon Petrus, vado piſcari, dicunt ei venimus & nos tecum, & exierunt, & aſcenderunt in navim, & illa nocte nihil prendiderunt.* In quo caſu, Petrus non fuit cauſa principalis moralis piſcationis aliorum diſcipulorum: ipſe enim nec ſuaſit ipſis piſcationem, nec iuſſit, nec conſiliatus eſt; ſed ſolum eis propoſuit, quod volebat ire ad piſcandum; Atqui in præſenti: Franciſcus ſolum propoſuit occaſionem furandi, & quæſiuit ab aliis, an aliquis vellet ire committere furtum, non tamen eis id perſuaſit, nec præcepit; ergo in hoc caſu Franciſcus non fuit cauſa totalis illius damni, ſed tantum partialis; ergo ſolum tenetur ad reſtituendum partem, quam furatus eſt.

Nec obſtat illa interrogatio Franciſci, qua Franciſcus alios veluti inuitauit, & ſuaſit ad fu-
7 randum, quia illa interrogatio, licet fuiſſet quædam propoſitio, ſeu leuis ſuaſio, qua Franciſcus eis propoſuit furtum, & occaſionem illius, non tamen dici poteſt perſuaſio, quia perſuaſio eſt iterata ſuaſio, cum inſtantia, & quadam improbitate, vt optime notat Leander à Murtia, *in diſquiſitionibus moralibus, lib. 2. d. 2. reſol. 14. num. 12.* Atqui Franciſcus non eis perſuaſit furtum cum inſtantia, aut improbitate, ſed ſolum ab eis ſimpliciter quæſiuit, an velint ire committere furtum illarum pecuniarum, non eis exhibendo ad id conſilium, nec eis id imperando, ſed ſolum proponendo optimam occaſionem, eo quod domus eſſet ſola, in loco deſerto; ergo Franciſcus, nec aliquis illorum, non tenetur reſtituere, niſi eam pecuniæ partem, quam ſecum aſportarunt.

8 Confirmatur primo: Quia ſicut diminui poteſt cauſalitas ex parte effectus propter minorem partem effectus, ad quem quis concurrit, ita diminui poteſt magis, & magis ex parte ipſius cauſalitatis, quæ adeo poteſt extenuari, vt licet terminetur ad totum damnum, ita tamen diminute, vt fere non ſit cauſa illius propter debiliſſimam cauſalitatem qua concurrit; atqui in præſenti Franciſcus ſolum concurrit ad totum illud furtum inquirendo ab aliis, an velint ire ad furandum, non vero eis id perſuaſit, conſuluit, vel præcepit; ergo licet illa interrogatione aliquem conuerſum habuerit ad totum furtum, fuit tamen tam debilis, vt non poſſit dici cauſa totalis illius, ſed tantum partialis; ergo ſolum tenetur partem ad quam concurrit reſtituere. Confirmatur 2. quia
9 id ſolum tenetur quiſque reſtituere, in quo alterum damnificauit; ſed Franciſcus ſolum damnificauit, in ea parte, quam ipſe ſubripuit, & quæ ſibi obrigit ex furto, ergo ad eam ſolum reſtituendam tenetur.

Dices hoc argumento conuinci etiam imperan-
10 tem, conſulentem, perſuadentem, ſi ex furto ſolum partem retinuit, hanc ſolum teneri reſtituere, ſiquidem ſolum in illa proximum damnificauit, ſed id negant Caietanus, 2. 2. q. 62. *art.* 7. & ibi Bañes, Sanchez, *lib. 7. decalogi, cap. 21. num.* 19. Petrus Nauarra, *lib. 3. de reſtitut. cap. 1. num.* 413. Bonacina, *d. 1. de reſtitutione, q. 2. p.* 16. Fagundex, *lib. 7. cap. 14. n.* 2. Serra, 2. 2. q. 62. *art.* 7. *concl.* 6. & alij communiter; ergo ſicut qui iuſſit, perſuaſit, conſuluit, &c. furtum, tenetur ad totum, ſi alij participantes illius non reſtituerint, vt docent prædicti DD. ita ſocij furti, ſi ſe ad inuicem exhortati, & ſuaſi ſunt, tenebuntur ſinguli ad reſtitutionem totius furti, ſi alij noluerint reſtituere. Reſpondent, negando illationem, ad probationem Reſpondetur, dari diuerſam rationem, quia conſulens imperans, perſuadens, &c. fuere cauſa principalis totius damni, vnde moraliter totum damnum illis imputatur, licet alias non ſuſciperent phyſice totum furtum; at in noſtro caſu omnes illi ſe ad inuicem exhortantes fuere cauſæ partiales, & nullus habuit influxum, vt cauſa principalis in alios, & ideo ſolum quiſque tenetur id, in quo proximum damnificauit reſtituere. 11

Confirmatur 2. quia vtilius eſt domino, à quo res furata fuit, vt ſinguli fures ad ſolam partem, quam furati ſunt teneantur reſtituere, quam quod vnuſquiſque teneatur ad totam ſummam, ſiquidem difficilior vnicuique redditur reſtituto illius rei, quam nec accepit, nec vidit, quam illius, quam ſecum aſportauit, comedit, & bibit, vt optime notat Quintenadueñas, *tom. 2. tract. 3. ad ſecundum Eccleſiæ præceptum ſingulari 22. n. 6,* Murtia, *ſuprà, num.* 6. Ergo attendendo maiori commoditati domini, melius eſt his furibus conſulere, vt vnuſquiſque reſtituat quod aſſumpſit, & conſumpſit, quam quod totum furtum reſtituat, ſi quidem primum facilius conſequetur, & ſecundum tardius, vel nunquam. 12

Dices ſi decem homines furati fuiſſent magnum tripodem auri, quem ſolum decem homines poſſent amoueri, vnuſquiſque teneretur ad reſtitutionem totius tripudis in defectu aliorum, ergo pari ratione, ſi decem homines furati ſunt magnam pecuniæ ſummam, quam ſolum decem homines ſecum poſſent aſportare, vnuſquiſque tenebitur ad totam ſummam, ſi alij noluerint reſtituere, non enim apparet maior ratio. Reſpondent prædicti DD. concedendo antecedens, deinde diſtinguunt conſequens, ſi decem homines furati ſunt magnam pecuniæ ſummam, quam ſolum decem homines ſecum poſſent aſportare, vtriuſquiſque tenebitur ad totam ſummam, ſi alij noluerint reſtituere, diſtinguunt, etſi illam pecuniam aſportarunt per modum vnius concedunt, ſi illam aſportarunt diuiſibiliter negant: & ratio diuerſitatis eſt, quia tribus ille non poterat aſportari niſi à decem viris, vnde vno deficiente furtum non committebatur; eodem ergo modo dicendum eſt, quando pecunia eſſet reſeruata in magna arca. vel ſerinio, quæ non poſſent frangi, vel aperiri, & ad ea adſportanda decem homines eſſent neceſſarij, & non pauciores; nam tunc ſi vnus deficeret, iam furtum non committeretur, & alias in actu furandi partes furti non poterant ſeparari.

Secus quando furtum eſt diuiſibile, nam tunc vnuſquiſque aſſumit quod vult, & ex eo quod aliquis nolit ſuam partem accipere, non ob id impeditur furtum aliorum, vt impeditur in nolente concurrere ad aſportandum tripodem, arcamve plenam nũmis aureis, vel argenteis, vt optime notauit Leander a Martia, *ſuprà, num.* 12. Cum ergo in dicto caſu pecunia furata non eſſet in aliqua

alia

arca magna, vel ſcrinio, nec furata fuerit per modum vnius, ſed diuiſibiliter aſportando vnuſquiſque eam quantitatem, quam potuit, ſequitur euidenter neminem illorum teneri ad totam ſummam reſtituendam, ſed ſatisfacere ſuæ obligationi ſi partem quam aſſumpſit domino reſtituat.

Verum licet hæc ſententia ſic relata & defen-
13 ſa, aliquibus fortaſſe probabilis videatur ego
contrariam ſuſtineo. Nam illa interrogatio Franciſci fuit ſua perſuaſio & conſilium in communi modo loquendo, vnde ſicut conſulens, & ſuadens tenetur in defectu aliorum totum damnum reſtituere, vt ſuprà, dictum eſt, ita in hoc caſu Franciſcus in defectu aliorum tenetur totum damnum reſtituere vt conſulens, & ſuadens per quæ corruunt omnia pro contraria parte allegata, ſed hæc ſaluo meliori iudicio.

CONSVLTVM LXXII.

De quodam venatore venante in locis prohibitis, an peccauerit, & teneatur ad reſtitutionem ferarum captarum, & quid dicendum ſit de cuſtodibus id permittentibus.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Venari in loco à Rege prohibito quod Luſitanicè dicitur,* Contada, *ſolum eſt veniale.*
3 *Lex prohibens venationem in locis venationi principum iuſte aſſignatis, non obligat pluſquam venialiter.*
4 *Hæc lex tantum obligat ex obedientia, non vero ex iuſtitia.*
5 *Lex prohibens, ne quis vendat tabacum, ſaponem, nec aſportet ex India piper, margaritas, adamantes, &c. ſolum obligat ex obedientia, & ad pœnam.*
6 *Lex humana ciuilis aliquando poteſt obligare ad culpam mortalem.*
7 *Lex pœnalis, ſi ſolum conducat ad bonum regimen, ſolum obligat ad pœnam, & non ad culpam.*
8 *Venator qui feras venatus fuit in prædicto loco prohibito non tenetur ad reſtitutionem ferarum captarum, vel illarum pretij.*
9 *Iſte venator non peccauit contra iuſtitiam commutatiuam.*
10 *Dominus illius loci, qui dicitur,* Contada, *non erat dominus ferarum, ſed ſolum habebat jus venandi.*
11 *Venator venando non abſtulit à Domino jus venandi.*
12 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
13 *Ius venandi occulte, & cum periculo ſoluendi pœnas non eſt pretio æſtimabile.*
14 *Cuſtodes permittentes venari in prædictis locis prohibitis non peccarunt mortaliter, nec tenentur ad reſtitutionem ferarum.*
15 *Probatur ratione.*
16 *Cuſtodes tenentur ſub mortali impedire venationem grauiter iniuſtam.*
17 *In aliis caſibus, ſi venationem non impediant, tenentur reſtituere pretium acceptum pro cuſtodia in parte, vel in totum, iuxta eorum negligentiam.*
18 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM venator plura animalia per lon- 2
gum tempus apprehendit in quibuſdam locis, in quibus lege regia erat prohibitum venari; quos Luſitanicè dicimus, *coutadas reais*, & vt hoc ſecurius efficeret, ipſos cuſtodes nemorum regalium donis corrumpebat, vt ei permitterent venationem: poſt aliquod tempus cœpit ipſe venator dubitare, an id licite poſſet efficere, an verò venando, & multo magis ad id cuſtodes donis alliciendo peccaret contra iuſtitiam, & venieos ad oie.

Quæſiuit primo, an ipſe venando in prædictis locis peccaſſet mortaliter. Secundò an teneatur ad reſtitutionem ferarum captarum, vel illarum pretij. Tertio an cuſtodes id ei permittentes peccauerint, & teneantur ad reſtitutionem.

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An ipſe venando in prædictis locis peccaſſet mortaliter?

REſpondi venantem in prædicto loco ad ſum- 1
mum ſolum peccaſſe venialiter. Ita cum aliis
Lugo, *de Iuſtitia, d.6.n.68.* & cum aliis Trullenc.
lib. 7. Decalogi, cap. 3. dub.6.n. 7. Et cum Leſſio,
& Ianuario, Leander à Murtia, *in diſquiſitionibus*
moralibus, lib. 2.d. 2. reſol.20. n.3. in fine. Ratio 3
eſt, quia communiter loquendo, hæc lex prohibens venationem in locis venationi Principum iuſte aſſignatis non videtur tum ſtricte obligare, quamuis ibi Domini ſoleant venari. Nam feræ ſunt nullius, & ſyluæ ſunt communes, & in his locis feræ vtuntur ſua natiua libertate, & fiunt primi occupantis, non enim ibi fit ſepimentum, vt feræ, vel fruſes ibi facilius capiantur, ſed ne
inde ad alia loca fugiant, & vt maior copia ſuppe- 4
tat venationis, nec prohibitio principis obligat ex iuſtitia, ſed tantum ex obedientia, ſicut quando princeps prohibet, ne quis ex India aſportet
piper vel gemmas, aut adamantes, vel quando pro- 5
hibet ne quis faciat ſaponem, vel vendat tabacum; nam his & ſimilibus prohibitionibus non intendit obligare ex iuſtitia, ſed tantum ex obedientia; ergo aliter facientes ſolum pœnæ legis ſubiacent, non vero culpæ, vel ad ſummum culpæ veniali contra obedientiam.

Confirmatur, quia licet lex humana etiam ci- 6
uilis poſſit obligare ad culpam, & pœnam impoſitam, vt cum Caſtro, Soto, Medina, Henriques, Toleto, Bartolo, Felino, Syluestro, Angelo, Armilla, & aliis docet Leander à Murtia, *in diſquiſitionibus moralibus, lib.2. d.6. reſol.6. num.7.* Suarez, *lib.5. de legibus, cap.3. n.6.* contra Nauarr. *in cap. fraternitas 12.q.1.n. 22. & in ſumma, cap.23. n. 55.* Decium *in cap. non concupiſcentia de conſtitut. lection. 2.n 7.* Imolam. *in cap. 2. de maioritate. & in cap. cum contingat, de iureiurando,* Ludouic. Gomez,

Gomez,*in cap.2.de conſtitutionibus, in 6. num 60.* attamen lex pœnalis, præcipuè ſi ſolum conducat ad bonum regimen politicum, & parum conducat ad bonum animæ, nullatenus obligat ad culpam, ſed tantum ad pœnam, vt docent Nauarrus, & alij DD. *ſuprà* citati, quibus adde Victoriam *relectione de poteſtate ciuil. num.20.* Caſtrum *de lege pœnali,lib.1,cap.8.* Suarium *lib.5. de legibus,cap.4.* Murciam *ſuprà reſol.7. num 5.* Atqui hæc lex prohibens venationem ſolum reſpexit regimen politicum, & nullo modo bonum animæ, vt docet cum aliis Murcia, *ſuprà num.9.* ergo facientes contra dictam prohibitionem nullo modo peccant mortaliter, ſed ad ſummam venialiter contra obedientiam.

RESPONSIO AVTHORIS SECVNDO QVÆSITO.

An teneatur ad reſtitutionem ferarum captarum, vel illarum pretij?

8 REſpondi nullo modo teneri ad reſtitutionem ferarum captarum, vel illarum pretij.
Ita Vaſquez *de reſtitutione cap.5. dub.7. num.28.* Turrianus *d.36.dub.2.num.19.* Ianuarius *reſol.moral.p.1.reſol.67.* Decaſtillus *de iuſtitia lib.2. tr.2. d 9.dub.10 num.308* Diana *p.9 tract.9.reſ 39.* probabile putat Lugo *de iuſtitia tom.s.d.1 ſect.7 n.75.* Leander à Murtia *in diſquiſitionibus moralibus lib.2.d 2 reſol.20.n.2.*

Ratio eſt quia iſte venator non peccauit con-
9 tra iuſtitiam commutatiuam, ſed ſolum contra
legem prohibentem, vt ſuprà diximus; ſed iuſtitia legalis non obligat ad reſtitutionem, vt cum communi ſententia docet Leſſius *lib.2.cap.1. dub.3.num.11.*& nos diximus *in ſeptimo præcepto Decalogi ſect.1 dicto 2.* ergo iſte venator non tenetur ad reſtitutionem ferarum captarum, vel illarum pretij. Maior in qua ſolum eſt difficultas
10 probatur. Quia dominus illius loci diplomate regis
prohibiti nondum erat dominus ferarum, quia illæ adhuc nullius erant in bonis, & licet dominus ſyluæ haberet ius eas capiendi, nondum tamen eas ceperat; adque adeo ſylueſtres manebant, & in ſua libertate; ergo animalia adhuc erant communia, & in ſua libertate, & apta vt fierent primi occupantis; ergo venator eas capiendo non lædit aliquod ius domini, hic enim vt diximus ſolum habet ius venandi, & capiendi feras, quam facultatem, & ius non adimit ab eo venator
11 præripiens animalia, ſed relinquit ei totam facultatem; & licentiam quam habebat venandi
impune, vtitur tamen iure ſuo; ſicut qui in loco communi non prohibito venatur, non lædit iniuſte ius alterius, qui poterat etiam ſibi impune venari in eodem loco, & capere feras.

Nec obſtat quod in noſtro caſu prohibitum
12 ſit in prædicto loco venari, quæ prohibitio non
datur in loco communi; Non obſtat inquam, nam id parum intereſt, ſiquidem prohibitio ſolum facit quod talis venatio ſit contra obedientiam, & contra legem, ſeu iuſtitiam legalem, non vero quod ſit contra iuſtitiam commutatiuam, cum feræ illæ adhuc maneant nullius in bonis, & aptæ vt fiant primi occupantis. Nec obſtat quod locus ſit circumſeptus, nam ſi locus vaſtus ſit, vt vnius leucæ, ita vt in illo animalia difficillimè capiantur, animalia degentia adhuc ſunt dicenda communia, & non propria, ſi quidem gaudent ſua libertate, vt docet cum Decaſtillo, Leander à Murtia *in diſquiſitionibus moralibus, lib.2.reſol.20.num.2.*ergo illa capientes non tenentur ad reſtitutionem, ſiquidem non læſerunt ius alicuius, vt rectè cum Decaſtillo notauit ibi Leander a Murtia. Dixi ſi locus vaſtus ſit: nam ſi ſit locus paruus, & circumſeptus, ita vt facilè poſſet dominus ea capere, vt cuniculos in cuniculario, gallinas in gallinario, piſces in ſtagno,&c. illa ſunt in dominio domini, & illa ſurripere eſt furtum contra iuſtitiam, & obnoxium reſtitutioni, vt docent communiter DD. & notauit ibi Leander, ſed in noſtro caſu ſic venator feras cepit in loco vaſto regio, vbi feræ ſua libertate gaudebant, & nimia difficultate capi poterant; ergo nullius lædit ius, nec tenetur ad reſtitutionem.

Dices ius venandi eſt pretio æſtimabile; ergo 13
ſi aliquis venator lædit aliquid pretio æſtimabile tenetur ad reſtitutionem, ſed iſte venator lædit ius venandi domini illius loci; ergo tenetur ad reſtitutionem. Reſpondetur cum Ianuario ibi ſuprà diſtinguendo antecedens, ius venandi tanquam poteſtatem habendo libere, & ad libitum eſt pretio æſtimabile concedo antecedens, ius venandi feras habentes ſuam libertatem clam, & occulte, & cum periculo ſoluendi pœnas impoſitas eſt pretio æſtimabile nego. Id enim quod emitur non eſt ius ad animalia, cum dum retinent ſuam naturalem libertatem, nemo habet ius ſpeciale ad illa, ſed vnuſquiſque habet ius capiendi ea à iure gentium, ſed emitur tantum ius ſpeciale libere, & ad libitum piſcandi, vel feras capiendi in hoc loco, ſine periculo luendi pœnas, & cum poteſtate applicandi ſibi pœnas piſcantium, vel venantium ſine licentia, quæ pœnæ debentur poſt iudicis ſententiam, & ſic negatur conſequentia, quia ius conductoris non læditur per venationem clandeſtine factam cum periculo pœnas luendi, cum eiuſdem conductoris ius ſit libere piſcari, & venari ſine periculo pœnas luendi, & pœnas piſcantium, vel venantium ſine licentia ſibi applicare, quæ omnia nullo modo læduntur per piſcationem, & venationem clandeſtinam.

RESPONSIO AVTHORIS. TERTIO QVÆSITO.

An cuſtodes id ei permittentes peccaverint, & teneantur ad reſtitutionem.

REſpondi cuſtodes talium nemorum, vel flu- 14
uiorum, in quibus ſunt feræ in ſua naturali libertate non peccaſſe mortaliter, nec teneri ad reſtitutionem ferarum captarum, ſi non cuſtodierunt vel permiſerunt venatoribus ea capere. Ita cum Nauar. Trull. *lib.7.Decalogi c.13. dub.3.n.4.* & cum aliis Leander à Murcia *ſuprà num.4.* &
ratio eſt, quia non cooperati ſunt ad rem grauiter iniuſtam, ſeu ad venationem iniuſtè factam; 15
ergo nec peccauerunt mortaliter, nec tenentur ad reſtitutionem. Antecedens patet, quia venator venando prædictas feras non commiſit peccatum furti, nec operatus fuit contra iuſtitiam commutatiuam, ſiquidem dominus nemoris non

erat

erat dominus ferarum, ſed ſolum babebat ius eas capiendi, nondum tantum eas ceperat, & adhuc erant in ſua natiua libertate; ſed hoc ius ab eo non abſtulit venator, ſed liberum vt antea reliquit; ergo non peccauit peccato furti, nec iniuſtitiæ; ergo cuſtodes cum eo cooperantes, nec peccarunt mortaliter, nec tenentur feras captas reſtituere.

16 Dices ex parte cuſtodum dari peccatum, ſiquidem tenebantur ex contractu venationem impedire. Reſpondetur cuſtodes ſolum teneri ſub
17 mortali impedire venationem grauiter iniuſtam, quod ſi in aliis caſibus venationem non impediunt, tenebuntur reſtituere primum, quod accipiunt pro cuſtodia ſyluarum in totum, vel in partem ſecundum eorum negligentiam, non tamen peccabunt mortaliter, nec tenebuntur ad reſtitutionem ferarum captarum, quia venatores eas capientes non peccarunt mortaliter.

18 Dices venatores venando prædictas feras peccarunt mortaliter; ergo cuſtodes eos permittentes etiam peccarunt mortaliter, & tenentur ad reſtitutionem. Antecedens patet, quia venatores venando abſtulerunt à domino ſyluarum ius prædictas feras libere capiendi, nam ſi feræ a venatoribus capiantur, quando eas voluerit capere dominus ſyluarum non eas inueniet, ac per conſequens dominus ſyluarum priuabitur iure libere eas capiendi. Reſpondeo negando antecedens: ad probationem reſpondetur, quod cum ſylua illa adeo vaſta ſit, vt ſupponimus, non enim erat locus anguſtus, vt cunicularius, vel gallinarius, vt *ſuprà* diximus, ſed ſylua Regia, etſi venatores multos capiant cuniculos, vel alias feras, ſemper manebit magnus ferarum numerus, quas poteſt dominus ſyluæ capere, ſi voluerit, quod ſi non ſint tantæ, quantæ poterant eſſe, ſi venatores eas non caperent, id per accidens eſt.

Secundo re ponderetur, quod cum feræ non ſint domini ſyluæ, cum adhuc ſint in ſua natiua libertate, nullam iniuriam facere venatores domino ſyluæ, ſi eas capiant; per accidens enim eſt quod domini volentes venari eas non inueniant. Venatores enim non abſtulerunt à dominis ius venandi libere, licet alias abſtraherent feras. Nam ius venandi libere dari poteſt ſine feris, quæ venari poſſint, vt patet in venatoribus, qui in ſyluis communibus venantur. nam per hoc quod in Ipſis ſyluis communibus non inueniant feras, vel quia alij antea eas ceperant, vel quia ibi forte non erant, non per hoc totum ius venandi libere ſublatum, vel diminutum fuit.

CONSVLTVM LXXIIII.

De Altari priuilegiato pro omnibus hebdomadæ diebus, an poſſit à prioribus noſtrorum Conuentuum de nouo fundatorum aſſignari ex vi noſtrorum priuilegiorum in vnaquaque Eccleſia prædictorum Monaſteriorum.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Noſtri Priores poſſunt deſignare vnum altare priuilegiatum in vnoquoque conuentu, etiam nunc anno fundato.*
3 *Priuilegium, vel indulgentia conceſſa vni, vel pluribus ex noſtris conuentibus, extenditur ad omnes, etiam de nouo fundandos quando ratio conceſſionis eſt generalis.*
4 *Probatur id ex variis priuilegiis.*
5 *Ratio conceſſionis huius priuilegij eſt eadem in omnibus conuentibus, tam fundatis, quam fundandis.*
6 *Eadem ratio conceſſionis militat æqualiter in omnibus conuentibus conſtructis, & conſtruendis.*
7 *Gratia quæ fuit extenſa ad omnes conuentus totius ordinis, fuit gratia facta religioni in communi.*
8 *In generali conceſſione veniunt ea quæ quis eſſet conceſſurus, ſi fuiſſet de eo interrogatus.*
9 *Quando excluduntur conuentus aliorum ordinum, conuentus ordinis non cenſentur excluſi.*
10 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

GREGORIVS XV. conceſſit vnum altare priuilegiatum ad omnes hebdomadæ dies in vnaquaque Eccleſiarum Carmelitarum diſcalceatorum, quæ vſque tunc eſſent fundatæ, vt conſtat *ex compendio noſtrorum priuilegiorum, fol.* 310. 1
Et Gregorius XIII. conceſſit idem altare priuilegiatum pro omnibus hebdomadæ diebus pro vnoquoque conuentu Carmelitarum ſine diſtinctione ex iam fundatis, vel de nouo fundandis. & quod Prior vniuſcuiuſque conuentus poſſet tale altare deſignare in qualibet Eccleſia, vt patet ex tribus eius bullis, quæ refert Ioannes à Cruce ad finem Epitomi in compendio, & ego refero *in noſtro Directorio Regularium, tract. 2. d. 5. ſect. 2. §. 3. n. 42.* Accidit autem quod poſtquam hi Pontifices hæc conceſſere priuilegia, plura monaſteria Carmelitarum diſcalceatorum de nouo fundata ſunt.

Quæritur ergo: An priores horum nouorum conuentuum ex vi prædictorum priuilegiorum poſſint aſſignare, & deputare in vnaquaque Eccleſia horum nouorum Monaſteriorum vnum altare priuilegiatum pro omnibus hebdomadæ diebus ſicut fecerunt Priores conuentuum iam fundatorum, tempore conceſſionis prædictorum priuilegiorum.

RESPONSIO AVTHORIS.

RESpondi affirmatiuè. Et omitto priuilegium Pauli V. quod refert noſtrum compendium 2
fol 309. Nam hoc ſolum concedit vnum altare priuilegiatum pro tribus conuentibus vniuſcuiuſque Prouinciæ, vel iam fundatis, vel fundandis pro aliquibus hebdomadæ diebus, vt conſtat ex eius bulla, quæ incipit *omnium ſaluti*, apud Boucrium *in regeſto, tom. 2. annalium pag.* 977 & refert P. Fr. Auguſtinus à Virgine Maria, Carmelita, *verbo Miſſa, n.* 31.

Ratio noſtræ reſolutionis eſt, quia priuilegiũ, vel 3
indulgentia cõceſſa vni, vel multis noſtrorũ cõuẽtuũ extenditur ad omnes, tam ad iam fundatos quã de nouo fundandos, quando ratio conceſſionis eſt, propter generalẽ rationẽ, vt dixi *in noſtro Director.*

Regalarium, tract. 1. *d.* 1. *ſect.* 3. *a* 46. Et clarius
conſtat ex *balla Iulij* 2. quæ incipit *Dudum.* vbi
ita ait, *nam.* 14 Quin etiam omnia priuilegia, &
indulgentiæ. &c. vni. aut pluribus ordinis domi-
bus in genere conceſſa, & in poſterum concedenda,
omnibus & ſingulis aliis domibus, & fratri-
bus eiuſdem ordinis eſſent, & intelligantur con-
4 ceſſa. Et eadem bulla, *n.* 15. addit, Idem intelli-
gendum eſſe vult, de omnibus domibus, etiam
in poſterum conſtruendis. Et Clemens VII. idem
conceſſit bulla Deuotionis 2. apud Confellium, &
apud Peirioum. quæ ad hoc vnice data fuit, vt
etiam teſtatur Fr. Auguſtinus à Virgine Maria,
verbo communicatio, n. 9. quod etiam conſtat ex
aliis innumeris priuilegiis, quæ breuitatis cauſa
5 omitto. Atqui ratio conceſſionis huius priuile-
gij in omnibus conuentibus iam fundatis, quam
de nouo fundandis eſt eadem, & generalis, vt
patet, *ex bulla Gregorij XIII.* quæ concedit di-
ctum priuilegium omnibus conuentibus Carme-
litarum Excalceatorum, non diſtinguendo inter
iam fundatos, vel de nouo fundandos, ergo ad om-
nes Conuentus. tam iam fundatos, quam de no-
uo fundandos extenditur.

6 Confirmatur primo Quia eadem ratio conceſ-
ſionis æqualiter militat in conuentibus conſtru-
ctis, & conſtruendis, neque adeſt peculiaris ratio
in vno. quam in alio, quæ mouere poſſet volun-
tatem Pontificis concedentis, ſed quando eadem
ratio militat in vno, ac in alio conuentu, gratia
conceſſa vni, extenditur ad alium conuentum,
etiam de nouo conſtruendum, ergo eadem gratia
non ſolum conuentibus conſtructis, ſed de nouo
7 conſtruendis debet communicari. Confirmatur 2.
quia eo ipſo quod illa gratia fuit extenſa ad om-
nes conuentus totius religionis ſatis diffuſæ per
orbem fuit gratia facta religioni in communi; er-
go non eſt localis ſed generalis; ergo ſicut con-
uentus noniter conſtructi participant omnia alia
priuilegia communia religionis, ita debent partici-
pare præſens priuilegium.

Confirmatur 3. Quia in generali conceſſione
8 veniunt ea, quæ quis eſſet conceſſurus, ſi fuiſſet
de eo interrogatus; at Pontifices qui dictam gra-
tiam ex peculiari affectu ad Religionem, & ob pe-
culiares rationes ſibi notas, quæ in omnibus con-
uentibus æqualiter currunt, id certe conceſſiſſent
ſi fuiſſent interrogati; ergo. Confirmatur 4. Ex
dictione excluſiua participationis aliarum Reli-
gionum, vbi non excluduntur Conuentus ipſius
9 ordinis, ſed aliorum; ergo reputantur incluſi ex
communi axiomate exceptio firmat regulam in
contrarium, maxime in re fauorabili pro ſalute
animarum, qualis eſt prædicta gratia, vnde hanc
ſententiam docet acerrime P. Fr. Petrus ab An-
gelis, *in ſpeculo priuilegiorum, d.* 2. *ſect.* 2. *num.* 19.
& ego probabiliſſimum exiſtimo propter prædi-
ctas rationes.

10 Nec obſtat ſi dicas clauſulam illam vſque in il-
lum diem iam fundati videri taxatiuam, & ex-
cluſiuam aliorum conuentuum, qui poſt talem
conceſſionem fundati ſunt. Reſpondetur nam-
que, quod illa clauſula vſque in illum diem con-
ſtructi, non contineri niſi *in bulla Gregorij XV.*
Non vero *in bulla Gregorij XIII* Iſte namque ab-
ſolute conceſſit pro omnibus conuentibus Car-
melitarum diſcalceatorum, non diſtinguendo
inter conuentus iam fundatos, vel de nouo fun-
dandos, & clauſula vniuerſalis ad omnes debet
extendi, quando in omnibus militat eadem ra-
tio, vt diximus. Dato tamen quod in vtraque
bulla tam Gregorij XV. quam Gregorij XIII.
eſſet eadem taxatiua, vſque in illam diem con-
ſtructi, Reſpondeo iſtam clauſulam non deberi
regulari taxatiuam in hoc caſu, ſed magis expreſ-
ſiuam affectus. & voluntatis Pontificis circa hanc
religionem, quod ex alia dictione excluſiua alia-
rum religionum ſatis clare conſtat. Ita Reſpondet
P. Fr. Petrus ab Angelis, *ſuprà*, *n.* 20.

CONSVLTVM LXXIV.

De Religioſo atrociſſimum delictum committente, An propter illud poſſet à religione expelli abſque eo quod fuiſſet ter pro eodem delicto punitus, vel per annum incarceratus.

SVMMARIVM.

1 *Ponitar caſus, ſeu factum.*
2 *Sacra Congregatio decreuit nullum religioſum poſſe expelli ab ordine, niſi fuerit vero incorrigibilis.*
3 *Quando cenſeatur quis incorrigibilis.*
4 *Præcipit etiam quod per annum incarceretur, & pænitentiis affligatur, etſi reſipuerit non expellatur.*
5 *Religioſus qui commiſit atrociſſimum delictum ob quod meretur pœnam mortis, poteſt ſtatim expelli abſque eo quod ter ſit punitus & abſque eo quod per annum ſit incarceratus vel nolit pœnitentiam acceptare.*
6 *Datur incorrigibilis de facto, & incorrigibilis præſumptione iuris.*
7 *Quid vtrumque ſit.*
8 *Iſte licet non ſit incorrigibilis de facto, eſt incorrigibilis præſumptione iuris.*
9 *Decreta Congregationis præcipiunt expellere incorrigibiles.*
10 *Poteſt dari delictum adeo atrox, & ſcandaloſum, vt non poſſit alia pœna puniri, neque alia via ſcandalo ſatisfieri, niſi expulſione.*
11 *Bonum commune ſingulari eſt præferendum.*
12 *Trina monitio non eſt de forma legis, ſed datur ad ſolemnitatem experimenti.*
13 *In hoc caſu magis attenditur ad ſatisfactionem dandam pro ſcandalo quam ad emendationem delinquentis.*
14 *Viſitatores poſſunt expellere rebelles, iuxta, cap. fin. de ſtatu monachorum.*
15 *Qui inter bonos malus eſt, inter malos peior erit.*
16 *Ad triremes damnatus manet perpetuo infamis.*
17 *De homine infami nulla in futurum ſpes emenda moraliter dari poteſt.*
18 *Proponitur argumentum in contrarium, & ponitur etiam illius ſolutio.*

CASVS

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM religioſus commiſit atrociſſimum delictum cum ſcandalo ſæcularium, quod ſane dignum erat morte, vel condemnationis ad Triremes.

Quæſitum fuit à me, An Religio in pœnam illius delicti poſſet eum expellere à Religione, abſque eo quod ter fuiſſet pro eodem delicto punitus, vel per annum incarceratus.

RESPONSIO AVTHORIS.

PRo expoſitione huius caſus, qui ſane grauiſſi-
2 mus eſt, ſuppono, Sacram Congregationem per ſuum decretum approbatum, & publicatum ab Vrbano VIII. datum Romæ 21. Septembris anno 1624. decreuiſſe, quod deinceps nullus religioſus profeſſus è Religione expelli poſſet, ni-
3 ſi fuerit vere incorrigibilis, & quod nullus, vt talis iudicetur, niſi concurrant illa, quæ ius commune requirit, videlicet quod ſit prius de delicto, vel delictis punitus, & quod poſt punitionem non præbeat ſpem emendationis; quod tunc accidit, quando delinquens correctus, & punitus tribus vicibus reincidit in culpas graues, eſto ſint ſpecie diuerſæ, vel quando delinquens non vult acceptare pœnitentiam pro ſuis delictis, vel quando delinquens iuſte incarceratus pro ſuis delictis fugit à carcere, vt docet cum S. Auguſtino, Panormitano, Sairo, Alderete, Sanchez, & aliis Fr. Petrus ab Angelis, *in ſuo ordine iudiciali, cap. 26. n. 2.*

4 Et inſuper præcipit Pontifex, quod ſit incarceratus per integrum annum, afflictuſque ieiuniis, & pœnitentiis, & tranſacto anno, ſi ſe non emendauerit, veluti vt membrum putridum abſcindatur, & à Religione expellatur, & tales ſic expulſos condemnat Pontifex ad perpetuam ſuſpenſionem ab exercitio ordinum interdicendo Epiſcopi facultatem concedendi eis licentiam eos exercendi, quæ omnia patent ex ipſo decreto, quod refert P. Fr. Petrus ab Angelis. *in ſuo ordine iudiciali ſuprà, n. 26.* His igitur ſuppoſitis inquirit prædictum conſultum, An non obſtanti tali decreto, ſi religioſus aliquis commiſerit atrociſſimum delictum, vt ſi ſuum prælatum occiderit vel crimen Sodomiæ commiſerit, vel raptum cum ſcandalo ſæcularium commiſerit, vel crimen læſæ Maieſtatis
5 Diuinæ, vel humanæ, vel per annum fuerit in Apoſtaſia, vel quid ſimile, ob quod mereretur pœnam mortis, vel triremium, poſſit ſtatim expelli à Religione, abſque eo quod ter ſit punitus, & non emendatus, & abſque eo quod per annum ſit incarceratus, vel nolit pœnitentiam acceptare.

6 Et reſpondi affirmatiuè. Pro quo ſciendum eſt dari duo genera incorrigibilium, ſcilicet Incorrigibilem de facto, & incorrigibilem præſumptione iuris. Incorrigibilis de facto eſt ille, qui ter monitus, & per annum incarceratus non reſi-
7 piſcit, nec de eo eſt ſpes emendæ. Incorrigibilis præſumptione iuris eſt ille, qui auſus eſt committere delictum, qui merito præſumi poteſt eadem ſæpe, & grauiora commiſiſſe, vt eſt homicidium qualificatum, crimen læſæ Majeſtatis, hæreſis, Sodomiæ, falſificationis monetæ, rebellionis, & aliorum ſimilium, vt notauit Palaus, *tom. 3. de voto, p. 19. num. 17.* & cum Peirino, Miranda, Rodriguez, Portel, Sylueſtro, & aliis Sanctorius, quem refert P. Fr. Petrus ab Angelis, *in additionibus ad ſuum ordinem iudicialem, additione ad cap. 26. dicto 3.* His ergo ſuppoſitis, ſumitur ratio noſtræ reſolutionis.

Iſte talis licet non ſit incorrigibilis de facto 8
eſt tamen incorrigibilis præſumptione iuris; ſed decreta ſacræ Congregationis concedunt, & præcipiunt expelli incorrigibiles ſecundum ius
commune; ergo Religioſi qui prædicta crimina 9
commiſerunt, etſi nondum de eis fuiſſent puniti, nec per annum carcerati, ſtatim expelli poſſunt a Religione, vtpote præſumptione iuris incorrigibiles.

Confirmatur primo, Quia dari poteſt, vnum
ſolum delictum ita atrox, graue, & ſcandaloſum, 10
vt non poſſit alia pœna puniri, neque alia via ſcandalo ſatisfieri, neque honori religionis con-
ſuli, niſi expulſione à religione; poteſtque tunc 11
delinquens expelli, ſiquidem bonum commune ſingulari eſt præferendum. Hæc ratio eſt Caſtri Palai, à quo ſi quæras, quæ ſint hæc crimina; Reſpondet, *num.* 8. putarem eſſe peccatum, quod à ſæculari commiſſum, pœnam mortis mereretur, quia raro huius criminis reus, abſque nota religionis contineri in religione poteſt, hoc tamen requirit maturum examen, & magnam prudentiam, attendendo ad grauitatem, & ſubſtantiam delicti, prout notarunt Rodriguez, Miranda, & alij.

Confirmatur 2. quia trina monitio non eſt de
forma legis, adeo vt ea non ſeruata actus cor- 12
ruat, ſed datur ad ſolemnitatem experimenti; ſed tale experimentum cumulatiſſime habetur ſine tali ſolemnitate, cum notorium ſit hunc eſſe peſtilentem; ergo non eſt neceſſe vt illud aliunde veniemur expectando trinam monitionem, pecus enim morbidum eiiciendum eſt, antequam alios inficiat, non enim expectare debemus, vt qui ſuum prælatum occidit; v. g. occidat alterum, & hic eſt ſcopus ſacrorum canonum, neque enim ita adhærere debemus literæ legis, vt contra legis voluntatem nitamur.

Confirmatur 3. Quia in hoc caſu non tantum
attenditur ad emendationem delinquentis, quan- 13
tum ad ſatisfactionem dandam pro ſcandalo, & infligendam pœnam pro delicto, ad terrorem cæterorum, nec non ad bonum religionis, extirpando, & eradicando arborem tam malos, & nociuos fructus proferentem; vt qui his omnibus non ſatisfit, niſi expulſione talium delinquentium; ergo etſi non ſit præmiſſa trina monitio, nec præceſſerit annus carcerationis, tales ſic delinquentes expellendi ſunt.

Confirmatur 4. Quia *in cap. fin.* de ſtatu monachorum conceditur viſitatoribus poſſe ejicere
ab ordine, quos contumaces inuenerint, & rebel- 14
les; ſed contumacia licet regulariter trinam monitionem requirat, ſufficit tamen vna pro tribus, vt aperte traditur, *cap. contingit. de ſententia excommunicationis in 6.* Ergo in hoc, & ſimilibus caſibus, licet non præceſſerit trina monitio, ſtando in iure communi, tales delinquentes, vt incorrigibiles de iure expellendi ſunt.

Confirmatur 5. Quia cum tales ſcelerati ſint ad triremes damnandi, expulſio videtur omnino neceſſaria, quia in ſocietate aliorum remigantium hominum adeo deprauatorum non ſunt meliorandi

quoad mores, ſed potius deteriorandi; quia qui
15 inter bonos malus eſt, multo peior erit, inter ma-
los, & peruerſos; Tum quia ſic ad triremes dam-
nati manent perpetuo infames; ſed de ſic infami-
bus nulla in futurum mortaliter loquendo affulget
16 ſpes emendæ, ſed potius timeri poſſunt plura in-
commoda, & nocumenta. & ipſi, & Religioni,
17 nam vt ait D. Thomas, *cap.* 19. *n.* 35. Si Religio-
ſi quando ſe infamatos conſpiciunt irrefrænato
peccant, multo magis peccabunt, quando ſe in-
fames conſpiciunt de facto, & de iure, & in reli-
gione euadunt, vt plurimum magis temerarij, &
inſolentes, quam fuerint in ſæculo, propter mi-
norem timorem cum quo viuunt abutentes pie-
tate, & compaſſione bonorum; ergo tales om-
nino eiiciendi ſunt à religione ne pecus morbida
alias inficiat.
18 Et hanc ſententiam tenet Sanctorus poſt præ-
dicta decreta ſacræ Congregationis, quem refert
Fr. Petrus ab Angelis, *in additionibus ad ordinem
iudicialem dicto* 3. tenet eam etiam Palaus, *de vo-
to religioſa obedientia, p.*19.*n.*17. Brunus Caſain-
gus, *tract.* 4. *cap.* 6. *propoſitione* 9. *poſtulato* 2. *ver-
ſiculo, ſi certo conſtares de aliquo*, eam probabilem
iudicauit ipſe P. Fr. Petrus ab Angelis, nam licet
in prædicto loco ſuarum additionum ad ſuum or-
dinem iudicialem, eam viris doctis enucleandum
relinquat, interrogatus tamen à me Matriti anno
1668. quid ipſe cenſuerit in hoc caſu? Reſpondit,
ſe dictam ſententiam ſemper probabiliſſimam iu-
dicaſſe, & ad praxim reduci poſſe, & ipſum eam
reduxiſſe cum eſſet Definitor generalis noſtræ
Congregationis.

Nec obſtat prædictum decretum ſacræ Con-
gregationis de electis præcipiens ſeruari quæ ex
iuris communis diſpoſitione mandantur, quia vt
vidimus ius commune declarat etiam incorrigi-
bilem, non tantum ter monitum, & punitum,
ſed etiam qui contumax & rebellis fuerit, & per
vnum delictum quando eſt nimis atrox talis è iu-
re delinquens præſumitur, & iudicatur vt *ſuprà*
diximus; ergo hac ratione extra ius commune
non ſumus, maxime cum tot graues, & Pij Do-
ctores in hanc ſententiam veniant, ita Sanctorus
ſuprà, & ego ſaluo meliori iudicio.

CONSVLTVM LXXV.

De quodam priore ſuſpenſo ab officio, an antequam inciperet ſuſpenſionem poſſet aſſignare vicarium pro ſuo conuentu, an neceſſario debet ſuccedere Subprior in noſtra Religione.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Prior ſuſpenſus ab officio antequam incipiat ſu-
ſpenſionem non poteſt deſignare vicarium pro
ſuo conuentu, cui vices ſuas deleget pro tem-
pore ſua ſuſpenſionis.*
3 *In noſtra religione pro tempore ſuſpenſionis
prioris præſidere debet eſt ſubprior, niſi Vica-
rius à Prouinciali imponatur.*
4 *Iuriſdictio data à priore Vicario à ſe electo pro
tempore ſua ſuſpenſionis finitur ſtatim, ac
prior incipit ſuam ſuſpenſionem.*
5 *Extincta voce authoris, extinguitur ius ſuc-
ceſſoris.*
6 *Nullus actus incipere poteſt, vbi finem accipe-
re debet.*
7 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
8 *Idem dicendum eſt quoties ceſſat iuriſdictio
prioris, ſiue per mortem, vel priuationem
ab officio.*
9 *Idem dicendum eſt quando prior eſt excommu-
nicatus vel ſuſpenſus dummodo ſit denun-
ciatus.*
10 *Quando Prior eſt in ſeparata ædicula intra
cœpta Monaſterij iuriſdictio prioris non de-
uoluitur ad ſuperiorem.*
11 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſol-
uitur.*
12 *In caſibus vrgentis neceſſitatis in quibus eſt
periculum in mora, & non poteſt prior adi-
ri, tunc deuoluitur iuriſdictio prioris ad ta-
les caſus ad ſubpriorem.*
13 *Ponitur quadam inſtantia in contrarium, &
ſoluitur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM prior Carmelita excalceatus fuit 1
à Prouinciali pro ſuis culpis per duos men-
ſes ſuſpenſus ab officio prioris.

Quæſitum fuit à me, Antequam iſte prior
inciperet tempus ſuæ ſuſpenſionis, poſſet deſi-
gnare Vicarium pro ſuo conuentu, cui vices ſuas
delegaret pro tuto tempore ſuæ ſuſpenſionis, an
vero neceſſario debeat ſuccedere ſubprior con-
uentus, niſi alius Vicarius à Prouinciali fuiſſet de-
ſignatus.

RESPONSIO AVTHORIS.

REſpondi nullo modo poſſe priores talem Vi- 2
carium deſignare, qui præſit tempore ſuæ
ſuſpenſionis, ſed neceſſario debet præſidere ſub-
prior conuentus, niſi aliter à Prouinciali ſit diſ- 3
poſitum. Ratio eſt, quia Vicarij electi à priore
iuriſdictio eſt delegata à priore, & ab eo dependet; 4
ergo illius ſuſpenſione finitur, vt patet ex textu. *in
l. quod principi iuncta l. ſi Auguſta ſeq. ff. de leg.* 2. &
tradunt Fulg. *in l. More, n.* 25 *ff. de iuriſd. omni. iud.*
Sebaſt. de Medina. *tr. Mors omnia ſoluit, n.* 83. Nam 5
extincto iure authoris extinguitur ius ſucceſſoris, *l.
lex vectigalis, ff de pign. l.* 1. *C. ſi pignus pignori da-* 6
tum ſit. Confirmatur quia nullus actus incipere po-
teſt, vbi finem accipere debet, iuxta illud Philoſo-
phi ſyntheſis rerum, ſic ſe habet cum analyſi, vt ex
inde primum ſyntheſis cœperit, ibi Analyſis termi-
netur, alias duos effectus contrarios daremus, quod
cum ipſa rei natura pugnat.

Nec obſtat id, quod ait noſtra conſtitutio. 3. 7
part. cap. 13. *num.* 52. Subprior in abſentia prioris
præſideat, niſi ab eo alius Vicarius fuerit deſigna-
tus. Reſpondetur namque conſtitutionem loqui de
abſentia prioris à conuentu retento munere prio-
rali & habituali iuriſdictione, tunc enim integrũ illi
eſt Vicarium deſignare, non vero in noſtro caſu, in
quo eſt prior ſuſpenſus a iuriſdictione; eſſet enim
maxima verborum cõtorſio, ſeu impropria vſurpatio
ſi verbũ illud, in abſentia prioris, intelligeretur de
ſuſpen

ſuſpenſione, verba autem debent intelligi iuxta communem loquendi vſum *l.de.§.quod tamen caſus*, vbi Bartol. *ff de legat.3.l.Labeo,ff.de ſupellect. leg.* Mantica *de coniecturis, lib.3. titul.* 8. *num.1.* Souſa *in relectione de cenſuris bulla cœna cap.2. n. 4.& cap.6. d.39.n.3.& cap.7.num.5.*verbum vero abſentia, iuxta vulgarem vſum ſolum ſignificat egreſſionem à loco in locum, ſeu defectionem à loco, non vero defectionem ab officio; cum ergo nullus alius detur locus vnde colligatur, quod prior tempore ſuſpenſionis ab officio poſſit Vicarium deſignare, euidenter ſequitur deuolui prioris iuriſdictionem ad ſuperiorem, nam cum lex non diſponat quid in hoc caſu faciendum ſit, id iuris communis diſpoſitioni relictum credimus, nam caſus à noua conſtitutione omiſſus intelligitur ſecundum ius antiquum *l.ſi vero,§.de viro,ff ſolut.matrim. l.commodatiſſimè,ff.de liber. & poſth.* Gironda *de priuileg.n.* 556. & 586. ius autem commune decernit, quod abbate ſuſpenſo à collatione beneficiorum ad priorem clauſtralem collatio deuoluatur Clementina *in agro §.ſi quis autem, verſ. abbate deſta n monach*

8 Et idem dicendum eſt quoties ceſſet iuriſdictio prioris, ſiue per mortem, vel priuationem ab officio; ſiquidem in his caſibus eadem eſt ratio, & prorſus in iure æquiparantur, vt patet *ex cap.* 1. *de officio vicarij in* 6. Et idem dicendum eſt, quando prior eſt excommunicatus, vt patet *ex text.9 in cap.1 de officio vicarii in* 6. vbi ſancitur, nullius eſſe valoris, quidquid Epiſcopo excom-

9 municato eius vicarius exequitur, & tenent plures DD. citati à Sanchez *lib.3.d.* 30.*num.6.* Rebuf. *regul.3.* Barbach *in repertor. verb. vicarius, num.*20. Maranta *ſpecul. aur p.4. diſt.* 1. *num.*7. Gutierrez 1.*canonicarum quæſtionum cap.* 1.*num.*83. Vgolinus *de cenſuris tab.2.cap.*11.§. 4. *num.* 8. debet tamen eſſe denunciatus, vel publicus percuſſor clerici, iuxta Conſtantienſis Concilij determinationem decernentis excommunicatum non amittere iuriſdictionem, niſi duobus caſibus prædictis; vt multis probat Sanchez 3. *de matr. d.* 22. *num.* 35. & idem dicendum eſt, quando prior eſt ſuſpenſus, prout ſuſpenſio eſt cenſura, requiritur tamen vt ſit denunciatus, vt aduertit Sanchez *dicta diſp.*3. *de matrim. num.*8. quia antequam denuncietur, adhuc prior retinet iuriſdictionem, & conſequenter perſeuerat iuriſdictio ſui vicarij *argum. text. in dicto cap.* 1. *de officio vicarij lib* 6. & ita receptum eſt in mea religione, ſtatim enim ac Prior decedit, ſiue per aliquod tempus ſuſpenditur, etſi ſuſpenſio non ſit cenſura, ſed tantum ceſſatio ab officio, vel ſi promouetur ad aliquod officium incompatibile cum munere priorali, eo ipſo abſque alia nominatione ſuccedit ſuperior in regimine conuentus, & ad illum tota poteſtas prioris deuoluitur, niſi aliud à Prouinciali, vel Generali fuerit ſancitum.

10 Sed quæres. An prioris iuriſdictio deuoluatur etiam ad Subpriorem modo dicto, quoties ipſe prior in ſacris ſeparata ædicula à communitate, remotus ſpiritualibus exercitiis operam nauat, ac ſi prorſus abeſſet prior? Reſpondeo negatiuè. Ita P. Fr. Ioannes à ſanctiſſimo Sacramento *in diſquiſitionibus regularibus 4.p.num.* 105. Ratio eſt, quia in hoc caſu prior domi eſt, nulla ergo graui præpeditus infirmitate, aliovè conſtrictus impedimento, ne poſſit domeſtico gubernio intendere, ſed præſente priore, nulla præter œconomicam, ſeu propriùs domeſticam conceditur ſubpriori poteſtas, & hæc, non niſi dependenter à priore præſenti, cuius ſubeſt iuriſdictioni; ergo pro tempore, quo prior eſt in ædicula ſeparatus, non deuoluitur iuriſdictio conuentus ad ſubpriorem. Conf. quia velle priorem ſeſe in cellam ſeu ſacram ædiculam ad tempus recipere, vt intentius ſpiritualibus vacet, non tollit ab eo iuriſdictionem, vel Conuentus regimen; ſed tantum occaſioni eſt vt ille ampliorem ſubpriori poteſtatem mandet, vt ſic expeditior curis temporalium exutus interiora tractare valeat, quo caſu quidquid à ſuperiore tractandum ſit iure delegationis illi conueniet, poterit ergo pro libito prior mandatam reaſſumere poteſtatem, quia ſicut ſponte illam commiſit, ita poterit commiſſionem, ſiue coarctare, ſiue auferre iuxta textum *in cap.1.de reg. iuris in* 6.

Nec obſtat ſi ſacra ædicula ſit extra clauſtra, ſiue extra clauſuram ſita, nam quoad hoc pro parte Conuentus reputatur, cum intra conuen- 11
tus cœpta concluſa ſit, ideoque de priore inibi degente, ac ſi communitati intereſſet loquendum eſt. Nec etiam obſtat talis ſegregatio, vt poſſit ad priorem deferri quidquid tempore talium exercitiorum gerendum occurrat, ſi enim diu quidquam ſe obtulerit faciliimè poteſt adiri prior; ſi vero noctu neceſſe ſit vt aliquis religioſus egrediatur ad confitendum infirmum, vel quid ſimile, tunc ſicut fores vt egrediatur aperiantur, ſic vt prior fiat certior ad aperiri queunt; Imo Quintañad. *ſing.ad ſeptem Eccl. Sacr.tr.*1 *tr.*4. *ſing.*13.*n.*2. ſentit, nullam Subpriori poteſtatem acreſcere, eo quod prior ad vicinum aliquod prædium recreationis, ſeu viſitationis cauſa per vnum, vel duos dies diuerterit, quaſi idem ſit in ſuburbiis, ſeu vicino prædio degere, ac manere domi, ergo à fortiori id concedere debet de priore habitante in ſacra ædicula intra cœpta Monaſterij.

Sed non ideo comprehenſos volo caſus vr- 12
gentis neceſſitatis, in quibus ſi conſulatur prior, aliquid imminet periculi moræ cauſa; tunc enim ipſa neceſſitas poſt ſe raptat [quamvis prior ſpiritualibus exercitiis non inſiſteret] omnes leges, omniumque legum diſpoſitiones, neceſſitas enim non habet legem; vnde vt benè ſubdit Quintanaduenas *dicto num.*4. ſi communicandi, aut celebrandi vrget tempus, poterit Subprior, ſi non eſt aditus ad Priorem à reſeruatis abſolutionem concedere, cum onere comparendi, & à fortiori idem dicetur de conceſſione, ſiue facultate ad alia leuia; ſiue minus grauia.

Hæc omnia inſpecto iuris rigore certiſſima 13
autumo, nec vllo modo noſtris conſtitutionibus contraria. Nam licet, 1.*p cap.*3 *num.*2. dicatur quod, qui in huiuſmodi exercitiis verſantur, ab omni officio, & conuerſatione liberi eſſe debeant, noctu, diuque in cella, ſiue ſolitaria ædicula Deo vacantes morari, non intelligitur de Prælatis, ſed de reliquis conuentus Officialibus, & miniſtris exterioribus occupationibus deputatis: Nec ad conſequendum finem, quem ipſa conſtitutio exoptat, ſcilicet ſpiritualium frequentationem exercitiorum, ſuppoſita humana fragilitate, proportionatum medium foret, priores tandiu ab officio ſuſpendere; quandiu vacaret prædictis exercitiis, ſed æquum fuit eorum arbitrio relinqui, vt vel omnino à negotiis ſuperſede-

tent, vel aliquibus intendere poſſent, debito pro ſuo libito gubernationis onere. cum Subpriore, vt antea dicebamus.

CONSVLTVM LXXVI.

De Subpriore ſuccedente Priori demortuo, vel priuato ab Officio, an debeat Priori ſuccedere in loco Prioris, & an ei debeatur honorificus titulus, Patris noſtri, & an debeat benedictionem in prima, & completorio impertire.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Subprior in noſtra religione licet per priuationem Officij, vel mortem Prioris ſuccedat in omni iuriſdictione Prioris, non ſuccedit in loco illius.*
3 *Non poteſt impertire benedictionem in prima, vel completorio.*
4 *Vicarius electus à definitorio ſuccedit in loco Prioris.*
5 *Vicarij electi, ſiue à Generali Prouinciali, vel Priore, habent eminentiorem locum Superiore Conuentus.*
6 *Qui de vno dicit, de alio negare videtur.*
7 *Electio vnius, eſt alterius reprobatio.*
8 *Titulus Patris noſtri, nec Superiori, nec Vicario electo, Generale, tribuendus eſt.*
9 *Ponuntur Prælati quibus talis titulus de iure noſtro dandus eſt.*
10 *Probatur id ex conſuetudine religionis.*
11 *Probatur ex multis capitibus iuris.*
12 *Subprior licet habeat totam iuriſdictionem conuentus, non poteſt dicere confeſſionem, vel impertire benedictionem in choro in prima, vel in completorio.*
13 *Idem dicendum eſt de Vicario etiam poſito à Generali.*
14 *Subprior, etſi præſideat in Conuentu ſedet in Choro poſt Sacerdotes veſtibus ſacris indutos.*
15 *Idem dicendum eſt de Vicariis etiam electis à Generali.*
16 *Qui per Prælatos intelligantur in noſtris conſtitutionibus de iure noſtro.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM Prior noſtræ Congregationis Carmelitanæ Excalceatæ priuatus fuit ab Officio, & eius Subprior ſucceſſit in iuriſdictione Conuentus cum omni poteſtate, ac ſi Prior eſſet in defectu Prioris ex vi legis, ex eo quod Prouincialis alium Vicarium non deſignauit, dubitatum fuit.

Et quæſitum fuit à me, an ſucceſſerit etiam in loco Prioris, & an deberet dare benedictionem in completorio, & in prima, & an deberet ei dari titulus honorificus Patris noſtri, aliis Prælatis debitus: & quid dicendum foret de aliis Vicariis, tam electis à definitorio, quam à Prouinciali, vel Generali, vel etiam Priore?

RESPONSIO, AVTHORIS.

REſpondeo nullo modo deberi Subpriori per vacationem Prioris locum debitum Priori. 2
Ita P. Fr. Ioannes à ſanctiſſimo Sacramento *in diſquiſitionibus regularibus p. 4 num. 121* Et ratio
eſt, quia licet Subprior ex vi noſtræ conſtitutionis, & iuris communis, & antiquæ conſuetudinis ſuccedat in omni iuriſdictione ordinaria Prioris, id tamen intelligitur limitationibus, quæ ex eadem conſtitutione habentur; Atqui noſtra
conſtitutio *3. p. cap. 1. num. 13.* decernit, quod 3
ſolus Vicarius electus à definitorio eandem poteſtatem, & præeminentiam habeat, ac ſi eſſet
Prior; ergo ſi præeminentiam Prioris hoc ſolo 4
Vicario à definitorio electo concedit, euidenter ſequitur eam aliis Vicariis, & præſidentibus, etiam poſitis à lege denegare.

Confirmatur: Quia noſtrum Capitulum gene- 5
rale anno 1667. conceſſit Vicariis poſitis, non ſolum a definitorio, ſed etiam à Generali, Prouin-
ciali, vel Priore eminentiorem locum Superiori 6
Conuentus; vt patet *ex declaratione prædicti capituli, n. 43.* & nihil diſpoſuit de Superiore quando ex vi legis præſidet in conuentu; ergo ſignum eſt noluiſſe illum in loco meliorare in defectu Prioris; patet conſequentia, quia qui de vno dicit, de alio negare videtur, vt conſtat per
textum *in cap. nonne de præſumpt. cum ſimilibus,* 7
& electio vnius eſt alterius reprobatio *l. cum ita legatum, §. 1 ff de condit. & demonſtr.* Surdo *conſil.* 428. *num.* 8. ergo cum lex ſuperiorem locum prædictis Vicariis concedat, & nihil de Superioribus diſponat, voluit eos relinquere in ſua ſede, quam anteà habebant, non ſi lex aliud voluiſſet, expreſſiſſet.

Et idem dicendum eſt de honorifico titulo
Patris noſtri, nam hic titulus dandus eſt ſolum 8
Patri noſtro generali, & definitoribus generalibus in toto ordine, prouincialibus in ſuis prouinciis, & prioribus in ſuis conuentibus. Et ratio eſt, quia noſtra Conſtitutio *1. p. cap. 15. num.*
finali determinat Prælatos, qui hoc titulo hono- 9
randi ſunt, ſcilicet generalem, & definitores generales in toto ordine, prouincialem in ſua prouincia, & priorem in ſuo conuentu; ergo præter hos, nulli alteri etiam, ſi ſit præſes conuentus vel Prouinciæ, vt infra dicemus, dandus eſt talis titulus, Patris noſtri. Patet conſequentia, quia illa particula, ſcilicet, eſt præcedentium de-
claratoria, vt tenet cum multis Barboſa *de dictionibus, dictione* 423. *num.* 1. ergo euidenter excludit ſuperiorem, etiamſi cum plena poteſtate præſideat in conuentu, & idem dicendum eſt de aliis Vicariis ſiue poſitis à Prioribus ſiue à Prouincialibus, vel à Generale, propter eandem rationem vt *infrà* magis explicabimus. 10

Confirmatur ex vſu, & conſuetudine totius Religionis, quæ nunquam conſueuit tales Vicarios, ſiue præſidentes titulo Patris noſtri honorare; ſed conſuetudo generalis Religionis eſt optima legum interpres, vt patet *ex cap. cum dilectus de conſuetudine. l. more, ff. de legibus l. ſi de interpretatione ff. eodem,* Siluan. *conſil* 88. *num.* 27. Tiraquello *de nobilitate cap.* 10. *num.* 9. Afflictis *deciſ.* 166. *num.* 9 Menoch. *conſil.* 33. *num.* 44. Maſcard. *de probationibus conſil.* 1415. *num.* 10. Caldas *in l. ſi curatorem, verbo contractum, n.* 29.

Cod.

12 *Cod. de in integr. reſtit.* ergo nullo modo talis prælatus prædictis Vicariis, vel præſidentibus dandus eſt

13 Et eadem ratione in prima, & completorio nec confeſſionem, nec benedictionem imperti re debent, vel poſſunt, vt habetur *in noſtro ceremoniali, cap. 7. num. 3.* Nam hæc pertinent ad prælatum, & non ad ſuperiorem, vel vicarium, inſuper licet Priores in Choro miniſtris, & hebdomadario ſacris indultis præcedant, vt ibi ha-

14 betur, Subprior etſi præſideat in Conuentu minime, ſed primus ab illis ſedet, & idem dicendum eſt etiam de Vicariis conuentualibus, poſitis a Generali; in omnibus enim his caſibus co-

15 arctata eſt authoritas Subprioris, & Vicariorum, vt colligitur *ex cap. 12. noſtri ceremonialis, num. 3.* vbi cum diſpoſuiſſet debere miniſtros altaris ſedere in Choro immediate poſt Prælatos ſubiungit, nomine autem Prælatorum intelligitur. P. Fr. Generalis, & Definitores generales in toto ordine, Prouincialis in ſua Prouincia, & Prior in ſuo Conuentu, & in quocunque loco vbi Prælatorum facta fuerit mentio ad ſimiles res,

16 dicti intelligantur, vbi nota, ad ſimiles res, id eſt. ad præcedentiam loci, & alias præeminentias; ergo tam Subprior quam alij Vicarij ab his omnibus præeminentiis a lege excluduntur. Ita P. Fr. Ioannes à ſanctiſſimo Sacramento *p. 4. in diſquiſitionibus regularibus n. 120.*

CONSVLTVM LXXVII.

De Religioſo irrogante iniuriam Subpriori actu præſidenti in Conuentu, an puniendus ſit eadem pœna, ſi ac iniuriam Priori ipſi irrogaret?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Subditus qui percuſſit Subpriorem præſidentem in Conuentu idem delictum commiſit, ac ſi Priorem percuteret.*
3 *Subprior quando habet eandem iuriſdictionem ac Prior, eadem reuerentia tractandus eſt.*
4 *Subprior in abſentia Prælati poteſt imponere præcepta.*
5 *Subditi in abſentia Prioris tenentur obedire Subpriori, ac Priori.*
6 *Conſtitutio correctoria iuris communis, ſolum in caſibus aſſignatis obſeruanda eſt, & minimè ad alios ſimiles extrahenda.*
7 *Vicario non eſt tribuendus tantus honor ſicut principali, quando Vicarius actualiter ſubditus eſt principali, & iuriſdictione caret.*
8 *Secus quando vices Prælati exercet.*
9 *Honor non debetur Superiori quando præſidet in Conuentu ratione perſonæ, ſed officij.*
10 *Si in aliqua religione datur certa pœna contra offendentem Prælatum, eadem pœna mulctandus eſt offendens Subpriorem quando actu præſidet in Conuentu.*
11 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
12 *Qui in Prælatos iniicit manus puniendus eſt iure noſtro conſiderata Prælatorum qualitate.*
13 *Subprior cum præſidet in Conuentu non eſt minor Prælatus, quam Prior.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM Religioſus oblitus vocationis ſuæ, irrogauit quandam iniuriam grauem ſubpriori, tempore quo ipſe præſidebat in Conuentu in abſentia Prioris per multum tempus.

Quæſitum fuit à me an puniendus eſſet delinquens eadem pœnâ, ac ſi Priorem ipſum eadem iniuria afficeret.

RESPONSIO AVTHORIS.

REſpondi affirmatiuè, Ita P. Fr. Ioannes à ſanctiſſimo Sacramento *in diſquiſitionibus regularibus p. 4. num. 127.* Ratio eſt, quia tunc tempore Subprior Prælati locum obtinebat, & eadem poteſtate fungebatur; ergo eadem reuerentia à ſubditis illi præſtanda erat, ac Priori; ergo ſubditus iniuria illum afficiens eadem pœna puniendus eſt, ac ſi Priorem ipſum iniuria afficeret. 3

Confirmatur; quia Subprior in ordine noſtro in 4
abſentia Prælati poteſt imponere præcepta; ergo ſubditi ei obedire tenentur eodem modo, ac ſi à 5
Prælato impoſiti fuiſſent, nihil enim in hoc noſtra conſtitutio minuit Superioris Vicarij authoritatem.

Confirmatur 2. Quia conſtitutio, quæ Sub- 6
prioris authoritatem aliqualiter minuit, eſt iuris communis correctoria; ergo ſolum in caſibus expreſsè ad illa aſſignatis obſeruanda eſt, & minimè ad alios ſimiles extrahenda, vt patet *ex l. præcipimus, Cod. de appellat.* & cum communi Doctorum tenet Veracruz *in appendice dubio 14. conſil. 5.*

Nec obſtat ſi dicas cum Roderico *tom. 2. regul.* 7
quæſt. 33 art. 5. non tantum honorem deberi Vicario, ſicut principali. Reſpondetur namque id intelligi, quando Vicarius actualiter Prælato ſubditus eſt, omnique iuriſdictione eſt viduatus, ſecus quando ipſe vices Prælati exercet cum authoritate ordinaria. Nec obſtat aliquando ſub-
priorem iuuenem eſſe, & non dignum tanta au- 8
thoritate, & reuerentia, ac Prælatus ipſe, nam hic honor non illi debetur ratione perſonæ, ſed officij, quod ſufficit, vt iniurius in illum eadem pœna mulctetur, ac ſi in Prælatum ipſum delinqueret, vnde ſi in aliqua religione aſſignata eſt
pœna pro tali, vel tali iniuria inferente in Præla- 9
tum, eadem pœna multandus eſt, qui Subpriorem
præſidentem affecit. 10

Nec obſtat, quod in noſtra Religione Sub-
prioris authoritas quando præſidet in Conuentu 11
in aliquibus deminuta ſit, ſiquidem lex noſtra, vt *ſuprà* diximus illi non concedit præeminentias Priori debitas, quæ attento iure communi illi debebantur quando actualiter præſidet; ergo non illum iniurians æquali pœna puniendus eſt, ac ſi Priorem iniuriaſſet: ſiquidem non eædem præeminentiæ illi debitæ ſunt ac Priori, & pœna debet commenſurari delicto *cap. non adſeramus 24. q. 1. authentica, vt patris familias ſuccedat. §. quia*

vero

vero c. p. Pelices verſu, illud autem de 7œ. 1s lib. 6 ca. final de his quæ fiunt à maiori parte capituli Sanchez de matrim. d. 22. n. 9.

Reſpondetur namque conſtitutionem noſtram ſolum limitate iuriſdictionem Subprioris quoad præeminentias ibi aſſignatas, vt patet *ex illis verbis capituli 2. num. 3. pera cauſas ſemelbantes.* quæ verba ſolum loquuntur de præeminentiis ibi aſſignatis, aut ſimilibus, vnde illa reſtrictio non eſt ad alios caſus diſſimiles pertrahenda, nam lex diminuens authoritatem Subprioris eſt iuris communis correctoria, & ideo ſolum in caſibus expreſſis eſt obſeruanda, & non ad diſſimiles caſus pertrahenda, *l. præcipimus, Cod. de appellationibus.*

12 Nec obſtat quod noſtra conſtitutio *p. 4. c. 4 § 4.* loquens de percuſſoribus, quo ſupplicio caſtigandi ſint, quando manus violentas injiciunt in Prælatos dicit, quod qui in prælatum manus violentas injicit, puniendus eſt conſiderata prælatorum qualitate; ergo cum authoritas Subprioris minor ſit, ac prælati, videtur dicendum, quod ſtando in noſtra lege minori pœna puniendus ſit, qui in Subpriorem, v. g. alapam iniecit, quam ſi in prælatum injiceret. Reſpondetur legem ſolum velle dicere minori pœna puniendum eſſe, qui minorem prælatum iniuria afficeret, in præſenti autem Sub-
13 prior non eſt minor prælatus, ac ipſe Prior, cum eadem protſus fulgeat authoritate, ac poteſtate, vnde delinquens eadem pœna puniendus eſt; ac ſi Priorem ipſum iniuria afficeret.

CONSVLTVM LXXVIII.

De Subpriore præſidente in Conuentu in abſentia Prioris: An antequam tranſirent 24. horæ abſentiæ Prioris, poſſit amouere Officiales Conuentus à ſuis Officiis, & inobedientes injicere in carcerem, & de eis formare proceſſus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *In Subpriorem non deuoluitur iuriſdictio ordinaria in abſentia Prioris, niſi tranſactis 24. horis, dummodo aliud lege non ſit ſancitum.*
3 *Pro noſtratibus datur de hoc lex in noſtris conſtitutionibus.*
4 *Per hanc legem non habent locum varia opiniones, quæ de hoc dantur in noſtra Congregatione.*
5 *Noſtra lex quæ diſponit quod Subprior non poſſit imponere in abſentia Prioris præcepta in Conuentu, niſi poſt 24 horas, idem diſponit in aliis actibus iuriſdictionis.*
6 *Caſus præcepti, exempli gratia expreſſus fuit, & non reſtringit legem generalem.*
7 *Subprior in abſentia Prioris antequam ſint tranſacta 24. horæ non poteſt oſtiarum poſitum à Prælato amouere ab officio, ipſo remittente.*
8 *Subprior in abſentia Prioris nequit aliquid innouare.*
9 *Dictio*, aliquid, *pro minima etiam re ſupponit.*
10 *Remouere officialem ab Officio, in quo eum poſuit Prælatus, eſt magna innouatio.*
11 *Si ſit periculum in mora, poteſt Subprior remouere officialem ab Officio in quo erat poſitus à Priore.*
12 *Lex ſolum prohibet, ne Subprior aliquid in abſentia Prioris innouare præſumat.*
13 *Qui ex iuſta cauſa operatur, non temere, vel fraudulenter operatur.*
14 *Præſumptio, dolum & temeritatem profert.*
15 *Talis remotio ab officio ex cauſa eſt conformis legi.*
16 *Capitulum ſede vacante cum cauſa poteſt excommunicare ſubditos rebelles.*
17 *In noſtro caſu non erat periculum in mora, nec iuſta cauſa amouendi oſtiarium ab officio.*
18 *Quoties lex aliquid prohibet nulla adiecta pœna pro tranſgreſſoribus, quamvis lex non apponat clauſulam annullantem, quidquid contra illam prohibitionem fit, eſt nullum.*
19 *Secus dicendum eſt quando lex imponit pœnam.*
20 *Lex noſtra prohibens Subprioribus ne aliquid innouent in abſentia Prioris, nullam imponit pœnam.*
21 *Subprior in abſentia Prioris antequam tranſeant 24. horæ non poteſt formare proceſſum contra aliquem religioſum.*
22 *Non poteſt, probato crimine, illum in carcerem detrudere.*
23 *Subprior antequam tranſeant 24. horæ nullam habet iuriſdictionem in conuentu.*
24 *Formare proceſſum, inijcere in carcerem eſt actus iuriſdictionis coactiuæ.*
25 *Caſtigare Religioſum pertinet priuatiuè ad illius Prælatum, vel ad Papam.*
26 *Subprior antequam tranſeant 24. horæ ab abſentia Prioris non eſt prælatus Conuentus.*
27 *Quod non inuenitur conceſſum, expreſſè intelligitur eſſe prohibitum.*
28 *Priores noſtri ex vi legis, etiam abſentes habent omnem iuriſdictionem, non ſolum habitualem, ſed actualem in ſubditos ſuos.*
29 *Lex non abſolutè concedit iuriſdictionem Subprioribus in abſentia Prioris, ſed cum limitatione, vt nihil innouare poſſit.*
30 *Pro tempore abſentiæ Prioris dandus eſt prælatus, qui abſolutam habeat totam iuriſdictionem Conuentus.*
31 *Prior etiam abſens poteſt exercere omnem iuriſdictionem voluntariam in ſubditos, dummodo poſſint ſcripta mandari.*
32 *In aliis religionibus deuoluitur omnis iuriſdictio ad Subpriores, & ſolum remanet habitualis in prioribus.*
33 *Subprior pro eo tempore, quo ad eum iuriſdictio non eſt deuoluta non eſt prælatus Conuentus etſi in eo præſideat.*
34 *Solum eſt coadiutor Prioris, & habet ius præcipiendi intra limites domeſticæ gubernationis.*
35 *Subditi in prædictis rebus domeſticis tenentur ei obedire ex vi voti obedientiæ.*
36 *Si Subprior excedat limites ſuæ iuriſdictionis quæ ſolum eſt ad res leues, & ad gubernationem domus concernentes; ſubditi non tenentur ei obedire.*
37 *Si culpæ religioſorum ſunt graues Subprior dum ad eum iuriſdictio deuoluta non eſt non poteſt*

eos

eos corrigere, & caſtigare.

38 *Excipe niſi periculum ſit in mora, nam tunc poteſt carcerare religioſum ne fugiat. non tamen formare proceſſum; interrogare teſtes, vel alia ſimilia efficere.*

39 *Praditus Subprior incarcerando dictum religioſum incurrit in cenſuram* ſi quis ſuadente Diabolo.

40 *Carcer ſolùm ex magna cauſa tribuendum eſt religioſis, præcipue in ordine noſtro.*

41 *Carcer in noſtro ordine eſt magna infamia.*

42 *Praditus religioſus pro eo tempore non tenebatur ſubpriori eum præcipitanti in carcerem obedire.*

43 *Sententia carceris lata pro eo tempore à ſubpriore fuit lata à non Iudice.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM Subprior noſtræ Congregationis, recedente à Conuentu priore, non reuerſurus per multos dies, eum præſideret in conuentu iuxta formam legis, accidit quod poſt paucas horas quod prælatus à domo exierat, oſtiarius domus noluit facere rem quandam quam ſubprior illi præceperat, iratus ſubprior eum ſtatim ab officio amouit, & ſtatim de inobedientia formauit proceſſum, & probata inobedientia, recluſit in carcere antequam tranſirent 24 horæ poſt receſſum prioris.

Quæſitum fuit à me primò; An ſubprior licite poſſet amouere illum oſtiarium à ſuo officio. Secundo, An pro inobedientia poſſet formare proceſſum. & probata inobedientia eum in carcerem detrudere. Tertio an incurreret cenſuram contra iniicientes manus violentas in clericum, eo quod abſque iuriſdictione miſerit religioſum illum in carcerem.

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An Subprior licite poſſet amouere illum oſtiarium à ſuo officio?

2 PRo huius quæſiti reſolutione notandum eſt, in ſubpriorem in abſentia prioris non deuolui iuriſdictionem ordinariam niſi poſt 24. horas à receſſu prioris a Conuentu, dummodo aliud lege ſancitum non ſit, ſeu conſuetudine receptum, in aliqua religione. Sic expreſſe Naldus *verbo abeſſe, n.*11. & cum eo Peirinis, *de priuilegiis, conſt.*4. *Sixti IV. n.*16. qui ait debere abeſſe à Conuentu per vnum diem naturalem quem refert, & ſequitur Pelizarius, *manual. regul. tom.* 2. *tract.*8. *cap.*2. *n.*50. Miranda, *tom.* 2. *Manual. prælator. q.*20. *art.*1. *concluſ.*3. F. Ioannes à Sanctiſſimo Sacramento *in diſquiſitionibus regularibus, p.* 3. *n.*385. & pro oo-
3 ſtratibus colligitur ex noſtra conſtitutione 1. *p. cap* 1. Vbi ait, volumus, & declaramus, quod in abſentia proprij prælati Conuentus quando eſt extra oppidum, & amplius quam per 24. horas immoratur eius Vicarius, vel præſes poſſit in caſu neceſſitatis præceptum imponere,

Ex quibus verbis colligitur legem ſolum tunc voluiſſe ſubpriorem verum prælatum haberi, & omnes iuriſdictionis actus poſſe exercere poſt viginti quatuor horarũ ſpatium, vt tolleret opiniones, quæ circa hoc circumferebantur, An ſtatim 4
ac prior a Conuentu exibat extra locum vbi conſtructum eſt Monaſterium, ſtatim ei iuriſdictio ordinaria competeret; alij namque ita exiſtimabant, ita Peregrinus 1. *p. conſtit.* 5. *cap.* 9 *lit F*. Alij dicebant exeunte priore ad ciuitatem vbi Conuentus exiſtit ſtatim iuriſdictionem acquiri ſubpriori, ita Lezana, *tom* 2. *cap.* 13. *n.* 4. Alij dicebant tunc ſolum ſubpriori conferri iuriſdictionem, quando prælatus exit a Conuentu in alterum oppidum eadem die non reuerſurus. Ita Diana, *p.*3. *tract.* 2. *de dub. regularib. reſol.* 28. Omnes ergo has opiniones volens infringere noſtra conſtitutio ſtatuit, vt ſubprior non habeat iuriſdictionem ordinariam in Conuentu, niſi poſt 24. horarum ſpatium, & non antea.

Nam licet conſtitutio ſolum loquatur de præ- 5
ceptorum impoſitione, eadem ratio militat pro quibuſlibet poteſtatis, & iuriſdictionis actibus, caſus vero præcepti exempli gratia expreſſus fuit, 6
quod minime reſtringit generalem diſpoſitionem textus. *in l.*1. *§. quod vulgo, ff. de vi armata, l. damni infecti ff. de damn. infect. l. penult. § vult ff. de iur. & facti ignor. l. ſcire, §. oportet. ff. de excuſat. tutor.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verbo libertas, n.* 37. *Cod. de reuocat. donat.* Surd. *conſil.* 308. *n.* 10. Mulina, *de primogeniis, lib.* 2. *cap.* 8 *n.* 4. Lezana, *verbo leges regularium, n.* 41. Grat. *Diſceptationum forenſium, cap.* 563. *n.* 73. Tuſcus, *tom* 3. *lit. E. concl.* 547. Fla. *de confid. q.* 9. *n.* 55. & alij paſſim: his ſuppoſitis,

Reſpondi primo quæſito ſubpriorem non poſ- 7
ſe oſtiarium illum antequam tranſirent 24. horæ amouere à ſuo officio, in quo erat poſitus à prælato. Ratio eſt, quia 3 *p. noſtrarum conſtitutionum. c.* 3. *n.* 12. ſtatuitur ne ſubprior, nec illi qui in abſentia prioris vices eius gerunt aliquid innouare præſu- 8
mant, dictio vero illa, aliquid, pro minima enim re ſupponit, vt docet Tiraquel. *in l. ſi vnquã, Cod. de renouanda donat. verb. omnia n.*4. Menuch. *remed.* 9
14. *recuper. n.*8. *& conſil.* 4. *n.* 18. *& conſil.* 39. *n.* 9 *& conſil.* 1782. *n.* 29. Surd. *deciſ.* 283. *n.* 8. *& conſil.* 383. *n.* 2. Cened. *ſingul. n.* 1. Grat. *Diſceptationum forenſium. cap.* 509. *n.* Barboſa, *de dictionibus, dictione* 14. *n.* 6. Atqui remouere officialem ab officio in quo eum poſuit prior eſt magna innouatio, vt bene aduertit P. Fr Ioannes à ſanctiſſimo Sacra- 10
mento, *in diſquiſitionibus regularibus, p.* 4. *n.* 145. Ergo nullo modo ſubprior ad id habebat authoritatem, præcipuè cum nondum ad illum deuoluta fuerit iuriſdictio, nec vllum eſſet periculum in mora.

Fateor enim quod ſi ſit periculum in mora tunc 11
optime poterit ſubprior auferre officialem ab officio in quo erat poſitus à priore, quod colligitur ex verbis illis legis, ne aliquid innouare præſumant, nam ſi ex graui ratione, & cauſa officialem ab officio auferat, tunc non temere, & fraudulenter, vt ſupponit verbum, præſumant, ſed iuſte, eam ab officio aufert, præſumptio namque dolum, temerita- 12
temque præfert vt bene Cardin. *Clem.* 1. *de priuil. qu.* 39. Imola, *Clem.* 1. *de reſcriptis, n.* 12. qui ait hoc 13
verbum importare vexationem, & attentationem contra ius, Sanch 9. *de matrim. d.* 32. *n.* 38 Barb. *tract.* 14
de dictionibus, dictione 278. *&* 274. *& in Collectan. tom.* 1. *cap. decernimus n.* 5 *de iudic.* cum autem rationabilis cauſa ſuperuenit perſuadens dictam innouationem quæ non patitur recurſum ad priorem abſentem, tunc talis innouatio, non ſo- 15

lum non eſt contra legem, ſed menti illius valde
conformis.

Quod probatur ex textu, *in cap. bis quæ 11. de
maior. & obediens.* Vbi ſibi reſervans Pontifex
corrigere, ſeu cenſuras imponere ſede vacante
prouidens hac via Eccleſiæ tranquillitati, & pacis;
iſta reſeruatione non obſtanti commentatur Gloſ-
ſa, *verbo pro bono pacis*, quod ſatis poteſt concedi
argumento illius capitis, quod capitulum, vacan-
te Eccleſia, cum cauſa rationabilis ſubeſt, pote-
rit excommunicare ſubditos, ſi fuerint contuma-
ces, & Inobedientes; Similiter ergo quamvis no-
ſtra conſtitutio, prohibeat pro bono pacis ne
ſubprior in abſentia prioris aliquid innouare præ-
ſumat, ſatis ei poteſt concedi argumento ipſius,
conſtitutionis id poſſe, ſi cauſa rationabilis ſubſit
17 cum autem in præſenti nulla ſubeſſet cauſa cum
ex obedientia denegata nullum periculum immi-
neret ex mora, cum alias religioſus in officio ho-
ſtiarij antea bene proceſſiſſet, nec de eo in officio
eſſet aliqua querela, & obedientia illa fuiſſet ca-
ſualis, & ex impetu paſſionis exorta, inde eſt quod
auferre eum ab officio, non ſolum antequam ad
ſubpriorem devoluta eſſet tota domus iuriſdictio,
ſed etiam poſtea fuiſſet magna innouatio, ac per
conſequens nulla, ſiquidem omnia illa quæ ſub-
prior in abſentia prioris innouando attentauerit
ſunt prorſus nulla.

18 Et ratio eſt; quia quotieſcunque lex, ſive ſta-
tutum aliquid prohibet, & remanet pura prohi-
bitio, nulla pro tranſgreſſoribus adiecta pœna,
quamuis lex non apponat clauſulam annullantem
quidquid contra talem prohibitionem fit, redditur
caſſum, & inane, ita Vantius, *de nullit. rubric.
quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponi-
tur, n. 55.* Bolau. *in conſt. Picen. gloſa 6. n. 107.* Soa-
rez, *lib. 5. de legibus c. 28. n. 20.* Salas *eodem tracta-*
19 *tu q. 96. tract. 14 d. 16. ſect. 8. n. 21.* Quod non ac-
cidit quando lex imponit pœnam, nam tunc tol-
lit actus nullitatem. Suarez, *dicto cap. 28. n. 25.*
20 Salas *dicta ſect. 8. n. 27.* Cephalus, *conſil. 47. n. 14.*
Bechius, *praxi noniſsor. d. 4. dub. 4.* Atqui noſtra
lex in prædicto caſu nullam imponit pœnam ſub-
prioribus aliquid innovantibus; ergo quidquid
egerint innovando abſque legitima cauſa erit
prorſus irritum & inane, & ſubditus non tene-
bitur ei in conſcientia obedire: nam quando
ſuperior aliquid iniuſte, & vltra ſuam poteſtatem
præcipit, ſubditus non tenetur ei obedire, vt di-
ximus, *in noſtro Directorio Regularium p. tract. 3.
d. 6. num. 174.*

RESPONSIO AVTHORIS
SECVNDO QVÆSITO.

*An pro inobedientia poſſet formare proceſ-
ſum, & probata inobedientia eum in
carcerem detrudere.*

21 RESpondi ſubpriorem non poſſe antequam
tranſirent 24. horæ formare proceſſum; nec
recipere informationes, & teſtes contra reum,
22 nec cum probata inobedientia poſſe detrudere in
carcerem. Ratio autem eſt; quia ſubprior pro eo
tempore non habebat vllam iuriſdictionem in
conventu, nisi tranſactis 24. horis; Atqui forma-
23 re proceſſus, inijcere in carcerem, eſt actus iuriſ-
dictionis coactiuæ, vt tenent Henriquez, *de in-
dulgent. cap. 14.* Conſectius, *cap. 2. de exemptione*
Bruni, *tract. 2. privilegiorum regularium, cap. 14.* 24
propoſitione a verſu accedit, eſtque communis ſen-
tentia apud DD. Ergo ſubprior ſi antequam ha
beat iuriſdictionem in conuentu hæc faciat, nihil
operatur.

Confirmatur primo, quia caſtigare religioſum 25
ſpectat priuatiue ad illius ſuperiorem, vel ad
Pontificem, vt tenet Abbas, *cap. fin. n. 5. verſu ſi
vere populus de clericis Peregrin.* Bartol. *à Deuo
Dio in pr. ff de re iudicata*, Cocheir, *tom 1. q. 4.
q. 33. n. 2.* Portel. *verbo Epiſcopus*, Sanchez, Henri-
quez, Rodriguez, quos citat Barboſa, *de poteſtate
Epiſcopi, p. 3. alleg. 78. n. 25.* Tamburinus, *de iure
Abbatum, tom. 2. d. 19. q. 7. n. 7.* Scorcia, *in Bullis
Pontific. Theoremate 393.* Peirinis, *de Priuileg. to. 1.
ad conſt. 11. Sixti IV. n. 6.* Villalobos, *tom. 2. tract.
8. difficult. 6. n. 17.* Zabarella, & Lupus, *in cap.
Archiepiſcop. § fin. 5. de Priuilegiis*; Atqui ſub- 26
prior pro illo tempore antequam tranſirent 24.
horæ non erat verus Prælatus, & ſuperior illius
religioſi, nec habebat iuriſdictionem ordinariam
ſpiritualem, vel temporalem vt tradunt commu-
niter DD. *ſuper Clement. 2. de reſcriptis*, vbi Be-
nedict. Capra, *ibi*, quia tota poteſtas eſt penes
Abbatem, non penes ipſum, quod antea docue-
rat Zaborella, *ibidem, n. 2. per textum in cap. quo-
rundam, & in cap. ſi religioſus de electi.* & tenet
Syluester, *verbo confeſſor. 2. q. 8. dicto 3.* Sotus, *in
4. diſt 8. q. 4. art. 2.* Azor. *inſtit. moral. 2. p. cap. 15.
q. 7.* Sanchez, *in Decalogum, tom. 1. lib. 4. cap. 35.
num 16. & c. 39. n. 6. & lib. 6. c. 15. num. 93.* Suarez,
*de religione, lib 6. c. 7. num. 17. & tom. 4. lib. 2. c. 2.
n. 2.* Tamburinus, *de iure Abbatum, tom. 1. d. 1. q. 4.
n. 4.* Molina *tract. 3. de iuſtitia, d. 10. n. vltimo*, ergo
Subprior antequam tranſirent 24. horæ non pote-
rat prædictos actus iuriſdictionis exercere.

Confirmatur 2. Quia quod non inuenitur con- 27
ceſſum expreſſe, intelligitur eſſe prohibitum,
cap. illa nec ſede vacante. gloſa *ibidem Lit. C.* Sed
ſubprioribus noſtris non inuenitur alicubi conceſ-
ſum in lege ante 24. horas abſentiæ prioris poſſe
actus iuriſdictionis exercere; ergo ei intelliguntur
eſſe prohibiti; ergo ſubprior eos antequam tran-
ſirent viginti quatuor horæ exercendo nulliter
procedit. Dices quid ergo faciet Subprior pro illo
tempore: nam ſi ille non poteſt vti actibus iuriſ-
dictionis conventus, manebit pro eo tempore ſine
gubernio, & ſine prælato, quod dicere proculdubio
abſurdiſſimum videtur.

Reſpondeo quod in noſtra religione hæc obie- 28
ctio nullam vim habet, ſiquidem priores noſtri ex
vi legis, etiam abſentes, etiam poſt 24. horas ha-
bent omnem iuriſdictionem, non ſolum habitua-
lem, ſed etiam actualem in ſubditos ſuos, ſiquidem
lex non abſolute concedit iuriſdictionem ſubprio-
ribus, ſed cum limitatione, vt nihil innouare poſ-
ſit: vnde cum authoritas ſubpriorum pro eo tem-
pore non ſit abſoluta, ſed limitata dandus eſt præ- 29
latus qui abſolute habeat illam, hic autem eſt
ipſe prior qui etiam vt abſens poteſt exercere
omnem iuriſdictionem voluntariam in ſubditos, 30
dummodo commode valeant ſcripta mandari;
Ita Portel, *verbo Prælati poteſtas in additioni-* 31
bus, numero 11. N. Fr. Ioannes à Sanctiſſimo
Sacramento, *in Diſquiſitionibus regularibus, p. 4.
num. 174.*

In alijs vero Religionibus, in quibus abſente 32
priore poſt 24. horas tota iuriſdictio abſoluta de-
uoluitur

uoluitur ad Subpriorem, & ſolum manet habitua-
liter in Priore, niſi aliud lege ſtabilitum ſit, vt
docent DD. & Gloſſa, *in Extrauaganti venera-
bilis, verbo Prioratus de præbendis*, Syluelter, *ver-
bo prælatus, n.2.* Azorius, *p.1. lib.7. cap.* 18. Sanch.
in Decalog. tom.1. libro 4. cap.24. numero 23. Sai-
rus, *in claui Regia, lib.6. cap.* 10. *dub.6.* Rodriguez,
1. regul. quæſt. 20. *art.* 3. Diana, *part.3. tract. 2. de
dub. regul. reſolut.*28. Tamburinus, *tom. 2. d.2. q.*18.
Pelizarius, *tom. 2 tract. 3. cap. 2. num.*3. Dicen-
dum eſt, pro eo tempore prælatum adhuc cenſe-
ri, ac ſi domi eſſet, vnde ſicut ſi exiſſet ad ciui-
tatem Subprior ex defectu iuriſdictioois non poſ-
ſet exercere actus iuriſdictionis, ſed debet expe-
ctare aduentum prælati, niſi periculum ſit in mo-
ra, ita pro illo tempore antequam tranſeant 24.
horæ à receſſu prioris à domo, debet ſpectare
quod iuriſdictio ad eum deuoluatur; interim ta-
men debet conſiderare quid faciendus ſit & tranſ-
actis 24. horis iterum vocare religioſum coram
duobus, vel tribus teſtibus, & ab eo inquirere,
an velit ei obedire, an vero perſiſtat in ſua in-
obedientia, & ſi dicat ſe velle obedire lucratus
eſt illum, ſin minus tunc vtatur gladio iuriſdictio-
nis quo poſitur.

33 Et ratio huius doctrinæ eſt, quia Subprior pro
eo tempore, quo iuriſdictio, ſiue abſoluta, ſi-
ue limitata ad eum non eſt delata, non eſt ve-
rus prælatus conuentus, etſi in eo præſideat,
ſed tantum eſt coadiutor Prioris, & ſolum ha-
34 bet ius præcipiendi intra limites domeſticæ gu-
bernationis, vnde circa res domeſticas poteſt præ-
cipere, corrigere, & leuibus pœnis iuxta reli-
gionis morem punire, non quia ei abſolute do-
minatiua poteſtas incumbat: nam hæc ex vi vo-
ti obedientiæ ſoli prælato incumbit, ſed quia eo
ipſo quod conſtitutus eſt vt prælatum adiuuet,
ſufficiens illi poteſtas in ſua numinatione tribui-
tur, vt intra clauſtrum illa poſſit obire, quæ
ſuæ curæ, & ex proprio munere committuntur.
Ita Suarez, *tom. 4. de relig. lib. 2. cap.2. num. 2.*
& patet, *ex textu in cap. cum ad Monaſterium,
verſu Prior autem, de ſtatu monachor.* Sanchez,
*tom. 1. in Decalogum, cap. 33. num. 16. lib. 4. &
tom.2. lib. 6. cap. 13. numero 75* Rodriguez, *1.
tom. regular. quæſt. artic.* 1 Molina, *tract. 5.
de iuſtitia, diſp.* 10. Barboſa, *in Collectanea ad ius
canon. tom. 3. clem. 2. de reſcriptis, verbo ſubpriori
clauſtrali.*

35 Vnde ſubditi in prædictis rebus tenentur ei
obedire non ſolum vt filij parentibus, ſed ex vi
voti obedientiæ, vt tenet Vaſquius, *tom. 2. in
1.2. quæſt.96. art. 4. num.* 26, Sanchez, *in Decalog.
tom.2. lib.6. cap.1. num.*21. & 22. Suarez, 3. *de re-
lig. lib.10. cap.11. num.*19. Pelizarius, *tom. 1. tract.
4. cap 4. ſect.4. num.* 116. Et ratio eſt, quia reli-
gioſi ex vi voti obedientiæ tenentur obedire ei
in quem prælatus ſuas vices delegauerit, ergo
multo a fortiori tenebuntur obedire, ſi lex ipſa
poteſtatem præcipiendi delegauerit, ſed lex præ-
cipit vt ſubprioribus in eis quæ ſui muneris ſunt
omnes obediant; ergo ad id tenentur ſubditi ex
vi voti obedientiæ. Aduerte tamen, quod ſi ſub-
36 prior excedat limites ſuæ iuriſdictionis, quæ ſo-
lum eſt ad res leues, communes, & ordinarias, &
ad gubernationem domus concernentes, tunc re-
ligioſi non tenentur ei obedire, ſiquidem eius iu-
riſdictio ad ſolas res concernentes ſuo officio ex-
tenditur, vt diximus.

Vnde ſi culpæ religioſorum ſint graues, vt eſt
inobedientia in faciem ipſius ſubprioris præſiden- 37
tis, tunc non poteſt ſubprior dum non habet iu-
riſdictionem eum corrigere, hoc enim pertinet
ad prælatum ad quem ſpectat iudicare de culpa
graui, ſed debet ſpectare quod iuriſdictio ad eum
deuoluta ſit. Et minus poteſt proceſſum forma- 38
re, carcerare. &c. Qui ſunt actus iuriſdictionis
coactiuæ. Dixi niſi periculum ſit in mora, nam
tunc poterit recludere religioſum ne fugiat, vel
alia ad vitandum periculum efficere, vt *ſuprà* di-
ximus, non tamen formare proceſſum, teſtes in-
quirere, quia in hoc nullum eſt periculum in mo-
ra breuiſſime enim tranſeunt 24. horæ, & poſtea
vt diximus poterit formare proceſſum, & cæte-
ra ad ſuum munus ſpectantia efficere, vt *ſuprà*
diximus.

RESPONSIO AVTHORIS.
TERTIO QVÆSITO.

An incurrerit cenſuram contra inijcientes manus violentas in clericum, eo quod abſque iuriſdictione miſerit religioſum illum in carcerem.

RESpondi prædictum Subpriorem incurriſſe in 39
cenſuram ſi quis ſuadente Diabolo, injiciens
prædictum Religioſum in carcerem. Ita Tuſcus,
lib 2. de viſitatione cap. 2. num. 2. Paulus de Seas,
in cap. ſi clerici de ſent. excomm. lib. 6. & DD *in
Clemen. in frequent. de exceſſibus prælatorum*, &
Abbas, *in eandem Clement., in verbo caperunt.* Sic
etiam Sorbus, *in compendio priuilegiorum verbo
conuenire* villalobos *in ſummu, tom. 2. tract. 35.
difficul. 5. num.* 5. Diana, *tract. 2, de dubiis regula-
ribus reſolut.* 132. Hieronymus Rodriguez, *quæſt.
regulare l. 62. num.*8. Brunus Caſaingus, *de priui-
legiis, tract.2. cap.4 propoſit. 2. verſu imo Paulus.*
Et tertio eſt, nam ſicut alij qui clericum aut re-
ligioſum iniurioſe caperent, aut carceri manci-
parent abſque iuriſdictione incurrerent prædictam
cenſuram, ſic procul dubio dictus ſubprior, cum 40
abſque iuriſdictione prædictum religioſum in car-
cerem iniiceret, imo & abſque ſufficienti cauſa,
vnde videant prædicti ſubpriores, ne ſic contra
religioſos inuehantur, inde enim tribuunt occa- 41
ſionem multis diſſenſionibus. carcer enim cum ma-
gna cautela, & ex magna cauſa tribuendus eſt re-
ligioſis præcipuè in ordine noſtro, in quo carcer
eſt grauiſſima infamia.
Hinc fit prædictum religioſum non teneri obe-
dire prædicto ſubpriori, ſiquidem ſententia car- 42
ceris lata fuit à non ſuo iudice, cum pro eo tem-
pore iuriſdictione Subprior careret, ac per conſe-
quens fuerit omnino nulla, vt conſtat, *ex cap.* 43
cum olim de priuileg. & ex Panormitano, *in præ-
dictum caput.* & cum aliis Rodericus, *q. 36. art.4.
tom 1.* Ioannes de Lomede, *de exemptione cap.* 8.
qui canones leges, & Authores ad hoc proban-
dum allegat. Brunus Caſaingus. *de priuileg. tract.2.
cap.4 prop.2. verſu neque propter defectum*, & ita
in caſu contingenti iudicatum fuit.

CONSVLTVM LXXIX.

De quodam ſubpriore noſtri ordinis præſidente in conuentu cum prior ad capitulum Prouinciale iret, an eo quod officiales poſitos à priore, & alia multa ad gubernium pertinentia alterauit, & mutauit, poſſit puniri à priore redeunte à capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Subprior, vel Vicarius in abſentia prioris cuius vices gerunt nihil poſſunt innouare.*
3 *Lex in hoc intendit pacem inter priorem, & ſubpriorem.*
4 *Multa pro pace conſeruanda conceduntur de iure, quæ alias non licebant.*
5 *Subprior in abſentia prioris, neque minimum poteſt innouare.*
6 *Non poteſt mutare officiales conuentus, quos prior reliquit.*
7 *Non poteſt aliquid præcipere contrarium illi, quod prælatus præceperat.*
8 *Non poteſt aliquid conſiderabile emere, vendere, alienare, ſeu contractus efficere.*
9 *Solum poteſt efficere, quæ ſunt omnino neceſſaria, & cedunt in commodum conuentus.*
10 *Quidquid ſecus fecerit eſt irritum, & nullum.*
11 *Excipe niſi cauſa rationabilis ſuperueniat, quæ non pateretur ad priorem abſentem recurſum.*
12 *Poteſt vendere ſepulturas pro humandis aliquibus defunctis.*
13 *Poteſt vendere capellas Eccleſiæ de conſenſu Conuentus ad aliquem defunctum tumulandum, ſi cedat in euidentem vtilitatem Conuentus.*
14 *Poteſt in abſentia prioris corrigere, & punire ſubditos.*
15 *Poteſt vota irritare, & in eis diſpenſare.*
16 *Poteſt diſpenſare in ieiuniis Eccleſiæ.*
17 *Poteſt ſecum diſpenſare in caſibus, in quibus poteſt diſpenſare cum ſubditis.*
18 *Poteſt ſubditorum confeſſiones audire, & eos à reſeruatis abſoluere, cenſuris ligare, & ab eis abſoluere.*
19 *Poteſt corporalia, & cætera pro cultu diuino benedicere.*
20 *Super his non cadit illa prohibitio, ne aliquid innouare præſumat.*
21 *Prædicta non cedunt in præiudicium prioris, vel Conuentus.*
22 *Prædicta non procedunt quando prior tendit vt ſocius ad capitulum generale, vel ad Prouinciale.*
23 *Pro hoc tempore concedit lex totam iuriſdictionem Conuentus ſubpriori.*
24 *In hoc caſu non poteſt prior Vicarium ponere in Conuentu.*
25 *Pronomina* hi, & illi, *ſunt demonſtratiua rei ad oculum.*
26 *Pro hoc tempore poteſt ſubprior mutare officiales relictos à priore.*
17 *Poteſt contractus efficere.*
28 *Propter hoc non poteſt reprehendi, vel puniri à priore redeunte.*
29 *Pro eo tempore ſubprior erat abſolute prælatus Conuentus.*
30 *Par in parem non habet Imperium.*
31 *Pro eo tempore non erat ſubditus prioris ſed prælatus illi æqualis.*
32 *Epiſcopus non poteſt ſuum Vicarium punire in his, quæ deliquit circa ſuum officium.*
33 *Vicarius Epiſcopi quod iuriſdictionem, & ea quæ poteſt ratione officij non dicitur ſubditus Epiſcopo.*
34 *Pro delictis quæ ſubprior pro eo tempore tanquam priuatus commiſit poteſt eum prælatus caſtigare.*
35 *Idem dicendum eſt quoties ſubprior in locum prioris priuati, vel demortui ſubrogatur.*
36 *Subrogatus in locum alterius in eius locum, & iura ſubrogatus cenſetur, niſi lex aliud explicet.*
37 *Lex noſtra in his caſibus non reſtringit poteſtatem ſubprioris.*
38 *In his caſibus licet ſubprior ſuccedat priori cum omni poteſtate, & iuriſdictione non ſuccedit tamen cum præeminentiis priori debitis.*
39 *Lex noſtra præeminentias loci, & patris noſtri, ad certos prælatos reſtrinxit.*
40 *Vicarius electus à definitorio eandem poteſtatem, & præeminentias habet, ac ſi eſſet prior.*
41 *Iuriſdictio quæ conuenit alicui per electionem collegij ad aliquod officium eſt ordinaria.*
42 *Vicarius electus à Generali, Prouinciali, vel priore ſolum eſt delegatus.*
43 *In noſtra religione poteſtas eligendi, & nominandi prælatos, qui poteſtate ordinaria polleant, reſeruatur capitulo Generali, vel definitorio Generali.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM ſubprior noſtræ Congregationis, 1
cum prior iret ad capitulum Prouinciale omnes officiales quos prior reliquit in officiis mutauit, quoſdam contractus emptionis, & venditionis graues fecit, debita grauia contraxit, & alia ſimilia fecit, non enim gubernium prioris ſui illi placebat. Rediens autem prior ex capitulo vt moris eſt voluit prædictum ſubpriorem caſtigare, eo quod prædicta innouauerit, & fecerit, dicens deliquiſſe contra illam legem tertiæ partis noſtrarum conſtitutionum, *cap. 13. n. 11.* Subprior in abſentia prioris nihil innouare præſumat.

Quæſitum fuit à me, an eum ex prædicta cauſa, & propter illos actus, quos exercuit dum eſſet præſes in conuentu poſſet prior caſtigare, & an ſubprior prædicta efficiens feciſſet contra illam legem.

RESPONSIO AVTHORIS.

PRo explicatione huius caſus notandum eſt. 3. 2
p. noſtrarum conſtitutionum cap. 13. n. 12. diſponi, ſubpriorem, vel alium Vicarium in abſentia prioris cuius vices gerunt nihil poſſe innouare, ſic enim ait lex, & tam ij, quam illi in abſētia prioris cuius vices gerūt nulla ratione aliquid innouare præſumāt.

Hinc

Hine orta eſt prædicta difficultas, quæ ponitur
in interrogatione huius caſus, pro cuius clario-
ri notitia ſuppono, legem calluiſſe, quod Sub-
3 prior, vel alius Vicarius in abſentia Prioris
Conuentum in eo ſtatu conſeruaret, ſicut ipſe
Prior reliquit, intendens in hoc pacem inter
Priorem & ſubpriorem, quæ omnino turbare-
tur, ſi innouationi circa regimen locus daretur,
vt colligitur ex argumento textus *in c. his quæ de*
4 *maior. & obedient.* ibi pro bono pacis noſtræ
præſidentiæ reſeruamus. Multa enim pro con-
ſeruanda pace conceduntur de iure, quæ alias
non licebant *c. vltim. de tranſaction. cap. n ſi eſſent.*
l. æquiſſimam, ff. de vſufruct. Flamin. *de reſignat.*
lib. 5. c. 3. n. 165. Gonzalez *ad reg.* 8 *Cancellariæ*
gloſſ. 25. *n.* 12.

5 Et hoc modo interpretandum eſt verbum, in-
nouare, quemadmodum interpretatur in rubri-
ca decretali; ne ſede vacante aliquid innoue-
tur, vnde ſicut iuxta illum textum, neque in
minimo admittitur innouatio, nam illa particu-
la, ſeu dictio, aliquid. pro minima etiam re ſup-
ponit, vt docet Tiraquellus *in l. ſi vnquam Cod.*
de reuocand. donat. verbo omnia num. 4 Menochio
remed. 14. *recuperat. n.* 8. *& conſil.* 4. *n.* 18 *& conſ.* 39.
num 9. Surdus *deciſione* 283, *num.* 8. Barboſa *de di-*
ctionibus, dict. 14. *num.* 6. ita ſumenda eſt illa di-
ctio in noſtra lege. vnde Subprior in abſentia Prio-
ris nihil innouare poteſt. Vnde ſi Prior aliquod
6 præceptum impoſuerat illud auferre non poteſt,
nec etiam mutare officiales Conuentus, quos
Prior deſignatos reliquit, nec poteſt aliquid præ-
cipere contrarium illi, quod prælatus præceperat,
omnia enim cenſentur illi prohibita illo verbo,
nulla ratione aliquid innouare præſumant, vt
patet *ex cap. ne ſede vacante*, & tenet N. P. Fr.
7 Ioannes à ſanctiſſimo Sacramento *in ſuis diſqui-*
ſitionibus regul. p 4 *n.* 146.

Vnde non poteſt aliquid conſiderabile alie-
8 nare, emere, vendere; ſeu contractus efficere,
hæc enim omnia cedunt in Prioris præiudicium,
cuius eſt habenas pro totius triennij curriculo
moderare; vnde ſicut capitulum vacante ſede
non poteſt exercere niſi neceſſaria, vt tenet Pa-
ninus *de poteſtate capituli ſede vacante, p.* 1. *prin-*
9 *cip. quæſt.* 7. *n.* 7. Azeuedo *ad Curiam Piſan. lib.* 1.
cap. 8. *n.* 11. *&* 12 Sanmient. *ſelect. lib* 3. *cap.* 15. *n.* 3.
Barboſa *de poteſtate Epiſcopi p.* 3. *allegat.* 133 *n.* 4.
ſic nec Subprior noſter, niſi omnino neceſſaria,
& quæ cedunt in bonum conuentus efficere po-
teſt, vt aduertit Barboſa *in Collectanea tom.* 3 *di-*
cto cap. fin. ſede vacante, num. 12. Quod ſi ſecus
fecerit, omne quod fecerit, erit nullum, vt *ſu-*
10 *prà* diximus. Excipe niſi cauſa rationabilis ſu-
perueniat perſuadent dictam innouationem, quæ
non pateretur ad abſentem priorem recurſum,
ſi quidem in tali euentu immutare, ſeu innoua-
re non modo contra legem, cenſeo verum &
11 menti illius valde conforme, quod probatur *ex*
cap. hi qua 11. *de maior. & obedient.*

Hinc fit poſſe Subpriorem vendere ſepultu-
ras, quæ pro humando defuncto tempore ſuæ
12 præſidentiæ poſtulantur, cum defonctus non
poſſit inhumatus aduentum Prioris ſpectare.
Idem dic de venditione capellæ; vel altaris pro
13 tumulando defuncto, ſi cedat euidenter in vti-
litatem conuentus, & fiat de conſenſu commu-
nitatis, vt lex ipſa præcepit, ſecus dicendum eſt
ſi venditio ſepulturæ vel capellæ non ſit pro tu-
mulando corpore præſenti, ſed pro tempore fu-
turo, nam hæc, & alia quæ aduentum prælati
expectare poſſunt, vel poſſunt ad eum deferri
vbicunque ſit nulla ratione poteſt Subprior ef-
ficere. Poteſt tamen Subprior in abſentia Prio- 14
ris ſubditos punire, & corrigere, vota eorum ir-
ritare, ſuper eiſdem diſpenſare, nec non ſuper 15
ieiuniis Eccleſiæ, reliquiſque regularibus obſer-
uantiis, inſuper poterit ſecum diſpenſare, quem- 16
admodum cum ſibi ſubditis, eorum confeſſio- 17
nem excipere, & à reſeruatis abſoluere, cenſuris 18
ligare, & ab illis abſoluere, etiam reſeruatis,
corporalia, & cætera pro cultu diuino benedi- 19
cere.

Et ratio eſt, quia hæc omnia tam ex vi iuris 20
communis quam ſpecialis priuilegij pertinent ad
Subpriorem præſidentem, nec religio quoque
modo reſtrinxit talem poteſtatem, neque ſuper
prædicta videtur cadere illa prohibitio, nulla
ratione aliquid innouare præſumant; Quia eiſ-
dem verbis inhibetur capitulo ne ſede vacante
aliquid innouet *in rubric. ne ſede vacante aliquid*
innouetur, quæ prohibitio notat ibi, gloſſa ſequitur
negatiue, & ponit orationem perfectam, & ex
ea poteſt argui, quod nihil poteſt innoua-
ri ſede vacante in ipſius ſedis præiudicium.
Argumentum vero bene deſumitur à Rubrica,
vt probat Moneta *tract. de option canon. cap.* 2. *n.* 14.
ideoque validum reputatur in iure, vt conſtat
per textum *l.* 1. *verſu quoniam*, vbi Bartol. *ff ſi*
cer. petat. Euerardus *in Topic.* 7. *loc.* 45 Petr. Andr.
Gamar. *in dialect leg. lib.* 2. *loc.* 7. Aldouinus *conſ.* 101.
num 6. Menochio *conſil.* 3. *n* 11. *& conſil.* 485. *n.* 2.
11. *&* 12. Cenedo *Canonicarum quæſt.* 9. 21. *n.* 16. 21
Barboſa *de locis communibus argument. loc.* 98. *n.* 2.
Atqui prædicta non cedunt in præiudicium prio-
ris, vel conuentus; ergo illa omnia poteſt Sub-
prior efficere, & alia ſimilia quæ non cedant in
præiudicium prioris, vel conuentus.

His vt certis ſtabilitis inquiritur, An dicta 22
procedant etiam tempore quo Prior recedit à
Conuentu in capitulum prouinciale, vel ſocius
tendit ad Capitulum generale, qui eſt caſus pro-
poſitus in præſenti difficultate. Et videtur affir-
matiuè reſpondendum, cum lex abſolute loqua-
tur, & tam hi quam illi in abſentia Prioris cuius
vices gerunt nulla ratione aliquid innouare præ-
ſumant. Verum his non obſtantibus, dicendum
eſt iſtam prohibitionem legis reſpectu Subprio-
ris non habere locum quando Prior a Conuen-
tu abeſt acceſſurus ad generale, vel ad prouin-
ciale Capitulum. Et ratio eſt, quia pro eo tem-
pore abſolute Subpriori conſtitutio præſiden-
tiam defert 3. *p. cap.* 4. *num.* 11. ibi, quando Prior 23
tendit ad Capitulum Prouinciale, ſeu generale,
eius hoc præſideat in Conuentu Subprior, niſi
aliud prouinciali iuſta ex cauſa videatur. Vnde
cum in hoc caſu Prior non poſſit Vicarium de- 24
ſignare, cenſetur tota iuriſdictio à lege commiſ-
ſa Subpriori.

Vnde *cap.* 13. vbi præcipitur, quod tam Vi-
carius deſignatus à Priore, quam Subprior
in abſentia Prioris, nulla ratione aliquid inno-
uare præſumat. non intelligitur in hoc caſu,
quando Prior tendit ad Capitulum generale, vel
Prouinciale, ſed in aliis abſentiis, quod clarius
apparet ex illis pronominibus, *hi*, & *illi*, quibus
vſa eſt conſtitutio, quæ quidem ſunt demonſtra- 25
tiuæ rei ad oculum coram ſe poſitæ, iuxta tex-

tum *in l.1 ff. de non. oper. nunciat.* & notata ibi per
Bartolum, & alios Nauar. *de dictis, & promiſſis,*
num. 41. & de pronomine, hic probat textus *in l.*
nemo, ff. de hared. inſtit. & tenet Surdus *deciſ.* 125.
num. 1. *& conſil.* 308 *num* 16. Tuſcus *tom.* 1. *lit. D.*
conſil. 260. *n.* 13. Vulpell. *de adnerb. ſignific. dicto*
hactenus, verſu hac. Et de pronomine, ille, tenet
expreſsè idem Surdus citatus, Monachus, Bo-
nonienſ. *deciſ.* 66. *num.* 46. & vtrumque docet Ge-
minian. *conſil.* 108. *num.* 2. ergo non comprehen-
ditur in tali conſtitutione præſidentia, qua Sub-
prior eminet tempore Capituli Prouincialis, vel
Generalis de qua *ibi*.

Per quod Reſpondetur ad prœpoſita in quæ-
ſito. Nam cum Subprior pro eo tempore po-
tiretur abſoluta poteſtate, & iuriſdictione,
etiamſi mutaret officiales Conuentus, quos reli-
26 querat Prior, vel aliquos contractus efficeret,
non propter hoc poteſt puniri, nec reprehendi à
27 Priore. Et ratio eſt, quia Subprior à lege con-
ſtitutus Vicarius, & poteſtate, & iuriſdictione
28 Prælati fulgens, non ſubditur Priori, neque vlla-
tenus debet dici ſubditus illius, cum æquali, ac
illa poteſtate & iuriſdictione à lege polleat, par
enim in parem non habet imperium text. *in l.*
29 *magiſtratus. ff. de arbitr. cap. innotuit de electione,*
& tenet Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 32. *n.* 6. Azo-
30 rius *inſtitut. moral.* 1. *p. lib.* 12. *cap.* 20. *num.* 14. ergo
cum pro eo tempore non eſſet ſubditus illius,
31 ſed prælatus illi æqualis, non poteſt ab eo puni-
ri pro rebus quas fecit tempore ſuæ præſidentiæ,
vt prælatus.

Confirmatur quia Epiſcopus non poteſt ſuum
32 Vicarium punire in his quæ deliquit circa ſuum
officium, & iuriſdictionem vt docet Gloſſa *c.* 1.
verb. rationabili de officio vicarij in 6. & ibi Inno-
centius, & Archidiaconus *cap. Romana, § fin. de*
foro compet. quoad iuriſdictionem enim, & ea
quæ poteſt ratione officij obire, non dicitur ſub-
ditus Epiſcopo, nec minor illo, Boërius *conſ.* 22.
num. 13. *volum.* 1. ſed idem dicendum eſt de Sub-
priore noſtro, cum non ſit delegatus à Priore,
ſed à lege ordinarius, & ſuccedat ei cum plena
poteſtate, ſine vlla reſtrictione; ergo cum non
33 ſit inferior Priori pro illo tempore ſuæ præſi-
dentiæ, nec ſubditus illius, non poteſt puniri ab
eo pro exceſſibus quos commiſit in ſui officij
adminiſtratione, ſed hoc debet fieri à prouincia-
li in viſitatione. Dixi in ſui officij adminiſtratio-
ne, nam pro illis delictis, quæ tanquam priua-
tus commiſit poteſt puniri à Priore ratione de-
licti commiſſi, ſicut quilibet alius monaſteriis.
34 Ita Sotbus *de Vicariis Epiſcopi lib.* 3. *quaſt.* 17. *n.* 8.
& 9. N. P. Fr. Ioannes à ſanctiſſimo Sacramento
in ſuis diſquiſ. regul. tract. 3. *n.* 371.

Et idem dicendum eſt quotieſcumque Subprior
35 in demortui, ſiue amoti, aut ſuſpenſi Prioris
loco ſubrogatur. Quia talis conſtitutio horum
caſuum non meminit, & ideo in illis locum non
habet illa reſtrictio, nulla ratione aliquid inno-
uare præſumant, quia eſt correctoria, ac proin-
de nullatenus extendenda, & cum aliàs Sub-
prior ſubrogetur in his caſibus à lege loco prio-
ris habet plenam iuriſdictionem, ac ille cuius lo-
co ſuccedit, nam ſubrogatus in locum alterius,
in eius loco, & cura ſubrogatus cenſetur, niſi
lex aliud explicet, *l. ſi cum §. qui iniuriarum, ff. ſi*
36 *quis cantion.* vbi Bartol. Baldus, & Angel. *& l.* 1.
§. hac actio, ff. ſi quis teſtament. liber eſſe iuſſus eſt,
Thomas de Thomaſſet. *regul.* 289. Pichard. *§. ex*
condit. num. 13. *inſtit. de verb. oblig.* Tobias Nonus 37
ad §. ſed nec heres inſtit. de teſtam. num 5. Surdus
deciſ. 35. *num.* 9. Portel. *verbo prouincialis in addit.*
num. 5. Atqui lex in his caſibus non reſtringit
poteſtatem Subprioris, quia ſolum loquitur de
abſentia Prioris in qua ipſe poteſt Vicarium de-
ſignare ſi velit, & non in his caſibus, in qui-
bus non poteſt Vicarium deſignare, vt ſupra di-
ximus; ergo Subprior ſuccedit illi cum plena po-
teſtate, ac ſi eſſet Prior.

Aduerte tamen, quod licet Subprior in his 38
caſibus ſuccedat cum omni iuriſdictione, & pote-
ſtate Prioris, non tamen ſuccedit in præemi-
nentiis debitis Priori. Nam quoad hoc reſtri-
cta eſt Subprioris authoritas. nam lex ſolum vo-
luit præeminentias loci, & partis noſtri, &
alias quæ ſupra retulimus tribui. P. Fr. generali, 39
definitoribus generalibus, prouinciali, & Prio-
ri, vt *ſuprà* diximus. Quando vero lex voluit
ſimilibus præeminentiis aliquem vicarium de-
corare id expreſſit, vt fecit. 3. *p. cap.* 13. *in fine,* 40
ibi declaramus tandem quod omnis vicarius ele-
ctus eandem poteſtatem, & præeminentiam in
omnibus habeat, ac ſi eſſet Prior, loquitur au-
tem hic lex de Vicario electo à definitorio gene- 41
rali. Et ratio eſt, quia iuriſdictio quæ conuenit
alicui per electionem Collegij, vel vniuerſitatis
ad aliquid officium, ſui vel natura ſua, vel vir-
tute legis talis iuriſdictio competat, eſt ordina-
ria; ergo ſecum trahit non ſolum iuriſdictio-
nem, ſed omnes præeminentias, vt bene Petrus
de Ancarrano *Clement.* 2. *num.* 9. *de reſcriptis.* Sua-
rez *tom.* 4. *de relig. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 8. P. Fr. Ioannes
à ſanctiſſimo Sacramento *p.* 4. *in diſquiſitionibus*
regularibus. num. 257.

Hinc fit quod cum vicarius electus à generali,
vel prouinciali, aut etiam à Priore ſolum ſor-
tiatur iuriſdictionem delegatam, non ſuccedit in
præeminentiis debitis prælato cuius eſt vicarius,
ſed tantum in iuriſdictione, vel in aliqua præe-
minentia, ſi à lege ei concedatur, vt patet ex
Textu *in l. filius, ff. de legat*, & rationem reddit
Iuriſconſultus, quia per filium legatione fun-
ctus videtur, tenetque Rodrig. 3. *regul. q.* 76. *art.* 1.
P. Fr. Ioannes à ſanctiſſimo Sacramento *in diſqui-* 42
ſit. regul. p. 3. *num.* 462. Dixi vel in aliqua præemi-
nentia, ſi à lege ei concedatur, nam Vicariis de-
legatis à generali, prouinciali, vel Priore con-
ceſſus fuit locus eminentior Subpriori, non ta-
men definitoribus generalibus, vel prioribus hoſ-
pitibus, aut procuratoribus generalibus vtriuſque
curiæ à noſtro Capitulo generali anno 1667, vt
patet ex eius declaratione *n.* 43.

Nec obſtat quod generalis, vel etiam prouin- 43
cialis, attento iure communi, poſſint vicarium
cum iuriſdictione ordinaria delegare, vt docet
Rodriguez 3. *reg. quaſt.* 76. *articul.* 1. Reſpondetur
namque, talem poteſtatem in noſtra Congrega-
tione eis limitatam fuiſſe à noſtris conſtitutioni-
bus *p.* 3. *cap.* 2. *in principio*, & *cap.* 1. *num.* 6. vbi
poteſtatem eligendi prælatos cum poteſtate or-
dinaria reſeruauit lex Capitulo generali, & pro
tempore interlabente à Capitulo generali in ca-
pitulum definitorio generali: non ergo generalis
vel prouincialis, & multo minus Prior poſſunt
delegare Vicarium cum poteſtate ordinaria. Nec
obſtat quod Vicarius electus à generali ſit à ſu-
premo prælato deſignatus, qui in toto ordine

eſplendet,

reſplendet, tam iure, quam Pontificum priuilegiis, tum noſtræ, tum cæteris religionibus conceſſis, nam hæc poteſtas debet exerceri iuxta ſanctiones, & limitationes religionis, vt conſtat ex 3. p. *noſtrarum conſtitutionum cap.6. n.1.* cum ergo poteſtas Patris noſtri Generalis quoad prædictum effectum reſtricta ſit, nequaquam valebit ordinarios creare, ſed delegatos.

CONSVLTVM LXXX.

De præeminentiis quibus gaudet præſes Prouinciæ per mortem Prouincialis.

SVMMARIVM.

1. *Ponitur caſus in facto.*
2. *Hoc conſultum fuit communicatum cum P. Fr. Generali, & PP. FFr. Definitoribus generalibus, & ab eis laudatum, & approbatum, licet in menſa non fuerit definitum nec propoſitum.*
3. *De iure communi omnes præeminentiæ, & honores Prouinciali debiti debentur præſidi Prouinciæ nominato à lege loco Prouincialis demortui.*
4. *Probatur textibus, & Doctoribus.*
5. *Iuriſdictio quæ competit alicui per electionem Collegij eſt ordinaria.*
6. *Talis præſes habet totam iuriſdictionem ordinariam Prouincialis.*
7. *Quando lex aliquem ad vniuerſitatem cauſarum deſignat, ſine aliquibus Conuentus, vel Prouinciæ præfecturam, aut loco principalis prælati demortui præſidentiam concedit, conſtituitur ordinarius.*
8. *Quoties quis iuriſdictionem ordinariam concedere poteſt, in dubio id facere videtur.*
9. *Omnes præeminentiæ debitæ Prouinciali, debentur de iure præſidi prouinciæ in locum prouincialis demortui.*
10. *Vicarius electus à Definitorio generali in locum Prouincialis, vel Prioris gaudet omni iuriſdictione, & præeminentiis, ac ſi eſſet prouincialis, vel Prior.*
11. *Gaudet exemptione ab examine pro confeſſionibus, vel concionibus.*
12. *Magis eſt eſſe deputatum à lege in præſidentem Prouinciæ, quam à definitorio generali.*
13. *Præſes Prouinciæ deputatus à lege loco prouincialis demortui ſolum gaudet ſupremo loco Prouinciæ, tum in choro, quam in aliis locis.*
14. *Debet cedere in choro ante Sacerdotes ſacris indutos.*
15. *Non poteſt exire à domo in qua eſt, donec veniat Prouincialis electus à definitorio.*
16. *Non poteſt alia efficere quæ à lege ibi diſponuntur.*
17. *Non poteſt impertire benedictionem in choro in completorio, vel prima, vel dicere confeſſionem.*
18. *Hæc ſolum conceduntur certis prælatis, qui à noſtro cæremoniali nominantur.*
19. *Hæ præeminentiæ omnes conceduntur Vicario electo à definitorio.*
20. *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
21. *Præſes poſitus à lege loco Prouincialis demortui habet omnem iuriſdictionem ordinariam Prouincialis.*
22. *Subprior quando præſidet in Conuentu eo quod Prior mortuus eſt, habet ſolum iuriſdictionem ordinariam Conuentus.*
23. *Subpriori loco Prioris demortui denegantur à noſtra lege præeminentia tituli Patris noſtri.*
24. *Conſuetudo Religionis eſt optima legum interpres.*
25. *Denegatur etiam ei dare benedictionem in completorio, & prima, & dicere confeſſionem, & cedere ante Sacerdotes ſacris indutos.*
26. *Idem dicendum eſt de præſide Prouinciæ loco prouincialis demortui, excepto loco, nam hic ſedet ante Sacerdotes ſacris indutos.*
27. *Benedictio, & confeſſio in prima, & completorio debet etiam in eius præſentia fieri à Priore, vel ab hebdomadario, abſente Priore.*
28. *Vicarius poſitus à definitorio gaudet omnibus prædictis præeminentiis.*
29. *Nomen Vicarij impropriè competit Vicario poſito à definitorio loco prælati demortui.*
30. *Vicarius eſt altero principali ſubordinatus.*
31. *Iſte Vicarius poſitus à definitorio nemini ſubordinatur.*
32. *Idem inuenitur in præſidente poſito à lege.*
33. *Præſidi prouinciæ poſito à lege loco prouincialis demortui non debentur dictæ præeminentiæ, licet debeantur Vicario electo à definitorio.*
34. *Si lex id voluiſſet expreſſiſſet.*
35. *Lex correctoria iuris communis nullatenus extendi poteſt.*
36. *Subrogatus in locum alterius in eius quoque iura, & priuilegia ſubrogatus cenſetur; ſi lex aliter non diſponat.*
37. *Noſtra lex prædictas præeminentias denegat prædictis præſidentibus.*
38. *Primus Definitor generalis quando loco generalis demortui præſidet in Choro in præſentia Prioris Conuentus non poteſt dicere confeſſionem, vel impertire benedictionem in completorio, vel prima.*
39. *Abſente Priore id poteſt efficere, eo quod ſit definitor generalis.*
40. *Si hoc durum alicui videbitur legi imputet, non mihi.*
41. *Subprior in nullo caſu poteſt ſedere in loco Prioris.*
42. *Locus Prioris, & aliæ præeminentiæ prioris debentur Vicario electo à definitorio.*
43. *Nomenclatura Patris noſtri non debetur Subpriori in vllo caſu.*
44. *Non poteſt vnquam impertire benedictionem, vel dicere confeſſionem in prima, & completorio in choro.*
45. *Non poteſt ſedere ante Sacerdotes ſacris indutos.*
46. *Vicarij poſiti à generali, prouinciali, vel priore gaudent loco prioris, non tamen aliis præeminentiis.*
47. *Non gaudent loco ſuperiori definitoribus, generalibus, Vicariis electis à definitorio, vel prælatis hoſpitibus, vel Procuratoribus generalibus vtriuſque curiæ.*
48. *Non eis debetur nomenclatura Patris noſtri.*

49 Non

49 *Non poſſunt facere confeſſionem, vel d. re benedictionem in prima, & completorio in choro.*

50 *Vicarius poſitus à Priore non poteſt aliquid innouare in regimine Conuentus, ſed tantum exercere neceſſaria.*

51 *Vicarij poſiti à Prouinciali, vel generali non eis eſt prohibitum innouare quæ ſibi bene viſa fuerint.*

52 *Idem dicendum eſt quando Subprior præſidet, eo quod mortuus ſit Prior, vel priuatus, vel ierit ad capitulum. vel deſignetur vicarius à Prouinciali, vel Generali.*

53 *In his caſibus Subprior debet ſedere in loco Prioris.*

54 *Si Prior ſuum Subpriorem faciat Vicarium conuentus, debetur ei locus Prioris.*

55 *Quando Subprior præſidet ex vi legis non debet mutare locum.*

56 *Præſes prouinciæ loco Prouincialis demortui gaudet loco Prouincialis in tota Prouincia.*

57 *Debet ſedere ante Priores, & Sacerdotes ſacris indutos.*

58 *Non ei debetur nomenclatura Patris noſtri.*

59 *Non poteſt impertire benedictionem, nec facere confeſſionem in prima, & completorio.*

60 *Viſitatores, & commiſſarij de iure communi eis debentur omnes honores, qui debentur eis, à quibus mittuntur.*

61 *De iure noſtro debetur ei ſupremus locus inter eos, quibus conſtituuntur viſitatores, vel commiſſarij.*

62 *Debet præcedere Sacerdotes ſacris indutos.*

63 *Conceſſa re aliqua à Superiore, conceduntur omnia neceſſaria ad illam comparandam.*

64 *Vicarius Prouincialis pro tota prouincia, vel pro maiori parte illius de iure noſtro à ſolo definitorio generali poni poteſt.*

65 *Viſitatoribus, vel commiſſariis de iure noſtro non iis debetur nomenclatura Patris noſtri.*

66 *Non poſſunt dicere confeſſionem in choro, vel impertire benedictionem in prima, vel completorio.*

67 *Viſitator, vel commiſſarius miſſus à Definitorio generali, non ei debentur omnes præeminentiæ prædicta, ſicut Vicario electo à definitorio generali.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 MORTVVS fuit in noſtra Portugalliæ prouincia Prouincialis: ſucceſſit eius loco, vt præſes totius prouinciæ antiquior Prouinciæ definitor, iuxta legem noſtram, *3.p. noſtrarum conſtitut. c.9.n.7.* Et cum ipſe, vt præſes prouinciæ ſederet in loco prouincialis demortui, & in prima, & completorio emitteret benedictionem communitati, vt mos eſt apud Prælatos noſtræ Religionis, & aliis vellet gaudere præeminentiis debitis prouinciali demortuo, dubitatum fuit inter viros non mediocris ſcientiæ, An id poſſet efficere eum in hoc videatur huius præſidentis limitata iuriſdictio in noſtro Ordinario, & cæremoniali, *c.2.n.3. & c.7. n.3.* qui à noſtris conſtitutionibus *1.p.cap.2. num.2.* præcipitur inuiolabiliter obſeruari, in quo decernitur, quod prædictæ benedictiones, & alia ibi appoſita à ſolis prælatis exerceantur, vbi etiam declarat quod nomine prælati ad has, & ſimiles functiones intelligitur, P.Fr. Generalis, & definitores generales in toto ordine, prouincialis in ſua Prouincia, & Prior in ſuo conuentu, vbi etiam addit, quod vbicumque facta fuerit mentio prælatorum ad res ſimiles, prædicti ſunt intelligendi. Vnde cum prædictus præſidens à lege deputatus, nec ſit generalis, nec definitor generalis, nec prouincialis, nec Prior, videtur poſſe his præeminentiis gaudere, tempore ſuæ præſidentiæ, quapropter Patres illius Prouinciæ,

Quæſierunt à me, An prædictus pater tempore ſuæ præſidentiæ poſſet emittere benedictionem in prima, & completorio, facere confeſſionem, tam in prima, quam in completorio, ſedere ante Sacerdotem ſacris veſtibus indutum, & alia ſimilia. An vero hæc omnia, etiam in illius præſentia, deberent fieri à Priore Conuentus, vel in eius abſentia ab hebdomadario?

RESPONSIO AVTHORIS.

FAteor me valde dubium fuiſſe in reſponſione 2
huius conſulti. Sed poſt maturam conſiderationem & communicationem cum P. Fr. Generali P. Fr. Stephano à ſancto Ioſeph, ſequentia reſolui. An bene? Iudicent viri docti: ego enim cum res ſit noua, ſolum contentus ſum dicere, quod cenſui, non erit tamen mea reſolutio improbabilis, cum ſit canonizata, & approbata à Reuerendiſſimo P. Fr. Generale & ab aliis Patribus noſtris Definitoribus generalibus quibus præſentem caſum propoſui, licet illum in menſa non definierint.

Fateor ergo omnes præeminentias, & honores 3
prouinciali debitos deberi de iure communi præſidi Prouinciæ nominato à lege loco Prouincialis demortui, quod clare colligitur ex doctrina Bartoli *in l. ſi filius, ff. de legatis*, qui ſentit Vicerectorem immunitatibus Rectoris non gaudere, ſi deputetur ab eo, ſecus ſi ab vniuerſitate, ſubſcribit Alciatus *rubric. de offic. ordinar.* Colligitur 4
etiam ex textu in clementina, quæ de Eccleſia de officio Vicarij, idem docet Emanuel. *3. regular. quæſt. 76. art.* 10. Suarez *tom. 4. de religione lib. 2 c. 2. num.* 8. Et fauent huic doctrinæ ſatis eminentes Doctores, qui non modo aſſerunt prædictum præſidentem in Prouincialis demortui locum cum eadem poteſtate ſuccedere, verùm & cum eadem authoritate, quos refert, & ſequitur Azor. *inſtit. mor. li. 7. c.* 18. eandem ſententiam tenet Peirinis *tom. 2. Prelati, quæſt. 1. cap. 4. §. 4. num. 74.* Tamburinus de iure Abbatum *tom. 2. d. 18. quæſt. 11. num. 2.*

Quorum ratio eſt, quia iuriſdictio quæ con- 5
uenit alicui per electionem Collegij, vel vniuerſitatis ad aliquod officium, cui vel natura ſua, virtute legis talis iuriſdictio competit, eſt ordinaria; vt bene Petrus de Ancarrano *Clement. 2.*
num. 9. de reſcriptis, vbi ait quod facta promiſſio- 6
ne de dignitate, intelligitur facta de iuriſdictione ei annexa. ſed talis præſes eſt conſtitutus à lege in defectu Prouincialis demortui; ergo ſortitur omnem iuriſdictionem ordinariam, & illius authoritatem.

Confirmatur: Quia quando lex aliquem ad vniuerſitatem cauſarum deſignat, ſiue alicuius

conuentus,

7 Conuentus, vel Prouinciæ, præfecturam, aut lo-
co Prouincialis demortui præſidentiam concedit,
conſtituitur ordinarius, vt tenent Gloſſa, & Bar-
tolus, *in l. 2. ff. de officio eius*, & idem Bartolus, *in
l. ne quidquam 1. §. ibi decretum, ff. de offic. per
conſul.* Alexander, *Rubric. n. 4. ff. de officio eius*,
Alciatus *rubric. de offic. ordinar.* Et ratio eſt
quia quoties qui iuriſdictionem ordinariam po-
teſt concedere, in dubio id facere creditur *cap.*
8 *ſua*, & ibi per DD. de officio Vicarij expendentes
tes illud verbum iuriſdictio, quæ in dubio de
ordinaria interpretatur ſecundum Panormita-
num ibi, Marant. *ſpecul. aure. 4. p. diſt. 5. num.
9.* Molin. *tom. 6. tract. 5. de iuſtitia, d. 14. num. 13.*
Sed lex poteſt concedere ordinariam iuriſdictio-
nem. Ergo hoc ipſo quod prædictum definito-
rem in præſidentem Prouinciæ loco Prouincialis
demortui poſuit, cenſetur ei conceſſiſſe iuriſ-
dictionem ordinariam; ergo omnes præeminentiæ
debitæ Prouinciali demortuo ei debentur, ſi qui-
dem loco eius ſuccedit cum tota iuriſdictione or-
9 dinaria, & eſt præſes proprius totius Prouinciæ,
vt *ſuprà* diximus.

10 Confirmatur 2. Quia ſtando, *in noſtra lege 3.
p. cap. 3. num. 13.* Vicarius deputatus à noſtro
Definitorio generali in loco Prouincialis, vel prio-
ris, eo ipſo iuriſdictione ordinaria fulget, nec
non eadem poteſtate, & eiſdem præeminentiis,
ac ſi eſſet Prouincialis, vel Prior, vt habetur ex-
11 preſſe in citata lege ibi, declaramus tandem quod
omnis Vicarius electus à definitorio eandem po-
teſtatem, & præeminentiam in omnibus habet,
ac ſi eſſet Prior; vnde non ſolum gaudet loco,
& aliis præeminentiis Prioris, & prouincialis,
ſed etiam gaudet exemptione, ab examine, ſeu
ſcientiæ periculo, quod ſingulis tricnniis à Pro-
uinciali fieri conſueuit, tam pro his qui ſacris
concionibus operam nauent, quam pro his qui
confeſſiones excipiant, vt docet N. P. Fr. Ioan-
nes à ſanctiſſimo Sacramento *in ſuis diſquiſitio-
nibus regularibus, p. 4. num. 238.* Sed iſte eſt de-
putatus præſes Prouinciæ non à Definitorio ge-
nerali, ſed à lege quod videtur quid excellen-
12 tius; ergo eiſdem præeminentiis debet gaudere,
ac Vicarius deputatus à Definitorio.

13 Verùm his & aliis non obſtantibus, ego exi-
ſtimo prædictum præſidentem à lege ſolum
gaudere ſupremo loco Prouincialis, & præſi-
dentia, tam in choro, quam in aliis locis in do-
mo in qua reperitur, vnde debet ſedere in cho-
ro ante Sacerdotem ſacris indutum, nam cum
14 debeat ſedere ante Priorem, & hic præcedat Sa-
cerdotem ſacris indutum, neceſſario id noſtro
præſidenti concedendum eſt, vt infra dicemus
loquendo de viſitatoribus miſſis à Prouincia-
15 le, vel Generale, non tamen ex tali domo po-
teſt exire donec veniat Prouincialis electus à
Definitorio; nec poteſt alia efficere, quæ ei
16 prohibentur, *in noſtra conſtitutione 3. part. cap.
9. num. 7.* Vnde non poteſt impertire benedi-
17 ctionem in completorio, nec in prima, neque di-
cere confeſſionem.

18 Ratio horum omnium eſt. Quia hæc om-
nia ſolum conceduntur ſecundum noſtrum cæ-
remonialem, *cap. 2. num. 3. & cap. 7. numero 3.*
quod à noſtris conſtitutionibus, *1. p. cap. 2. num. 2.*
inuiolabiliter præcipitur obſeruari, P. N. Gene-
rali, Definitoribus Generalibus in toto ordine,

Prouinciali in ſua Prouincia, & Priori in ſuo Con-
uentu, vt patet ex noſtro cæremoniale, *cap. 2.
num. 3.* & iuxta noſtras conſtitutiones eædem
præeminentiæ conceduntur Vicario electo à de-
finitorio loco Prouincialis, Generalis, vel Prio-
ris demortui, vel quomodolibet impediti, vt 19
patet *ex noſtra conſtitutione 3. p. cap. 13. num. 13.*
Atqui prædictus præſes, nec eſt Generalis, defi-
nitor Generalis, Prouincialis, nec Prior, aut Vi-
carius electus à Definitorio, ſed tantum purus
præſes deputatus à lege cum nimia reſtrictione;
ergo hæc omnia ei denegantur, non tamen ei
denegatur locus Prouincialis, nec præſidentia
in actibus communitatis, nam cum hac, & aliæ
prærogatiuæ, & præeminentiæ non ei à lege
denegantur, cenſentur ei conceſſæ iuxta ius com-
mune.

Dices etiam in noſtro cæremoniali loco ci- 20
tato non præcipitur dari prædictas præeminen-
tias Vicariis electis à Definitorio, ſed tantum Ge-
nerali, Definitoribus generalibus, Prouinciali, &
Priori, & tamen per nos eis debentur, eo
quod noſtra conſtitutio, *3. p. cap. 13. numero 13.*
dicit eos gaudere omnibus præeminentiis, ac
priores; ergo idem dicendum eſt de hoc præſi-
de Prouinciæ; Nam licet in cæremoniali ei non
præcipiantur dari, præcipiuntur ei dari à iure com-
muni quod maiorem vim videtur habere, quam
noſtra conſtitutio.

Reſpondetur Conſtitutiones confirmatas à
Papa derogare iuri communi. Ita cum Nauar-
ro, Perez, Suario, Tiraquello, Gonzales, Le-
zana, *tom. 1. p. 2. cap. 12. num. 3. & tom. 4. in mari
magno Carmelitarum ad caput. 1. Regula n 47.*
& *conſult. 13. num. 74. & 86.* & *conſult. 27. num. 4.*
Fr. Laurentius Eſpin. *conſulto 17. num. 1477.* Vn-
de non eſt mirum, quod licet de iure commu-
ni tales præeminentiæ eſſent debitæ prædicto
præſidi, illi ſint ablatæ per noſtras conſtitutio-
nes, quæ ſunt à Papa confirmatæ. Ad id vero
quod dicitur de cæremoniale, qui ad tales præemi-
nentias non enumerat Vicarios electos reſpon-
detur, nomine prioris includi Vicarium electum
à definitorio, cum reuera ſit prior cum omni
iuriſdictione ordinaria.

Et ratio eſt quia correctio legum vitanda eſt,
& ſtatuta taliter interpretanda ſunt, ne ſequen-
tia corrigant præcedentia, vt cum Romano, &
aliis notauit Barboſa, *in axiomatibus iuris, axio-
mate 60. numero 2.* Et verba legis impropriaṅ-
da ſunt ad tollendam contrarietatem, vt cum
Daciano, ait Barboſa, *axiomate 222. num. 28.*
Ergo cum noſtra conſtitutio concedat omnes
præeminentias Vicario electo à Definitorio, ac
ſi eſſet Prior, non eſt credendum noſtrum cære-
monialem eis ad eas abſtuliſſe, ſed nomine prioris
intellexit etiam Vicarium electum à definitorio,
illa enim verba cæremonialis improprianda ſunt,
vt tollatur legum contradictio, & ne ſequentia
corrigant præcedentia.

Secundo faciliùs reſpondetur quod dato,
quod in cæremoniali prædictæ præeminentiæ
ſoli generali, definitoribus generalibus, Pro-
uinciali, & Priori concedantur, id non tol-
lit quin dandæ etiam ſint Vicario electo à 21
Definitorio. Cuius ratio eſt; quia prædictæ conſti-
tutiones factæ fuerunt, & confirmatæ à Pontifice
multis annis poſt dictum cæremonialem, etſi eſt

facienda correctio corrigendus eſt ipſe ceremo-
nialis, nam lex poſterior abrogat priorem, in
quantum illi contraria eſt, vt cum multis pro-
bat Fr. Laurentius Eſpin. *conſult.* 17. *num* 1305.
Ergo cum ceremonialis in hoc contrarius ſit ipſi
conſtitutioni, non illi, ſed conſtitutioni, vt po-
ſteriori, & efficaciori ſtandum eſt, dato quod ſit
facienda correctio, quæ tamen neceſſaria non eſt,
cum vtraqee les poſſit conciliari, ſi nomine prio-
ris intelligatur etiam Vicarius electus à definito-
rio, vt *ſuprà* diximus.

Dices etiam nomine Vicarij electi poteſt veni-
re iſtæ præſes prouinciæ; ergo ſicut Vicario ele-
cto à definitorio debentur iſtæ præeminentiæ,
non obſtante dicto ceremoniali, ita & huic præſi-
di Prouinciæ; Anteeedens patet, quia *in illo loco*
conſtitutionis 3.*p.c.*23 *n.*13. non dicitur dictas præ-
eminentias debere Vicario electo à definitorio
generali, ſed ſolum dicitur, declaramus quod om-
nis Vicarius electus eandem poteſtatem, & præ-
eminentiam in omnibus habeat, ac ſi eſſet prior,
ſed nomine Vicarij electi poteſt venire iſte præſi-
dens, ſiquidem electus eſt à lege, & habet autho-
ritatem ordinariam in tota Prouincia, vtpote
conſtitutus à lege, vt tenet cum communi ſen-
tentia N. P. Fr. Ioannes a ſanctiſſimo Sacra-
mento, *in ſuis diſquiſitionibus regularibus, part.*
4. *numero* 112 & patet, *ex l. Et quio* 6. *ff. de iu-*
riſdic. omnium iudic. & tenet Suarez, *tom.*4. *de*
relig. lib. 2. *cap.* 2. *numero* 7. & 8. Ioannes à ſan-
ctiſſimo Sacramento, *part.* 1. *diſquiſitionum Re-*
gularium, numero 97. & cum Alexandro, & aliis
tenet Menochius, *ſpecul. aur.* 4. *part. diſtinct.* 5.
num. 7. & 9. Molina, *tract.* 5. *de iuſtitia, d.* 14.
numero 13. Ergo ſicut Vicario electo à de-
finitorio debentur dictæ præeminentiæ, ita &
huic præſidi Prouinciæ, vtpote Vicario electo
à lege pro tota Prouincia.

Reſpondetur negando antecedens. Ad pro-
bationem reſpondetur, concedendo in illo loco
conſtitutionis ſolum dici prædictas præeminen-
tias debitas eſſe Vicario electo, licet tamen non
dicat electo à Definitorio, non poteſt aliter ta-
lis lex intelligi, ſiquidem electio prælati re-
gularis ſolum pertinet ad congregationem de
iure communi, *cap.* 1. *de electione*, nec poteſt
aliter fieri prælatus regularis quam per electio-
nem canonicam à Collegio, vt patet *ex cap.*
congregatio 15 *quæſt. vltima*, & docet cum aliis
Tamburinus, *de iure abbatum, diſput.* 5. *tom.* 1.
quæſt. 8. *num.* 1. & 2. Ergo cum lex tribuat di-
ctas præeminentias, Vicario electo, debet in-
telligi à definitorio, vel capitulo Generali,
nam omnes electiones canonicæ in noſtra Re-
ligione reſeruantur capitulo Generali, vel de-
finitorio generali; vt patet, *ex* 3. *p. noſtrarum*
conſtitutionum cap. 2. *numero* 1. & 15. Hinc fit
dictam legem non comprehendere noſtrum præ-
ſidem Prouinciæ: nec de eo loqui, ſiquidem
ille non eſt electus, nec à definitorio, vel ca-
pitulo generali electione canonica ad tale offi-
cium, ſed tantum ſubrogatur à lege loco Pro-
uincialis demortui, quæ ſubrogatio non eſt ele-
ctio canonica: ſed legis diſpoſitio.

21 Nec obſtat, quod talis præſidens Prouinciæ
habeat poteſtatem, & iuriſdictionem ordina-
riam in tota Prouincia, Nam etiam ſubprior
in noſtra religione per mortem prioris ſorti-
tur iuriſdictionem ordinariam in Conuentu, vt
docent P. Fr. Ioannes à ſanctiſſimo Sacramento, 22
in ſuis diſquiſitionibus regularibus, *p.*3 *ſect.*1. *a.*1.
& patet. *ex cap.* 1. *de officio Archidiaconi*, & te-
net Azor. 2. *p. inſtitutionum moralium*, *lib.* 3.
cap. 2. & 1. *part. lib.* 7. *cap.* 18. & *lib.* 11. *cap.* 18.
quæſt. 3. Sylueſter, *verbo prælatus, num.* 2. Sairus,
in Claui Regia, *lib* 6. *cap* 10. *dub.* 6. Rodriguez
1. *regul. quæſt.* 20. *art.* 3. & *tom.* 3. *quæſt.* 76. *art.* 1.
Sanchez. *in Decalogum, tom* 1. *lib.* 4. *cap.* 24. *num.*
23. & *cap.* 32. *num.* 16. & *cap* 39. *numero* 6. Sua-
rez, 2. *de Religione, lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 7. Diana,
3. *part. tract.* 2. *de dubiis regularibus, reſol.* 28. Tam-
burinus, *de iure Abbatum, tom* 2. *diſp.* 23. *quæſt.* 8.
num. 2. & *tom.* 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 18. Pelizarius, *tom.* 1.
tract. 3. *cap.* 2. *num.* 3. Et tamen non potitur eiſ- 23
dem præeminentiis prioribus conceſſis in mul-
tis caſibus, qui illi limitantur ab ipſa lege; ergo
idem dicendum eſt de noſtro præſide Prouinciæ,
licet aliàs habeat iuriſdictionem ordinariam in
Prouincia.

Minor patet quia ſubprior in nullo caſu po-
teſt decorari titulo patris noſtri, ſiquidem hoc
nomine ſolum decorantur P. N. Generalis, &
definitores generales in toto ordine, Prouin-
cialis in ſua Prouincia, & Poor in ſuo Con- 24
uentu, vt patet ex noſtra Conſtitutione, *part.* 1.
cap. 1. *num. vltimo*, & tenet conſuetudo reli-
gionis, quæ eſt optima legum interpres, *iux-*
ta textum in cap. cum dilectus de conſuetudine,
l. more, ff. de legibus, *l. ſi de interpretatione*, *ff.*
eodem. & tenet cum communi ſententia Maſ-
cardus, *de probationibus concl.* 1415. *numero* 1o.
Caldas, *in l. ſi curatorem verbo contractum*, *num.*
29. *Cod. de integr. reſtitut.* Et eadem ratione in 25
prima, & completorio, nec confeſſionem di-
cit, nec benedictionem impertit, quemad-
modum ex noſtri cæremonialis præſcripto,
cap. 7. *numero* 3. Prælatus facere debet, nec in
choro hebdomadario, & miniſtris ſacris indu-
tis præcedit, vt ibidem habetur, quorum om-
nium ratio eſt, quia *in noſtro ceremoniali*, *cap.*
2. *numero* 5. decernitur, quod hæ præeminen-
tiæ ſolum competunt prælatis, per prælatos
autem ſolum intelligit generalem; & defini-
tores generales, Prouincialem, & priorem,
modo dicto; ergo ſi hæc omnia ex lege, &
religionis conſuetudine nullo modo tribuun-
tur ſubpriori, etiam quando eſt eius deuoluta
eſt tota iuriſdictio Conuentus per mortem
prioris, idem omnino dicendum eſt de noſtro 26
præſide à lege conſtituto per mortem Prouin-
cialis, ſiquidem licet præſideat in Prouincia ſi-
cut Subperior in ſuo conuentu, attamen non eſt
Generalis, Definitor Generalis, aut Prouincia-
lis aut Prior, vel Vicarius electus à Definitorio,
quibus ſolis, & non aliis lex noſtra prædictas
præeminentias concedit.

Vnde ſolum debet ſedere in primo loco, &
toti Prouinciæ præſidere limitationibus poſi-
tis à lege; benedictio tamen in prima, & com-
pletorio, confeſſio, &c. debent fieri à Priore, 27
vel in eius abſentia ab hebdomadario; Debet
tamen præcedere Sacerdotes ſacris indutos in
choro; cum iſti ſedeant poſt Priorem, vt *ſu-*
prà diximus, & quando lex concedit vnum,
cenſetur concedere neceſſaria ad conſequen-
dum illud vt infra probauimus, quod tamen
non

18 non poteſt Subpriori conuenire.
Nec obſtat ſi dicas, legem præcipere Vicarium
electum a definitorio gaudere omnibus præemi-
nentiis illius cuius eſt Vicarius; ergo idem dicen-
dum eſt de præſide poſito à lege in regimine Pro-
uinciæ loco Prouincialis demortui; Patet conſe
quentia, quia hic nomen Vicarij impropriè com-
petit præſidenti à definitorio loco prælati demor-
tui, vel impediti ſuffecto, nam iſte ſic poſitus à de-
finitorio non pendet à prælato cuius vices gerit,
quod eſt propria ratio Vicarij, vt notauit Suarius,
tom. 4. de religione lib. 2. cap. 2. n. 2. Sed abſolute
ad eum deuoluta eſt à definitorio ordinaria iuriſ-
dictio, ac per conſequens verus prælatus euadit;
ſed hoc idem inuenitur in præſidente poſito à
lege in Prouincia loco Prouincialis demortui; er-
go ſicut illi debentur omnes præeminentiæ, ita &
huic præſidenti poſito à lege.
Fateor hoc argumentum valde vrgere, ſed
non eſt cur à data ſolutione recedamus. Nam vt
ſuprà diximus idem reperitur in ſubpriore, quando
præſidet ex vi legis loco prioris demortui, atta-
men non potitur præeminentiis prioris, quia non
eſt ex illis quibus ſolum lex præcipit exhiberi, er-
go idem dicendum eſt de noſtro præſidente. licet
enim ſit præſes à lege, non eſt Vicarius electus à
29 definitorio, & licet in præſenti nomen Vicarij im-
propriè ponatur Vicario electo à definitorio, cum
ſit abſolutus præſes conuentus, & non propriè Vi-
carius, de cuius ratione eſt, quod alteri principali
30 ſubordinetur, quod non accidit in prædicto Vica-
rio poſito à definitorio, cum ſit verus, & abſolutus
prælatus, vt notauit N. P. Ioannes à ſanctiſsimo
Sacramento, *in ſuis diſquiſitionibus regularibus, p.
3. n. 338.* Id tamen non conuincit vt dicamus quod
31 ſicut Vicario electo à definitorio debentur prædi-
ctæ præeminentiæ, ita & præſidenti poſito à lege,
32 nam ſi lex voluiſſet expreſſiſſet: *l. vnica, §. ſin.
autem ad deficientis, Cod. de caduc. tollen. l. ſi
33 ſeruus, §. prætor ait, verſ. non dixit, ff. de acquir.
hered. cap. ad audientiam 2. de decim. cap. 2. de
tranſact.* Lex enim id noluiſſe præſumitur cum
34 facile id exprimere potuiſſet, neque expreſſit, Me-
nochius, *conſil. 30. n. 8.* Armendar. *in proœm. ad-
dit. ad recopila. legum.* Nauarr. *n. 150.* quia quod
35 lex non dicit, non eſt ab homine præſumendum;
*l. diſſentiemis Cod. de repud. cap. illa ne ſede va-
cante.* Surdus, *conſil. 219. n. 21.* & cum aliis Barbo-
ſa, *axiomate 136. n. 5. & ſequentibus.* Tum quia
cum lex ſit correctoria iuris communis nullate-
nus extendi poteſt ad non expreſſos, *l. præcipimus,
Cod. de appellat. cum ſimilibus,* Fr. Ioannes à ſan-
ctiſsimo Sacramento, *in ſuis diſquiſitionibus regu-
laribus, p. 4. n. 231.* Nec obſtat quod iſte præſes
præſideat prioribus, nam etiam ſubprior quando
præſes conſtituitur à lege loco prioris demortui
præſidet in choro, & tamen benedictiones, &
confeſſio fiunt ab hebdomadario, parum ergo
intereſt, quod ille præſes Prouinciæ præſideat vel
36 non præſideat in choro.
Nec obſtat ſi dicas cum Diana, *3. p. tract. 2.
de dubiis regularibus reſolut. 1.* Subrogatum in
locum alterius in eius quoque iura, & priuile-
gia ſubrogatum cenſeri, *l. ſi autem, §. qui in-
iuriarum, ff. ſi quis cautionibus,* quod idem vi-
detur docere Tamburinus, *de iure abbatum, tom.
2. d. 13. quæſt. 8. num. 2.* & *tom. 2. diſp. 2. quæſt.
18. & diſp. 13. quæſt. 11. num. 1.* Reſpondeo nam

que prædictam doctrinam veriſſimam eſſe ſtando
in iure communi, ſi alias lex, vel conſtitutio aliter
non diſponat, cum autem lex noſtra prædictas
præeminentias deneget ſimilibus præſidentibus,
imo & Vicariis delegatis, ſiue à Generale, ſiue à 37
Prouinciale, ſiue à priore, & ſolum illas concedat
Generali, & definitoribus generalibus in toto or-
dine, Prouinciali in ſua prouincia, & priori, ſiue
Vicario electo à definitorio in ſuo conuentu, vel
etiam Prouincia, vt *ſuprà* diximus, inde eſt quod
ſolis iſtis dandæ ſunt huiuſmodi præeminentiæ, non
verò aliis.
Et idem dicendum eſt de primo definitore 38
generali, quando præſidet in tota religione lo-
co generalis demortui, nam hic etiam in præ-
ſentia prioris Conuentus in quo eſt non poteſt
dicere confeſſionem in prima, & completo-
rio, vel impertire benedictionem, ſiquidem lex
ſolum illi tribuit quod conuocet definitorium,
& eligat Vicarium Generalem, & interim ni-
hil amplius poſſit efficere, vt patet, *ex 3. p.
noſtrarum conſtitutionum, cap. 7. n. 4.* ibi primus
autem definitum in hoc caſu & quouis alio ſi-
mili, nullum alium actum præcedentiæ, aut
præſidentiæ in religione exercere valebit, quam
prædictum congregare definitorium, quid cla-
rius dici poterat; in abſentia tamen prioris, hæc
omnia poteſt efficere, eo quod ſit definitor ge-
neralis, non tamen quia præſes religionis, quæ
omnia ita data fuere executioni à P. Fr. Petro 39
ab Angelis cum eſſet primus definitor genera-
lis in morte N. P. Fr. Gabrielis à matre Dei, vt
ipſe mihi Matriti teſtatus eſt, quæ ſi alicui dura
videantur, non mihi, ſed legi tribuant, quæ ita
diſpoſuit, quæ an bene, vel male diſpoſuerit, id
non mihi diſputare licet, alij quibus id com- 40
perit iudicent, ſi placuerit, dum tamen lex
aliter non diſpoſuerit, ita inuiolabiliter obſer-
uandum.
Et ex his deduces pro caſibus occurrentibus
generalem doctrinam practicandam in noſtro or- 41
dine. Primo ſubpriorem in nullo caſu etiam
in abſentia prioris, ſiue in morte, vel priua-
tione illius, vel in qualibet abſentia, etiamſi
ſit illa, quæ fit quando prior tendit ad capi-
tulum generale, vel Prouinciale nunquam poſ-
ſe ſedere in loco prioris, vt patet, *ex lege noſtra
3. part. cap. 15. numero 1.* Vbi decernitur, quod
poſt priorem ſedeat ſubprior, nulla facti diſtin-
ctione, an ſit, vel non præſidens: has enim præ-
eminentias loci, & alias debitas priori ſolum il-
las concedit lex noſtra Vicariis electis à definito-
rio, vt patet *ex 3. p. cap. 3. num. finali.* Et præ- 42
eminentia loci hodie de iure nouo per quandam
declarationem noſtri capituli generalis, quam
ſtatim referemus ſolum conceditur omnibus
Vicariis ſiue poſitis à priore, Prouinciali, vel
Generali, non tamen conceditur ſubpriori; er-
go ſubprior quocunque modo, vel occaſione
præſideat, ſi alias non ſit Vicarius poſitus à
priore, Prouinciali, vel generali, vt *infrà* di-
cemus, non debet vnquam ſedere in loco prioris,
ſed debet in ſuo permanere, & ita tenet vniuer-
ſalis conſuetudo religionis, quæ eſt optima legum
interpres vt *ſuprà* diximus. Ita Fr. Ioannes à San-
ctiſsimo Sacramento, *in ſuis diſquiſitionibus re-
gularibus, p. 4. n. 117.*

43 Vnde ſubpriori quocunque tempore præſideat,
ſi alias non fuerit Vicarius electus a definitorio
generali, nec debentur aliæ præeminentiæ debi-
tæ prioribus, vt nomenclatura P. Noſtri, nec po-
teſt facere confeſſionem in choro in prima, vel
completorio, nec impertire communitati bene-
44 dictionem, nec poteſt ſedere ante Sacerdotem ſa-
cris indutum in choro; hæc enim omnia ei pro-
hibentur, *in noſtro cæremoniale, cap.2.n.3.* & con-
ſtat, *ex 1. p. noſtrarum conſtitutionum, cap. 15.n fi-
nali*; & tenet idem P. Ioannes à Sanctiſſimo Sa-
45 cramento, *ſuprà, n.* 118. Alij verò Vicarij, ſiue
poſiti à generale, Prouinciale, vel priore gaudent
loco eminentiori, & præſident in omni loco ipſi
ſubpriori Conuentus, non tamen diffinitoribus
generalibus, nec prælatis hoſpitibus, nec Vicariis
46 electis à definitorio, nec procuratoribus genera-
libus vtriuſque curiæ, vt patet, *ex quadam de-
claratione noſtri capituli generalis facta anno* 1667.
47 *num.*4. Non tamen eis debentur præeminentiæ
tituli Patris noſtri, nec poſſunt facere confeſſio-
nem, vel impertire benedictionem in choro, tam
48 in prima, quam in completorio, propter ratio-
nem ſupradictam.

49 Licet autem hæc omnia competant æqualiter
Vicario poſito à priore, vel à Prouinciale, ac ge-
50 nerale, ſiquidem declaratio conſtitutionis quam
ſuprà retulimus indiſtinctè loquitur de omnibus
Vicariis; Attamen inter eos magna eſt diſtinctio.
Nam Vicarius poſitus à priore non poteſt aliquid
innouare in regimine conuentus, ſicut nec Sub-
prior, aut antiquior conuentus cum in defectu
ſubprioris præſidet, vt patet ex noſtra conſtitu-
tione, *3.p.cap.13.n.* 12. Vbi ait, & tam ij, quam
illi in abſentia prioris, cuius vices gerunt nulla
ratione aliquid innouare præſumant, per quæ ver-
ba eis prohibetur omnia innouatio, ſeu gubernij
alteratio, vnde non poſſunt præcepta poſita à
priore auferre, nec officiales à priore relictos mu-
tare, nec aliquid præcipere contrarium iuſſis, ac
diſpoſitioni prioris abſentis, nec denique aliquid
facere, quod in præiudicium prioris cadere poſſit;
vnde non poſſunt emere, vendere, ſiue aliena-
tionis, aut obligationis circa bona Conuentus
contractus efficere, & tandem prædicti Vicarij ni-
hil aliud exercere poſſunt niſi neceſſaria, vt tenet
Gloſſa, *verb.capitulum in clement.* 1.§. 1. *de hæret.*
Pauinus, *de poteſtate capitulè ſede vacante p.* 1.
princ.q.7.n.7. Azeued. *ad curiam Piſan. lib.1. c.* 8.
*n.*11. & 12. Sarmiento, *ſelect. lib.* 3. *cap.* 15. *n* 3.
Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi allegat.* 13. *p.* 3.*n.*4.
Fr. Ioannes à Sanctiſſimo Sacramento, *ſuprà, p.*4.
*n.*149. & alij.

Quòd tamen non accidit in Vicariis poſitis à
Prouinciale, vel generale, nam his non eſt prohi-
51 bitum aliquid innouare, niſi alias in literis ſuæ
commiſſionis aliqua prohibeantur; illa enim li-
mitatio noſtræ legis, ne poſſint innouare in ab-
ſentia prioris, non dirigitur ad hos Vicarios, &
cum ſit correctoria iuris communis, nullatenus
extendi poteſt ad non expreſſos *l. præcipimus, Cod.
52 de appe lat. cum ſimilibus*, & tenet Fr. Ioannes à
Sanctiſſimo Sacramento, *loco citato, p.4.n.*232. Et
idem dicendum eſt de ſubpriore, quando prior
tendit ad capitulum prouinciale, vel generale, vt
ſuprà diximus. Et idem dicendum eſt quoties ſub-
prior in demortui, ſiue amoti, aut ſuſpenſi prio-
ris loco ſubrogatur, vt *ſuprà* notauimus. Et idem
dicendum eſt, quando ipſe ſubprior conſtituitur
Vicarius à Prouinciale, vel generale; Nam tunc
ſicut, & alij Vicarij poſiti à Prouinciale, vel ge-
nerale poteſt res conuentus immutare, & innoua-
re, imo tunc debet, ſicut & alij Vicarij poſiti à
Prouinciale, vel generale ſedere in loco prioris
iuxta declarationem *ſuprà* dictam, & cum eiſdem
limitationibus. Ita P. Ioannes à Sanctiſſimo Sa-
cramento, *in ſuis diſquiſitionibus, p.4 n* 202.

An autem ſi Prior conſtituat Vicarium ipſum 53
ſubpriorem in ſua abſentia, debeatur ei etiam lo-
cus prioris? An vero debeat ſedere in loco ſub-
prioris? Reſpondeo debere ei locum prioris. Ra-
tio eſt, quia prædicta declaratio noſtri capituli 54
Generalis diſcernit omnes Vicarios debere ſede-
re in loco ſuperiori ipſi ſubpriori, dummodo ſe-
deant poſt definitores generales, Prælatos hoſpi-
tes, Vicarios electos à definitorio, & procura-
tores generales vtriuſque curiæ; ergo non eſt cur
ſubprior dum a ſuo priore decoratur titulo Vica-
rij ſit peioris conditionis, quam quilibet alius, ſi
ab eo relinqueretur Vicarius: Vnde ſolum quan-
do ſubprior præſidet ex vi legis non debet mu-
tare locum, nam tunc non eſt Vicarius à priore,
vel à Prouinciale poſitus, ſed eſt præſidens à lege 55
deputatus, cui ipſa lex noluit eminentiorem lo-
cum concedere, ſed eum in ſuo loco reliquit;
quando enim lex id voluit, illud expreſſit, vt fecit
3.p cap.13.n. 13. loquendo de Vicario electo à de-
finitorio, & tandem id etiam fecit loquendo de
aliis Vicariis, ſiue à priore, Prouinciale, vel ge-
nerale poſitis, vt conſtat ex *ſuprà* citata declara-
tione.

Secundo deduces, præſidem Prouinciæ poſi-
tum à lege in loco Prouincialis demortui, de quo
eſt quæſtio in præſenti gaudere eminentiori loco
in Prouincia, & debere ſedere ante priores, & Sa-
cerdotes Sacris indutos, cum hi debeant ſede- 56
re ſecundum noſtrum ceremonialem poſt priorem
domus, non tamen tali præſidenti Prouinciæ de-
betur nomenclatura Patris noſtri, nec poteſt im- 57
pertire benedictionem in prima, vel completo-
rio, nec facere confeſſionem, ſed hæc debent
etiam in eius præſentia fieri à priore domus, vel
in eius abſentia ab hebdomadario, vt ſatis proba- 58
tum manet. De præſide autem religionis in mor-
te patris noſtri generalis aliter philoſophandum 59
eſt. Nam iſte in domo in qua eſt non ſedet in cho-
ro, vel aliis locis ante priorem domus; ſed prior
domus ei præcedit, vt antea. Cuius ratio eſt,
quia noſtra lex 3. *p. cap.* 7. *n.*4 Nullam ei præſi-
dentiam in religione concedit, vt concedit præſi-
dentiam primo definitori Prouinciæ per mortem
Prouincialis, 3. *p. cap.9. n.* 7. Mortuo Prouinciali
præſideat in Prouincia primus definitor Prouin-
cialis. Econtra verò loquens de primo definitore
in morte generalis tantum ei concedit vt conuo-
cet definitorium, imo ei prohibet omnem actum
præcedentiæ, vel præſidentiæ in religione, ibi
primus autem definitor, & quicumque alius ex
definitoribus in hoc caſu, & quouis alio ſimili,
nullum alium actum præcedentiæ, aut præſiden-
tiæ in religione exercere valebit, quam prædictum
congregare definitorium; vnde ſicut ante mor-
tem Generalis ſedebat poſt priorem in choro, &
aliis locis communibus, ita efficere debet mortuo
Generali, imo ſi in choro ponatur ex parte prio-
ris debet ſedere poſt Sacerdotem celebrantem ſa-

cris

cris indutum; ſiquidem noſter ceremonialis præ-
cipit, vt hebdomadarius ſedeat in choro poſt pri-
mum prælatum in choro, qui dicitur cantoriæ an-
te omnes alios prælatos, qui ex illa parte fuerint;
nec thuriferarius eum debet incenſare tribus vici-
bus, ſed tantum duabus poſt priorem; & tandem
in omnibus ſe debet habere ſicut antea quando ſo-
lum erat diffinitor generalis, & in ſolis illis caſi-
bus præſidere in choro, & aliis locis communibus,
in quibus præſidebat quando ſolum erat definitor
60 generalis, vt patent ex dicta lege.

Sed quæres: An prædictæ præeminentiæ loci,
nomenclaturæ Patris noſtri, dandi benedictionem
in completorio, & prima, & faciendi confeſſio-
nem debeantur viſitatoribus, vel commiſſariis
miſſis à Prouinciale pro aliquo conuentu viſitan-
do? Reſpondeo tales viſitatores, vel commiſſa-
rios eſſe delegatos illorum à quibus mittuntur, vt
patet, *ex noſtra conſtitutione 3. p. cap. 10. n. 7.* Et
licet de iure communi eis deberentur omnes præ-
eminentiæ, quæ debentur illis à quibus mittun-
tur, de quo nunc non diſputo, de lege tamen no-
ſtra eis non debentur, ſed tantum eis debetur ſu-
61 premus locus reſpectu illorum, quorum ſunt vi-
ſitatores. vt patet, *ex noſtra conſtitutione, 3. p. cap.
10. n. 6.* Aliæ autem præeminentiæ eas ſolum ha-
bebunt, quas generalis, vel Prouincialis qui eos
miſerunt eis aſſignarunt, vt patet, *ex 3. p. noſtra-
rum conſtitutionum, cap. 16. n. 12.* Vnde ſi eis præ-
eminentias debitas Prouincialibus non aſſignaue-
rint, vt moris eſt apud nos, non eas habebunt, ſed
cum, ex lege noſtra *3. p. cap. 10. n. 6.* debeant præ-
cedere in loco priorem illius domus ad quam mit-
tuntur, debent in choro præcedere Sacerdotes ſa-
cris indutos: nam cum prior præcedat hebdoma-
darium ſacris indutum, & viſitator præcedat
priorem, neceſſario debet præcedere ipſum heb-
62 domadarium ſacris indutum; conceſſa namque
re aliqua à ſuperiore, conceduntur & neceſſaria
63 omnia ad illam comparandam textus, *in lege 2. ff.
de iuriſdict. omnium iudic. & l. penult. ff de vſu-
fruct & cap. præterea de offic. & poteſt. iudic. de-
legat.* Tuſcus. *tom. 1. lit. A, concl. 77.* Portel. *in du-
biis regularibus verbo prælati poteſtas in additioni-
bus*, Peirinis, *tom. 2. de prælato, q. 3. cap. 3 n. 16.* Pe-
lizarius, *tom. 2. tract. 8. cap. 2. num. 50.* Cum ergo
dictis viſitatoribus concedatur, quod ſedeant an-
te priorem, neceſſario eis conceditur præeminen-
tia loci reſpectu Sacerdotum ſacris indutorum in
choro; quod etiam *ſuprà* diximus de primo defi-
nitore, quando præſidet in Prouincia loco Pro-
uincialis demotum ex vi legis.

Hoc tamen non reperitur in Vicariis poſitis à
generale, Prouinciale, vel priore, in aliquibus
conuentibus; nam hi debent ſedere poſt Sacerdo-
tes ſacris indutos, cum non ſint poſiti à defini-
64 torio generali, vt *ſuprà* diximus, nec ſedem ha-
bent ante priorem, ſed ipſi vices gerunt prio-
rum: Vicarius enim Prouincialis pro tota Prouin-
cia, vel maiore parte illius à ſolo definitorio ge-
nerali fieri poteſt, vt patet, *ex noſtra conſtitutio-
ne 3. p. cap. 9. n. 3.* de aliis autem miſſis à Prouin-
ciale pro viſitanda aliqua domo iam diximus lo-
cum, qui eis debetur; non poſſunt tamen prædi-
cti viſitatores ſe immiſcere in re aliqua regiminis
domus illius ad quam mittuntur, nec eis deben-
tur præeminentiæ nomenclaturæ Patris noſtri, nec
poſſunt dicere confeſſionem, nec benedictionem
impertire in prima, & completorio, vt patet *ex* 65
noſtro cæremoniale, qui ſolum concedit has præ-
eminentias Patri noſtro generali, & definitoribus
generalibus in toto ordine, & Prouinciali in ſua
prouincia, & priori, ſiue Vicario electo à defini- 66
torio Generali in ſuo conuentu, vt *ſuprà* diximus;
cum autem prædictus viſitator, vel commiſſarius
non ſit aliquis ex ſupradictis, inde eſt quod ei di-
ctæ præeminentiæ non debentur, ſed hæc omnia
debent ſie.i etiam in præſentia illius à priore ſi ibi
fuerit, vel à definitore generali, aut Vicario electo
à definitorio; quod ſi nullus iſtorum ſedit, de-
bet fieri ab hebdomadario vt moris eſt apud no-
ſtrates.

An autem ſi viſitator, vel commiſſarius miſ- 67
ſus ſit à noſtro definitorio generali pro viſitanda
aliqua Prouincia debeantur eis omnes præemi-
nentiæ, ac debentur Vicario electo ab ipſo defi-
nitorio generali; maiorem habet difficultatem.
Reſpondeo tamen negatiue, ita cum Batiolo, Le-
zana, *in ſumma tom. 2 p. 1. verbo ſacra congregatio,
n. 3.* Noſter Laurentius Eſpin. *conſulto 15. n. 1388.
& n. 1439.* Et ratio eſt quia tales commiſſarij, &
viſitatores ſunt amouibiles ad nutum inſtituen-
tium, ſunt enim illorum miniſtri, & iuriſdictio
reſidet in illis, non per ſe, ſed per accidens, & tan-
quam in ſubalternis habentibus ſuper ſe, non ſo-
lum generalem, ſed & omne definitorium, eo
quod regimen ordinis non eſt pure Monarchicum,
ſed mixtum ex Monarchico, & Ariſtocratico,
vt cum Vrbano, ab Aſcenſione, Lezana, & aliis
notat Fr. Laurentius Eſpin. *conſult. 15. num. 1413.
& 1435.* Ergo eorum iuriſdictio non eſt ordina-
ria, ſed delegata, nec eam poſſunt delegare, niſi
in caſu eis expreſsè præmiſſo, & in particularibus
negotiis, quamuis ſint inſtituti ad vniuerſitatem
cauſarum, vt docet Lezana *in ſumma tom. 1. p. 1.
cap. 13. n. 16. & 18. & tom. 3. p. 2. verbo Vicarij,
num. 3.* Ergo licet iſti viſitatores debeant honora-
ri, non tamen tantum, quantum hi, qui eos con-
ſtituerunt; ſi quidem illi ſunt ordinarij, iſti dele-
gati illorum. ita cum S. Antonino, Nauarro,
Rodriguez, Peirinis, *tom. 1. de ſubdito q. 1. cap. 18.*
Barboſa, *in Collectanea bullarum verbo Vicarius
generalis, Epiſcopi 3.* Franciſcus Purpuratus, *lib. 1.
n. 531. ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio,*
& cum Tamburino, Fr. Laurent. Eſpin. *conſulto
1. n. 1440. in fine.*

Et poteſt hoc confirmari, ex *lege noſtra 3. p.
cap. 10. n. 7.* Vbi lex ſupponit tales viſitatores, &
commiſſarios eſſe delegatos; ſic enim ait. ſtatui-
mus viſitatores, & quicunque alij qui iuriſdictio-
ne aliqua ſubdelegata vtuntur, teneantur ſuæ
commiſſionis literas manifeſtare: Atqui illa di-
ctio, alij, importat relationem in qualitate ſimi-
lem, vt poſt Romanum, Fuſcum, & alios nota-
uit Auguſtinus Barboſa, *de dictionibus dictione 16.
num. 3.* Eſt enim hæc dictio repetitiua ſimilium,
vt cum innumeris Doctoribus probat Barboſa,
ibi. n. 4. Ergo ſicut illi, alij, de quibus loquitur
lex, vtuntur iuriſdictione delegata, ita & viſitato-
res ad quos talis dictio alij refertur; ergo iuxta
noſtram conſtitutionem viſitatores à quibuſcunque
ſint miſſi non ordinaria, ſed iuriſdictione delegata
pollent.

Confirmatur ex eadem *tertia parte noſtrum con-
ſtitut. cap. 16. num. 12.* vbi viſitatori miſſo à noſtro
Definitorio generali ad viſitandam Prouinciam

S. Alberti apud Indos ſolum concedit lex poſſe habere eas præeminentias, quæ à Definitorio generali ei fuerint aſſignatæ, ſic enim ait lex. Qui eas vices, ac præeminentias in omnibus habeat, quæ ſibi fuerint à Definitorio conceſſæ; ergo talis viſitator non eſt ordinarius, ſed delegatus; nam conceſſa iuriſdictione ordinaria de iure eam ſequuntur omnes præeminentiæ, & integra poteſtas, vt colligitur ex doctrina Bartoli *in l. filius ff. de legacion.* ſubſcribit Alciatus *rubric. de offic. ordinar.* & colligitur *ex textu, in clement. qua de Eccleſia de offic. Vicarij*, vt bene notauit Emanuel 3. *regular. quæſt.* 76. *art.* 10. Azor. *inſtit. moral. lib.* 7. *cap.* 18. Peirinis *tom.* 2. *de prælato q.* 1. *cap.* 4. §. 4. *n.* 4. Tamburinus *de iure abbatum tom.* 2. *d.* 18. *q.* 11. *n.* 2.

Tum, quia ſubrogatus in locum alterius, in eius quoque iura, & cura, & priuilegia ſubrogatus cenſetur *l. ſi cum* §. *qui iniuriarum ff. ſi quis cautiou.* vbi Bart. Baldus, & alij communiter; ergo cum hæc poteſtas poſſit tali commiſſario à definitorio coarctari, talis commiſſarius & viſitator non eſt ordinarius, ſed delegatus, ac per conſequens ſolum habebit eas præeminentias, quas ei definitorium conceſſerit, quod ſi ei nullus concedat, ſolùm habebit præeminentiam loci conceſſam ſibi à lege 3. *p. cap* 10. *num.* 6. & ſolum præſidebit prioribus, & Prouinciali, quorum viſitator conſtituitur, & eos punire poterit, iuxta literas ſuæ commiſſionis, non tamen ei debitæ erunt aliæ præeminentiæ debitæ prouinciali, vel generali, aut definitoribus, à quibus mittitur, vt nomenclatura Patris noſtri, nec in choro poterit dicere confeſſionem, aut benedictionem impertire in prima, & completorio, ſed hæc omnia debent fieri à Prouinciali, definitore, vel Priore, ſi ibi fuerint, vel eis abſentibus ab hebdomadario.

Dices, talis viſitator, vel commiſſarius fuit electus à Collegio, ſed iuriſdictio, quæ competit alicui per electionem Collegij, vel vniuerſitatis ad aliquod officium eſt ordinaria, vt tenet Petrus de Aochartano *Clement.* 2. *n.* 9. *de reſcriptis.* Suarez *de Religione lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. & 8. ergo iuriſdictio ei conceſſa à definitorio non delegata, ſed ordinaria eſt; ac per conſequens ei debentur omnes præeminentiæ, ac eis cuius vices gerunt; conſequentia datur certa, nam vt *ſuprà* diximus, conceſſa iuriſdictione ordinaria, eam comitantur omnes præeminentiæ, & integra poteſtas, ſi alias à lege non reſtrigantur; ſed hic nulla datur lex quæ horum viſitatorum, vel commiſſariorum præeminentias limitet, vel auferat; ergo omnes præeminentiæ debitæ eis à quibus mittuntur eis cenſentur conceſſæ, minor patet, *nam noſtra lex* 3. *p. cap.* 16. *num.* 12. vbi dicit viſitatorem miſſum à Definitorio Generali ad viſitandam Prouinciam S. Alberti apud Indos, ei ſolum deberi præeminentias, quæ ei à definitorio fuerint aſſignatæ non loquitur de omnibus viſitatoribus, ſed de ſolo illo, qui mittitur ad Indos, cuius iuriſdictionem, & præeminentias forte lex ex aliqua iuſta cauſa voluit limitare; ergo talis legis diſpoſitio cum ſit reſtrictiua iuris communis, non debet ad alios viſitatores extendi, vt ſæpè diximus.

Reſpondetur concedendo maiorem, deinde diſtinguo minorem, ſed iuriſdictio, quæ competit alicui per electionem Collegij, vel vniuerſitatis ad aliquod officium eſt ordinaria diſtinguo, ſi talis officio ex natura ſua, vel virtute legis, talis iuriſdictio competat concedo, ſi ei nuo competat hoc modo nego; & ratio eſt quia ad conſequendam iuriſdictionem ordinariam non ſufficit, quod quis ad aliquod officium electus ſit à Collegio ſed debet eſſe electus ad officium, cui vel natura ſua, vel virtute legis talis iuriſdictio competat, nam facta prouiſione de dignitate, intelligitur facta de iuriſdictione ei annexa, vt bene notauit cum Ancharrano Suario & aliis N. P. Fr. Ioannes a ſanctiſſimò Sacramento *p.* 4. *n.* 237.

Secus quando officio, nec ex natura ſua, nec ex lege talis iuriſdictio eſt annexa, & alias Collegium, quod ad tale officium eligit non habet poteſtatem conſtituendi muneta publica cum poteſtate ordinaria, vt bene notaunt Molina Theologus *de iuſtitia tom* 6. *tract.* 2. *diſp.* 14. *num.* 4. Atqui tale officium viſitatoris, vel commiſſarij, nec ex natura ſua, nec ex lege habet talem iuriſdictionem ordinariam annexam, & alias noſtrum definitorium non habet poteſtatem conſtituendi noua muneta publica cum poteſtate ordinaria, ſeu ſolum habet poteſtatem eligendi Prælatos à lege iam conſtitutos, & deſtinatos, vt Priores, Prouinciales, & Vicarios Conuentuum, vel Prouinciarum, vel etiam Vicarium generalem totius religionis, ergo quando eligit ſpecialem viſitatorem pro aliqua prouincia, licet ſic electus ſit ad vniuerſitatem cauſarum, non eſt propriè ordinarius, ſed delegatus definitorij, vt bene notauit Molina *ſuprà num.* 4. quia nec ex lege, nec ex natura ſua tali officio eſt annexa iuriſdictio ordinaria vt eſt annexa officio Priori, Prouincialis; vel Vicario Prouinciali, Generali, vel etiam Priorali.

Et ex his manet reſponſum ad replicam, quam fieri poſſet de Vicariis conuentualibus, prouincialibus, vel etiam generalibus à definitorio electis, qui proculdubio habent iuriſdictionem ordinariam, & non delegatam, vt *ſuprà* diximus, nam hi ſunt ordinarij, non ſolum, quia ſunt electi à definitorio generale, ſeu Collegio, ſed quia talibus officiis natura ſua, vel virtute legis talis iuriſdictio ordinaria annexa eſt, ac per conſequens eo ipſo quod eliguntur à definitorio, à lege eis conceditur iuriſdictio ordinaria, quod tamen non cernitur in commiſſariis, vel viſitatoribus; quia nec ex natura ſua, nec ex lege talis iuriſdictio ordinaria ei competit, imo ſemper ſunt delegati vt patet in dominis Inquiſitoribus, qui licet ſint commiſſarij Pontificis ad vniuerſalem cauſam fidei ſunt delegati, vt tenent communiter DD. & ideo tale officium viſitatoris non illud comitantur niſi ex tantum præeminentiæ, quæ eis conceduntur ab illis, à quibus mittuntur quod ſi definitorium nullas eis præeminentias conceſſerit, vt moris eſt, ſolum gaudebunt ſupremo loco, & præſidentia reſpectu illorum, quorum conſtituuntur viſitatores, non vero gaudebunt præeminentiis, quæ ſolum debentur generali, vel definitoribus generalibus, Prouincialibus, & Prioribus, vel eorum Vicariis a definitorio electis, vt *ſupra* diximus, quæ omnia ſtando in iure noſtro certiſſima reputo, ſaluo meliori iudicio, nam cum res ſit noua, eam aliis trutinandam relinquo.

CONSVL

CONSVLTVM LXXXI.

De Altari priuilegiato in Eccleſiis Regularium, an ſemel deſignatum poſſit de vno altari ad alterum à Prælato mutari.

SVMMARIVM.

1 *Penitur caſus, ſeu factum.*
2 *Prior noſtri Conventus poteſt mutare altare priuilegiatum iam deſignatum ad aliud altare.*
3 *Facultas ad aliquid determinate agendum non expirat per vſum ipſius in primo actu.*
4 *Priuilegiatus vti ea poterit, & repetere toties quoties ſibi bene viſum fuerit.*
5 *Facultas ad deſignandum prædictum altare in noſtris Eccleſiis non eſt ad ſemel tantum deſignandum illud, ſed abſoluta ad deſignandum.*
6 *Quando conceſſio priuilegij eſt abſoluta, non eſt cur limitetur ad primum actum.*
7 *Licentia conceſſa Epiſcopo ad teſtandum non ceſſat ex vſu primi actus.*
8 *Lex Boues non habet vim in priuilegiis.*
9 *Si priuilegium haberet clauſulam,* quod ſemel tantum poſſet vnum altare deſignari, *adhuc Prior loco vnius poſſet alterum deſignare.*
10 *Illa dictio,* ſemel, *non ponitur in priuilegiis taxatiue, ſed deſignatiue.*
11 *Illa dictio,* ſemel, *idem eſt, ac prius, & facit hunc ſenſum, altare debet prius deſignari à Priore.*
12 *Repetita deſignatio in alio altari non eſt deſignatio; ſed mutatio primæ in aliud altare.*
13 *Pontifex ſolum intendit, quod detur vnum altare deſignatum.*
14 *Penitur quoddam argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
15 *Priores poſſunt mutare deſignationem vnius altaris priuilegiati in noſtris Eccleſiis quando ſibi bene viſum fuerit.*
16 *Hæc deſignatio poteſt fieri ſiue à generali, ſiue à Prouinciali, ſiue etiam à quocunque Superiore locali.*
17 *Subprior quando abſolutè eſt Superior in Conuentu; vt quando mortuus, vel priuatus fuit Prior, ſeu iuit ad Capitulum prouinciale, vel generale, poteſt mutare dictum altare.*
18 *In his caſibus tota poteſtas, & iuriſdictio Prioris deuoluitur in Subpriorem.*
19 *Deuoluitur etiam ad illum poteſtas deſignandi dictum altare.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 CUm in quadam Eccleſia Carmelitarum iam eſſet deſignatum a Prælato vnum altare priuilegiatum pro Miſſis defunctorum iuxta priuilegium Gregorij XIII. quod ſupra retulimus conſulto accidit, quod neceſſarium fuit mutare idem altare ad aliam capellſm, eo quod patronus illius poſtulaſſet, quod in ſua capella deſignaretur prædictum altare, cum autem iam à prælato deſignſtum eſſet.

Quæſitum fuit à me, An Prior poſſet mutare dictum altare, & deſignare altare huius capellæ pro ſltari priuilegiato, transferendo illud de vno ad alterum altare, non obſtante Prioris deſignatione.

RESPONSIO AVTHORIS.

REſpondi poſſe: Ratio eſt quia facultas ad 2
aliquid determinatè agendum non expirat
per vſum ipſius in primo actu ſed priuilegiatus 3
vti ea poterit, & repetere toties quoties ſibi bene
viſum fuerit; ſed huiuſmodi conceſſio deſig- 4
nandi, vnum altare priuilegiatum in vnaquaque
noſtrarum Eccleſiarum eſt facultas ad aliquid determinate
agendum; ergo non expirat per vſum
ipſius in prima deſignatione; ergo Prior optime
poteſt illud iterum deſignare, etſi iam primo
deſignatum fuiſſet, dummodo vnum ſolum altare
remaneat in Eccleſia.

Confirmatur, quia facultas ad deſignandum 5
prædictum altare in noſtris Eccleſiis, non eſt ad
ſemel tantum deſignandum illud, ſed eſt abſoluta
ad deſignandum vnum altare. vt patet ex priuilegio
ſupra relato; & tenet N.P. Petrus ab Angelis
de priuilegiis in communi d.7. ſect. 10. *nu.* 15. 6
ſed quando conceſſio priuilegij eſt abſoluta, non
eſt cur limitetur ad primum actum. ita vt quod
deſignato vno altare in vna Eccleſia; non poſſit
alterum eius loco deſignare; ergo quamuis illud
altare iam fuerit deſignatum, optime poteſt mutari
à Priore.

Confirmatur ſecundo. Quia licentia conceſſa 7
Epiſcopo ad teſtandum non ceſſat ex vſu primi
actus, & ſic virtute ipſius poterit reuocare primum
teſtamentum, & aliud conficere toties
quoties ſibi placuerit, vt reſoluit Rota *in vna
Piacenſi* 14. *Ianuarij* 1587. vt teſtatur Gonzalez
de menſibus, & alienat. gloſſa 11. *num.* 9. habeturque
in deciſ. diuerſar. p. 1. *deciſ.* 47. quia cum tale
priuilegium ſit gratis principis, & conceſſa ſine
reſtrictione, non ad vnicum actum, ſed abſolutè
debet interpretari; ſed noſtrum priuilegium abſolute
concedit, quod poſſit Prior tale altare deſignare;
ergo non de vno actu, ſed abſolute debet
interpretari, ita Felinus *in cap.* 5. *de Treuga
& pace limit.* 7. Alciatus *in l. Boues. §. hoc ſermone,
num.* 6 Afflictus *deciſ.* 392. N. P. Petrus ab Angelis
de priuil. in comm. d. 7 *ſect.* 10. *n.* 8.

Nec obſtat ſi dicas cum aliquibus iuriſtis, &
canoniſtis, quod ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur
de primo actu, ſeu prima vice tantum,
vt patet *in l. Boues, §. hoc ſermone, de verbor. ſignific.*
& Afflictus *deciſ.* 392. teſtatur ſic fuiſſe reſolutum
in regali Conſilio Neapolitano: Tum quia
licentia diſponendi de feudis, ſeu teſtandi intelligitur
tantum de prima diſpoſitione; ergo idem
dicendum eſt in noſtro caſu. Reſpondetur namque
dictam legem Boues, non habere vim in
priuilegiis, quia ſi diſpoſitio priuilegij realis de
primo actu tantum intelligeretur, eſſet & non 8
eſſet priuilegium, eſſet quia ſupponitur, non
eſſet, quia non eſſet perpetuum, ſed finiretur
primo

primo actu, quod eſt contra rationem priuilegij.
realis, ſicut & legis; non ergo poteſtas priuilegij
extinguitur, ſed debet durare. & permanere quan-
diu non reuocatur. Ad confirmationem patet ex
ſupradictis.
9 Sed quæres quid dicendum ſit, ſi priuilegium
habeat clauſulam, *quod ſemel tantum poſſit tale al-
tare deſignare?* Reſpondeo, adhuc poſſe Priorem
illud mutare. & deſignare quoties ſibi bene viſũ
fuerit. Ratio eſt, quia ſi Princeps concederet facul-
tatem ad primum actum tantum, non eſſet priui-
legium; ſed quædam particularis licentia ad illum
10 actum faciendum; ergo tale priuilegium eſſet, &
non eſſet priuilegium, eſſet quia ita ſupponitur,
non eſſet quia eſſet tantum ſpecialis licentia; ergo
quando apponitur illa dictio, *ſemel*, in priuilegiis,
apponitur non taxatiuè, & definitiuè, ſed ſolum
deſignatiuè, id eſt, quod ſemel deſignatum, v. g.
altare priuilegiatum à Superiore non poſſit ab
alio inferiore mutare; vel dicito quod aduerbium,
11 *ſemel*, ſignificat in his priuilegiis idem, quod,
prius, & facit hunc ſenſum, altare debet prius de-
ſignari à Superiore, & ſemel deſignatum non po-
teſt in aliud mutari indulgentia, niſi ab ipſo Su-
periore, vel ab alio cum ſimili poteſtate.
12 Vnde non ad formam, ſed ad meram condi-
tionem reducitur. Vel dicit, quod talis repetita
deſignatio in alio altari in rigore non eſt alia de-
ſignatio abſolutè, ſed mutatio primæ in aliud
altare, in quo nullum inconueniens reperitur,
nec voluntati Pontificis contradicitur, ſiquidem
Pontifex ſolum prætendit quod ibi non dentur
13 duo altaria priuilegiata, neque vnum indetermi-
natum; quod vero ſit hoc, vel illud, tanquam
quid accidentale, nec pertinens ad formam re-
mittit Superiori. Ita P. Fr. Petrus ab Ang. *de pri-
uil. in comm. d. 7. ſect.* 10. n. 12. quod à viris doctis
Romæ teſtatur ſe id accepiſſe.
14 Nec obſtat ſi dicas, illam dictionem; *ſemel*, eſſe
taxatiuam; ergo non poteſt extendi ad ſecun-
dam altaris deſignationem, nam cum ſit taxati-
ua in primo actu finitur. Reſpondetur illam di-
ctionem in præſenti non poni taxatiuè, & defi-
nitiuè, ſed ſolum deſignatiuè, quia ſi poneretur
taxatiuè, iam talis conceſſio non eſſet priuilegium,
ſiquidem vno actu finiretur, quod eſt contra ra-
tionem priuilegij, quod debet eſſe perpetuum.
15 Ex quibus omnibus concludo quod cum in
noſtris priuilegiis ad deſignandum altare priui-
legiatum non apponatur illa clauſula. *ſemel deſi-
gnandum à ſuperiore*, ſed abſolute concedatur al-
tare deſignandum à Superiore, inde eſt, quod
ipſi poſſunt illud deſignare, vel mutare quomo-
do opportunum ſibi viſum fuerit, quod etiam
verum eſt, etſi talis clauſula poneretur, vt *ſuprà*
diximus.
16 Superior autem, à quo talis deſignatio, vel
mutatio fieri poteſt non determinat Pontifex.
Vnde conceſſio intelligenda eſt de quolibet Su-
periore, etiam locali, & ſic quilibet Prior ſi cau-
ſa adſit poterit altare priuilegiatum iam deſigna-
tum relinquere, & aliud hoc illius in eadem Ec-
cleſia deſignare, quia non datur ratio cur ad ali-
quem Superiorem limitetur gratia, cum Ponti-
fex eam non limitet, Vnde tam Generalis, quam
17 Prouincialis, & etiam Prior localis veniunt in-
telligendi. Ita P. F. Petrus ab Angelis *ſuprà* n. 12.
18 Non tamen intelligitur id conceſſum Subpriori,
etiam quando actu præſidet, quia hic non eſt
verè Superior, ſed ſubditus. Excipe niſi fuerit
tempore, quo abſolutè eſt Superior in Conuen-
tu, vt per amotionem Prioris ab officio, vel per
illius mortem, vel eo quod Prior tenderit ad ca-
pitulum generale, vel Prouinciale, nam tunc 19
cum vero in Superior Conuentus ad illum de-
uoluta eſt tota iuriſdictio ordinaria Prioris, vt
ſuprà diximus, ac per conſequens, & poteſtas ad
deſignandum dictum altare, ſicut & aliæ facul-
tates concedimus.

CONSVLTVM LXXXII.

De irregularitate, excommunicatione, & aliis pœnis ortis ex quodam homicidio, cum quadam circumſtantia notabili.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſiu factum.*
2 *Mandans eſt cauſa principalis, & efficax damni.*
3 *Longitudo temporis non eſt cauſa ſufficiens reuocationis voluntatis.*
4 *Vnaſquiſque vult quod eius voluntas ſit mandatum perp tuum.*
5 *Tempus non eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis.*
6 *Mandans occidere Petrum ſæcularem, ſi Petrus factus ſit religioſus, & mandatarius illum occiderit, mandans non incurrit irregularitatem vel excommunicationem.*
7 *Maior deliberatio requiritur ad occidendum religioſum, quam ſæcularem.*
8 *Si occidendus factus eſſet Papa mandans non cenſetur perſiſtere in mandato.*
9 *Mandatarius quando perſona quæ præcipitur occidi mutata eſt de ſæculari in Eccleſiaſticum tenebatur conſulere mandantem.*
10 *Mandatum cenſetur reuocatum, ſi mandans tempore Paſchatis confeſſus eſt ſacramentaliter.*
11 *Reuocatum eſt mandatum, ſi mandans factus ſit religioſus, vel Sacerdos.*
12 *Mandatum cenſetur reuocatum quando occidendus factus eſt religioſus, vel Epiſcopus, vel Sacerdos.*
13 *Mutatus ſtatus ex parte mandantis, vel occidendi cenſetur virtualis reuocatio mandati.*
14 *Hæc reſolutio multis viſa fuit intolerabilis, & improbabilis.*
15 *Hæc opinio fuit Romæ practicata à viris doctis propter eaſdem rationes.*
16 *Per ingreſſum in religionem Paulus Petro, & omnibus pro iniuria & ſcandalo ſatisfecit.*
17 *Ille ingreſſus religionis fuit virtualis reuocatio mandati.*
18 *Mandatarius tenebatur iterum recurrere ad mandantem.*
19 *Mandatarius in hoc caſu, & non mandans pœnas homicidij incurrit.*
20 *Idem dicendum eſt quando is, qui iubetur occidi factus eſt Epiſcopus, vel Sacerdos.*
21 *Epiſcopatus perfectior ſtatus eſt quam ſtatus Religioſus.*

CASVS

CASVS, SIVE FACTI SPECIES,

1 PETRVS mandauit famulo ſuò Franciſco
vt occideret Paulum, qui eius ſororem de-
floraverat. ipſe autem Paulus fugerat ad Braſilicam
ciuitatem dictam Bahiam, nauigauit Franciſcus ad
Braſilicam illam ciuitatem, vbi ſciebat reſidere
Paulum, vt eum occideret; peruenit ad eum lo-
cum, & inuenit Paulum factum eſſe religioſum
diſcalceatum iam profeſſum; hoc tamen non ob-
ſtante cum quadam die prædictus Paulus Religio-
ſus exiret è conuentu eum in platea ciuitatis tru-
cidauit, peruenit de hoc caſu nuncius ad ciuita-
tem Vliſiponenſem, & qui mandatum dederat
promotus erat ad quandam inſignem dignitatem
Eccleſiaſticam, & volebat ordinari ordinibus ſa-
cris, anxiatus tamen, & agitatus ſcrupulis, eò
quod iuſſerit Franciſco prædictum Paulum occi-
dere.

Quæſivit à me, an incurrerit Irregularitatem,
excommunicationem, & alias pœnas ortas ex illo
homicidio, quod ipſe præcepit fieri.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 FAteor in hoc caſu nimis perplexum ſtetiſſe,
nam ex vna parte videbam expreſſum manda-
tum non reuocatum, & cum mandatum non eſt
reuocatum, ſiue tacite, ſiue expreſſe homicidium
ſecutum imputatur mandanti, cum mandans ſit
cauſa principalis, & efficax damni, vt tradunt
Siluius, *verbo reſtit. 3. q. 6.* Angel. *eodem ver o.
& verbo furtum, num. 17.* Tabiena, *verbo reſtitu-
tio, n. 21.* Ioannes Medina, *C. de reſtitutione, q. 7.
& 8.* Petrus Nauarra, *lib. 3. de reſtitutione cap. 4.
n. 26.* & alij communiter, cum ergo in hoc caſu
conſtaret de mandato, & non de reuocatione il-
lius, videbatur mandantem incurriſſe omnes pœ-
3 nas homicidij voluntarij.

Nec obſtat mandatum dilatatum fuiſſe per
multum tempus. Nam per ſe loquendo longitu-
do temporis non eſt ſufficiens cauſa reuocationis
voluntatis; Nam vnuſquiſque vult, quod eius
voluntas ſit mandatum perpetuum, & quod per-
4 petuo duret. Tum quia tempus non eſt modus
tollendæ obligationis, *l. obligationem, §. placet,
ff. de actibus, & obligat.* & tradit in Gloſſa, *in
5 cap. cum ex officiis de reſcriptis, verbo ordinem.*
Gomez, *variarum, tom. 2. cap. 11. n. 21.*

6 Verum hiis & aliis non obſtantibus, ego tunc
in ea opinione fui, quod mandans non incurrerit
irregularitatem, excommunicationem, & alias
pœnas impoſitas homicidiis Ratio, quæ me
mouit fuit, quia Petro nunquam venit in men-
tem Paulum factum fuiſſe Sacerdotem, & reli-
7 gioſum; ſi enim hoc illi veniret in mentem ex-
preſſe illud explicaret, cum autem putaſſet illum
eſſe ſecularem, ideo præcepit occidi, maior enim
deliberatio requiritur ad occidendum religioſum
Sacerdotem, quam ſæcularem.

8 Confirmatur 1. Quia ſi talis Paulus fuiſſet fa-
ctus ſummus Pontifex, Cardinalis, vel Epiſcopus
non eſt credibile mandantem velle perſiſtere in
9 primo mandato illum occidendi, ſed vel quod ab
eo exquireretur, an etiam in illo ſtatu vellet illum
occidi, non enim aliud poteſt credi de mandante,
cum maius peccatum, & magis contra bonum
commune ſit Papam, vel Epiſcopum occidere,
quam hominem ordinarium ſæcularem: ergo idem
dicendum eſt, ſi talis homo factus eſt religioſus: nam
per ſumptionem habitus videtur fieri aliter homo.

Confirmatur 2. quia mandatum cenſetur reuo-
catum, ſi mandans tempore paſchatis confeſſus 10
eſt, tunc enim debuit voluntatem occidendi re-
uocare. & idem dicendum eſt, ſi incepit viuere mo-
re timoratorum, vt ſi factus eſt Sacerdos, religio- 11
ſus, vel Epiſcopus, vt cum aliis docet N.P. Fr. Ga-
briel à S Vincent. *de iuſtitia & iure, d 6. q. 16. §. 1. n.*
599. Ergo idem dicendum eſt quando occidendus 12
factus eſt religioſus. Epiſcopus, vel Sacerdos, ſicut
enim mutatio ſtatus ex parte mandantis cenſetur
virtualis retractatio mandati, ita mutatio ſtatus ex 13
parte occidendi videtur virtualis reuocatio manda-
ti, non enim apparet maior ratio diſtinctionis.

His, & aliis fundamentis ductus tunc in eam fui 14
ſententiam, quod prædictus Petrus potuiſſet illam
dignitatem, & ordinem ſacrum recipere, non ob-
ſtante executione mandati, & homicidio prædicti
religioſi ſecuti. Sed mea reſolutio multis viſa fuit
intolerabilis, & improbabilis, & quia nullum pro-
ponebam doctorem, cum caſus adhuc à doctoribus
non fuiſſet diſcuſſus, & alias noluiſſent meæ ſen-
tentiæ aſſentiri, prædictum Petrum alij iuriſperiti
obligarunt, vt a Papa diſpenſationem obtineret, in
quo ego ad tollendos ſcrupulos etiam conſenſi.

Verum poſt hæc ſcripta inueni hanc meam
opinionem conſultam, & practicatam fuiſſe Romæ 15
à viris doctiſſimis propter eaſdem & alias ratio-
nes. Sic teſtatur N.P. Fr. Gabriel à S. Vincent. *de
iuſtitia & iure, d. 6. q. 17. § 1. n. 598.* Ratio illorum do-
ctorum Romanorum, & eiuſdem Patris, qui hanc 16
ſententiam vt probabilem proponit fuit; quia
per illum ingreſſum in religionem Paulus, & Pe-
tro, & omnibus pro iniuria, & ſcandalo ſufficienter
ſatisfecit, ac per conſequens illa ingreſſio, & reli- 17
gionis profeſſio fuit virtualis reuocatio mandati,
& mandatarius debebat iterum recurrere ad man-
dantem, an vellet quod, non obſtante quod Paulus
factus fuerit religioſus, adhuc velit eum occidi, non
enim de ſimplici mandato pro ſæculari occidendo 18
colligitur mandantem velle occidi religioſum,
quod cum mandatarius non feciſſet, exceſſit man-
datum, nam illi non fuit mandatum religioſum oc-
cidere, ſed ſæcularem, ac per conſequens manda-
tarius temerarius fuit, ac per conſequens non man-
dans, ſed mandatarius pœnas homicidij incurrit, *ex 19
l. diligenter, ff. mandati.* Siquidem in eius poteſtate
fuit fines mandati ſeruare, & noluit. Ita docet Bald.
in l. non ideo minus Cod. de accuſat. §. item quæro,
P. N. Fr. Gabriel à S Vincentio, *de iuſtitia, & iure
d 6. q. 17. § 1. n. 660.* & alij communiter.

Et idem dicendum exiſtimo quoties ille qui iu- 20
betur occidi ex ſtatu ſæculari factus eſt clericus,
vel Epiſcopus, propter eaſdem rationes; ſi ſi ientet
enim per ſumptionem illorum ſacrorum ſtatuum
videtur ſatisfeciſſe damno illato, & licet perma-
neat in ſæculo, id non obſtat quominus mandata-
rius teneatur inquirere à mandante, an etiam in il-
lo ſtatu Sacerdotali velit illum occidi; difficilius
enim præcipitur occidi Sacerdotem, & Epiſco-
pum, quam ſæcularem. Tum quia Epiſcopatus
perfectior ſtatus eſt, religioſo; ſed ſuſceptio ſtatus
religioſi cenſetur virtualis retractatio mandati; er- 21
go & ſuſceptio ſtatus Epiſcopalis, & Sacerdotalis,
nam ſtatus Sacerdotis perfectior eſt ſtatu ſimplicis
religioſi, ita cenſeo ſaluo meliori iudicio.

CONSVLTVM LXXXIII.

De quodam filio nato ex duobus coniugibus factis religioſis, an ſit legitimus, & ſuccedat in bonis ſuorum parentum, etiam poſt renunciationem illorum in fauorem monaſterij, & de quodam homicidio ab eo patrato ad dicta bona recuperanda, an ob illud incurrerit irregularitatem, & caſu quo incurrerit, quis cum eo poſſit diſpenſare, vt ordinetur ordinibus ſacris.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Quidquid dixero in hoc conſultu, non de mea ſententia profero, ſed ex aliorum probabilibus ſententiis.*
3 *Si maritus, & coniux poſt matrimonium ratum profiteantur ſolemniter religionem, ſi poſtea ſacrilege coniungantur, proles nata eſt legitima, licet ſacrilega.*
4 *Probatur multorum doctorum authoritate.*
5 *Quando coniuges de communi conſenſu profitentur religionem non diſſoluitur vinculum matrimonij, ſed ratum manet.*
6 *Filius progenitus ex valido matrimonio eſt legitimus.*
7 *Quando coniuges de communi conſenſu profitentur religionem poſt matrimonium ratum: nullus vinculo matrimonij renunciat, ſed ſolum renuntiant ſaculu.*
8 *Non eſt contra ſubſtantiam religioſi ſtatus, quod cum eo detur vinculum matrimonij.*
9 *Ponitur argumentum in contrarium.*
10 *Ponitur ſolutio huius argumenti.*
11 *Ponitur alia inſtantia in contrarium, & ſoluitur.*
12 *Ponitur alia inſtantia in contrarium, & ſoluitur.*
13 *Ponitur alia inſtantia.*
14 *Soluitur prædicta inſtantia.*
15 *Filius ex prædictis coniugibus genitus, ſi caſus eſt occultus poteſt ſine diſpenſatione ſuper illegitimitate ordinari ordinibus ſacris.*
16 *Proles legitima non indiget diſpenſatione vt ordinetur.*
17 *Ponitur argumentum in contrarium.*
18 *Soluitur prædictum argumentum.*
19 *Hæc opinio non eſt deſtituta authoribus.*
20 *Donatio omnium bonorum facta conuentui à prædictis coniugibus tempore, quo filio carebant, nato filio, reuocatur, vt inofficioſa, quoad eius legitimam.*
21 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
22 *Ponitur alia inſtantia.*
23 *Soluitur prædicta inſtantia.*
24 *Renunciatio omnium bonorum facta Conuentui contra formam Tridentini non valet.*
25 *Iſte adoleſcens occidens prædictum religioſum, vt ab eo ſurriperet pecuniam, quam deferebat grauiſſimè peccauit.*
26 *Suppoſita morte religioſi poteſt occulte compenſari in ſua legitima de bonis Conuentus, quam ſecum deferebat dictus religioſus.*
27 *Probatur ratione.*
28 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
29 *Ponitur alia inſtantia, & ſoluitur.*
30 *Iſte adoleſcens occidendo prædictum religioſum occultiſſime, ita vt à nemine fuerit viſus, non incurrit irregularitatem.*
31 *Probatur authoritate doctorum.*
32 *Irregularitas ſolum incurritur in caſibus in iure expreſſis.*
33 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
34 *Dato quod talis adoleſcens occidendo occultiſſime dictum religioſum incurrerit irregularitatem, poteſt ab Epiſcopo diſpenſari.*
35 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
36 *Poteſt etiam diſpenſari à regularibus mendicantibus per ſua priuilegia.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

PETRVS duxit Mariam in vxorem; & antequam conſummarent matrimonium ambo de communi conſenſu ingreſſi ſunt religionem, & ibi profeſſi ſunt, & ante profeſſionem dederunt omnia bona ſua religioni; poſtea temporis decurſu, habita quadam occaſione, Petrus ingreſſus Conuentum vbi Maria erat profeſſa habuit cum ea copulam, ex quo coitu natus fuit Ioannes, qui occultiſſime poſt eius natiuitatem è Conuentu extractus; & iuſſu Patris ſui educatus eſt in quodam oppido extra illum locum vbi ſacrilegium accidit in loco nimis remoto. Poſtea veniens Ioannes ad eum locum vbi viuebat Pater ſuus, & mater, & certior ab illis factus de parentibus ſuis, ſiquidem tam Pater, quam mater id occultiſſime ei narrarunt, voluit promoueri ad ſacros ordines, & cum non haberet patrimonium, cogitauit de illo procurando, & anxiatus eo quod pater eius omnia bona ſua dediſſet religioni, cum quadam die in quadam via illi obuius fuiſſet quidam religioſus Conuentualis illius conuentus, cui pater ſuus fecerat donationem, quæſiuit ab eo quo tenderet, & cum ab eo cognouiſſet ſe deferre magnam quantitatem auri, & argenti ad illum Conuentum ex illius reditibus, cogitauit ſecum de tali religioſo occidendo, & pecuniam quam deferebat ſuſcipiendo, ad comparandum ſuum patrimonium; ſicut cogitauit, ita fecit, & repente irruens in religioſum eum trucidauit, & abſtulit pecuniam, quam ſecum deferebat, quæ erant duo millia aureorum in auro, & alia magna quantitas in argento, & miſſo cadauere in quandam ſpeluncam, reuerſus eſt gaudens in domum ſuam, & poſtquam illa pecunia comparauit quandam hæreditatem, vineas, & olíueta, voluit ordinari; ſed ſcrupulis agitatus ſecum reuoluebat quomodo id fieri poſſet, cum ille eſſet ſpurius, & haberet commiſſum homicidium voluntarium, & ſi quæreret à Papa diſpenſationem neceſſarium foret narrare defectum ſuorum parentum, & quod ad impetrandum diſpenſationem ſuper irregularitate multam pecuniam inſumendam eſſe tandem ſic anxiatus acceſſit ad me. 1

Et quæſiuit primo, An ille ſtando in aliqua opinione,

opinione probabili eſſet filius legitimus, licet ſacrilegus, ex eo quod ante profeſſionem ſuorum parentum inter eos præceſſerit matrimonium ratum? Secundo An poſſet ſine diſpenſatione ſuper illegitimitate ordinari ſequendo talem opinionem? Tertio An donatio illa facta à ſuis parentibus Conuentui per Natiuitatem illius poſſit irritari, & reuocari, in aliqua opinione probabili? Quarto An ille poſſet occulte ſuſcipere per compenſationem ea bonis illius Conuentus, quouſque integraret ſuam legitimam debitam ex parte patris ſtando in aliqua probabili opinione? An vero teneretur bona occulta ſuſcepta reſtituere dicto Conuentui? Quinto An occidendo illum religioſum occultiſſime, ita vt à nullo viuente tale homicidium fuerit cognitum incurrerit irregularitatem ex homicidio voluntario, vel non, ſtando in aliqua opinione probabili? Sexto Andato quod talem incurrerit irregularitatem, An alius præter Papam, poſſet cum eo in tali irregularitate diſpenſare ad effectum ſuſcipiendi ordines ſacros, ſtando In aliqua opinione probabili?

RESPONSIO AVTHORIS: PRIMO QVÆSITO.

An ille ſtando in aliqua opinione probabili eſſet filius legitimus licet ſacrilegus, eo quod ante profeſſionem ſuorum parentum inter eos præceſſerit matrimonium ratum?

FAteor caſum eſſe grauiſſimum; & magna circumſpectione dignum, Deo tamen fauente quid nobis viſum fuit aperiam, cupiens magis audire alius, quam propriam proferre ſententiam. Aduertendum tamen eſt, dictum conſulentem ſolum inquirere, an in his caſibus detur aliqua opinio probabilis, quam ſequendo doneretur, non enim propriam meam ſententiam, quærit, nec probabiliorem, ſed aliorum doctorum, dummodo ſit
2 probabilis; vnde quidquid dixero, non de mea ſententia profero, ſed aliorum. Dicam tamen quando ſit, vel non probabile, ad effectum ſatisfaciendi dicto conſulenti.

3 Primo igitur propoſito quæſito Reſpondi affirmatiuè. Ita D. Th. *in 4. diſt.* 27. *q.* 1. *art.* 3. *quæſtiuncula* 3. *ad primum*, & ibi Paludanus, *q.* 3. *art.* 2. *concl.* 2. *n.* 11. Palacius, *eadem diſt. d.* 2. *fol.* 570. *concl.* 2. §. *eſt autem*, Corneio, *d.* 6 *de matrim. dub* 2. *verſ. quæres* 3. *pag.* 943. Bieſcas, *in Apologia pro doctrina, D.*
4 *Thom. q.* 11. *art.* 4 *dub.* 5. *propoſitione* 10. *p.* 822. quam opinionem probabilem dicunt Sanch. *lib.* 2. *de matrim. d.* 20. *n.* 2. Ledeſm. 2. *p. art.* 4. *q.* 63. *art.* 3. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 8. *n.* 6. Machado *lib.* 3. *p.* 1. *tract.* 10. *documento* 2. *n.* 4. Leander *de ſacramentis p.* 1. *tr.* 9. *q.* 10. Gutier. *tract. de matrim. cap.* 45. *n.* 9.

Ratio fundamentalis huius ſententiæ eſt, quia
5 quando coniuges ante conſumationem matrimonij de communi conſenſu profitentur religionem, non diſſoluitur vinculum matrimonij, ſed ratum
6 manet, vt antea, Sed filius progenitus ex valido matrimonio, licet ſit cum ſacrilegio conceptus, eſt legitimus, vt poſt alios docet Sanch. *de matr. lib.* 9. *de debito coniugali, d.* 38. *n.* 4. 5. & 6. Ergo cum hi contrahentes de communi conſenſu ante conſummationem matrimonij profiterentur religionem, filius poſtea conceptus, licet fuiſſet cum ſacrilegio, ob vota parentum, ipſe tamen legitimus euaſit. Maior in qua eſt tota difficultas probatur à D. Thom. 7
quia quando vterque pari voto continentiam vouet, tunc neuter coniugali vinculo renuntiat, cum nullus maneat indifferens ad ſuſcipiendum alium ſtatum, & ad diſponendum de ſe libere, ſed ſolum
8 ambo renunciant ſæculo ad ſuſcipiendum religioſum ſtatum; ergo adhuc manet vinculum matrimonij, ſiquidem non eſt contra ſubſtantiam religioſi ſtatus, vel ſolemnis profeſſionis, quod cum illa ſtet vinculum matrimonij, vt patet in coniugibus, qui poſt conſummatum matrimonium de communi conſenſu profeſſi ſunt religionem.

9 Dices Trident *ſeſſ.* 24. *de matrim can.* 6. ait, *ſi quis dixerit matrimonium ratum non conſummatum per ſolemnem religionis profeſſionem alterius non dirimi anathema ſit*, quod antea definitum fuerat ab Euſebio Papa. & habetur, *in cap. decreta legalia* 27. *q* 2. & à Ioan. 22. vt habetur, *in eius extrauag. antiqua de voto*, & ab Alex. III. *cap.* 5. & *cap. ex publico de conuerſ. coniugatorum*, & ab Innocent. III. *cap. ex parte tua eodem titulo*; Ergo iuxta prædicta iura, & nouum ius Tridentini, ſolemnis profeſſio dirimit matrimonium ſolum ratum; ſed hoc matrimonium ſolum erat ratum; ergo per profeſſionem ſolemnem illorum coniugum manſit diſſolutum.

Reſpondetur Tridentinum, & alia iura loqui,
10 quando alter ſponſus religionem profitetur, vt patet ex illis verbis Tridentini, per profeſſionem alterius; & ratio eſt, quia tunc vno profitente, relicto alio in ſæculo, qui manet in ſæculo, remanet cum indifferentia ad ſuſcipiendum ſtatum, vel matrimonij, vel cælibatus, quæ tamen indifferentia non remanet in neutro, quando ambo de communi conſenſu profitentur in religione, & hæc eſt ratio, ob quam in primo caſu dirimitur matrimonium, non vero in noſtro; quia in primo datur renunciatio vinculi matrimonij ex parte illius qui profitetur, relicta indifferentia in manente in ſæculo ad ſuſcipiendum ſtatum quem voluerit, non tamen in noſtro caſu, nam in noſtro caſu, cum ambo de communi conſenſu intrent religionem, nemo illorum renunciat vinculo, relicta libertate in alio ad ſuſcipiendum ſtatum quem voluerit, ſed ambo ſe determinant ad vnum ſtatum religioſum, in nullo manente indifferentia ad ſuſcipiendum alium ſtatum; vnde non vinculo, ſed ſæculo ſolum renunciant, ac per conſequens per illorum profeſſionem non dirimitur vinculum matrimonij.

Dices non ſufficit vtriuſque coniugis, vel alte- 11
rius ſola renunciatio, vt prædicti matrimonij vinculum diſſoluatur, ſed diſſolutio prouenit ex Chriſti priuilegio; Sed Chriſti priuilegium melius èxequitur vtroque coniuge profitente, quam vno ſolo; ergo per vtriuſque coniugis profeſſionem diſſoluitur tale vinculum. Reſpondetur conceſſa prima parte maioris, diſtinguendo ſecundam, ſed diſſolutio prouenit ea Chriſti priuilegio, tanquam ab approbante dictam renunciationem concedo, tanquam ab aliquo per ſe ſolum ſufficiente ad tale vinculum diſſoluendum, nego. Ratio eſt. quia Chriſti Priuilegium, profeſſione emiſſa, dat vires renunciationi præſuppoſitæ, non tamen habet locum niſi quando illa renunciatio præcedit, cumque non præcedat, niſi quando vnus tantum coniugum profeſſionem emittit, ſolum tunc diſſoluitur matrimonij vinculum, vnde nec ſola renunciatio ſufficit ſine profeſſione, nec ſola profeſſio ſine renunciatione.

Dices conſenſus vnius ſponſi profitentis eſt 12
expreſſa, vel implicita vinculi matrimonij renunciatio habens effectum ratione ſolemnis profeſ-

ſionis ; ergo etiam conſenſus vtriuſque ſponſi ſo-
lemniter profitentis, Patet conſequentia. Nam
vtriuſque contrahentis matrimonium conſenſus
firmauit illius matrimonij vinculum ab vtroque
admiſſum ; ergo etſi ſolus conſenſus non ſufficiat
ad illud diſſoluendum, at quantum eſt de ſe erit
talis mutuus conſenſus vtroque coniuge profiten-
te ſufficiens prædicti vinculi renunciatio, res enim
per quas cauſas conſtituitur ; per eaſdem diſſolui
poteſt, aliquo intrinſeco non obſtante. Reſpon-
detur concedendo antecedens ; Deinde negatur
ſuppoſitum in conſequenti, ſiquidem in illo ſup-
ponitur adeſſe conſenſus vtriuſque coniugis, qui
ſit vinculi renunciatio, cum ſolum ſit renuncia-
tio ſæculi ; itaque quando vnus ſolum profitetur,
tunc reſpectu illius eſt duplex renunciatio, vna
vinculi, & altera ſæculi; quando vero ambo pro-
fitentur de communi conſenſu, datur renuncia-
tio ſæculi, non tamen vinculi, ex parte vtriuſque.
Nam cum res per quas cauſa conſtituitur ; per
eaſdem diſſoluitur, requiritur vt ea omnia confe-
rat in vtrumque contrahentem communis eorum
diſſenſus, quæ abſtulerat ab vtroque communis
ipſorum in contractum conſenſus ; Atqui per
conſenſum vtriuſque contrahentis ablatum fuit ab
vtroque ius, & libertas cum alio contrahendi,
& [ablato Chriſti priuilegio] aliter de ſe ipſo
diſponendo : ergo vt adſit contrarius diſſenſus
debet vel vnus, vel vterque manere in libertate
ad contrahendum cum quo voluerit ; Atqui aufer-
tur huiuſmodi indifferentia vtroque coniuge ſe li-
bere ad profeſſionem ſolemnem determinante, vt in
caſu poſito, ergo non adeſt mutuus conſenſus,
qui ſit renunciatio vinculi firmati, antea per mu-
tuum contrahendi conſenſum. ſed ſolum adeſt
mutuus vtriuſque conſenſus, qui ſit ſæculi renun-
ciatio, per quod patet ad argumentum.

13 Dices moraliter loquendo impoſſibile eſt quod
vterque coniux eadem hora, eodemque momen-
to profiteatur, ſed ſi vnus per horam, diem, vel
dies profiteatur, datur verè profeſſio vnius con-
iugis ſine profeſſione alterius ; ergo manet ma-
trimonium ratum diſſolutum : Patet conſequen-
tia quia de fide eſt per profeſſionem alterius con-
iugis dirimi matrimonium ratum non conſuma-
tum, iam ergo non poſſit amborum dari profeſ-
ſio in eodem momento moraliter, ſemper ma-
trimonium manebit diſſolutum. Reſpondetur
concedendo maiorem, & minorem, deinde ne-
gatur conſequens. Ad probationem Reſpondetur,
diſtinguendo antecedens per profeſſionem alte-
14 rius coniugis dirimitur matrimonium ratum, ſi
profitens ſaltem tacitè renunciet vinculo matri-
monij, & ſæculi vt accedit quando alter ſolum
profitetur religionem concedo, ſi tamen habeat
intentionem renunciandi ſolum ſæculo, & non
vinculo, vt accidit quando ambo profitentur de
communi conſenſu nego.

Fateor equidem, quod ille, qui prius profeſ-
ſus fuit, manſit irreuocabiliter ex parte ſui obli-
gatus ad religionem, ille vero qui in ſæculo man-
ſit poſſe profiteri ſi voluerit, vel manere in ſæcu-
lo, & iterum nubere vtens Priuilegio Chriſti, quia
tamen Priuilegio vtimur cum volumus, dum iſte
vnius, qui in ſæculo manſit non amplectitur Pri-
uilegium Chriſti, iterum nubendi, ſuſpenſa manet
vinculi diſſolutio; ergo ſi eligat non nubere, & ſi-
mul profiteri, profectò impediet diſſolutionem
vinculi prædicti matrimonij; atqui ille eligit etiam
profiteri, quod fecit ſtatim ; ergo non renunciauit
vinculo matrimonij, quod per ſe loquendo cum
ſtatu religioſo compatitur, ſiquidem ad hoc ten-
dit renuntiatio vinculi, vt vinculum aliud poſſet ac-
quirere, vel alium eligere ſtatum.

Nec eſt inconueniens ; quod ex parte prius pro-
fitentis detur obligatio ad religioſum ſtatum, quod
aſſumpſit, ex parte verò nondum profitentis non
detur talis obligatio, ſed detur libertas aſſumen-
di alium ſtatum, ſi voluerit vti Priuilegio Chriſti,
nam etiam qui promiſit manet obligatus ad pro-
miſſionem, promiſſarius autem poteſt ſi velit ac-
ceptare, vel non acceptare promiſſionem. Item
profitens in Societate votis biennij tenetur ad pro-
feſſionem. ipſa vero religio, ſi ille deliquerit pote-
rit ſi velit illum excludere à Religione; non eſt ergo
inconueniens quod ex parte primi profitentis de-
tur obligatio ad religioſum ſtatum, & ex parte alte-
rius, dum non profitetur detur libertas ad vtendum
Priuilegio Chriſti aſſumendi alium ſtatum, ſi tamen
tali priuilegio noluit vti, ſed ſtatim profeſſus eſt,
non renunciauit vinculo matrimonij, ſed tantum, ſæ-
culo, ac per conſequens matrimonium manſit vali-
dum, vt antea, vtpote compatibile cum profeſſione.

RESPONSIO AVTHORIS.

SECVNDO QVÆSITO.

An poſſit filius ex hoc matrimonio ſacrilege genitus ſine diſpenſatione ſuper illegitimitate ordinari ſtando in aliqua opinione probabili?

REſpondi affirmatiue. Ratio eſt ; quia proles 15
legitima nulla indigit diſpenſatione vt or-
dinetur, vt eſt certum apud omnes : Sed proles
nata ex hoc matrimonio licet fuerit ſacrilege con-
ceptus eſt legitima in opinione D. Thomæ, & alio- 16
rum, quos ſuprà retulimus; & poſt alios docet
Sanchez, *de Matrimonio lib. 9. de debito coniu-
gali, d. 38. num. 4. 5. & 6.* quem ſequuntur alij re-
centiores ; ergo filius ex hoc matrimonio natus,
licet conceptus fuerit ſacrilege, vt legitimus ſi-
ne diſpenſatione poteſt ordinari. Ita expreſſe,
P. Fr. Ludouicus à Conceptione, *in examine ve-
ritatis Theologiæ, tom. 1. tract. 2. caſu 1. n. 8.* & à
fortiori debet tenere Sanchez, licet ſui oblitus,
lib. 9. de matrim. d. 38. Certiſſimum apud omnes
exiſtimat, ſpuriam eſſe ſobolem habitam ex vtro-
que coniuge profeſſo ante matrimonij conſumma-
tionem; Nam ſi probabile eſt in illius ſententia,
lib. 2 de matrimonio, d. 20. n. 2 tale matrimonium
non fuiſſe ſolutum per profeſſionem amborum
coniugum, vt ipſe fatetur, neceſſario debet con-
cedere prolem poſtea ex tali matrimonio natam
eſſe legitimam.

Dices, *in cap. literas de filiis presbyterorum*, ob 17
parentum incontinentiam filius remanet irregu-
laris, ac proinde impeditus ad ſuſcipiendos ordi-
nes ſine diſpenſatione; ſed iſte filius habitus fuit
per incontinentiam ſacrilegam parentum ; ergo
manſit irregularis, ac proinde ſine diſpenſatione
non poteſt ad ordines promoueri. quod videtur 18
communi calculo Doctorum acceptum, licèt aliàs
matrimonium antecedens profeſſionem fuerit
validum. Reſpondeo *prædictum cap.* præſentem
caſum

caſum non comprehendere, ſiquidem loquitur de filiis Presbyterum nullo ſuppoſito valido matrimonio, cum autem hic præceſſerit validum matrimonium, incontinentia parentum non reddit prolem illegitimam, vt apparet, ſi duo coniuges manentes in ſæculo de communi conſenſu vouerent ſimplicem caſtitatem, & poſtea coniungerentur, nam tunc proles nata fuiſſet ſacrilega, in omnium tamen opinione legitima, ac per conſequens poſſet ſine diſpenſatione ordinari; hic ergo in præſenti, licet proles habita fuiſſet ſacrilega, & illicitè habita, fuit tamen legitima, ac per conſequens poteſt ſine diſpenſatione ordinari.

19 Nec obſtat illud quod ait de communi Doctorum conſenſu in contrarium, nam cum illorum ratio non ſit conuincens, & aliàs opinio D. Thomæ ſit probabilis, non eſt cur illorum ſententiæ aſſentiamur. Tum quia hæc noſtra opinio non eſt deſtituta Doctoribus, ſiquidem illam defendit P. Fr. Ludouicus à Conceptione *ſuprà num. 7.* & aliis, eſtque abſque dubio valde probabilis, ſiquidem deducitur euidenter ex doctrina præceptoris Angelici, & aliorum Doctorum, quos ſupra retulimus.

RESPONSIO AVTHORIS. TERTIO QVÆSITO

An donatio illa facta à parentibus conuentui per natiuitatem filij poſſet reuocari in aliqua opinione probabili?

20 Reſpondi affirmatiuè. Ratio eſt, quia donatio à patre facta tempore, quo filiis carebat, reuocari ſiue de iure naturali, ſiue poſitiuo, iuxta varias Doctorum opiniones per prolem legitimam
21 poſtea ſuſceptam, vt patet *ex l. ſi vnquam* 8. *Cod. de reuocanda donatione*, vtpote inofficioſa filiis, vt cum communi ſententia docet Lugo *de iuſtitia d.* 53. *num.* 179. ſed hæc donatio facta fuit à patre tempore quo filio carebat, & poſtea habuit filium ex legitimo matrimonio, ſaltem in opinione probabili multorum Doctorum, vt *ſuprà* diximus; ergo ſtando in hac opinione per prolem ſuſceptam reuocata fuit donatio facta Monaſterio.

Nec obſtat quod hæc donatio facta fuerit conuentui à non habente filios. Nam inde ſolum infertur non poſſe reuocare donationem in totum, bene tamen quoad id, in quo eſt inofficioſa filiis, ſcilicet quoad legitima. Nam quoad portionem filiis debitam, non præſumitur donans Eccleſiam pertuliſſe, ſed potius voluiſſe primo loco ſuo pietatis debito ſatisfacere, vt cum communi ſententia tenet Lugo *ſuprà n.* 194.

22 Nec obſtat quod iſte homo ingrediendo religionem renunciauerit omnia bona ſua conuentui iuxta formam Trident. *ſeſſ.* 25. *de regularibus c.* 16. ſed renunciatio facta à nouitio conuentui poſt eius profeſſionem & volente illo perſeuerare in conuentu reuocari non poteſt; vt docet cum Peregri-
23 no, Sanchez, Barthòlomæo à ſancto Fauſto, Peirino, & aliis Pelizarius *tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 9 *n* 52. ergo huiuſmodi donatio reuocari non poteſt, ſiquidem fuit vera ceſſio, & renunciatio facta à nouitio volente perſeuerare in religione. Reſpondetur renunciationem, ſeu ceſſionem bonorum factam a nouitio iuxta formam Tridentini religioni poſſe reuocari in omnibus illis caſibus, in quibus iuxta *l. ſi vnquam, Cod. de reuocanda donatione* poſſunt reuocari aliæ donationes, vt cum aliis docet Pelizarius *ſuprà num.* 61. ſed vnus caſus in prædicta lege ad reuocandum donationem eſt ſuſceptio prolis legitimæ poſtea habitæ, ergo in hoc caſu ob prolem legitimam ſuſceptam poteſt prædicta renunciatio reuocari, quod clarius hoc exemplo probatur.

Demus enim caſum, quod duo vxorati poſt conſummatum matrimonium ingrederentur religionem, & decimo menſe ambo fecerunt renunciationem bonorum, & ſtatim vxor peperiſſet filium habitum ex coniunctione, quam inter ſe ipſi vxorati ante ingreſſum religionis habuere, ſiquidem iuxta opinionem medicorum, partus aliquando poteſt detineri vſque ad decimum, & vndecimum menſem, poſt conceptionem, quia dicet quod in hoc caſu ob prolem ſuſceptam non foret reuocanda; ſaltem quoad legitimam, renunciatio facta à parentibus, vtpote inofficioſa filio legitimo poſtea nato; eodem ergo modo cum in noſtro caſu matrimonium fuerit validum, nec per 24 profeſſionem diſſolutum, ſtando in hac opinione, ſi vir coniungatur licet ſacrilege ſuæ vxori moniali, & ex prædicta coniunctione naſcatur proles, proculdubio reſcindetur renunciatio bonorum, ſaltem quoad legitimam, licet facta fuiſſet conuentui, quia in hac parte eſt inofficioſa proli legitimæ ſuſceptæ ex legitimo matrimonio.

Tum quia prædicta donatio non fuit renunciatio facta iuxta formam Tridentini, ſed ſine vlla ſolemnitate, neque cum licentia ordinarij, vt ex conſulente accepi, & in hoc caſu, talis renunciatio, etſi fuerit firmata iuramento fuit nulla tam in foro externo quàm in foro conſcientiæ, vt tenet cum Rodrig. Miranda, & aliis communiter Pelizarius *ſup. num.* 20. Vnde concludo, quod licet fuiſſet vera renunciatio facta iuxta Tridentinum, ſiue fuerit ſimplex donatio, ſiue donatio ex teſtamento cauſa mortis, in omnibus his caſibus, ob prolem legitimam poſtea ſuſceptam, poteſt donatio, ſaltem quoad legitimam filiorum reuocari.

RESPONSIO AVTHORIS, QVARTO QVÆSITO.

An ille poſſet occulte ſuſcipere per compenſationem ex bonis illius Conuentus, quo vſque integraret ſuam legitimam debitam ex parte patris, ſtando in aliqua probabili opinione: An vero teneatur bona occulte ſuſcepta reſtituere dicto Conuentui?

Reſpondi occaſionem prædicti Religioſi fuiſſe 25 iniuſtam, ſuppoſita tamen illius morte, potuiſſe homicidam compenſare occulte in pecunia, quam ſecum Religioſus occiſus deferebat, quæ 26 erat illius Conuentus, cui pater illius dederat omnia bona ſua, Ratio eſt, quia ſuppoſita morte dicti religioſi, acceptio pecuniæ fuit occulta; atqui compenſatio occulta eſt licita; quando vitatur periculum ſpirituale, & temporale debitoris, 27 & quando non ſequitur alteri damnum, nec res quæ accipitur eſt, alteri data in depoſitum, nec eſt

aliena, nec poteſt aliter comparari, & quando ſit in re eiuſdem ſpeciei; vel ſaltem in re vſu conſumptibili, vt docet cum Molina, Soto, Leſſio, & aliis Lugo *de iuſtitia d.16 ſect. quinta, num.* 86. ergo cum hæ conditiones dentur in præſenti caſu, ſiquidem damnum datum religioſo fuit per accidens reſpectu debitoris, qui erat conuentus, & alias debitum non poterat peti in iudicio, cum partus fuerit occultiſſimus, licita erit in tali caſu compenſatio occulta.

28 Dices in opinione horum Doctorum debitum debet eſſe liquidum, & certum, vt licita ſit occulta compenſatio: atqui in præſenti debitum non eſt certum, cum ſolum ſit probabile talem filium eſſe legitimum & ei deberi legitimam; ergo. Reſpondetur. Sufficere debitum eſſe probabile quando probabilitas non verſatur tantum circa factum, ſed circa ius, vt cum aliis docet Lugo *de iuſt.d.* 16.*n.* 99. ſed in præſenti probabilitas non ſolum verſatur circa factum, ſed circa ius, an v.g. iſte homo ex legitimitate habeat ius ad legitimam ex parte patris; ergo licet eius ius ſit minus probabile, ſatis eſt ad faciendam compenſationem occultam, vt rectè docet cum aliis Lugo *ſuprà num.*106. faciendo ergo prædictus homo dictam compenſationem in re vſu conſumptibili illius conuentus pro ſua legitima non tenetur aliquid conuentui reſtituere, niſi fortè acceptum excedat ſuam legitimam.

29 Dices; compenſatio fieri non poteſt cum alterius damno, Atqui hac compenſatio facta fuit cum grauiſſimo damno religioſi, qui pecuniam deferebat, ſiquidem, & fuit occiſus, & cum cadauer fuiſſet ſepultum in occulto poterant religioſi illius Conuentus exiſtimare illum furatum fuiſſe pecuniam, & fugiſſe, quæ omnia ſunt grauiſſima damna in vita, & honore; ergo compenſatio facta cum hoc peccato proculdubio erit illicita. Reſpondetur iniquiſſimam fuiſſe mortem, & grauiſſimè hominem peccaſſe, religioſum prædictum occidendo, imo tenebatur omittere compenſationem, ne talia patraret delicta, ſuppoſita tamen morte, compenſatio ex pecunia relicta eſt licita, nam illa damna ſunt per accidens reſpectu compenſationis, & alias licet occiſor peccaſſet, non ſolum contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiam reſpectu religioſi occiſi, non tamen compenſando ſe, nam illa damna ſunt per accidens reſpectu compenſationis. Exemplum habes proportione ſeruata in Aſinino, cui muta fuit merces, ſi aliquem occideret, nam iſte tenetur non occidere, nec accipere oblatum pro patranda morte ex charitate, & ex iuſtitia, ſuppoſita tamen patratione homicidij, licitè poteſt accipere, nam acceptio præmij pro illa obligatione, quam ſuperſe ſuſcepit, per accidens ſe habet reſpectu iniuſtitiæ commiſſæ; ſic ergo proportionaliter in præſenti, licet actio occiſionis fuerit iniuſta, & non poſſet licitè ordinari ad compenſationem, illa tamen ſuppoſita, licita eſt compenſatio, ita in ſimili caſu cum Molina, Lugo *de iuſtitia d.* 16. *n.* 88.

RESPONSIO AVTHORIS,
QVINTO QVÆSITO.

An occidendo illum religioſum occultiſſimè, ita vt à nullo viuente tale homicidium fuerit cognitum incurrerit irregularitatem ex homicidio voluntario, vel non, ſtando in aliqua opinione probabili?

REſpondi non incurriſſe irregularitatem. 30
Nam quandò homicidium ita eſt occultum,
quod nulla ratione probari poſſit, nec in notitiam
hominis deuenire, niſi ex confeſſione ipſius
occiſoris, probabile eſt non incurri per illud
irregularitatem, vt cum Caſtro, docet Rodri- 31
guez *tom.*1.*quæſt* 24. *artic.*11. Pelizarius *tract.*9.
*cap.*3. *num.* 140. & alij multi quos refert Diana
*p.*10.*tr.* 13. *reſ.*38.& *p.*2.*tr.*3.*reſ.*6. quod probatur
tum *ex c ex tenore, de tempore ordin.* vbi ait Alexander
III. *Veruntamen, quia peccatum occultum
eſt, ſi promoueri voluerit, non debet aliqua ratione
prohiberi:* eſt autem ibi ſermo de delicto degra- 32
datione digno. Tum quia irregularitas incurritur
ſolum in caſibus in iure expreſſis; in nullo autem
iure expreſſum eſt, quod per delictum omnino
occultum incurratur irregularitas; nam iura
quæ dicunt irregularitatem incurri, quando culpa
latet, vel quando delictum eſt occultum, non
loquuntur de delicto, quod ſit omnino occultum;
ergo cum hoc delictum in præſenti fuerit omnino
occultum, cum à nullo fuerit viſum, nec
poſſit in hominum venire notitiam, abſque confeſſione
rei, per illud non incurrit homicida
irregularitatem.

Nec obſtat ſi dicas Tridentinum *ſeſſ.*14. *de re-* 33
formatione cap. 6. negare Epiſcopis poſſe diſpenſare in irregularitate ex homicidio voluntario occulto; ergo ſupponit per tale homicidium incurriſſe homicidam irregularitatem. Reſpondetur Tridentinum loqui de homicidio occulto, quod ſcilicet non ſit probatum in iudicio; ſed poſſit probari aliquomodo publicum, non autem de homicidio omnino occulto, de quo loquitur Rodriguez, & Pelizarius. Tum quia excommunicatus, aut ſuſpenſus omnino occultus ex delicto omnino occulto, non tenetur abſtinere ab vſu ordinis, ne ſe prodat, vt dicunt omnes teſte Nauarro *cap.*27. *num.*239. ſic ergo conſtat Eccleſiam nolle pœnam externam infligere ob delictum omnino occultum, nec adhuc vllam pœnam exteriorem intulit contra delictum omnino occultum, licet enim excommunicatio incurratur ſtatim ob delictum omnino occultum exterius commiſſum quoad priuationem ſuffragiorum quæ eſt occulta, ac ſecreta, at non incurretur quoad excommunicationem exteriorem, & participationem Sacramentorum, cum in tali caſu excommunicatus poſſit ſe ingerere ne ſe prodat, ac infamet, vt docet Rodriguez contra Sairum *lib.* 7. *de cenſuris cap.*5. *num.*6. Diana *parte ſecunda tract.*57.*reſolutione* 69.& *parte ſeprima, tractat.*15. *reſolutione* 48. cum ergo delictum in præcedenti fuerit occultiſſimum, probabile eſt prædictum homicidam non incurriſſe irregularitatem.

RESPONS

RESPONSIO AVTHORIS. SEXTO QVÆSITO.

An dato quod per tale homicidium licet occultiſſimum incurrerit irregularitatem, An alius præter Papam poſſit cum eo in tali irregularitate diſpenſare ad effectum ſuſcipiendi ordines ſacros ſtando in aliqua opinione probabili?

34 Reſpondi quod dato quod per tale homicidium voluntarium omnino occultum prædictus homicida incurrerit irregularitatem, poſſe diſpenſari ab Epiſcopo. Et ratio eſt, quia quando homicidium voluntarium ita eſt occultum, vt nullo modo ſciri, aut probari poſſit, poſſunt Epiſcopi diſpenſare irregularitate vi illius contracta, vt docet cum aliis Auila *de cenſuris p. 7. d. 6 ſect. 5 d. 5.* Miranda *p. 2. q. 8. art. 7.* Lezana *tom. 1. cap. 18. n. 44.* Ludouicus à Conceptione *in examine veritatis tom. 1. tract. 1. caſu. 1. n. 34.* Pelizarius *tract. 9 cap. 3. n. 140* Sed hoc homicidium ita fuit occultiſſimum, vt à nullo ſciri, aut probari poſſit, ergo Epiſcopus poteſt in irregularitate ex illo contracta diſpenſare.

35 Nec obſtat Concilium Tridentinum *ſeſſ. 14. cap. 6. de reformatione*, in quo videtur Epiſcopis denegare poſſe diſpenſare ſuper irregularitate ex homicidio voluntario occulto, cum tamen ibi concedat Epiſcopis facultatem diſpenſandi ſuper quacumque irregularitate ex delicto occulto; Reſpondetur namque cum prædictis Doctoribus, Concilium ibi loqui de homicidio occulto quando aliquo modo probari poſſit, aut certo de eo, quod factum eſt proditoriè per inſidias, ac proinde iuxta *cap. 7. ſeſſ. 14.* eiuſdem Concilij; Atqui prædictum homicidium fuit ita omnino occultum, vt nullo modo ab aliquo ſciri poſſit, niſi ex confeſſione ipſius homicidæ; nec fuit proditorium, ſi quidem homicidium proditorium dicitur, quod fit per inſidias, & de induſtria. vt cum Rodriguez, Suarez, Miranda, Cruz, Salzedo, Dias, Auila, docet Peirinis *de priuilegiis ad conſtit. 2. Iulij 2 anno 1504.* Atqui hoc homicidium non fuit factum per inſidias, nec de induſtria, cum homicida nunquam de eo cogitaſſet, ſed forte cum ſibi obuius fuiſſet ille religioſus, ſciens deferre pecuniam illius Conuentus, ex intentione acquirendi pecuniam repente in eum irruit, & occidit; ergo ſicut ille, qui in rixa repente exorta aliquem etiam voluntario occidit; non dicitur homicida proditorius, vt docet Peirinis *ſuprà*, & nos diximus conſultò ita hoc homicidium non poteſt dici proditorium, ac per conſequens poteſt in irregularitate ex eo contracta Epiſcopus diſpenſare.

36 An autem hæc diſpenſatio ſuper hac irregularitate poſſit etiam prædictus homicida obtinere à regularibus ex vi ſuorum priuilegiorum? Reſpondi poſſe. Ratio eſt, quia Regulares poſſunt diſpenſare cum ſæcularibus ex *priuilegio Sixti IV. Bulla 9. & Iulij 2. Conſtitutione quæ incipit dum ad ſacram ordinem Minimorum in omnibus irregularitatibus, in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare iure ordinario, non ſolum communi, ſed etiam ſpeciali per cap. liceat in Tridentino*, vt docet Veiga, Rodriguez, Henriquez, quos refert. & ſequitur Portel. *in reſponſionibus ad caſus conſcientiæ, caſu 8. n. 1* Bellaſius, *verbo irregularitas n. 12.* Lezana *tom. 3. verbo confeſſarius n. 10.* Bauni *tom. 2. tract. 11. quæſt. 58 dicto 4* Vrbanus *tract. 2 diſt. 1. cap. 1. regul. 8.* Murtia *in quæſtionibus regular. cap. 7. regula 98. n. 8.* ſed Epiſcopus poteſt in prædicta irregularitate diſpenſare iure communi per *cap. liceat in Tridentino*, vt probatum manet, ergo eodem modo poſſunt regulares per prædictum priuilegium, & hæc ſaluo ſemper meliori iudicio.

CONSVLTVM LXXXIV.

De domo Abbatis, ſeu Parochi contigua Eccleſiæ, an gaudeat immunitate?

SVMMARIVM.

1. *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2. *Domus Abbatis contigua Eccleſia, & ad quam per atrium Eccleſiæ eſt aditus gaudet eadem immunitate, ac Eccleſia.*
3. *Priuilegia immunitatis ad omne, quod Eccleſia inhæret extenditur.*
4. *Monaſterium contiguum Eccleſiæ gaudet eadem immunitate Eccleſia.*
5. *Priuilegium conceſſum Eccleſiæ extenditur ad Cœmeterium annexum Eccleſia.*
6. *Extenditur ad ædes ſæcularium poſitas in atrio Eccleſiæ, vel intra eius fines ad 40. paſſus.*
7. *Fauces Seminarij gaudet eadem immunitate, ac Seminarium.*
8. *Palatium Epiſcopi vbicumque ſit gaudet hac immunitate.*
9. *Apotheca hoſpitalis, ſi habeat oſtium in via publica non gaudet immunitate.*
10. *Hoſpitale Epiſcopi authoritate contractum gaudet immunitate.*
11. *Oratorium in domo priuata non gaudet immunitate.*
12. *Domus Abbatis coniuncta Eccleſia eſt acceſſoria Eccleſia.*
13. *Acceſſoriam ſequitur naturam principalis.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

Petrus cum eſſet multorum criminum reus 1 à ſatellitibus quæſitus, & tandem inuentus aufugit in domum cuiuſdam Abbatis in prouincia Interamnenſi in Luſitania quæ domus coniuncta erat Eccleſiæ ipſius Abbatis, & habebat oſtium principale in atrio ipſius Eccleſiæ, vt omnes ferè domus Abbatum illius Prouinciæ habent, inſecutus fuit ſatelles reum & cum in domo Abbatis apprehendit, ac inuitum, & reluctantem abduxit in carcerem; recurrit reus ad iudicem Eccleſiaſticum petens, vt ei immunitatis priuilegium concederetur, iudex Eccleſiaſticus anceps, an in hoc caſu reus ille gauderet priuilegio immunitatis?

Quæſiuit à me, an in eo caſu potiretur priuilegio immunitatis reus ille, an non.

RESPON

RESPONSIO AVTHORIS.

a RESpondi affirmatiuè. Ratio eſt quia priuile-
gium immunitatis ad omne quod Eccleſiæ
4 inhæret extenditur, quæ enim terigionis inhæ-
rent, religioſa ſunt *l. qua religioſis ff. de rei vend.*
not. in l. prædiis, §. Balnea, §. Titio ff. de legatis Al-
ban. *conſil.* 12. *num* 7. Ric. *deciſ.* 171. *n.* 4. *p.* 1. Decius
lib 6. *crimin. cap.* 25. *num.* 15. & alij citati à Giuba
conſil. 10. *num.* 8. ſed hæc domus Abbatis adeo Ec-
cleſiæ coniuncta eſt, vt ſub vnu pariete a ſuo
initio conſtructa videatur, vnumque veluti cor-
pus exiſtimetur; ergo gaudet eadem immunitate,
ac Eccleſia. Ita Decian. *conſil.* 80. *num.* 28. *volum.* 3.
Clarus, *§ fin. q.* 30. Macerat. *variar. lib.* 1 *reſol.* 18. *n* 4.
Farinacius, *q.* 28. *n.* 12. *de immunitate Eccleſiarum,*
cap. 18. *n.* 289. Cartarius *deciſ.* 46. *n.* 20. & cum Bu-
nacina, & aliis Diana *p.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 75. *& p* 6.
tract. 1. *reſol.* 2. Auſonius *in ſomma Diana, verbo*
immunitas, num. 9. deciſumque fuit à ſacra Rota in
vna Venetacen. anno 1607. vt teſtatur Diana
p. 6. *tract.* 1. *reſol.* 2. totus enim Eccleſiæ circuitus
gaudet hac immunitate, Alexander *conſil.* 145.
dub. 2. *volum.* 7.
4 Confirmatur primo; quia ob hanc adhæren-
tiam gaudet totum Monaſterium contiguum Ec-
cleſiæ hac immunitate, vt docent Rodriguez
tom. 3. *regul. quæſt.* 9. 50. *art.* 1. 2. *&* 3. & alij multi,
quos refert, & ſequitur Giurba *ſuprà n.* 9. ergo
idem dicendum eſt de domo Abbatis connexa
Eccleſiæ.
5 Confirmatur 2. quia priuilegium Eccleſiæ
conceſſum extenditur ad cœmeterium connexum
Eccleſiæ *ex cap. fin. de immunitate Eccleſiar,* Ale-
xander *conſil.* 145. *nu* 1. Mantica *conſil.* 60. *n.* 8. Na-
uar. *in manuali cap.* 25. *n.* 27. Azor *lib.* 9. *c.* 8. *q.* 6. imò
ad ædes clericorum poſitas in atrio Eccleſiæ, vel
6 intra eius fines ad 40. paſſus vt patet *ex cap. ſi*
quis contumax 17. *q.* 4. & tenet Oldradus *conſil.* 53.
Alexander *conſ.* 145. *n.* 7. & cum aliis Giurba *conſ.*
10. *n.* 12. ſed hæc domus coniuncta eſt Eccleſiæ
& poſita iuxta atrium, & eius fores ſunt in atrio
Eccleſiæ, & ſolum per atrium Eccleſiæ eſt ad
eum aditus; ergo etiam ad eam extendendum
eſt priuilegium immunitatis, non enim apparet
maior ratio.
7. Hinc eſt quod cum homicida quidam confu-
geret in quoddam Seminarium, & ſe abſconderet
in furno eiuſdem Seminarij, iudicatus fuit gau-
dere immunitate Eccleſiæ, vt teſtatur Genuenſ.
in praxi Archiepiſc. cap. 22. *num.* 10. Farinacius *de*
immunitate Eccleſiarum cap. 17. *n.* 252. Ric. *collect.*
57. *quæſt* 7. *& deciſ.* 171. non obſtante quod domus
furni haberet ianuam magnam ad viam publi-
cam per quam intrauit homicida, & hoc ſolum
quia Seminarium eſt locus pius. Farinacius *di-*
cto n. 255. ergo idem dicendum eſt de domo Ab-
batis iuncta Eccleſiæ, ad quam ſolum eſt adi-
tus per atrium, & Cæmeterium Eccleſiæ, eſt enim
locus pius, ita & bene cum aliis à ſe citatis Giur-
ba *conſ.* 102. *n.* 11.
8 Dices palatium Epiſcopi hac immunitate non
gaudet, vt tenet cum aliis Butr. *num.* 9. Tuſcus *lit.*
E, concl. 10. *num.* 7. Farinacius *quæſt.* 28 *num.* 38. &
alij; ergo idem dicendum eſt de domo Abbatis,
ſiue parochi. Reſpondetur palatium Epiſcopi
gaudere hac immunitate, quidquid prædicti Au-
thores dicant, vt patet *ex cap. id conſtituimus* 17.
quæſt. 4. hoc ſiue connexum & Eccleſiæ aut intra
quadraginta paſſus, vel non, vt late probat Barb.
conſ. 33. *num.* 7. *colum.* 4. Oldradus *conſ.* 55. Na-
uarrus *in manuali cap.* 25. *num.* 18. Suarez *de ſtatu*
Relig. lib. 3. *cap.* 9. Remigius *de immunitate Eccle-*
ſiar. ampl. 15. & cum aliis Giurba *conſ.* 10. *num.* 13.
& cum Lorca, Azorio, & aliis multis Diana *p.* 1.
tract. 1. *reſol.* 27. *& p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 96 *& p.* 6. *tr.* 1.
reſol. 4. Auzonius *verbo immunitas, n.* 7. ergo
non propter hoc neganda eſt immunitas domo
parochi coniunctæ & connexæ Eccleſiæ.
Dices, nec hoſpitali, nec Eccleſiæ apotheca
eius gaudet immunitate, ſi ianuam habeat in via
publica hoſpitali, vel Eccleſiæ deſeruientem, &
omnibus in ea publicè verſantibus, Caſtro, &
Alexander, quos laudat Iaſon. *in l. plerique n.* 17.
ff. de in ius vocan. & tamen hoſpitalis, ſi Epiſco-
pi authoritate ſit conſtructus gaudet immunita-
te, vt tenet cum aliis Menochius *conſ.* 798. *n* 26.
Remigius *de immunitate ampl.* 17. Azor. *p.* 2. *lib.* 9. 9
c. 8. *quæſt* 2. Valaſcus *deciſ.* 105. *num.* 43. Rodriguez
tom. 2. *quæſt* 75. *artic* 2. ergo idem dicendum de do-
mo parochi, non enim magis coniuncta eſt Ec-
cleſiæ, quam apotheca hoſpitalis Eccleſiæ ipſius
hoſpitalis, Reſpondetur, apothecam prædictam 10
habere oſtium ad viam publicam, & cum per
illud eſſet ad apothecam frequentius aditus, ab
eo ſumenda eſt denominatio, qui magis fre-
quentatur *cap. Oſius de electione lib.* 1. *&* ibi Bart.
l. 1. *ff. de Alb. ſcriben.* & alij citati à Giurba
ſuprà num. 14. Non ergo mirum eſt, quod apo-
theca prædicta iudicetur profana, cum ad eam
per viam publicam eſſet frequentiùs aditus, quod
tamen non accidit in noſtro caſu, cum ad dictam
domum ſolum ſit aditus per Cæmeterium Eccleſiæ.
Dices Oratorium in domo priuata, etſi in 11
eo Miſſa celebretur non gaudet immunitate, vt
docet Nauarrus *in manuali cap.* 25. *num.* 17. Farina-
cius *de immunitate cap.* 17. *num.* 252. & alij; ergo
à fortiori non gaudebit immunitate domus Ab-
batis, in qua nec diuina celebrantur, nec vllum
Oratorium habet. Reſpondetur Oratorium do-
mus priuatæ non gaudere hac immunitate, quia
cum ad ædificantis voluntatem deſtrui poſſit,
quidquid ſactum non eſt, nec locus pius, licet in
eo diuina celebrentur; ſi abſque authoritate Epiſ-
copi conſtructum ſit, ſiquidem non ad publicam,
ſed priuatam domini, eiuſque familiæ vtilitatem
erectum ſit; ibi ita cum Decian. Suario, Claro, 12
Syluestro, & aliis Giurba *ſuprà num.* 15. Quod
tamen non accidit in noſtro caſu, nam domus
Abbatis non ratione ſui, ſed ratione Eccleſiæ,
cui annexa, & acceſſoria eſt; gaudet eadem
immunitate, iuxta illud axioma *acceſſorium ſequi-*
tur naturam principalis, quapropter eadem immu- 13
nitate gaudet atrium, & Cæmeterium; quamuis
ergo prædictum Oratorium priuatum non gau-
deat, immunitate, non per hoc domus prædicta
illa carebit, & ſic in facti contingentia iudicatum
fuit anno Domini 1660.

CONSVL

CONSVLTVM LXXXV.

De quodam occidente amicum ſuum reconciliatum, an gaudeat immunitate Eccleſiæ?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Occidens amicum reconciliatum in aliquorum opinione non eſt proditor, ac per conſequens gaudet Eccleſiæ immunitate.*
3 *Probatur authoritate multorum doctorum.*
4 *Quis cenſeatur, & dicatur proditor in horum doctorum ſententia explicatur.*
5 *Amicus reconciliatus in horum doctorum ſententia æquipollet inimico.*
6 *Non eſt integer teſtis, etiam in criminibus exceptis.*
7 *Inimicus ſemper mala cogitat de inimico.*
8 *Bulla Gregorij XIII. non debet extendi ad alios caſus præter exceptos.*
9 *Occidens amicum reconciliatum per inſidias, & induſtriam in aliorum doctorum ſententia eſt vere proditor.*
10 *Probatur authoritate multorum doctorum.*
11 *Proditio eſt deceptio contra fidem in alterius perniciem.*
12 *Qui amicum reconciliatum per inſidias occidit, fidem datam in eius perniciem fregit.*
13 *Qui ſub promiſſione de non offendendo pacem iniit, & alterum nihil tale cogitantem occidit, eſt proditor.*
14 *Reconciliatio extinxit rancorem.*
15 *Per reconciliationem cauſa ad non cauſam, eſt redacta.*
16 *Amicitia remouet omnem ſuſpicionem.*
17 *Si cum inimico inita ſit pax, qui illum ſub pacis fide viuentem occidit, proditor homicida eſt.*
18 *Qui per inſidias occidit proximum ſuum iuxta* cap.21.Exodi *caret immunitate.*
19 *Hæc Lex Exodi eſt recepta, & viget hodie in Eccleſia.*
20 *Non eſt credendum Pontificem velle occidentem inimicum reconciliatum per inſidias gaudere immunitate Eccleſiæ.*
21 *Pontifex nec iure Diuino, nec canonibus per ſuos anteceſſores factis intendit derogare.*
22 *Hæc ſecunda ſententia in opinione Authoris eſt magis conformis loco Exodi, & ordinationi regni Luſitaniæ, & bonæ rationi.*
23 *Romani gentiles dedecori habebant occidere inimicum per inſidias.*
24 *Prima ſententia fauet magis immunitati Eccleſiæ; & vt talis in ſententia authoris tenenda.*
25 *Proditio eſt deceptio contra fidem in perniciem alterius, ſi fiat ſub colore amicitiæ.*
26 *Ex eo quod pax ſit inita inter eos inimicos non infertur inter eos amicitia.*
27 *Occidens inimicum dormientem, vel à tergo, vel per inſidias, vel veneno non eſt proditor, nec priuatur immunitate Eccleſiæ.*
28 *Licet inimici ſint reconciliati, ſemper ex inimicitia præhabita remanet rancor.*
29 *Rancor includit inimicitiam, & amicitiam excludit.*
30 *Ad conſtituendam amicitiam non ſufficit, quod detur promiſſio de non vltra offendendo, ſed requiritur arctior amicitia, vt ſi ſimul comedant, dormiant, ambulent, &c.*
31 *Non ſufficit quod inter eos dentur communes ſalutationes.*
32 *Salutationes ſunt ſigna communia.*
33 *Raro inter amicos reconciliatos tollitur inimicitia, & rancor.*
34 *Quomodo intelligatur locus Exodi.*
35 *Occidere amicum reconciliatum per inſidias maximum peccatum eſt, & abominabile à gentilibus, non tamen caret immunitate.*
36 *Sodomia abominabilis maxime eſt, & tamen non caret immunitate.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

PETRVS rixam habuit cum Franciſco, ita 1
vt adinuicem inimici capitales manerent, poſtea interuentu cuiuſdam religioſi reconciliati ſunt, & facti amici, ipſe tamen Petrus cum ex rixa acciperet vulnus quæſiuit opportunitatem, & cum illam haberet, irruit in Franciſcum & eum occidit; occiſo illo, aufugit in quoddam Monaſterium, quem ſequens iudex apprehendit, & in carcerem detrudit. Conqueſtus fuit reus apud Epiſcopum iniuſte fuiſſe ablatum è loco ſacro, cum illius immunitate gauderet; Dicebat iudex illum non gaudere immunitate, quia erat proditor; & proditores non gaudebant immunitate Eccleſiæ, iuxta bullam Gregorij XIV. & noſtram ordinationem Luſitanam: ſimplex Epiſcopus.

Quæſiuit à me, An iſte homo occidendo amicum ſuum reconciliatum eſſet verè proditor, ac per conſequens excluſus, iuxta bullam Gregorianam ab immunitate Eccleſiæ?

RESPONSIO AVTHORIS.

FAteor hunc caſum eſſe grauiſſimum, & in eo 2
diuiſos eſſe Authores. Alij namque dicunt occidentem amicum reconciliatum non eſſe proditorem. Ita Ric. *Deciſione* 168. *n.*4. Theor. *compend. Deciſ. verbo proditor.* & alij multi quos refert Giurba *conſil.*60.*n.*7. & aliquos refert, & ſequitur 3
Diana, *p.*1.*tract.*1.*reſol.*33.*&* *p.*4.*tract.* 1.*reſol.* 34. Auſonius, *verbo immunitas.n.*28. quod procedit, etſi occiſor dediſſet fideiuſſionem de non offendendo, quia adhuc ſe tueri debebat, & præſumere perſeuerantiam odij Marinus *cap.*174. *n.*3. Auſonius, & Diana, *ſuprà* contra Peregrinum. *cap.*7.*n.* 1.

Ratio horum Doctorum eſt, quia ſolus ille dici- 4
tur proditor, qui fingens ſe alicui amicum aliud exterius ſimulans, aliud gerens in pectore ſub ipſo amicitiæ ſigno mortem intulit non cogitanti, nec præcauenti, nulla prius exorta cum eo rixa, vt patet ex. *l.*1 *ff. de pœnis*, vbi Alexand. *conſil.*13 *n.*8 *in* 6.*conſil.*145 *num.*15. Gerard. *ſing.*14. *num.*6. Suarez *de ſtatu religioſo. lib.*3. *cap.*12. *num.*12. & alij relati à Giurba, *conſil.*60. *n* 1. *&* 2. Vnde præcipua proditoris criminis qualitas, eſt amicitia; qua cedante, ceſſat proditio, ſed inimici reconciliati

vti odium adhuc, & occidendi animum retinere
præſumuntur, vt præcedentis inimicitiæ reliquia,
vt docet Baldus,*conſu.*91.Farinacius q. 54. *num.* 59.
Ric.*deciſ.*168. *n.* 4. Ergo ſi inter eos ſecutum eſt
homicidium, proditorium non eſt; Patet conſe-
quentia, quia rancor iſte inimicitiam includit, ex-
cluditque amicitiam, quæ eſt præcipua inducendæ
proditionis cauſa, vt *ſuprà*, dixi.

Confirmatur primo: Quia amicus reconcilia-
5 tur æquipollet inimico, Imola. *l. filius familias.ff.*
de donat: Tiraquellus. *ceſſant. cauſa, limit.*16.*n.*7.
Menochius, *de arbitris,* q.28.*n.*8. Couarruuias, *pra-*
cticarum, q.08.*n.*208. Et proinde à iudicando vt
ſuſpectus repellitur, Iaſon, *l. apertiſſimi,n.*8.*C. de iu-*
6 *dic.* Nec integer eſt teſtis in criminalibus, etiam
exceptis, Iaſon, *dicta l. apertiſſimi n.*7. Alexander,
conſil. 99 *n.*6. Craueta, *conſil* 9. *n.*6. Surdus *conſil.*
371.*n.*17. Gomes, *p.*3. *delict. cap.* 12.*n.*14. Sed ſi ali-
quis ſuum inimicum per inſidias, vel retro, & in-
caute occidat, non poteſt dici proditor, ſiquidem
ab eo præcauere debebat vt notat Gerard *ſingul.*14.
*n.*5 & 6. Iacob. *de feudis Gloſſ dictique vaſſalli,n.*17.
Gennon. *de ſacror. immunit. lib.*3.*cap.*16.*n.*64. Gu-
tierres, *lib.*1. *Practicarum quæſt.*2.*n.*34. Farin. *conſil.*
132. & *conſil.* 136 *n.* 4. & *conſil.*188.*n* 68. Inimicus
namque ſemper mala cogitat de inimico, *cap. re-*
7 *pellantur. cap. cum oporteat de accuſat. l.* 1. §. *prate-*
rea ff. de q. l. inimicitia ff. de his quibus, vt indign.
Farinac. q.49. *num.*88. Surd. *conſil.*32.*n.*6. ergo ſi
amicus reconciliatus æquipollet inimico, ſi alter ab
eo occidatur, ceſſat proditio, ſiquidem inter eos
non erat vera amicitia, & occiſus poterat ſibi præ-
cauere, & ſe defendere.
8 Confirmatur tandem; quia bulla Gregorij XIII.
non debet extendi ad alios caſus, etiam graues,
præter exceptos. Bartolus. *l. ſi conſtant. ff. ſolut.*
matrim. Bald. *l.* 1. §. *excipiuntur ad fin ff. de ſer.* Ro-
manus *conſil.* 271. *n.*4. Dictio enim tantum, qua
Pontifex vtitur omnia excludit, quæ expreſſa non
ſunt, *l. non tantum ff. de petit. hæredit. l. aduerſus,*
C. ſi aduer. re iudic. l. ſi aliena, §. *libertas, ff. de*
*negot. geſtis l,*2. Vbi Bart. Farin. *deciſ.* 123. *num.*4.
& alij. quos refert Giurba, *ſuprà, n.*11. Sed bulla
Gregoriana ſolum excepit homicidium prodito-
rium, quale non eſt commiſſum ab inimico recon-
ciliatu, vt diximus, ergo ad hunc caſum non eſt ex-
tendenda exceptio Gregoriana, ſi enim ille vellet
excipere homicidium factum ab amico reconcilia-
to, ipſe excepiſſet, quod cum non fecit, velle illud
excipere quod à lege non eſt exceptum, eſt legem
impropriare, *argum. l. cum lege ff. de teſtam.* Sur-
dus, *conſil.*22 *num.*9. & alij notati à Giurba, *ſu-*
*prà, num.*13.
9 Sed his non obſtantibus alij exiſtimant occi-
dentem amicum reconciliatum per inſidias, & de
induſtria carere priuilegio immunitatis. Ita cum
Gloſſa, Felino, Archidiacono, Specul. Alexandro,
Guido, Boer, Igneo, Couar. Claro, Remigio, Mil-
10 leo, Papienſ Alciat. Caſſan. Mantiſell. Gomes, Fa-
rinacio, & aliis Gambacurta, *de immunitate lib.*5.
*cap.*31 Cuttellius. *de immunitate Eccleſiæ. lib.* 1.
q 1. *num.*10. & *q* 33. *num.*9. & cum multis Giur-
ba. *conſil.*60. *num.*15. Aretin *in cap. cum non ab*
*homine colum.*10. *de iudic.* Menochius, *de arbitris*
caſu 361 Couar. *cap.*10. *num.*25. Placa, *in Epi-*
*tom delict. cap.*21. Caualcan. *de brachio regio, p.*1.
*num.*81, Villad. *in politic. cap.*3 *num.*208. Sua-
rez, *de religione, lib.*3. *cap.*11. *num.*10. Axeuedo,
& alij apud Franch. *deciſ.*73. *num.*9. Caballus, *de*
*omni genere homicidij num.*436. & *num.*460. Fa-
gundes, *de præceptis Eccleſiæ tract.*1. *lib.*4. *n.*46.
Portel, *in dubiis regularibus, verbo Eccleſia im-*
*munitas, n.*15.
Ratio fundamentalis eſt, quia proditio nihil 11
aliud eſt, quam deceptio contra fidem in alte-
rius perniciem, *l. fin. C. de delator. lib.* 1. *l. prodi-*
tores. ff. de re milit. Vel vt alij dicunt, Fractio
pacis, Menochius, *conſil.*150. *num.*38. *vol.*1. *crim.* 12
Atqui qui amicum reconciliatum occidit, & fi-
dem datam in eius perniciem fregit, & pacem
initam violauit, altero incauto, & nihil tale co-
gitante; ergo procul dubio talis proditor vere
eſt, ſed bulla Gregoriana excipit proditorem; er-
go qui inimicum reconciliatum per inſidias, & in-
caute occidit, vt verus proditor non gaudet im-
munitate.
Confirmatur primo: Quia qui ſub promiſſio- 13
ne de non offendendo pacem iniit, & alte-
rum nihil tale metuentem oppreſſit, & occidit
proditor eſt, quia amicitiæ colore id perrexit,
cum nulla ſubſit amplius inimicitia ex pace fa-
cta, nec rancor; cum namque reconciliatio ex- 14
tinxit, vt nota. Ioannes Andreas, *in cap. cum opor-*
teat de accuſat. Baldus, *l. ex iiſdem C. famil. hercis.*
& *in authent ſi dicatur, C. de teſtibus,* Alexander,
*conſil.*188 *num.*10. Caball. *crimi. reſol. caſu* 272.
*n.*7. Bertaz. *crimi. conſil.*157. *num.*2. Borrel. *con-*
*ſil.*45. *num.*3. Tuſcus, *lit. P. concluſ.*172 *num.*8. &
lit. R, concluſ 54. *num.*6. Per reconciliationem 15
namque cauſa ad non cauſam eſt redacta Lancell.
Gall. *conſil.*28. *num.*107. Vnde timere potuiſſet
interfectus, ſi inimicitia propter reconciliatio-
nem iam extincta adhuc ſubſiſteret, cum autem 16
iam fuerit extincta, non erat cur interfectus præ-
caueret, nam amicitia remouet omnem ſuſpi-
cionem Gloſſa, *lib.*1. *C. de ſicar.* Felin. *cap. fin.*
de homicid. Macerat. *variar. lib.*3. *reſol.*40. *num* 6.
Bertax. *conſil.*556. *num.*19. cum ergo per recon-
ciliationem extincta fuerit inimicitia, occidens in-
caute, & per inſidias ſuum inimicum reconcilia-
tum vere proditor extitit; ſed proditor iuxta bul-
lam Gregorianam non gaudet immunitate; er-
go occidens ſuum inimicum reconciliatum inopi-
nate, cum ſit verus proditor, non gaudet immu-
nitate Eccleſiæ.
Confirmatur 2. Quia ſi cum inimico inita ſit 17
pax, qui illum ſub pacis fide viuente, nihil-
que ſuſpicantem, aut præcauentem enſe, bacu-
lo, aut lapide occidit, proditorius erit homi-
cida, quia occidit illum, qui ſub pace de illo,
confidebat, vel promiſſione de non offendendo
*l.*1.*ff. de præuar. l. ſi quis aliquid,* § *inſtrumen-*
ta. ff. de pœnis, Farinacius, *de immunit. Eccle-*
*ſiæ, num.*137. *ad fin.* & cum Menochio, & aliis
Giurba, *conſil.*60. *num.*25. Atqui iſte interfecit
inimicum, cum quo inierat pacem, nihil ſuſpi-
cantem, & ſub pacis fide viuentem; ergo fuit ve-
rus proditor, atque vt talis iuxta bullam Grego-
rianam caret immunitate.
Confirmatur tertio; Quia Exodi, *capit. vi-* 18
geſimo primo, ſtatuitur, ſi quis per induſtriam oc-
ciderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari
meo euellet eum, vt moriatur. Sed hoc ius ad-
huc viget, vtpote diuinum, & receptum eſt
inter canones, *capit. primo, de homicidio,*
vtpote in executione præcepti naturalis in
lege

19 lege humana conſenſum , vt docet Monteſinus,
1.2. *diſſ*. 15.*q*.3.*n*. 44 Ergo cum Pontifices ſummi
iuri diuino obſequi potius , quam dettahi profi-
teantur, vt ait D. Auguſtinus, *in l. 2. de Baptiſmo*
contra Donatiſtas, cap. 3. relato in cap. quis neſcit,
20 *diſt*. 9. non eſt credendum Gregorium velle oc
cidentem inimicum ſuum reconciliatum incaute,
& de induſtria . & per inſidias gaudere immuni-
tate , nam quando Pontificum ſententiæ cum iu-
re diuino , & ſcriptura ſacra conuenire poſſunt,
non eſt per ſcriptores correctio ſomnianda , cum
illi non tantum ſcripturis Canonicis , verum quo-
21 que & prædeceſſorum Pontificum canonibus de-
rogare nolle ſciamus , eſtque lex pro humana iuriſ-
dictione inſiguis, prædeceſſorum iuſtituta ſeruare,
quo & præſentium ſucceſſores illibata demittant,
vt bene D. Gregorius aduertit , *lib. 5. epiſtola*
112. *ad Montanum relatus in cap. iuſtitia* 25. *q*. 1.
Non ergo eſt credendum Gregorium hunc caſum
excipere , ſed nomine proditoris intelligit , qui al-
terum per inſidias , & induſtriam incaute occidit,
ſic enim accipiunt hoc verbum , prodo, ſeu pro-
ditorie. vt cum Calepino, Suetonio, & aliis multis
probat latè Cuttell. *lib*.1.*q* 5.*n*.22.

22 His ſententiis vnde ex quaque prælibatis , quæ
à nobis eligenda ſit animum torquet : prima enim
nimium fauet immunitati Eccleſiaſticæ , ſecunda
magis conformis videtur illi loco Exodi , & bonæ
rationi , & noſtræ ordinationi Luſitanæ *lib* 1. *tit.*
vbi excipit homicidium factum ex induſtria , &
de propoſito ; Tum quia inter homines cordatos
infamis habetur , qui etiam inimicum incaute , &
à tergo occidit. Vnde Romani gentiles hoc genus
vindictæ dedecori habebant , vt videre eſt apud
Tacitum 11. *annal. in fine* (*Reperio*, inquit, *apud*
ſcriptores, Senatores qua eorumdem temporum Ad-
23 *gandeſtrij principis Chattorum lectas in ſenatu lite-*
ras, quibus mortem Arminij promittebat ſi patran-
da neci venenum mitteretur. Reſponſumque eſſe non
fraude , nec occultis, ſed palam, & armatum popu-
lum Romanum hoſtes ſuos vlciſci.) Qua gloria æ-
quabat ſe Tiberius priſcis Imperatoribus , qui ve-
nenum in Pirrhum regem vetuerant. prodiderant-
que ; ſi ergo gentiles hoc genus mortis proditio-
nem exiſtimabant , & in magnum dedecus illam
habebant , quomodo credendum eſt Pontificem
ſummum , mortem per inſidias , & inopinate , &
per induſtriam factam non eam proditoriam exi-
24 ſtimet.

Verum licet hæc ita ſint , Exiſtimo priorem
ſententiam probabiliorem eſſe , vtpote benignio-
rem, & magis immunitate Eccleſiæ fauentem. Vn-
de in hoc caſu illam conſului , ſicut feceram Vie-
næ in alio caſu non multum diſſimili quem refe-
ro, *in noſtro Directorio Confeſſariorum, p.* 1.*tract*...
Nec opinionis contrariæ argumenta nos terrent.
Ad primum namque reſpondetur , diſtinguendo
maiorem , proditio nihil aliud eſt quam deceptio
25 contra fidem in alterius perniciem, diſtinguo. ſi fiat
ſub colore amicitiæ concedo, alias nego; non enim
ex eo quod pax ſit inita inter duos inimicos in-
fertur inter eos amicitia , nam cum præceſſerit ini-
26 micitia inter eos debebat alter præcauere. Nam
cum ante pacem ſtaret inimicitia habebat occiſus
cauſam ad ſibi præcauendum , & poterat , & debe-
bat ſibi præcauere.

Hinc fit occidentem inimicum dormientem, vel
27 à tergo , vel ſclopeto, per inſidias, vel veneno, non
priuari immunitate Eccleſiæ , quia non dicitur il-

lum occidere proditoriè, vt docet Palaus, *tom*. 2.
tract. 11. *d. vnica p*.9.*n*.28.& alij quos refert, & ſe-
quitur Diana . *p*. 6.*tract*.1.*reſol* 12.Quia non quæ-
cumque inſidiæ priuant immunitate , ſed inſidiæ
quæ proditorem conſtituunt , ſed ſtante inimici-
tia inſidiæ non conſtituunt proditionem, nam ini-
micus ſemper habet fundamentum ſe præcauendi,
vt bene cum Palao, notat Pelizar. *tract*.9.*cap*.5.*n*.
17. Ergo idem dicendum eſt in noſtro caſu; Nam
licet illi inimici eſſent ad inuicem reconciliati ſem-
per ex inimicitia præhabita manet quidam rancor;
ſed vbi in amicis aliquis remanet rancor, iam inter
eos non eſt vera amicitia , quam præcipuam indu- 28
cendæ proditionis cauſam eſſe dixi, ex Bart. *d*.§ *de-*
linquenti.*n*.1.& cum multis docet Diana, *p*.6.*tract*.1. 29
reſol.12.*verſu ſed*;Ergo cum occiſus ſibi præcauere
debuerit , & non fecit homicidium ſecutum non
fuit proditorium, Ita cum multis Diana, *p*. 4.*tract*.
1. *reſol*. 54 & *p* 1. *tract*.1.*reſol*. 35.

Ad primam Confirmationem reſpondetur , ne- 30
gando antecedens. non enim ſolum ſufficit ad con-
ſtituendam amicitiam , quod detur promiſſio de
non vltra offendendo , ſed requiritur quod inter
eos ſequatur arctior amicitia , vt ſi ſimul comedant
colloquantur, aſſocientur; nam ſi hæc ſigna non den- 31
tur, poterat occiſus præſumere non eſſe veram con-
tractam inter eos amicitiam , & adhuc permanere
aliquem rancorem, & veram inimicitiam, vt docet
Riccius *p*.1.*deciſione* 268.*n*.2. Auſonius, *in ſumma*
Diana verbo immunitas, *n*. 28. Diana. *p*. 1.*tr*.1 *re-*
ſol. 35 contra Gambacuttam *lib*.1. *cap* 28.*n* 2 Nec 32
ſufficit quod inter eos dentur ſalutationes ordi-
nariæ: nam hæ non conſtituunt effectum amicitiæ,
cum ſalutationes ſint ſigna communia Diana , *p*.6.
tr.1.*reſ*.12.*verſu ad authoritatem*. Ad ſecundam cō-
firmationem Reſpondetur eodem modo, quod om-
nia illa quæ ait vera ſunt, ſi arctior inter eos amici-
tia præceſſit, vt ſi adinuicem ambularent , comede-
rent, &c. vt in reſponſione ad primam Confirma-
tionem dixi, ſecus ſi ſolum reconciliati ſunt , nam 33
raro inter inimicos reconciliatos tollitur totaliter
inimicitia, & ſemper inter eos remanet quidā rācor,
quem occiſus timere debebat , & ſibi præcauere.

Ad vltimam Confirmationem deductam ex
Exodo & *ex cap*.1. de homicidio , reſpondetur, illa 34
verba textus per induſtriam , & inſidias idem eſſe
ſignificatum , vnus enim terminus alterius eſt de-
claratio , neque ibi eſſe propoſitionem ſimplicem,
ſed copulatiuam, & facere hunc ſenſum qui per in-
duſtriam inſidioſam occiderit proximum ſuum ab
altari euellatur, hoc eſt ſub colore amicitiæ, vnum
gerendo in corde. & aliud in verbis, & ita iudicatū
fuit in ſupremo concilio Caſtellæ in facti contin-
gentia, vt teſtatur Villal.*to*. 2.*tr* 39.*diffi*. 7.*n*.12. pro-
vt refert Dian. *p*.6.*tr*.1.*reſ*.13.*verſ.his non obſtātibus.*

Ad illud quod ait, quod gentiles hoc genus vin- 35
dictæ, in dedecus habuiſſe , Reſpondeo nos illum
modum vindictæ non laudare , ſed maxime repro-
bare, ex eo tamen quod ſit malus , non inde ſequi-
tur Reum ſic ſe vindicantem carere immunitate,
nam etiam Sodomia abominabilis. & nefanda eſt, 36
etiam inter gentiles, & tamen Sodomita gaudet
immunitate, vt docet Maranta , *p*.2.*reſp*.36. *n*.22.
Auſonius, *in ſumma Diana verbo immunitas*, *n*.22.
Diana. *p*.4.*tr*.1.*reſol*.26.contra Curtell. *in l. Marti-*
ni, *cap*.17 *n*.15.non ergo ex eo quod talis vindictæ
modus apud gentiles abominabilis eſſet , & adhuc
ſit apud homines illo vtentes debent carere im-
munitate , & hæc ſaluo meliori iudicio.

CONSVLTVM LXXXVI.

De iuriſdictione ad quem iudicem ſpectet punire eum, qui cum eſſet clericus in minoribus hominem occidit, & poſtea relicto habitu clericali factus eſt miles, an eius punitio pertineat ad iudicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *In multarum ſenſoriis ad ſciendum ad quem iudicem pertinet punire delinquentem accuſationis tempus inſpiciendum eſt.*
3 *Probatur nutharitate multorum doctorum.*
4 *Omne delictum temporale eſt, & ſolum ratione perſonæ ad hoc, vel illud tribunal pertinet.*
5 *Priuilegium perſonæ attendi debet, quando iudicium incipit.*
6 *Ad perſonæ ſtatum, eiuſque mutationem motæ litis, & non commiſſi delicti tempus inſpiciendum eſt.*
7 *Mutato perſonæ ſtatu, mutatur forus.*
8 *Qui commiſſo delicto factus eſt Cardinalis gaudet Cardinalis indultis.*
9 *Nouitius ſi tempore nouitiatus commiſſit delictum gaudet priuilegio fori, & canonis.*
10 *A ſolo ſuo prælato puniendus eſt.*
11 *Si demittatur antequam ſit punitus à ſæculari iudice pro delicto puniendus eſt.*
12 *Clericus in minoribus, qui deferebat habitum, & tonſuram clericalem, ſi commiſſo delicto factus eſt miles, non à miniſtro militiæ, ſed à prælato Eccleſiaſtico iudicandus eſt.*
13 *Hæc opinio eſt communior, & multis authoribus probatur.*
14 *Ad fundandam iudicis iuriſdictionem tempus commiſſi delicti inſpiciendum eſt.*
15 *In delictis initium ſpectamus in fauorem Rei.*
16 *In delictis patrati criminis tempus inſpicitur.*
17 *Non eſt neceſſe quod iudex Eccleſiaſticus præueniat iudicem ſæcularem.*
18 *Priuilegium perſonæ debet attendi quando delictum commiſſum eſt, & non quando iudicium incipit.*
19 *Mutatio ſtatus operatur multa, non tamen in præiudicium iudicis Eccleſiaſtici, cui ius acquiſitum fuit.*
20 *Per ordinem clericatus imprimitur character.*
21 *Per characterem acquiſitum fuit ius, quod clerici voluntate auferri non poteſt.*
22 *Per primam tonſuram deputatur homo ad diuinum cultum.*
23 *Contrariorum non eſt eadem diſciplina, ſi diuerſa eſt ratio.*
24 *Si ſæcularis commiſſo delicto fiat clericus eximitur à iuriſdictione iudicis laici, non tamen è contra.*
25 *Eccleſiaſticus ordo eum liberat à iuriſdictione iudicis laici.*
26 *Forum quod acquiritur per ordinem non mutatur per mutationem habitus.*
27 *Per mutationem ſtatus non mutatur forum, ſi delictum fuit commiſſum tempore quo habebat ſtatum clerici.*
28 *Nouitius qui commiſit delictum tempore nouitiatus, etiamſi expellatur à ſuo prælato regulari apud quem deliquit, puniendus eſt.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM clericus in minoribus nomine Petrus, qui tamen deferebat tonſuram, & habitum clericalem occidit quendam hominem, & cum ſe videret irregularem, & non poſſe ad Superiores ordines aſcendere, factus eſt miles in exercitu Luſitaniæ in Prouincia Interamnenſi; occiſi vero hæredes à Generale militiæ petierunt, vt eum comprehenderet, & pro homicidio facto puniret, comprehendit eum Generalis; ipſe vero homicida reclamauit dicens, non à Generali, ſed à Prælato Eccleſiaſtico debere puniri, & iudicari. 1

Quæſiuit à me Generalis militiæ, qui amiciſſimus meus erat, quid faceret in præſenti caſu?

RESPONSIO AVTHORIS.

EXcellentiſſime Domine, cum pietas, quæ ab incunabulis in te ſplendet à me poſtulet, quid in hoc caſu facere debeas, viſum mihi fuit tuo pietatis officio reſponſum non denegare, ſcio enim te illam partem amplecti velle, quæ magis Eccleſiæ fauorabilis eſt. 2

Fateor multorum Doctorum ſententiam fuiſſe accuſationis tempus inſpiciendum eſſe. Ita enim arbitratus eſt Noſter inſignis Luſitanus Gabriel Pereira. *de manu regia, p.2. cap.42. num.* 8. Quia omne delictum de ſe temporale eſt, ſolum ergo ratione perſonæ ad hoc, vel illud iudicium ſpectat. Vnde cum priuilegium perſonæ attendi debeat quando iudicium incipit ex *l. cum quædam* 3
puella ff. de iuriſd. omnium iudic. & *ex cap. penultimo de foro competenti plane*, ſi eo tempore clericus nullum habet priuilegium, nulla ratio eſt ob 4
quam ad iudicium Eccleſiaſticum remitti debeat; ſed Petrus in præſenti factus eſt miles cum iudicium incipit, & dimiſit habitum clericalem; er- 5
go nulla eſt ratio cur ad iudicium Eccleſiaſticum remittatur, ſed à Generali militiæ, vt pote eius iudex competens puniendus eſt.

Confirmatur: Quia ad perſonæ ſtatum, eiuſ- 6
que immutationem motæ litis, non commiſſi delicti tempus inſpiciendum eſt §. *omnis autem.* §. 1 *ſeruus inſtit. de noxalibus*, Mars. *rubr. de fide ins*, *q.* 12. *n.* 136. Hinc reus aſſumpto poſt militiam clericatu, non à ſæculari, ſed ab Eccleſiaſtico iudice co- 7
gnoſci debet. *cap. propoſuiſti, de foro competenti, l. ſi quis poſtea ff. de iudic.* vbi innumeri, quos refert Giurba, *conſilio* 15. *n.* 2. Tum quia mutato perſonæ ſtatu, mutatur Forus, *l. ſi filius* 1. & ibi Baldus, *ff. de tutel.* Surdus, *conſil.* 396. *n.* 19. Hinc ſi paganus commiſſo delicto fiat miles, ſub ſecun- 8
do militari iudice puniendus eſt, *l. qui cum vno*, §. *reus ff. de re militari l. hos accuſare*, §. 1. *ff. de accuſat.* Ancarranus, *cap. eu. q.* 13. *de reg. iuris, in* 6. Oldradus, *conſilio* 4. Barboſa, *dicta l. ſi quis poſtea*, *n.* 114. Et idem dicunt Authores de eo, qui commiſſo delicto factus eſt Cardinalis, nam in eius cognitione priuilegiis gaudebit, & Cardinalium

nullum indultis *cap. præſul.* 5. *q.* 2. Gratian. *in diſceptationibus deceptione* 226. *n.*23.
9 Et idem dicunt Doctores de nouitio Religio-
nis approbatæ, nam licet in multis cenſeatur lai-
cus ex iclans à Molina, *de primogeniis, lib.*2.*cap* 9.
*num.*52. Gutierres, *lib.* 2. *canon.* 91. *n.* 107. Duran-
te tamen nouitiatu, ſi aliquem occidat, cum per-
ſona ſit Eccleſiaſtica, *cap. religioſo de ſent. excom.*
in 6. Garcia. *decept.* 226. *num.*33. Nouarius, *de ele-
ctione for. ſect.*1.*q.*35. *n.* 1. Gaudet fori, & Cano-
nis priuilegio. Toletus, *lib.* 5. *ſumma, cap.*2. *n.*2.
Molina, *d.*139. Azor. *inſt. moral. lib.* 12. *cap* 3.*q.*2.
Rodriguez, *p.*3.*reg. q* 51.*art.*12. Ac per conſequens
10 à ſolo ſuo prælato pro homicidio puniendus eſt,
Nauarius, *de electione fori ſect.*1.*q* 35. Marta, *de
iuriſdictione p.* 4. *ſect.*2. *caſu* 111.*n.* 24 Rodriguez,
q. 2. *art.* 10. & alij communiter, at ſi habitum di-
mittat durante nouitiatu; vt integrum illi eſt, vel
à religione vel à prælatis ob ſua demerita expel-
latur, tunc à ſæculari iudice pro eo delicto pu-
niendus eſt, pœna, quam pro eo delicto prome-
ruerat attento ſtatu, in quo erat delicti tempore
Molina, *p* 4. *de iuſtitia commutatiua*, *d.* 49. *n.*24.
Farinatius. *q* 8 *n.*49. licet ſæcularem iudicem præ-
uenisset prælatus. quod procedere ait Molina, *præ-
11 dicto, num.*24. In Societate Ieſu in omnibus, qui
peractis duobus annis probationis vota emiſe-
runt, veriquę Religioſi eiuſdem Societatis ſunt,
non tamen profeſſi ex *Pij V. Iulij III. Gregorij
XIII. bullis*, quod etiam ait Azor. *inſt. moral. lib.*
13. *n.* 7. Rodriguez. *q.* 56. *art.*1. Et Ioannes de
Cruz. *de ſtatu religioſo lib* 1. *cap.* 2. *concluſione* 5.
Barboſa, *ad Tridentinum, ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *n.*10.
12 Sed his non obſtantibus ego exiſtimo prædi-
ctum Petrum militem non à Generali militiæ,
vel ab alio iudice ſæculari, ſed à iudice Eccleſia-
ſtico eſſe iudicandum, & condemnandum. Ita
Baiardus, *in additionibus ad Iulium Clarum, q.*36.
num 46. Francus, *deciſion.*417.*n.*4 *volum.*2. Squi-
lante. *de priuilegiis clericorum, cap.*7.*n.*110.*&* 114.
13 Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi. p.*2. *allegat.* 12.*n.*6.
Sanchez, *in opuſcul. tom* 2. *lib* 6. *cap.* 1. *dub* 3.*n.*1.
Bonacina, *in bullam cœnæ d.*1.*q* 18.*ſect.*1.*p.*3.*n.* 14.
Gauantus, *in Enchirid. Epiſcoporum, verb. fori pri-
uilegium num.*11. Riccius, *p.*5.*collect.*1864 Diana,
p. 4 *tract.*1. *reſol.* 6. Giurba *conſil.* 15.*n.*12. & con-
ſtat, *ex declaratione ſacra Congregationis immuni-
tatis in nullius Garobol die* 9. *Septembris* 1631.
Ratio eſt, quia ad fundandum iudicis iuriſdi-
14 ctionem commiſſi delicti tempus inſpicitur, vt
ſciamus ad quem illius punitio pertineat, *l. quid
ergo ff. de his qui non inf.* & docent Alexander,
*conſil.*149.*n* 9. *volum* 6. Valenzuela *conſil.*4.*n.*23.
& alij, quos refert, ſequitur Giurba, *conſil.* 15.
15 *num* 12. in delictis enim militum ſpectamus tempo-
re rei, *l. ſi quis ff. de furt.* Valenzuela, *dicto conſi-
lio* 4.*n.*20. Eo enim ipſo quod crimen committi-
tur quæſitum illi ius eſt, cuius ſubeſt iuriſdictio-
ni, *Authentica qua in Prouincia, C. vbi de crimin. agi
opor. l. licitatio. §. quod illicite ff de publ. l. fin. de
priuat. delict. ſib ff de furt.* ac proinde iuriſdictio
quæſita iudici ratione alicuius qualitatis in crimi-
noſa perſona conſiſtentis actus aut delicti tempo-
re mutata qualitate non tollitur, vt notat Pere-
grin. *tract. var. lib.* 1. *n.* 139. Sed tempore quo Pe-
trus deliquit Eccleſiaſtico iudici ſubiectus erat;
ergo licet mutaret habitum, & aſſumeret habitum
militiæ, non à ſæculari iudice, ſed Eccleſiaſtico
iudicandus eſt.

Confirmatur: Quia in delictis patrati crimi-
nis tempus attenditur. *l.* 1. *ff. de pœnis, l. iniu- 16
ria, æſtimatio, ff de iniuriis, l. dolo, §. fin. ff. de
ſeru. corrupt. l.*1. *§* 1 *ff ad Silan. l. ſi quis poſt a*, vbi
Marta, *de iuriſdictione, p.* 4 *ſine* 2. *caſu* 121. *n* 3.
Farinacius, *deciſione* 76. *n.* 12. Peregrinus, *conſil.*
103.*n.*5. *volum* 1. & cum aliis Giurba, *ſuprà, n.* 15.
Valenzuela, *conſ.* 4 *n.*11. Sed tempore delicti Pe-
trus erat clericus; ergo non ad iudicem ſæcula-
rem, ſed Eccleſiaſticum pertinet eius delictum iu-
dicare. Nec eſt neceſſe vt iudex Eccleſiaſticus
in delicto præueniat, à iure namque præuentum
cenſetur, vt recte probat Giurba, *ſuprà n.* 16. &
ſic plures deciſum refert Gram. *deciſione* 20. *n.* 23.
Cianeta, *tit.*66. *n.*9. qui etſi *n.*10. cenſeat præuen-
tionem eſſe neceſſariam, improbatur tamen à Ca-
uale. *deciſione* 10. *num.* 20. & hoc verius dixere
Ceuall. *canon. quæſt.* 365. *num.* 5. Gratian. *diſcept.*
226 *num.*8.
Nec obſtant argumenta adducta pro contraria 18
parte. Ad primum namque Reſpondetur priui-
legium perſonæ attendi debere quando delictum
fuit commiſſum, & non quando iudicium inci-
pit. nam licet mutatio ſtatus operetur multa, vt
bene ex illis legibus colligitur, non tamen in Ec-
cleſiaſticis iudicis præiudicium, cui delicti tem-
pore acquiſitum fuit ius clericatus prætextu, quo
fungebatur, vt docet Baldus, *l. officiales, n.* 2. *C.* 19
de Epiſcopis, & clericis. & ratio eſt quia per cle-
ricatum imprimitur character in quolibet ordine,
& per characterem illi acquiſitum fuit ius, quod cle-
rici authoritate auferri non poteſt. ſed tetro fin-
gitur clericus, & ideo à ſolo iudice Eccleſiaſtico 20
puniendus eſt, ſi poſt delictum clericatus tempo-
re commiſſum demiſit habitum, & tonſuram, &
factus eſt ſæcularis; & licet in prima tonſura non 21
imprimatur character, ſiquidem non eſt Sacra-
mentum, per eam tamen deputatur homo ad di-
ſtinctum officium, ſeu cultum, quod ſufficit, vt 22
bene cum aliis Giurba, *conſil.* 15.*n.* 30. per quod
patet ad primam confirmationem.
Ad primam inſtantiam Reſpondetur contrario-
rum non eſſe eandem diſciplinam, ſi diuerſa eſt 23
ratio, *l. inter ſtipulantem. §. Sacram.* vbi cum aliis
Valenzuela, *conſilio* 100. *n.* 28 Sed inter vnum
& alium caſum diuerſa datur ratio, quia vbi lai-
cus commiſſo delicto fit clericus; adeo à ſæculari 24
juriſdictione eximitur, vt moleſtari à iudice ſæ-
culari amplius non poſſit. quia Eccleſiaſticus or-
do eum omnino liberat à ſæcularis iudicis iuriſ-
dictione argumento, *l. nos accuſare. §. hoc beneſi-
cio*: Adeo vt laicus factus ſtatum mutet, & fo-
rum, etſi in ſæcularis iuriſdictionis fraudem fie-
ret, vt cum multis docet Giurba, *ſuprà, n.* 32. er-
go non ex eo quod laicus fiat clericus, & mutet 25
forum ſequitur, quod ſi clericus mutet habitum
amittat forum, quia hoc fundatur in ordine, quod
per mutationem habitus non deperditur.
Ad ſecundam inſtantiam Reſpondetur, per
mutationem ſtatus non mutari forum; ſi deli- 26
ctum commiſſum fuit tempore, quo habebat
ſtatum clerici; nam iam ex delicto iudici Eccle-
ſiaſtico quæſitum erat ius ratione ordinis, vel pri-
mæ tonſuræ, quod tamen non accidit in eo; qui 27
commiſſo delicto fit miles, bene tamen in eo. qui
ex ſæculari factus eſt Cardinalis. quia ille forus
in quo deliquit incompatibilis eſt cum ſtatu; qui
nunc perſonæ inhæret, propter aſſumptos pri-
mæ tonſuræ ordines, quod tamen non accidit in

eo, qui poſt delictum fit miles, ita cum multis Giuba, *ſuprà, n.40.*

Ad vltimam Confirmationem de nouitio Reſpondetur non ſolum debere puniri dum eſt in religione pro delicto commiſſo in anno nouitiatus à ſuo prælato Eccleſiaſtico, ſed etiam ſi expellatur debere puniri à Prælato regulari apud quem deliquit. Ita Bonacina, *de legibus, d.* 10. *q.* 2. *p.* 1. § 2 *n.* 5 Grammaticus, *deciſione* 10. *n.* 3. Diana. *p.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 34. Auſonius, *verbo iudex laicus. n.* 15. Quia conſiderandus eſt ſtatus in quo quis delictum commiſit; quod ſi contendas quod à iudice ſæculari debeat puniri, vt vult Molina, Nauarrus, Ambroſinus, Farinacius, quos refert Bonacina, *ſuprà*; & tandem Giuba, *ſuprà n.* 41. Reſpondeo, id ideo eſſe, quia fingitur retro, quod ſæcularis ſemper fuerit, quia nullo initiatus fuerit charactere ex religionis ingreſſu, & licet per admiſſionem ad habitum deputatus fuerit ad diuinum cultum, non fuit deputatus abſolute, & irreuocabiliter, vt deputatur quis per primam tonſuram, ſed ſub conditione, dum perſiſteret, etſi vellet in religione perſiſtere; quamuis nec hæ rationes nos cogant vt à prima ſolutione recedamus, nam cum fictio illa non ſit fauorabilis reo, nec ſtatui religioſo, non eſt cur admittatur, ſiquidem dictus nouitius tempore nouiciatus in fauorabilibus fuit religioſus, & cum, puniri à iudice Eccleſiaſtico ſit fauor, non eſt cur retro antea ſæcularis fingatur, ſed potius ſtatus in quo deliquit inſpiciendus eſt, vt *ſuprà* diximus, & hæc ſaluo meliori iudicio.

CONSVLTVM LXXXVII.

De occidente clericum ex ſubita ira in Eccleſia, an gaudeat immunitate ipſius Eccleſiæ?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Aliqui doctores docent occidentem clericum non gaudere immunitate Eccleſia.*
3 *Qui occidit clericum commiſit ſacrilegium.*
4 *Committens ſacrilegium non gaudet Eccleſia immunitate.*
5 *Qui occidit clericum eſt excommunicatus.*
6 *Excommunicatus non gaudet immunitate Eccleſia.*
7 *Committens crimen læſa Maieſtatis diuina non gaudet immunitate.*
8 *Qui occidit clericum commiſit crimen læſa Majeſtatis diuina.*
9 *Delinquentes in Eccleſia non gaudent immunitate Eccleſia.*
10 *Qui in Eccleſia occidit ex multis iuribus, & ex Conſtitutione* Gregorij XIV. *non gaudet immunitate.*
11 *Bulla Gregorij excipit homicidium, etiam in ſubita rixa commiſſum in Eccleſia.*
12 *Homicidium ex propoſito, & proditorium in omni loco commiſſum eſt exceptum à* Gregorio 14.
13 *Legis auxilium fruſtra inuocat, qui legem contempſit.*
14 *In quo quis deliquit debet puniri.*
15 *Qui in Eccleſia deliquit eam ſpernere videtur.*
16 *Occidens in Eccleſia, Eccleſiam iniuria afficit.*
17 *Contraria ſententia in vtroque caſu ſuſtinenda eſt.*
18 *Referuntur plures Doctores pro hac ſententia.*
19 *Homicidium factum à clerico in Eccleſia ex ſubita rixa per nullum textum eſt exceptum.*
20 *Verba conſtitutionis* Gregorij IV. *debent intelligi de homicidio plene voluntario, & deliberato.*
21 *Homicidium factum in ſubita rixa calore iracundia non eſt plene deliberatum.*
22 *Ita fuit Roma iudicatum.*
23 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
24 *Animus offendendi ex inſolito armorum genere probatur.*
25 *Hoc axioma intelligitur, quando reus non eſſet ſolitus talia arma ſemper ſecum deferre.*
26 *Inimicitia, vt ex ea animus occidendi præſumatur, non præſumitur niſi probetur.*
27 *Committens ſacrilegium gaudet immunitate.*
28 *Excommunicatus non omittit forum, nec Eccleſia interdicta priuilegium protegendi reos.*
29 *Occidens clericum etiamſi lædat Eccleſiam gaudet immunitate.*
30 *Eccleſia diligit inimicos.*
31 *Non datur ius decernens excommunicatos non gaudere immunitate.*
32 *In conſtitutione Gregorij non excipiuntur omnes rei læſa Majeſtatis, ſed qui in perſonam principis delinquit.*
33 *Bulla Gregorij ſolum excipit occidentes, vel mutilantes in Eccleſia, animo plene deliberato, & ex propoſito.*
34 Cap. fin. *de immunitate Eccleſia, intelligitur de homicidio plene deliberato, & ex propoſito.*
35 *Quid ſit homicidium proditorium, quid homicidium ex propoſito, & plene deliberatum.*
36 *Bulla Gregorij excipit homicidium ex propoſito, & plene deliberatum, in Eccleſia, non tamen extra Eccleſiam commiſſum, & proditorium commiſſum extra Eccleſiam.*
37 *In hoc cenſu intelligenda eſt noſtra Ordinatio Luſitana.*
38 *Occidens in ſubita rixa non contempſit legem.*
39 *Qui ex ſubita rixa in Eccleſia occidit non deliquit proprie in Eccleſia.*
40 *Occidens ex ſubita rixa, non intendit ſpernere Eccleſiam, ſed ſolum intendit vindicari.*
41 Cap. *de vero,* & cap. *quia fruſtra intelligendi ſunt de eo, qui occidit animo deliberato, & ex propoſito.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

DVo Canonici in Eccleſia Cathedrali Bracharenſi ſuper prouiſione cuiuſdam Abbatiæ rixati ſunt, in choro ipſius Eccleſiæ Cathedralis, & vnus ex illis paſſione ductus arripiens ſclopetum, quem ſemper ſecum deferebat exploſit illum in alterum Canonicum, & eum ſtatim 1
occidit,

occidit, & cum videret homicidium Clerici à ſe
in Eccleſia patratum, noluit ab Eccleſia exire,
dicens gaudere illius immunitate; voluerunt ſa-
tellites illum apprehendere, & de facto appre-
henderunt, & miſerunt in carcerem. ille vero
reclamauit ad Iudicem Eccleſiaſticum, vt eum
reſtitueret ad Eccleſiam cujus immunitate gau-
debat, eo quod homicidium fuit patratum acci-
dentaliter in rixa forte exorta, & non ex propo-
ſito, & animo deliberato, nec per inſidias, aut
proditoriè.

Quæſitum fuit à me, an reus iſte in caſu præ-
ſenti gauderet immunitate Eccleſiæ, an vero vt
ſacrilegus ab omni priuilegio immunitatis eſſet
excluſus.

RESPONSIO AVTHORIS.

Hic caſus duas habet partes; prima eſt an
occidens Clericum gaudeat immunitate;
ſecunda eſt, an occidens in Eccleſia ex ſubita ri-
xa, & ita gaudeat immunitate, quoad primam
partem non gaudere immunitate occidentem
tenent Ludouicus Corea *in relectione de immuni-
tate Eccleſiæ p.3. num* 37. Boërius *deciſ.*109.*num* 3.
2 Riccius *in praxi p.*2. *deciſ.* 309. Bobadilla *tom.*1.
*lib.*4. *cap.*14.*num* 47. qui citat Vaſquium, Bemi-
gium, & Suarez de Pax. *in praxi tom.*1.*p.* 5.*cap.*5.
*num.*67. & probabile iudicat Ioannes Sanchius *in
ſelectis d.*44.*num.* 52. ſecundam vero partem, hoc
eſt, non gaudere immunitate, qui occidit ali-
quem in Eccleſia, etiam ex ſubita ira, & rixa ex-
orta in Eccleſia tenent Gambacurta *lib* 5. *cap.* 25.
Clarum, & alios, & tenent etiam Lexana, Seſſe,
Peregrinus *de immunitate cap.* 6.*num.*15. Palaus
*tom.*2 *d vnica p.*9.*n.*12. qui citat Suarium, Nauar.
Raphaël de la Torre, Trullenc. Fagundex, & alij,
quos larga manu refert, & ſequitur Barboſa *de
iure Eccleſiaſtico cap.* 3. *num.*102. & 104. Curtell.
*lib.*1.*quæſt.*11 *num.*2. Saipus *cap.*5. *fol.* 43. Pe-
lixarius *tract.*8.*cap.*5.*n.*12. vbi dicit eſſe commu-
nem Doctorum, & aliorum, quos refert Diana
*p.*1.*tract.*1. *reſol* 16.
3 Prima pars. quod ſcilicet non gaudeat immu-
nitate Eccleſiæ occidentem Clericum probatur:
4 Quia qui occidit clericum committit ſacrilegium,
vtpote perſonam ſacram offendens, ſed com-
mittens huiuſmodi ſacrilegium immunitate non
gaudet; ergo.
Confirmatur primo: Quia occidens Clericum
5 eſt excommunicatus, ſed excommunicatus non
gaudet immunitate Eccleſiæ; ergo.
6 Confirmatur 2. Quia hæc immunitas non con-
ceditur committentibus crimen læſæ Majeſtatis
7 diuinæ, ſed offendens Clericum committit cri-
men læſæ Majeſtatis diuinæ; ergo. Confirmatur 3.
8 Quia delinquentes in Eccleſia non fruuntur hac
immunitate, ſed hic Canonicus occidit alium ca-
nonicum in Eccleſia; ergo. Confirmatur 4. quia
9 delinquentes in Eccleſia non fruuntur immuni-
tate; ergo nec delinquentes in Sacerdotem.
10 Secunda vero pars, ſcilicet non gaudere hac
immunitate, in Eccleſia occidit probatur. Tum
ex cap. fin. de immunitate Eccleſiarum. Tum ex
11 *conſtitutione Gregorij XIII.* tale crimen excipien-
tis, ſic enim indiſtincte ait Bulla. *Qui vè homi-
cidia, aut mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis,
earumvè Cœmeteriis cõmittere non verentur, aut qui
proditoriè proximum ſuum occiderint.* Ex quibus
verbis Bullæ videtur exceptum homicidium, 12
etiam in ſubita rixa commiſſum, nam tale homi-
cidium, vt ſuppono, fuit voluntarium, & non
caſuale, nec requiritur quod ſit apoſtata, vel per
inſidias, vel de induſtria factum, nam homici-
dium proditorium, non ſolum commiſſum in
Eccleſia, ſed etiam extra illum, eſt exceptum, vt
patet ex verbis bullæ.
Confirmatur 1. Quia legis auxilium fruſtra in- 13
uocat, qui legem contemnit *cap. quia fruſtra de
vſuris, & l. auxilium § in delictis de minor.* Tum
quia in quo quis deliquit debet puniri, ideoque
cum deliquerit in Eccleſia priuari debet immuni-
tate Eccleſiæ. Confirmatur 2. Quia qui in Ec- 14
cleſia deliquit, eam ſpernere videtur, & contem-
nere *cap. de vero 12 quæſt. cap. An ſit de appellat.
cap. quia fruſtra vſuris.* Confirmatur 3. Quia 15
occidens intra Eccleſiam, ipſam ſumma afficit
iniuria, quæ cum munda ſit, & immaculata,
impium ſane eſt deturpare eam, vel inficere, & 16
vbi crimina obſecrationibus & piis demittuntur
precibus, ibidem mala inſtruere, & grauiora
committere *dicto cap. de vero*, & *dicto cap. quia
fruſtra.*
Verum his non obſtantibus, in vtroque caſu 17
contrarium eaſtimo: & noſtram ſententiam
quoad primam partem hoc eſt, occidentem Cle-
ricum gaudere immunitate, tenent Antonius de
Marinis *quotidian. reſolut. cap.*107. *num.*14. Pere-
grinus *de immunitate Eccleſiarum cap.* 12.*num.*13.
Cæuall. *tract. de cognitione per viam violent. d.* 1.
*quæſt.*101. Farinacius *de immunitate cap.*7.*num.*114.
retractans ſe contraria ſententia, quam do-
cuerat antea *in tractatu de carcer. quæſt.*19.*num.*19.
& cum multis Giurba *conſ.*70. *num.* 2. ſecundam
vero partem, occidentem ſcilicet in Eccleſia ex 18
ſubita ira, & paſſione in rixa forte ſuborta gau-
dere immunitate, tenent Marius Italian. *de im-
munitate lib.*1.*cap.*5.*num.*24. Tuſcus, *verbo Eccle-
ſia. concl.*12.*num* 13. & 14. Azor, *p.*2.*lib.*9. *cap.*9.
Nouarius *in ſumma bullarum, titulo de immunita-
te Eccleſia n.*58. Zambellus *in repertorio mor. ver-
ſu Eccleſia, quoad eius immunitatem num* 13.
Sperellus *deciſ* 56.*n.*36 Farinacius; Gutierrez, quos
refert Diana *parte* 1.*tract.*1.*reſolut.*11. & *parte* 6.
*tract.*1.*reſol* 7. & *p* 4.*tract* 1.*reſol.*97. & alij multi
quos refert Barboſa *de iure Eccleſiaſt. cap. tertio,
num.*103.
Ratio fundamentalis in vtroque caſu eſt. 19
Quia neque per ſacros Canones neque per con-
ſtitutionem Gregorij X I V. excipitur homici-
dium factum à Clerico in Eccleſia ex ſubita ira,
& rixa, vt benè notat Diana *p.*4 *tract* 1. *reſol.*68.
ergo non eſt cur dicamus talem Clericum in Ec-
cleſia occidentem priuari immunitate. Antece-
dens patet, quia ius commune in nullo loco
priuat immunitate occidentem Clericum, vt be-
ne Giurba *conſ.*70. *num.* 4. Neque Conſtitutio
Gregorij X I V. excipit niſi homicidium, vel
mutilationem factam in Eccleſia; ſed hæc verba 20
Conſtitutionis Gregorij debent intelligi de ho-
micidio plene voluntario, & deliberato, quod non
eſt homicidium factum ex ſubita ira, & rixa ca- 21
lore iracundiæ, ſiquidem talis non videtur habe-
re animum irreuerentem offendendi, & violandi
Eccleſiam, vt recte notat Diana *p.*6.*tr.*1. *reſ.*7. &
*p.*1.*tr.*1.*reſ.*11. Auilon. *verbo immunitas, n.*26. ergo
in

in neutro caſu priuatur reus immunitate Eccle-
22 ſiæ, & ita deciſum fuit Romæ anno 1639. occa-
ſione cuiuſdam homicidij facti in Eccleſia ſancti
Ioannis Lateranenſis, vt teſtatur Diana *parte 1.*
tractat. 1. reſolutione ſeptima. verſ. ſed quod di-
cendum.

23 Dices ſacrilegus non gaudet immunitate Ec-
cleſiæ *ex cap. nullus Clericorum, §. ſi quis Clericus*
cap. frater. 17. quæſt. 4. Reſpondetur cum Giurba
ſuprà num 4. nullam in illo *cap.* fieri mentionem
de confugio ad Eccleſiam, aut de immunitatis
priuatione, vt aduertit Gambacurta *de immuni-*
tate Eccleſiæ, lib. 3. cap. 5 num. 2. Cap. vero frater,
licet de alio caſu ſacrilegij tractet, cum tamen
fundet ſe in ipſa ratione ſacrilegij, quæ cum
omni ſacrilegio competat, videtur omne ſacrile-
gium excludere ab immunitate, verum quia in
pœnalibus cuiuſmodi eſt immunitatis priuatio
non ſit à paritate, vel identitate rationis facien-
da extenſio à caſu expreſſo ad caſum non expreſ-
ſum, ideo in præſenti ab illo caſu non eſt facien-
da extenſio ad noſtrum caſum, vt notat Gam-
bacurta *dicto cap. 3. num. 2.* Giurba *ſuprà, num. 5. &*
conſ 90. n. 3.

Secundo Reſpondetur cum Diana *p. 6. tract. 1.*
reſol. 26. verſ. quaro 6. in nullo textu inueniri ex-
preſsè ſacrilegium immunitate priuatum; dato
tamen quod detur tale Ius antiquum, iam eſt
reformatum per Bullam Gregorij, quæ ſolum
excipit occidentes, ſiue mutilantes in Eccleſia,
quæ verba cum intelligantur de homicidio om-
nino deliberato, vt *ſuprà* diximus quale non eſt
homicidium, vel mutilatione ortum in ſubita
rixa, & ita, non eſt cur propter ſolum ſacrile-
gium commiſſum in Eccleſia iſte priuandus ſit
immunitate. Ita etiam Suarez *tom. 1. de religio-*
ne, tract. 2. lib. 3. cap. 10. num 3. Alterius *de cenſuris,*
tom. 1. lib. 2 cap. 6. alij, quos plena manu citat Spe-
rellus *deciſ. 22. num.* 30. & ante illum Diana *p. 1.*
tr. 1. reſol. 39. & parte 4. tr. 2. reſol. 68. & iuxta
hanc ſolutionem explicandi ſunt plures Docto-
res, qui dicunt ſacrilegos non gaudere immuni-
tate Eccleſiæ. Nam prædicti Doctores loquun-
tur, ſtando in iure antiquo, vt patet ex illo cap.
frater, vt notat Giurba *ſuprà num.* 6. Diana *p. 1.*
tr. 1. reſol. 39.

Dices qui ex animo omnino deliberato & ple-
ne voluntario occidit in Eccleſia non gaudet eius
immunitate, vt *ſuprà* diximus; & tenet cum mul-
tis Giurba *conſ* 90. *num.* 2. Sed iſte canonicus
occidens alium in Eccleſia ſtlopeto videtur id
feciſſe animo omnino deliberato, & ex propo-
24 ſito; ergo non gaudet immunitate. Minor in
qua eſt difficultas probatur, nam animus offen-
dendi ex inſolito armorum genere probatur, vt
ait Baldus. *in cap. 1. de pace,* tenet Marſ. *conſ.* 21.
num. 25. Amit. *conſ.* 23. *num.* 33. Cepol. *crim. con-*
ſil. 32. *num.* 4. Grammat *volum.* 24. *num.* 6. Felic. *al-*
leg. 30. *num.* 6. Aldouin. *conſ* 20. *n.* 205. Voſpell.
conſ. 44. *n.* 14 Fatin. *conſ.* 42. *n.* 16 Menoch *de arbitr.*
caſu 361. *n.* 42. & 363. *n.* 8. Sed delatio ſtlopeti eſt
inſolitum genus armorum nec talia arma deferun-
tur animo deambulandi per ciuitatem, ſed de-
linquendi, vel aliquid mali committendi, vt
notat Blanc *de ind. num.* 67. Cepol *crim. conſil.* 18.
num. 7. Herculan. *de cauſ. non offend. caſu* 30. *n.* 18.
Bertaz. *crim. conſ.* 27. *num.* 18. Maſcardus *de pro-*
bat. conſ. 72. *num.* 13. *concluſ.* 1128. *num.* 32. Hæc
enim arma malum animum oſtendunt, vt notat
Surdus *conſ.* 40. *num.* 7. Menochius *de arbitrar.*
caſu 394. *num.* 26. ergo cum prædictus Clericus
ſtlopeto alterum Clericum occiderit, præſumi-
tur id deliberato, & plene voluntario animo, &
ex propoſito feciſſe, ac per conſequens non gaudet
immunitate Eccleſiæ.

Reſpondeo delationem ſtlopeti arguere ani- 25
mum deliberatum, & præmeditatum offenden-
di, ſi reus non eſſet ſolitus talia arma ſecum ſem-
per deferre, ſecus quando ipſe eſſet ſolitus talia
arma ſecum ſemper deferre, vt docet Blanc. *in*
prax. §. 23. p. 2. num. 25. Menochius *dicto caſu* 361.
num. 32. Giurba *conſ.* 13. *num.* 9. ſed prædictus Cle-
ricus ſolitus erat deferre ſemper ſecum præ-
dictum ſtlopetum, vt multi in illa Ciuitate de-
ferunt, cum gladium, vel alia arma ſecum affer-
re non poſſint, vt eſt notorium; ergo ex illius
delatione non poteſt præſumi criminis præme-
ditatio. Tum quia inopinatio huius homici-
dij indicium eſt; quod antea nulla inimicitia
inter iſtos duos Canonicos præceſſerat; vt do-
cet Cabal. *de omni genere homic. num.* 294. Giurba 26
conſ. 51. *num.* 13. inimicitia enim vt ex ea occiden-
di animus præſumatur non præſumitur, niſi
probetur Crauet. *conſ.* 8. *n.* 8. Maſcardus *de proba-*
tionibus conſil. 107. *num* 27. ſed inter iſtos duos
Canonicos nulla præceſſerat inimicitia, ſed an-
tea erant amici, & forte rixati ſunt ſuper proui-
ſione illius beneficij, vt conſtat; ergo non præ-
ſumitur reum deportare ſtlopetum animo occi-
dendi, nec ex deliberato animo, & ex propoſito
occidiſſe, ſed forte ex calore iracundiæ, & ex ani-
mo non plene deliberato.

Nec argumenta in contrarium adducta ali- 27
quid conuincunt. Reſpondetur namque ad pri-
mum pro prima parte, negando minorem, com-
mittens enim ſacrilegium gaudet immunitate, vt
ſuprà diximus. Ad Confirmationem concedimus,
occidentem Clericum eſſe excommunicatum, 28
negamus vero non gaudere immunitate, nam
Clericus excommunicatus non amittit forum,
nec Eccleſia interdicta priuilegium protegendi
reos Couar. *lib. 1. cap* 20. *num.* 31. Auſonius *verbo* 29
immunitas num. 22. Vnde gaudet immunitate per-
cutiens, vel occidens clericum, etiamſi lædat
Eccleſiam. nam Eccleſia diligit inimicos, & be- 30
nefacit perſequentibus illam, Sperell. & alij multi
apud ipſum *deciſ.* 22. *num.* 10. Diana *p. 1. tract. 1.*
reſol. 34. & p. 4. tract. 1. reſol. 68. Tum quia talis
caſus non eſt exceptus in Bulla Gregoriana; Tum
quia hoc priuilegium non eſt datum fauore per-
ſonarum, ſed propter reuerentiam ſacrorum
locorum: Tum quia excommunicatio non de-
bet habere alios effectus, niſi quos iura decla-
rarunt; ſed nullum ius ſtatuit vt excommunica-
tus immunitate non gaudeat; ergo, & ita contra
Felinum *in cap. 2. de excep. num.* 5. docent omnes 31
Doctores, tam ante Bullam Gregorianam, quam
poſt illam, vt cum Suario, Ioanne à Cruce, Fa-
gundez, Alterio, Nauarro, & aliis notat Diana
p. 1. tract. 1. reſol. 34.

Ad ſecundam Confirmationem: Reſpondetur 32
quod *in Conſtitut. Gregorij XIV.* non excipiuntur
omnes delinquentes in crimine læſæ Majeſtatis,
ſed tantum excipiuntur, qui committunt crimen
læſæ Majeſtatis, in perſonam principis. Ita
Diana *tom. 1. tract. 6. reſol.* 34. Ad tertiam Confir-
mationem: Reſpondetur, ex dicta Bulla Grego-
rij omnes delinquentes in Eccleſia gaudent im- 3
munitate

manitate præter ibi committentes homicidia, &
membrorum mutilationem non abſolute, ſed ex
propoſito, & animo plene deliberato, vt *ſuprà* di-
ximus; Nam cum bulla excipiat homicidium, de-
bet eius exceptio ſtare pro homicidio omnino vo-
luntario, & plene deliberato, vt *ſuprà* diximus, &
notant Ricc. *p.5.collect. 17 n.92.* & cum aliis com-
muniter Diana, *p. 1.tract.1.reſol.14.*
34 Ad primum pro ſecunda parte, ſcilicet occidentē
in Eccleſia non gaudere immunitate Reſpondetur,
illud *cap. fin.* de immunitate Eccleſiarum intelligi,
quando quis deliberato animo, & appenſate homi-
cidium in Eccleſia commiſit, non vero quando in
ſubita rixa. Ita cum multis Giurba, *conſil. 9.n.5.* Ad
conſtitutionem vero Gregorij XIV. Reſpondetur
ſolum excipere homicidium plene voluntarium, vt
ſuprà diximus, non vero commiſſum ex ſubita ira,
nam iſte non poteſt dici plene voluntarium. Vbi
35 nota aliud eſſe homicidium Apoſtatæ, & ex pro-
poſito factum, aliud proditorium. Nām proditō-
rium eſt quando committitur colore amicitiæ, &
cum inſidiis, fingens quis ſe alterius amicum, &
ſub hac amicitia illum occidet; ſecus eſt homici-
36 dium ex propoſito, & plena deliberatione factum,
nam hoc accidit quando quis aliquem ſpectat in
certo loco ex propoſito ad eum occidendum, cum
quo non habebat vllam amicitiam, ſed potius ini-
micitiam, vt *ſuprà* diximus, vnde bulla Gregorij
vtrumque homicidium excludit, & homicidium
factum ex propoſito in Eccleſia, non tamen extra
Eccleſiam commiſſum, & proditorium, etiam extra
Eccleſiam, & in hoc ſenſu intelligenda eſt noſtra
37 ordinatio regia Luſitana, *lib.. tit..* vbi excipit
homicidium ex propoſito factum, vt diximus in
noſtro Directorio Confeſſariorum, *p.1.trn. ..n...*
38 Ad Confirmationem 1. Reſpondetur occiden-
tem in ſubita ira non contemnere legem, ſiquidem
non appenſate, ſed ex calore iracundiæ tale crimen
in Eccleſia committit Vnde verba illa prædicti tex-
tus ſolum intelliguntur de eo, qui plena delibera-
39 tione, & ex propoſito aliquem in Eccleſia occidit.
Ad ſecundam Confirmationem Reſpondetur, iſtum
homicidam propriè non deliquiſſe in Eccleſiam
cum non propoſito, ſed forte, & ex ſubita rixa cle-
ricum in Eccleſia occiderit. Ad tertiam Confir-
mationem Reſpondetur, prædictum homicidam
40 non intendiſſe ſpernere Eccleſiam, cum homici-
dium ex iracundiæ calore commiſerit, ſed ſolum
intenderit vendicari, vnde prædictum, *cap. de ve-
ro 12. q.2.* Intelligendum eſt de eo, qui ex propoſi-
41 to in Eccleſia occidit, nam hic ſaltem implicite
ſpernit Eccleſiam, cum plene deliberato animo in
Eccleſia occidit. Ad vltimam Confirmationem reſ-
pondetur, omnia illa accidere præter intentionem
homicidæ, cum ille nec deturpare Eccleſiam, aut
inficere intendat, ſed calore ſolum iracundiæ velit
ab inimico vindicari, vnde illud *cap. de vero, &
cap. quia fruſtra*, non de occidente in rixa repente
exorta intelligenda ſunt, ſed de occidente ex pro-
poſito, & ex animo omnino deliberato, & Apoſto-
lo, vt dicunt, & hæc ſaluo meliori iudicio.

CONSVLTVM LXXXVIII.

De quodam heretico furante Euchariſtiam fugiente ad ipſam Euchariſtiam furatam, an gaudeat immunitate Eccleſiæ?

F. Ant. à Spir. Sanct. Conſult. var.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſiu factum.*
2 *Hæreticus qui furatus eſt pyxidem cum Diuina Euchariſtia recurrens ad locum vbi eam habebat, & pyxidem apprehendens, gaudet Eccleſiæ immunitate reſpectu iudicum ſæcularium, non tamen Eccleſiaſticorum.*
3 *Qui confugit ad domum vbi forte eſt Euchariſtia pro communicando infirmo, gaudet immunitate, in criminibus non exceptis.*
4 *Qui confugit ad Sacerdotem deferentem Euchariſtiam gaudet immunitate in criminibus non exceptis.*
5 *Reus qui in caſtris confugit ad altare portabile, & dum caſtra mouentur manibus portat gaudet immunitate.*
6 *Crimen quod iſte hæreticus commiſit furando pyxidem cum Euchariſtia non eſt exceptum.*
7 *Non eſt exceptum ex eo quod ſacrilege furatus ſit Euchariſtiam.*
8 *Non eſt exceptum eo quod ille ſit hæreticus.*
9 *Non eſt exceptum eo quod furatus ſit Euchariſtiam ex Eccleſia.*
10 *Hæreticus ſi crimen, quod commiſit non ſuit hæreſis, non caret immunitate.*
11 *Qui furatus eſt pyxidem Euchariſtiæ non caret immunitate.*
12 *Hic hæreticus furatus fuit Euchariſtiam, non ob Euchariſtiam, ſed ob argentum pyxidis.*
13 *Qui occidit actu confitentem in Eccleſia, non animo hæretico contra Sacramentum, ſed vindicta in inimicum, gaudet immunitate.*
14 *Iſte hæreticus non furatus eſt pyxidem cum Sacramento animo hæretico circa Sacramentum, ſed cupiditate urgenti.*
15 *Suſpectus de hæreſi non gaudet immunitate Eccleſiæ.*
16 *Non conſtat hunc hæreticum animo hæretico furatum fuiſſe Euchariſtiam.*
17 *Hoc à Dominis inquiſitoribus diſcutiendum eſt, & non à iudice laico.*
18 *Cauſa Eccleſiaſtica ab Eccleſiaſticis iudicibus tractanda eſt.*
19 *In dubio an reus animo hæretico furatus ſit Euchariſtiam non eſt priuandus à iudice laica immunitate Eccleſiæ.*
20 *Sacrilegi gaudent immunitate Eccleſiæ.*
21 *Sacrilegium eſt mixti fori, quando reus non confugit ad Eccleſias ſecus ſi ad Eccleſiā confugit.*
22 *Scandalum in materia fidei non à iudice laico, ſed à dominis inquiſitoribus probato ſcandalo, debet iudicari.*
23 *Committens crimen læſæ Maieſtatis in perſonam principis non gaudet immunitate.*
24 *Iſte hæreticus proprie non deliquit in perſonam Chriſti.*
25 *Nihil volitum, quin præcognitum.*
26 *Iſte hæreticus non credebat Chriſtum eſſe in Euchariſtia.*
27 *Hæreticus licet ſit indignus beneficio immunitatis, Eccleſia ob ſuam pietatem illum non vult ab immunitate excludere.*
28 *Iſte hæreticus à quo per vim è manibus erepta fuit Euchariſtia, reſtituendus eſt loco ſacro, quouſque à iudice Eccleſiaſtico iudicetur eius cauſa.*
29 *Reus per vim, vel dolum extractus ab Eccleſia, reſtituendus eſt loco ſacro.*

 30 *Hic*

30 *Hic hæreticus reſtitutus fuit Eccleſiæ, & tradi-
tus fuit ordinario.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 PETRVS miles quidam Anglicanus hære-
ticus in quadam inuaſione, quam Generalis
Prouinciæ Interamnenſis regni Portugalliæ fecit
in regnum Gallœciæ anno 1664. in illa magna de-
uaſtatione illius Regni, forte intrauit in quan-
dam Eccleſiam, & accedens ad ſacrarium illud
infregit, & furatus fuit pyxidem argenteum, in
quo erat repoſitum ſanctiſſimum Eucharistiæ Sa-
cramentum, & ſecum illud abſtulit in Luſitaniam,
cum autem deficeret Sacramentum in illa Eccle-
ſia conqueſti ſunt Gallœciæ Optimates, eo quod
ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum defice-
ret. Militiæ Luſitaniæ Princeps, tum adeo Chri-
ſtianiſſimus eſſet, fecit omnem diligentiam, vt
apprehenderet, qui tam immane ſacrilegium com-
miſerat, & tandem miniſtri regij, qui de hoc de-
licto ſummo conatu inquirebant certiores facti
à quodam amico ipſius ſacrilegi hæretici illum,
& pyxidem, & ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacra-
mentum furatum fuiſſe, ſtatim ad illius domum
acceſſere, vt eum apprehenderent. Ille autem vi-
dens miniſtros iuſtitiæ eum requirentes, cucurrit
ad locum vbi habebat pyxidem cum Euchariſtia,
& in manibus accepit pyxidem cum diuino ſacra-
mento appellans Eccleſiam, & dicens ſe gaudere
illius immunitate, & non poſſe comprehendi.
Obſtupuere miniſtri regij, & ſteterunt. Interim
quidam Sacerdos acceſſit ad eum, & ex manibus
eius abſtulit pyxidem cum Euchariſtia, quo facto
iudices iniecerunt manus in eum, & fortiter com-
prehenderunt, & adduxerunt ad carcerem. illo
clamante, & inuocante immunitatem Eccleſiæ.
Certior factus de prædicto caſu Princeps militiæ,
& Gubernator exercitus Dominus D. Franciſcus
à Souza amiciſſimus meus, & in cuius domo tunc
ego forte aderam.

Quæſiuit à me, An prædictus hæreticus com-
mittens tam immane delictũ in Eccleſia confugiens
ad ipſum Sacramentum, quod ſacrilege furatus fue-
rat, gauderet immunitate Eccleſiæ, etiam poſtquam
per vim illud ab eius manibus ereptum fuit.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 RESpondi prædictum hæreticum in dicto caſu
gaudere immunitate reſpectu iudicum ſæcu-
larium, non vero Eccleſiaſticorum, & non po-
tuiſſe comprehendi à miniſtris militiæ, ſed de-
bere reſtitui Eccleſiæ. Ratio fundamentalis eſt,
3 quia qui confugit ad domum vbi forte eſt Eucha-
riſtia pro communicando infirmo, vel confugit
ad Sacerdotem deferentem Euchariſtiam, etiam in
4 platea, gaudet immunitate in criminibus non ex-
ceptis, vt tenet Suarez de Religione, *tom. 1. tract. 2.
lib. 3 cap. 9. n.* 10 *in fine*, & cum Peregrino, & Mario,
Diana, *p. 1. tract. 1. reſol.* 28. Et reus qui in caſtris ad
5 altare portatile in tentorio confugit, & dum caſtra
mouentur illud manibus ſuis portat. gaudet immu-
nitate; vt cum Quintanadueñas, & Suario docet
Diana, *p.* 10 *tract.* 15. *reſol.* 15. Sed iſte homo confu-
6 git ad domum, vbi erat Euchariſtia. & eam mani-
bus apprehendit; ergo multo à fortiori gaudebit
immunitate Eccleſiæ in criminibus non exceptis,
7 ſed crimen quod iſte hæreticus commiſit non eſt
exceptum; ergo abſque dubio gaudebit immunita-
te Eccleſiæ.

Hæc vltima minor ſubſumpta probatur, quia 8
iſtius crimen non eſt exceptum eo quod ipſe ſit
hæreticus, nec etiam quia furatus ſit Euchariſtiam 9
ex Eccleſia; ergo ex nullo capite priuandus eſt im-
munitate. Antecedens quoad primam partem pro- 10
batur: quia hæreticus ob ſolam hæreſim, ſi alias
crimen quod commiſit non fuit crimen hæreſis,
ſed aliud non exceptum non caret immunitate, vt
docent Portel, *in dubiis regularibus verbo Eccleſiæ
immunitas, n.* 10. Azor. *p.* 1. *lib.* 9. *cap.* 9. *q.* 9. Sylu. *ver-
bo immunitas* 3. *q.* 3. Suar. *de religione, to.* 1. *tr.* 2. *lib.* 3.
cap. 10. *n.* 13. Bonac. *de legib. d.* 3 *q.* 7. §. 3. *n.* 3. Diana.
p. 1. *tr.* 1. *reſol.* 29. contra Gambacurt. *lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 6.
Peregrin. *de immunitate, cap.* 8. *n.* 13. Bobadill *to.* 1.
lib. 2 *c.* 14 *n* 55. Tamburin, *in* 22. *d.* 5. *q.* 8. *n.* 16. Et ra-
tio eſt, quia non habemus fundamentum ad exci-
piendam perſonam, vbi crimen non eſt exceptum,
vnde in illis locis vbi hæretici impune habitare
permittuntur, nec propter hæreſim puniuntur, di-
cendum eſt in criminibus non exceptis gaudere, vt
cæteri immunitate Eccleſiarum; ſed iſte hæreticus
impune permittebatur habitare in illo exercitu in
Luſitania, vt cæteri hæretici Anglici permittuntur,
ergo ob ſolam hæreſim, quam profitebatur, non eſt
priuandus Eccleſiæ immunitate.

Secunda vero pars antecedentis, ſcilicet, non 11
priuari immunitate eo quod ab Eccleſia furatus ſit
pyxidem cum Diuina Euchariſtia tenent cum Fari-
nac. Barb. *de iure Eccleſiaſtico, lib.* 2. *c.* 3. *n.* 125. Ga-
uantus *in addiramentis ad manual. Epiſcoporum
verſu immunitas Eccleſiaſtica, n.* 8. Diana, *p.* 6. *tra...
reſol.* 9. *verſu ſed indigemus*. Et licet ibi ſolum præ-
dicti Authores loquantur de pyxide ſanctiſſimi Sa-
cramenti. non declarantes, an ſit ſimul cum Sacra-
mento, idem in vtroque caſu dicendum exiſtimo in 12
noſtro caſu; Et ratio eſt. quia hic hæreticus non fu-
ratus fuit Euchariſtiam propter ſe ipſam, & propter
aliquam irreuerentiam, quam in illam vellet exer-
cere, ſi enim id intenderet, ſtatim eam conculcaret,
laceraret, vel alias iniurias in illam exerceret; Sed
propter argentum in quo erat repoſita, ipſe enim
cum non crederet ibi eſſe verum Chriſti corpus
non curauit de irreuerentia Sacramenti, vnde in-
uenta fuit Euchariſtia ſine vlla læſione, vel dimi-
nutione, eo modo, quo eam è ſacrariu furatus eſt,
vt confeſſus eſt ipſe parochus Gallœciæ è cuius
Eccleſia furata fuit, ſed ſolum curauit de argento in 13
quo erat repoſita Euchariſtia; ergo ſicut ſi quis oc-
cidat actu confitentem Sacramentaliter non ani-
mo hæretico contra pœnitentiæ ſacramentum, ſed
animo vindictæ contra inimicum, gaudet immuni-
tate Eccleſiæ, vt cum Cartario. docet Diana, *p.* 6.
tr. 1. *reſol.* 26. verſu quarto duodecimo contra Bar- 14
boſam, Trull. & alios. ibi iſte ſacrilegus fur, licet
alias eſſet hæreticus, quia non furatus fuit pyxidem
animo hæretico circa Sacramentum, ſed cupiditata
argenti. gaudebit vtique immunitate Eccleſiæ.

Dices ſuſpectum de hæreſi non gaudere immu-
nitate Eccleſiæ, vt cum communi ſententia docet 15
Diana. *p.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 38. Sed hic ſuſpectus eſt de
hæreſi circa Sacramentum: ergo non debet gaude-
re immunitate. Reſpondeo hunc non ſolum eſſe
ſuſpectum de hæreſi, ſed eſſe hæreticum for- 16
malem; An autem animo hæreticali contra
Sacramentum furatus ſit Euchariſtiam, de hoc
non conſtat, vnde hoc à Dominis inquiſitoribus 17
diſcutiendum eſt, & non à iudice laïco, vt ſecte

docet

docet Diana, *ibi reſol.*38. Nam iudicare an reus
18 gaudeat.vel non immunitate,non ad iudicem lai-
cum, ſed Eccleſiaſticum ſpectat in caſu dubio,
vt cum Gutierres, Azeuedo,Barboſa, Palao, Ro-
driguez, Peregrino, Diana, *p.6.tract.1. reſol.*30.
*verſu ſed miror,& p.4 tract.1.reſol.*49. & patet,*ex*
19 *cap ſi v. de immunitate*, & ex *cap.ad Epiſcopos* 17.
q 4.& cap.metnentes eadem cauſa, & *quaſt.* & ex
cap.ex parte de verbor. ſignificatione.

Et ratio eſt, quia cauſa Eccleſiaſtica ab Eccle-
ſiaſticis iudicibus tractari debet per textum, *in
cap.Eccleſia Sancta Maria de conſtitut.* Sed cau-
ſa immunitatis vt de ſe patet eſt Eccleſiaſtica:
ergo à Iudicibus Eccleſiaſticis, & non laicis tra-
ctanda eſt.Confirmatur; Quia iudices laici, etiam
in criminibus exceptis non poſſunt ab Eccleſia
extrahere reum, vt late probat Diana, *p.1.tract.1.
reſol.*15.*& p.6.tract.1.reſol.*28.*& p.7. tract.1. re-
ſol.* 52. Ergo multo à fortiori quando eſt dubium,
an caſus ſit exceptus; ſed hic ſumus in dubio an
talis reus furatus fuerit Euchariſtiam animo for-
mali hæretico, an animo furandi argentum; ergo
reus extrahi non poteſt ab Eccleſia ſine licentia
Epiſcopi, qui iudicaturus eſt, an commiſerit, vel
20 non crimen exceptum.

Dices reum iſtum commiſiſſe immaniſſimum
Sacrilegium: ſed ſacrilegium non gaudet immu-
nitate. vt docet Boerius, *deciſione* 109. *num* 3.
Godofredus à Brauo, *in praxi crimin.lé,lib* 2. §.
*ſacrilegium,n.*23.Gutier.*in quaſtionibus practicis,
lib* 3. *q.*33. eſt enim crimen mixti fori, vt docet
Diana,*p.6.tract.1.reſol.*9. ergo iſte reus non gau-
det immunitate. Reſpondeo negando maiorem,
Nam licet illi, & alij Doctores ita cenſuerint de
ſacrilegio,contrarium probabilius eſt, vt cum Bo-
nacina, Peregrino, docet Diana, *p.6. tract.1. re-
ſol.*26. Suarez, Alterius,& alij, quos plena manu
refert Sperellus, *deciſione* 22.*n.* 10. & idem Dia-
na.*p.1.tract.* 1. *reſol.* 39. *& p.4.tract.* 1. *reſolutio-
ne* 68. & nos *ſuprà* diximus.

21 Et ratio eſt: Quia ſacrilegium non eſt ex cri-
minibus exceptis in bulla Gregorij XIV. vt late
probat Diana, *p.6 tract.* 1. *reſol.* 25. Vnde licet
ſacrilegium ſit mixti fori, id intelligitur, quan-
do reus non confugit ad Eccleſiam, nam tunc non
à iudice laico debet comprehendi, gaudet enim
immunitate Eccleſiæ, ſed à iudice Eccleſiaſtico,
vt bene ait cum Sperello, Diana. *p.6.tract.1. re-
ſol.9. verſu notandum eſt*; Secus dicendum eſt,
quando non confugit ad Eccleſiam. nam tunc tale
crimen cum ſit mixti furi, erit primo occupantis,
vt dicunt communiter DD.

22 Nec obſtat ſi dicas huiuſmodi Hæreticum de-
diſſe grauiſſimum ſcandalum toti reipublicæ Chri-
ſtianæ furando diviniſſimum Eucbariſtiæ Sacra-
mentum; ergo ratione ſcandali quod dedit pote-
rit puniri à iudice ſæculari. Reſpondetur cum Ca-
rena, *p.2.de officio inquiſitorum, tract.* 57.§.6.*n.*22.
Huiuſmodi hæreticum propter hoc ſcandalum,
cum ſit in materia fidei, non à judice ſæculari, ſed
à Dominis inquiſitoribus, probato plene ſcanda-
lo, debere iudicari.

23 Nec obſtat ſi dicas hunc hæreticum commi-
ſiſſe crimen læſæ Majeſtatis diuinæ in perſonam
Chriſti; ergo non debet gaudere immunitate.
Patet conſequentia, quia vnum ex criminibus ex-
ceptis in bulla Gregorij XIV. eſt crimen læſæ
Majeſtatis in perſonam principis, vt notat cum
aliis Diana,*p.6.tract.1.reſol.* 18.ſed hoc crimen fuit
contra perſonam Chriſti, qui eſt Rex regum, &
Dominus dominantium; ergo talis reus non gau-
det immunitate, ſicut nec hæreticus, ſi crimen hæ-
reſis commiſit.

Reſpondetur; hunc propriè, & formaliter non 24
deliquiſſe contra perſonam Chriſti, quam non
credebat illic eſſe, nihil enim volitum, quin
præcognitum, quod colligitur ex eo, quia nullam
iniuriam in diuinum Sacramentum exercuit, ſed 25
eodem modo illud in pyxide conſeruabat,ſicut il-
lam furans fuerat, & forte neſciebat ibi eſſe
Deum, ſicut non credebat in Euchariſtia exiſtere
verum corpus Chriſti Domini, ſed ſolum habuit 26
intentionem furandi argentum, vnde per acci-
dens fuit offenſa facta perſonæ Chriſti in Eucha-
riſtia, propter tamen tam immane ſacrilegium tra-
dendus eſt Epiſcopo, vt eum remittat Dominis
inquiſitoribus, vt cognoſcant de hoc caſu, vt
ſuprà dixi.

Nec obſtat ſi dicas Hæreticum eſſe indignum 27
hoc beneficio, & priuilegio, cum ſit Eccleſiæ ho-
ſtis, & proditor. Reſpondeo namque, hæreti-
cum eſſe quidem indigniſſimum hoc priuilegio,
ſed Eccleſia ob oſtentionem ſuæ eximiæ pietatis
illum ab hoc priuilegio non vult excludere ad
imitationem Chriſti, qui etiam pro eum crucifi-
gentibus Patrem exorauit, & inimicos jubet di-
ligere, vt notat Diana, *p.6.tract.* 1. *reſol.*24.

Dices, quando iſte hæreticus fuit comprehen-
ſus à ſatellitibus iam non erat in præſentia Eu-
chariſtiæ, quidam enim clericus ab eius mani-
bus pyxidem cum Diuino Sacramento per vim
abſtulerat, vt *ſuprà* diximus; ergo non gaudebat
eius immunitate. Reſpondeo, quod cum per vim 28
ab eo fuerit ablata Euchariſtia, non ob id priuan-
dus eſt immunitate, qua alias illa ex apprehenſione
pyxidis cum Sacramento gaudebat; nam ſicut reus
qui violenter extractus eſt ab Eccleſia in caſibus
non exceptis reſtituendus eſt eidem, vel alteri Ec-
cleſiæ, vt docet Farinacius *tom.* 2. *conſil.*168.*n.*49.
Diana. *p.1.tract.1.reſol.* 27. Quod verum eſt, etſi
non vi, ſed dolo ab Eccleſia fuerit extractus, vt
cum Villadiego, Bobadilla, Megala, Maſtril. do-
cet Diana,*p....tr.* 1.*reſol.* 26 Ita iſte reus reſtituen-
dus eſt Eccleſiæ dum certior fit iudex Eccleſiaſti- 29
cus; vt eum iudicet, an gaudeat immunitate, nec
ne, & interim non poteſt à iudice laïco extrahi ab
Eccleſia, & in carcere ſuo incarcerari, ſed debet
conſeruari in Eccleſia, donec de veritate quæ-
ſtionis appareat; vt cum Decimo, Farinacio,
Peregrino,& aliis docet Diana, *par.*6. *tract.* 1.
reſol. 32.

Et ita fuit ille militiæ excellentiſſimus prin- 30
ceps, qui conſilio meo fretus iuſſit hæreticum
illum reſtitui Eccleſiæ illius loci, & ſtatim cer-
tiorem fecit Ordinarium de delicto, qui videns
immanitatem illius, certiores fecit dominos
inquiſitores, qui prædictum reum pro dicto im-
mani Sacrilegio, & ſcandalo, vt per erat punie-
runt, ſic meo conſilio factum fuit, ſed an bene
iudicent viri docti, ego enim cum caſus fue-
rit, inauditus, nec à doctoribus, quos viderim
diſcuſſus, volui potius fauere immunitati Eccle-
ſiæ, quando ab illa recedere, ſed hæc ſaluo ſem-
per meliori iudicio.

CONSVLTVM LXXXIX.

De confeſſione an fuerit nulla ex eo quod quis certam notabilem circunſtantiam in ea non explicauerit.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factam.*
2 *Committens mollitiem, & ſolam declarans in confeſſione commiſiſſe mollitiem cum certa persona, non declarando an fuerit mas, vel fœmina in probabili ſententia fecit validam confeſſionem.*
3 *Quod mollities ſit commiſſa cum maſculo, vel fœmina non habet maiorem malitiam, quam ſi furtum fuiſſet commiſſum cum maſculo, vel fœmina.*
4 *Quod cooperans ad furtum, vel mollitiem ſit mas, vel fœmina, eſt quid accidentale.*
5 *Species quæ ſolum differunt in genere entis non eſt neceſſe explicare illas in confeſſione.*
6 *Quod mollities ſit commiſſa cum maſculo, vel fœmina, ſolum datur diuerſitas in genere entis.*
7 *Sodomita non tenetur explicare, an ſodomiam commiſerit cum mare, vel fœmina.*
8 *Quod patiens ſit mas, vel fœmina, per accidens eſt.*
9 *In mollitie per accidens eſt quod ſocius ſit mas, vel fœmina.*
10 *In ſodomia ſufficit quod ſodomita dicat in confeſſione toties commiſi ſodomiam.*
11 *In mollitie id non ſufficit, ſed debet dicere pœnitens, toties commiſi mollitiem cum certa perſona.*
12 *Ponitur argumentum in contrarium.*
13 *Soluitur prædictum argumentum.*
14 *Qui commiſit mollitiem tactu pueri nondum doli capacis, vel iuuenis dormientis, vel beſtia citra concubitum, ſecundum aliquos Doctores non tenetur dicere in confeſſione ſe tactibus alienis fuiſſe pollutum.*
15 *Sufficit ſi dicat, ſe habuiſſe pollutionem.*
16 *Illa circunſtantia ſolum differunt in genere entis, & non in genere moris.*
17 *Cooperatio pueri nondum doli capacis, vel iuuenis dormientis, non fuit peccatum ex parte illorum, ſed ſolum entitatiuè concurrerunt ad peccatum, vt tactus ſtatua.*
18 *Circunſtantia quæ tantum differunt ſpecie in genere entis non ſunt neceſſario explicandæ in confeſſione.*
19 *Hæc opinio etiam ſtante decreto Alexandri VII. aliquam habet probabilitatem.*
20 *Qualitas perſonæ cum qua fuit commiſſa mollities, vel ſodomia, an ſcilicet ſit mas vel fœmina, in mea ſententia explicanda neceſſario eſt in confeſſione.*
21 *Probatur id optima ratione.*
22 *Prædictus pœnitens ſecutus ſententiam contrariam bene operatus eſt.*
23 *Ratio noſtræ ſententiæ non reddit improbabilem contrariam ſententiam.*
24 *Reſpondetur noſtræ rationi ſatis probabiliter.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM multoties commiſit mollitiem 1
cum quodam adoleſcente, & confitebatur ſe habuiſſe pollutionem cum alia perſona non explicando, an fuiſſet homo, vel fœmina, & cum confeſſor eſſet indoctus, de hoc eum non interrogabat; poſtea iſte pœnitens ſcrupulis agitatus, eo quod non explicuerit, an complexus eſſet mas, vel fœmina.

Quæſiuit à me, an eius Confeſſiones factæ hoc modo fuerint validæ, & an in poſterum ſic poſſet confiteri?

RESPONSIO AVTHORIS.

REſpondi vtrumque caſum in ſatis probabili 2
ſententia eſſe probabile, & quod confeſſiones fuerint validæ, & quod ſic poſſet in poſterum confiteri. Ita Reginaldus, *lib.22. n.49.* Diana, *p.7. tract.12. reſol.32.* & cum Nauarro, Filiucius, *tom.2. tract.30. cap.8. n.153.* Mazuchellus, *tract. de caſibus reſeruatis, cap.22. difficult.1. n.24.* Caramuel, *in Theologia morali, n.1607.* & probabile putat P. Fr Ludouicus à Conceptione, *in ſuo examine Veritatis tom.1. tract.5. caſu vltimo, n.6.*
& 26. Ratio fundamentalis eſt, quia quod molli- 3
ties ſit commiſſa cum maſculo, vel fœmina, non habet maiorem malitiam, quam ſi quis induceret maſculum, vel fœminam ad ſecum furandum, vel hominem occidendum; ſed in peccato furti, & homicidij, quod cooperans mecum ſit mas, vel fœmina, eſt quid accidentale, nec tenetur quis explicare in confeſſione, niſi quod aliam perſo-
nam induxerit ad ſecum furandum, vel hominem 4
occidendum; ergo idem dicendum eſt in peccato mollitiei, non enim apparet maior ratio.

Confirmatur primo. Quia ſpecies quæ ſolum 5
differunt in genere entis, & non in genere moris non eſt neceſſe explicare illas in confeſſione, ſcilicet diuinatio per terram, per aëra, per aquam, item
furtum auri, ligni, veſtis, &c. Sed quod mollities ſit 6
commiſſa cum homine, vel fœmina ſolum datur diuerſitas ex parte cooperantis in genere entis, & non moris, ſiquidem mollities conſtituitur ex voluntaria pollutione abſque concubitu quocunque, ſiue propriis tactibus, ſiue alienis; ergo ſiue pollutio ſit procurata tactu fœminæ, ſiue viri, id non eſt neceſſe explicari in confeſſione, ſed ſufficit ſi dicat illam commiſiſſe tactu alterius perſonæ.

Confirmatur 2. Quia Sodomita non tenetur 7
explicare an Sodomiam commiſerit cum mare, vel fœmina, ſed ſufficit ſi dicat commiſiſſe ſodomiam vt tenent Diana, *p.7. tract.12. reſol.13.* Mazuchell. *tract. de caſibus reſeruatis, cap.22. difficult.1.*
n.24. Caramuel, *in Theologia morali, n.1607.* Et 8
ratio illorum eſt, quia licet ſodomia cum fœmina non ſit vera ſodomia, ad illam reducitur, vnde iuxta horum Doctorum ſententiam, quod patiens ſit vir, vel fœmina, quid materiale, & accidentale eſt in ordine ad peccatum ſodomiæ; ſed etiam in mollitie per accidens, & quid materiale eſt, quod ſocius ſit mas, vel fœmina; ſiquidem cooperatio fœminæ etiam ad mollitiem reducitur; ergo ſi in ſo-
domia non eſt neceſſe explicare, an patiens ſit vir, 9
vel fœmina, idem dicendum eſt in mollitie.

Dices: ergo ſicut in ſodomia ſufficit quod ſodo- 10
mita dicat in confeſſione commiſi toties ſodomiã non

non explicando, an fuerit cum mare, vel fœmina.
ita in mollitie ſufficiet dicere commiſi toties mol-
litiem, non explicando an fuerit cum alia perſona
mare, vel fœmina. Reſpondetur negando illatio-
nem: nam ſodomia non poteſt dari ſine ſocio,
11 ſiue mari, ſiue fœmina. Vnde ſi quis dicat ſe
commiſiſſe ſodomiam, ſatis explicat concubi-
tum ſocij, cum quo illam commiſit, quod ta-
men non inuenitur in mollitie, quæ poteſt dari
ſine ſocio, nec cooperatione alterius, vnde ad ex-
plicandam malitiam cooperationis ſocij debet
12 pœnitens explicare, an fuerit cum alia perſona.
Dices ex hac ratione inferri, non eſſe neceſſe
explicare an mollities fuiſſet cum tactibus alte-
rius perſonæ; nam per me quod mollities ſit ta-
ctibus propriis, vel alienis quid accidentale eſt;
ſed circumſtantiæ accidentales non ſunt neceſſa-
rio explicandæ in confeſſione; ergo quod molli-
ties commiſſa fuerit tactibus propriis, vel alie-
nis, vel beſtiæ, vel alterius viri, vel fœminæ id
13 non eſt explicandum in confeſſione. Reſpondeo
negando ſequelam. Ad probationem: Reſpon-
deo negando maiorem; ad probationem Re-
ſpondetur, diſtinguendo minorem, circum-
ſtantiæ accidentales non ſunt neceſſario expli-
candæ, diſtinguo, quando pertinent ad integri-
tatem peccati nego, ſi non pertineant ad illius
integritatem concedo, in præſenti autem, quod
mollities ſit commiſſa cum alia perſona, pertinet
ad integritatem peccati, nam ſi non explicetur
quod fuerit cum tertia perſona non explicatur
cooperatio alterius ad peccatum, cuius ille qui
commiſit pollutionem fuit, quod ſic explico.
Quando quis ſolum propriis tactibus commi-
ſit pollutionem, tunc in ipſa pollutione tan-
quam in fine, vel in delectatione eſſentialiter
cum fine coniuncta ſiſtit delectatio ipſa exterius
conſummata, quando vero ſumitur pollutio ad
quem ſe delectandum tactibus alterius perſonæ,
tunc pollutio ipſa aſſumitur vt medium ordina-
tum adcaptandam delectationem ex tactibus il-
lius perſonæ, cum quibus tactibus procuratur
tanquam ad finem executum; proindeque ad con
ſummationem actus pertinentem; non ergo ſuf-
ficit vt quis dicat ſe habuiſſe pollutionem, nam
iam non diceret totam peccati entitatem, ſiqui-
dem non explicaretur malitia cooperationis al-
terius ſocij, ad quam fuit pollutio, vt medium
ordinata; ſi tamen dicat ſe commiſiſſe illam cum
ſocio, iam explicat totam entitatem, non ſolum
ipſius pollutionis, ſed etiam cooperationis alte-
rius ad quam fuit ordinata, non tamen infertur
teneri declarare qualitatem ſocij, an fuerit vir,
vel fœmina, nam qualitas ſocij, niſi noua ſuper-
addatur circumſtantia ſpecie diſtincta ſacrilegij
inceſtus, adulterij, vel ſuperſtitionis, &c. nihil
facit ad rem. Ita P. Fr. Ludouicus à Conceptio-
ne *in examine veritatis tom. 5. tract. 5. caſu vlti-
mo, num. 6. & 7.*
14 Dices ergo ſi quis commiſerit mollitiem tactu
pueri nondum doli capacis, vel iuuenis dor-
mientis, vel beſtiæ citra concubitum, non tene-
bitur dicere in confeſſione, ſe tactibus alienis
fuiſſe pollutum, ſed ſufficit ſi dicat ſe habuiſſe
pollutionem. Patet conſequentia, quia iam coo-
peratio ex parte ſocij non pertinet ad integrita-
tem peccati, cum talis cooperatio, ex parte dor-
mientis non fuerit peccatum, nec ex parte pueri,
nondum doli capacis, vel beſtiæ. Reſpondetur
aliquos doctores concedere ſequelam. Ita Caiet.
2. 2. q. 154. *art.* 11 probabile putat Azor. quem re- 15
fert, & ſequitur Diana *p. 7. tract.* 13. *reſol.* 15. Dica-
ſtillus *de iuſtitia, lib. 1. d. 3 dub. 8. §. 2. num. 3.* Cara-
muel *in Regulam Sancti Benedicti, d. 66. num.* 1013.
Mazuchellus; quem refert Diana *p. 7. tractat.* 12.
reſol. 53 Et ratio eſt, quia illæ circumſtantiæ ſo- 16
lum differunt ſpecie in genere entis, non in ge-
nere moris, vt diuinatio per terram, per aquam,
&c. cooperatio enim pueri nondum doli ca- 17
pacis, vel iuuenis dormientis, in genere mo-
ris non fuit peccatum, ſed tantum concurrerunt
ad peccatum entitatiuè, & materialiter, vt ta- 18
ctus ſtatuæ, vel veſtis; &c. vel ſi quis haberet
concubitum cum muliere mortua, quæ copula
ſolum habet malitiam pollutionis, cum mulier
ſolum entitatiuè, & vt ſtatua concurreret ad pol-
lutionem, vt docet Diana *p. 9. tract. 9. reſ.* 1. contra
Pelizarium *tom. 1. tractat. 4. capit. 3. num. 7.* ſed
quando circumſtantiæ tantum differunt in gene-
re entis non ſunt neceſſario explicandæ; ergo.
Verùm licet omnes hæ opiniones aliquam 19
habeant probabilitatem, etiam ſtando *in decreto
Alexandri VII. propoſitione* 24. ſub anathema
damnantis opinionem illorum, qui dixerunt mol-
litiem, ſodomiam, beſtialitatem eſſe peccata eiuſ-
dem ſpeciei, ſiquidem prædicti Authores tale
quid non aſſerunt, ſed ſolum dicunt, qualita-
tem perſonæ; cum qua fuit habita mollities non
eſſe explicandam, quod tamen non dánauit Pon-
tifex, nec de hoc tractat decretum; Hoc tamen 20
non obſtante dico, qualitatem perſonæ cum qua
fuit habita mollities; vel ſodomia neceſſario ex-
plicandam eſſe in confeſſione, etiam dante, & con-
ceſſo quod illi modi committendi mollitiem, vel
ſodomiam cum maſculo, vel fœmina non diſtin-
guantur ſpecie in genere moris, vt vult Cara-
muel. *in Theologia fundamentali, num.* 1707. con-
tra Borgiam *quæſt.* 5. Dicaſtillum, *de iuſtitia lib.* 1.
d. 3. *dub.* 8. *num.* 282. ita expreſsè docet ipſe Cara-
muel *in Theologia fundamentali, num.* 1707. Ego
ipſe *in noſtro Directorio Confeſſariorum p. 1. tract.
5. d. 8. n.* 439.
Ratio fundamentalis eſt, quia in præcepto, 21
quod dirigit ſemen ad generationem, & prohibetur
quod effundatur contra naturam, dantur plures
partes eterogeneæ, & diuerſæ rationis, nam de-
ciſio ſeminis, vt ſit connaturalis petit primo,
alterius perſonæ contactum, ſecundo eiuſdem
ſpeciei, tertio diuerſi ſexus, quarto in vaſe legi-
timo, quinto non in præpoſtero, & vt ſit licita,
petit ſexto vt ſit inter maritum, & vxorem, ſi
ergo detur deciſio ſeminis illicita tactibus alte-
rius non in vaſe legitimo, nec in præpoſtero,
tunc adhuc poteſt illi deficere quod ſit tactu al-
terius perſonæ eiuſdem ſpeciei, & alterius ſexus;
ergo ſi non ſit perſona alterius ſexus, & eiuſ-
dem ſpeciei, totum id explicandum eſt, vt ex-
plicetur tota entitas peccati, nam ſi id non ex-
plicetur, & deficiunt huic deciſioni ſeminis non
ſolum illa connaturalitas vaſis legitimi, & vt ſit
licita, propriæ vxoris, ſed etiam deficit quod ſit
tactu perſonæ eiuſdem ſpeciei, & alterius ſexus;
ergo vt hæc entitas peccati declaretur, requiritur
vt pœnitens dicat in confeſſione quod commiſit
mollitiem cum perſona eiuſdem ſpeciei, ſed eiuſ-
dem, vel alterius ſexus cum perſona alterius
ſpeciei, ſcilicet, cum bruto, vel cum Dæmo-
ne, &c.

22 Verùm licet hæc ſententia ſic à me explicata
ſit vera, & communior inter Doctores, adhuc
exiſtimo prædictum conſulentem rectè confeſ-
ſum fuiſſe in ſatis probabili opinione, quam *ſu-
prà* retulimus, non explicando; An mollitiem
commiſerit cum viro, vel fœmina, ſed dicendo
illam habuiſſe cum alia perſona eiuſdem ſpeciei,
& ſic poſſe in poſterum confiteri ſi velit. Nec
ratio pro noſtra ſententia ſententiam illorum
Doctorum reddit improbabilem, poſſunt enim
23 prædicti Doctores ei reſpondere, connaturalita-
tem ſexus eſſe accidentalem in ordine ad molli-
tiem, & ſodomiam, nec variare hoc peccatum
in genere moris, ſed in genere entis, ac per con-
ſequens non pertinere ad integritatem peccati,
24 cum ſatis cooperatio complicis in vtroque pec-
cato explicetur dicendo ſe commiſiſſe ſodomiam,
vel mollitiem cum alia perſona eiuſdem ſpe-
ciei.

Vnde prædictus conſulens non tenetur iterare confeſſiones, & ſi verecundia premitur in explicando, an mollitiem, vel ſodomiam commiſerit cum viro, vel fœmina, poteſt ſolum dicere commiſiſſe ſodomiam, vel mollitiem habuiſſe cum ſocio, vel altera perſona, nec tenetur dicere, An mollitiem habuerit inter crura, vel brachia, vel in ore pueri, ſed ſufficit dicare, ſe cum ſocio habuiſſe mollitiem, vel pollutionem, vt docent Bonac. *de matrimon. quæſt.* 4. *p.* 11. *num.* 11. Diana *p.* 1. *tract.* 7. *reſol.* 52. Ego ipſe in noſtro directorio confeſſariorum *parte* 1. *tractat.* 5. *d.* 8, *num.* 462. & 464.

CONSVLTVM XC.

De Homicida qui voluntariè occidit Petrum v. gr. quem invincibiliter exiſtimavit Paulum, An incurrerit irregularitatem, & alias pœnas annexas dicto homicidio.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Qui occidit Petrum Clericum, putans inuincibiliter eſſe Franciſcum Clericum, in multorum ſententia non incurrit excommunicationem aut irregularitatem.*
3 *Probatur multorum Doctorum authoritate.*
4 *Probatur ratione.*
5 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
6 *Si quis voluit contrahere cum Maria primogenita Petri, & inuincibiliter contraxit cum Antonia ſecundo genita Petri, non contraxit matrimonium.*
7 *Tale Matrimonium fuit nullum, quia inuoluntarium.*
8 *Occiſio Petri non fuit peccatum externum, quia inuoluntarium.*
9 *Non ſufficit dare operam rei illicitæ, vt quis dicatur reus illius quod ignorabat.*
10 *Accedens ad mulierem ignorans inuincibiliter eſſe vxoratam dabit operam rei illicitæ, & tamen non commiſit adulterium.*
11 *Si quis volens adulterare cum Maria vxorata excludendo omnes alias fœminas vxoratas, ſi ignorantia inuincibili loco illius agnovit alteram vxoratam, non commiſit adulterium.*
12 *Peccauit tamen peccato fornicationis.*
13 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
14 *Ponitur alia inſtantia, & ſoluitur.*
15 *Ponitur alia inſtantia, & ſoluitur.*
16 *Qui occidit Petrum Clericum, putans inuincibiliter eſſe Franciſcum Clericum, melior ſententia tenet incurriſſe excommunicationem & irregularitatem.*
17 *Probatur authoritate Doctorum.*
18 *Probatur ratione.*
19 *Confirmatur prædicta ſententia.*
20 *Conſulens poteſt ſequi opinionem contrariam, tuta conſcientia, cum non ſit periculum quod tale crimen ſciatur in loco, in quo reſidet.*
21 *Argumentis factis ex iure pro noſtra ſententia facilè reſpondetur.*
22 *Primo argumento ex ratione reſpondetur.*
23 *Reſpondetur eius confirmationi.*
24 *Dato quod prædictus conſulens in prædicto caſu, ſtando in noſtra ſententia, incurrerit irregularitatem, cum eo poteſt Epiſcopus diſpenſare.*
25 *Quando delictum eſt publicum in vno loco, & occultum in alio, in quo non eſt ſpes, quod publicetur, poteſt Epiſcopus vigore Tridentini diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali, etiam culpabili contracta.*
26 *Probatur multorum Doctorum authoritate.*
27 *Hoc homicidium fuit caſuale culpabile, & eſt occultum in loco, in quo reſidet conſulens, & non eſt timor quod ibi publicetur.*
28 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali contracta, etiam quando eſt publicum, ad minores ordines, & ſimplex beneficium, & officium curæ.*
29 *Tridentinum non abſtulit ab Epiſcopo facultatem, quam antea ex iure habebat ad diſpenſandum in irregularitate ex homicidio caſuali culpabili publico.*
30 *Tridentinum circa homicidium caſuale, etiam culpabile nihil diſpoſuit.*
31 *In hoc homicidio non interuenit voluntarium directum.*
32 *Tridentinum ſolum excepit homicidium voluntarium directum.*
33 *Homicidium voluntarium directè ſolum dicitur, quod ſit de propoſito, & induſtria, & per inſidias.*
34 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum eo, qui in repentina rixa aliquem, etiam voluntariò occidit, non tamen per inſidias, ſed ex repentina ira.*
35 *Tale homicidium eſt caſuale, licet fuerit culpabile, & volitũ, non ſolum in cauſa, ſed in ſe.*
36 *In hac irregularitate, etiam regulares poſſunt diſpenſare.*
37 *Regulares poſſunt diſpenſare cum ſæcularibus in omnibus caſibus, in quibus iure ordinario poteſt Epiſcopus diſpenſare.*
38 *Epiſcopus iure ordinario, & non extraordinario poteſt in hac irregularitate diſpenſare.*

CASVS

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN Ciuitate Bahiæ in Braſilica regione procurauit Petrus occidere Franciſcum Clericum, & cum quadam die in quadam Eccleſia ei fuiſſet obuius Ioannes Clericus, putans inuincibiliter eſſe Franciſcum Clericum, cum quo ipſe Ioannes multum ſimilis erat, exploſit in eum ſclopetum, & occidit illum, poſtea ſciens eſſe Ioannem Clericum, & non Franciſcum, maximè de homicidio dolens, profectus eſt in Luſitaniam, vbi crimen omnino erat ignotum, & volens inſigniri ordinibus ſacris.

Quæſiuit à me primo. An per tale homicidium Clerici, quod commiſit, incurrerit irregularitatem, excommunicationem, & alias pœnas contra Clerici homicidas in iure poſitas, ac per conſequens maneret inhabilis ad accedendum ad ſacros ordines ſine diſpenſatione? Secundo, An dato quod eas omnes pœnas incurrerit, quis poſſit cum eo diſpenſare ad ſuſcipiendum ordines ſacros?

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An Per tale homicidium Ioannis Clerici, quem putabat eſſe Franciſcum Clericum, incurrerit irregularitatem, & omnes pœnas contra occidentes Clericos ſtabilitas, ac per conſequens maneret inhabilis ad ſuſcipiendos ſacros ordines ſine diſpenſatione?

2 REſpondi non eſſe improbabilem ſententiam aliquorum doctorum dicentium talem homicidam in præſenti caſu non incurriſſe excommunicationem, nec irregularitatem, nec alias pœnas Clerici homicidæ impoſitas. Ita Fagund.
3 *in quinque Eccl. præcepta. præcept. 2. lib 4. c. 4. n. 15.* referens Suarium, *tom 5 de cenſuris d. 22. ſect. 1. num. 54.* & alij, quos refert Henriquez *lib. 14. c. 13. num. 1.* Pater F. Ludouicus à Conceptione *in ſuo examine veritatis, tom. 1. tr 5. de Sacramento pœnitentiæ caſu 6. n. 2.* & videtur approbare Lugo *de iuſtitia tom. 1. d 7. num. 25.* vbi ait, Aliqui addunt, quod ſi volens occidere vnum Clericum, alium Clericum per errorem occidit, eum non agnoſcens, non incurrere excommunicationem, quia occiſio illius Clerici non fuit ſibi voluntaria, licet voluerit Clericum occidere; ſic Lugo, & Probatur *ex l. item apud Labeonem 15. §. interdum 45. ff. de iniuriis, & ex textu in l. cum, qui §. at cum aliquos, ff. de iniuriis.*

4 Ratio autem eſt: Quia Petrus intendens occidere in Eccleſia Franciſcum Clericum inimicum ſuum, nullo modo intendebat occidere Ioannem ſimiliter Clericum, clericalique habitu indutum, nec de facto occideret, ſi ea ignorantia concomitante Franciſcum non reputaret, omnem enim vt ſuppono diligentiam adhibuit ad cognoſcendum Franciſcum, & ea ignorantia inuincibili eum reputauit, eo quod cum eo haberet magnam ſimilitudinem, ergo nullum externum commiſit peccatum, ac per conſequens non incurrit cenſuram, nec irregularitatem, quæ dari non poſſunt ex delicto ſine peccato. Antecedens eſt certum, vt ſupponimus. Conſequens vero probatur. Quia nulla actio externa eſt peccatum, quin ſit imperata à libera voluntate, vel volita; Atqui nullus præceſſit actus liber à quo ortum haberet externa Ioannis occiſio, cum ſolum intenderet Franciſcum ſimiliter Clericum occidere, quem non occidit: ergo externa Ioannis occiſio peccaminoſa non fuit; ergo nec inductiua fuit excommunicationis, vel irregularitatis, nam hæ ſemper ſupponunt actum externum peccaminoſum, & non ſufficit internum tantum peccatum, ſicut nec violatur Eccleſia, aut polluitur, niſi externum apponatur ſacrilegium, quale hic non fuit.

Dices Petrus intendens occidere Franciſcum Clericum, nec ſtatus clericalis, aut habitus, nec loci ſacri ignorantia laborauit, ſed verè in Eccleſia hominem Clericum cognitum occidit; ergo verè duplicis ſacrilegij externi reus fuit; ergo & violauit Eccleſiam, & excommunicationem, & irregularitatem ex ſuo delicto incurrit. Reſpondetur diſtinguendo antecedens, Petrus non laborauit ignorantia ſtatus clericalis vt ſic, concedo, non laborauit ignorantia circa ſtatum clericalem Ioannis nego; ergo occidens Ioannem Clericum, quem inuincibiliter putauit Franciſcum ſimiliter Clericum in Eccleſia, fuit reus duplicis ſacrilegij nego; Ratio eſt, quia Petrus non occidit Ioannem ex odio in ſtatum clericalem vt ſic, ſed ex odio in talem Clericum, ſcilicet Franciſcum, quem tunc ignorauit; vnde ſcientia illa ſtatus clericalis vt ſic, per accidens fuit, & de materiali ſe habuit, quod patet hoc exemplo. 5

Nam ſi quis volens contrahere matrimonium cum Maria primogenita Petri, & errore inuincibili cum filia ſecundo genita Petri contraxit, matrimonium eſt nullum, & tamen volens contrahere cum primogenita Petri, implicitè voluit cum muliere filia Petri contrahere; ergo licet volens occidere Franciſcum Clericum, implicitè vellet occidere hominem Clericum, non ob id ei erit voluntaria occiſio Ioannis Clerici, ſicut volitio implicita fœminæ, non ſufficit ad reddendum voluntarium & validum matrimonium de facto contractum; ergo ſicut illud matrimonium de facto nullum eſt, quia inuoluntarium; poſita non ſolum cognitione fœminæ, ſed etiam cognitione filiæ Petri, qui primogenitam ignorauit, ita occiſio Ioannis Clerici erit inuoluntaria, licet & rationem hominis, & ſtatum clericalem agnouiſſet, implicitéque voluiſſet, quia Franciſcum, quem intendebat occidere ignorauit. 6 7

Confirmatur: Quia ſi quis intendens ſuum equum occidere, alium equum ex ignorantia occidit, non eſſet illi talis occiſio voluntaria, licet aliàs, eſſe equum cognoſceret; ſic ergo licet Petrus cognoſceret, eſſe Clericum illum, quem occidit, quia hoc tamen vt ſic non intendebat, ſed talem; v. gr. Franciſcum, & hunc ignorabat, hinc eſt, quod hic, & nunc, fuit illi talis occiſio ſaltem non voluntaria, proindeque externum ſacrilegium non commiſit, nec incurrit excommunicationem, vel irregularitatem. 8 9

Dices dari diuerſam rationem in noſtro caſu ab ea, quæ in adductis exemplis; ſiquidem in

exemplis

exemplis adduxit, non adeſt prohibitio aliqua ob quam operans det operam rei illicitæ, in noſtro autem caſu adeſt præceptum naturale prohibens homicidium; ergo Petrus cognoſcens eſſe hominem, tenebatur abſtinere ab occiſione. Reſpondetur non ſufficere dare operam rei illicitæ, vt quis dicatur reus illius, quod ignorat,
10 vt patet in hoc exemplo, ſi Petrus accedat ad mulierem ignorans eſſe vxoratam, non committit adulterium, & tamen dat operam rei illicitæ; ergo licet Petrus occidens Ioannem Clericum daret operam rei illicitæ, quia tamen ignorabat illum eſſe Ioannem, non ob id incurrit ſacrilegium.

11 Dices; ergo ſi quis volens adulterare cum Maria, excludendo omnes alias fœminas vxoratas, & ingreſſus domum eius, cognouit ibi aliam etiam vxoratam viſam ſibi Mariam omnibus ad id diligentiis adhibitis, iſte non peccaret peccato adulterij; Patet conſequentia, quia non adulterauit cum ea, cum qua ſolebat adulterare. Reſpondetur cum P. Fr. Ludouico à Conceptione *in ſuo examine veritatis tom.* 1. *tract.* 5. *caſu* 6. *num.* 24. concedendo ſequelam, ob paritatem rationis.

Dices; ergo nec peccauit peccato ſimplicis fornicationis. Patet conſequentia, quia per nos etiam Petrus non peccauit peccato homicidij cum hominem ſcienter occiderit; ergo licet ille ſcienter mulierem agnoſceret, non peccaret peccato fornicationis, eo quod non peccauit cum
12 ea, quam ipſe intendebat. Reſpondetur negando illationem. Ad probationem Reſpondetur, dari diuerſam rationem; nam ille actus non poteſt extrahi à libidinis ratione, eo quod in exteriori ſe quis polluat, & voluntariè contra præceptum ſe non polluendi. qui enim vult rem habere cum Maria, licet alias excludat fœminas, & habet voluntatem adulterandi contra, ſpeciale præceptum, & ſe polluendi contra aliud diſtinctum præceptum, & certè independens ab eo, quod cum hac, vel illa ſit fœmina.

13 Dicet etiam ille, qui vult occidere Franciſcum Clericum habet intentionem faciendi ſacrilegium in Franciſco Clerico contra ſpeciale præceptum, & voluntatem faciendi homicidium contra diſtinctum etiam præceptum non occidendi: Reſpondetur dari diuerſam rationem, nam immunditia vt culpabilis ſit, ſufficit quod fiat cum aduertentia intellectus; cum qualibet voluntate illam procurandi, & habendi, licet alias non ordinetur vt medium ad fornicationem, vel adulterium, quod tamen non accedit in exploſionem ſtlopeti, vel proiectione ſagittæ, nam talis exploſio, ſeu proiectio, non eſt mala quia cum aduertentia, & voluntate fiat, ſed vlterius requiritur, quod ad finem prohibitum. & volitum tanquam medium ordinetur; cum autem exploſio illa ſtlopeti ſolum fuerit volita in ordine ad occidendum Franciſcum Clericum, nam occiſum, non potuit habere in exteriori malitiam finis, ſiquidem finis inuentus non fuit opere conſecutus, & propter hoc non eſt illa exploſio ſtlopeti exterius peccaminoſa, qui non fuit coniuncta voluntariè cum fine intento, & aliàs non erat prohibita, vt pollutio cum aduertentia habita, & procurata, cum ſit ſecundum ſe prohibita, quia mala, ideo externi peccati malitiam induit, & cum aliàs ſit quantum eſt ex ſe per accidens coniuncta cum debito ſexu, per accidens amittit rationem peccati contra naturam, induitque quod minus eſt, & tanquam ſpeciem ſimplicis fornicationis malitiam, tam ex interpretatiua voluntate ſe polluentis, quam ex facto ipſo indebito ſexu per accidens contingente, & ex ſuppoſitione illius per ſe conſtituentis ad minus ſimplicis fornicationis peccatum.

Dices: Exploſio illa ſtlopeti pro hic, & nunc eſt 14
libera; ergo eſt bona, vel mala, non bona, vt patet, ergo mala: ſed eſt coniuncta cum hominis occiſione: ergo re vera eſt homicidium, ac per conſequens ſacrilegium, ac per eam inducitur irregularitas, & excommunicatio, & Eccleſiæ violatio. Reſpondetur: exploſio illa ſtlopeti pro hic, & nunc eſt libera diſtinguo, eſt libera prout ab effectu finis intenti procedit, concedo antecedens prout de facto cum talis Clerici occiſione coniungitur nego, ergo eſt mala; diſtinguo ſimiliter, eſt mala affectiuè ratione finis intenti concedo conſequens, ratione effectus ſecuti nego.

Dicet. Sufficit quod ſit exterius libera ad hoc 15
vt ſi effectus ſecutus ſit aliàs malus ſit voluntarius. Reſpondetur negando antecedens, & ratio eſt, quia ſi quis liberè mittat ſagittam dum venatur in obiectum exiſtimatum feram; cum ſit homo, talis proiectio ſagittæ libera eſt, nullatenus mala, licet effectus ſecutus ſit malus, ſcilicet hominis occiſio; ergo eodem modo in noſtro caſu. Nec obſtat ſi dicas in hoc exemplo hominem non fuiſſe præuiſum, cum alias obiectum inuincibiliter putaretur fera à ſagittario, quod tamen non occidis in noſtro caſu cum Petrus hominem Clericum, & non feram præuiderit. Non obſtat, inquit; Reſpondetur namque, quod ſicut in dicto exemplo, quia inuincibiliter non fuit præuiſus homo, nullatenus imputatur effectus, ſic quia in noſtro caſu non præuiſus fuit inuincibiliter ille, quem homicida intendebat, nullatenus ſecutum homicidium formaliter eſt tale, nec ad culpam exteriorem imputatur.

Verùm licèt hæc ſententia ſic explicata ſatis 16
probabilis ſit; Contraria verior & probabilior eſt. Ita cum Corduba, Ledeſma, & aliis Sanchez *lib.* 9. *de matrimonio, d.* 32. *num.* 27. Corneio *d. vltima, de cenſuris in genere, dub.* 2. Candidus *diſquiſitione* 22. *art.* 31. *dub.* 10. & cum Veiga, Sairez, Henriquez, Leander, *de cenſuris tract.* 1.
d. 9. *quæſt.* 10. & penes illum omnes Thomiſtæ 17
cum D. Thoma 1. 2. *quæſt.* 16. *artic.* 3. Bonacina *d.* 1. *de cenſuris q.* 2. *p.* 3. *num.* 20. Molina *d.* 30. & 53. *num.* 2. Caſtro Palaus *tom.* 1. *tract.* 2. *de peccatis, d.* 1. *p.* 17. *num.* 3. ego ipſe *in noſtro Directorio Confeſſariorum, parte ſecunda, tractat.* 12. *de cenſuris d.* 1. *numero* 174. & patet *ex l. cum, qui innocentem* §. *ſi iniuria, ff. de iniuriis*, & ex aliis iuribus.

Ratio autem eſt, quia ignorantia non excuſat 18
ab ea parte malitiæ, quam quis agnoſcit, & voluntariè exequitur in obiecto, ſed iſte agnouit illum, quem occidit eſſe hominem, & Clericum; ergo ignorantia non potuit eum ex hac parte liberare, ſiquidem percuſſus iuſte conqueritur, quod videns eum eſſe hominem, & Clericum, ſponte percuſſerit, cum id malum, & damnum vitare teneretur.

Confirma

19 Confirmatur primo. Quia licet iſta percuſſio fuerit inuoluntaria reſpectu perſonæ in particulari, ſcilicet reſpectu Ioannis, ratione erroris, & ignorantiæ inuincibilis, fuit tamen voluntaria ratione ſacrilegij, aut iniuriæ factæ ſtatui clericali; ſed contra hanc percuſſionem lata eſt excommunicatio; & irregularitas; ergo Petrus occidens Ioannem clericum inuincibiliter putans eſſe Franciſcum ſimiliter clericum, & incurrit excommunicationem, & irregularitatem. Confirmatur 2. quia qui ex ſua actione videt ſecuturum homicidium, & voluntarie non impedit, ſi ſequatur reus eſt homicidij; ſed in hoc caſu Petrus videbat ex ſua actione ſecuturum homicidium, & voluntarie non impediuit, cum poſſet ſi vellet, ergo reus fuit homicidij ſecuti, proinde quo excommunicationem, & alias pœnas incurrit.

20 Verum licet hæc ſententia communior, & probabilior ſit, adhuc exiſtimo prædictum conſulentem poſſe priorem contrariam amplecti, ſecundum quam nec in foro conſcientiæ incurrit excommunicationem, vel irregularitatem, nec commiſit ſacrilegium, aut Eccleſiam violauit, & cum de præſenti verſetur in ciuitate longinqua à loco vbi homicidium patratum fuit, in quo ſciri non poteſt, nec in notitiam hominum iſtius Regni tale factum venire, vt ſuppono, procul dubio abſque vlla diſpenſatione poteſt ordinari, & ad ſacros ordines aſcendere. Ita F. Ludouicus à Conceptione, *in ſuo examine veritatis, tom. 1. tract. 3. caſu 6. n. 1. &* 2. Nec rationes pro noſtra ſententia adductæ reddunt hanc opinionem improbabilem ſi quidem.

21 Ad illum textum, *ex l. cum qui* 18. §. *ſi iniuria ff. de iniuriis.* Reſpondetur textum illum intelligi de eo, qui alicui vult iniuriam facere, non quatenus talis eſt, ſed vt quidam eſt indefinite, ad quod per accidens ſe habet quod Petrum, vel Paulum exiſtimet, cum ſit Ioannes, vt cum tempore belli inter Luſitanos, & Iberos, Luſitanus ſolebat occidere Iberum, quemcumque, vt hucvſque faciebant, per accidens namque tunc erat, quod eſſet Petrus, vel Paulus, cum Luſitanus non hunc, vel illum in particulari, ſed quemcunque Iberum vellet occidere.

22 Ad primam rationem Reſpondetur, concedendo maiorem. Ad minorem Reſpondetur, ſed iſte cognouit illum, quem occidit eſſe hominem, & clericum vt ſic concedo, eſſe talem hominem & clericum nego, deinde negatur conſequens, nam ipſe non occidit hunc clericum ex odio in ſtatum clericalem, vel in naturam humanam, ſed in talem hominem, & clericum, quem cum non occiderit, ſed alium hominem & clericum, quem non volebat, eius actio non fuit voluntaria. vnde percuſſus ſi ſciret ignorantiam occidentis non iuſte de eo conquereretur, nam licet vidiſſet illum eſſe hominem, & clericum, inuincibiliter exiſtimauit eſſe Franciſcum inimicum ſuum, quem ille intendebat occidere, & non Ioannem, quem forte, & præter ſuam intentionem occidit.

23 Ad 1. Confirmationem reſpondetur negando iſtam percuſſionem fuiſſe voluntariam reſpectu iniuriæ factæ ſtatui clericali, ſiquidem iſte homo non percuſſit ex odio in ſtatum clericalem vt ſic, ſed ſolum intendit occidere Franciſcum inimicum ſuum alias clericum, vnde circunſtantia clericatus per accidens fuit reſpectu illius percuſſionis. Ad ſecundam. Confirmationem Reſpondetur qui ex ſua actione videt ſecuturum homicidium, ſi ſequatur reus eſt homicidij diſtinguo, reus eſt homicidij, quia vult illud quod ſequi prænidetur concedo maiorem, ſi non velit nego maiorem, & ad minorem ſimiliter diſtinguo, ſed in caſu propoſito videt Petrus ſecuturum homicidium diſtinguo, quod vult, & exiſtimat ſecuturum nego minorem, quod non vult, neque ſecuturum putat nego ſuppoſitum, quia quod vult ſequi homicidium nullatenus videt, ſiquidem illius ignorantia laborat, per quod patet ad replicam.

RESPONSIO AVTHORIS
SECVNDO QVÆSITO.

An dato quod incurrerit per tale homicidium excommunicationem, & irregularitatem quis poſſet cum eo diſpenſare ad ſuſcipiendos ordines ſacros?

RESpondi quod dato quod incurrerit prædictam irregularitatem in probabiliori ſententia in præſenti caſu poſſe in irregularitate Epiſcopum diſpenſare. 24 Ratio eſt, quia quando delictum eſt publicum in vno loco, & occultum in alio, in quo non eſt ſpes vt publicetur, poteſt 25 Epiſcopus vigore Tridentini diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali, etiam culpabili contracta, vt docet Fagundez. *de præceptis Eccleſiæ, cap. 2. lib. 8. cap.* 8. *n.* 28. Auila, *de cenſuris p. 2 cap. 7. d. 1. dub. 11. concluſ.* 3. Sanchez, *in ſumma, lib. 2. cap. 11. n. 20.* Duardus, *in bullam cœnæ lib. 3. §.* 2. *q. 11. n. 10.* Machado, *de perfecto confeſſore, tom.* 26 2. *lib. 4. p. 6. tract. 12. docum 4. n. 2.* Diana *p. 7. tract. 2. reſol.* 56. Auſonius, *verbo Epiſcopi iuriſdictio in irregularitates; n.* 24. Sed huiuſmodi delictum 27 fuit caſuale, & de facto eſt occultum in loco in quo reſidet homicida, nec eſt timor, aut ſpes quod illic deueniat illius notitia cum fuerit commiſſum in Braſilica à regione, vbi homicida non erat notus, & per eius receſſum omnino res in obliuionem deſiit, licet fuerit culpabile; ergo optime poteſt cum eo Epiſcopus diſpenſare.

Confirmatur. Quia Epiſcopus poteſt diſpenſa- 28 re in irregularitate contracta ex homicidio caſuali, etiam quando eſt publicum ad maiores ordines, & ſimplex beneficium, & officium curæ, vt docet Caſpenſis, *in curſu Theologia tom. 2. tract. 25. d. 5. sect. 17. n. 119.* Auila, *de cenſuris, p. 7. d. 6. sect. 5. dub. 2. n. 2. in gloſſa litera R.* Sairus, *de cenſuris, lib. 7. n. 20.* & alij, quos citat, & ſequitur Marchinus *de ſacramento Ordinis, tract. 1. parte 9 cap. 1. difficultate. & n. 3* Diana, *p. 7. tract. 1. reſol. 41.* Auſonius, *in ſumma Diana verbo Epiſcopi iuriſdictio quoad irregularitates, n. 22.* Et patet, *ex cap. conſiituebatur, & cap. ad audientiam de homicidio*, ſecundum quæ iura Epiſcopi ante Tridentinum potiebantur facultate diſpenſandi in irregularitate orta ex homicidio caſuali, etiam publico, quam fa- 29 cultatem Tridentinum ab eis non abſtulit, ſiquidem circa homicidium caſuale nihil innouauit, vt probat Marchinus, *de ſacramento ordinis tract. 1. p. 9. cap. 1. difficult. 3. n. 9.* Diana, *p. 7. tract 2. reſol. 31.* 30 Sed hoc homicidium fuit omnino cauſale, cum tale quid homicida non intentauerit, ergo licet ſit publicum, in irregularitate ex eo contractu poteſt Epiſcopus diſpenſare.

 Nec

Nec obſtat ſi dicas in hoc homicidio interce-
dere ſaltem voluntarium indirectum, imo & di-
rectum, cum ex intentione, & animo delibera-
to hominem clericum occiderit; ſed Epiſcopus
non poteſt diſpenſare in homicidio voluntario,
etſi ſit occultum, vt patet ex *cap. liceat in Triden-*
31 *tino*; ergo multo minus poterit in hoc diſpenſa-
re, cum ſit publicum. Reſpondetur negando in
hoc homicidio interueniſſe voluntarium directum,
cum homicida talem clericum, nullo modo vellet
occidere, dato tamen quod aliquod voluntarium
indirectum intercederet, de quo etiam eſt dubium.
32 Reſpondeo, adhuc Epiſcopum poſſe cum eo diſ-
penſare, quia Tridentinum ſolum excepit Epiſco-
pis homicidium voluntarium, etiam occultum, ſed
homicidium voluntarium ſolum dicitur illud, quod
fit de propoſito, & de induſtria, & per inſidias, vt
tenet Auſonius verbo Epiſcopi iuriſdictio quoad
irregularitates, *n.* 22. & cum Barboſa, Marchino,
33 Aluin, Caſpenſe, Maſuchello, Diana, *p.7 reſol.*
32. Ergo cum hoc homicidium fuerit caſuale, li-
cet fuerit culpabile per aliquod voluntarium indi-
rectum, adhuc poterit in eo Epiſcopus diſpenſa-
re, vt cum Marchino docet Auſonius *in ſumma,*
Diana, *verbo Epiſcopi iuriſdictio quoad irregula-
ritates*, *n.*2. Diana, *p.7.tract.2.reſol.* 31.
34 Confirmatur quia in aliquorum ſententia Epiſ-
copus poteſt diſpenſare cum eo, qui in repentina
rixa aliquem etiam voluntarie occidit, non per in-
ſidias, vel ex conſilio, vel matura deliberatione,
ſed ex repentina ira, quia tale homicidium eſt ca-
ſuale, licet fuerit culpabile, & volitum, & non ſo-
lum in cauſa, vt dicit Sairus *de cenſuris, lib.7.cap.7.*
35 *n.*8. & alij, quos refert Diana, *p.1.tr.15.reſol.*91. Sed
etiamſi ſit volitum in ſe, non ex animo omnino
deliberato, ſed caſu ex ſubita ira, & rixa, vt cum
Perez, Salzedo, Rodriguez, Auila, Coninc. tenet
Diana, *p.1.tract.15.reſol.*19. & cum Caſpenſe, &
Mazuchello idem Diana, *p.7.tract.2. reſol.* 23. Sed
homicidium de quo eſt ſermo, nec in ſe fuit voli-
tum, etiam in ſubita rixa, nec in cauſa cum fuerit
omnino caſuale, & aliàs ſit occultum, in loco in
quo poſtulatur ab Epiſcopo diſpenſatio, optime
in illo poteſt Epiſcopus diſpenſare, licet in eo in-
tercederet aliquod voluntarium indirectum, ſiue
etiam directum, cum fuerit omnino caſuale.
36 Sed Quæres, An etiam in hoc caſu cum hoc ho-
micida poſſint regulares per ſua priuilegia quoad
hanc irregularitatem diſpenſare? Reſpondeo af-
firmatiue. Nam confeſſores regulares poſſunt diſ-
penſare cum ſæcularibus in omnibus irregularita-
tibus, in quibus poſſunt iure communi Epiſcopi
37 diſpenſare, vt conceſſit Sixtus IV. bulla 9. quam
poſtea confirmauit Iulius II. vt cum Rodriguez,
Veiga, Henriquez, Portel, Belaſio, Baſæo, Vrbano,
Murcia, Lezana diximus, *in noſtro Directorio Re-
gularium, p.1.tract.2.d.3.n.*63. Vbi hoc latius pro-
baui, & *in noſtro Directorio Confeſſariorum, p.2.
tract.* 13. *d.*3. *num.* 332. Sed Epiſcopi iure ordina-
rio poſſunt diſpenſare in prædicta irregularitate
vt patet, *ex cap. continebatur, & cap. ad audien-
tiam*, vt *ſuprà* diximus; ergo etiam in ea poſ-
38 ſunt confeſſores regulares mendicantes; & cum
eis communicantes diſpenſare. Sed hæc ſaluo me-
liori iudicio.

CONSVLTVM XCI.

De quadam diſpenſatione ad matrimonium, An fuerit nulla ex defectu narrationis cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Diſpenſatio ad ducendam conſanguineam data cauſa, ne fœmina maneat innupta, ex defectu dotis verificatur, ſi fœmina actualiter nihil poſſideat, licet expectet magnam hæreditatem parentum.*

3 *Ius ad hæreditatem poſt mortem patris non tribuit filia dominium viuente patre, quo tempore diſpenſatio fuit conceſſa.*

4 *Cauſa huius diſpenſationis verificatur ſi fœmina ratione copulæ habitæ cum conſanguineo indigeat maiori dote, quam poſſet habere ex hæreditate patris.*

5 *Iſta fœmina in ordine ad matrimonium vere eſt pauper, & ob defectum dotis maneret innupta, ſi cum conſanguineo, à quo deflorata eſt non contraheret matrimonium.*

6 *Paupertas allegata vt cauſa, non eſt abſoluta, ſed reſpectiua ad dotem ad matrimonium.*

7 *Dos quæ ante copulã cum conſanguineo ad ducendum cum alio erat ſufficiens poſt copulam iam non eſt ſufficiens, niſi ad ducendum conſanguineam.*

8 *Quo plura vitia fœmina habet, eo indiget ampliori dote ad nubendum.*

9 *Pontificis mens eo tendit, vt iſta fœmina ratione dotis non maneat innupta.*

10 *Cauſa finalis in hac diſpenſatione eſt Mariam innuptam fore permanſuram ex defectu dotis ſufficientis.*

11 *Poſita tali infamia, hæc fœmina permanſura erat innupta ex defectu dotis, ſi non contraheret cum prædicto conſanguineo.*

12 *Parum refert quod cauſa finalis ex hac, vel illa probatione verificetur.*

13 *Qui petit diſpenſationem cum implicat conditionẽ, ſi quod ago non valet, valeat vt valere poteſt.*

14 *Non eſt neceſſe explicare in narratiua copulam præceſſiſſe.*

15 *Inceſtus habitus cum conſanguinea non eſt impedimentum dirimens.*

16 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

17 *Si Papa in diſpenſatione ponat clauſulam, dummodo copula non interfuerit, ſi diſpenſatio fuit pro foro externo, & de copula tantum detur infamia, vel ſemiplena probatio, & contrahentes interrogati illam licite, vel illicite negent, valet diſpenſatio.*

18 *Contrahentes, ſi de copula habita detur infamia, vel ſemiplena probatio, tenentur interrogati fateri illam habuiſſe.*

19 *Si ordinario in foro externo plene cõſtat de copula, & adhuc diſpenſat, diſpenſatio eſt nulla.*

20 *Si tantum detur infamia, vel ſemiplena probatio, & contrahentes licite, vel illicite negent copulam, valet diſpenſatio.*

21 *Licet de copula conſtaret, ſatis probabile eſt validam eſſe diſpenſationem.*

22 *Illa*

32 *Illa clauſula, dummodo copula non interfuerit,*
non eſt conditio, ſed modus.
33 *Si ponatur clauſula, dummodo copula non inter-*
fuerit ſpe facilioris diſpenſationis, & diſpen-
ſatio fuerit pro foro externo, ſi in foro externo
plene non conſtet de copula, valet diſpenſatio.
34 *Hæc diſpenſatio, de qua eſt præſens conſultum,*
tam in foro externo, quam interno fuit va-
lida, ſi contrahentes interrogati, licet illicite
negarunt copulam.
35 *Si contrahentes celebraſſent matrimonium in*
loco, vbi copula ignoratur, licite poſſent co-
pulam negare.
36 *Ponitur argumentum in contrarium.*
37 *Ponitur ſolutio prædicti argumenti.*
38 *Vt diſpenſatio ſit valida ſufficit, quod cauſa*
tempore quo Romæ diſpenſatio impetrata
fuit ſit vera.

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 PETRVS, & Maria conſanguinei in ſecundo
gradu lineæ tranſuerſalis petierunt diſpenſa-
tionem à Papa ad contrahendum matrimonium,
& dederunt cauſam, quod ſcilicet Maria non in-
veniret æqualem ſibi coniugem ob paupertatem
fundatam in eo, quod cum Maria eſſet filiafamilias,
non poſſidebat bona parentum ſuorum, qui aliàs
diuites erant, de quibus erat hæc filia legitima
hæres, inter eos tamen præceſſerat copula, & de
hac infamati erant, quam tamen in narratiua non
expoſuerunt.

Quæſitum fuit à me, an talis diſpenſatio eſſet
valida, ſi alias talis mulier abſque ampliori dote
alium æqualem non inueniret ſponſum, ob infa-
miam copulæ, cum ſuo conſanguineo præhabita,
vel illius infamia.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 REſpondi talem diſpenſationem eſſe validam.
Tum quia ſatis probabile eſt cauſam finalem
in narratiua declaratam fuiſſe veram. Et ratio eſt,
quia hic, & nunc, verum eſt Mariam eſſe paupe-
rem eo quod ius ad hæreditatem capiendam poſt
3 mortem parentum non tribuat illi dominium, ra-
tione cuius tempore conceſſionis diſpenſationis
poſſit eſſe diues, ergo tempore diſpenſationis Maria
vere pauper erat, & ita tenet Curialium practica.
Ita cum aliis à ſe conſultis, P. Fr. Ludou. à Conce-
ptione *in ſuo examine Veritatis, tom 1. tr. 1. caſu* 14.
n 1. Tum quia dato quod ratio poſita non ſit adeo
firma, alia probatur ratione. Nam Maria ratione in-
4 famiæ, quam ex copula cum ſuo conſanguineo con-
traxit, maiori indiget dote quam habet, vt cum
æquali ſibi contrahat matrimonium, nullus enim ei
æqualis cum ea ab alio viro non ſuo corrupta vellet
contrahere, niſi augmentata dote; ſed illa non habet
maiorem dotem, vt ſuppono; ergo in ordine ad
matrimonium vere eſt pauper, & ob defectum dotis
maneret innupta, ſi cum ſuo conſanguineo à quo
5 deflorata eſt non contraheret matrimonium; Patet
conſequentia, quia allegata paupertas in diſpenſa-
tione non eſt in ordine ad vitam agendã cœlibatã,
ſed in ordinem ad competentem dotem, vt patet.

6 Confirmatur; quia paupertas allegata, non eſt
paupertas abſoluta, ſed reſpectiua in ordine ſcili-
cet ad dotem, ad matrimonium ſufficientem; At-

qui eadem dotis quantitas perſeuerans, quæ an-
tea erat ſufficiens, ſcilicet ante copulæ diffama- 7
tionem, poſita publicitate copulæ, inſufficiens ſit,
vt patet; ergo in hoc caſu dos illa, quæ ante dif-
famationem copulæ ſufficiens erat, inſufficiens
manet poſt tale delictum, Patet conſequentia,
Nam quo plura vitia mulier habet, eo ampliori
indiget dote, qua illa vitia compenſentur, ita San-
chez, *lib 8 de matrimonio, d.* 19 *n.* 29. P. Fr Ludou. à 8
Conceptione *in ſuo examine veritatis, tu. 1. tract. 1.*
caſu 14. *n.* 2 & cum aliis Diana, *p.* 10. *tract.* 11. *reſ.* 42.

Tertio probatur: Nam Pontificis mens eo ten-
dit, vt Maria innupta non maneret, vt bene cum
Sancto, notat Diana *loco citato*; ergo parum re- 9
fert, hoc alio ex capite illi non relato dimanate, ſi
aliunde reuera futurum eſt, vt non poſita diſpen-
ſatione Maria innupta remaneat, niſi diſpenſetur.
Confirmatur quia cauſa finalis in hac diſpenſatio-
ne, & ſimilibus ſemper eſt Mariam innuptam fo- 10
re permanſuram ex defectu dotis ſufficientis, ſed
poſita prædicta infamia, vel alio defectu naturali;
Maria innupta permanſura eſt, ob defectum dotis, 11
eo quod poſita tali infamia copulæ, vel alio natu-
rali defectu, alium non inueniret virum, qui cum
ea vellet contrahere, niſi augmentata dote; ergo
cauſa finalis paupertatis allegata, ſiue talis redda-
tur ob infamiam copulæ, ſiue ob deformitatem
fœminæ, ſiue ob aliam cauſam, quæ ſi dos augere-
tur ceſſaret, ſemper eſt vera, quia intentio Pontifi-
cis eſt concedere diſpenſationem, ne Maria ma-
neat innupta ob defectum dotis.

Confirmatur 2. quia ſtante diffamatione co-
pulæ, Maria permanſura eſt innupta niſi diſpenſa-
tione appoſita cum tali conſanguineo matrimo- 12
nium iniret; Atqui parum refert quod cauſa fina-
lis ex hac, vel illa probatione iuſtificetur; ergo ſi
ſufficienter probatur ratione publicitatis copulæ, 13
& ex illius infamia reſultante, valida prorſus erit
talis diſpenſatio. Confirmatur 3. quia petentis in-
formatio diſpenſationem eam implicat conditio-
nem, vel voluntatem in illa regula iuris conten-
tam, ſcilicet ſi quod ago non valet vt ago, valeat
vt valere poteſt; Atqui valere poteſt hæc diſpen-
ſatio tum ratione criminis ob publicitatem mi-
nuentis dotem, & paupertatem reſpectiuam ad do-
tem conſtituentem, tum etiam ratione eiuſdem
criminis ob infamiam aliquo modo inducentis im-
poſſibilitatem ſaltem moralem, vt Maria contrahat
cum æquali, non poſita tali diſpenſatione; ergo
vno ex prædictis modis, vel omnibus ſupradictis
valet talis diſpenſatio.

Nec obſtat quod in petitione diſpenſationis ta-
cuerint prædicti contrahentes copulam præhabi-
tam & illius diffamationem. Reſpondetur namque 14
id non reddere nullam diſpenſationem, ſiquidem
non eſt neceſſe explicare in narratiua copulam
præceſſiſſe inter contrahendos conſanguineos vel
affines. Ita Aueſa, Perez, Præpoſitus, Hurt. Ocbo-
gauia & alij multi, quos refert, & ſequitur Dian. 8.
par. tr. 3. reſ 81. Rodrig. Nau. Henriq. Salz. Bernard.
Diaz, quos refert, & probabile putat Trull *lib.* 7.
praxi ſacram. c. 10. *dub.* 5. *n.* 7 Ego ipſe *in noſtro Di-*
rectorio Confeſſar. p. 1. *tr.* 11. *d.* 9. *n.* 584 contra Sanch.
Led. Filliuc. Bon. quos refert, & vt probabilius do-
cet Trull *ſuprà, n.* 3. Et ratio eſt; quia inceſtus habi-
tus cum conſanguinea non eſt impedimentum diri-
mens juxta veriorem ſententiam, & affinitas licet 15
præſtet impedimentum, eſt tamen iam abrogatũ ob
contrariã conſuetudinẽ; valet ergo talis diſpenſatio

ſuppreſſa copula in precibus oblaris,cum non ſint
narranda, niſi quæ iura præcipiant, quamuis illius
conditionis ſint, vt illis expreſſis Papa difficilius
diſpenſaret, ſed nullo iure cauetur quod copula
inceſtuoſa narretur ; ergo.
16 Dices id obſeruare ſtilum Curiæ Romanæ, vt
patet ex declaratione Cardinalium relata ab Ami-
co hic. *d.* 25. *ſect.*3.*n.*92. Reſpondetur primo de
tali ſtilo curiæ non conſtare, ſiquidem de illo nec
Nauarrus, nec Henriquez, aut Sà, vel etiam Dia-
na, qui Romæ ſcripſerunt de illo mentionem fa-
ciunt. Ita Reſpondet Diana. Secundo ad declara-
tionem Cardinalium Reſpondetur, Cardinales
reſpondiſſe ſecundum opinionem contrariam ,ſed
forſan non probabiliorem, vt cum Hurtado no-
tauit Trullenc. *ſuprà.n.*7.
17 Sed Quæres, quid dicendum ſit, Papa appo-
neret in diſpenſatione clauſulam, dummodo co-
pula non interfuerit, vt dicitur feciſſe in hac diſ-
penſatione? Reſpondeo quod ſi diſpenſatio fuit
pro foro externo, vt fuit hæc, & copula de-
tur tantum infamia, vel ſemiplena probatio, &
contrahentes interrogati illam, illicite negent, [te-
18 nentur namque exiſtente infamia, vel ſemiplena
probatione eam fateri) valere diſpenſationem.
Quia cum commiſſio facta fuerit ordinario pro
foro externo, pro eodem foro debet illa clauſula
intelligi, Sà *verbo diſpenſatio n.* 10. & cum Trull.
ego ipſe *in noſtro Directorio Confeſſariorum*,*p.*1.
*tract.*1. *d.*8 *n.* 587. Pontius, & alij quos refert, &
ſequitur Diana.*p.*8.*tract* 3. *reſol.*8.*& p.*10.*tract.*11.
19 *reſol.*44. *& p.* 11. *tract.*5. *reſol.* 56. Vnde ſi ordina-
rio in foro externo plene conſtet de copula, &
hoc non obſtante diſpenſet, diſpenſatio eſt nulla,
Trullenc. *ſuprà.n* 8 Secus ſi tantum detur infa-
mia, vel ſemiplena probatio & contrahentes licet
illicite negent, ita cum Sa, P Fr. Ludouicus à Con-
ceptione, *in ſuo examine veritatis, tom.*1.*tract.*1.
20 *caſu* 14 *n.* 6.& cum aliis Diana *ſuprà*, Et ratio eſt,
quia nullitas diſpenſationis. poſito quod Ponti-
fex dicat, dummodo copula non interfuerit, de-
pendet ex appoſitione conditionis ; ergo illa non
appoſita, valida erit, atqui non ponitur, etſi illi-
cite, dum crimen non fatetur, nec aliunde de eo
iuridice conuincitur, quidquid ſit de fama ; popu-
lique exiſtimatione; ergo.
Tum quia licet de copula conſtaret valida eſſet
21 prædicta diſpenſatio. Nam illa verba ; dummodo,
copula non interfuerit, non adiunguntur per mo-
dum conditionis, ſed vt quidam modus, vt do-
cet Henriquez apud Sanchez, *lib.*9.*de matrimonio*
d 25. *n.*12. *in fine*, P.Fr. Ludouicus à Conceptione,
22 *ſuprà*,*n.*7. Quidquid dicat cum aliis Diana.*p.*11.
tract. 5.*reſol.*56. Sed quando illa verba ponuntur
vt modus, & non vt conditio, datur abſoluta di-
ſpenſandi voluntas ; ergo talis diſpenſatio eſt va-
lida ; & ſi in ea talia verba apponantur: vide de
hoc latius prædictum Ludouicum, *ſuprà.*
Sed Quæres quid dicendum ſit ſi apponatur
non ſolum illa clauſula, dummodo copula habita
non ſit, ſed ſi etiam addatur, vel habita ſit ſpe
facilioris diſpenſationis: Reſpondeo, quod ſi com-
23 miſſio diſpenſationis eſt pro foro externo, ſi alias
in foro externo non conſtet, nec plene probe-
tur copulam fuiſſe habitam illa ſpe, valet diſpen-
ſatio. Ita cum aliis communiter Trullenc. *ſuprà,*
*n.*8. Ego ipſe *in noſtro Directorio Confeſſariorum,*
*p.*1.*tract.*11. *d.* 9.*n.* 588. & cum aliis Diana.*p.*10.
tract. 11. *reſol.* 44. Quid autem in vtroque caſu di-
cendum ſit quando diſpenſatio conceſſa eſt pro
foro, interno, ſiue copula ſit occulta, ſiue de ea de-
tur aliqua ſemiplena probatio ; vide me ipſum *in*
*noſtro Directorio Confeſſariorum. p.*1.*tract.*11.*d.*9.
ſect 8. *totam à n.*584.
Ex quibus omnibus concluditur, talem diſpen- 24
ſationem in caſu præſenti fuiſſe validam, ſi tales
contrahentes interrogati negent, licet illicite, præ-
dictam copulam. Sed quæres an dari poſſit ca-
ſus, quo interrogati de copula ipſi contrahentes
eam negent ſine peccato, manente diſpenſatione
valida? Reſpondi poſſe, ſi celebrarent matrimo-
nium in loco in quo copula ignoratur, & in quo 25
de ea nulla detur infamia, vel ſemiplena probatio,
vt ſi Petrus moretur in loco, vel oppido, in quo
Mariæ infamia ignoratur, & diſpenſationis com-
miſſio facta ſit parocho dicti oppidi, nam tunc ſi
eo petant, vt ibi contrahant matrimonium, & a
parocho interrogentur de copula, non tenentur
fateri, ſi abſque ſufficientibus indiciis interroget,
vt ſuppono, ac per conſequens valida erit diſ-
penſatio. Ita P. Fr. Ludouicus à Conceptione,
ſuprà, num. 8.
Dices ſi matrimonium contrahatur in loco vbi 26
Maria non eſt infamata de copula, iam non adeſt
cauſa diſpenſationis Et ratio eſt, quia cum in eo
oppido non ſit Maria de copula diffamata, non erit
pauper, ſiquidem vt *ſuprà* diximus infamia crimi-
nis commiſſi dotem minuebat, quod tunc ceſſat;
ergo verificari non poteſt illa vnica, & vniuerſa-
lis clauſula, ſcilicet Mariam manſuram fore innup-
tam ratione infamiæ ; ergo nulla tunc erit diſ-
penſatio, cum bonæ famæ in tali oppido exiſtens
æqualem ſibi poſſet reperire virum, cum quo
contraheret, verificabiturque illud Poetæ dictum,
incidit in Scyllam, cupiens vitare Carybdim, ſiqui-
dem fugientes peccatum, reddunt nullam diſpen-
ſationem. Reſpondeo tamen, adhuc negando ſe- 27
quelam, & ratio eſt quia forte in eo oppido non
inuenietur æqualis cui Maria nubere poſſit, & ſi
detur, forte Maria nollet, vel ob iuſtas cauſas vel
quia ſibi non placet illi nubere. Tum quia Maria
eo conuenit vt matrimonium contraheret, de quo
contrahendo publicitas erat in ſuo oppido, cum
enim iuxta communem ſententiam ſufficiat cu-
iuſquam contrahentis parochus poteſt in cuiuſque
oppido matrimonium celebrari.
Nec hoc erit in fraudem legis beneficio vti,
quia cum poſſit licite eo tendere, per accidens eſt
iuris effugere rigorem, & diſpenſationis beneficio
potiri, ita & bene P.Fr. Ludouicus à Conceptio-
ne, *ſuprà*,*n* 10. Tum quia vt diſpenſatio ſit vali-
da; ſufficit in ſatis probabili opinione, quidquid
alij in contrarium dicant, quos ego retuli, *in no-*
ſtro Directorio Confeſſariorum, *p.* 1.*tract.* 11. *d.* 9.
*n.*556. quod cauſa tempore, quo Romæ diſpenſa- 28
tio impetrata fuit, ſit vera, vt tenent Sa, *verbo*
*gratia, n.*6. *& clarius, n.*10. Salas, & alij apud Bo-
nacinam, quem refert, & ſequitur P. Fr. Ludo-
uicus à Conceptione, *ſuprà, n.*12. Sed tempore
quo diſpenſatio Romæ fuit impetrata aderat
prædicta infamia probans Mariam innuptam fore
manſuram, tum ob paupertatem reſpectiuam, ſci-
licet inſufficientis dotis, tum ob infamiam ipſam
ratione talis delicti, cum quo nullus ei æqualis
in nobilitate, etiam ſuperabundantiſſima aucta
dote, vellet nubere ; ergo valida eſt prædicta diſ-
penſatio, & ſi matrimonium celebretur in oppi-
do vbi Maria nulla laborat infamia, licet ibi in-
ueniretur

uenireτur æqualis, cum quo ſine diſpenſatione, nec tenori dote poſſet matrimonium contrahere, ſic cenſeo, ſaluo ſemper meliori judicio.

CONSVLTVM XCII.

De quodam ſuſcipiente ordines ſacros ante legitimam ætatem cum notabili circunſtantia, quas pœnas incurrerit, & quis cum eo poſſit diſpenſare.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Aliqui dixerunt ætatem ad ſuſcipiendos ordines computandam eſſe à die conceptionis, & non natiuitatis.*

3 *Probatur id ex aliquibus iuris textibus.*

4 *Quoad honores, & dignitates, & maioratus aliqui admittunt hanc computationem à die conceptionis.*

5 *Hæc ſententia quoad ordines communiter reiicitur.*

6 *Secundum ius canonicum ætas ad ordines computanda eſt à die natiuitatis.*

7 *Reſpondetur textibus, qui pro contraria parte aſſeruntur.*

8 *Iſte ordinatus ante legitimam ætatem, ſi eum bona fides non excuſauit, incurrit ſuſpenſionem ab exercitio ordinum ſuſceptorum ante legitimam ætatem, non vero quoad alios.*

9 *Ad incurrendam hanc ſuſpenſionem requiritur dolus, & temeritas.*

10 *Ab incurſu illius excuſat bona fides, & ignorantia, etiam culpabilis, dummodo non ſit affectata.*

11 *Iſte conſulens ſequendo opinionem ſupra relatam, licet fuerit cum formidine, & timore, non incurrit hanc ſuſpenſionem.*

12 *Non dicitur temerariè agere, qui ſecundum aliquorum doctorum ſententiam operatur.*

13 *Si durante hac bona fide miniſtrauit in ordinibus ſuſceptis non incurrit irregularitatem.*

14 *Etiamſi celebrauerit poſtquam cognouit dictam opinionem eſſe falſam non incurrit irregularitatem.*

15 *Qui bona fide ſine peccato ante legitimam ætatem ordinatus eſt, habet ius exercendi ordines quos ſine peccato ſuſcepit.*

16 *Stando in hac doctrina omnes caſus ſequentes huius conſulti corruunt.*

17 *Iſte conſulens mala fide ſuſcepit ordines, certum eſt incurriſſe dictam ſuſpenſionem.*

18 *Si iſte ſit ordinatus ante legitimam ætatem mala fide poſtea celebrauit, licet peccauerit, ſi abſit contemptus, in aliquorum ſententia, non incurrit irregularitatem.*

19 *Sententia quæ aſſerit incurriſſe irregularitatem eſt communis, & ſequenda.*

20 *Suſpenſio contracta ob hoc ordinato ante legitimam ætatem non fuit ad tempus, vt aliqui voluere aſſerere, ſed abſoluta, & debet tolli per abſolutionem.*

21 *Quando quis bona fide ſuſcepit ordines ante legitimam ætatem ſolum incurrit ſuſpenſionem vſque ad legitimam ætatem.*

22 *Si iſte conſulens celebrauit poſt ordines mala fide ſuſceptos ante legitimam ætatem incurrit irregularitatem.*

23 *Si delictum fuit publicum ſolum Papa poteſt tollere hanc ſuſpenſionem, & irregularitatem.*

24 *Si delictum fuit occultum poteſt tolli ab Epiſcopo, vel eius Vicario ex vi Tridentini.*

25 *Si delictum promotionis ante legitimam ætatem fuit occultum, poteſt Epiſcopus in irregularitate diſpenſare, licet celebratio fuerit publica.*

26 *Si hæc ſuſpenſio fuerit occulta, poteſt tolli per bullam Cruciatæ.*

27 *Per bullam non poteſt tolli irregularitas contracta ad celebrationem poſt dictam ſuſpenſionem.*

28 *Contraria ſententia probabilis eſt.*

29 *Si caſus deductus fuit ad forum contentioſum, & ibi non fuit probatus, adhuc Epiſcopus poteſt in hac irregularitate diſpenſare, & à ſuſpenſione abſoluere.*

30 *Lex Tridentini, cum ſit odioſa debet reſtringi ad irregularitatem, & ſuſpenſionem probatas in foro contentioſo.*

31 *Illa quæ non probantur manent occulta.*

32 *Si caſus fuit deductus & probatus in foro contentioſo finito iudicio, & punito delicto poteſt Epiſcopus tollere ſuſpenſionem, & irregularitatem*

33 *Tridentinum quando reſeruat hos caſus deductos ad forum contentioſum intelligitur, ante finitum iudicium.*

34 *Regulares per ſua priuilegia poſſunt abſoluere ab hac ſuſpenſione, & ſi delictum ſit publicum, & deductum ad forum contentioſum.*

35 *Poſſunt regulares diſpenſare in hac irregularitate in caſibus in quibus diximus poſſe Epiſcopum diſpenſare.*

36 *Collatio beneficij facta huic conſulenti ſuſpenſo ob receptionem ordinum ante legitimam ætatem fuit valida.*

37 *Talis collatio eſt irritanda ſecundum ius.*

38 *Hæc irritatio non habet locum in hoc conſulente, cum caſus ſit occultus, & completa ætate poſſit per bullam à ſuſpenſione abſolui.*

39 *Collatio beneficij facta irregulari non denunciato, vt fuit iſte conſulens, non eſt irrita.*

40 *Collatio beneficij facta excommunicato tolerato, eſt valida.*

41 *Etiamſi de irregularitate publice conſtaret collatio beneficij facta tali publico irregulari eſt valida.*

42 *Nullo iure talis incapacitas conſtat.*

43 *Pœnæ non ſunt augendæ præter in iure expreſſas.*

44 *Ponitur argumentum in contrarium & ſoluitur.*

45 *Dato quod hæc collatio beneficij facta ſuſpenſo, & irregulari fuerit nulla, reſignatio illius in fauorem tertij cum reſeruatione penſionis de licentia Papæ fuit valida.*

46 *Probatur hæc ſententia optima ratione.*

47 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſimul ponitur illius ſolutio.*

48 *Reſignans prædictum beneficiũ poteſt ſumere quotannis penſionem ſine onere vllius reſtitutionis.*

49 *Intruſus in beneficium, licet ſit inhabilis ad obtinendum idem beneficium, non eſt tamen inhabilis ad obtinendam penſionem.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 PETRVS deſiderans promoueri ad Eccleſiam parochialem quæ forte tunc vacauerat, & quæ ei à collatione libenter conferebatur quam occaſionem ſi perdidiſſet difficulter aliam conſequeretur cum non haberet legitimam ætatem ad ordinem Presbyteratus, deficiebant enim illi octo menſes computando tempus à die natiuitatis, ſecum reuoluit; an poſſet computare tempus à die conceptionis, & exiſtimans, licet cum magna formidine, id ſibi licitum fore, ordinatus fuit ordine Presbyteratus, & poſt ordinationem multoties celebrauit, imo poſt duos menſes prouiſus fuit in dicta Eccleſia parochiali, & per aliquot annos fructus recepit, & conſumpſit poſtea ſcrupulis agitatus de ſua promotione ad ordinem presbyteratus ante vigeſimum quintum annum, numerando tempus a die natiuitatis, reſignauit Eccleſiam cum reſeruatione penſionis annuæ in fauorem alterius, non explicando ſe ordinatum, & prouiſum fuiſſe in ipſa Eccleſia ante legitimam ætatem. Annuit Pontifex, & Bullæ expeditæ ſunt ſicut fuere poſtulatæ.

Quæſitum fuit à me primo, An Petrus incurrerit ſuſpenſionem, eo quod fuerit ordinatus ante legitimam ætatem numerando eam à die natiuitatis? Secundo, An dato quod incurrerit ſuſpenſionem celebrando poſt talem ſuſpenſionem, an incurrerit irregularitatem? Tertio, An dato quod incurrerit irregularitatem, quis cum eo poſſit in illa diſpenſare, & à ſuſpenſione abſoluere? Quarto, An prouiſio Eccleſiæ curatæ in illo facta fuerit nulla, tum quia ſuſpenſo, & irregulari facta eſt, tum quia prouiſus fuit ante 25. annum requiſitum ad beneficium curatum, & an teneatur fructus receptos reſtituere? Quinto, An dato quod talis prouiſio fuerit nulla, reſignatio ab eo facta de licentia Pontificis, non declarando prædictos defectus fuerit nulla? Sexto, An prædicta nullitate non obſtanti, licitè poſſit quotannis recipere penſionem aſſignatam; ſine onere reſtitutionis.

RESPONSIO AVTHORIS PRIMO QVÆSITO.

An Petrus incurrerit ſuſpenſionem, eo quod fuerit ordinatus ante legitimam ætatem numerando eam à die natiuitatis.

2 ALiqui Doctores voluere aſſerere talem ordinationem computando ætatem à die conceptionis fuiſſe legitimam, quæ doctrina ſi vera eſſet facile ab hoc caſu expediremur. Ita autumauit Oddu Sfortias *tr. de reſtit. in integrum p. 2. q. 15. art. 7. n* 48. Gloſſa, *in regula 8 cancellariæ* quos cum Quintiliano, Mandoſio *de ætate minorum, cap. 1. n. 25. & c. 3. n.* 8. refert Thomas Sanch. *lib. 8. conſil. cap. 1. dub.* 33 de qua etiam ſententia meminit Bonacina *tr. 3. de ſuſpenſion. in particulari, d. 3 q. 2. part. n* 6. & in hanc opinionem maxime inclinat P.Fr. Ludou. à Concept. *in ſuo examine veritatis, tom. 1. tr. 1. caſu 6. n. 6.*

Probatur hæc ſententia, tum ex iure antiquo 3
in 1. p. decret. diſt 78. can. 4. cui Trid. non derogauit. Tum ex iure ciuili *ex l. qui in vtero ff. de ſtatu hominum*, vbi Iuriſconſultus ſic habet, qui in vtero eſt, proinde ac ſi in rebus humanis eſſet cuſtoditus, quamdiu de eius commodis agitur. Facit etiam textus *in l. quod diuinus* 231 *ff de verb. ſign* & text. *in l. cum quidam* 30. *§. 1. verſ. in nomine ff. de aquirenda hæredit.* & textus *in l. nuper. C. de natis liberis*, & text. *in l. ſi ſeruum* 5. *§. ingenui ff. de ſtatu hominis, & 4. §. ſufficit, de nuptiis*, circa quod videri poteſt Anton. Faber, *lib* 50. *coniect. cap. 1.* quem refert, & ſequitur Cartanea *de legitim. c* 254. *n.* 19. & quoad dignitates ſæculares & honores hanc ætatis computationem à die conceptionis admittunt plures, quos refert Narbona *annot.* 25. *q.* 64. *n.* 11. & 12.
& in maioratibus hanc etiam admittunt compu- 4
tationem ætatis Molina *de primogeniis lib. 3. c.* 10. Sanchez *tom. 2. conſil. l. 4. c. 1. dub. 26. n. 5.* ergo non ſolum iure ciuili, ſed etiam canonico valet fieri ætatis computatio à die conceptionis, etiam ad ordines ſacros, ad officium Abbatiæ, ad profeſſionem religionem, & ad matrimonium. Ita P. Fr. Ludou. à Concept. *ſuprà n. 18. 20. & 21.* qui licet hanc ſententiam non audeat docere, in eam tamen maximè inclinat.

Verùm cum hæc ſententia ab omnibus rejicia- 5
tur, vtpote contraria iuri canonico, ſecundum quod tempus ad legitimam ordinationem computandum eſt à die natiuitatis, & non à die conceptionis, vt optimè probat Sanch. *tom. 5. conſil. lib. 7. c. 1. dub. 25. n.* 8. & ego dixi *in noſtro Direct. Confeſſariorum, p. tr. 9. d. 4 n.* 84. Garcias de Benefic. *p. 7. cap. 4 n.* 89. & alij communiter, non eſt cur in ea improbanda immoremur; nam licet iuxta ius ciuile talis computatio admittatur, vt patet ex his, quæ pro prædicta ſententia allegantur, ſecun-
dum tamen ius canonicum aliter dicendum eſt, ſi- 6
quidem in Tridentino *ſeſſ. 24. c. 5.* ætates ad omnes ordines declarantur. Nec ex textu allegato ex prima
parte decretali *diſt. 78 canon.* aliquid colligitur; nam 7
ibi ætas Chriſti ſumitur incepta pro completa, ſicut etiam ſumitur in ordinatione Sacerdotis annus vigeſimus quintus inceptus pro completo; non tamen inde licet colligere, quod computatio annorum pro ordinibus ſumenda ſit à die conceptionis, hoc enim eſt contra Eccleſiæ praxim, & communem Doctorum ſententiam, quamvis non omnino improbem prædictam ſententiam, quæ aliquos patronos habet, ſicut nec eam improbat Sanchez *lib. 7. conſil. cap. 1. dub.* 33. nec Bonacina *tr. 3. de ſuſpenſionib. in particulari d. 3. q. 1 p. 2. n. 6.* & eam maximè extollit, ſed abſolute non ſequitur P. F. Ludouicus à Conceptione *ſuprà n. 6.*

Reiecta igitur huiuſmodi opinione, dicen- 8
dum eſt prædictum conſulentem ordinatum ſacris ante legitimam ætatem, niſi aliàs eum bona fides excuſauit, de quo infra, incurriſſe iure communi ſuſpenſionem ab ordinum ſuſceptorum executione, vſque ad legitimam ætatem, & ex Bulla Pij V. cum ex ſacrorum eſt ipſo iure ſuſpenſus, donec abſoluatur, & idem habetur in extrauaganti Xiſti V. Huiuſmodi autem ſuſpenſio non extenditur ad omnes ordines, ſed ad illum, quem ſuſcepit ante legitimam ætatem. Ita cum Toleto, Nauarro, Henriquez, *lib. 13. cap. 35.* & cum Toleto, Auila, Diana *p. 3. tr. 4. reſol.* 182. & alij contra Philibertum *tr. 1. p. 5. cap. 3. n. 8.* Villalobos *tom. 1. tr. 18. difficult. 51. n. 2.*

Dixi

Dixi niſi illum excuſauit bona fides, nam ad
9 incurrendam hanc ſuſpenſionem requiritur do-
lus, & temeritas, & conſequenter ſcientia huius
conſtitutionis, ſeu prohibitionis: Quia tam *in
Bulla Pij V. quam Sixti V.* habetur hoc verbum,
præſumpſerit, quare excuſant bona fides, aut
ignorantia, etiam culpabilis, dummodo non ſit
10 affectata, vt cum Nauarro, Suario, Villalobos,
Barboſa, Bonacina, docet Trullenc. *lib. 6. dub* 10.
num.6. Hinc fit non incurrere hanc ſuſpenſio-
nem eum, qui facta debita diligentia, putans
habere legitimam ætatem, cum reuera non ha-
beat, fuit ordinatus, vt bene cum Diana, & aliis
dixi *in noſtro Directorio Confeſſariorum, parte* 1.
tract. 9.d.4. num. 90. qua doctrina ſuppoſita, non
11 improbabiliter ego hunc conſulentem excuſa-
rem à dicta ſuſpenſione, nam cum ſecutus fuerit
opinionem Gloſſæ, & Sfortiæ, ſuprà relatam, li-
cet hoc fecerit cum magna formidine; id ſufficit
ad excuſandum eum à præſumptione, & temerita-
12 te; Non enim dicitur temerariè agere, qui ſecun-
dum aliquorum Doctorum ſententiam operatur, ſi-
cut nec temere operatur, qui ſolum ex teſtimonio
ſuorum parentum bona fide ordinatus eſt ante le-
gitimam ætatem, vt dixi *in noſtro Directorio Con-
feſſariorum ſuprà n. 9.*
13 Vnde cum durante bona fide, miniſtraret in
ordine ſuſcepto ante legitimam ætatem, nec
peccauit, nec incurrit irregularitatem, vt cum
multis Diana 3. *parte, tract.* 14. *reſol.* 182. & 192.
14 & *parte* 5. *tract.* 10. *reſol.* 32. Quod verum eſt,
etiamſi celebraret poſtquam informatus fuit ta-
lem opinionem non eſſe veram, nec poſſe in
praxi ſequi, cum ſit contra communem Docto-
rum opinionem, & iam inueteratam, & contra
decretum ſacræ Congregationis, quod refert
Barboſa. Et ratio eſt, quia cum ille legitime ob
15 bonam fidem fundatam in dicta opinione, quam
putauit eſſe probabilem ordinatus fuerit, habet
ius exercendi ordines, quos ſine peccato ſuſcepit,
vt bene Nauarrus *in Manuali cap.* 27. *num.*156.
Machado *tom.* 2. *lib.*4 *parte* 1. *tract* 7. *document.* 4.
*n.*5. & probabile putat Ledeſma *c. p.* 7. Ludouicus
à Ioanne, *quæſt. de ordine artic.* 8. *difficult* 7. *con-
cluſione* 3. Leander *tract.* 6. *d.* 6. *quæſt.* 13. Ego ipſe
in noſtro Directorio Confeſſariorum, vbi *ſuprà
num.*92.
16 Vnde ſtando in hac doctrina, omnes ſequen-
tes caſus corruunt. Nam cum ille ſuſcipiendo or-
dines ante legitimam ætatem non incurrerit ſuſ-
penſionem, nec celebrando irregularitatem, &
iuxta eandem ſententiam licite etiam ſuſceperit
collationem beneficij, optimè poterat illud reſi-
gnare, & penſionem conceſſam de licentia Papæ
recipere, verum quia iſte caſus multam doctri-
nam habet, ſupponamus illum mala fide ſuſce-
piſſe ordines, quod etiam non parum oſtendit illa
magna formido, quam ipſe ſequendo talem opi-
nionem habuit, nam cum de probabilitate dictæ
17 ſententiæ tantum dubitaret, tenebatur inquirere.
An vere eſſet probabilis, & non temerarie illam
ſequi, ſuppoſito igitur quod mala fide proceſſerit,
certum eſt incurriſſe dictam ſuſpenſionem, & per
hoc manet reſponſum primo quæſito.

RESPONSIO AVTHORIS SECVNDO QVÆSITO.

*An dato quod incurrerit ſuſpenſionem, cele-
brando poſt talem ſuſpenſionem incurre-
rit irregularitatem?*

Reſpondi non deeſſe graues Doctores dicen-
tes non ſolum per celebrationem, quam ipſe 18
ordinatus fecit cum Epiſcopo, quando ordines
ſuſcepit non incurriſſe irregularitatem, vt te-
nent cum Henriquez, Molina, Siluio, Maiolo,
Suario, Rodriguez, Sayro, Hugolino, Qua-
ranta, Auila, Naldo, Homobono, Philibertus,
tract. 1. parte 1. cap. 3. num. 16. & Diana *parte* 5.
tract. 10. *reſol.* 37. ego ipſe *in noſtro Directorio
Confeſſariorum, p.* 1. *tract. 9. d. 4. num.* 95. Verum
nec etiam per celebrationem poſt dictam ordi-
nationem ſæpius factam, licet aliàs celebrando
peccauerit mortaliter in vnaquaque celebratio-
ne antequam à tali ſuſpenſione ſit abſolutus,
vel illa aliàs ceſſet, Ita tenet Sa, *verbo irregu-
laritas ex ordinis abuſu, num.* 7. *in fine*, vbi ait,
quod ſi quis ſit ſuſpenſus ſolum ad tempus mul-
ti, cenſent, ſi celebret non fieri irregularem; ſed
ſuſpenſio quam ordinatus ante legitimam ætatem
incurrit eſt ad tempus, & tranſacto illo per ſe
tollitur, vt poſt Sa, *verbo ſuſpenſio n.* 17. vt pro-
babile tenet Corduba, *caſu* 144. Soto *in 4. diſt.*
25. *quæſt.* 1 *art.* 2 *in fine*, Medina *in inſt. lib.* 1. *cap.*
11. § 6. quos non improbans refert Diana 5. *p. tract.*
10. *reſol.* 34. ergo per dictam celebrationem ſic or-
dinatus non incurrit irregularitatem. Ita etiam te-
net P. Fr. Ludouicus à Conceptione *tom.* 2 *Exami-
nis veritates tract.* 2. *caſu* 25. *n.* 2. Tum quia idem
Sà, *verbo ſuſpenſio, n.*22. aſſerit, quod ſi ordina-
tus ante legitimam ætatem celebret abſque con-
temptu non incurrit irregularitatem, ſed iſte abſ-
que contemptu celebrauit, ſiquidem ſecundum
opinionem Gloſſæ, & Sfortiæ celebrauit; ergo non
incurrit dictam irregularitatem. Ita etiam tenet P.
Fr. Ludouicus à Conceptione *ſuprà n.*2.

Verùm quidquid ſit de veritate huius opinio- 19
nis, quam quidem improbabilem ego non iudi-
co, abſolute dicendum eſt prædictum ordina-
tum ante legitimam ætatem celebrando poſtea
incurriſſe irregularitatem. Ita Arauio *in ſuis ſe-
lectis deciſionibus tract.* 3. *q.* 32. *caſu* 6. *num.*23. Bar-
boſa *de poteſtate Epiſcopi allegatione* 56. *num.* 55.
Ego ipſe *in noſtro Directorio Confeſſariorum, p.*1.
tract. 9. *d.* 4. *num.* 95. ipſe Sa, *verbo ſuſpenſio ipſo
iure num.* 22. vbi loquens de ordinato in ſacris
ſine legitima ætate, aut demiſſoriis, aut extra
tempora, ſic habet, eſt ſuſpenſus ab executione
ordinum, niſi feciſſet abſque dolo, etſi ordine
vtatur, non quidem quando ab Epiſcopo ordi-
natur, ſed poſt [tunc enim ſolum incurritur ſu-
ſpenſio] fit irregularis, niſi abſit contemptus,
requiritur enim præſumptio; ergo etiam ſtando
in opinione Sà, per talem celebrationem incur-
ritur irregularitas.

Nec obſtat id quod ait P. Fr. Ludouicus à
Conceptione *ſuprà*. Nam quando talis ſuſpen- 20
ſio incurſa fuit, quia mala fide quis ordines ſu-
ſcepit ante legitimam ætatem, talis ſuſpenſio
non

non fuit ad tempus, ſiquidem non tollitur com-
pleta legitima ætate, vt voluerunt prædicti Do-
ctores relati à Ludouico *ſuprà*, & alij relati à
Diana, *p. 3. tr. 4. reſol.* 281. & *p. 5. tr. 10. reſol.* 34.
Sed fuit abſoluta, & debet tolli per abſolutionem,
vt dixi *in noſtro Directorio Confeſſariorum*, *p. 1.*
tr. 9. d. 4. num. 93. quod non accidit quando quis bo-
na fide ordines ante legitimam ætatem ſuſcepit,
nam tunc ſolum fuit incurſa ſuſpenſio vſquequo
compleatur legitima ætas, vt cum Bonacina, Co-
21 uarruuias, Roderico, & aliis docet Diana *ſuprà*,
Philibertus *tr. 1. p. 5. cap. 3. n. 3.* ego ipſe *ſuprà n.* 94.
Hic autem vt ſupponimus, non bona fide ordines
22 ſuſcepit ſed mala, ſiquidem cum maxima formidine
falſitatis illius opinionis illos ſuſcepit, vt *ſuprà*
diximus; ergo proculdubio poſtea celebrando
incurrit irregularitatem.

RESPONSIO AVTHORIS
TERTIO QVÆSITO.

An dato quod incurrit irregularitatem, quis cum eo poßit in illa diſpenſare, & à ſuſpenſione abſoluere?

RESpondi quod ſi delictum fuit publicum,
ſolum Pontificem poſſe tollere hanc ſuſ-
23 penſionem, & irregularitatem. Ita cum aliis
Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, allegatione* 16. *nu-*
mer. 15. Ego ipſe *in noſtro Directorio Confeſſario-*
rum, p. 1. tract. 9. d. 4. num. 97. Arauio *in ſuis ſe-*
lectis deciſionibus tr. 3. quæſt. 32. caſu 6 num. 13. ſi
tamen delictum fuerit occultum, poteſt tolli
prædicta ſuſpenſio, & irregularitas per Epiſco-
24 pum, vel eius Vicarium, facultate ſibi conceſſa
in Tridentin. *ſeſſ. 14. cap. ſexto, de reformatione.*
Imo ſi delictum promiſſionis ſit occultum,
poteſt Epiſcopus in irregulatitate diſpenſare, li-
25 cet celebratio fuerit publica, quia non conſtat
publicè de delicto. Barboſa *loco citato, & alle-*
gat. 39. num. 44. Trullenc. *lib 6. dub. 10. num.* 9.
Imò ſi hæc ſuſpenſio fuerit occulta poterit ab-
26 ſolui per Bullam Cruciatæ, ita cum Henriquez,
Medina, Auila, Ludouicus, à Cruce, Trullenc.
in Cruciatam lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 15. num. 3. Dia-
na, *p. 5. tr. 10. reſol.* 33. ego ipſe *vbi ſuprà num* 98.
27 contra Rodericum, & alios penès ipſum Dia-
nam. Et ratio eſt quia Bulla abſolute concedit
facultatem abſoluendi ab omni cenſura; ſed
prædicta ſuſpenſio eſt cenſura; ergo. An autem
per eandem bullam poſſit etiam tolli irregulari-
tas, quæ contrahitur ob malam ordinum execu-
tionem? negant communiter Doctores, apud
28 Trullenc. *in Cruciatam, lib. 1. §. 7. cap. 1. dub.* 17.
ſed contra ſententia ſatis probabilis eſt, ita Sotus,
Medina, Corduba, Salon, & alij quos refert Dia-
na *p. 5. tr. 11. reſ.* 27.
29 Sed quæres quid dicendum ſit ſi delictum fue-
rit deductum ad forum contentioſum? Re-
ſpondeo, quod ſi delictum deductum ad forum
contentioſum in eo non fuerit ſufficienter pro-
batum: ſiue quia teſtes re vera non erant, ſiue
quia reus ſua induſtria eos remouit à teſtimonio,
aut ad taciturnitatem induxit, adhuc poſſe Epiſ-
copum in tali irregularitate diſpenſare, & à
ſuſpenſione abſoluere, nam lex Tridentin. quan-
do excipit irregularitates, & ſuſpenſiones de-
ductas ad forum contentioſum cum pœnalis ſit,
& odioſa debet reſtringi ad eas, quæ abſolute, 30
& ſimpliciter dicuntur deductæ cum omni rigo-
re, id eſt, quæ ſunt probatæ, & quæ fiunt noto-
riæ, & deſinunt eſſe occultæ, illa autem quæ non
probatur manet occulta, & de genere illarum quę ex 31
delicto occulto proueniunt, quas Epiſcopi poſſunt
diſpenſare. Ita Arauio *in ſuis ſelectis deciſionibus,*
tr. 3. quæſt. 3. caſu 6. num. 27. Imò ſi forte caſus 32
fuit deductus ad forum contentioſum, & probatus,
poſt finitum iudicium, & impoſitam pœnam à iu-
dice, adhuc poteſt Epiſcopus, & abſoluere à ſuſ-
penſione, & diſpenſare in irregularitate *ex cap.*
& clerici de iudic. Tum quia cum Tridentinum 33
ſolum excipiat ſuſpenſionem, & irregularitatem
deductam ad forum contentioſum, intelligitur an-
te finitum iudicium. Ita Arauio *ſuprà n.* 17.
An autem Confeſſores Regulares per ſua
priuilegia poſſint Clericum ſic promotum à ſuſ- 34
penſione abſoluere? Reſpondeo affirmatiuè. Et
ratio eſt, quia Regulares poſſunt abſoluere ab
omnibus cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſeruatis;
vt conceſſit Paulus III. *Bulla* 3. vt cum Crux, Por-
tel, Sorbo. & aliis multis latius dixi *in noſtro*
Directorio Confeſſariorum, p. 1. tr. 5. d 16. num. 1359.
Quod verum eſt, etſi delictum ſit publicum, &
deductum ad forum contentioſum, vt ibi dixi-
mus; ſed hæc ſuſpenſio ſolum eſt Sedi Apoſtoli-
cæ reſeruata, quando eſt publica; adhuc in hoc
caſu poſſunt Regulares ab ea abſoluere, vt ibi
latius diximus. Poſſunt etiam Regulares in hac
irregularitate contracta ob malam ordinis exe- 35
cutionem diſpenſare in omnibus illis caſibus, in
quibus poteſt Epiſcopus, & ratio eſt, quia Re-
gulares poſſunt diſpenſare in omni irregularitate,
in qua diſpenſat Epiſcopus iure ordinario, vt pa-
tet ex Bulla Sixti V. quam poſtea confirmauit
Iulius II. Ita cum Rodriguez, Veiga, Henriquez,
Portel, Belaſio, Bauni, Vrbano, Murcia, Lezana,
quos ego ipſe refero, & ſequor *in noſtro Dire-*
ctorio Regularium, p. 1. tr. 2. d. 3. num. 665. vbi la-
tius hoc probamus, ſed Epiſcopus in hoc caſu
diſpenſat iure ordinario, vt dixi *in noſtro Dire-*
ctorio Regularium loco citato; ergo.

RESPONSIO AVTHORIS
QVARTO QVÆSITO.

An prouiſio Eccleſiæ curatæ in tali Clerico facta fuerit nulla, tum quia ſuſpenſo, & irregulari facta eſt, tum quia prouiſus fuit ante vigeſimum quintum annum requiſitum ad beneficium curatum, & an teneatur fructus receptos reſtituere.

RESpondi illam collationem beneficij curati 36
factam huic Clerico quantumuis ſuſpenſo
fuiſſe validam, & licitam, ita contra Auilam
p. 3. d. 2. dub. 10. & contra Coninkum *diſp. 15. dub. 2.*
num. 7. Acuña *in decretum Gratiani p. 1. diſt.* 71.
cap. 3. num. 3. Hurtado *de ſuſpenſione difficult.* 4.
num. 8. *tr. de cenſuris* Diana *p. 5. tr. 10. reſol.* 1.
Suarez, Laiman, apud ipſum Dianam *ſuprà* Au-
zonius *verbo ſuſpenſio num.* 2. P. Fr. Ludouicus à
Conce

Conceptione , *in axamine veritatis* , *tom.*1. *tr.* 2.
caſu 25. *n.* 5. Et patet. *ex cap. vel non eſt compos,*
14 *de campor. ardin.* Nec pro contraria opiniono
facit aliquid, *cap. vltimam de cleric. excomm.* nam
cum prædictum caput loquatur de clerico excom-
municato , non debet transferri ad clericum ſuſ-
penſum , quia ſumus in odioſis , Acuña, *in decre-
tum, p.* 1. *tract.* 71. *cap.* 3. *n.* 3. Tum quia dictum
caput ſolum probat collationem eſſe irritandam,
non tamen eſſe irritam. Nec aliud probat , *cap.*
37 *cum delictus*, 8. *nec cap. qui diuerſitatem* 5. *de con-
ceſſ. prabend.* vt aſſerunt prædicti Doctores. Fa-
teor iuxta communem ſententiam talem collatio-
nem eſſe irritandam , ſi ſuſpenſus in ſuſpenſione
cum beneficio per triennium perſeueret , *ax cap.
cum bona memoria* 8 *de atate. & qualitate*, & or-
dine perficiendorum , & notat Hurtado , *vbi ſu-
prà* , ſed quia talis ſuſpenſio eſt occulta non ha-
bet locum collationis irritatio , nam completa
38 ætate ab illa poterit ſic ordinatus abſolui , vt *ſu-
prà* diximus virtute Cruciatæ in foro conſcientiæ,
vt recte Corneiu , *in* 3. *partem tr.* 5. *de ſuſpenſio-
ne, d* 4. *caſu* 3.

39 Dico 2. illa collatio beneficij facta prædicto
clerico ſuſpenſo tolerato ; non ſolum fuit licita, &
valida ; vt manet probatum , ſed etiam fuit valida.
etſi dictus clericus fuerit irregularis , dummodò
non fuerit denuntiatus ; & ratio eſt quia collatio
beneficij facta excommunicato tolerato valida
eſt, vt docet Hurtado Mondex *d* 6. *de excommu-
40 nicatione diffic. s. num.* 6. *&* 7. P. Fr. Ludoui-
cus à Conceptione, *tom.* 1. *examinis Veritatis tr.*
2. *caſu* 25. *num.* 7. Baunius , *d.* 7. *de excommuni-
catione, q.* 18. *dicto* 3. & probabile putat Thomas
Hurtadus , *tract.* 52. *cap.* 1. *num.* 94. Quidquid
alij communiter in contrarium dicant , quos ego
refero, & ſequor, *in noſtro Directorio Confeſſario-
rum. p.* 1. 2. *tract.* 12. *d* 5. *num.* 338. Ergo à fortiori
collatio beneficij facta clerico irregulari non de-
nunciato valida erit.

41 Confirmatur. Quia dato quod de irregulari-
tate publice conſtaret , adhuc collatio beneficij
facta tali irregulari valida eſſet ; vt docent Sylue-
ſter , *verbo excommunicat.* 4. *num.* 4 Felinus , *in
cap. inquiſitionis de accuſat. num* 6. Nicolai Plo-
nij, quos ſequitur Suarez , *d.* 4. *ſect.* 2. Ægidius,
d. 18. *num.* 6 Hurtado, *de irregularitate, diffic.* 5.
42 *num* 5. P. Fr. Ludouicus à Conceptione , *ſuprà,
num.* 8. Quorum ratio eſt quia nullo iura dicta
incapacitas conſtat ; nam in *cap. cum bona ſu-
prà* relato , tantum eſt ſermo de ſuſpenſis perſeue-
rantibus per trienoium in ſuſpentione , & in *cap.*
7. *de clerico excommunicato* , eſt tantum ſermo
de excommunicati , *ex cap. vero vltimo eodem ti-
tulo*, & *ex cap.* 2. *de clericis pugnantibus*, ad ſum-
mum deducitur beneficium illicite conferri irre-
43 gulati , & collationem eſſe irritandam ; ergo cum
pœnæ non ſint augendæ præter in iure expreſ-
ſas, dicendum eſt , prædictam collationem bene-
ficij curati factam huic conſulenti , etſi fuerit
ſuſpenſus , & irregularis , fuiſſe validam , proin-
deque illum in conſcientia rotum eſſe poſſe ad nul-
lamque teneri reſtitutionem. Ita P. Fr. Ludoui-
cus à Conceptione , *ſuprà n* 8.

44 Nec obſtat ſi dicas huiuſmodi beneficium fuiſ-
ſe curatum , ad cuius collationem requiritur æ-
tas viginitiquinque annorum ex Tridentino , *ſeſſ.*
24. *cap.* 12. & nos diximus , *in noſtro Directoria
Confeſſariorum , part.* 1. *tract.* 9. *d* 4. *num.* 8. Non
obſtat inquam , Reſpondetur namque , quod ſe-
cundum eius commune beneficium curatum licite
poteſt conferri non Sacerdoti , dummodo in-
tra annum poſſit fieri Sacerdos , vt patet, *ex cap.
cum in cunctis de electione cap. is cui* 29. *de pra-
bend. in* 6. *Clement. general. de atate, & quali-
tate*, Tridentinum , *ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *& cap.* 12. *ſeſſ.*
24. & conſtat ex celebri Rotæ , *deciſione* 1. *in tit.
de prabend. in nouis* , vbi dicitur , decernitur-
que , illum qui ætatis patitur defectum , poſſe
acceptare beneficium Eccleſiaſticum , & Sacerdo-
talem præbendam ſi intra annum poſſit presby-
ter fieri , pro quo plures refert Ceuallos, *tom.* 2.
quaſtion. pract. quaſt. 693. *numera* 6. P. Fr. Ludo-
uicus à Conceptione , *in examina veritatis, tom.*
1. *part.* 1. *tr.* 2. *caſu* 33. *numero* 5. Nam quan-
do Conſilium petit ordinem presbyteratus in eo,
qui parochus conſtituendus eſt, intelligitur de
ordine præsbyteratus non actu , ſed aptitudine,
vt cum Spino, ait , Ceuallos , *ſuprà numera* 71.
P. Fr. Ludouicus à Conceptione , *ſuprà* , *num.* 5.
Sed ille conſulens quando factus eſt Parochus
poterat intra annum fieri Sacerdos , ſi iam or-
dinem presbyteratus non habuiſſet , ſiquidem
ſolum illi octo menſes deficiebant ; ergo vali-
de recepit collationem beneficij curati non ob-
ſtanti quod non haberet vigeſimum quintum
annum quando tale beneficium illi collatum fuit,
ac per conſequens de fructibus receptis nihil
tenetur reſtituere ; per quod patet reſponſio
quarto quæſito.

RESPONSIO AVTHORIS
QVINTO QVÆSITO.

*An dato quod talis prouiſio fuerit nulla , reſi-
gnatio ab eo facta de licentia Pontificis,
non declarando prædictos defectus fuerit
nulla?*

Reſpondi , quod dato quod illa collatio bene-
ficij fuerit nulla , adhuc reſignationem in 45
fauorem tertij cum reſeruatione penſionis de li-
centia Papæ fuiſſe validam. Ita Arauio , *in ſuis
ſelectis deciſionibus* , *tract.* 1. *quaſt.* 5. *num.* 4 Na-
uarrus, *lib.* 1. *conſiliorum tit. de reſcriptis conſilio* 1.
Ratio eſt , quia eadem eſt ratio de reſignante cum
titulo nullo, atque cum titulo deperdito. ſed reſi-
gnans cum titulo deperdito. qualis eſt ille , qui re-
ſignat beneficium curatum , quod legitime ob- 46
tinuit , & per annum integrum , & amplius reti-
nuit ſine aſſenſu ad ordinem presbyteratus poteſt
optime . & valide illud reſignare in fauorem ter-
tij. reſeruando ſibi aliquam penſionem , etiàm ta-
cendo huiuſmodi defectum in ſpecie. dummodo
explicet illum in genere , vtendo ſcilicet, clauſulis
generalibus. v. g. quibuſcumque de cauſis, & ſimili-
bus, & dummodo non decipiat ſummum Pontifi-
cem in cauſa motiua principali gratiæ obtinendæ,
vt bene probat Nauarrus *in propriis terminis, lib.*
1. *conſiliorum titulo de reſcriptis conſilia* 1. Ergo
pariter valida erit reſignatio beneficij curati cum
reſeruatione penſionis facta à reſignante cum ti-
tulo nullo per defectum ætatis , quamuis hunc
defectum in ſpecie non exprimat.

Confirmatur , quia titulus deperditus nihil

amplius poteſt operari in reſignante, quoad valorem reſignationis, & gratiæ penſionis reſeruatæ, quam titulus nullus ex defectu ætatis proueniens, ſiquidem in re vterque titulus nullus eſt pariter, ac proinde nullius virtutis ac efficaciæ, ſed titulus deperditus non reddit irritam reſignationem in fauorem tertij cum reſeruatione penſionis; ergo neque titulus nullus ob defectum ætatis reddet reſignationem, aut gratiam penſionis inualidam.

47 Dices cum Azorio, *tom. 1. ſumma moralis, lib. 7. cap. 19. quæſt. 8.* Reſignatio eſt voluntaria demiſſio iuris, quod quis habet in beneficio; ſed iſte qui titulum amiſit nullum ius habet in beneficio, ergo nec ratam ac validam poteſt facere illius reſignationem. Reſpondetur quod reſignatio non eſt dimiſſio iuris, ſed dimiſſio ipſiusmet beneficij, quod reſignans, ſiue iuſte, ſiue iniuſte, ſiue cum titulo, ſiue ſine illo, poſſidebat. Tum quia vel hæc reſignatio eſt abſolute facta in manibus Papæ, & hæc valida eſt in omni ſententia, vel fit conditionatè, hoc eſt, vt detur cuidam tertio, & de hac eſt controuerſia inter Nauarrum affirmantem eſſe validam, & Azorium negantem; ſed ego Nauarro affirmanti ſubſcribo, cui etiam ſubſcribit Arauio, *ſuprà, n. 7.* ob rationes factas, & quia ratio Azorij non conuincit dictam reſignationem eſſe inualidam, maxime quando in narratiua neque exprimitur falſum, neque ſubticetur cauſa motiua principalis; ſed in noſtro caſu hæc omnia ita ſe habent; ergo prædictus conſulens reſignare poteſt prædictum beneficium curatum in fauorem tertij cum reſeruatione penſionis, etſi prouiſio fuerit nulla ex defectu ætatis.

RESPONSIO AVTHORIS

SEXTO QVÆSITO.

An prædicta nullitate non obſtante, licite poſſit reſignans quotannis recipere penſionem aſſignatam ſine onere reſtitutionis?

48 Reſpondi affirmatiuè. Ita Nauarrus, *lib. 1. conſiliorum titulo de reſcriptis conſilio 1.* Arauio, *in ſuis ſelectis deciſionibus, tract. 1. quæſt. 8.* & alij. Ratio eſt, quia licet intruſus in beneficium ſit ipſo iure inhabilis ad obtinendum beneficium quod per intruſionem arripuit, nihilominus non manet inhabilis ad obtinendum ex illo penſionem quia penſio non eſt beneficium ad quam proinde lex pœnalis contra intruſum in beneficium extendi non debet? ergo licet iſte clericus ob defectum ætatis ſit inhabilis ad obtinendum beneficium, in quod fuit intruſus, non tamen erit inhabilis ad obtinendam penſionem, quam ſibi
49 reſeruat mediante gratia, quam à ſummo Pontifice impetrauit; ergo licite poteſt eam recipere quotannis ſine onere reſtitutionis, quod etiam patet ex rationibus pro antecedenti quæſito, & hæc ſaluo meliori iudicio.

CONSVLTVM XCIII.

De committente homicidium ante annos pubertatis, an incurrerit irregularitatē vbi alia multa de irregularitate ex homicidio, & de illius diſpenſatione notatu digna.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Adoleſcens antequam perueniat ad annos pubertatis occidens hominem in aliquorum ſententia non incurrit irregularitatem.*
3 *Nulla cenſura neque irregularitas ex delicto incurritur ante annos pubertatis.*
4 *Odia ſunt reſtringenda.*
5 *Pueri ante annos pubertatis non ligantur cenſuris, nec à iure, nec ab homine.*
6 *Irregularitas ex delicto in aliquorum ſententia eſt cenſura.*
7 *Irregularitas ex delicto in aliquorum ſententia non incurritur, niſi detur peccatum mortale ex contemptu, & dolo.*
8 *Iſte conſulens licet peccauerit mortaliter alterum proditorie occidendo, non tamen peccauit ex contemptu cenſuræ, ſed ex vindicta inimici.*
9 *Qui hominem occidit ignorando tali delicto impoſitam eſſe irregularitatem illam non incurrit.*
10 *Iſte puer ignorabat irregularitatem eſſe impoſitam tali delicto.*
11 *Dato quod iſte puer per illud homicidium incurrerit irregularitatem aliqui dicunt quod talis irregularitas poteſt tolli per bullam cruciata ſtando in ſententia aſſerente irregularitatem ex delicto eſſe cenſuram.*
12 *In bulla non excipitur aliqua cenſura.*
13 *Stando in prædicta ſententia, etiam à regularibus per ſua priuilegia poteſt tolli hæc irregularitas.*
14 *Per hoc homicidium non incurritur irregularitas ex defectu lenitatis.*
15 *Irregularitas ex defectu lenitatis ſolum incurritur à publicis miniſtris.*
16 *Irregularitas ex defectu lenitatis tolli poteſt ab Epiſcopo.*
17 *Poteſt etiam tolli à regularibus per ſua priuilegia, quæ ibi referuntur.*
18 *Hæc ſententia horum doctorum, quoad abſolutionem ab irregularitate per bullam cruciatæ non placet authori.*
19 *Ex ea ſequitur omnem irregularitatem, etiam ex delicto per induſtriam, & proditorie poſſe tolli per bullam in quacunque perſona, & per regularium priuilegia.*
20 *Si talis ſententia eſſet tolerabilis fruſtra Tridentinum exciperet irregularitatem ex homicidio voluntario, etiam occulto in conceſſione facta Epiſcopis.*
21 *Etiam ſtando in ſententia aſſerente irregularitatem ex delicto eſſe cenſuram, nec per bullam cruciata, nec priuilegia regularium poteſt talis irregularitas tolli.*

22 *Per*

22 *Per Bullam vel priuilegia ſolum poteſt tolli irregularitas in prædicta ſententia, quæ eſt pura pœna peccati, non verò quæ eſt pœna, & inhabilitas.*

23 *Irregularitas ex homicidio voluntario non ſolum eſt pura pœna, ſed & inhabilitas ob ſignificationem.*

24 *Doctrina Ludouici à Conceptione in hac parte reiicienda eſt.*

25 *Talis adoleſcens dato quod per tale homicidium incurrerit irregularitatem non poteſt in ea diſpenſari, niſi à Romano Pontifice.*

26 *Aliqui dixerunt occidentem clericum inuentum in adulterio cum vxore ſua nec incurriſſe excommunicationem, neque irregularitatem.*

27 *Multorum ſententia fuit marito licere occidere adulterum inuentum cum ſua vxore in adulterio, dummodo zelo iuſtitiæ id faciat.*

28 *Hæc propoſitio non peccat maritus occidendo propria authoritate vxorem in adulterio deprehenſam damnata eſt ab Alexandro VII. vt ſcandaloſa.*

29 *Pontifex non damnauit hanc propoſitionem, licet marito occidere adulterum inuentum cum ſua vxore, ſed hanc, licet marito occidere vxorem inuentam in adulterio.*

30 *Iſte homicida non occidit vxorem, ſed adulterum.*

31 *In pœnis non eſt facienda extenſio ob paritatem rationis de caſu ad caſum.*

32 *Pontifex non condemnauit dictam propoſitionem vt falſam, ſed vt ſcandaloſam.*

33 *Bene poteſt dari propoſitio damnata ſub anathemate vt ſcandaloſa, & probabilis.*

34 *Deductio ad practicam illius prohibitionis damnata à Pontifice eſt mortale peccatum.*

35 *Facta ſuppoſitione quod iſte homicida vellet talem opinionem practicare peccaret quidem, in ea opinione tamen non incurreret irregularitatem.*

36 *Non conſtat de tali decreto Alexandri, nec fuit promulgatum in Hiſpania, aut Luſitania, nec receptum.*

37 *Vt decreta Pontificia obligent requiritur in multorum opinione, quod in omnibus Prouinciis promulgeatur, & acceptentur.*

38 *Contraria ſententia eſt probabilior.*

39 *Prædicta ſententia eſt probabilis.*

40 *Lex Pontificia declarans aliquid pertinens ad mores, & propoſitio de fide, vt obliget debet eſſe promulgata.*

41 *Fides ex auditu.*

42 *Prædictum decretum non loquitur de occidente adulterum, ſed vxorem.*

43 *Hic homicida ſaltem incurrit irregularitatem ex defectu lenitatis.*

44 *Irregularitas ex defectu lenitatis poteſt tolli ab Epiſcopo, & à confeſſoribus regularibus.*

45 *Vnicuique licitum eſt occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ inuaſorem iniuſtum rerum ſuarum, nec hæc propoſitio eſt ab Alexandro VII. damnata.*

46 *Iſte clericus inuadebat prætioſiorem rem huius homicidæ.*

47 *Vnuſquiſque ob defenſionem ſui honoris poteſt licitè abſque metu cenſuræ, vel irregularitatis inuaſorem iniuſtum occidere.*

48 *Pontifex non damnauit propoſitionem aſſerentem licitè poſſe maritum occidere adulterum deprehenſum cum ſua vxore, ſed ſolum propoſitionem aſſerentem poſſe licitè occidere vxorem deprehenſam in adulterio.*

49 *Mulier non eſt aggreſſor, ſed patiens in hoc caſu.*

50 *Adulter eſt aggreſſor honoris homicidæ.*

51 *Homo nobilis poteſt licitè occidere eum publicè appellantem Iudæum, cornutum.*

52 *Homo nobilis non poteſt occidere licitè inuaſorem rerum ſuarum & ſui honoris, niſi quando inuaſor nolit deſiſtere ab inuaſione, vel inuaſus aliter non poteſt res ſuas, & ſuum honorem recuperare.*

53 *Iſte inuaſus poteſt recuperare res ſuas, & honorem accuſando clericum apud iudicem.*

54 *Iſte inuaſus omittendo hæc, & clericum occidendo, & peccauit, & incurrit excommunicationem, & irregularitatem.*

55 *Iſte inuaſus accuſando clericum adulterum non videtur habere ſuam vxorem liberam ab inuaſione clerici.*

56 *Per accuſationem inuaſoris honoris apud iudicem non recuperatur honor apud homines.*

57 *Hæc ſententia ad excuſandum hunc homicidam ab excommunicatione, & irregularitate non eſt neceſſaria.*

58 *Aliquo modo opponitur decreto* Alexandri VII.

59 *Iſte homicida occidendo clericum adulterum cum ſua vxore peccauit, non tamen incurrit excommunicationem, aut irregularitatem.*

60 *Iſte Homicida occidendo clericum in dicto caſu non incurrit excommunicationem capitis ſi quis ſuadente Diabolo.*

61 *Eccleſia reputat hanc occiſionem fuiſſe factam ex vehementi paſſione.*

62 *Irregularitas & excommunicatio ex delicto parificantur, quoad pœnam.*

63 *Per tale homicidium non incurritur irregularitas.*

64 *Eccleſia non vult ſuo obligare præcepto in hoc caſu.*

65 *Dato quod per tale homicidium incurratur irregularitas, cum ſit occulta in ea poteſt Epiſcopus diſpenſare.*

66 *Hoc homicidium non fuit factum proditoriè.*

67 *Solum homicidium voluntarium de propoſito, & proditoriè excipitur in Tridentino.*

68 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum homicida occulto, quando exceſſit debitum moderamen.*

69 *Vt homicidium ſit occultum, ſufficit quod non ſit publicum notorium, aut famoſum.*

70 *Vt tale ſit requiritur, vt ſciatur à maiori parte viciniæ, quæ ad minus conſtet decem perſonis, vel quod non ſit deductum ad forum contentioſum, aut ſi eſt deductum quod ibi non ſit probatum.*

71 *Quando reus abſoluitur in iudicio defectu*

probationis non dicitur crimen deductum ad forum contentioſum.

72 *Hoc homicidium non fuit ſcitum, niſi à quinque perſonis in magno populo.*

73 *Reus qui occidit iudicem volentem eum extrahere per vim ex loco ſacro vbi tanquam ad azilum recurrit non incurrit irregularitatem.*

74 *Vnuſquiſque poteſt ius ſuum defendendo cum moderamine inculpata tutela iniuſtum inuaſorem occidere.*

75 *Iſte homicida non incurrit irregularitatem ex defectu lenitatis.*

76 *Irregularitas ex defectu lenitatis ſolum incurritur à publicis miniſtris.*

77 *Occidens clericum iniuſte, non tamen proditorie, gaudet immunitate Eccleſia.*

78 *Oratoria authoritate Epiſcopi fundata gaudent immunitate.*

79 *Ad gaudendum immunitate ſufficit quod reus portam, vel muros Eccleſia tangat.*

80 *Dato quod iſte homicida, occidendo dictum iudicem incurrerit irregularitatem cum eo poteſt Epiſcopus diſpenſare.*

81 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali occulto, quando quis illud fecit in ſui defenſionem abſque moderamine.*

82 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate ex homicidio occulto commiſſo in ſubita rixa.*

83 *Hoc homicidium fuit culpabile, vel quia homicida excedit moderamen, vel quia fuit ex ſubita ira.*

84 *Quinque teſtes in magno populo non ſufficiunt ab faciendam rem publicam, vel notorium.*

85 *Regulares per ſua priuilegia poſſunt diſpenſare in hac irregularitate.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN illuſtri quodam oppido Luſitaniæ; quidam adoleſcens antequam perueniret ad annos pubertatis cum duobus ſociis ex propoſito, & proditorie occidit alium iuuenem inimicum ſuum, & facta inquiſitione à iudice de homicida non fuit inuentus quis fuiſſet homicida illius hominis, ſocij namque tacuere. Poſtea accidit quod cum iſte adoleſcens iam eſſet quindecim annorum duxit vxorem quandam ſuam conſanguineam; certior tamen factus à duobus ſeruis ſuis & duabus ancillis, illam committere adulterium cum quodam Sacerdote, finxit ſe longius ire. & noctu venit in domum, & cum inueniret clericum in lecto dormientem cum vxore ſua, illum occidit, & ob infamiam, quo poterat oriri ex occiſione vxoris noluit eam occidere, ſed eam in quadam domo incluſit, & arrepto cadauere clerici, illum cum prædictis duobus ſeruis deduxit ad locum deſertum, vt author homicidij occultaretur; cum autem deferrent cadauer obuius eis fuit iudex regius cum duobus ſatellitibus, qui iniiciens in eum manus apprehendit, ſerui enim eum ſolum reliquerunt, & cum eum deferret vinctum in carcerem, cum appropinquarent ad quoddam ſacellum, quod erat in loco illo deſerto, authoritate tamen Epiſcopi fundatum, adoleſcens ſe è manibus illorum euaſit, & repoſuit in porta ipſius Eccleſiæ quæ prope erat viæ publicæ, & cum iudex vellet eum eripere e loco illo, ipſe adoleſcens euaginato gladio eis reſiſtit dicens ſe eſſe in loco ſacro, & non poſſe ab illis apprehendi; cum autem iudex inſiſteret, vt eum e loco illo eriperet adoleſcens eum occidit, quam occiſionem è quadam feneſtra viderunt duæ fœminæ, quæ prope illud ſacellum viuebant; quibus, & ſatellitibus ipſe adoleſcens magnam pecuniæ ſummam promiſit, ſi tacerent mane facto, & inuento clerico, & iudice regio mortuo, magnæ ab aliis regiis miniſtris factæ ſunt inquiſitiones; non tamen potuerunt ſcire, quis homicidium illud iudicis regij, vel clerici patrarit; vnde homicidia illa manſerunt impunita, nec adoleſcens fuit pronuntiatus poſt aliquos dies mortua vxore ipſius adoleſcentis, ille volens aſcendere ad ordinem presbyteratus accedit ad me.

Et quæſiuit primo, An per primum homicidium incurrerit irregularitatem? Secundo, An dato quod incurrerit, quis poſſet cum eo in tali irregularitate diſpenſare? Tertio, an per ſecundum homicidium clerici incurrerit excommunicationem, & irregularitatem? Quarto, An dato quod incurrerit, quis poſſet cum eo in tali irregularitate diſpenſare? Quinto, an per tertium homicidium incurrerit irregularitatem? Sexto, An dato quod incurrerit, quis poſſet cum eo diſpenſare.

RESPONSIO AVTHORIS
PRIMO QVÆSITO.

An per primum homicidium iſte adoleſcens incurrerit irregularitatem?

PRimo quæſito Reſpondi ſatis probabilem eſſe 2
ſententiam illum adoleſcentem occidentem,
etiam ex propoſito, & induſtria, & per inſidias,
& proditorie illum inimicum ſuum non incurriſ-
ſe irregularitatem, quæ reſolutio ſi aliquibus vi-
deatur dura, non eam reprobent, antequam vi- 3
deant rationes. Probatur primo: Quia nulla cen-
ſura, nec irregularitas ex delicto incurritur ante
annos pubertatis, vt docent, Sa *verbo cenſura*,
n. 2, Sanchez, *in ſelectis. d.*26. & citat Auillam, &
Henriquium, vt ait Diana, *p.*4. *tract.*1. *reſol.* 67. &
quamuis hic contrarium aſſerat Diana, maxime in-
clinauit in hanc ſententiam. *p.*3. *tract.*6. *reſol.* 88.
§. *ex quibus*, vt ait Auſonius, *verbo irregularitas,*
numero ſecundo. Eandem ſententiam tenet vt
probabilem Baſſæus, *verbo irregularitas, num.*5.
Ego ipſe, *in noſtro Directorio Confeſſariorum* 4
tract. 3. *d.*5. *n.*13. P. Fr. Ludouicus à Conceptio-
ne, *in ſuo examine veritatis, tom.*2. *tract.*2. §. 5. *n.*3.
Et ratio iſtorum Doctorum eſt, quia odia ſunt
reſtringenda, *ex reg. iuris in* 6. *Odia, &c.* Sed iſte
adoleſcens nondum peruenerat ad annos puber-
tatis, ergo, &c.

Confirmatur primo: Quia pueri ante annos 5
pubertatis non ligantur cenſuris, neque à iure,
neque ab homine vt patet *ex cap. fin. de ſent. ex-*
comm. & tenent cum aliis Leander, *tract.*1. *d.*2. *q.*
22. Fr. Chriſtophorus à ſancto Ioſeph. *verbo cen-*
ſura dub 2. § 3. *n.* 3. Ego ipſe, *in noſtro Directorio*
Confeſſariorum, *p.* 2. *tract.*12 *d.*1. *n.*22. Sed irre- 6
gularitas ex delicto eſt cenſura, vt probabiliter
tenent

tenent Corduba, *lib. 5. q. 3. dub. 4. & caſu* 28. 37. & 144. Medina, 1 2. q. 6. *art.* 4. & *lib. 5. inſtruct. cap.* 11. §. 9. & 12. & *lib. 2. cap.* 12. Gutierres, *Quaſtion. Canonic. cap.* 3. Vega, *in ſumma* 2. *p. cap.* 14. *caſu* 9. & 12. Bañes, *q.* 64. *art.* 8. *dub.* 14. P. Chryſtophorus à Sancto Ioſeph, *verbo cenſura, dub.* 1 *n.* 6. & probabile putat P. Fr. Ludovicus à Conceptione, *ſuprà*, *n.* 3. Quidquid alij probabilius dicunt, quos ego retuli, & ſecutus fui, *loco citato*; ergo cum iſte adoleſcens nondum perveniſſet ad annos pubertatis occidendo, etiam per inſidias, & proditorie alium, non incurrit vllam irregularitatem.

7 Confirmatur 2. quia in ſententia Sà, *verbo irregularitas, n.* 6. Irregularitas ex delicto non incurritur niſi detur peccatum mortale cum dolo, & contemptu, quam opinionem refert, & probabilem putat Fr. Ludovicus à Conceptione, *tom.* 2. *examinis veritatis, tract.* 2. § 1. *n.* 2. eam tenent Baldelus, *p.* 1. *lib.* 1. *d.* 29. *n.* 7. Felinus, Nauarrus, Pa-
8 normitanus, quos refert Palaus, *d.* 6 *p.* 3. *n.* 2. Sed prædictus occiſor, etſi mortaliter occidendo peccaverit, non tamen peccauit ex contemptu cenſuræ, vt ipſe fatetur, ſed ex odio in inimicum, ergo non incurrit vllam irregularitatem.

Confirmatur 3. Quia qui hominem occidit
9 ignorando invincibiliter tali delicto eſſe impoſitam irregularitatis pœnam illam non incurrit, vt docent Sanchez, *de matrimonio, lib.* 9. *d.* 32. *n.* 16. & 17. Nauarrus, Couarruuias, quos refert, & ſequitur Baſſæus, *verbo ignorantia, num.* 17. Diana, *p.* 4. *tract.* 12. *reſol.* 15 Candidus, Suarez & alii, quos lata manu retuli ego ipſe, ſecutus fui, *in noſtro Directorio Confeſſariorum, p.* 2. *tract.* 12. *d.* 1. *num.* 172. Sed prædictus adoleſcens omnino ta-
10 lem pœnam impoſitam eſſe illi delicto ignorabat invincibiliter, vt ipſe fatetur: ergo nullam incurrit irregularitatem per quod patet reſponſio primo quæſito.

RESPONSIO AVTHORIS SECVNDO QVÆSITO.

An dato quod incurrerit prædictam irregularitatem, quis poſſet cum eo in hac irregularitate diſpenſare?

11 Reſpondi non deeſſe doctores aſſerentes hanc irregularitatem poſſe tolli à quolibet confeſſore per bullam cruciatæ. Et ratio illorum eſt quia in ſententia aſſerente irregularitatem ex delicto eſſe cenſuram, quam ſupra retulimus, nomine abſolutionis ab omnibus pœnis, & cenſuris, quæ conceditur per bullam cruciatæ, venit intelligenda quælibet irregularitas ex delicto, vt docent Corduba, & Medina, quos refert Ludovicus à Conceptione, *tom.* 2. *examinis Veritatis tract.* 2. §. 1. *num.* 8. Atqui in bulla non exci-
12 pitur cenſura aliqua; ergo nec excipitur hæc irregularitas ſiue ex publico, ſiue ex occulto delicto procedat, & ſiue fuerit ex propoſito, ſiue per induſtriam, & ex inſidiis, & proditorie; ergo in foro conſcientiæ talis homicida abſolui poteſt per bullam cruciatæ. Ita P. Fr. Ludovicus à Conceptione, *ſuprà, n.* 8. quod idem à fortiori
13 dicere poterat de confeſſoribus regularibus, qui ex privilegio Pauli III. bulla 7. poſſunt abſoluere ſeculares ad ſe vnde quaque venientes ab omnibus caſibus, & quibuſcumque cenſuris, & pœnis ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, nulla excepta, niſi illæ quæ continentur in bulla cœnæ, vt cum Lezana, Naldo, Sanchez, Bordono, Delbene, Vidal, & aliis diximus, *in noſtro Directorio Confeſſariorum, p.* 2. *tract.* 1. *d.* 16. *n.* 1359. cum ergo nulla irregularitas ſit excepta in bulla cœnæ, conſequenter videtur dicendum in ea poſſe confeſſores regulares diſpenſare. 13

Nec obſtat ſi dicas in hoc caſu vltra irregularitatem ex delicto dari irregularitatem ex defectu lenitatis, quæ per bullam, nec per privilegia regularium tolli poteſt. Reſpondet namque ipſe 14
Ludovicus à Conceptione negando antecedens, 15
nam irregularitas ex defectu lenitatis ſolum incurritur a publicis miniſtris vt docet Leſſius, *lib.* 2. *de iuſtit.* Villalobos, Suarez, Filiutius, & alij, 16
quos refert, & ſequitur ipſe Ludovicus à Conceptione, *tom.* 2. *examinis veritatis, tract.* 2. §. 1. *num.* 2. Et licet ab aliis incurratur, poteſt tolli ab Epiſcopo, vt tenent Rodriguez, Couarruuias Campanili, Viualdus, Medina, quos refert, & ſequitur Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi, p.* 2 *allegat.* 3. *num.* 47. P. Fr. Ludovicus à Conceptione, *ſuprà, num.* 7. Probabile putat cum multis Diana, *p.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 69. Poteſt etiam ſtando in hac opinione tolli talis irregularitas a confeſſoribus regularibus, nam hi poſſunt diſpenſare in omnibus irregularibus, in quibus poſſunt Epiſco- 17
pi, *ex privilegio Sixti IV. bulla* 9. quam poſtea Confirmauit Iulius II. vt cum Roderico, Vega, Henriquez, Portel. Bellaſio, Bauni, Vrbano, Mancia, Lezana, *dixi in noſtro Directorio Regularium, p.* 1. *tract.* 2. *d.* 3. *num.* 61. & *in noſtro Directorio confeſſariorum, p.* 2. *tract.* 13. *d.* 2. *num.* 142. Cum ergo Epiſcopi poſſunt iure ordinario in hac irregularitate ex defectu lenitatis diſpenſare, idem poterunt conſequenter facere regulares per ſua privilegia.

Verum licet prædicta ſententia aliquibus fortaſſis probabilis videatur mihi non placet. Et ra- 18
tio eſt, quia ex ea infertur omnem irregularitatem ex delicto, etiam homicidij voluntarij, ex induſtria, & ex inſidiis, & proditorie, eſſe diſpenſabilem per bullam cruciatæ, & per privilegia regularium, ſiue homicidium fuerit occultum, ſiue publicum, & hoc non ſolum ſi commiſſum ſit à puero ante annos pubertatis, ſed etiamſi commiſſum ſit poſt annos pubertatis; ſiquidem in omnibus militat eadem ratio, & infertur ea- 19
dem conſequentia. Nam ſi ex eo, quod in cruciata non excipitur aliqua irregularitas, cenſetur omnia irregularitas ex delicto, etiam homicidij voluntarij conceſſa vt vult P. Fr. Ludovicus à Conceptione, *ſuprà, num.* 8. ſequitur idem dicen- 20
dum eſſe, tam in eo, qui annos pubertatis habet, quam in eo qui nondum attingit annos pubertatis, quod quam durum ſit, nemo eſt, qui non videat, fruſtra enim Tridentinum irregularitatem, ex homicidio voluntario, etiam occulto exciperet in conceſſione facta Epiſcopis, cum etiam ab irregularitate ex homicidio voluntario publico pœnitens in prædicta ſententia à quolibet confeſſore per bullam in foro conſcientiæ poteſt abſolui.

Dicendum igitur eſt, quod etiam ſtando in prædicta ſententia aſſerente irregularitatem ex de- 21
licto eſſe cenſuram, quam cum multis à ſe relatis docet Diana, *p.* 1. *tract.* 11. *reſol.* 27 Conſequenter

per bullam, nec Regulares per ſua priuilegia
non poſſe abſoluere ab ea irregularitate, quæ
ſimul eſt pœna, & inhabilitas, qualis eſt illa,
quæ contrahitur ex homicidio iniuſto volunta-
rio, vel mutilatione, & ſolum per bullam poſſe
22 tolli in prædicta ſententia irregularitatem. quæ
eſt pura pœna peccati, vt rectè cum Corneio,
& aliis diſcipulis Diui Thomæ, docet Diana
parte 4. tract. 2. reſol. 81. cum ergo irregularitas
23 orta ex homicidio voluntario, non ſolum ſit
pœna peccati, ſed inhabilitas ob ſignificatio-
nem, non poteſt tolli etiam in hac ſententia
24 per bullam Cruciatæ. Per quod patet non bene
inferre P. Ludouicum à Conceptione ex prædi-
cta ſententia illam conſequentiam, vnde ejus
doctrina omnino rejicienda eſt.

Et dicendum quod dato, quod dictos adoleſ-
cens, etiam ante annos pubertatis incurrerit præ-
dictam irregularitatem, vt melior docet ſenten-
tia, quam tenent Gauantus, Præpoſitus, & alij
25 quos refert Diana *p. 4. tr. 2. reſol.* 6. Bonacina, &
alij quos ego refero *in noſtro Direct. Confeſſ. p. 2.
tr. 13. d. 1. num.* 13. Tunc ſolum poſſe diſpenſari
à ſummo Pontifice, ſiquidem homicidium fuit
ex propoſito, per inſidias, & de induſtria, &
proditorium, in quo caſu diſpenſatio ſuper irre-
gularitate ex eo orta reſeruatur Pontifici, vt re-
ctè cum Barboſa, Turriano, Vaſquio, & aliis
communiter docet Diana *p. 4. tr. 1. reſol.* 72. &
ego cum multis dixi *in noſtro Directorio Confeſſa-
riorum p. 2. tr. 13. d. 2. n.* 16. per quod patet reſ-
ponſio ad ſecundum quæſitum.

RESPONSIO AVTHORIS TERTIO QVÆSITO.

An per ſecundum homicidium Clerici incurrerit excommunicationem, & irregularitatem.

CVm hunc caſum cum quodam non infimæ
26 notæ Theologo communicaſſem, ipſe in eam
fuit ſententiam, prædictum conſulentem occi-
dentem Clericum cum vxore ſua dormientem
non incurriſſe excommunicationem, aut irregu-
laritatem. Et ratio illius erat, Quia multorum
Doctorum ſententia fuit, licere marito occidere
adulterum inuentum cum ſua vxore in adulterio,
dummodo non liuore vindictæ, ſed zelo iuſti-
tiæ id faciat: Ita docuerunt Gomez. *l. 8. Tauri
num.* 52. & 55. Caſtillo *l. 82. Tauri num.* 6. Mencha-
ca *lib. 1. controuerſiarum c. 8. num.* 2. Sa *verbo homi-
cidium. num.* 15. Iulius Clarus *lib. 5. ſententiarum, §.
27 homicidium, num.* 5. Fagundez *in 5. præcepto deca-
logi, lib. 5. cap. 10. num.* 19. & 20. Barboſa *in l. ſi ab
hoſtibus. § final. num. 56. tom. 2. pag. 229. col.* 2. Feli-
nus *in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 13. de conſtit.*
P. Fr. Ludouicus à Conceptione *in ſuo examine
veritatis tom. 2. tr. 2. §. 1. caſu 2. n.* 1. probabile putat
Leſſius *lib. 2. cap. 9. dub. 5. num.* 6. & citari poteſt
*cap. admonere 23. quæſt. 2. & l. marito. ff. de adulterio
& l. graues eodem titulo*, & patet *ex legibus Ca-
ſtellæ lib. 8. ordinament. lib. 5. titul.* 20. ibi iuſtè poſ-
ſunt occidere, lex vero noſtra Luſitana *lib. 5. or-
dinationis titul.* 38. initio ait, licitè poſſunt occi-
dere. Quorum ratio eſt, quia in hoc caſu le-
ges ipſæ faciunt maritos executores delicti quam-
uis nulla præcedat ſententia quæ leges iuſtiſſi-
mæ ſunt propter bonum commune, ergo mari-
tus occidens adulterum apprehenſiuo cum vxore
ſua in adulterio ſtando in hac ſententia nullum
peccatum commiſit, ſi id zelo iuſtitiæ fecit,
nec vllam incurrit cenſuram, aut irregulari-
tatem.

Sic diſcurrebat iſte Theologus, cui Reſpondi 28
hanc propoſitionem, non peccat maritus occi-
dens propria authoritate vxorem in adulterio
deprehenſam, damnatam eſſe ſub anathemate,
ſaltem vt ſcandaloſam, ab Alexandro VII. *in ſuo
decreto edito anno 1665. die 24. Septembris, prop.* 18.
ergo cum iuxta decretum Pontificis conſulens
peccauerit. occidendo adulterum inuentum cum
ſua vxore in adulterio, & incurrit excommuni- 29
cationem, ſiquidem Clericum occidit, & incurrit
irregularitatem. Verum iſte Theologus audacter
Reſpondit, Pontificem non damnaſſe propoſi-
tionem dicentem, occidentem adulterum in-
uentum cum ſua vxore propria authoritate non 30
peccare, ſed tantum damnaſſe propoſitionem
aſſerentem, non peccare occidentem vxorem
deprehenſam in adulterio propria authoritate,
vt patet ex ipſo decreto. vnde cum dictus ho-
micida non occiderit vxorem, ſed adulterum,
cum ea inuentum, non comprehenditur in de-
creto Alexandri.

Quod ſi dices idem in vtroque caſu dicendum 31
eſſe ob paritatem rationis, vt ego ei reſpondi,
ipſe huic obiectioni reſpondit primo, quod in
pœnalibus non eſt facienda extenſio, ob parita-
tem rationis de caſu ad caſum non expreſſum, vt
cum Portello notat Antonius *verbo lex quomodo* 32
interpretanda, n. 46. Secundo reſpondit. Pontifi-
cem in ſuo decreto non damnare dictam propo-
ſitionem vt falſam, & improbabilem, ſed vt
ſcandaloſam, ſtat autem eſſe propoſitionem
ſcandaloſam; & tamen eſſe probabilem, ſcimus
enim aliquam propoſitionem eſſe damnatam, vt
ſcandaloſam, & cunctis prohibitam illam de-
fendere, aſſerere, prædicare, imprimere, de ea
tractare, etiam ſub anathemate, & tamen talis
propoſitio non eſt damnata vt improbabilis ab
Eccleſia, ſed potius vt probabilis ab Eccleſia 33
aliquibus permittitur vt conſideranti faciliter
patebit, & nos ex propoſito, nec illam in ore
aſſumere volumus, vtpote nobis maximè abhor-
rente; ſtat ergo poſſe dari propoſitionem ſcan-
daloſam, & ſub anathemate prohibitam, cum
tamen in ſe ſit probabilis, & tolerata ab Ec-
cleſia.

Suppono ergo, quod iſte homicida ita diſcur-
rit. Pontifex ſolum vt ſcandaloſam condemnat
hanc propoſitionem, & ſolum ſub anathemate
prohibet illam docere, defendere, edere, aut
de ea diſputare publicè, aut priuatim tractare,
niſi forſan impugnando, non vero vt falſam, &
improbabilem eam condemnat, aut prohibet,
hoc ſuppoſito, ego nec doceo, nec defendo hanc
propoſitionem, nec eam edo, nec de ea diſ-
puto, ſed ſolum eam in practicam redigo, quæ
reductio ad practicam, licet etiam mihi ſub mor-
tali prohibita ſit ab Alexandro VII. in dicto de- 34
creto, ego vt ab irregularitate in tali opinione
probabili me liberem, non verò de hoc peccato,
de quo poſtea per Sacramentum confeſſionis 35
mundabor, ſi igitur iſte homicida fecerit hunc
diſcurſum, de quo eum condemnabis; ergo non
laudo

laudo eius determinationem peccandi. dicebat
ille Theologus, reducendo ad practicam talem
opinionem, ſed facta ſuppoſitione, non il-
lum de irregularitate, vel excommunicatione
condemno.

Addo, dicebat ille, quid erit, ſi iſte homici-
36 da dicat mihi non conſtat de tali decreto Ale-
xandri VII. nec tale decretum fuit promulga-
tum in Hiſpania, aut Luſitania, nec receptum,
quod erat neceſſarium, vt obligaret, vt tenent
37 plures Doctores, quos citat Diana *p. 4. tract. 4. reſol.* 127. & *p.* 1. *tr.* 8. *reſol.* 5. & *p.* 3. *tr.* 1. *reſol.* 54.
de quo vide etiam Auzonium *verbo lex*, *n.* 22. & 26.
38 ergo tale decretum me non obligat. Quid igitur
illi reſpondebis? Fateor contrariam opinionem
probabiliorem eſſe, quam tamen ſequitur ille ho-
39 micida, de neceſſaria promulgatione, & accep-
tatione legis in maiori parte Eccleſiæ non eſſe
improbabilem neceſſe eſt vt confitear.

40 Dices, id intelligi de lege aliquid de nouo im-
perante, non tamen de lege declarante aliquid
pertinente ad mores eſſe peccatum, nam hæc
ſufficit quod à Pontifice in Roma publicetur,
vt vbique obliget. Sed quid ſi iſte homicida
41 Reſpondeat, quod etiam propoſitio de fide vt
obliget fideles requirere promulgationem, nam
fides ex auditu, quomodo enim credent, ſi non
audierunt; ſi ergo nobis talis veritas non fuit
ſufficienter propoſita, quomodo ad eam cre-
dendum obligabimur, quis mihi dixit tale de-
cretum eſſe Pontificium, ſi mihi authoritatiuè
non fuit intimatum? Sed demus quod ſi erit le-
gitime promulgatum; quid dices ſi iſte homici-
da Reſpondeat, ſe non dubitare de decreto, præ-
42 dictum tamen decretum non loqui de occidente
adulterum, nec condemnare dictam propoſitio-
nem vt falſam, nec dicere talem occiſionem
fuiſſe, peccatum, ſed ſolum dicere talem doctri-
nam; & occiſionem fuiſſe, & eſſe ſcandaloſam,
ſed cum propoſitione & facto ſcandaloſo poteſt
eſſe probabilitas ex parte rei prohibitæ, vt *ſuprà*
diximus; ergo ſtando in illa opinione nulla datur
irregularitas in hoc caſu.

Nec obſtat ſi dicas ſaltem incurriſſe hunc ho-
micidam irregularitatem ex defectu lenitatis;
nam cum tanquam publicus miniſter adulterum
occiderit, ſaltem incurrit irregularitatem ex de-
fectu lenitatis publicis miniſtris concurrentibus
43 ad mortem delinquentis impoſitam: Reſpondit
dictus Theologus, ſe non dubitare illum eam ir-
regularitatem incurriſſe, non tamen incurriſſe
irregularitatem ex delicto, de qua ſolum eſt con-
44 trouerſia in præſenti; ab illa enim irregularitate
ex defectu lenitatis poſſe prædictum homicidam
diſpenſari, tam ab Epiſcopo, vt cum Rodri-
guez, Couar. Campanilli, & aliis docet Barboſa
de poteſtate Epiſcopi, *parte* 2. *allegatione* 39 *n.* 47.
quidquid cum aliis dicat Diana *p.* 4 *tract.* 2. *reſ.* 84.
Candidus, *diſquiſitione* 17. *articul.* 14 *dub.* 3. *n.* 5.
Tum etiam à Confeſſoribus regularibus, ſi qui-
dem ex priuilegio Sixti IV. poſſunt diſpenſare
in omnibus irregularitatibus, in quibus poteſt
Epiſcopus diſpenſare iure ordinario, vt diximus
in noſtro Directorio Regularium, *parte* 1. *tract.* 2.
d. 3. *num.* 65.

Hanc doctrinam alia ratione confirmauit iſte
Theologus dicendo, ſi adhuc huic rationi, &
opinioni non aquieſcis, dico ex alio capite præ-
dictum homicidam occidendo prædictum cleri-
cum, nec peccaſſe, nec incurriſſe excommuni-
cationem, aut irregularitatem. Non quia id ei
leges ciuiles permittant, quæ propoſitio damna-
ta eſt ab Alexandro VII. Sed ex alia ratione fun- 45
data in iure naturali, quam ſic oſtendo. Vnicui-
que licitum eſt occidere cum moderamine incul-
patæ tutelæ iniuſtum inuaſorem rerum ſuarum,
vt colligitur *ex capit. olim. de reſtitutione ſpoliat. cap.* 2. *d. homicid.* tum quia vim vi repellere licet,
vt cum Corneio, Gordono, Portel, Turria-
no, Villalobos, & aliis multis tenet Diana *p.* 4.
tractat. 2. *reſol.* 4. Ego ipſe *in noſtro Directorio
Confeſſariorum*, *p.* 2. *tract.* 13. *d.* 2. *num.* 228. & in
præſenti caſu P. Fr. Ludouicus à Conceptione 46
tom. 2. *examinis veritatis*, *tract.* 3. §. 1. *caſu* 2. *n.* 3.
Sed iſte Clericus inuadebat pretioſiorem rem
huius hominis, ſcilicet vxorem ſuam, quam ſe-
curam habere non poterat, illo viro relicto,
cum quotidie ad eam accedere poſſet, nec aliàs
ex parte mariti poſſet dari aliqua ſecuritas, vt
conſideranti patebit; ergo cum id à Pontifice
Alexandro damnatum non ſit, cum ſolum con-
demnet opinionem aſſerentem marito licere oc-
cidere vxorem deprehenſam in adulterio, ſequi-
tur licitè eum occidere poſſe, quæ ratio ſi adhuc
debilis videatur, accipe aliam, dicebat ille ſapien-
tiſſimus Theologus.

Vnuſquiſque ob defenſionem ſui honoris po- 47
teſt licitè, & abſque metu excommunicationis,
vel irregularitatis inuaſorem iniuſtum illius
etiam Clericum cum moderamine inculpatæ tu-
telæ occidere, vt cum Corneio, Gordono. Vil-
lalobos; Filliuc. Caſtro, Conuxo, Turriano,
& aliis multis docent Diana, *p.* 5. *tract.* 4. *reſolut.* 4.
Fagundez *in decalogum*, *lib.* 5. *cap.* 3 *num.* 19. Lugo
de iuſtitia tom. 1. *d.* 10. *num.* 5. & ego dixi *in noſtro
Directorio Confeſſariorum*, *p.* 2. *tract.* 13. *d.* 2. *n.* 233.
Sed hic Clericus inuadebat præcipuum hono-
rem huius homicidæ, ſiquidem eius vxorem co-
gnoſcebat, quod magni apud homines æſtima-
tur, & pluſquam amiſſionem omnium diuitia-
rum, & etiam propriæ vitæ. cum ergo Pontifex
Alexander non damnauerit propoſitionem ſe- 48
ruentem, licitè poſſe maritum occidere adulterum
deprehenſum cum propria vxore in adulterio, ſed
ſolum propoſitionem aſſerentem, poſſe licitè occi-
dere vxorem deprehenſam in adulterio, licitè eum
poteſt occidere.

Nec obſtat ſi dicas eandem rationem prohi- 49
bitionis dari in vtroque caſu. Reſpondit nam-
que dictus Theologus negando antecedens, nam
mulier non eſt aggreſſor bonorum, & honoris
mariti, bene tamen adulter. Vnde rectè Ponti-
fex damnat propoſitionem aſſerentem maritum 50
poſſe licitè occidere vxorem deprehenſam in
adulterio, cum illa tantum ſit patiens, & non
aggreſſor bonorum mariti, nec illius honoris,
quod tamen non inuenitur in adultero, qui eſt
verè aggreſſor, & deceptor illius miſerrimæ
adulteræ.

Confirmatur quia homo nobilis poteſt licitè 51
occidere eum publicè appellantem Iudæum, cor-
nutum, &c. vt cum Molina. & Eſcobar, & aliis
dixi *in noſtro Directorio Confeſſariorum*, *ſuprà nu-
mero* 237. quod etiam tenet Petrus Nauarra,
Henriquez, Baldellus, quos refert Diana *part.* 5.
tract. 4. *reſol.* 32. ergo à fortiori poterit occidere,
non ſolum appellantem eum cornutum, ſed in
rei veritate eum facientem cornutum. Quibus ſic

aſſeris,

aſſertis, cum ego reſponderem, quod in his ca-
ſibus tunc ſolùm inuaſum poſſe licitè occidere
inuaſorem rerum ſuarum, & honoris quando
52 inuaſor non vult deſiſtere ab inuaſione, vel in-
uaſus aliter ſuum honorem, vel diuitias recupe-
rare non poteſt, vt latius ego dixi *locis citatis*,
Atqui in præſenti inuaſor deſiſtit ab adulterio,
& inuaſus ſuum honorem recuperare poteſt,
53 Clericum prædictum apud ſuum iudicem accu-
ſando, vt eum condigna pœna caſtiget; ergo
iſte homicida omittendo hæc, & peccat, &
54 contrahit excommunicationem, & irregulari-
tatem prædictum adulterum Clericum occiden-
do.

55 Reſpondit dictus Theologus, inuaſum aliter
vxorem ſuam ſecuram habere non poſſe, niſi
adulterum occidendo, cum ſemper ſit illa expo-
ſita adulterio cum ipſo Clerico, cum quo toties
adulterium commiſit, vt experientia docet. Ad
id vero quod dicitur de recuperatione honoris
accuſando prædictum Clericum coram ſuo iudi-
56 ce Reſpondit, hoc modo non recuperari hono-
rem apud homines, nam etiam ille cui aliquis
alapam impegit, vel quem aliquis Iudæum, vel
cornutum appellauit, poterat eum apud iudicem
accuſare pro iniuria accepta, & tamen Docto-
res dicunt in continenti poſſe non occidere vt
ſuprà diximus; ergo eodem modo poterat ipſe
homo occidere dictum Clericum cum de facto
facientem cornutum ſine metu excommunicationis,
vel irregularitatis.

Hæ ſunt rationes, & argumenta, quibus hic
57 Theologus ſuam acerrimè probabat ſententiam: ve-
rùm quia hæc ſententia ad excuſandum prædictum
homicidam ab excommunicatione, & irregulari-
tate neceſſaria nobis non eſt, & aliquo modo op-
58 ponitur *Decreto Alexandri VII. ſuprà relato*, vt
etiam fatetur P. F. Lud. à Concept. *in principio to.
2. examinis veritatis*, ideo ne homicidam iſtum in
has anguſtias injiciamus, vt alio principio di-
co, quod licet iſte homicida occidendo talem
Clericum adulterum inuentum cum ſua vxore
59 peccauerit vt ſtatuit Alexander VII. non tamen
incurrit excommunicationem, aut irregularita-
tem.

Et ratio eſt: Quia iſte homo occidendo præ-
60 dictum Clericum adulterum inuentum cum
vxore ſua non incurrit excommunicationem
cap. ſi qui ſuadente Diabolo, vt docent Suarez
tom. 5. de cenſuris d. 22. ſect. 1. num. 54. & cum
Molina, Emanuele, Sà, Nauarro, Filliucio, & aliis
communiter Bonacina *de cenſuris d. 2. quæſt. 3. p. 6.
ſect. 4. num. 6.* & patet *ex cap. ſi vero de ſententia
61 excommunicationis*: Eccleſia namque non repu-
tat huiuſmodi percuſſionem factam fuiſſe ſua-
dente Diabolo, ſed vehementi paſſione, cum
difficillimum ſit in huiuſmodi caſu iuſtum tem-
perare dolorem; ergo nec etiam incurrit irregula-
ritatem.

62 Patet conſequentia: Quia vt cum multis pro-
bat Sanchez *lib. 9. de matrimonio, d. 32. num. 16.
& 17.* Excommunicatio, & irregularitas ex de-
licto, qualis eſt hæc ex homicidio voluntario,
purificantur, quoad pœnam, ſi ergo per tale
homicidium non incurritur excommunicatio, vt
63 certi iuris eſt, quia Eccleſia non vult ſuo obli-
gare præcepto in hoc caſu, vt *ſuprà* diximus,
nec etiam incurretur, irregularitas. Ita Fagundez
in 5. Decalogi præceptum lib. 5. cap. 10. num. 51. Fari-
nacius *in praxi tom. 4. quæſt. 121. num. 2. & 3.* pro-
pter eandem rationem, & allegans Textum *in* 64
l. nec in ea, ff. ad l. Iulium de adulteriis, & cum
Farinacio idem tenet Gloſſa *in l. patri, num. 1.
verſo item non eſt ius, ff. eodem*, & nouiſſimè te-
net etiam hanc ſententiam P. Fr. Ludouicus à
Conceptione *tom. 2. examinis veritatis, §. 1. caſu
2. fol. mihi* 479. per quod patet reſponſio. 3 quæſi-
to. Verum quia non deſunt Authores contrarium
aſſerentes Reſpondeo 4. quæſito.

RESPONSIO AVTHORIS
QVARTO QVÆSITO.

An dato quod hic homicida Clerici adulteri incurrerit irregularitatem, quis poſſit cum eo diſpenſare?

RESpondi in hac irregularitate poſſe Epiſco- 65
pum diſpenſare. Ratio eſt, quia hoc homici-
dium eſt occultum, & non fuit proditorium, nec
per inſidias factum, ſed quando homicidium, 66
non eſt proditorium, nec factum per inſidias, ſi
eſt occultum non eſt Papæ reſeruatum per *cap.
liceat in Trident.* ſiquidem cenſetur homicidium 67
cauſale culpabile, vt docent Turrianus, Vaſquez,
Hurtadus, & cum Barboſa, Diana *p. 4. tract. 2.
reſol. 72.* & cum Sà, Suario, Palao, Machadò,
ego ipſe *in noſtro Directorio Confeſſariorum, p. 2.
tr. 13. d. 2. n. 162.* ergo tum quia Epiſcopus poteſt 68
diſpenſare cum homicida occulto, quando excedit
moderamen inculpatæ tutelæ ſe, & ſua defenden-
do, vt cum multis dixi *in noſtro Directorio Confeſ-
ſariorum, p. 2. tr. 13. d. 2. n. 1331.* ſed iſte homici-
da eſt occultus, & non eſt proditor, ſed ad ſum-
mum ſolum exceſſit in moderamine inculpatæ tu-
telæ ſe, & ſua defendendo; ergo optimè cum eo
poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt cum communi ſen-
tentia ego docui *in eodem Directorio Confeſſario-
rum, ſuprà n. 1331.* & idem poſſunt facere Regula-
res per priuilegium Sixti IV. quod *ſuprà* retulimus,
& ego cum multis dixi *in noſtro Directorio Con-
feſſariorum, p. 2. tr. 13. d. 3. n. 332.*

Dices hoc homicidium non fuiſſe occultum,
cum à duobus ſeruis, & duabus ancillis, & ab
ipſa vxore fuerit viſum. Reſpondetur negando
antecedens; nam ad hoc vt delictum ſit occul-
tum, quale requiritur in Tridentino, vt Epiſco-
pus poſſit ab illo abſoluere, vel cùm illud com- 69
mittente diſpenſare in irregularitate ex eo con-
tracta, non requiritur quod à nemine ſciatur,
ſed ſufficit quod non ſit publicum, aut noto- 70
rium, aut famoſum, vt autem tale ſit, requiritur
vt ſciatur à maiori parte viciniæ, quæ ad minus
conſtet decem perſonis, vel quod non ſit dedu-
ctum ad forum contentioſum, aut ſi eſt, quod
non ſit in eo probatum vnico ſaltem teſte, vt be-
ne cum aliis Sanchez *lib. 2. cap. 11. num. 21. & lib.
8. de matrim. d. 34. n. 57. & 58.* Bonacina *d. 1. q. 3.
parte 2. num. 1.* & ego dixi *in noſtro Directorio
Confeſſariorum, parte 2. tract. 12. d. 1. num. 121.* 71
Quando enim reus abſoluitur in iudicio defectu
probationis non dicitur crimen deductum ad fo-
rum contentioſum cum effectu, etſi hoc fiat
ſaluis teſtibus, vt ibi cum Sanchez dixi; Atqui

hoc crimen non fuit deductum ad forum conten-
tioſum, etſi fuit deductum, reus non fuit cogni-
tus, nec citatus, nec fuit publicum, cum ſolum
fuerit cognitum à quinque perſonis in magno po-
pulo, nec delictum in iudicio fuit ſaltem vnico
teſte contra reum probatum; ergo manſit inter
terminos occulti, ac per conſequens poteſt ab Epiſ-
copo, vel etiam à regularibus diſpenſari per quod
patet reſponſio quarto quæſito.

RESPONSIO AVTHORIS
QVINTO QVÆSITO.

An per tertium homicidium incurrerit
irregularitatem?

73 Reſpondi prædictum homicidam non incur-
riſſe irregularitatem occidendo iudicem, qui
eum è loco ſacro volebat extrahere. Ratio eſt,
quia reus in eo caſu gaudebat immunitate Eccle-
ſiæ, vt late in ſimili caſu docet Giurba, *in conſiliis*
crim. conſil. 30 *n.* 21. & in præſenti caſu cum Ma-
rio. Farinacio, Turriano, Palao, Diana, *p.* 4. *tract.* 10.
reſol. 6. Ergo ſi iudex per vim illum volebat ex
atrio Eccleſiæ extrahere, cum licitè poterat occi-
dere. Patet conſequentia, quia reus percuſſit iudi-
cem cum moderamine inculpatæ tutelæ ob de-
74 fenſionem immunitatis, qua fruebatur, Sed vnuſ-
quiſque poteſt ius ſuum defendendo inuaſorem
occidere, ſi res grauis ſit, ſicut præſens vt patet
ex cap. olim. de reſtitutione ſ oliat. cap. 2. *de homi-*
cidiis, vim enim vi repellere licet, vt cum Cor-
neio, Gordeno, Portel, Turriano, Villalob. Filiuc. &
aliis dixi, *in noſtro Directorio Confeſſariorum, p.* 1. *tr.*
13. *diſ.* 2 *num.* 228 Diana, *part.* 4. *tr.* 3. *reſol.* 4 &
in præſenti caſu P. Fr. Ludouicus à Conceptione.
tom. 2. *examinis veritatis, tr.* 2 § 3. *num.* 36. Ergo
iſte homicida occidendo iudicem per vim eum
volentem è loco ſacro extrahere non incurrit irre-
gularitatem.

75 Dices ad minus incurriſſe irregularitatem ex
defectu lenitatis. Reſpondeo negando antece-
76 dens nam irregularitas ex defectu lenitatis non
incurritur, niſi à publicis miniſtris, vt tenet cum
Vazquio, Turriano, Diana, *p.* 3. *tr.* 5. *reſol.* 79. & *p.* 3.
in additamentis ad reſolutionem 46. & cum aliis
Auſonius, *verbo irregularitas, n.* 54. P. Fr. Ludoui-
cus à Conceptione, *ſuprà n.* 35. Nec obſtat quod
iſte reus inuentus fuerit à iudice cum clerico
mortuo ſed occidens clericum iniuſte non gaudet
77 immunitate, vt docet Correa, *in relectione de im-*
munitate Eccleſiæ, p. 3 *n.* 17. & alij, ergo Reſpon-
detur negando minorem, nam hoc delictum non
eſt exceptum in conſtitutione Gregoriana. Ita cum
Marino, & aliis multis Diana, *p.* 1 *tr.* 1. *reſol.* 34. &
p. 4. *tr.* 1. *reſol.* 86.

78 Nec obſtat ſi dicas hunc reum non eſſe in Ec-
cleſia ſed tantum confugiſſe ad oſtium cuiuſdam
Sacelli, ſiue oratorij in medio campi exiſtentis.
Reſpondetur namque, quod etiam oratorium,
ſiue Sacellum authoritate Epiſcopi fundatum,
qualia ſunt quæ habent cymbalum, ſiue campa-
nam ſuper tectum, & publice pulſantur, gau-
dent immunitate, vt cum Peregrino, Sanchez,
& aliis docet Auſonius verbo, *immunitas quoad*
locu, n. 4.

79 Nec obſtat quod ſolum portam dicti ſacelli
apprehenderet, nam id ſufficit ad immunitatem;

Nam appellatione Eccleſiæ venit etiam oſtium,
ita cum Gambacurta, & aliis Auſonius. *verba ir-*
regularitas quoad locu, n. 11. Imo etiamſi ſolum
tangeret muros ipſius Sacelli, ſiue oratorij gau-
deret immunitate, vt tenet cum Riccio. & aliis
Diana, *part.* 3. *tr.* 1. *reſol* 73. & *p.* 6. *tr.* 1 *reſol.* 3.
Auſonius. *ſuprà, num.* 11. Per quod patet reſpon-
ſio quinto quæſito.

RESPONSIO AVTHORIS
SEXTO QVÆSITO.

An dato quod per tale homicidium incur-
rerit irregularitatem, quis poſſit
cum eo diſpenſare?

Reſpondi quod dato quod hic homicida oc-
cidendo illum iudicem incurrerit irregulari- 80
tatem, cum eo poſſe Epiſcopum diſpenſare. Et
ratio eſt, quia iſte homo ſolum potuit incurrere
irregularitatem, quia aliquo modo grauiter ex-
ceſſit moderamen inculpatæ tutelæ ſe ipſum de-
fendendo, ne e loco ſacro à iudice per vim extra-
heretur; ſed Epiſcopus poteſt diſpenſare in irre-
gularitate orta ex homicidio caſuali occulto, vt
quando fit in ſui defenſionem abſque moderami- 81
ne inculpatæ tutelæ, vt docet cum multis Dia-
na, *p.* 10 *tr.* 13. *reſol.* 11. Ego ipſe, *in noſtro Directo-*
rio Confeſſariorum, p. 2 *tr.* 13 *d.* 3. *num.* 131. Tum
quia Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate 82
orta ex homicidio caſuali occulto commiſſo ex
ſubita rixa, vt ibi dixi cum Diana; ergo cum iſtud
homicidium ſolum fuerit culpabile, vel quia fuit
commiſſum non ſeruato moderamine inculpatæ
tutelæ, vel quia fuit commiſſum ex ſubita ira, 83
& rixa; & alias ſit occultum, cum illud ſolum faciat
duo ſerui ipſius homicidæ, & duo ſatellites, &
duæ fœminæ, qui teſtes non ſufficiunt ad facien- 84
dam rem publicam, vel notoriam, vt diximus in
reſponſo quarto huius conſulti; nec alias delictum
fuerit deductum, ad forum contentioſum optime
in hac irregularitate poteſt Epiſcopus diſpenſare,
Et idem poſſunt facere Regulares per ſua priui-
legia, ſiquidem poſſunt diſpenſare in irregularita-
te in omnibus caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus
iure ordinario, *ex priuilegio Sixti IV. vt ſuprà* di- 85
ximus *quæſito* 4. & latius dixi, *in noſtro Directo-*
rio Regularium, p. 1 *tr.* 2. *d.* 3. *n.* 6. & *in noſtro Dire-*
ctorio Confeſſariorum. p. 2. *tract.* 13 *d.* 3 *num.* 132. &
hæc ſaluo meliori iudicio.

CONSVLTVM XCIV.

De religioſo expulſo ab ordine, an poſſit ad
ordines promoueri; & ad beneficium cu-
ratum ſine Papæ diſpenſatione vbi multa
de expulſis quoad beneficia.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Donati primæ profeſſionis noſtræ Carmelitanæ*
excalceatæ familiæ cum tribus votis ſimpli-
cibus ſunt veri religioſi.

3 Talis modus viuendi fuit approbatus ab Clemente VIII. & nouiſſimè ab Alexandro VII.
4 Suitſit Magno Magiſtro Aruuio in hac parte.
5 Donatus primæ profeſſionis expulſus à noſtro religione licitè poteſt in ſeculo promoueri ad ſacros ordines, ſi aliàs habeat patrimonium, vel beneficium.
6 Decretum ſacræ Congregationis de mandato Vrbani VIII. in contrarium, ſolum loquitur de religioſis ſolemniter profeſſis.
7 Prædicti donati primæ profeſſionis non ſunt ſolemniter profeſſi.
8 Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.
9 Religioſi votorum ſimplicium eiecti à religione non ſunt incapaces beneficiorum, aut dignitatum.
10 Licitè poſſunt promoueri ad beneficia, etiam curata.
11 Religioſi votorum ſimplicium eiecti à religione nunquam notam incurrunt, nec tamen irregularitatem ex infamia.
12 Irregularitates non incurruntur, niſi expreſſæ ſint in iure.
13 In iure nulla irregularitas imponitur eiectis, etiamſi ſint ſolemniter profeſſi.
14 Eiecti à religione debent poſtponi aliis in petitione beneficij, ob eum ſolum cauſam, quia fuere eiecti.
15 Optimè faciunt prælati Eccleſiarum facientes ſtatutum ſes non admittendi ad beneficia, Canonicatus, & probendas.
16 Donati ſecundæ profeſſionis in ordine noſtro ſunt veri religioſi ſolemniter profeſſi.
17 De illi idem iudicium faciendum eſt, ac de aliis religioſis, ſi à religione eiiciantur.
18 Solum ob incorrigibilitatem poſſunt eiici ab ordine.
19 Aliqui Doctores dicunt donatos ſolemniter profeſſos, & alios religioſos eiectos poſſe promoueri ad ordines ſacros.
20 Alij id negant prædictis eiectis ſolemniter profeſſis.
21 Religioſi ſolemniter profeſſi ſi eis à religione non imponitur ſuſpenſio contra eos lata à ſacra Congregatione, poſſunt promoueri ad ordines, & poſſunt exercere in ordinis ſuſceptis ante eiectionem.
22 Dicta ſuſpenſio lata à ſacra Congregatione eſt ſolum comminatoria, & ferenda.
23 Verbum ſit, eſt futuri temporis.
24 Talis eiectus ſi ordinetur non debet ordinari ad titulum religioſi, nec titulo patrimonij proprij.
25 Debet ordinari titulo aliquorum redituum ab Epiſcopo aſſignandorum.
26 Talis eiectus debet ordinari ab Epiſcopo ſuæ originis.
27 Stando in opinione, quæ ait eiectos eſſe ipſo iure ſuſpenſos, nec poſſe promoueri ad ordines talis ſententia non procedit, quando aliquis eiicitur, eo quod eius profeſſio fuerit nulla.
28 Idem dicendum eſt de illis, qui iniuſtè eiiciuntur.
29 Dum non conſtat de iniuſtitia eiectionis ſe debet habere expulſus in foro externo, vt vere ſuſpenſus.
30 Idem dicendum eſt quando religioſus licet culpatus non eiicitur ſeruatis conditionibus in decreto de eiectis requiſitis.
31 Conditiones appoſitæ in decreto de eiectis non ſunt obſeruandæ in eiectione noſtrorum donatorum primæ profeſſionis.
32 Cum coadiutoribus formatis, tum ſpiritualibus, quam temporalibus Societatis Ieſu, nec cum illis qui tantum voto biennij habent in eorum eiectiones, non obſeruantur dictæ conditiones, poſita in decreto de eiectis.
33 Aliqui dixerunt donatos, & alios religioſos ſolemniter profeſſos, ſi eiiciantur eſſe incapaces ad recipiendum beneficium, cui annexa ſit functio ordinis.
34 Collatio beneficij ſupponit ordinis exercitium.
35 Nequit conferri illi, qui eſt ſuſpenſus ab omni exercitio ordinis, etiam minoris.
36 Regularis qui ex ordine mendicante tranſit ad non mendicantem eſt ibi incapax officij prioris, miniſtri, Vicarij, &c.
37 Taliter tranſlatus, etiamſi fuerit canonicus regularis, eſt incapax beneficij ſecularis.
38 Maiori pœna dignus eſt, qui eijcitur ab ordine, quam qui tranſit ab ordine mendicante ad non mendicantem.
39 Tales eiecti ſi eis non imponatur dicta ſuſpenſio à prælatis religionis ſunt capaces beneficiorū.
40 Si talis ſuſpenſio à prælatis religionis eis imponatur adhuc ſunt capaces recipiendi beneficia, etiam curata.
41 Diuerſæ, & ſeparabiles pœnæ ſunt, ſuſpenſio ab officio, & ſuſpenſio à beneficio, & vna aliam non includit.
42 Vna ſine altera poteſt executioni mandari.
43 Compati poteſt fruitio beneficij, etiam curati ſine ordinis exercitio.
44 Suſpenſus ab ordinis exercitio, ſi ei conferatur beneficium curatum intra debitum tempus debet procurare ſuſpenſionis abſolutionem, vt poſſit frui beneficio.
45 Suſpenſio ab officio per ſe non includit ſuſpenſionem à beneficio.
46 Suſpenſus à beneficio non eſt ſuſpēſus ab officio.
47 Suſpenſus ab officio, ſiue ordinum exercitio, non eſt ſuſpenſus à beneficio.
48 Collatio beneficij facta ſuſpenſo ab officio licita, & valida eſt.
49 Collatio beneficij facta his eiectis licita, & valida eſt.
50 Reſpondetur ad cap. final. de reſcriptis.
51 Ad ſimplicis beneficij collationem ſufficit prima tonſura.
52 Prima tonſura non eſt ordo.
53 Beneficij titulo receptio, & collatio paſſiua dari, & exiſtere poteſt, ſine ordine, & ſine exercitio illius.
54 Beneficium curatum non ſupponit in illud recipiente actualem ordinem, ſed ſolum potentialem, ſeu aptitudinalem.
55 Qui eſt ſuſpenſus ab exercitio ordinis actualiter non eſt capax recipiendi beneficium curatum.
56 Pœna non irrogatur, niſi expreſsè in iure imponatur.
57 Ponitur argumentum in contrarium.
58 Ponuntur aliquæ confirmationes eiuſdem argumenti.
59 Soluitur primum argumentum.
60 Soluitur prima Confirmatio.
61 Soluitur ſecunda confirmatio.
62 Si prælati religioſis ſolemniter profeſſis non imponant ſuſpenſionem ab exercitio ordinis

non

non indigent aliqua diſpenſatione ad miniſtrandum in ſacris.

63 *Si talis ſuſpenſio eis imponatur, vel in ſententia, qua dicit ab eis incurri ipſo iure, talis ſuſpenſio tollenda eſt à Romano Pontifice, vel à prælatis regularibus ipſius expulſi.*

64 *Non poteſt tolli ab Epiſcopo.*

65 *Res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.*

66 *Prælati regulares poſſunt abſoluere à ſuſpenſione à Papa reſeruata, etiam ſeculares.*

67 *Eiecti non poſſunt exercere munus prædicandi, nec audiendi confeſſiones.*

68 *De licentia prælatorum religionis, à quibus eiecti ſunt, ſi ſint ab Epiſcopo approbati, poſſunt prædicta munera exercere.*

69 *Religioſus approbatus ad Confeſſiones in aliqua Diœceſi, ſi à religione eiiciatur, ex vi talis approbationis non poteſt audire confeſſiones in ea diœceſi; non ex defectu approbationis, ſed ex defectu iuriſdictionis.*

70 *Per Iubilæum, vel delegationem parochi, vel per bullam cruciata, poteſt talis religioſus eiectus eligi ad audiendas confeſſiones.*

71 *Si Religioſus eiectus in aliqua Diœceſi ſit approbatus ad audiendas confeſſiones, & ad prædicandum, de licentia prælati regularis, qui eum à religione eiecit, poteſt in ea Diœceſi audire confeſſiones, & prædicare.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM donatus noſtræ religionis primæ profeſſionis à me ipſo fuit expulſus in noſtro Collegio Viennenſi in Luſitania, qui poſtquam à religione eiectus fuit, ordinatus fuit ordinibus ſacris, & accepit beneficium curatum.

Quæſitum fuit à me primo, An prædictus à religione expulſus poſſet licite aſcendere ad ſacros ordines? Secundo, An poſſet licitè & valide ei conferri beneficium curatum? Tertio, An idem iudicium faciendum ſit de donatis ſecundæ profeſſionis in ordine ad ordines? Quarto, An donatis ſecundæ profeſſionis vel religioſis choriſtis expulſis poſſint conferri licite, & valide beneficia etiam curata? Quinto, quis poſſit diſpenſare cum religioſis profeſſis ſolemniter expulſis, adhoc vt miniſtrent in ſacris, vt prædicent, & audiant confeſſiones?

RESPONSIO AVTHORIS

PRIMO QVÆSITO.

An donatus Carmelitarum diſcalceatorum primæ profeſſionis ab ordine expulſus poſſit licite in ſæculo aſcendere ad ſacros ordines?

2 PRo huius caſus explicatione ſuppono vt certum, Donatos noſtræ Carmelitanæ excalceatæ familiæ profeſſionis votorum ſimplicium, eſſe veros religioſos; ſiquidem eius vita, & profeſſio cum tribus votis ſimplicibus, vt laudabilis approbata fuit tum à Clem. VIII. vt latius, *dixi in noſtro Directorio Regularium, p. 2. tract. .. d. .. n. ...*

3 Tum quia nouiſſime approbata fuit ab Alex VII. vt patet ex bulla, qua omnes & ſingulas conſtitutiones noſtras approbauit, & confirmauit his verbis *Et præterea conſtitutionibus, quas pro ſtabiliendo ſub vera religionis obſeruantia eorum laudabili propoſito, prouide cognouimus emanaſſe, libenter cum à nobis petitur Apoſtolici muniminis adiungimus firmitatem, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.* Et infra, per incertas conſtitutiones Apoſtolica authoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus. Sed vna ex his conſtitutionibus approbatis, & confirmatis in hac bulla, eſt quæ continet modum, & vitam horum Donatorum primæ profeſſionis, vt patet *ex 2. parte noſtrarum conſtitutionum, cap. 4. n. 4.* Ergo talis modus viuendi vt vere religioſus, & laudabilis ab Alexandro VII. fuit approbatus, & confirmatus, vt patet ex illis verbis, & præterea conſtitutionibus, quas pro ſtabiliendo ſub vera religionis obſeruantia eorum laudabili propoſito, prouide cognoſcimus emanaſſe.

Vnde reijciendus eſt Arauio, *in ſuis Deciſionibus tract. 3. q. 32. n. 23* Nam ſi ideo ibi negabat huiuſmodi donatos trium votorum ſimplicium noſtræ excalceatæ Carmelitanæ familiæ eſſe veros religioſos, quia deficiebat approbatio ſedis Apoſtolicæ, ſicut fecit cum Ieſuitis, approbando eorum primam profeſſionem trium votorum ſimplicium, iam talis approbatio à ſede Apoſtolica habetur, vt patet *ex prædicta bulla Alexandri VII.* & ex *alia Clementis VII.* quam ipſe Arauio non videtat, vt dixi *in noſtro Directorio Regularium, vbi ſuprà*, quæ omnino videnda ſunt, vt videas firmitatem huius ſententiæ, ibi enim omnibus argumentis in contrarium reſpondemus, & quæ ibi dicta ſunt, hac approbatione nouiſſima Alexandri VII manent magis roborata, & confirmata. His igitur ſuppoſitis. 4

Dico huiuſmodi donatum expulſum à noſtro Carmelitano excalceato ordine licite poſſe ad ordines ſacros promoueri, ſi aliàs habebat competens patrimonium, vel beneficium ad cuius titulum ordinetur. Ratio eſt, quia in iure nulla alia datur prohibitio, niſi Decretum Sacræ Congregationis de ſpeciali mandato Vrbani VIII. editum 21. Septembris anno 1624. in quo eiecti à Religione ſuſpenduntur perpetuo ab exercitio ordinum, imo & à receptione illorum; ſiquidem vetita cenſetur ſuſceptio ordinum, quibus eſt vetitus vſus illorum, vt vult eum Bonacina, Lezana, Pelizarius, *tract. 8. cap. 7. n. 25.* Sed tale decretum ſolum loquitur de eiectis ſolemniter profeſſis, vt notauit Pelizarius, *ſuprà, n. 14.* Quintanadueñas, *tract. 13. ſingularium ad ſuſpenſionis cenſuram, ſingulari 12. n. 5.* & colligitur ex eodem decreto ex illis verbis, vt in poſterum ex religionibus nullus legitime profeſſus eiici poſſit, &c. Ergo cum prædicti donati non ſint ſolemniter profeſſi, de illis non loquitur prædictum decretum, ſicut nec etiam loquitur de patribus Societatis, qui tantum habent prædicta vota ſimplicia, vt ait Quintanadueñas, *ſuprà, n. 5.* & Pelizarius, *loco citato.* 5 6 7

Dices ſacra Congregatio in prædicto decreto hanc pœnam imponit omnibus religioſis ejectis extra religionem degentibus; ſed prædicti donati erant veri religioſi vt *ſuprà* diximus, & eiecti degunt extra religionem; ergo etiam de illis loquitur decretum. Et idem de patribus Societatis votorum ſimplicium dicendum eſt. Reſpondetur prædicta verba decreti referri ad profeſſos ſolemniter; Nam cum hæc clauſula antecedat clauſulam 8

ſuſpenſionis præfatæ pro ejectis impoſitæ, ad illam reiicitur, nam regulariter clauſula ſequens, refertur, & trahitur ad omnia præcedentia vt docet Bartolus, *l. vltima, ff de reb. dub. C. 2. requiris 41. de appellat.* Anton. Gab. *lib. 6. eodem titul. de clauſul. concl.* 9. Gonzales, *ad reg.* 8. *Cancellariæ gloſſa* 52 *n.* 3. Riccius, *prax. reſol.* 92. *n.* 2. & Rota apud Cened. *poſt tractatum de cenſuris deciſione* 51 *n* 4. Quæ regula præcipuum locum habet in odioſis, vt notant aliqui DD. præcedentem autem clauſulam de eiectis ſolemni profeſſione ligatis loqui patet ex incorrigibilitate, pœnitentia, & aliis circunſtantiis in ea appoſitis ad profeſſorum eiectionem requiſitis, quæ iuxta noſtras conſtitutiones confirmatas ab Alexandro VII. minime ad eiectionem prædictorum donatorum primæ profeſſionis requiruntur, cum ipſi propter ſolum vnum peccatum mortale cum ſcandalo ſæcularium ab ordine eiici poſſint, vt patet, *ex 2. p. noſtrarum conſtitutionum, cap. 3. n....* Ergo prædicti donati non includuntur in dicto decreto, ſicut nec etiam Patres Societatis Ieſu, qui tantum habent vota ſimplicia, vt ait Quintanadueñas, *ſuprà, n.* 5. Ergo licite poſſunt prædicti donati primæ profeſſionis ab ordine expulſi promoueri ad ordines ſacros, ſi aliis habeant titulum patrimonij, vel beneficij, vt ſupponimus.

RESPONSIO AVTHORIS. SECVNDO QVÆSITO.

An eis poſſit tribui licite, & valide beneficium curatum?

9 RESPONDI me non inuenire in iure, nec in Pontificiis decretis huiuſmodi religioſos votorum ſimplicium eiectos, etiam ob ſuos defectus à religione eſſe incapaces beneficiorum, aut dignitatum, ſicut nec ipſos patres Societatis votorum ſimplicium ob ſimiles defectus eiectos à religione incapaces inuenit Quintanadueñas, *tract.*
10 16. *ſingulari* 18. *num* 3. Vnde ſicut illi, & ita & noſtri donati, ſicut poſſunt licite promoueri ad ordines ſacros, ita & promoueri ad beneficia ſimplicia, & etiam curata, ſiquidem in iure nulla datur prohibitio, & alias decretum de eiectis non loquitur de his donatis votorum ſimplicium, ſed de Religioſis ſolemniter profeſſis.

Dices prædicti donati etiam votorum ſimplicium eo ipſo quod à Religione eiiciantur ſunt infames infamia facti; ſed quilibet infamis eſt irregularis; ergo tales cenſendi ſunt omnes eiecti à religione, vt ait Lezana, *tom. 2. cap. 23. num.* 18. Rodriguez, *tom. 1. q.* 30. *art.* 21. Portel. *verbo eiicere, n.* 7. Miranda, *p. 2. manualis, q. 52. art. 7.* & de ipſis donatis qui tantum habent vota ſimplicia idem docet Nauarrus apud Quintanadueñas, *ſuprà, n.* 5. Ergo tales donati non poſſunt promoueri ad ordines, nec ad beneficium curatum. Reſpondeo Prædictos Doctores loqui de religioſis ſolemniter profeſſis, & dato quod loquantur etiam de illis, qui tantum habent vota ſimplicia, vt ſunt patres Societatis, & noſtri donati primæ
11 profeſſionis; Reſpondeo cum Pelizario, *tract.* 8. *cap.* 8. *num.* 34 Quod licet tam illi, qui ſolum ha-
12 bent vota ſimplicia, quam etiam religioſi ſolemniter profeſſi ex eiectione aliquam notam incurrant, non tamen cenſentur irregulares, ſiquidem
irregularitates non incurruntur, niſi expreſſæ ſint 13
in iure, ſed in iure nulla talis irregularitas imponitur prædictis eiectis, etiam ſolemniter profeſſis, ſed tantum ſuſpenſio ab ordinibus; ergo non eſt cur nos eam illis imponamus, ſed de hoc *infrà* redibit ſermo.

Aduerte tamen, quod licet prædicti donati non 14
ſint irregulares, aut incapaces beneficiorum, etiam curatorum, debere proponi in petitione beneficij aliis ob eam ſolam cauſam, quia eiecti fuere à religione, ſiquidem ob eiectionem magnam incurrerunt notam, eo quod deſeruerint Dei caſtra, ad quæ ſe voto, & Sacramento obſtrinxerant. Ita Nauarro, & cum eo Felicianus de Solis, & Vaſquius, quos refert & ſequitur Quintanadueñas, *ſuprà, n.* 5.
Vnde optime facient Prælati Cathedralium Eccle- 15
ſiarum, ſi faciant ſtatutum eos non admittendi ad dignitates, cannonicatus, præbendas, & beneficia curata: nam cum hi regulariter ob graues culpas eiiciantur, nunquam poſſunt bonum præbere exemplum, quod in eis qui ad prædicta eliguntur deſideratur, per quæ patet reſolutio ad ſecundum quæſitum; nam cum in prædictus eiectis non interdicatur, licite potuit prædictus donatus promoueri, non ſolum ad ordines ſacros, ſed etiam ad beneficium curatum.

RESPONSIO AVTHORIS TERTIO QVÆSITO.

An idem iudicium faciendum ſit de donatis noſtræ religionis ſecundæ profeſſionis in ordine ad ordines, ac de donatis primæ profeſſionis?

RESPONDI negatiuè: Nam donati Carmelitani 16
excalceati ſecundæ profeſſionis ſunt veri religioſi ſolemniter profeſſi, vt patet ex breui Vrbani VIII. confirmato ab Alexandro VII. quod refertur, *in noſtris conſtitutionibus 2. p. cap. 3. n. 6.* Vbi loquens conſtitutio de donatis ſecundæ pro-
feſſionis ait, ipſos enim vere, & proprie religio- 17
ſos fuiſſe, & eſſe ſemper religio cenſuit, & cenſet, & ſanctiſſimus dominus noſter Vrbanus Papa VIII. per ſuas literas Apoſtolicas in forma breuis, declarauit, vnde de illis idem iudicium faciendum eſt, ac de aliis religioſis ſolemniter profeſſis, vt etiam declarauit Gregorius XV. in alia bulla, quæ affertur, *in noſtris conſtitutionibus 4. p. cap. 4. n. 4.* prope finem, quæ omnia confirmauit Alexander VII. vt diximus.

An autem Religioſi ſolemniter profeſſi eiecti 18
ob incorrigibilitatem, ob quam ſolam, iuxta prædictum decretum ſacræ Congregationis, & noſtras conſtitutiones, *p. 4. cap. 6. n. 2.* poſſunt eiici, tam donati ſecundæ profeſſionis, vt patet *ex eadem con-*
ſtitutione, p. 4. cap. 4. n. 6 quam alij religioſi ſolem- 19
niter profeſſi, poſſint ad ſacros ordines promoueri? Affirmat cum Nauarro, Sanchez, *lib. 7. conſil. cap. 2. d.* 24. ſi habeant omnia requiſita, & alioquin delicta, ob quæ eiiciuntur, non inducant irregularitatem, aut aliam inhabilitatem, non enim eſt textus ait Sanchez, id prohibens.

Alij abſolute dicunt eiectos, ſiue donatos ſo-
lemniter profeſſus, ſiue religioſos choro depu- 20
atos,

ſtatos, non poſſe promoueri ad ordines ſacros. Ita Bonacina, *q. 2. de clauſura, p. 21. §. 6. n. 1.* Lezana *tom. 1. cap. 23. n. 8.* Pelizarius, *tract. 8. cap. 7. n. 25.* Quintanadueñas, *tract. 14 ſingularium, ſingulari 11. n. 5. & ſingulari 15. n. 1.* Et ratio illorum eſt, quia cum prædictis ejectis vetitus ſit vſus cuiuſcunque ordinis ſacri, etiam cenſetur vetita ſuſceptio ipſius ordinis ſacri, ſiquidem ordines ſuſcipiuntur, vt exerceantur. Tum quia huiuſmodi ejecti carent titulo, ad quem promoueantur, vtpote qui carent titulo paupertatis proprio religioſorum, cum non debeant ali à religione, nec ſint capaces patrimonij, aut beneficij habentis annexum ordinem, aut functionem illius, ſiquidem illum exercere non valent.

21 Verùm ego exiſtimo tales eiectos, ſi eis à religione à qua eiiciuntur non imponatur dicta ſuſpenſio, vt imponi poteſt, attenta qualitate delictorum, & poſſe promoueri ad ordines ſacros, ſi aliàs habeant titulum, & exercere in ordinibus ſuſceptis ante eiectionem. Ita cum Nauarro, Sanchez, Laurcio, Ceſpedes, *de exemptione d. 3 n. 19.* 3. Rodriguez, *tom. 3. quæſtionum regularium, q. 23. art. 3.* probabile putat Pelizarius. *tract. 8. cap. 7. n 25. & tract. 8. cap. 2. n. 167.* Ratio eſt, quia dicta ſuſpenſio eſt ſolùm comminatoria, ac ferenda, ſiquidem lata eſt per verbum futuri temporis, ſint perpetuo ſuſpenſi, nam verbum ſint, eſt futuri temporis Sanchez, *lib. 2. moralium, cap. 38. n. 90.* Aut ſaltem ambiguum, an ſit futuri optatiui modi, aut præſentis ſubiunctiui; ſed in dubio inclinandum eſt in partem mitiorem; ergo ſi prædicta ſuſpenſio non feratur à prælatis, à quibus tales eiiciuntur, & promoueri poſſunt ad ordines, ſi aliàs habeant titulum, & miniſtrare in ſuſceptis. & ita habet vſus, ſiquidem quotidie videmus hos expulſus miniſtrare in ordinibus ſuſceptis, nec Epiſcopi, aut prælati religionum id videntes impediunt, quod ſignum eſt, ita intelligere prædictum decretum ſacræ Congregationis.

22

23

24 Aduerte tamen primo, quod vt prædictus eiectus ordinetur non debere ordinari ad titulum religionis, cum ſit ab ea expulſus, nec titulo patrimonij proprij, cum ſit incapax illius ratione voti paupertatis, ſed titulo aliquorum redituum ab Epiſcopo deſignatorum, qui ſint in proprietate Eccleſiæ, aut Epiſcopi, & aſſignari ad vſum

25 religioſi ejecti. Ita Lezana, *verbo eiecti, n. 6.* & cum Rodriguez, Ceſpedes, Pellizarius, *tract 8 cap. 2. n. 167.* Item talis eiectus debet ordinari ab Epiſcopo ſuæ origins, cum ſubiectio originis ſit naturæ, & amitti non poſſit, ideoque manet in religioſo ejecto, quippe quæ non amittitur, etii quis per mille annos extra originis domicilium extiterit, teſte Bartolo, *in l. quæſitum, ff. de legibus 3. & Soncin, conſil. 35.* Pelizarius, *tract. 8. cap. 2. num. 167.*

26

27 Aduerte 2. Quod etiam ſtando in ſententia aſſerente eiectos ipſo jure eſſe ſuſpenſos ab ordinibus, nec poſſe ad ſacros ordines promoueri, quam *ſuprà* retulimus, talis ſententia non procedit, quando aliquis eiicitur, eo quod eius profeſſio fuit nulla; ſiquidem hic nunquam ſuit Religioſus. Ita Quintanadueñas, *ſuprà ſingulari 14. num. 1.* Item talis ſuſpenſio non ligat profeſſos, qui de Superiorum licentia exeunt ob iuſtas cauſas, v. g. ad ſubueniendum parentibus; nam cum horum eiectio culpæ non innitatur, pœna afficienda non eſt, Ita cum D. Thoma *2. 2. quæſt. 108. art. 4.* Guttieres, *can. lib. 2. cap. 30. numero 12.*

Idem dicendum eſt de illis, qui iniuſte eiiciuntur, vel quia eis falſa crimina impoſita, & comprobata fuere, vel quia prælati rigidiores plus iuſto inale ſe cum illis geſſerunt, hæc enim pœna ſuſpenſionis ſolos delinquentes tenere debet, *ina*- *tu l. Sancimus, C. de pœnis, l. abſentem, ff eodem,* & docent Bertazol *in l. ſi quis maior, C. de tranſact. num. 111.* Eſcobar. *de ratiociniis, cap. 24. n. 7.* Tuſchus, *tom. 6. lit. P. concluſ. 512.* Dum tamen non conſtar de iniuſtitia expulſionis, ſe gerere debent expulſi in foro externo vt verè ſuſpenſi, propter ſcandalum. Quintanadueñas, *ſuprà, n. 2.* 28

29

Idem dicendum eſt, quando religioſus licet culpatus non eiicitur ſeruatis conditionibus in hoc decreto aſſignatis, hoc eſt poſt annum incarcerationis, & incorrigibilitatem, &c. Nam forma legis omiſſa, ſeu non ſeruata corruit actus, ſeu diſpoſitio legis, *l. ſi cum hi, §. ſi prætor de tranſactio l. traditionibus, C. de pact. s, reg. cap. cum dilecta, de reſcriptis, cap. quæ propter de elect. & 1. de rebus Eccleſ. non alienandis, lib 6* & docet cum Eſcobar, Farinacio, & aliis Barboſa, *de princip lit. A. num. 45,* quæ omnia à fortiori procedunt in noſtra ſententia, nam ſi prælati eiectis imponant dictam ſuſpenſionem in prædictis caſibus, eos non ligat. Ita præcitati DD. 30

Aduerte 3 Conditiones appoſitas à ſacra Congregatione in decreto de eiectis non debere obſeruari in expulſione noſtrorum fratrum donatorum primæ profeſſionis; nam hi comparantur cum coadiutoribus ſpiritualibus, & temporalibus formatis Societatis Iesu, carent enim proprio, ſicut illi; vt late diximus, *in noſtro Directorio Regularium, p. 1. tr... d... n...* Sed cum coadiutoribus formatis, Societatis Iesu, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, nec cum illis qui tantum vota biennij emittunt, non ſunt obſeruandæ conditiones in prædicto decreto, vt ſunt annua carceratio, incorrigibilitas, &c. vt docet Quintanadueñas, *tract. 14. ſingulari 14 n 7.* Ergo idem dicendum eſt de noſtris donatis primæ profeſſionis, per quod patet reſponſio tertio quæſito. 31 32

RESPONSIO AVTHORIS QVARTO QVÆSITO.

An donatis ſolemniter profeſſis, vel aliis religioſis choro deſtinatis expulſis, poſſint conferri licite, & valide beneficia Eccleſiaſtica.

Aliqui voluere aſſerere prædictos eiectos ex vi prædicti decreti ſacræ Congregationis, quo priuantur ab ordinum exercitio, manere inhabiles ad recipiendum beneficium Eccleſiaſticum, cui annexus ſit al quis ordo, ſeu functio ordinis; ſuſpenſus enim ab exercitio ordinum, ſuſpenditur etiam à beneficio, cui ordo annexus eſt. Ita Bonacina, *tom 3. q. 2. p. 5. §. 6. num. 4.* conſonant Gluſſa, Valentia, Couarruuias, Syluester, Henriquez, apud Dianam, *p. 5. tract. 10.* quatenus aſſerunt ſuſpenſum abſolute ab officio propter crimina, ſuſpenſum eſſe à beneficio, quia hoc non datur, niſi propter illud, & acceſſorium ſequitur principale. Tum quia collatio Eccleſiaſtici beneficij neceſſario præſupponit ordinis exer- 33 34

 citium

citium ſaltem paſſiuum ; ergo conferri nequit illi,
qui abſolutè ab omni ordinis, etiam minoris, exer-
35 citio ſuſpenſus eſt.
Confirmatur : Quia *in Clement. de regularibus,*
36 *cap. 1.* ſtatuitur, vt regularis, qui ex ordine men-
dicante ad non mendicantem, etiam diplomate
Pontificio tranſit, ibi ſit incapax officij Prioris,
Miniſtri, Vicarij, &c. Et in Tridentino *ſeſſ.* 14.
cap. 12. ſtatuitur, quod taliter tranſlatus, etiamſi
37 canonicorum regularium fuerit, ad beneficia ſæ-
cularia, etiam curata omnino incapax exiſtat;
ſed grauiori ignominia, & pœna dignus eſt, qui
38 de religione mendicante, vel non mendicante
ad ſæculum redit, quam qui ad aliam religio-
nem tranſit ; ergo ſicut qui ad ordinem non men-
dicantem ex mendicante tranſeunt, ſunt ibi inca-
paces beneficij, ita & hi qui ad ſæcula ejiciun-
tur ab ordine.
39 Verum hæc omnia in noſtra ſententia non
habent locum, caſu quo eiecti de facto non ſuſ-
pendantur ab exercitio ordinis à prælatis reli-
gionis, cum ipſi alias poſſint exercere ordines
antea ſuſceptos, & ad non ſuſceptos promoue-
ri, vt *ſuprà* diximus Dato tamen quod talis ſu-
ſpenſio eis à prælatis imponatur, vel quis velit
ſtare ſententiæ aſſerenti ipſos per eiectionem
40 manere ipſo iure ſuſpenſos ab ordinum exercitio,
nec ad ordines aſcendere poſſe, adhuc dico præ-
dictos eiectos, ſi aliàs habeant, quæ de iure com-
muni requiruntur, eſſe capaces recipiendi bene-
ficia Eccleſiaſtica, etiam curata, nec ſuſpendi à
beneficio obtento, nec obtinendo. Ratio eſt, quia
41 diuerſæ, ac ſeparabiles pœnæ ſunt, ſuſpenſio à
beneficio, & ſuſpenſio ab officio, ac proinde, vna
42 aliam non includit, & vna ſine altera poteſt exe-
cutioni mandari.
43 Confirmatur ; Quia compati poteſt fruitio
beneficij, ſiue ſimplicis, ſiue curati, ſine ordi-
num exercitio ; nam beneficio ſimplici ſufficien-
ter ſatisfit horas canonicas recitando, ſine alio
Eccleſiaſtico munere, aut ordinum functione,
nec ſub hac comprehenduntur temporalis bene-
ficij adminiſtratio, aut fructuum perceptio ; ſi
vero curatum ſit, poteſt ab ordinum exercitio
ſuſpenſus conſtituere Vicarium, qui pro ſe in-
ſeruiat, donec ſuſpenſionis obtineat diſpenſatio-
nem, quam intra debitum tempus obtinere de-
bet, vt poſſit frui dicto beneficio ſuſcepto. Ita
Quintanadueñas *tr.*14. *ſingul.* 16. *num.*2. quæ ſen-
44 tentia fulcitur authoritate Vgolini, Tanneri, Vil-
lalobos, Filliucij, Gordoni, Megalæ, Reginal-
di, Turriani, Hurtadi, Connegij, Suarez, Sairi,
Auilæ, Layman, quos citat, & ſequitur Diana
p. 5. *tr.* 10. *reſol.* 1. aſſerentium ſuſpenſionem ab
officio per ſe non includere ſuſpenſionem à be-
neficio. Adduntque Sanchez *de matrimonio, lib* 3.
*d.*51. *num.* 12. & Coninxius *de Sacramentis d.* 13.
45 *dub.* 2. *num.* 5. cum aliis, hoc intelligendum,
etiamſi ſuſpenſio ab officio ſit diuturna, ad per-
petua.
Confirmatur 2. Quia ſuſpenſus à beneficio,
46 non eſt ſuſpenſus ab officio, vt eſt communis
Doctorum ſententia cum Gloſſa *in cap. cum Vi-*
tonienſis de electione, ergo è contra, ſuſpenſus
47 ab officio, ſeu ordinum exercitio, non eſt ſuſ-
penſus à beneficio ; nam vt tradit Mendoſius *ad*
reg. 32. *Cancellariæ quæſt.* 2. *num.*2. Cabebo Luſi-
tanus *deciſione* 91. *num.* 4. *parte ſecunda*, vali-
dum argumentum eſt de beneficio ad officium,
vt docent Caldera, de iure Fiſci, *cap.* 13. *num.*16.
Pereira *l. ſi curatorem, verbo locus, cap.* 39. *de in-*
tegr. reſtit. minor.
Confirmatur 3. Quia vt ait Hurtadus *difficul-* 48
tate 4. *de ſuſpenſione*, *num.* 8. Collatio beneficij
facta ſuſpenſo abſolutè ab officio non ſolum va-
lida, ſed licita eſt, vt dicitur *in cap. vel non eſt*
compoſ. 14. *de tempor. ordinat.* quam ſententiam
tenet etiam Acuña *in decret. p.* 1. *diſt.* 71 *c* 3. *num.* 3.
Quintanadueñas *ſuprà n.* 7. Ego ipſe *in noſtro Di-*
rectorio Confeſſariorum, p. 2. *tract.* 12. *d.* 4. *num* 713.
contra Coninxium *d.* 15. *dub.* 2. *num.* 7. Layman
lib. 2. *tr.* 5. *p.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. & Marcetum *de Sacra-*
mentis in 3 *part. quæſt.* 2. qui dicunt talem colla-
tionem beneficij validam eſſe, non tamen licitum; 49
ergo collatio beneficij facta huiuſmodi eiectis
ſuſpenſis, non ſolum valida, ſed etiam lici-
ta eſt.
Ad rationes dubitandi Reſpondeo, benefi- 50
cium dari propter officium, *ex cap. fin. de reſcri-*
ptis in 6. ſolum eſt, quod datur in ſuſtentatio-
nem eorum, qui officiis diuinis : v. gr. canonicis
horis, vel aliis functionibus incumbunt, vt ex-
plicant Toletus *lib.* 5 *cap.* 76. & Garcia 1. *p. cap.* 2.
num. 60. Harum autem plures eſſe poſſunt, quæ
non ſint neceſſario ordinum exercitio annexæ,
& quarum exercitiis capaces ſunt ex ſe benefi-
cium obtinentes, & exercebunt ſublata ſuſpen-
ſione, & quid acceſſorium eſt beneficium reſpe-
ctu officij, cum ad inuicem ſeparentur, & licet
beneficium conferri nequeat ſine ordine, ſeu
ordinis diſpoſitione, conferri verò poteſt ſine or-
dinis exercitio.
Ad vltimum Reſpondetur, quod cum ad 51
ſimplicis beneficij collationem ſufficiat prima
tonſura, quæ non eſt ordo, beneficij actiua re- 52
ceptio, & collatio paſſiua dati, & exiſte-
re poſſit, ſine ordine, & à fortiori ſine exerci-
tio illius ordinis, ſe ita ſuſpenſus ab hoc exerci-
tio capax eſt recipiendi ſimplex beneficium, cu-
rati vero beneficij, ſeu muneris parochi acceptio, 53
ſeu aſſignatio paſſiua, cum non ſupponat, vel
afferat actuale ordinum exercitium, ſed quaſi
potentiale, vt ita dicam, ſeu aptitudinem ad
parochi functiones exercendas, qui ab actuali
ordinum exercitio ſuſpenditur, minimè à 54
paſſiua collatione, & actiua receptione ſuſpen-
ſus manet, nec abſolutè ineptus, aut inca-
pax eſt, cum ſuſpenſionis diſpenſationem obtine-
re queat.
Ad vltimam Confirmationem Reſpondetur, 55
quod licet grauiori pœna expulſi digni ſint, quam
illi qui ab ordine mendicante ad non mendican-
tem tranſeunt, quia tamen pœna non irrogatur,
niſi expreſsè iure caueatur, iuxta *authentic. de non*
eligend. ſecund. nubend. §. *ſin autem*, & Docto-
res. *in l. cum quidem, ff. de liber. & poſth. & in* 56
cap. fin. de iure patron. cum expreſsè hæc pœ-
na non ſit impoſita eiectis à religione, ſed tan-
tum ex mendicante ordine ad non mendicantem
tranſeuntibus, his, & non illis, irrogatur.
Dices, Religioſi intra clauſtra degentes ſunt 57
incapaces beneficij curati, vt patet ex decreto
ſanctæ Congregationis Concilij Tridentini *in*
cap. 1. *ſeſſ.* 14. vbi ſanctiſſimus Gregorius XIII. de-
clarauit, non licere Canonicis regularibus,
etiam de licentia ſui generalis, abſque permiſſu
ſummi Pontificis, aſſumere curam animarum ad
tempus, multoque minus beneficium curatum
ad

ad tempus; & quod ſint incapaces beneficij ſimplicis patet ex *cap. ſuper de regul.* & ex aliis textibus, quos refert, & ſequitur Sanchez *lib. 7. ſummæ cap. 29. num. 75.* ergo ſi regulares intra clauſtra religioſe degentes incapaces ſunt beneficij, tam ſimplicis, quam curati, expulſi à religione propter crimina; proculdubio incapaces erunt prædicti beneficii.

58 Confirmatur: Quia prædicti deſerentes Dei caſtra ſunt infames, vt patet tum ex definitione infamiæ, quæ eſt famæ priuatio, aut diminutio ſtatus perſonæ alicuius; ſed hi priuantur feliciſſimo ſtatu religioſo; ergo ſunt infames. Tum quia infamia iuris contrahitur, quando ius dicit aliquem eſſe infamem, *ſed in iure ciuili l. 1. C. de digà. lib. 10.* ſtatuitur, quod infamia notatur, qui ab exercitu ignominiæ cauſa ab Imperatore, eovè, cui de ea re ſtatuendi poteſtas fuerit, demiſſus eſt: ergo cum idem de ſpirituali malitia cenſendum ſit, vt probat Euerardus, *lo. 56. gloſſa 1. l. miles ff. de re iudicata*, & Bartolus *ibi n. 3.* ſequitur electum ob ſua crimina incurrere infamiam iuris.

Tum quia ipſi eiecti, etiam incurrunt infamiam facti, nam hæc contrahitur cum apud bonos, & graues viros eſt opinio de crimine graui alicuius, vt ait Alex. Scotus, *in Lexico ex l. 1.* Baſilius *c. 22. de conſt. monaſt.* ſed incorrigibilitas ob quam profeſſus eiicitur eſt grauiſſimum crimen, vt tradit Menochius *num. 22. cap. cum ab hominibus de iudiciis*, Sanchez *lib. 2. cap. 24. num. 19.* ergo tales eiecti ſunt infames infamia iuris, & facti, ac per conſequens incapaces beneficij, tam ſimplicis, quam curati, vtpote irregulares.

59 Reſpondeo ad primum, in illis decretis ſolum tranſeuntibus à religione mendicante ad non mendicantem imponi illam pœnam, non vero expulſis, vnde cum ſimus in materia pœnali, non eſt facienda extenſio. Tum quia in expulſis non datur eadem ratio, ac in Religioſis mendicantibus tranſeuntibus ad non mendicantes, nam expulſi iam ſunt liberi ab exercitiis religionis, à quibus tamen non ſunt liberi non mendicantes, & maximè negotiis ſæcularibus implicarentur, ſi eſſent capaces beneficiorum, tam ſimplicium, quam curatorum, quæ ratio in expulſis non militat, cum liberi degant in ſæculo.

60 Ad primam Confirmationem Reſpondetur, negando prædictos eiectos eſſe infames infamia iuris, vnde ad probationem Reſpondetur, infamiam iuris non incurri niſi ſit expreſſa in iure, expulſis autem nulla in iure expreſſa eſt infamia; Ad illud quod dicitur ex *l. 1. C. de dignitatibus*, Reſpondetur, prædictam legem intelligi de eo, qui ob crimina ab ordinibus degradantur, non vero de illis, qui ab ordine religioſo expelluntur, non hæc pœna in iure illis non eſt impoſita.

61 Ad ſecundam confirmationem de infamia facti Reſpondetur, infamiam facti præciſè non impedire præciſè exercitium ordinum ſuſceptorum, niſi crimen tale ſit, vt inducat ipſo iure irregularitatem peculiarem, quale eſt homicidium, nullum enim eſt delictum, quantumuis grauiſſimum ſit, quod ratione delicti inferat irregularitatem, niſi homicidium; alia enim delicta, faciunt irregularem non ex ratione delicti, ſed ratione infamiæ ex eis reſultantis, vt cum Suario, Nauarro; & aliis dixit *in noſtro Directorio Confeſſariorum, parte 2. tr. 13. dub. 5. n. 315.* Ab hac autem irregularitate ex infamia liberari poteſt eiectus per emendationem illorum delictorum, ob quæ fuit expulſus, nam res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, ita Baſæus *verbo irregularitas 10. num. 5.* & cum Bonacina ego ipſe *ſuprà num. 313.* cum ergo prædicti eiecti emendati ſint ab illis criminibus, ob quæ eiecti ſunt, vt ſuppono, & miniſtrare poſſunt in ordinibus ſuſceptis, & capaces ſunt beneficiorum Eccleſiaſticorum, per quæ patet reſponſio quarto quæſito.

RESPONSIO AVTHORIS QVINTO QVÆSITO.

Quis poſſit diſpenſare cum religioſis ſolemniter profeſſis expulſis ad hoc vt miniſtrent in ſacris, vt prædicent, & confeſſiones audiant?

RESPONDI, quod in noſtra ſententia, in qua diximus prædictos expulſos non incurrere ipſo iure ſuſpenſionem ab exercitio ordinum, ſed talem ſuſpenſionem tantum eſſe comminatoriam & poſſe illis à prælatis imponi, in hac igitur ſententia, ſi Prælati talem ſuſpenſionem eis non 62 impoſuerunt, tunc nulla indigent diſpenſatione ad miniſtrandum in ſacris, ſed ſolum ipſi expulſi tenentur benè viuere, vt purgent infamiam, quam ob incorrigibilitatem contraxerunt. Poſita tamen bona vita, ex qua apud probos, & graues viros, bona opinio de nouo inſurgat, & mala quæ antea orta erat ex incorrigibilitate tollatur poſſunt ipſi expulſi miniſtrare in ſacris, non eſto ex tali infamia facti inſurgeret aliqua irregularitas, hæc per emendationem vitæ omnino tollitur, vt *ſuprà* diximus & latius *in noſtro Directorio Confeſſariorum, p. 1. tract. 12 diſput. 1. num. 313. & 317.*

In opinione tamen aſſerente profeſſos expulſos 63 contrahere ipſo iure dictam ſuſpenſionem, vel caſu quo à prælatis eis imponatur in noſtra ſententia, tunc Reſpondeo, talem ſuſpenſionem debere tolli, vel à Romano Pontifice, de quo 64 non eſt dubium, vel ab ipſis prælatis regularibus ipſius expulſi. Non poteſt vero tolli ab Epiſcopo, quia in ipſo decreto ab Epiſcopis aufertur poteſtas abſoluendi à tali ſuſpenſione, vt patet ex illis verbis decreti, item vt eiecti extra religionem degentes ſint perpetuo ſuſpenſi ab exercitio ordinum, ſublata ordinariis locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi; aut moderandi per quæ verba videtur Pontifex hanc ſuſpenſionem ſibi reſeruaſſe Quod autem Prælati 65 regulares ipſorum expulſorum eam poſſint relaxare patet; Tum quia res per quas cauſas naſcitur, per eadem diſſoluitur, & cum ab illis hæc ſuſpenſio eis imponatur, ab eis abſque dubio tolli poteſt, in hoc enim ſubſunt illis

Tum, quia prælati regulares poſſunt abſoluere 66 à ſuſpenſione Papæ reſeruata, non ſolum ſuos ſubditos, ſed etiam ſæculares, vt patet *ex Bulla Pauli III.* vt cum Sorbo; Portel, Miranda, Bordono; & aliis multis dixi *in noſtro Directorio Confeſſariorum*

feſſariorum

feſſariorum, p.1.tr. 1.d. 16.num. 1359. Ergo quamuis expulſi non ſubdantur prælatis regularibus, niſi quoad reuocationem ad ſtatum regularem, vt vult Pelizarius, *tom.1. tract. de votis cap 4 ſect.4. q.* 24. Adhuc ab illis poſſunt a prædicta ſuſpenſione abſolui, imo expedit; vt aduertit Rodriguez, *tom.3. q.13.art.* 13. & cum eo Pelizarius, *tr. 8.cap. 2.n.* 167. vt prælati regulares cum prædictis eiectis diſpenſent in quibus poſſunt, ne poſtea miſelli cogantur pro diſpenſatione Epiſcopos, aut etiam Papam adire, cum magno labore, & difficultate.

67 An autem prædicti eiecti poſſunt exercere munus prædicandi, vel audiendi confeſſiones; Reſpondeo non poſſe proprio ſuo motu, vt patet *ex decreto bullato Innocentij IV.* conceſſo fratribus minoribus, quod refert Miranda. *p.1. manualis, q* 52. *art.* 5. Lezana, *ſuprà, n.*58. Portel, *verba eiicere, n.* 10. Quod priuilegium etiam eſt conceſſum prædicatoribus, & nobis Carmelitis, vt teſtatur Emanuel, *tom.3. q. 32. art.*9. Illu tamen licet odioſo, quoad regulares particulares, gaudent omnes religiones communicantes, ſiquidem eſt fauorabile Religioni. Ita cum Rodriguez, Ceſpedes, Pelizarius, *ſuprà, n.* 26.

68 An autem de licentia prælatorum religionis poſſint ipſi eiecti exercere munus prædicandi, & confitendi, ſi alias ſint ab Epiſcopo approbati? affirmat Portel. *verbo eiicere, num.* 10. Quintanadueñas, *tr.14 ſingulari* 15. *num.* 3. nec diſſentit Pelizarius, *ſuprà, num.*26. & patet, *ex eodem decreto Innocentij IV.* illis verbis. proprio motu non præſumant prædicare, ſeu confeſſiones audire, vel docere, niſi de licentia ſedis Apoſtolicæ, aut prædictorum miniſtrorum; ergo de licentia ipſorum, poſſunt & audire confeſſiones, & prædicare, ſuppoſita approbatione Epiſcopi.

An autem regularis in aliqua Diœceſi approbatus; ſi forte dimittatur à Religione poſſit vi talis approbationis audire confeſſiones in ea Diœceſi, in qua fuit approbatus, etiam poſtquam dimiſſus eſt? Reſpondeo non poſſe, non quidem

69 ex defectu approbationis, quæ durat vſquequo reuocetur, ſed ex defectu iuriſdictionis, quam ille regularis habebat à Papa ex Priuilegio regularibus conceſſo, quod ceſſat, hoc ipſo quod ille definit eſſe religioſus. Vnde fit vt huiuſmodi re-

70 gularis per delegationem parochorum, necnon per Iubilæum, vel bullam cruciatæ, in dicta Diœceſi eligi poſſit in confeſſarium, vtpote qui revera eſt approbatus ab ordinario loci, & de nouo modis ſupradictis acquirit iuriſdictionem, quæ ſola illi deerat. Ita cum aliis à ſe conſultis Pelizarius, *tr.* 8. *cap.* 3. *n.* 38.

71 Secundo fit quod ſi talis regularis eiectus in aliqua Diœceſi ſit approbatus ad audiendas confeſſiones, ſi prælatus regularis ei det licentiam ad audiendas confeſſiones, & prædicandum, vt poteſt, *ex citato decreto Innocentij IV.* non indiget alia licentia Epiſcopi ad audiendas confeſſiones in ea Diœceſi; ſiquidem approbatio Epiſcopi adhuc durat, & iuriſdictio in hoc caſu conceditur eis à Papa, ſicut aliis religioſis; ſiquidem non fuit illis ablata, niſi dependenter à voluntate prælatorum, vt patet ex illis verbis decreti. non præſumant prædicare; vel confeſſiones audire, niſi de licentia ſedis Apoſtolicæ, aut prædictorum miniſtrorum. Ita Portel, *verbo eiicere numero decimo.* A quo non diſſentit Pelizarius, *tractatu* 8.*cap.*7. *numero* 26. Sed hæc ſalvo meliori iudicio.

CONSVLTVM XCV.

De Confeſſione: quomodo ſe gerere debet Confeſſor cum penitente non bene diſpoſito.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Si pœnitens bona fide exiſtimet ſe habere cauſam ad non ieiunandum, cum re vera illam non habeat abſoluendus eſt.*

3 *Quando quis exiſtimat bona fide adeſſe cauſam iuſtam non ieiunandi non peccat non ieiunando.*

4 *Si confeſſor poſt examen inueniat non adeſſe cauſam iuſtam, & id oſtendat pœnitenti, ſi pœnitens admittendo rationes confeſſoris, ex aliis rationibus ſibi perſuadeat, licet ſpeculatiuo errore, ſe habere iuſtam cauſam non ieiunandi adhuc tunc non ieiunando abſoluendus eſt à confeſſore.*

5 *Pœnitens operans ex bona fide non eſt in mala fide à confeſſario ponendus.*

6 *Si pœnitens noluerit examinare cauſam dimittendus eſt.*

7 *Si pœnitens dicat ſe non poſſe ieiunare ob magnam difficultatem, quam ſentit ieiunando, ſi talis difficultas proueniat ex habitu vitioſo guloſitatis, non eſt abſoluendus, ſi non proponat ieiunare.*

8 *Si talis difficultas proueniat ex aliis cauſis, puta ex debilitate ſtomachi, &c. excuſandus eſt à ieiunio.*

9 *Si pœnitens dicat ſe non poſſe ieiunare, niſi cum aliqua circunſtantia in omni opinione oppoſita ſubſtantia ieiunij, non eſt abſoluendus, niſi proponat omittere talem circunſtantiam.*

10 *Si talis circunſtantia in aliqua opinione probabili non opponitur ſubſtantia ieiunij abſoluendus eſt, etſi non proponat eam dimittere.*

11 *Confeſſor debet ſe accommodare opinioni probabili pœnitentis.*

12 *Si pœnitens dicat ſe non poſſe ieiunare, niſi ſumendo in die ter magnam potionem chocolatis poteſt abſolui.*

13 *Idem dicendum eſt ſi dicat non poſſe ieiunare, niſi ad reficiunculam ſumat piſciculos paruos, vel partem piſcis magni in debita quantitate.*

14 *Idem dicendum eſt ſi dicat non poſſe ieiunare, niſi ad reficiunculam ſumat duo oua, vel butyrum, aut caſeum, vel quandam almendradam, vel aliquas herbas, vel legumina decocta, vel aliquum ex ſaccharo conſeruum.*

15 *Potionem chocolatis ter in die ieiunij in magna quantitate concedunt aliqui DD. qui ibi referuntur ſine fractione ieiunij.*

16 *Piſciculos paruos, vel partem piſcis magni concedunt alij, qui ibi referuntur in debita quantitate.*

17 *Oua ſi ieiunans habeat bullam cruciata conce-*

ce dunt

cedunt alij, qui ibi referuntur.

18 *Lacticinia, ſi ieiunans habeat bullam cruciata, concedunt alij, qui ibi referuntur.*

19 *Iuſcula ex herbis concedunt alij ibi relati.*

20 *Electuaria concedunt alij, qui ibi referuntur.*

21 *Secundum prædictorum Doctorum ſententias in collatione ſerotina non ad qualitatem ſed ad quantitatem attendendum eſt.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM accedit ad Confeſſionem, & quæſitus a Confeſſore an ieiunaret in quadrageſima, reſpondit ſe non poſſe ieiunare, ob magnam difficultatem, quam ſentiebat, ſi ieiunaturus eſſet, ſe non poſſe aliter ieiunare, niſi ſumendo ter in die magnam potionem chocholatis, & in refectiuncula nocturna partem piſcis magni, vel piſciculos paruos, aut duo oua aſſa, vel aliqua electuaria, aut lacticinia.

Quæſitum fuit à me quomodo confeſſor ſe debeat gerere cum hoc pœnitente.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 REſpondi primo, quod ſi pœnitens, etſi non habeat veram cauſam ad non ieiunandum, ipſe tamen bona fide exiſtimat illam ſe habere, abſoluendus eſt; ſiquidem hic non ieiunando non peccat mortaliter, vt docent Caietanus, Paludanus, Syluius, Molpheſius, Henriquez, Filliuc. Leſſius, Laiman, Trullenc. & plurimi alij quos refert, & ſequitur Paſcaligus, *de ieiunio deciſione 335.*

3 Et ratio eſt, quia quando cenſetur adeſſe cauſam iuſtam non ieiunandi ſecundum rectam rationem non peccatur, ac proinde non fit contra legem, quæ eximit eos, in quibus cenſetur adeſſe iuſta cauſa.

4 Si tamen confeſſor poſt examen cauſæ inueniat eam iuſtam non eſſe, & rationibus id oſtendat pœnitenti, ſi pœnitens admittendo confeſſarij rationes, ex aliis rationibus, bona fide ſibi perſuadeat, licet cum ſpeculatiuo errore, ſe legitimam habere cauſam, tunc adhuc à confeſſario

5 abſoluendus eſt, ſiquidem non eſt in mala fide à confeſſore ponendus. Ita præcitati Doctores. Secus dicendum eſt, ſi pœnitens nollet cauſam

6 examinare, nam tunc nollet intelligere vt bene ageret, ac per conſequens, tunc non eſt abſoluendus, donec pœnitens poſt examen cognoſcat, quod adhuc ille iuſtam, bona fide, licet ſpeculatiuo errore, adeſſe cauſam exiſtimaret. Ita Quintanadueñas, *tract. 9 ſingularium, ſingulare 12. n. 2.*

7 Dico 2. ſi pœnitens dicat ſe non poſſe ieiunare ex eo præciſe quod magnam difficultatem cenſeat in ieiunando, tunc conſiderandum eſt, an hæc magna difficultas proueniat ex habitu vitioſo guloſitatis, vel an proueniat ex naturali conditione,

8 vel ſtomachi, quia calor illius cauſat quandam naturalem voracitatem, cui reſiſtere maxime difficile ſit, vel ex alio ſimili capite, non actualiter vitioſo, licet ex vitioſorum conſuetudine, cui iam non poſſit reſiſtere, proueniat, ſi hæc difficultas proueniat ex habitu vitioſo guloſitatis, non eſt abſoluendus talis pœnitens, niſi proponat ieiunare. Ita Angelus, *q. 5. diſt. 4. dub 2. propoſ. 2.* Filiuc *tract. 27. cap. 6. p. 7 q. 9. n 123.* Cena *cap. 19. ſum. n. 15.* Et ratio eſt quia adeſt ſpecialis obligatio tollendi habitus vitioſos, & ad hoc inſtitutum eſt ieiunium; ergo etiam cum magno incommodo debemus abſtinere nos a ieiunij fractione; At ſi prædicta magna difficultas in ieiunando prouenit ex aliis prædictis cauſis, tunc pœnitens excuſandus eſt à ieiunio, & abſoluendus. Ita Bonac *to. 3. q. 1. p. vltim. n. 1.* Quintanadueñas, *ſuprà, n. 3.* debet tamen talis difficultas eſſe grauis, & extraordinaria, nam ordinaria annexa eſt ex ſe ieiunij præcepto.

Dico 3. ſi pœnitens dicat, ſe non poſſe ieiunare, niſi cum aliqua circunſtantia, quam confeſſarius exiſtimat opponi ſubſtantiæ ieiunij, tunc conſiderare debet, an talis circunſtantia in aliorum opinione ſit oppoſita ſubſtantiæ ieiunij, vel non, & ſi inueniat in omnium opinione opponi ſubſtantiæ ieiunij, tunc ſi pœnitens non proponat illam omiſſurum, non debet eum abſoluere; ſiquidem pœnitens pro ſe non habet opinionem probabilem cui ſe confeſſor conformet. Secus dicendum eſt ſi confeſſor inueniat talem circunſtantiam ſecundum aliorum opinionem, probabilem, non opponi ſubſtantiæ ieiunij; Nam tunc debet ſe accommodare opinioni pœnitentis, iuxta cōmunem doctorum ſententiam, v. g. iudicat confeſſarius potionem chocholatis opponi ſubſtantiæ ieiunij, vt docent Anton. de Leon, *q. mora. de chocholate. p. 3. n. 20.* Trullenc *lib 3. Decalogi cap. 2. dub. 2. dub. 215.* & cum aliis Paſcalig. *de ieiunio deciſ. 341. n. 1.* At pœnitens iudicat non ſoluere ieiunium; vt docet Turrian *p 1. ſumma cap 236. dub. 24* Lezana, *verba ieiunium. n. 2.* & cum Ludou. Lopez, Anton. Baſil. Pontio, Diana D. Didaco. Taſineta, Ludou. Ramires, D. Ioſepho Pellizar. D Auguſt de Padilla, Eſcobar, Raphaele Luzan Roderico, Manriq. Marco de Caſtillo Chriſtophoro Rodrigu. Ferdinando de los Dios, Didaco Tello, Ildefonſo Fernandes de Cordoua, Hurtarius, *tractatu de hac quæſtion. cap. 7 & 8. n. 71.* Probabile putat Quintanadueñas, *ſuprà, n 4.* in hoc igitur caſu abſoluendus eſt pœnitens, dicens ſe non poſſe ieiunare niſi ſumendo ter in die potionem chocholatis in magna quantitate, etſi confeſſor talem opinionem iudicet improbabilem ſiquidem talis opinio in aliorum doctorum opinione eſt probabilis, ita, cum Tāneto, Soto, Mercato, Candido, Verricelli, Machado, Amad. Gimen. *tractatu de opinione probabili propoſitione 1. n. 2.*

Idem dicendum eſt, ſi pœnitens diceret ſe non poſſe ieiunare, niſi ſumendo ter in die magnam potionem chocholatis, & ad collationem ſerotinam piſciculos paruos; vel partem piſcis 14
magni, in debita tamen quantitate, vel duo oua, vel butyrum, aut caſeum, vel quandam almendradam, vel aliquas herbas, vel legumina deco- 15
cta vel aliquam ex ſaccaaro conſeruam; Ratio eſt quia potiones chocholatis, etiam ter in die in magna quantitate concedunt prædicti Doctores ſine fractione ieiunij, piſciculos paruos, vel partem 16
piſcis magni in debita tamen quantitate concedunt Bonacina, *de legibus diſputatione vltima, q. 1. p. 3. num. 1.* Ghilin. *theſaur. verba ieiunium, cap. 7. num. 4* Binoaetus, *part. 4 ſum. de 3. præcepta Decalogi, cap. vltimo membra 2. numero 9.* probabile putat Quintanadueñas, *ſupra ſingulari decima tertio, num 1.* Eam quo ad piſciculos paruos admittit, Anot. *libro ſexto, cap. octauo, quæſtione ſexta,* qui citat Armillam, Caietanum, Nauarrum, Lainam, conſonat Boſius, *ſect. 4. de Iubilæo caſu 18. numero 26.* Labernus, *part. 1. de Iubilæo, cap. 20. num. 10.* Eſcobar, *tract. de ieiunio,*

Aut. à Spir. Sanct. Conſult. var. Ll proba

probabile putat Paſcaligus, *de ieiun.io decisione* 113. *n* 8.

17 Et quo d oua, ſi alias oua non ſint prohibita, eo quod ieiunans habeat bullam cruciatæ, tenet hanc opinionem Thomas Sanchez. Ildefonſus, Rodericus, quos refert Quintanadueñas, *ſuprà*, *n.* 4. Paſcaligus, *deciſione* 115 *num* 7. & citat pro hac ſententia Caietanum, Bonacinam, Bizozerum, &

18 in Biſcoctis concedit oua Ioannes Sancius. *d.* 52. *n.* 7. Villalobos, *tom.*1 *tract.* 23. *dub.* 7. *n.* 3. Vega, *cap.* 14. *caſu* 9. Diana, *tom.*1. *tract.* 9 *reſol.* 3. Ledeſma *tom.* 2. *tract.* 27. *cap.* 2. *difficult.* 5. Paſcaligus, *deciſione* 115. *num.* 7. Lacticinia vero, ſi alias, vt diximus non ſint prohibita, vt caſeum butyrum, & alia, ſaccharro condita, concedant Silvius, 2.2. *q.* 147. *art.* 6. Azor. *ſuprà*, *q* 8 Laiman. *lib.* 4. *tract* 8. *cap.* 1. *n* 9. Turrianus, *p.* 2. *cap.* 156, *dub.* 37. *concl.* 2. Boſius, *ſuprà*, *n.* 124 Gheſius, Fuſar. *verbo ieiunium*, *cap* 1 *n.* 4. Paſcaligus, *deciſione* 114.

19 *num.* 3. Iuſcula vero ex herbis conceduntor ab Azorio, *p.* 1. *lib* 7. *cap.* 9. *q.* 8. Reginaldo, *praxi tomo* 1. *lib.* 4 *cap.* 14 *n.* 185. *&* *d* 14 *dub.* 10. *n.* 185. Electuaria vero concedunt Berard. *p.* 1. *cap.* 1. *num* 69. Boſios. *tract. de iubil. ſect* 4. *p* 8 *num.* 128.

20 Ergo ſi hæc omnia probabilia iudicet confeſſor, (ego enim de harum opinionum probabilitate, nunc non iudico) debet ſe accommodare ſententiæ pœnitentis, & eum abſoluere, ſi aliter noluerit ieiunare, cum in opinione illorum doctorum hæc omnia non opponantur ſubſtantiæ ieiunij, ſi ſumantur in debita quantitate ſecun-

21 dum enim prædictorum ſententias, non ad qualitatem ſibi in collatione ſerotina attendendum eſt, ſed ad quantitatem, vt ait Bonacina *ſuprà*, & cum eo Quintanadueñas. *loco citato*.

CONSVLTVM XCI.

De quodam Priore noſtræ Congregationis punito à Prouinciali paternaliter ob culpas ordinarias inuentas in viſitatione generali ad eum pertinentes, an ob alias iuſtas cauſas poſſet à definitorio generali priuari ab officio Prioris.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Prouincialis puniendo Priorem vnius Conuentus in viſitatione ordinaria ob culpas, quæ ad ſuam iuriſdictionem pertinebant, & culpas quæ ad definitorium generale pertinebant, ei remittendo non exceſſit ſuam iuriſdictionem.*
3 *Prouincialis tenetur ſecundum noſtras leges culpas inuentas in Priore vſque ad culpam grauiorem incluſiue punire.*
4 *Tenetur proceſſum à ſe formatum in aliqua cauſa pertenente ad definitorium eidem definitorio remittere, vt ab eo iudicetur.*
5 *Proceſſum formatum in hoc caſu à prouinciali, & continebat culpas pertinentes ad iuriſdictionem Prouincialis, & defectus pertinentes ad definitorium.*
6 *Ponitur obiectio in contrarium. & ſoluitur.*
7 *Correctio legum in omni interpretatione vitanda eſt.*
8 *Duæ actiones pœnales poſſunt exerceri contra eundem ob idem crimen, quando vna tendit ad vindictam, non vero alia.*
9 *Actiones pœnales, quæ contra hunc Priorem exercitæ ſunt, vna tendebat ad vindictam, non vero alia.*
10 *Fur licet pro furto ſuſpendatur, non tamen ob id liberatur à reſtitutione furti.*
11 *Priuatio officij data in hoc caſu huic Priori non reſpiciebat directo culpam Theologicam.*
12 *Solum reſpiciebat defectum naturalis talenti, & defectum pacis in communitate.*
13 *Definitorium generale priuando dictum Priorem officio, non eum dupliciter pro eodem delicto condemnauit.*
14 *Definitorium priuauit dictum priorem ob defectum naturalis talenti.*
15 *Ob id non erat Prior à Prouinciali punitus.*
16 *Prouincialis eum caſtigauit ob culpas graues in eo repertas.*
17 *Cauſæ ob quas definitorium prædictum Priorem officio priauit non erant per ſe culpabiles.*
18 *Ad hoc vt definitorium priuet aliquem Priorem ſuo officio Prioris non eſt neceſſe quod in eo detur culpa, ſed ſufficit quod detur cauſa rationabilis.*
19 *Si detur cauſa boni communis poſſunt Prælati regulares abſque vlla culpa ab officiis priuari.*
20 *Priuatio officij aliquando poteſt eſſe iuſta pœna.*
21 *Prælatiæ religioſæ inſtitutæ ſunt ad bonum commune, & non ad commodum priuatum.*
22 *Cura boni communis maxime pertinet ad ſupremos prælatos religionis.*
23 *Turbatio pacis, & publica communitatis relaxatio directe opponuntur bono communi.*
24 *Ad reſtituendum bonum commune poteſt definitorium priuare aliquem Priorem ſuo officio.*
25 *Ponitur argumentum in contrarium.*
26 *Ponitur illius ſolutio.*
27 *Ad priuandum dictum Priorem ſufficit proceſſus factus à Prouinciali.*
28 *De iure noſtro proceſſus vſque ad ſententiam definitiuam excluſiue pertinet in prima inſtantia ad Prouincialem, vel Priorem localem, etiam in caſibus pertinentibus ad definitorium generale.*
29 *Probatur ex noſtra lege, & variis priuilegiis.*
30 *Quid ſit citatio rei. explicatur.*
31 *Proceſſus incipit ab informatione ſummaria.*
32 *Ponitur argumentum in contrarium.*
33 *Reſpondetur prædicto argumento.*
34 *Ponitur alia inſtantia in contrarium.*
35 *Soluitur prædicta inſtantia.*
36 *Ponitur alia inſtantia.*
37 *Soluitur prædicta inſtantia.*
38 *Quando ſunt plura petita in eodem libello diuerſa, & ſeparata, iudex poteſt ferre ſententiam ſuper vno petito, & non ſuper alio diuerſo, & ſeparato.*

39 *Præ*

39 *Prælati regulares poſſunt procedere contra ſuos ſubditos ſummarie, & de plano, & ſola facti veritate inſpecta.*

40 *De iure noſtro ad priuandos Priores requiritur proceſſus.*

41 *Definitorium generalis non poteſt cognoſcere, an definitorium Pontificium Luſitanum tempore belli errauerit in danda illa priuatione unic Priori.*

42 *Par in parem non habet imperium.*

43 *Definitorium Luſitanum quando dedit illam ſententiam habebat æqualem poteſtatem, ac noſtrum definitorium generale ex Pontificis priuilegio*

44 *Definitorium generale non poteſt ſententiam in hoc caſu latam à definitorio Luſitano reuocare.*

45 *Legatus de latere non poteſt geſta per ſuum anteceſſorem reuocare.*

46 *Non valet conſuetudo, quod appelletur ad parem.*

47 *Sententia quæ tranſit in iudicatum facit ius.*

48 *Sententia à qua non fuit appellatum tranſit in iudicatum.*

49 *Prædictus Prior, ſi ſe ſentit grauatum habet recurrere ad capitulum generale.*

50 *Ponitur argumentum in contrarium.*

51 *Soluitur prædictum argumentum.*

52 *Ponitur alia ſolutio eiuſdem argumenti.*

53 *Ponitur alia inſtantia contra ſupra dicta.*

54 *Soluitur prædicta inſtantia.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN noſtra Congregatione datur ſtatutum, quod ſi Prouincialis viſitando aliquem Conuentum inuenerit Priorem minus habilem ad officium Prioris ex defectu naturalis talenti, ita vt ob illius incapacitatem maior pars communitatis viuat ſine pace, & obſeruantia, vel dentur aliqua incommoda in populo, tunc, etſi Prælatus ſit religioſæ vitæ, Prouincialis arbitrio ſuſpendatur, & quod tunc teneatur certiorem facere definitorium generalem, vt videat an in eo caſu oporteat eum omnino officio priuare. Ita habetur 3. p. noſtrarum conſtitutionum, cap. 10. n. 7

Accidit autem, quod Prouincialis Luſitanus viſitans vnum Conuentum inuenit illius Prælatum multas culpas, & relaxationes contra leges commiſiſſe, & inſuper quod ob defectum naturalis talenti, & illius mali exempli maior pars communitatis ſine pace, & obſeruantia viuebat, & quod plura dabantur incommoda in populo ex eius gubernio. Quapropter de his omnibus poſt viſitationem generalem Conuentus, antequam proceſſerit ad puniendum dictum Priorem ad petitionem ipſius Prioris formauit proceſſum, ex quo cum hæc omnia probata apparuerint, dedit ipſi Priori copiam culparum, & horum defectuum & ſuæ incapacitatis, vt ſe defenderet.

Cum autem Prior ad omnia reſpondiſſet per ſcriptum, & ex parte ſua dixiſſet cauſam eſſe concluſam, Prouincialis eam etiam ex parte ſua pronunciauit concluſam, & illius vltimum iudicium, quoad defectum naturalis talenti ipſius Prioris, & turbationis pacis & relaxationis communitatis remiſit ad definitorium generale, culpas vero ipſius Prioris contra leges, & conſtitutiones ex proceſſu, & viſitatione generali reſultantes, quæ ſuam poteſtatem non excedebant in capitulo reprehendit, & ei conuenientes pœnas impoſuit, & inſuper eum ſuſpendit ab officio per vnum menſem iuxta formam ipſius legis, vt in eo faceret certiorem definitorium generalem, tum de defectu naturalis talenti huius Prioris, tum de turbatione pacis, & de relaxatione communitatis ex malo exemplo ipſius Prioris ortis.

Rogatus tamen ab ipſo Priore, etiam ei remiſit quindecim dies ſuſpenſionis, & partem aliarum pœnarum, in aliis autem quindecim diebus ſuſpenſionis proceſſum factum contra dictum Priorem, eius grauamina, & reſponſiones coram definitorio exhibuit, quod videns Prioris incapacitatem, pacis turbationem, & communitatis relaxationem, & illius friuolas reſponſiones, & videns cauſam ex parte ſua concluſam eum ab officio abſoluit.

Intimata ſententia definitorij dicto Priori conqueſtus maxime fuit dicens, ſe pro eiſdem culpis dupliciter puniri contra formam iuris, ſecundum quod ſemel condemnatus pro eodem delicto non poteſt iterum condemnari, iuxta *l. ſenatus, ff. de accuſat.* vbi cum multis Tuſchus, *lit. C, concluſione 573. num. 5. & lit. P, concluſione* 210. *n.* 1. & alij communiter ſcribentes, quapropter cum poſt illius priuationem pax inter Iberos, & Luſitanos fuiſſet ſtabilita, & noſtra Prouincia Carmelitana, quæ tempore belli à communi corpore religionis, & à ſuo generali authoritate Pontificia erat ſeparata, iterum ſuo generali fuiſſet vnita, & eius definitorium quod authoritate Pontificia eandem habebat iuriſdictionem, ac definitorium generale ceſſaſſet, prædictus Prior recurrit ad dictum definitorium generale per modum ſupplicationis dicens, ſe maxime grauatum fuiſſe à Definitorio Pontificio Luſitano in priuatione illius officij, eo quod dupliciter fuerit punitus pro eiſdem delictis, & quod inauditus fuerit per definitorium Luſitanum priuatus à ſuo officio; delata autem cauſa ad definitorium generale, in quo ego vnus eram ex definitoribus generalibus.

Quæſitum fuit à me primo. An talis Prior iam à Prouinciali punitus poſſet in eo caſu ab officio à Definitorio Luſitano priuari? Secundo, An ad hanc priuationem ſufficeret proceſſus à Prouinciali formatus, & citatio Prioris ab eo facta, an vero deberet formari alius proceſſus, & de nouo citari ab ipſo definitorio, & de nouo audiri talis Prior? Tertio, An definitorium generale poſſet cognoſcere, An definitorium Pontificium Luſitanum errauerit in danda illa priuatione illi Priori?

RESPONSIO AVTHORIS
PRIMO QVÆSITO.

An talis Prior iam à Prouinciali punitus, poſſet in eo caſu ab officio à definitorio, Luſitano priuari?

RESpondi quod nec Prouincialis puniendo dictum Prælatum prædictis pœnis, nec eum ſuſpendendo ab officio, & mittendo proceſſum ad definitorium, vt ab eo iudicaretur exceſſit 2

ſuam iuriſdictionem, nec definitorium eum priuando ab officio, eum pro eadem culpa dupliciter condemnauit. Hoc reſponſum duas habet partes; prima quod nec Prouincialis exceſſit ſuam iuriſdictionem, ſecunda quod nec definitorium eum pro eiſdem culpis dupliciter condemnauit. Ratio Prioris partis eſt.

Quia Prouincialis ſolum verbaliter dictum priorem in capitulo reprehendit ob defectus, & culpas contra leges religionis, quæ ex viſitatione generali, & occaſionaliter, ſiue concomitanter ex proceſſu reſultarunt, & pro eiſdem conuenientes pœnas impoſuit, & inſuper eum officio ſuſpendit arbitrio ſuo, vt interim certiorem faceret definitorium de eius incapacitate, Sed hæc omnia tenebatur efficere ſecundum leges noſtræ religionis; ergo ita faciendo non exceſſit ſuam iuriſdictionem. Maior eſt certa, vtpote quid notorium in Conuentu, nec ab ipſo priore negatur; minor vero probatur.

Quia Prouincialis tenebatur iuxta noſtras conſtitutiones. 3. *p. cap.* 10. *n* 5. punire defectus, &
3 culpas inuentas in priore vſque ad culpam grauiorem incluſiue. Tenebatur deinde, ſi aliquem proceſſum formauit in quo aliquid inuentum fuit, quod ſuam excederet iuriſdictionem, illum
4 remittere definitorio, vt ab eo iudicaretur, iuxta eandem legem, *cap.* 10. *num.* 9. Vbi dicitur *ſi proceſſum aliquem formauerit, aut aliquid aliud pro cognitione illius negotij (quod ſcilicet ſuam facultatem exceſſerit) in ſcriptis habuerit, illud definitorio mittat.* Atqui prædictus proceſſus continebat non ſolum res pertinentes ad iudicium ipſius Prouincialis, ſcilicet culpas grauiores ipſius prioris, ſed
5 etiam res, quarum iudicium ad Prouincialem non ſpectabat, ſcilicet incapacitatem naturalem prioris, ſeu defectum naturalis talenti ad gubernium, pacis turbationem, & relaxationem in maiori parte communitatis ortam ex prædictis defectibus prioris, quorum iudicium ad definitorium generale pertinebat, iuxta eandem legem, *capit.* 10. *tertia partis noſtræ conſtitutionis num.* 7. vbi dicitur, *ſi inuenerit prælatum minus habilem, & idoneum ad miniſterium, quod exercet, quod contingit, quando ex defectu naturalis talenti, omnes, vel maior pars Conuentus irreligioſe ſine pace, & obſeruantia viuant, vel alias grauia alia, ſiue in populo, ſiue in monaſterio incommoda ſequantur, & denique, ſi talis ſit vt omnes fere fructus boni regiminis in eo deſiderentur, tunc quamuis alias prælatus ſit Religioſa vita, Prouincialis arbitrio ſuſpendatur, qui teneatur definitorium generale conſulere, an in eo caſu oporteat officio omnino priuari*; Ergo cum hæc omnia concurrerint in dicto prælato, ſiquidem vt ex proceſſu conſtabat religioſi ſine pace, & irreligioſe viuebant; & multa incommoda in Conuentu, & in populo ſequebantur ex gubernio ipſius prioris, quæ in proceſſu continebantur, optime fecit Prouincialis puniendo culpas dicti prioris, quæ ex viſitatione generali, & concomitanter ex ipſo proceſſu reſultarunt, quæ ſuam facultatem non excedebant, & quæ ad definitorium pertinebant eas cum proceſſu facto eidem definitorio remittendo.

Dices *in prædicta lege cap.* 10. *num.* 7. ſolum
6 præcipi quod talis prior à Prouinciali arbitrio ſuo ſuſpendatur, & quod certiorem faciat definitorium, vt videat, an oporteat eum omnino priuari, vt patet ex *verbis ipſius legis ſuprà relatis*; atqui dictus Prouincialis non ſolum eum ab officio ſuſpendit arbitrio ſuo, ſed ei alias pœnas, & pœnitentias impoſuit, vt ieiunium panis & aquæ, & quandam mortificationem extraordinariam, & alia ſimilia; ergo Prouincialis vel his pœnis debebat eſſe contentus, vel vltra eas eum remittendo definitorio transgreſſus fuit pœnas, & legis diſpoſitionem.

Reſpondetur in prædicta lege ſolum præcipi, quod talis prior ab officio arbitrio Prouincialis ſuſpendatur, ſi alias prior fuerit religioſæ vitæ, vt patet ex verbis ipſius legis. *tunc quamvis alias prælatus ſit religioſa vita Prouincialis arbitrio ſuſpendatur.* Si tamen fuerit irreligioſæ vitæ, tunc lex nihil diſponit, ſed id aliis legibus menſurandum reliquit; Vnde cum prior, & fuerit defectuoſus contra leges religionis, & ſimul habuerit defectum naturalis talenti ad gubernium; ratione defectuum contra leges eum puniuit Prouincialis prædictis pœnis iuxta eandem legem, *cap.* 10. *n.* 5. Ratione defectus naturalis talenti eum ſuſpendit arbitrio ſuo dum definitorium de eius defectu conſulebat, in quo à prædicta lege, *cap.* 10. *n.* 7. nec in apice deviavit.

Confirmatur: Quia correctio legum in omni 7
interpretatione vitanda eſt, vt ex multis iuribus cum Abbate, Gemin. Tuſcho, Ancarrano & aliis docet Barboſa, *in axiomatibus iuris axiomate* 60. *num.* 3 Sed ſi Prouincialis ratione huius legis, *cap.* 10 *n.* 7. non poſſet punire dictum priorem ob culpas ab eo commiſſas, quæ ſuam poteſtatem non excedebant, iam daretur correctio iuris contra prædicta iura, & Doctores; ergo ne dicamus dari talem correctionem iuris ſine cauſa, dicendum eſt Prouincialem, non obſtante hac lege, propter prædictas cauſas, & culpas eum potuiſſe punire.

Maior eſt certa; minor verò probatur. Quia Prouincialis, ex *eadem lege*, *n.* 5. tenebatur prædictum priorem ob culpas repertas in viſitatione generali punire; ſi ergo ex eo quod, *eadem lex, num.* 10. diſponat, quod ſi inueniat in illo defectum naturalis talenti eum ſuſpendat, & conſulat definitorium an oporteat eum omnino priuari non poſſet eum pro ſuis culpis caſtigare, iam ſecunda lex eſſet correctoria primæ; ſed correctio legis vt diximus, in omni interpretatione vitanda eſt; ergo dicendum eſt Prouincialem, & eum potuiſſe punire ob prædictas culpas, & ſimul eum ſuſpendere ob defectum naturalis talenti, dum definitorium de ſua incapacitate naturali, & aliis inconuenientibus conſulebat.

Confirmatur 2. Quia licet ſit contra ius quod 8
duæ actiones pœnales contra eundem ob idem crimen exerceantur, quando ambæ tendunt ad vindictam, non tamen quando vna tantum tendit ad vindictam, non vero alia; ſed in noſtro caſu actiones pœnales, quæ contra hunc priorem 9
exercitæ ſunt, ſolum vna tendebat ad vindictam, ſcilicet punitio Prouincialis, non vero priuatio data à definitorio; ergo optime ambæ ſecundum ius poterant in dictum priorem exerceri. Maior eſt certa, & patet in fure, qui licet pro furto ſuſ- 10
pendatur, non tamen obinde liberatur à reſtitutione furti, vt notauit Bartolus, *conſilio* 203. & cum eo Tuſch. *lit. P. concluſ.* 210. *n.* 2.

Minor vero probatur: Quia priuatio in illo
caſu non reſpiciebat directe culpam Theologi- 11
cam, cum lex eam præcipiat imponere, etiam prælato religioſæ vitæ, ſed tantum reſpiciebat defe-

ctum

ctum naturalis talenti, vel tantum poſita fuit ad
12 tollendum defectum pacis in communitate, & re-
laxationem religioſorum, quæ ex malo exemplo
prioris, & ex eius malo gubernio reſultarunt, ſi-
cut reſtitutio reſpicit damnum ſecutum ex furto
latronis; ergo ſicut ſuſpenſio facta furis in pœ-
nam furti non impedit, quod ei etiam reſtitutio
damni imponatur, ita punitio delictorum facta à
Prouinciali huic priori, non impedit quod ei etiam
imponatur priuatio officij à definitorio, per quam
damnum illatum communitati ſuo malo exemplo
reſarciatur.

13 Secunda vero pars Reſponſionis; Quod ſcili-
cet Definitorium priuando dictum priorem ſuo
officio non eum dupliciter condemnauerit pro
eodem delicto, ſic oſtenditur. Quia definitorium
priuauit dictum priorem ſuo officio ob defectum
14 naturalis talenti, & quia in eo omnes fere fru-
ctus boni regiminis deſiderabantur, & quia ex
eius malo exemplo, & priori gubernio non erat
pax, nec obſeruantia in tota, vel in maiori par-
te communitatis; ſed prædictus prior ob hæc non-
15 dum erat à Prouinciali punitus; ergo definito-
rium priuans eum ob has cauſas non ſæpè pro eo-
dem crimine condemnauit. Maior eſt certa, &
conſtat ex ſententia definitorij, vbi ait ſe ob has
cauſas illum priuare, iuxta legem illam ſæpè, *vi-
16 ſutum, num.7.* Minor vero probatur, quia Prouin-
cialis ſolum eum puniuit ob culpas, quæ ad eum
priuatiue pertinebant, vt conſtat ex pœnitentiis,
quas pro eis impoſuit, quæ omnes non excedebant
ſuam iuriſdictionem, ergo definitorium priuans eum
ab officio poſt prædictam punitionem Prouincia-
lis, non eum bis pro eiſdem criminibus condem-
nauit. Patet conſequentia.

17 Quia cauſæ ob quas definitorium priuauit di-
ctum priorem non erant per ſe culpabiles, cum
poſſent inueniri in Prælato religioſæ vitæ, vt ait
prædicta lex, *cap.10. num. 7.* Sed ſolum erant de-
fectus naturalis talenti, ob quos communitas ſi-
ne pace, & obſeruantia viuebat, & licet hoc
etiam procederet ex relaxationibus ipſius prioris
contra regulam, & conſtitutiones, propter has
tamen eum non priuauit definitorium, cum iam
ob tranſgreſſiones regulæ, & conſtitutionum a
Prouinciali eſſet punitus, & aliàs culpæ non erant
dignæ hac pœna ſecundum noſtras leges, ſed ſo-
lum illa priuatione attendit ad ſatisfaciendum bo-
no communi, ad tollendam relaxationem, & de-
fectum pacis inter religioſos ortum, ex malo
exemplo Prioris, vt patet, nam ſi definitorium
etiam attenderet ad punitionem dictorum deli-
ctorum vltra priuationem ab officio ob defectum
naturalis talenti eum aliis condignis pœnis pro
dictis legum tranſgreſſionibus puniret, quod non
fecit, vt conſtat ex ſententia ipſius definitorij, er-
go definitorium eum priuans ab officio poſt pœ-
nas impoſitas à Prouinciali non eum bis pro eadem
culpa condemnauit.

Confirmatur: Quia ad hoc vt definitorium
priuet aliquem priorem à ſuo officio non eſt ne-
18 ceſſe quod in tali priore dentur aliquæ culpæ di-
gnæ priuationis, ſed ſufficit quod detur cauſa ra-
tionabilis; ſed hæc cauſa dabatur in hoc noſtro
priore, ergo ſecluſa omni culpa illius optime eum
poterat definitorium à ſuo officio priuare vt fe-
cit. Maior eſt certa, & patet, *ex cap. qualiter, &
quando de accuſat.* Vbi Innocentius III poſtquam
poſuit ordinem quo prælati ſeculares ſuis benefi-
ciis debent à ſuperioribus priuari, loquens de
prædictis Prælatis regularibus addit hæc verba.
*Hunc autem ordinem circa regulares perſonas non
credimus vſquequaque obſeruandum, quæ cum cau-
ſa requirit facilius, & liberius à ſuis poſſunt admi-
niſtrationibus amoueri*, & ita etiam tenent Sigiſ-
mundus de Bononia, *de Electio. dub. 49. num 4.
& 6. & dub. 105. n. 6* Lauotius, *Variarum lucubrat.
tom. 1 tit. 4. cap. 25.* Barboſa, *in Collectanea Docto-
rum in dictum cap. qualiter, & quando num. 18 &
in votis Deciſiuis, lib. 1. voto 4. n. 46.* Ioſephus de
S. Maria, *in tribunali religioſorum tract. 5. cap. 6.
§. 1.* Rodriguez. *tom. 2. q. 55. art. 10* Lezana, *in con-
ſiliis, conſil. 42. n. 56.* & colligitur etiam, *ex cap. cum
ad Monaſterium de ſtatu monachorum, §. tales*, vbi
dicitur de Prælato regulari. *Cum oportuerit amo-
ueri ſine contradictione quilibet reuocetur.* Minor
verò etiam patet, quia in hoc caſu dabatur cauſa,
quæ à lege ſufficiens indicatur, vt talis Prælatus
officio priuetur, ſcilicet defectus naturalis talenti
in prælato, defectus pacis & obſeruantiæ in com-
munitate ex eius malo gubernio ortus; ergo opti-
me fecit definitorium illum ſuo officio pri-
uando.

Confirmatur 2. Quia communis Doctorum ſen- 19
tentia aſſerit, quod ſi detur cauſa boni communis
poſſunt Prælati regulares abſque vlla culpa ſua à
ſuis officiis amoueri: Sed hic dabatur cauſa boni
communis; ergo ſine vlla culpa ipſius Prælati pote-
terat à definitorio à ſuo officio amoueri. Maior eſt
certa & eam tenet Suarez. *tom. 4. de religione
tract. 8. lib. 2. num. 55.* vbi ait: *Certum eſt ex in- 20
ſta cauſa poſſe hoc, & licite, & valde fieri, quia
iuriſdictio non deeſt, & ad licitum vſum ſufficit iu-
ſta, & proportionata cauſa, quod ita explicatur;
Nam hæc cauſa generaliter loquendo duplex eſſe po- 21
teſt, vna eſt culpa ſufficiens ipſius Prælati, cum iuſte
poteſt à ſuo Superiore priuari, ſed priuatio officij po-
teſt eſſe iuſta pœna; ergo, Alia eſt ratio aliqua vr-
gens maioris boni communis, nam hæc munera non
ad priuatam commodum Prælatorum, ſed ad bonum
commune religionis ordinantur, cura autem huius
boni communis, & iuriſdictio ad illud tuendum pro- 22
portionata maximè pertinet ad ſupremos, & vniuer-
ſales Prælatos, vt ſuprà declaraui, ergo in eo ca-
ſu, & ex parte earum eſt ſufficiens poteſtas, & ex
parte cauſa ſufficiens ratio, vt talis mutatio ſanctè
fiat*, huc vſque Suarez.

Idem ait ex Panurminato, Tamburinus *de iure
Abbatum tom. 1 d. 23. q. 2. n. 9* Lezana *in Conſiliis
conſilio 42. n. 14.* Minor vero in qua eſt difficul-
tas probatur, quia in hoc noſtro caſu ex defectu
naturalis talenti Prioris, & ex eius malo exem-
plo dabatur turbatio pacis, defectus obſeruantiæ
in tota communitate, & alia grauia incommoda
in populo; Sed hæc turbatio pacis, & publica
communitatis relaxatio directe opponuntur bono 23
communi, vt docet Palaus, *tom. 1. tract. 6. d. 1. p. 13.
num. 2.* & Ego ipſe dixi *in noſtro Directorio Regu-
larium. p. 3 tract. 4. d. 3. num. 130.* Ergo ad reſar-
ciendum, & reſtaurandum bonum commune de- 24
perditum, ſcilicet pacem, & obſeruantiam commu-
nitatis, optimè poterat definitorium hunc prio-
rem, etiam abſque culpa illius ab officio amo-
uere.

Dices, relaxatio prioris, & eius lingua ma-
xime detractoria fuere cauſa turbationis pacis in-
ter religioſos, & relaxationis communitatis; ſi 25
ergo definitorium illum priuauit ob turbationem

pacis, & relaxationem communitatis, priuauit eum ob ſuam relaxationem, quæ fuit cauſa turbationis pacis, & relaxationis communitatis; Patet conſequentia; quia cauſæ, & cauſati idem eſt iudicium. *l. commiſſus ff. de finminibus, l. & ſi amicis, ff. ad l. Iuliam de adulter. l. ſi autem in fin. ff. de aqua plu. l. non idee C. de hared. inſtit. l. maritus. C. de procurat.* Et diſpoſita in cauſato magis procedunt in cauſante, vt cum Tuſcho notat Barboſa. *in axiomatibus iuris axiomate* 40. *n.* 28. Sed propter hæc crimina iam prior punitus erat a Prouinciali; ergo ſi pro eiſdem culpis priuatur, dupliciter pro eiſdem culpis punitur.

25 Reſpondetur Definitorium non priuaſſe iſtum Priorem, eo quod pacem turbauit, & relaxationem in communitate cauſauerit ſua mala lingua, & exemplo, id enim fecit Prouincialis, ad quem hæ culpæ pertinebant iuxta noſtras leges; ſed ſuppoſita turbatione pacis, & relaxatione a priore cauſata, ad eam reſarciendam ex motiuo boni communis eum priuauit; vnde non eum ob illas culpas priuauit, ſed ex cauſa rationabili boni communis. Ad illud vero quod ait quod cauſæ, & cauſati idem eſt iudicium, & quod diſpoſita in cauſato, magis procedunt in cauſante. Reſpondetur illa iura intelligi de cauſa, & cauſante proximo, vt cum Ancharrano notauit Tuſchus, *lit. C, conclaſiene* 145 *n.* 1. *&* 2. Hic autem prior non fuit cauſa proxima turbationis pacis, & relaxationis, ſed remota, & per accidens; cauſa enim proxima fuere ipſi religioſi, qui moti malo exemplo Prioris pacem turbarunt, & leges non obſeruarunt; ad tollendam ergo huiuſmodi cauſam proximam, & cauſatum, quæ opponebantur bono communi priuatus fuit Prior; non ergo dupliciter pro eadem culpa fuit punitus, ſed fuit punitus pro culpis, quas commiſerat, quæ fuere cauſa remota relaxationis, & turbationis pacis Religioſorum, & priuatus ex cauſa tollendi relaxationem, & turbationem pacis, quam proxime ipſi religioſi malo exemplo illius moti introduxerunt.

RESPONSIO AVTHORIS SECVNDO QVÆSITO.

An ad hanc priuationem ſufficeret proceſſus à Prouinciali formatus, & citatio Prioris ab eo facta, an vero deberet formari alius proceſſus, & de nouo citari ab ipſo definitorio, & de nouo audiri talis Prior?

27 Reſpondi ſufficere proceſſum factum à Prouinciali ad priuandum prædictum Priorem ſuo officio, nec requiri nouum proceſſum, aut nouam Prioris citationem, aut nouam ipſius reſponſionem. Ratio eſt: Quia prædictus proceſſus factus fuit à Prouinciali, tum ex officio, tum ad petitionem ipſius Prioris, qui videns culpas ſibi impoſitas, & quod ex eis, & ex eius malo exemplo, & gubernio, & defectu naturalis talenti imputabatur ei turbatio pacis, & relaxatio, quæ erat in communitate, petiuit à Prouinciale, vt formaret proceſſum, quod fecit Prouincialis vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiue; Atqui huiuſmodi proceſſus ſufficit ad hoc vt definitorium ſine alio nouo proceſſu poſſet procedere contra dictum Priorem, & eum priuare; ergo licet definitorium poſſet alium proceſſum præcipere efficere, ad id non tenebatur, ſed per eum poterat dictum Priorem priuare: maior eſt certa & admittitur ab ipſo Priore. Minor vero probatur.

Quia de iure noſtro, proceſſus neque ad ſententiam definitiuam excluſiue pertinet in prima instantia ad Prouincialem, Viſitatorem, vel Priorem etiam in culpis, & cauſis pertinentibus ad definitorium generale, niſi alias definitorium alium proceſſum voluerit efficere, vt docet P. Fr. Petrus ab Angelis, *in ſuo ordine iudiciali, p.* 2. *§.* 1. *num.* 25. N. P. Thomas à Ieſu, *de viſitatione regularium tract.* 3. *cap.* 2. *num* 1. Ego ipſe, *in noſtro Directorio Regularium, p.* 3. *d.* 3. *tract.* 4. *ſect.* 11. *n.* 322. & patet, *ex noſtra conſtitutione* 3. *p. cap.* 10. *n.* 9. vbi de Prouinciale ſeu Viſitatore dicitur. *Si proceſſum aliquod formauerit, aut aliquid aliud pro cognitione illius negotij: (quod ſcilicet ſuam facultatem exceſſerit) in ſcriptis habuerit, illud definitorio remittat*, quod repetit, *cap.* 11. *n.* 8. *prope finem.* Colligitur etiam ex bulla Gregorij XIV. quæ incipit, *Quoniam non ignoramus*, in qua decreuit Pontifex Prouincialem poſſe formare proceſſum, etiam in culpa grauiſſima vſque ad ſententiam definitiuam excluſiue, & illum remittere definitorio, vt bene notat P. N. Fr. Thomas a Ieſu *ibi*, & patet ex verbis bullæ, & quotidiana experientia comprobatur; ergo definitorium licet ſi vellet, poſſet alium proceſſum præcipere efficere, non tamen ad id tenebatur, ſed ex eo poterat priuare prædictum Priorem, nec indigebat alia citatione, vel reſponſione prædicti Prioris. 28 29

30 Confirmatur: Quia vt bene ait N. P. Fr. Petrus ab Angelis, *in ſuo ordine iudiciali, p.* 1. *cap.* 17. *num.* 2. Citatio rei nihil aliud eſt quam proponere reo ea, quæ contra eum teſtificantur, & reſponſio illius, quæ interrogatio, & reſponſio dicitur litis conteſtatio, vt patet ex *cap.* olim de litis conteſtatione, vbi gloſſa ait, *Litis conteſtatio fieri debet interrogante iudice, & reo reſpondente ad interrogationem iudicis.* Vnde ab hac citatione, ſiue litis conteſtatione dicunt, multi incipere proceſſum, vt notat *ibi*, P. Fr. Petrus ab Angelis, licet ille cum aliis probabilius teneat proceſſum incipere ab informatione ſummaria; Atqui Prouincialis iam dederat dicto Priori capitula culparum, iam eum interrogauerat de his quæ contra eum opponebantur, iam ille reſponſum dederat, & ex parte ſua cauſam concluſam pronunciauerat, ad quid ergo requirebatur noua illius citatio, vel reſponſio? ad quid dandi ei iterum erant articuli culparum? optime ergo fecit definitorium nouum proceſſum non faciendo, vt poterat. 31

32 Dices, dictum Prouincialem tuliſſe ſcotentiam ſuprà proceſſum à ſe formatum contra iſtum Priorem; ergo definitorium generale ſuper eundem proceſſum oon poterat ferre ſuam ſententiam, ſed debebat de nouo formare proceſſum ad procedendum ad illius priuationem. Antecedens eſt certum ſiquidem Prouincialis poſt formationem proceſſus ob culpas in eo contentas Priorem reprehendit, & ab officio per vnum menſem ſuſpendit, & alias pœnas impoſuit. Conſequentia vero probatur. Quia ſecundum noſtras conſtitutiones nullus Prælatus Canonice electus, qualis erat iſte, poteſt à ſuo officio priuari ſine proceſſu, vt patet, *ex* 3. *p. noſtrarum conſtitutionum cap.* 11. *num.* 8. Sed proceſſus factus à Prouinciali ad id

non

non ſufficiebat; Nam iudicium vbi cœptum eſt per citationem, ibi finem accipere debet: *l. ibi ce tum. ff. de iudic.* Gloſſa, *in cap. proposuiſti de foro competenti*, & cum aliis multis Barboſa, *in axiomatibus iuris axiomate 132. num. 1.* Ergo cum prædictum iudicium inceperit coram Prouinciali, *ibi* finire debebat, ſi ergo definitorium vult vltra procedere contra dictum Priorem, cum non poſſit eum priuare ab officio ſine proceſſu, debet id efficere de nouo illum citando, & nouum proceſſum formando.

33 Reſpondetur primo, Prouincialem non caſtigaſſe prædictum Priorem ſententiando dictum proceſſum, ſed eum caſtigaſſe ob culpas repertas in viſitatione generali, & proceſſum remiſiſſe definitorio vt iudicaret, an talis Prior deberet omnino priuari ab officio ob defectum naturalis talenti, & turbationem pacis, & relaxationem communitatis. Vnde in illa caſtigatione proceſſit vt iudex ordinarius, in confectione vero proceſſus proceſſit vt commiſſarius definitorij inſtitutus à lege ad conficiendum dictum proceſſum vſque ad ſententiam definitiuam excluſiue; vnde cum idem ſit iudicium commiſſarij, & committentis, & per commiſſionem proceſſus non cenſeatur alterata iuriſdictio ordinarij, vt docet Felinus, *in cap. licet in corrigendis de offic. ordin. n. 1.* vbi Baldus, Mattheſ. & cum aliis Barboſa, *de dictionibus, Dictione 61. n. 3.* Non ex eo quod Prouincialis formauit proceſſum, non propterea definitorium illum non poſſet iudicare. Alias quoties Prior, vel Prouincialis formaret proceſſum in caſu culpæ grauiſſimæ in prima inſtantia, vt de iure noſtro poteſt, vt *ſuprà* diximus, non poſſet definitorium talem proceſſum iudicare, quod eſt contra ius, & ſtylum noſtræ religionis vt *ſuprà* diximus. Dicendum ergo eſt Prouincialem caſtigaſſe dictum Priorem propter crimina reperta in viſitatione generali, quæ ad eum priuatiue, & non ad definitorium pertinebant. Proceſſum vero quia continebat caſum pertinentem ad definitorium generale priuatiue, ſcilicet defectum naturalis talenti, & turbationem pacis, & relaxationem communitatis, ortum ex malo exemplo, & gubernio ipſius Prioris, remiſit definitorio, vt ab ipſo tanquam a iudice ordinario in hoc caſu iudicaretur.

34 Nec obſtat quod in eodem proceſſu continerentur eadem crimina Prioris, quæ inuenta fuere a Prouinciale in viſitatione generali Conuentus, nam hæc ſolum concomitanter continebantur in proceſſu ad effectum probandi defectum naturalis talenti ipſius Prioris, & defectum pacis, & relaxationem conuentus ortam ex malo exemplo Prioris circa quæ definitorium ſe ſe non intromiſit, cum hæc crimina ad Prouincialem priuatiue iuxta noſtram conſtitutionem, *3. cap. 9. num. 3.* pertinerent, quas ad ſe non poteſt definitorium in nullo caſu aduocare, vt patet ex noſtra conſtitutione, *3. p. cap. 8. num. 24.* Ergo vbi iudicium cœptum fuit, ibi fuit finitum, nam proceſſus fuit cœptus a Prouinciale, vt commiſſario definitorij virtute legis, & a definitorio iudicatus, Culpæ vero repertæ in viſitatione generali fuere punitæ a Prouinciali, tanquam a iudice ordinario, quod ſi contendas ipſum Prouincialem etiam pronuntiaſſe ſententiam ſuper proceſſum formatum, ac per conſequens iudicium non fuiſſe finitum vbi cœptum fuit, ſed tantum cœptum à Prouinciale, & finitum a definitorio iuper eundem proceſſum contra dictam legem iudicium vbi cœptum *ff. de iudic.* Non multum grauabor tibi concedere quod prætendis, vnde ad argumentum deductum ex, *dicta l. iudicium vbi cœptum.*

Reſpondeo ſecundo, Illam regulam iudicium vbi cœptum ibi finem accipere debere, fallere reſpectu iudicis, cui non obſtat dicta regula, quæ procedit reſpectu partium, ita Tuſchus, *lit. I, clauſula 487. num 3.* & cum Ioan. Monacho, & Ioanne Andrea, & aliis docet Felinus, *in cap. de reſcriptis ex tenore, n. 18.* vbi ait, *Inquiſitor non intromittit ſe de vſuris, vt habetur in cap. accuſatus de hære. & tamen ſi de ipſis cœperit ſe intromittere propter concomitantiam purgandæ hæreſis, cauſa de vſuris expediri debet per alium, non obſtante l. iudicium vbi cœptum, quæ loquitur, vbi non fit præiudicium iuriſdictioni alterius*, quæ verba extollit Baldus, *in cap. ad edictal. §. ad hæc de pace iura firman.* & Ana. *in dicto cap. poſtulaſti*; Atqui ſi Prouincialis in noſtro caſu iudicaret proceſſum à ſe formatum, quoad caſum in eo contentum pertinentem priuatiue ad definitorium generale, inferret præiudicium iuriſdictioni definitorij; ergo licet cœperit ſe intromittere in cognitione dicti caſus pertinentis ad definitorium per concomitantiam purgandi alios caſus ad ſe pertinentes, caſus ad definitorium pertinentes ab ipſo definitorio expediri debent, non obſtanti L. iudicium vbi cœptum, quæ loquitur vbi non fit præiudicium iuriſdictioni alterius, vel quando Iudex habet iuriſdictionem ſuper tota lite; ſecus quando iudex non habet iuriſdictionem ſuper tota lite, vt notat Iaſon, *in l. nullus, C. de iudiciis in 6.* Tuſchus, *litera I, clauſula 487 n. 26.* 35

Sed contra inſtabis concomitantiæ cauſarum non debent diuidi, vt vna cauſa ſit coram vno iudice, & pars eiuſdem cauſæ coram alio, *l. nulli Cod de iudiciis*, vbi Alexander, *conſilio 65. num. 11. lib. 7.* Tuſchus. *lit. C, concl. 976. num. 1.* Sed cauſa iſtius Prioris erat coram Prouinciale, ergo pars eiuſdem cauſæ non debet iudicari à definitorio; alias iam eadem cauſa eſſet coram duobus iudicibus contra prædictam regulam legis nulli *Cod de iudiciis.* Reſpondetur prædictam legem, nulli, non habere locum in cauſis diuiduis, quia diuiduntur continentiæ cauſarum propter diuerſas iuriſdictiones, ita cum Felino, Romano, & aliis communiter Tuſchus, *lit. C, concl. 976 n. 13.* & patet exemplo, *ex cap. accuſatus de hæreſi ſuprà citato*, vbi inquiſitor non intromittit ſe de vſuris, & tamen ſi de ipſis cœperit ſe intromittere propter concomitantiam purgandæ hæreſis, cauſa de vſuris expediri debet per alium, non obſtanti, *l. iudicium*, vbi cœptum, aut lege nulli, & hoc propter diuerſas iuriſdictiones, ad quas vnuſquiſque iſtorum caſuum pertinet; cum ergo in præſenti cognitio culparum huius proceſſus pertineret priuatiue ad Prouincialem, & cognitio defectus naturalis talenti, pacis turbationis, & communitatis relaxationis, pertineret priuatiue ad definitorium, vt *ſuprà* diximus, inde eſt quod pars huius proceſſus, quæ culpas continebat iudicanda erat à Prouinciale, tanquam à iudice competenti, vt factum fuit, & pars eiuſdem proceſſus, & cauſæ quæ prædictos defectus naturalis talenti, &c. continebat iudicanda erat a definitorio, quod ſolum erat iudex competens in hoc caſu, non obſtanti dicta, *l. nulli, C. de iudiciis*, quia dicta lex loquitur de cauſis indiuiduis, & non de cauſis diuiduis 36 37

uldms pertinentibus ad diuerſas iuriſdictiones, &
ita expreſſe tenet Portel. *tom 1. caſuum, p. 3 caſu 31.*
in omnino ſimili caſu, qui videri poteſt.

Confirmatur: Quia quando ſunt plura petita
38 in eodem libello diuerſa, & ſeparata, iudex po-
teſt ferre ſententiam ſuper vno petito, & non ſu-
per alio diuerſo, & ſeparato, vt docent Felinus,
de re iudicata in cap. cum inter. num. 6. Tuſchus,
litera I, concluſ. 399. num. 17. & cum multis Fa-
rinaclus, *tom 2. deciſionum, deciſione 427. n. 2. & 3.*
non obſtante lege in hoc iudicio, & l. nulli, & l. iu-
dicium vbi cœptum, & l. 1. materia, C. ſi ad-
uerſus rem iudicatam. Quia prædictæ leges lo-
quuntur, vt dicunt prædicti Doctores, quando
petita in eodem libello, & proceſſu ſunt inter ſe
connexa; Atqui libello, & proceſſu huius prio-
ris continebantur duo petita omnino diuerſa, &
ſeparata, ſcilicet culpæ ipſius prioris, quæ priua-
tiue pertinebant ad Prouincialem, & defectus na-
turalis talenti, &c. Qui non erat culpa; cuius
iudicium pertinebat priuatiue ad definitorium
generale; ergo optime potuit Prouincialis pro-
nunciare ſuam ſententiam ſi per parte proceſſus, &
libelli, quæ ei competebat, & aliam partem di-
uerſam, & ſeparatam remittere definitorio, cui
competebat, ergo non requirebatur nouus pro-
ceſſus, vel noua prioris citatio, vel illius audi-
tio, & reſponſio ad hoc ac definitorium dum ab
officio eum poſſet deponere; ſiquidem ille iam
in prædicto proceſſu fuerat citatus, & auditus,
& proceſſus pro vtroque iudicio regulari validus
erat.

Confirmatur: Quia Nicolaus V. conceſſit Men-
39 dicantibus, vt eorum Prælati poſſent procedere
contra ſuos ſubditos ſimpliciter, ſummarie, &
de plano, & ſola veritate facti inſpecta, & Boni-
facius VIII conceſſit vt ad correctiones, & pu-
nitiones fratrum delinquentium infligendas Præ-
lati ordinis ad ea, quæ ſpectare noſcuntur re-
gulis iuris, & apicibus eius poſtpoſitis, libere
procedere valerent, ſecundum conſtitutiones ap-
probatas, & generalia, & facienda ordinis inſti-
tuta, vt videri eſt apud N. P. Fr. Petrum ab An-
gelis, *de ordine iudiciali, part. 1. cap. 1. n. 6.* Sed
ſecundum noſtras leges ad priuandum dictum
40 priorem ſolum requirebatur proceſſus, & quod
pars eſſet audita ſummarie, & de plano, poſtpo-
ſitis omnibus regulis, & apicibus iuris, vt con-
ſtat ex 3. *p. noſtrarum conſtitutionum, cap. 11. nu-*
mero 8. Ergo cum hæc omnia in priuatione hu-
ius prioris præcederent, ſi quidem proceſſus fuit
factus, ab eo fuit confeſſio acceptata, dati ei fue-
re articuli culparum, eis latiſſime reſpondit, &
ex parte ſua dixit cauſam eſſe concluſam, omnia
alia non videntur pertinere ad ſubſtantiam iudi-
cij; Nam etiam ſtando in iure communi ſuper
eodem proceſſu, quando continet diuerſos articu-
los ſeparatos, & diuerſos, poſſunt duo iudices ferre
diuerſas ſententias, vt *ſuprà* diximus; Ergo mul-
to à fortiori Prælati regulares, qui non apices iu-
ris, ſed ſubſtantiam eius ſolum tenentur obſeruare
id poſſent efficere; ergo cum in hoc proceſſu con-
tinerentur duo caſus maxime diuerſi, & ſeparati, &
pertinentes ad diuerſas iuriſdictiones, optime po-
tuit vnus ab vno, & alter ab alio iudice iudicari,
non obſtantibus legibus, & iuribus allegatis, nam
hæ non loquuntur in hoc caſu, nec in caſibus regu-
larium, qui apices iuris non tenentur ſeruare, ſed
ſolum ſubſtantiam eius.

RESPONSIO AVTHORIS TERTIO QVÆSITO.

An definitorium generale poſſet cognoſcere, an definitorium Pontificium Luſitanum errauerit in danda illa priuatione illi Priori?

REſpondi negatiuè: Ratio eſt, quia par in pa- 41
rem non habet iuriſdictionem, *l. nam & ma-*
giſtratus, ff. de recept. arbitr. l. ille à quo §. tem-
peſtiuum, ff. ad Trebell. cap. inferior, cap. deni- 42
que 21. diſt. cap. innotuit. 20. §. quamuis de elect.
cap. 1. de locato, & ita docent Bartolus, Clarus,
Rebuffus, Menochius, Surdus, & alij, quos refert,
& ſequitur Barboſa, *in axiomatibus iuris, axio-*
mate 174 num. 1. Tuſchus, *lit. P, concluſione 89.* 43
num. 5. Atqui definitorium Luſitanum authori-
tate Pontificia Vrbani VIII. Innocentij X. &
Alexandri VII. pro tempore belli erectum habe-
bat eandem iuriſdictionem, & poteſtatem à Pa-
pa, ac definitorium generale Hiſpanum, vt con-
ſtat ex bulla Vrbani VIII. Innocentij X. & Ale-
xandri VII. Ergo definitorium generale Hiſpa-
num non habet iuriſdictionem ſuper illud, vt il-
lud poſſit iudicare Patet conſequentia, Quia 44
vt poſſet iudicare, an prædictum definitorium Lu-
ſitanum errauerit, debebat definitorium Luſita-
num eſſe inferius, & ſubiectum ipſi definitorio
generali Hiſpano, vt eſt certi iuris; ſed defini-
torium Luſitanum æquali pollebat iuriſdictione,
& poteſtate, ac definitorium generale Hiſpanum;
ergo definitorium generale Hiſpanum non poteſt
cognoſcere, an Definitorium Luſitanum in hoc,
vel aliis caſibus bene iudicauerit, ſed hoc pertinet
ad capitulum Generale, iuxta noſtras conſtitutio-
nes, *3. p. cap. 11. n. 1.*

Quod autem nec ſententiam ab eo latam poſ- 45
ſit reuocare, aut annullare, etiam liquet; quia le-
gatus de latere non poteſt reuocare geſta per ſuum
prædeceſſorem, vt docet Socinus, *conſil. 118. n.*
14. lib. 1. Surdus, *conſil. 47. num 11.* Tuſchus, *lit. P;*
concluſione 89. num. 24. Ergo neque definitorium
Hiſpanum poteſt reuocare geſta per definitorium
Luſitanum ſuum anteceſſorem; Patet conſequen-
tia, quia ex eo legatus de latere non poteſt reuo-
care geſta per ſuum legatum anteceſſorem, quia
eſt illi æqualis in iuriſdictione, & poteſtate; ſed
definitorium Hiſpanum eſt æquale in iuriſdictio-
ne, & poteſtate definitorio Luſitano: ergo non
poteſt reuocare geſta per illum.

Confirmatur 1. quia non valet conſuetudo, 46
quod appelletur ad parem, Surdus, *conſilio. 47. n.*
15. Tuſchus, *lit. P, concluſione 89. n. 25.* Sed defi-
nitorium Luſitanum habet parem iuriſdictionem,
ac definitorium generale Hiſpanum; ergo ab vno
ad alterum non datur appellatio, nec recurſus.
Confirmatur 2. Quia ſententia quæ tranſit in iu- 47
dicatum facit ius, & habetur pro veritate ſpecia-
liter, ſi non fuit oppoſitum de nullitatibus, &
appellatum, vt multoties canonizatum fuit per
ſacram Rotam, & cum multis docet Farinacius,
tom. 2. deciſionum, deciſione 572. num 2. Tum quia 48
ſententia à qua non fuit appellatum tranſit in iu-
dicatum, *cap. quod ad conſultationem de re iudi-*
cata, l. 1. C. ſi ſæp. in integr. reſtit. & cum Rota,
& aliis Farinacius, *tom. 1. deciſione 81. n. 1.* Sed

ſententia

ſententia lata contra dictum Priorem à definitorio Luſitano non fuit appellata, nec contra eam aliquid ab ipſo Priore oppoſitum coram definitorio Luſitano per tres menſes, per quos durauit iuriſdictio ipſius definitorij, poſt probationem illius ſententiæ; ergo tranſit in rem iudicatam, & fecit ius, ac per conſequens præſumitur iuſta, & recta, & ſic rite, & recte lata. Ita cum Alexandro, Tuſcus, *littera B, concluſione 266. n. 17.* Ergo ab eodem definitorio, vel ab æquali in iuriſdictione, quale eſt definitorium Hiſpanum, reuocari non poteſt, ſed debet ab ipſo Priore recurri ad ſuperiorem, ſcilicet ad capitulum generale, quod conſtando de nullitate ſententiæ notorie, tunc circa eam poterit iudicare, vt ſibi viſum fuerit, ci-
49 tando prius & audiendo ipſum Definitorium Luſitanum, de quo non dubitamus, ſed ſolum dicimus id à Definitorio Hiſpano, vtpote æquali in poteſtate cum definitorio Luſitano non poſſe effici.

Dices, Definitorium generale poteſt ea, quæ à ſe ſunt decreta concurrentibus ſex ex ſeptem votis alterare, & mutare, vt patet, *ex noſtra conſti-*
50 *tutione 3. p. cap. 8. n. 14.* Ergo etiam poterit ſententiam a ſe, ſiue à definitorio antecedenti latam alterare, & mutare; ſiquidem eius loco ſuccedit. Reſpondetur concedendo noſtrum Definitorium generale poſſe alterare, mutare, &c. acta, & ordinationes ab ipſo, vel ab alio factas, iuxta illam regulam, res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, *cap. omnis 27 q. 1. cap. omnis res, de regulis iuris*, in decretalibus, & cum multis Barboſa, *in axiomatibus iuris, axiomate 197. n 8.* Non poteſt tamen alterare, vel mutare, aut reuocare ſententias iudiciales à ſe, vel ab alio definitorio latas, quæ tranſierunt in rem iudicatam, niſi diminuendo pœnitentiam in eis datam infra dimidium, vt patet ex noſtra conſtitutione. *p. 4. cap. 7. n. 2.* per quod probatum, & roboratum manet noſtrum reſponſum.

Tum quia dato, & non conceſſo, quod definitorium poſſet, etiam ſententias à ſe latas, vel à ſuo anteceſſore alterare, vel revocare, vt poteſt acta, & ordinationes reuocare, ad id debebant eſſe præſentes omnes illi definitores qui fuere præſentes in prolatione talis ſententiæ, vel conſtitutione illius actus, vel decreti, vt patet *ex 3. p. noſtrarum conſtitutionum cap 8. n. 24* vbi ait: *Et quando aliquid in definitorio decretum fuerit, non poterit iterum proponi, aut reuocari abſente aliquo eorum qui quando primum decretum fuit ibi adfuit;* Atqui in definitorio generali Hiſpano non ſunt, nec poſſunt eſſe præſentes definitores Luſitani, qui talem ſententiam tulerunt; ergo ſaltem ex hoc capite, etiam data, ſed non conceſſa illa hypoteſi, adhuc definitorium Hiſpanum, non poteſt reuocare ſententiam definitorij Luſitani.

51 Nec obſtat ſi dicas adeſſe tot definitores in definitorio Hiſpano, quot adfuere in definitorio Luſitano. Nam contra hoc eſt, quod lex non poſtulat, quod adſint tot definitores, quot adfuere quando decretum fuit factum; ſed quod non deſit aliquis eorum, qui quando primum decretum fuit factum ibi adfuit. illa autem dictio, eorum eſt reſtrictiua ad perſonas præcedentes nominatas cum ſuis qualitatibus, vt *in l. vltima, Cod. de hæred. inſtituend.* & notauit Ruin. *conſil. 99 num 2. vol 5.* Roland. *conſil. 74. n. 34. tom. 3* & cum Menochio, Mendozio, Cephalo, & aliis Barboſa, *de dictionibus, dictione 103. num 3.* Imo iſta dictio eorum, non habet tractum ad futurum, vt notat cum Tiraquello, Socin. Cenedo, Barboſa, *ſuprà*; ergo talis dictio, non debet extendi ad alios à perſonis nominatis, nec ad futuras, ſed ad illas, quæ fuerunt 52
præſentes, quando primum decretum factum fuit, nec ex eo quod hæc lex in hoc ſenſu intelligatur poteſt vnquam ſequi aliquod inconveniens conſiderabile, quia decreta Definitorij ſolum durant vſque ad capitulum generale, vt patet *ex noſtra conſtitutione 3. p. cap. 8. n. 11.* Vnde parum intereſt, quod interim aliquod decretum non poſſit revocari à Definitorio, ſicut non eſt reuocandum, ſi duo definitores cum aliis non concordauerint. Sed hæc ſaluo meliori iudicio.

CONSVLTVM XCVII.

De quinque Religioſis propoſitis ab electoribus ad electionem cuiuſdam Prælaturæ Regularis, vno relaxato, alio nimis iracundo, alio ſuperbo, alio nimis ambitioſo, alio de ſanguinis puritate diffamato. An aliquis illorum ſit dignus, vt eligatur, & in caſu quo in aliquo ex illis neceſſario debeat fieri electio, quis illorum aliis præponendus.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Inter regulares non ſunt ſemper neceſſario eligendi in Prælatos digniores, iuxta probabilem ſententiam.*
3 *Non eſt per ſe licitum eligere indignum prætermiſſo digno.*
4 *Omnes illi quinque religioſi propoſiti in hoc caſu ſunt indigni ad prælaturam regularem.*
5 *Moraliter non eſt poſſibile in hac religione non dari alios dignos licet iuniores.*
6 *Homo relaxate viuens eſt indignus vt eligatur in prælatum.*
7 *Integritas præſidentium eſt ſalus ſubditorum.*
8 *Prælatus debet ſuo exemplo vitam ſubditorum ſuſtentare.*
9 *Malum exemplum prælatis inficit, & deſtruit communitatem.*
10 *Ponitur argumentum in contrarium.*
11 *Soluitur dictum argumentum.*
12 *Qui non obſeruat leges, etiam obligantes ad veniale, & ſanctas ordinationes, eſt indignus, vt eligatur in prælatum.*
13 *Religioſus particularis non obſeruando leges obligantes tantum ſub veniali, ſecluſo contemptu, vel graui ſcandalo non peccat mortaliter.*
14 *Prælatus, ſi aliquid faciat, etiam indifferens, quod ſit occaſio ſubditis peccandi peccat mortaliter.*
15 *Prælatus, qui regulam relaxat in ſe ipſo deponi debet.*
16 *Turpius reiicitur, quam non admittitur hoſpes.*
17 *Ad recte imperandum, quæ requirantur explicantur.*
18 *Præcipuum quod requiritur in eligendo in Prælatum eſt vita exemplaris, & rectitudo morum.*

19 *Si in prælato deficit legum obſeruantia inde ſumit initium relaxatio.*

20 *Vt aliquis cenſeatur dignus ad aliquam dignitatem, non ſufficit quod ſit aptus ad illam.*

21 *Aliud eſt eſſe aptum, aliud eſſe dignum.*

22 *Ineptus ad beneficium quis dicatur.*

23 *Sæpe malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali.*

24 *Quando ſunt alij probata vita, non licet eligere in prælatum hominem vita ſcandaloſa, etiamſi detur ſpes quod poſitus in officio emendetur.*

25 *Religioſus maxime iracundus, & qui contra rationem iraſcitur contra ſubditos indignus eſt, vt eligatur in prælatum regularem.*

26 *Qui inordinate eſt iracundus deſtruit pacem communitatis.*

27 *Perturbator pacis communitatis eſt indignus vt eligatur in prælatum.*

28 *Prælatus maxime intendere debet ad pacis conſeruationem.*

29 *Qui pacem turbant diſſipandi ſunt.*

30 *Sine pace nulla religio ſubſiſtere poteſt.*

31 *Vnitas eſt forma eſſentialis congregationis.*

32 *Rixa eſt filia iræ immoderatæ.*

33 *In prælato neceſſaria eſt manſuetudo, & clementia cum prudentia.*

34 *Manſuetudini opponitur iracundia.*

35 *Clementiæ opponitur crudelitas.*

36 *Exordium recti regiminis eſt amor inter prælatos & ſubditos.*

37 *Prælatus iratus, & nimis rixoſus, non conſequitur amorem ſubditorum.*

38 *Amor inter prælatos & ſubditos acquiritur miſericordia, clementia, & benignitate.*

39 *Vbi prædominat ira, non eſt miſericordia, & ille in quo ita ſuperat rationem, appetit vindictam iniuſtam.*

40 *Qui appetit vindictam ſine miſericordia eſt indignus, quod eligatur in prælatum.*

41 *Prælatus eſt Dei miniſter.*

42 *Qui appetit vindictam ſine miſericordia non poteſt eſſe Dei Vicarius, vel miniſter,*

43 *Miniſter Dei non eſt iracundus ſed benignus.*

44 *Miniſter Dei debet Deum ipſum imitari.*

45 *Qui habet animum ferum, & inhumanum, non conſeruat ſigna, & notas bonitatis, quæ in patre cæleſti eſt.*

46 *Diuina nobilitate cecidit.*

47 *Non eſt Dei miniſter, & fidelis diſpenſator.*

48 *Eſt taurus ſaltans, vel aſinus calcitrans.*

49 *Miniſter Dei, & ſcit punire, & parcere.*

50 *Qui neſcit parcere, neſcit punire.*

51 *Qui ſolum ſciunt punire, debent eſſe cum miniſtris Tartariæ regionis.*

52 *Qui caret prudentia neceſſaria ad ſuum munus exercendum, eſt indignus vt eligatur in prælatum.*

53 *Homo nimis iracundus omni prudentia, & ſapientia caret.*

54 *Vnus ex effectibus iræ eſt impedire vſum rationis.*

55 *Vbi non eſt vſus rationis non poteſt dari prudentia,*

56 *Prudentia proprie eſt in ratione.*

57 *Ille cenſetur indignus ad prælatiam, qui poſitus in illa ſuo gubernio deſtruit communitatem.*

58 *Homo iracundus non attendit ad iuſtitiam.*

59 *Deficiente iuſtitia in prælato communitas ſtare non poteſt.*

60 *Finis principalis prælati eſt obſeruantia iuſtitia.*

61 *Ponitur argumentum in contrarium.*

62 *Soluitur prædictum argumentum.*

63 *Religioſus incorrigibilis in ſuis dictaminibus, rigidus in exequendis mandatis, & puniendis delictis, eſt indignus vt eligatur in prælatum.*

64 *Homo in quo regnat elatio, & ſuperbia eſt indignus vt eligatur in prælatum.*

65 *Homo qui in ſuis dictaminibus multum confidit, & qui amoueri non poteſt à ſua conceptu eſt ſummæ ſuperbiæ.*

66 *Superbus procul abiiciendus eſt à prælatia in ſententia D. Pauli.*

67 *Prælatus debet eſſe benignus.*

68 *Ponitur exemplum regis Antigoni.*

69 *Prælatus debet inſtruere ſubditos in ſpiritu lenitatis.*

70 *Deus non dedit prælatis ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis.*

71 *Prælatus humilis & affabilis facile religioſos ad ſe attrahit.*

72 *Prælatus debet magis procurare amari, quam timeri.*

73 *Moyſes fuit mitiſſimus ſuper omnes homines.*

74 *Deus dereliquit Petrum peccare, quia erat conditione durus, vt poſtea de aliis compateretur.*

75 *Qui eſt nimis iuſtus perit in iuſtitia ſua.*

76 *Prælatus qui quærit potius timeri verberibus, quam verbis, ab officio eſt priuandus.*

77 *Subditi non acceperunt ſpiritum ſeruitutis iterum in timore.*

78 *Prælati dantur ad conſeruationem, & vtilitatem communitatis.*

79 *Qui multum in ſe confidit, & ſapientum conſilia ſpernit, non attendit ad conſeruationem, & vtilitatem communitatis.*

80 *Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt.*

81 *Qui agunt omnia cum conſilio reguntur ſapientia.*

82 *Prælatus in omni negotio ſemper debet eſſe pauidus, timens, & tremens, atque formidoloſus, ne diſcedat à tramite iuſtitiæ.*

83 *Qui omnia per ſe ſolos poſſe autumant, in ſua ſapientia decipiuntur.*

84 *Prælatus ne plus ſapiat quam oportet ſapere, nec ſibi plus credat, quam expedit.*

85 *Maior tentatio prælati eſt proprio cenſui nimis inniti.*

86 *Prælatus debet conſilia ſeniorum libenter audire, & humiliter quærere.*

87 *Aliqui prælati, ita ſe repletos ſpiritu ſapientia reputãt, vt anteceſſorũ facta omnia calũnient.*

88 *Alij quando abſoluuntur ab officiis, omnia quæ agunt ſucceſſores condemnant, & deprimunt.*

89 *Prælatus habens conſilium bonum à ſenioribus, non debet ſuam potius ſequi ſententiam.*

90 *Prælatus tanquam ſui ipſius tantum conſilio debet operari in rebus grauibus.*

91 *Maior tentatio Diaboli eſt perſuadere prælatis, quod ſpretis ſeniorum conſiliis ſuo tantum ductu gubernet.*

92 *Prælati nimis anxij in delictis ſubditorum conquirendis à conſortio hominum ſunt arcendi.*

93 Præla

93 *Prælatus debet eſſe vigilans, non tamen quæſtor, nec occultus inſidiator.*

94 *Non ſemper pœna, ſed aliquando etiam in grauibus delictis pœnitentia contentus eſſe debet.*

95 *Prælatus qui leues culpas venenatis verbis mordet indignus eſt vt iterum eligatur in prælatum.*

96 *Nihil perniciofius eſt regimini regularium, quam quod rectores nimium ſuo iudicio confidant.*

97 *Rigidus in exequendis mandatis, & puniendis defectibus, indignus eſt vt eligatur in Prælatum.*

98 *Nihil magis turbat amicam ſocietatem, quam nimius rigor, aſpera, & argnta facies, verborum aſperitas. & actionum incomitas.*

99 *Plures in religione perdidit nimius rigor, quam ſuauitas.*

100 *Etiam bruta ſuas proprias matres derelinquunt, ſi nimis rigore ab eis tractentur.*

101 *Plus voluit mori, vt in notabili caſu expertus fui, quam tyrannidem propria matris tolerare.*

102 *Ponitur argumentum in contrarium & ſoluitur.*

103 *Religioſus nimis ambitioſus indignus eſt vt eligatur in Prælatum.*

104 *Ambitioſus, etſi alias eſſet ſanctus, ex ambitione redditur indignus ad prælatiam.*

105 *Qui appetit prælatias per ſubornationes, doles, & fraudes, eſt grauiter ambitioſus.*

106 *Qui appetit prælatias, quarum indignus eſt, vel minus dignus, eſt grauiter ambitioſus.*

107 *Ambitio eſt ſecretum venenum, peſtis occulta, doli artifex, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis.*

108 *Quos capit ambitio, ſunt inuidi, contentioſi, inſimulatores.*

109 *Elector qui omnes prælatos procurat efficere ex certa Prouincia, vel oppido, eo quod ſint ſibi connaturales, vel amici, vt ipſe ab eis poſtea eligatur, & ſuſtentetur in ſuperiori prælatia, vt capet Prouincia, eſt in graui peccato ambitionis.*

110 *Inter Apoſtolos tencitatæ fuere murmurationes, eo quod aliqui procurabant ſides primarias.*

111 *Primus Angelus de cœlo, & primus homo de Paradiſo electi ſunt, eo quod volebant plus quod eis debitum erat.*

112 *Qui murmurationibus, etiam leuibus procurat alienare animos electorum, ne ſuffragia præſtent in fauorem alienius religioſi, ſed ſibi ipſi, peccat grauiſſime.*

113 *Iſte ſua murmuratione, licet leui, intendit graue nocumentum proximo.*

114 *Intendit perpetuare regimen in propria perſona, vel factione ſcindendo pacem, & vnitatem religionis.*

115 *Factionum capita penitùs ſunt euertenda.*

116 *Religioſus qui propoſito bono communi ſuo priuato inhæret prætendendo dignitates, eſt cauſa multarum diſſentionum, & diſcordiarum.*

117 *Affectus proprij commodi, & non communis, eſt origo omnium perturbationum.*

118 *Talis religioſus dici poteſt Tyrannus.*

119 *Religioſus qui dignitates prætendit procurando per ſe vel per alios ſuffragia, ſiue directe, ſiue indirecte precibus, vel donis, incurrit pœnam priuationis ipſius officij, in quo eſt electus, & inhabilitatem ad quæcunque in futurum.*

120 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

121 *Religioſus de quo eſt fama, & rumor quod ſit ex ſanguine Hebræorum, etſi ſit virtuoſus eſt indignus, vt eligatur in prælatum regularem.*

122 *Deſcendentes ab infidelibus, ſi à natiuitate, vel decennio baptizati ſint de iure communi non ſunt incapaces dignitatum.*

123 *Deſcendentes ex hæreticis ſolum ſunt de iure incapaces vſque ad ſecundam generationem per lineam paternam, & vſque ad primam per lineam maternam.*

124 *In ordine minorum deſcendentes ex Iudæis vſque ad quartum gradum incluſiue non poſſunt eligi in Prælatos.*

125 *Similem prohibitionem habent Hieronymitani.*

126 *Rigidiorem prohibitionem habent Benedictini.*

127 *Inter Benedictinos ſufficit quod aſcendentes vſque ad 4. gradum fuerint inquiſiti.*

128 *Probabile eſt hæc priuilegia omnibus religionibus communicantibus communicari.*

129 *In Regno Luſitaniæ ex priuilegio Clementis VIII. & Pauli V. deſcendentes ex Hebræis per lineam paternam, aut maternam vſque ad ſeptimam generationem non poſſunt eligi ad præbendas, canonicatus, beneficia ſimplicia, ſiue curata, ſiue ſæcularia, ſiue regularia.*

130 *Hæc diſpoſitio Pauli V. in regno Luſitaniæ extenditur ad Prælatos regulares.*

131 *Appellatione Eccleſiæ venit Monaſterium.*

132 *Prælati regulares vere, & propriè habent curam animarum.*

133 *Verba diſpoſitionis ſunt intelligenda in propria ſignificatione.*

134 *Eadem inconuenientia dantur in parocho quam in prælato regulari.*

135 *Impugnatur Fragoſus in hac parte.*

136 *In noſtra Religione Carmelitana ſunt inhabiles ad habitum, & profeſſionem deſcendentes ex Iudæis vſque ad quartum gradum, vel vltra.*

137 *In noſtra religione deſcendentes ex Hebræis, in quocumque gradu ſunt inhabiles ad prælatias.*

138 *Per profeſſionem non fiunt habiles ad prælatias.*

139 *Si ingredientibus fiat proteſtatio in noſtro ordine quod religioſi non habent intentionem eos recipiendi, ſi deſcendant in quocunque gradu ex ſanguine maculato, ſi de facto ex tali ſanguine deſcendant profeſſio eſt nulla.*

140 *Hæc proteſtatio fit nouitiis in noſtra Prouincia Luſitana.*

141 *Si non fiat illis talis proteſtatio adhuc multi Doctores dicunt talem profeſſionem eſſe nullam.*

142 *Si clare conſtet aliquem eſſe de ſanguine Hebræorum vſque ad quartum gradum, talis eſt incapax, vt eligatur in quocunque beneficio ſæculari, vel prælatia aliqua regulari.*

143 *Hæc doctrina eſt valde conformis iuri communi.*

144 *Hi homines habentes hanc maculam in Hiſpania reputantur veluti infames.*

145 *Vilior eſt ſanguis Iudæorum inter catholicos, quam ſanguis ſpuriorum.*

146 *Iudæi ſunt doloſi, ſuperbi, inſolentes, ambitioſi, rixoſi, mendaces, procaces, tenaces, auari.*

147 *Tales homines, vt infames relegandi ſunt à dignitatibus.*

148 *Per crimen læſæ Maieſtatis diuinæ perditur omnis nobilitas.*

149 *Deſcendentes ex ſic infectis excluduntur ab honoribus, & dignitatibus in multis capitibus iuris, quæ ibi referuntur.*

150 *Iudæi commiſerunt crimen læſæ Maieſtatis in Chriſtum Dominum.*

151 *Quotidie idem crimen in eum repetunt.*

152 *Vt infames relegandi ſunt à dignitatibus.*

153 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

154 *Negare eſſe licitum deſcendentes à Iudæis excludere à dignitatibus eſt temerarium.*

155 *In noſtra Religione Carmelitana excalceata, ſi conſtet aliquam eſſe ex ſanguine Iudæorum in quocunque gradu eſt inhabilis, vt eligatur in prælatum.*

156 *Deſcendentes ex Hebræis in noſtra religione vſque ad quartum gradum, & vltra ſunt inhabiles ad habitum & profeſſionem.*

157 *Multo a fortiori ſunt inhabiles ad prælatias.*

158 *Maior habilitas requiritur vt quis in prælatum eligatur, quam vt religioſus fiat.*

159 *Illegitimi licet per profeſſionem, vbi non eſt ſtatutum irritans, fiant religioſi, non tamen fiant habiles ad prælatias.*

160 *Deſcendentes ex Hebræis ſunt veluti infames.*

161 *Tales eos reputat noſtra conſtitutio Pontificis authoritate confirmata.*

162 *Infames, ſiue iuris ſiue facti, ſunt inhabiles ad prælatias.*

163 *Probabile eſt profeſſionem deſcendentium ex Hebræis in noſtra religione in quocunque gradu eſſe nullam.*

164 *Nullus poteſt eligi in Prælatum alicuius religionis, ſi non ſit vere profeſſus illius.*

165 *Illa dictio, vltra, importat infinitatem, & omnes gradus ſequentes in infinitum excludit.*

166 *Religioſus de quo certo non conſtat eſſe ex ſanguine Hebræorum, datur tamen rumor, & fama, eſſe ex eo ſanguine maculato, eſt inhabilis vt eligatur in Prælatum regularem.*

167 *Poteſt aliquis eſſe indignus, non tamen inhabilis ad Prælatiam.*

168 *Indignus poteſt fieri dignus, ſi emendetur, inhabilis non poteſt fieri habilis, niſi diſpenſetur.*

169 *Deſcendentes genere Iudæorum, ſiue vſque ad quartum gradum, ſiue ad ſeptimum in regno Luſitaniæ, ſiue in quacunque, vt in ordine noſtro; ſunt inhabiles ad Prælatias regulares.*

170 *Hic religioſus de quo datur talis rumor, & fama, vt vere Hebræus debet reputari.*

171 *Ad probandam conſanguinitatem non reſtrictam ad certum gradum ſufficit communis reputatio, & fama.*

172 *Quando conſanguinitas eſt antiqua excedens memoriam hominum probatur per teſtes ex auditu, etiam ſine fama, & adminiculis.*

173 *In antiquis excedentibus memoriam hominum teſtes ex auditu probant plene.*

174 *Conſanguinitas huius religioſi eſt antiqua excedens memoriam hominum, & de ea datur fama, & rumor.*

175 *Quid ſit fama explicatur.*

176 *Quid ſit rumor explicatur.*

177 *Ponuntur aliquæ conditiones requiſitæ ad famam, & rumorem.*

178 *Licet talis rumor, & fama fuerit falſa, adhuc ſufficit talis rumor, & fama, vt talis religioſus ſit indignus, vt eligatur in Prælatum.*

179 *In electionibus regularibus, præcipue in noſtro ordine, digniores eligendi ſunt,*

180 *Talis religioſus habens talem famam non eſt dignior illis, qui eam non habent.*

181 *Falſus rumor, licet non ſoleat obeſſe, poteſt obeſſe.*

182 *Rumor publicus, quantumuis falſus maxime denigrat perſonam.*

183 *Homo denigratus, & tiznatus in fama non eſt tam dignus prælatia, quam ille, quia nullam nigredinem habet in fama, etſi iunior ſit.*

184 *Sæpè debet prætermitti ſenior, vt eligatur dignus, vt paulatim aptus fiat.*

185 *Non eſt quis dignior ad prælatiam, eo quòd antiquior.*

186 *Ille cenſendus dignior ad prælatiam, qui aptior eſt ad vtilitatem Eccleſiæ, & maiorem animarum profectum.*

187 *Religioſus qui non habet talem nigredinem aptior eſt ad prælatiam religioſam.*

188 *Religioſi nunquam habebunt plenam fiduciam cum eo, qui habet famam, licet falſam, eſſe ex ſanguine Iudæorum.*

189 *Ab eo maxime fugient in receptione Sacramentorum.*

190 *Multos videmus comprehenſos à ſancto officio de quibus ſolum erat ſimilis rumor falſus reputatus, qui tamen erat verus.*

191 *De hoc religioſo datur talis rumor, & contrarium certo ſciri non poteſt.*

192 *Caſu quo Electores præter vnum ſint determinati ad eligendum vnum ex prædictis quinque religioſis, iſte vnus poteſt ferre ſuffragium in eum, in quem maior pars ſuffragiorum inclinauerit.*

193 *Iſte elector conformando ſe maiori parti capituli nihil facit, ſed permittit aliorum peccatum.*

194 *Si prædicti electores præter vnum ſint determinati eligere unum ex iſtis, quem iſte vnus elegerit, talis elector debet inclinare in illum, qui ſolum habet defectum in obſeruantia.*

195 *Quando electio indigni eſt neceſſaria ad impediendam electionem magis indigni, tunc electio indigni eſt licita.*

196 *Ex duobus malis minus eſt eligendum.*

197 *Minus indignus eſt, qui ſolum habet defectum in obſeruantia citra peccatum mortale, homine nimis iracundo, ſuperbo, ambitioſo, ſiue Iudæo.*

198 *Ex pluribus indignis; ille minus indicandus eſt, de quo datur maior ſpes emendæ.*

199 *Ex prædictis indignis, maior ſpes emenda datur in eo, qui eſt parum obſeruant, quam in aliis.*

200 *Iſte operatur contra legem ex paſſione, alij operantur ex malitia.*

201 *Minor ſpes emenda datur de eo, qui operatur ex malitia, quam ex paſſione.*

202 *Qui peccat contra legem ex paſſione, operatur minori aduertentia impetu paſſionis.*

203 *Qui operatur ex malitia operatur ex mala inclinatione & electione voluntatis, & veluti ex habitu.*

204 *Habitus vel conſuetudo eſt altera natura.*

205 *Homo iracundus, ſuperbus, ambitioſus, & Iudaus difficillime à ſuis erroribus emendatur.*

206 *Homines parum reformati, ſæpe poſiti in dignitatibus emendantur.*

207 *Honores mutant mores.*

208 *Sæpe conuenit eligere potius peccatorem, qui vere pœnituit, quam qui nunquam peccauit.*

209 *Morum probitas magis ſumitur à ſtatu, & modo ordinario procedendi; quam ab vno, vel altero actu.*

210 *Iſte religioſus eſt bene morigeratus in obſeruantia legis Dei, & regulæ, quoad res graues.*

211 *Inclinationes naturales ſemper præſumuntur durare, dum contrarium non probatur.*

212 *Si nec de hoc detur probabilis ſpes emendæ, & omnes electores præter vnum ſint determinati eligere vnum ex prædictis quinque indignis, quem iſte elector elegerit, adhuc eligendus eſt iſte defectuoſus in obſeruantia regulæ citra mortale.*

213 *Quilibet poteſt eligere minus indignum, ad impediendam electionem magis indigni.*

214 *Iſte religioſus eſt minus indignus aliis.*

215 *Ille cenſetur minus indignus, qui poſitus in prælatia minus lædet bono communi.*

216 *Ille religioſus poſitus in prælatia, minus lædet bono communi aliis.*

217 *Prælatiæ inſtituta ſunt ad conſulendum bono communi.*

218 *Magis opponitur bono communi inordinata arrogantia, ſuperbia, & ambitio, & Iudaiſmus, quam non obſeruantia legis non obligantis ad mortale.*

219 *Ira inordinata appetit vindictam iniuſtam.*

220 *Superbia generat diſcordiam.*

221 *Ambitio eſt peſtis religionis.*

222 *Sanguis maculatus eſt perniculoſiſſimus in fide.*

223 *Ex iniuſtitia oriuntur ſeditiones.*

224 *Ex ſuperbia oriuntur iurgia, & odia.*

225 *Ex ambitione oriuntur omnia mala.*

226 *Ex ſanguine maculato oritur infidelitas.*

227 *Hæ magis opponuntur bono communi, quam non obſeruantia legis non obligantis ad mortale.*

228 *Prædicta vitia tendunt ad deſtruendam pacem.*

229 *Sunt in damnum tertii.*

230 *Non obſeruantia legis ſolum indirecte lædit bono communi.*

231 *Prælatus frangens legem non intendit, quod id ſubditi faciant.*

232 *Non obſeruans legem ſolum ſibi directe malum facit.*

233 *Defectus contra legem huius prælati non inducunt ſubditos ad peccandum mortaliter.*

234 *Cauſa exemplaris non poteſt plus mouere, quam habet virtutis, vel malitiæ.*

235 *Religioſus nimis iracundus, vel ſuperbus, vel ambitioſus, aut Hebræus inducit ſubditos ad ſimilia peccata mortalia.*

236 *Poteſt dari communitas adeo reformata, quæ non indigeat exemplo prælati ad continuandum in obſeruantia.*

237 *Peccatum veniale multitudine operum bonorum obruitur.*

238 *Per ſolum peccatum mortale redditur homo indignus dignitate.*

239 *Subditi adeo perfecti ſua obſeruantia reprehendunt prælatum minus reformatum, & faciunt illum bene viuere.*

240 *Cum homine multum iracundo, ſuperbo, vel ambitioſo, vel hæretico non poteſt dari pax.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

IN Regno Caſtellæ, in quodam capitulo Prouinciali cuiuſdam inſignis Religionis, propoſiti fuere electoribus ad quandam Prælaturam regularem vnius Conuentus quinque religioſi, quorum primus erat optimus prædicator, ſed parum reformatus, & qui de obſeruantia legum non obligantium ad mortale non multum curabat, licet publice nunquam mortaliter peccauerit. Alius erat vir maxime reformatus in ſua perſona, pœnitentiæ eximiæ, & qui in omnibus obſeruantiis regularibus primus erat; erat tamen valde iracundus, & rixoſus, facileque contra ſubditos iraſcebatur, & ſine cauſa contra eos inuehebatur. Tertius erat vir eximiæ obſeruantiæ, ſed incorrigibilis in ſuis dictaminibus, rigidus in exequendis mandatis, & puniendis defectibus. Quartus erat vir maxime reformatus, pœnitentiis deditus, & alias habebat genium ad gubernium, ſed erat vir valde ambitioſus, maiores namque dignitates, quæ ſibi adhuc non erant debitæ, ſumme appetebat, pro eis conſequendis omnes perturbabat, fraudes, & dolos, etiam amicis faciebat, Religioſis quibus tales dignitates debitæ erant, ne ſibi anteponerentur, imputabat graues defectus, qui re vera nunquam fuere, ſed ille eos deducebat ex actionibus indifferentibus, & ſæpe defectus leues ita exaggerabat, vt ex parua muſca gigantem efformaret, vt ſolus ipſe tali dignitate dignus electoribus appareret, & alias huiuſmodi. Quintus erat nimium reformatus, bonæ indolis, & omnes partes ad gubernandum habebat, ſed erat rumor, ipſum ſanguine Hæbreo eſſe infectum.

Quæſitum fuit à me, quem ex illis ad talem prælatiam tuta conſcientia electores eſſent electuri?

RESPONSIO AVTHORIS.

REſpondi quod ſi caſus accideret in mea religione, quod tamen reuera non accidit, ſed vt dixi accidit in alia grauiſſima Religione, in quodam capitulo Prouinciali celebrato in regno Caſtellæ, vbi de hoc caſu à patribus illius capituli fui interrogatus. ſi igitur caſus accideret in mea

religione & ego eſſem electormulli ex quinque illis religioſis propoſitis ad aliquam prælatiam darem ſuffragium, & idem conſilium dedi illis, qui de hoc caſu me interrogarunt.

2 Ratio eſt, quia licet inter Regulares, ſecluſo ſpeciali ſtatuto, ſecundum aliquos Doctores non ſint neceſſario eligendi ſemper digniores, vt cum Valero, Palao, Hieronymo, Rodriguez Caietano, & Lugo, & aliis docet Thomas Hurtado *in tra-*
3 *ctatibus variis, tom. 1. tract. 12 cap. 1. n. 1562* non eſt tamen per ſe licitum eligere indignum, prætermiſſo digno, vt cum communi ſententia. Ego dixi *in noſtro Directorio Regularium, p. 3. tr. 5. d. 4. n. 10.*
4 Atqui omnes illi quinque religioſi ſunt indigni, vt eligantur ad prælaturam aliquam regularem, & alias non eſt moraliter poſſibile non dari alios religioſos in illa religione, etiſi ſint iuniores, vt *infrà* dicemus, digni tali prælatia, ergo nullus
5 illorum, ſed aliquis illorum iuniorum eligendus eſt. Maior eſt certa, minor verò probatur diſcurrendo per illos.

---

§ 1

In quo oſtenditur hominem non reformatum, & qui de obſeruantia legum obligantium ad veniale citra mortale non curat, eſſe indignum vt eligatur in Prælatum regularem.

6 DOctrina huius §. *ſic oſtenditur.* 1. Quia integritas præſidentium eſt ſalus ſubditorum, vt habetur, *in cap. miramur diſt. 61.* Sed iſte Religioſus etſi ſit optimus prædicator; non curat de
7 regulæ, & legum obſeruantia, nec habet illam integritatem morum, quæ in prælato regulari requiritur; ergo nullo modo dignus eſt vt Prælatus conſtituatur. Confirmatur primo Quia qui
8 Prælatus eligendus eſt, debet non ſolum verbo, ſed ſuo exemplo vitam ſpiritualem ſubditorum ſuſtentare, vt cum Vgone, & aliis notauit Peirinis, *de Prælato q. 2. cap. 7. §. 4. n. 48* & habetur *in noſtra conſtitutione 3. p. cap. 11. n. 4.* Sed hic religioſus leges non obſeruat; ergo potius ſuo malo exemplo deſtruet communitatem, quam eam in vita ſpirituali, ſuſtentabit.

9 Confirmatur 2. Quia malum exemplum Prælati inficit, & deſtruit totam communitatem, vt habetur, *in cap. ex merito, q. 1. n. 6.* vbi dicitur capite langueſcente, cætera corporis membra inficiuntur, & S. Gregorius, *lib. 6. Epiſt. reg. epiſtol. 7.* Ait mala actio præſidentis valde nocet ſubditis, & Philo, *lib. de vita Moyſis*, ait, ſi princeps totum ſe voluptatibus ad vitam delicatam deflectit, vniuerſa propemodum multitudo ad voluptates proclinat. Quorum rationem reddit D. Gregorius, *21. moral. cap. 1.* quia rationales noſtri ſpiritus, dum in Prælatorum intentione defixi, ſingulis quibuſque actionibus permiſcentur, vt tales fœtus operum procreent, qualia exempla præcedentium in vocibus præceptorum vident. Vnde merito poteſt ſubditus dicere, vt ait D. Auguſtinus, *lib. de paſt. cap. 4* ſic præpoſitus meus ſic vivit, egò quid ſum, qui non faciam, quod ille facit; Sed hic religioſus ſuis prauis moribus ſolicitat ad relaxationem conſcientiam ſubditorum; ergo Indignus, & ineptus eſt poſitiue, vt in Prælatum eligatur. Ita cum Leſſio, & Filincio, docet Thom. Hurtado, *in tractatibus variis, tract. 12. c. 1. n. 1501.*

Dices, defectus huius religioſi non ſunt peccata mortalia contra legem Dei, ſed ſolum ſunt 10
culpæ veniales contra regulam, & defectus veniales contra conſtitutiones, & ſanctas ordinationes; ergo per hoc non videtur indignus ad Prælaturam regularem, ſiquidem ſolum videtur homo indignus Prælatia per peccatum mortale, vt ait D. Thomas. *Quodlibeto 8. art. 6.* Responde-
tur quod licet defectus huius religioſi contra regulam tantum ſint veniales culpæ, hoc tamen 11
tollit, quod talis religioſus ſit dignus ad Prælatiam regularem. Et ratio eſt, quia ſuo malo exemplo eſt pernicioſus bono publico, vt bene ait Giragus, *de regimine Regularium, p. 3. dub. 1. n. 17.* vbi ait, aduertendum eſt, quod quando locuti fuimus debiles, & infirmos non eſſe excludendos à 12
regimine, non ideo intellexirnus eos admittere, qui tantum expellunt à ſe peccatum mortale, paruì æſtimando culpas veniales; Religionis conſtitutiones, ſanctaſque ordinationes, quia hi tanquam notabiliter pernicioſi bono publico inter indignos ſunt numerandi. Hæc Giragus, quod quid clarius, & illuſtrius pro caſu præſentis dici poſſe non intelligo. Vnde ad illud quod affertur de D. Thoma, Reſpondetur D. Thomam loqui de beneficiis ſæcularibus, & non de prælatiis regularibus in quibus maior requiritur perfectio, ob perfectiores leges, quas regulares tenentur obſeruare.

Confirmatur 3. noſtra ſententia & reſponſio
huius argumenti, quia licet religioſus particula- 13
ris non peccet mortaliter non cuſtodiendo regulam, & conſtitutiones obligantes ſolum ſub veniali, vel ad pœnam ſeclu ſo contemptu, vel graui ſcandalo vt diximus *in noſtro Directorio Regu-*
larium p. 3. tract. 3. d. 6. n. 207. & d. 1. eiuſdem tra- 14
ctatus, n. 39 Non tamen ſic accidit in prælatis, nam Prælatus, ſi aliquid faciat, etiam indifferens, quod ſubditis ſit occaſio peccandi, peccat mortaliter, vt cum Nauarro notauit Peirinis, *ſuprà n. 33.* Sed huiuſmodi Religioſus cum ſit aſſuefactus regulam non obſeruare, ſi prælatus fiet, idem efficiet, ac per conſequens ſemper erit in peccato mortali, ſi quidem aliis erit occaſio ſcandali; ergo indignus eſt, vt eligatur in prælatum regularem.

Confirmatur 4 Quia Prælatus qui regulam re- 15
laxat in ſe ipſo deponi debet ab officio vt patet ex *cap. Monachi de ſtatu Monachorum*, vbi Panormi-
tanus, *n. 6. & in cap. vt ſi clerici, & in cap. cum* 16
non ab homine de iudiciis, & docet Giragus, *p. 3. dub. 26 n. 1.* Ergo multo à fortiori non eſt eligendus Patet conſequentia, quia turpius reiicitur, quam non admittitur hoſpes: ſi ergo omnino priuandus eſt Prælatus, qui regulam non obſeruat, multo à fortiori non erit in Prælatum eligendus, qui in ſe ipſo regulam & leges religionis non obſeruat; ſed talis religioſus de quo eſt noſter caſus regulam non obſeruat nec de hoc curat; ergo indignus eſt vt eligatur in prælatum regularem.

Confirmatur 5. Quia ad recte imperandum 17
tria requiruntur, vt docet Ariſtoteles *5. Polit. cap. 3.* Primum vt imperantes ament præſentem ſtatum Ciuitatis. Secundum vt habeant potentiam ad ea exequenda, quæ magiſtratus requirit. Tertio vt habeant virtutem, & iuſtitiam ad rem publicam regendam neceſſariam; Atqui hæc omnia in tali religioſo deficiunt; ſiquidem

quidem non amat leges, & obſeruantiam ſtatus, vtpote illarum publicus præuaricator, non poteſt habere potentiam ad ea exequenda, quæ prælatura requirit; Nam vt ait Plinius, *lupus in lupum non ſauit*, hoc eſt, qui leges non obſeruat, non punit non obſeruantes leges, vnde religio in perditionem iret, Nam vt ait Ariſtoteles, 4 *polit. cap.* 4. Vbi lex non præualet, non eſt reſpublica, nam lex dominari omnibus debet; cum ergo iſte Religioſus non curet de legum obſeruantia in ſe ipſo factus prælatus, nec curabit de illarum obſeruantia in aliis, ac per conſequens Religio in præcipitem ibit: ergo talis religioſus indigniſſimus eſt ad prælatiam regularem.

18 Confirmatur 6. Quia præcipuum quod requiritur in eligendo ad Prælatum eſt vita exemplaris, iuſtitia, & rectitudo, & morum reformatio, vt ait Apoſtolus, *ad Titum* 2. *In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum*. Cuius ratio eſt,
19 quia ſi in prælato deficit legum obſeruantia, relaxatio religionis inde ſumit initium vt habetur, *ex cap. exemplum caſu* 12. *q.* 1. Et colligitur ex illo vulgari axiomate, ſuperiorum actio noſtra eſt inſtructio, & ex illo Regis ad exemplum totus componitur orbis, vt notat cum Tiraquello, Barboſa, & alij Giragus, *p.* 3. *dub.* 16. *n.* 100. Et quod agitur à Prælatis facile trahitur ad exemplum à ſubditis, vt dicitur, *Cap. magna de voto*, & notat Pelizarius, *tom.* 1 *tract.* 9. *cap.* 2. *n.* 131. Sed prædictus religioſus nullam habet obſeruantiam legum, vt dicitur in conſulto; ergo nullo modo eſt dignus vt in prælatum eligatur. Patet conſequentia, quia ſi eligatur totam communitatem faciliſſime relaxabit; Nam vt optime ait Caſſiodorus 5. *variar. epiſtol.* 12. Facilius eſt errare naturam, quam diſſimilem ſui Principis poſſit rempublicam formare, & idem dicit Plato apud Giragum *ſuprà*, Nemo nobis perſuadeat, ô amici vlla ratione citius, aut facilius ciuitatem, leges, moreſque immutare, quam Principum exemplo præeunte, nec aliter nunc eſſe, nec in poſterum vnquam futurum; cum ergo prædictus Religioſus aſſuefactus ſit regulam, & leges religionis non obſeruare, non ſolum non eſt dignus, vt eligatur in Prælatum, ſed ſi electus ſit, debet deponi vt *ſuprà* diximus; ergo talis religioſus ab electione; vt omnino indignus reiiciendus eſt.

20 Confirmatur 7. Quia vt aliquis cenſeatur dignus ad aliquam prælatiam, non ſufficit quod ſit aptus ad illam. Nam aliud eſt eſſe ineptum, &
21 non idoneum, aliud eſſe indignum, ſicut aliud eſt aliquem eſſe idoneum, & aptum & aliud eſſe dignum. Aptus enim, & idoneus, ille eſt qui
22 habet ſcientiam, & doctrinam & induſtriam ad munus, ad quod eligitur; Dignus vero qui morum habet probitatem, & illis dignus efficitur, vt munus Prælati illi conferatur, vt docet Malderus 2. 2. *tract.* 9. *cap.* 2. *dub.* 6. Hurtado, *in tractatibus variis tract.* 12. *cap* 1. *n.* 1350. & colligitur ex Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *verſa neracta*; atqui in hoc religioſo licet ſit aptitudo ad talem prælatiam non habet tamen morum probitatem, nec operatur habendus, nam cum illi vitæ relaxatæ ſit à multis annis aſſuefactus, non poteſt de eo concipi probabilis ſpes, vt emendetur, ſæpe enim malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali, *cap.*
23 *ſemel malus extra de reg. iuris in* 6. Et talis quis præſumitur, qualis per triennium fuit Dyn. *Reg. ſemel malus de reg. iuris in* 6. Tuſchus, *lit. M, concluſione* 28. *n.* 16. Ergo cum iſte religioſus non ſolum per triennium relaxate vixerit contra regulam, ſed per multos annos de eo nulla poteſt dari ſpes probabilis vt emendetur poſitus in dignitate, ſed potius quod peieretur, vt experientia conſtat, ergo talis religioſus indignus eſt vt eligatur.

Confirmatur 8 Quia quando ſunt alij Religioſi probatæ vitæ nullo modo licet, etiam ſi concipiatur ſpes certa emendæ eligere in prælatum religioſum vitæ ſcandaloſæ, & publicum regulæ tranſgreſſorem, vt notauit Thomas Hurtado *in tractatibus variis, tract.* 12 *cap.* 1. *n.* 1364. Sed in tali religione dantur multi probatæ vitæ, non enim eſt credibile omnes eſſe relaxatos; ergo non eſt licitum hunc vitæ relaxatæ, & ſcandaloſæ eligere, etſi daretur certa ſpes, quod emendaretur. 24

Confirmatur 9. quia ineptus ad beneficium eſt, qui non poteſt ſatisfacere obligationi muneris, ad quod eligitur, & vt talis agnoſcitur ab electoribus. Ita Turrianus 2. 2. *tom. d.* 22. *dub.* 2. Hurtado, *ſuprà, n.* 1352 Atqui talis religioſus non poteſt ſatisfacere obligationi muneris, ad quod eligitur, & vt talis cognoſcitur ab electoribus, ſiquidem in ſe ipſo eſt publicus regulæ tranſgreſſor, nec ſperatur quod poſitus in prælatia emendetur, ſed potius timetur quod authoritate prælatiæ arrogantior, & diſſolutior euadat, vt *ſuprà* diximus; ergo talis religioſus indigniſſimus eſt, vt ad prælatiam regularem eligatur, & ita docet cum Leſſio, Filiucio, & aliis Hurtado, *in tractatibus variis, tract.* 12. *cap.* 5. *n.* 1501. vt *ſuprà* dixi.

---

§. II.

In quo oſtenditur Religioſum inordinate; & nimium iracundum eſſe indignum, vt eligatur in prælatum regularem.

VEniamus ad ſecundum religioſum, qui erat vir maxime reformatus in ſua perſona, pœnitentiæ eximiæ, & qui in omnibus obſeruantiis regularibus primus erat; erat tamen valde iracundus, & rixoſus, facileque contra ſubditos inuehebatur, & ſine cauſa contra eos iraſcebatur, & quod etiam iſte ſit indignus vt eligatur in prælatum regularem ſic oſtendo. 25

Qui natura ſua eſt iracundus, facileque ſine ratione iraſcitur contra oues ſuas, deſtruit pacem, 26
& vnionem communitatis, vt ait D. Chryſoſtomus, *tom.* 6. *homilia* 10. *de ira, & furore*, vbi ait, loquendo de ira *etiam integras domus ſubuertit, antiquas familiaritates diſſoluit, & inconſolabiles tragœdias excitauit iſte morbus*, ſed perturbator pa- 27
cis communitatis indignus eſt vt eligatur in prælatum; ergo cum talis religioſus ſua naturali, & inordinata iracundia omnia inquietet, & perturbet, indignus eſt vt eligatur in prælatum regularem.

Confirmatur primo. Quia Prælatus maxime intendere debet ad pacis conſeruationem, diſ- 28
ſipando illos, qui eam perturbant, vt ait Pſalmiſta 67. *diſſipa gentes, quæ bella volunt*, Diſcordiæ enim inter religioſos ſunt radix, & origo 29
omnium relaxationum, ſine pace enim nulla religio poteſt ſubſiſtere, ſiquidem vnitas eſt forma eſſentialis Congregationis, Conuentus enim, & Congregatio, nihil aliud eſt, ni- 30
ſi multitudo hominum in vno vinculo redacta concordiæ, vt colligitur ex D. Auguſtino *epiſt.* 4 31

ad

ad Marcellum,& nos latiùs diximus, *in noſtro di-*
rectorio Regularum, p.3.tract. 4. d. 4. n. 326 & n.
394. Sed iſte Religioſus ſua innata,& inordina-
ta iracundia . & mala conditiune , rixas,& diſcor-
dias inter religioſos mouet . Rixa enim eſt filia
iræ immoderatæ,eſt ait D. Thom. 2. 2.q.158.art.6.
32 & 7 Ergo diſſipandus eſt talis religioſus. & nullo
modo in Prælatum eligendus.
Confirmatur 2. quia in Prælato maxime ne-
ceſſaria eſt manſuetudo , & clementia cum pru-
33 dentia, iuxta illud Chriſti [diſcite à me quia mitis
ſum,]vnde D Auguſtinus, *in ſermone ad fratres in*
eremo 26.tom.10. ait, Melius eſt vt redarguamur
de miſericordia , quam de crudelitate in die no-
uiſſimo , ſuperexaltat enim miſericordia iudi-
cium ; ſed in hoc religioſo cum magno exceſſu,vt
ſuppono, dantur vitia oppoſita manſuetudini . &
clementiæ , nam manſuetudini opponitur iracun-
dia , clementiæ vero crudelitas, vt ait Seneca, *lib.*
34 *2. de clementia,cap.4.* & tenet Decaſtillus, *de iu-*
ſtitia, tom. 1 lib.2.d. 3.dub.22 n.373. Ergo cum in
hoc religioſo maxime prædominet iracundia , &
35 crudelitas omnino remouendus eſt ab officio Præ-
lati,oportet enim,vt ait Paulus, *ad Titum 1. Epi-*
ſcopum ſine crimine eſſe , non elatum , non iracun-
dum,hoc eſt,*ferocem & trudelem*,vt explicat Gloſ-
ſa interlinearis,ſed benignum.
36 Confirmatur 3. Quia exordium totius boni
regiminis, & rectæ gubernationis , eſt amor inter
Prælatos, & ſubditos , vt air Miranda, *tom.2.q. 5.*
art. 3. Giragus, *p. 3. dub.16. n.118.* Sed prælatus
qui irrationabiliter iraſcitur in ſubditos nunquam
conſequetur amorem ſubditorum ; ergo eius re-
gimen erit peſſimum,ac per conſequens deteſtan-
dum . Minor patet , quia amor inter prælatos ,
& ſubditos acquiritur miſericordia, clementia , &
37 benignitate , vt ait D. Bonauentura , *de ſex alis*
Seraphin. cap. 7. vbi ait , Ad benignitatis partem
plus declinet , per quam reddatur ſubditis magis
amabilis ; ſed vbi prædominat ira non eſt miſeri-
38 cordia , clementia , vel benignitas , iuxta illud
Prouerbiorum 27. ira non habet miſericordiam ; nec
39 *erumpens furor*, Vnde D. Gregorius,5. *moral cap.*
30. inquit. *ira ſuo ſtimulus accenſum cor palpitat*
corpus tremit,lingua ſe perpedit,facies ignescit,ex-
aſperantur oculi,& nequaquam recogneſcuntur no-
ti, lingua quidem clamorem format, ſed ſenſus quid
loquitur ignorat ; Ergo cum hæc omnia reperian-
tur in hoc religioſo , qui quidem cum iraſcitur ,
taliter ab ira deuincitur , vt nec perſonas reuerea-
tur , nec verbis inordinatis parcat , & extra ſe
exeat, inde eſt, quod talis religioſus indignus eſt
vt in prælatum regularem eligatur.
40 Confirmatur 4 . quia ille in quo ira ſuperat ra-
tionem , appetit vindictam , & punitionem contra
ordinem rationis , vel quia vult punire eum , qui
non meruit , vel vltra quam meruit, vel etiam non
ſecundum legitimum ordinem , vel non propter
debitum finem,qui eſt conſeruatio iuſtitiæ, & cor-
rectio culpæ, vt ait D. Thomas, *2.2.q. 157. art.1.*
Sed qui appetit vindictam,& punitionem ſine mi-
ſericordia eſt indignus qui eligatur in Præla-
tum ; ergo cum hoc detur in hoc religioſo , in-
dignus eſt vt eligatur in Prælatum. Minor patet,
quia Prælatus eſt Dei miniſter , iuxta illud , qui
vos audit me audit,quod etiam ait D. Thom. 2. 2.
41 *q. 63. art. 2.* & D. Bonauentura , *opuſculo de ſex*
alis Seraphin, cap. 3. vbi ait , Prælatus Vicarius
42 æterni iudicij ; ſed qui appetit vindictam ſine mi-
ſericordia non poteſt eſſe Dei Vicarius , aut mi-
niſter; ergo cum hic religioſus ſolum appetat pu-
nire, vt pote valde iracundus, indignus eſt vt Præ-
latus conſtituatur , maior eſt certa minor vero
probatur.
Quia miniſter Dei oportet eſſe non iracun- 43
dum , ſed benignum , vt ait D. Paulus , *ad Titum*
1. Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe , ſicut
Dei diſpenſatorem , non ſuperbum, non iracundum,
ſed benignum;Tum quia miniſter Dei debet Deum
ipſum imitari , vt ait Chriſtus , diſcite à me quia 44
mitis ſum , ſed qui animum habet ferum , & in-
humanum , vt ait Chryſoſtomus , *homelia 20. de*
ira , & furore , non conſeruat ſigna , & notas bo- 45
nitatis, quæ in parte cœleſti eſt,ſed in ſpeciem fe-
tinam ſe ipſum tranſmutauit , diuinaque nobili- 46
tate excedit ; ergo non Dei miniſter , & fidelis
diſpenſator , vt ait Paulus, dicendus eſt , ſed tau- 47
rus ſaltans , aut aſinus calcitrans , aut vrſus ra- 48
piens , aut lupus feriens , vt ait Chryſoſtomus vbi 49
ſuprà.
Tum quia miniſter Dei & ſcit punire , & ſcit
parcere vt bene ait Guillelmus Pariſienſis , *in ſuo*
tractatu de moribus, cap. de zelo : vbi ait , Quo- 50
niam parcere , & punire contraria ſunt, erit diſci-
plina eadem , & eadem virtus , quare qui neſcit
parcere , neſcit punire , & ſicut eius non eſt par-
cere , ſic nec punire, quare non miniſtri Dei , qui
punire ſolummodo,& norunt , & volunt , fallo
ergo zelatores nominantur quidam , quorum to-
tum ſtudium , & officium eſt , punire , qui non 51
deberent eſſe , niſi in inferno , vt eſſent adiuto-
res miniſtris tormentorum , vbi nemo eſt, qui de
manu torquentium quempiam eripiat , aut qui eis
reſiſtat ; ergo cum in hoc religioſo perdominet
ira per vitium , vt ait D. Thomas , &. cum ſolum
appetat inordinatam punitionem , inde eſt quod
ſit indignus vt in Prælatum regularem eligatur ,
ſed vt inter feras viuat, quas imitatur demitten-
dus eſt,vt ait Chryſoſtomus, vel inter damnatos ,
vt air Guillelmus Pariſienſis,*ſuprà*.
Confirmatur 5. quia ille cenſetur indignus ad
Prælatiam , qui caret prudentia , & ſapientia ne- 52
ceſſaria ad ſuum munus exequendum ; ſed homo
nimis iracundus omni prudentia , & ſapientia ca- 53
ret ; ergo indignus eſt vt eligatur in Prælatum.
Maior eſt D. Thomæ, 2. 2. *q.5.art. 2. in corpore*
vbi air , ad prudentiam pertinet regere , & præ-
cipere,& ideo vbi inuenitur ſpecialis ratio regi-
minis, ibi etiam inuenitur ſpecialis ratio pruden-
tiæ. Et Ariſtoteles *3.polit cap. 3.* ait.Prudentia pro-
pria virtus eſt præſidentis. Et Plato *cap.2. ad*
Dionem, aít, nulla ciuitas poteſt eſſe felix, niſi vbi
cum prudentia ſub iuſtitia viuitur ; & Salomon
ad bene Gubernandum ſolum petiuit ſapientiam ,
Sapient. 9. Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſa-
pientiam. Minor vero probatur quia vnus ex ef- 54
fectibus iræ eſt impedire vſum rationis , iuxta il-
lud Gregorij, *lib.5.moral. cap. 31.* ira intelligen-
tiæ lucem ſubtrahit , mentem promouendo con-
fundit,& D. Chryſoſtomus ,*tom. 6. homelia 20.*
de ira, & furore air, homines iracundi , nec quid-
quam diſtant ab inſanientibus,imo nec à feris aſi-
nis , tam fœdus , & male compoſitus eſt homo
iracundus. Et Regius Vates , *pſalmo 30.* ait , *con-*
turbatus eſt in ira oculus meus,quæ verba de ocu-
lo mentis intelligit D.Thomas, *q. 48. art. 3.* Sed
vbi non eſt vſus rationis , & intelligentiæ , ſed 55
potius inſanitas , & feritas aſini , vt ait Chry-
ſoſtomus,

ſoſtomus, non poteſt dari prudentia, vel ſapientia, nam prudentia propriè eſt in ratione, vt ait D. Thomas, 2.2 q. 47. art. 1. in corpore; ergo cum
56 iſte Religioſus ſit nimium iracundus, & vt talis omni careat prudentia in agendis, indignus eſt vt eligatur in prælatum, niſi fortè illum velis Prælatum aſinorum, vel ferarum conſtituere, vt ait Chryſoſtomus.

Confirmatur 6. Quia ille indignus cenſetur ad
57 Prælatiam, qui poſitus in illa ſuo gubernio deſtruet communitatem; ſed homo iracundus poſitus in Prælatia ſuo gubernio diſſipabit communitatem; ergo indignus eſt vt eligatur in Prælatum. Maior eſt certa; nam Prælatus non conſtituitur ad deſtructionem, ſed ad ædificationem, & vtilitatem ſubditorum, vt ait D. Thomas, 1. *de reg. princ. cap.* 1. Minor vero probatur quia ho-
58 mo iracundus non attendit ad iuſtitiam, nam vt ait D. Gregorius, *lib. 5. homiliarum. cap.* 12. Per iram iuſtitia relinquitur, quia dum perturbata mens iudicium ſine ratione exaſperat omne quod furor ſuggerit, ratum putat; ſed deficiente iuſtitia in Prelato communitas ſtare non poteſt, vt ait Auguſtinus, *lib. 2 de ciuitate Dei, cap.* 21. vbi ait, Reſpublica regi, aut ſtare non poteſt, ſine iu-
59 ſtitia. Et Ariſtoteles, 5. *polit. cap. 7. a.* 1, diſſolutionum autem maximæ, & reſpublicæ, & optimatum Gubernationes propter tranſgreſſionem iuſtitiæ in ipſis factam. Vnde finis principalis Prælati eſt
60 obſeruatio iuſtitiæ, vt ait D. Thomas, *de reg. Princip. cap.* 1. & cum multis Giragus, *p. 1. dub. 1. n.* 7. ergo cum in hoc religioſo deficiat iuſtitia, ob nimiam iracundiam, inde eſt, quod ſit indignus vt in Prælatum eligatur, & ita expreſſe tenet Th. Hur-
61 tado *in tractatibus variis to. 1. tr. 12. cap. 1. n.* 1495.

Dices cum Ariſtotele 4 *Eth. cap.* 6 Qui non iraſcitur pro quibus oportet, & vt oportet, & in quos oportet, is procul dubio fatuus, & ſtupidus eſt, vnde Dauid, *Pſal* 40 ait, *Iraſcimini, & nolite peccare*, & Lact. *lib. de or. cap.* 17. ait, ira quæ ad correctionem vitiorum pertinet, nec homini adimi debet, nec Deo poteſt, quia vtilis eſt rebus humanis, & neceſſaria: ſed huiuſmodi Prælatus ſolum iraſcitur contra ſubditos, quoad correctionem vitiorum, quod abſque dubio eſt, pro quibus homo debet iraſci vt ait Ariſtoteles *ſuprà*; ergo eius ira eſt bona, ſiquidem iraſcitur quando oportet, & in quos oportet. ergo ob prædictam iram non eſt inhabilis vt eligatur in Prælatum regularem.

62 Reſpondetur concedendo iram moderatam, & eo modo quo ait Ariſtoteles, & Pſalmiſta, optimam eſſe ad gubernium, vt ait D. Thomas 2. 2. q. 15. *art. 2 in corpore, & art.* 1. vbi ait, iraſci ſecundum regulam rationis laudabile eſt, vnde aliqui apud Peirinum, *de prælato q. 2. cap. 5 §. 13. n.* 123. vocant iram rationis Satellitium; At ſi ira modum à ratione præſcriptum non ſeruat, peccatum eſt, vt ſi quis appetat puniri eum, qui non meretur, vel vltra quam meretur, vel non ſecundum legitimum ordinem, vel non propter debitum finem, qui eſt conſeruatio iuſtitiæ, & correctio culpæ, vt cum D. Thoma, *ſuprà art.* 2. ait Peirinus, *ſuprà, num.* 123. Atqui hic Religioſus vt ſuppono, non obſeruat iram ita modum præſcriptum à ratione, ergo iraſcendo contra ſubditos, ex genere ſuo peccat grauiter, quia peccat contra charitatem & iuſtitiam, ergo indignus eſt vt eligatur in Prælatum. Nam vt ait Sapiens 1-
Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas; Licet enim impoſſibile ſit, quod non iraſcatur Prælatus ad vitia ſubditorum, præſertim ſi in commune damnum vergant, iratum tamen iudicare periculoſum eſt, cum furor, iraque mentem præcipitent, iuxta illud impedit animum, ne poſſit cernere verum, vnde Plato teſte Peirino, *de prælat. q. 2. cap. 5. §. 15. n.* 145 dixit iracundos ad diſciplinas diſcendas idoneos, ad regendum rempublicam inutiles; Ergo ſi iuxta Platonis ſententiam iracundi ſunt ad regendum inutiles, procul dubio ſunt indigni, vt eligantur ad Prælatias regulares.

---

§. III.

In quo oſtenditur Religioſum incorrigibilem in ſuis dictaminibus, rigidum in exequendis mandatis, & puniendis defectibus, eſſe indignum vt eligatur in Prælatum regularem.

VEniamus ad tertium Religioſum, qui cum 63
eſſet vir eximiæ obſeruantiæ, eſt tamen incorrigibilis in ſuis dictaminibus, rigidus in exequendis mandatis, & puniendis defectibus, & hunc etiam dico indignum, vt eligatur in Prælatum regularem, quod ſic euidenter probo.

Homo in quo regnat elatio, & ſuperbia indi-
gnus eſt vt eligatur in Prælatum, vt patet ex il- 64
lis verbis Chriſti, quæ referuntur in regula noſtra, qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus; ſed homo qui in ſuis dictaminibus multum confidit, & aliorum conſilia ſpernit, rigi-
dus in exequendis mandatis, & puniendis alio- 65
rum defectibus, & qui amoueri non poteſt à ſuo conceptu, eſt ſummè ſuperbus, vt patet ex illa parabola, *Lucæ* 18. *dixit Ieſus ad quoſdam; qui in ſe confidebant, & ſpernabantur cæteros*; ergo talis religioſus indignus eſt vt eligatur in Prælatum regularem.

Confirmatur primo ex illis verbis Pauli *ad Ti-
tum* 1. Vbi enumerans eos, qui ab Epiſcopatu, & 66
alijs Prælaturis Eccleſiæ excludendi ſunt ait, *Non ſuperbum*, id eſt, ait Cornelius, ibi, *ſui ſenſus tenacem*, & vt Sytus, *qui ſua ducitur propria voluntate*, id eſt, *perfractus, durus, aſper, inflexibilis, qui ſibi ſic ita placet, vt cæteri diſpliceant*. Ita Chryſoſtomus & Theophilactus, S. Hieronymus vertit proteruum, alij contumacem, hucvſque Cornelius. Sed hæc omnia inueniuntur in hoc religioſo, eſt enim ſui ſenſus tenax, proteruus, & contumax. propria ducitur voluntate, & conſilium etiam ſeniorum deſpicit, inflexibilis in ſuis dictaminibus, perfractus, durus, aſper cum ſubditis; ergo vt omnino indignus ex doctrina D.
Pauli omnino relegandus eſt a Prælatia regulari. 67
Prælatus namque debet eſſe benignus, vt ait, D. Paulus, vnde etiam Antigonus Rex, vt ibi notat Cornelius, videns filium ſuum ferocius tractantem ſubditos, ei dixit, An ignoras fili regnum noſtrum eſſe ſplendidam ſeruitutem, ſi ergo Antigonus cognouit principem, etiam ſecularem, non dominaturum in ſubditos, ſed eis
ſeruiturum, & indignum eſſe regno, qui potius 68
ferociter dominatur in ſubditos, quam eis ſeruiat, quomodo nos non iudicabimus indignum

ad Prælatiam regularem hominem, in quo non
inuenitur niſi feritas, aſperitas, & inhumana
ſubditorum tractatio; qui potius dominatur in frà-
tres, quàm eis ſeruiat, abiit, ſed vt omnino indi-
gnus ad Prælatiam regularem talis religioſus iudi-
candus eſt.

Confirmatur ſecundo: Quia Prælatus regu-
69 laris non debet eſſe rigidus, & minax, vt notat
cùm valerio maximo, Rodriguez, *tom. 2. quæſt.
3. art. 4.* Prælati enim debent inſtruere ſubdi-
tos in ſpiritu lenitatis, conſiderantes ſe ipſos, ne
70 & ipſi tententur: Non enim Deus dedit illis ſpi-
ritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſo-
brietatis, nec ſubditi acceperunt ſpiritum ſerui-
tutis, iterum in timore, ſed acceperunt ſpiri-
71 tum adoptionis filiorum, in quo clamant *Abba
Pater*, vnde D. Bonauentura, *in opuſculo de
ſex alis Seraphim. cap ſexto.* de eis ait, ſit etiam
72 Prælatus humilis, affabilis, vt ſubditi facilem
acceſſum ad eum habeant, & fiducialiter ei allo-
qui poſſint, & ſtudeat magis amari, quam ti-
73 meri, quia libentius ei obeditur, qui diligitur,
quam timetur, & Rodriguez, *tomo tertio, quæſt.
trigeſima-quarta, articulo ſeptimo*; ait Prælatus
debet eſſe manſuetus, & benignus, conſideran-
do quod Deus primum Principem populi ſui
Moyſem conſtituit, qui erat vir mitiſſimus ſuper
omnes homines.

74 Vide Auguſtinus, *de tempore ſermon.* 115.
ait, Ideo Chriſtum reliquiſſe Petrum in pec-
catum labi, quia erat re vera Petrus paulo du-
rior, atque ſeuerus (hic igitur tam durus, &
tam ſeuerus, ſi donum non peccandi a Do-
mino fuiſſet adeptus, quæ venia commiſſis po-
pulis donaretur, ſed ideo diuinæ Prouidentiæ
ſecretum ita temperauit, atque permiſit, vt
primus ipſe laberetur, ac rueret in peccatum
quo erga peccantes duriorem ſententiam pro-
prij caſus intuitu temperaret) & *homil. de pæ-
nitent. cap. plerumque, ſecunda quæſt.* ait, idem Au-
guſtinus [illi robuſti dicuntur, qui de ſua iuſti-
75 tia præſumunt, miſericordiam peccantibus ne-
gandam putant, & impendentes reprehendunt:
vnde à Domino penitus intereunt, quia iudi-
cium ſine miſericordia erit illis, qui nolunt fa-
ce miſericordiam delinquentibus, quibus per Salo-
monem dicitur, noli eſſe nimis iuſtus, qui eſt ni-
mis iuſtus, perit in iuſtitia ſua.]

Vnde prælatus qui quærit timeri potius ver-
beribus, quam verbis, ab officio eſt deponen-
76 dus, vt habetur, *cap. Epiſcopus, diſtin. quadra-
geſima-quinta*, & notat Bertachinus, *in tracta-
tu de Epiſcopis, tertia part. libro quarto, nu-
mero vigeſima quinta*, Rodriguez, *tomo ſecundo,
quæſt. vigeſimo primo, artic. primo*, Giragus,
*part. tertia, dubio trigeſimo, numero centeſimo
nonageſimo ſecundo.* Sed huiuſmodi Religioſus ma-
xime rigidus, & minax eſt, & nullum habet ſpi-
ritum lenitatis, ſed timoris, ſiquidem contra
ſubditos incidentes in aliquem defectum taliter
ſcandeſcit, & furit, vt accepi ab ipſis patribus
conſulentibus, vt ſæpe etiam manibus, & pe-
dibus eos velit delireare, vt non ſemel viſum
fuit, vt ipſi mihi conſulentes teſtati ſunt, ergo
77 talis religioſus omnino indignus eſt ad offi-
cium Prælati regularis, & ſi electus eſt, de-
bet deponi vt habetur, *in dicto cap. Epiſcopus*;
non enim ſubditi acceperunt ſpiritum ſeruitu-
tis iterum in timore, ſed ſpiritum adoptionis
filiorum, vt *ſuprà* diximus. Tum quia ei de-
eſt præcipua qualitas ob quam eſt inſtituta præ-
latia, ſiquidem ei deeſt munus proprium Præ-
lati, quod eſt incumbere ad pacem, vt ait Gi-
ragus, *part. 1. dubio primo, numero ſeptimo*, &
vt ait D. Cyprianus, *de oratione Dominica*, Pa-
cificos enim, & concordes, atque vnanimes eſ-
ſe in domo ſua præcipit Deus, & vt ait D. Au-
guſtinus, *tomo decimo, ſermon de tempore* 168.
Vnitatis vinculum omnes debent Prælati ſimul, &
ſubditi in fide, & dilectione per omnia ſeruare,
quia ſine pace non ſuſcipitur Sacerdotis oratio, nec
plebis oblatio.

Confirmatur 3. Quia prælatia datur ad con- 78
ſeruationem, & vtilitatem communitatis; ſed
homo qui multum in ſe confidit, & ſapien-
tum conſilia ſpernit, qui in ſuis dictaminibus
incorrigibilis eſt, & qui quod ſemel apprehen-
dit nunquam dimittit, non attendit ad conſer-
uationem, vel vtilitatem communitatis, ſed
potius ad illius deſtructionem; ergo indignus 79
poſitiue omnino eſt, vt eligatur in Prælatum.
Maior eſt certa, & eam cum multis, docet
Giragus, *part. prima dubio primo, numero quar-
to, & dubio quarto, numero vigeſimo nono.* Mi-
nor vero probatur, quia prælatus qui nimis de
ingenij ſui viribus, ac ſcientia ſibi promittit,
& timorem erranди a corde abiicit, in multa
incommoda in negotijs pertractandis, iuſtitia-
que adminiſtranda ruet, quia emergentia dubia
propria ſcientia, & ingenio abſque doctorum
conſilio demetietur, aliaque negotia etiam ma-
gni ponderis ſua propria æſtimatione abſoluet,
vnde neceſſario inconuenientia exorientur, qua-
re, *in Prouerbijs, cap. 3. numero* 10. habentur,
hæc verba, *Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt qui* 80
*autem agunt omnia cum conſilio reguntur ſapien-
tia*, hoc eſt, vt optime explicat Salazar ibi, cum
ſuperbi de re aliqua deliberant, dum ſuum quod- 81
libet conſilium, aliorum conſilijs, ac placitis
præponunt, multæ quidem ſuboriuntur conten-
tiones, ac iurgia, qui autem agunt omnia cum
conſilio reguntur ſapientia, id eſt, qui ex humi-
litate, & animi ſui deiectione, poſthabitis con-
ſilijs proprijs, de aliorum conſilio, & opinio-
ne cuncta gerunt, hi quidem ſapientiſſime, ac
prudentiſſime res adminiſtrant, inter hos nul-
læ oriuntur diſcordiæ, nullæ ſunt diſgregan-
tes ſententiæ, nullus enim ita adhæret ſuæ, vt
perſpecta ratione alteri libens non cedat, huc
vſque Salaar. Sed iſte Religioſus ita eſt deuin-
ctus ſuo iudicio, vt cuncta omnia ſpernat, & ſo-
lum quod ſibi obiicitur iuſtum diiudicat, ergo cum
ex illius gubernio plures rixæ, ſeditiones, & mala
neceſſario exoriri debeant, vt Sapiens prouerbio-
rum 3. ait; Inde eſt, quod ſit indignus vt in Præ-
latum eligatur.

Confirmatur 4. quia *cap. omnis qui diſtinct.* 45. 82
inter alia ad Prælatos ſpectantia habetur, quod iu-
dex ſeu Prælatus in omni negotio ſemper debet
eſſe pauidus, timens, & tremens, atque formido-
loſus, ne iuſtitiæ tramite deuians cadat, & vnde
iuſtificetur, inde potius condemnetur; ſed iſte Re-
ligioſus intrepidus eſt in ſuis dictaminibus, rigidus
in exequendis mandatis, & in puniendis defectibus
inexorabilis; ergo indignus eſt vt eligatur in Præ-
latum regularem.

Confirma

Confirmatur 5. Ex illis verbis Iſaiæ, væ vobis qui
83 ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmet-
ipſis prudentes, quaſi dicere velit, Superiores qui
omnia per ſe poſſe autumant, qui ſibi ſe ſolos ſuffi-
cere prædicant, qui auxilio opus eſſe, non conſilio
clamant, in ſua ſapientia decipiuntur, dum negotia
peruertunt, iuſtitiamque in iniuſtitiam vertunt.
Vnde Caietanus, 2. 2. *q.* 49. *art.* 3. ait, Quod tam
negligentia, quam contemptus audiendi viros,
& vita ſanctos, mater eſt imprudentiæ, & Hora-
tius, *lib.* 3. *ode* 4. loquit: vir conſilij expers, mole
ruit ſua; & Bonauentura, *in opuſculo de ſex alis
Seraphin. cap.* 7. loquendo de ſuperiore ait, ne plus
84 ſapiat, quam oporteat ſapere, ne ſibi plus credat,
quam expedit, ne ſit ſapiens in oculis ſuis quia te-
ſte D. Gregorio, *lib.* 23. *Moral. cap.* 74 circa fi-
nem, ſicut ſubditorum tentatio eſt reprehende-
re in Prælatis, quod in multis non recte agant,
ita Prælatorum tentatio eſt, quod ſe cæteris ſa-
pientiores æſtiment, vnde dicitur *Prouerbiorum* 20.
Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri, magis il-
lo ſpem habebit ſtultus; ſtultus enim ſibimet non
confidens quærit conſilium à ſapientibus, ne deci-
piciatur, ille autem dum de ſe plus quam debet
præſumit, etiam vbi erat recte ſe plerunque ſen-
tire deceptus putat, inter omnes tentationes vi-
85 detur iſta periculoſior cuique Chriſtiano, ſcilicet
proprio ſenſui nimis inniti, cum enim nemo re-
periatur ita perſpicacis intelligentiæ, quin poſſit
in aliquibus falli, qui hoc totum, & ſolum repu-
tat iuſtum, quod ipſe ſenſerit, aſtuto aduerſario
ad varias ſeductiones ſub ſpecie boni liberum adi-
tum pandit, ait enim *Pſalmiſta* 9. ſedet in inſi-
diis cum diuitibus in occultis, vt interficiat in-
nocentem, ibi enim libentius inſidiantur, vbi
maiorum diuitias cernit inquiri, vt ibi innocen-
tem inquirat, & occidat, vbi ſe Deo maius ob-
ſequium præſtare ſperabat; vnde cautum eſt ſem-
per rectori, conſilia libenter audire, & humili-
ter quærere, & in hoc triplex humilitas conſiſtit.
86 Prima ſi alij idem ſentiunt, quod ipſe, ſecurior
eſt, quod non decipiatur; Secunda quidquid fe-
cerit cum prudentum conſilio, ſi aliquid euenerit
contrarij, minus ei poterit imputari, quam ſi de
ſuo tantum ſenſu id feciſſet; Tertia quod ſæpe
in merito humilitatis talis Deus dat ei agnoſce-
re per ſe, vel per alium quod antea non intellexit.
Aliqui vero cum ad officium regiminis aſſurgunt,
ita ſe continuo repletos ſpiritu ſapientiæ repu-
87 tant, vt omnia anteceſſorum ſuorum facta ſtulta
iudicent, & peruerſa: Alij verò à contrario, cum
88 ab eodem abſoluuntur officio, quæcunque ſuc-
ceſſores faciunt ſimili modo condemnant, non
attendentes quod ſicut ipſi aliorum facta depri-
munt, ita eorum facta alij poſſint deſpicere, huic
dicit *Iſaias* 37. Væ qui ſpernis, nonne, & ip-
89 ſe ſperneris? nonnullorum enim facta ſolent ab aliis
obſeruando notari, ſicut illorum, qui aliorum
facta ſeuerè diiudicant, ſi forte in quo ipſi alios
arguunt reprehenſibiles deprehendantur, hucvſque
Bonauentura.

Et S. Gregorius Nazianzenus oratione de
moderatione *in diſput.* ait, Præſtat cum doctrina
inſtructus ſis, propter animi æquitatem facili-
tatem conſulto credere, quam cum eruditione
90 careas, per inſolentiam ac temeritatem altius
efferri. Et S. Baſilius Magnus, *oratione* 21. ait.
qui habens conſilium bonum, ſuam potius ſe-
quitur ſententiam, ſimilis profecto eſt Regi le-
roboam, qui ſpreto ſalutari conſilio ſenum, ado-
leſcentum qui ſecum educati erant ſecutus, de-
cem tribus Iſrael ab Imperio ſuo abſcidit. Et *in
Epiſtola ad Chilonem* ait, Maxime omnium caue,
ne tuo vnius conſilio innixus, tibi vni permit-
tas plus æquè fiduciæ, ne quando per rudem re-
rum inexperientiam e ſublimi faſtigio religionis,
quam ex profeſſo accepiſti deturbare. Et Caſſia-
nus, *Collat.* 2. *cap.* 11. ait, Nullo alio vitio tam 91
præcipitem Diabolus monachum pertrahit, ac
perducit ad mortem, quam cum neglectis conſi-
liis ſeniorum, ſuo iudicio perſuaſerit, definitio-
nique confidere, quorum omnium ratio eſt, quia
humana mens dominantis, ita eſt debilis, vt ex-
cogitare nequeat ea omnia, quæ poſſunt prodeſ-
ſe, vel obeſſe rei determinandæ; ſed prædictus
religioſus ita de ſe confidit, ita ſuo iudicio eſt
deuinctus, ita in ſuis dictaminibus eſt incorrigi-
bilis, vt nequaquam ab ipſis dimoueri poſſit, ſed
potius ſeniorum, & ſapientum conſilia deſpicit,
& ſpernit; ergo indignus eſt vt eligatur in Præ-
latum, de hoc enim dicitur, *Prouerbiorum* 27.
numero 12. Expedit magis vrſæ occurrere rap-
tis fœtibus, quam fatuo confidenti in ſtultitia
ſua.

Et Peirinis, *de Prælato q.* 5. *cap.* 3. §. 15. *n.* 145. 92
loquens de huiuſmodi prælatis nimium anxiis in
delictis ſubditorum conquirendis, eos vocat
quæſtores, & ſubditorum occultos inſidiatores,
& tandem de iis ait, iſti prælati ſunt parum pru-
dentes, minus miſericordes, multo maligni, in
ſummo gradu ſuperbi, & hypocritæ, peruerſi,
à conſortio hominum arcendi; Nam licet Præ-
latus debeat eſſe vigilans, & curare pro poſſe, vt 93
regula, & conſtitutiones ſeruentur, non tamen
debet eſſe importunus quæſtor, nec multo mi-
nus occultus inſidiator, imo præſtat aliquando
habere oculos, & non videre, aures & non au-
dire, Nam vt ait Tacitus, *in Agric.* Princeps om-
nia ſcire debet, non omnia perſequi, paruis pec-
catis veniam, magnis ſeueritatem accommodare, 94
nec pœnæ ſemper, ſed ſæpius pœnitentia conten-
tus eſſe. Et Ariſtoteles 12. *Meta. textu* 3. ait,
Quædam melius eſt non videre quam videre, quod
obſeruaſſe videtur Sapiens *Prouerbiorum* 7. Vbi
ait, de feneſtra domus meæ per cancellos proſpe-
xi, & video paruulos, conſidero vecordem iuue-
nem, ſed huiuſmodi Prælatus ob quamcunque
etiam leuem culpam, tam venenatis verbis mor- 95
det, vt acerbam putent ſibi ſubditi eam eſſe vi-
tam; ergo arcendus eſt à conſortio hominum vt ait
Peirinis, & vt indignus eſt remouendus à Prælaturis
regularibus

Vnde Thomas Hurtado vir ſane eruditus in
ſuo, *tomo de variis tractatibus*, *tract.* 15. *cap.* 1. 96
numero 1497. Hæc aurea verba ponit, nihil exi-
ſtimo perniciosius regimini regularium, quam
quod Rectores nimium ſuo iudicio confidant, ſi
enim Superiores Prælati illud deponere iubent,
vel non faciunt contra regularem diſciplinam,
& pacem, vel ſi faciant, ita inſipide, & acer-
be, quod omnes perturbant, & inquietant, &
ſtatim, *numero* 1498. concludit idem author.
Rigidus in exequendis mandatis, & puniendis
defectibus, indignus eſt vt eligatur, vt pul-
chre & ſatis ad rem probat S. Ambroſius. *libro* 2. 97
de offic. cap. 7. continuans exemplo Moyſis, qui
præpoſitus fuit populo Dei, & Dauidis electi in re-
gem, & concludit, Legimus non ſolum in priuatis

ſed etiam in ipſis regibus, quantum facilitas blan-
98 dæ affabilitatis profuerit aut ſuperbia, verbnrum-
que obfuerit tumor, vt regna ipſa labefacta-
ret, & poteſtatem ſolueret. Fateor nihil magis
turbare amicam ſocietatem, quam nimius rigor,
aſpera, & arguta facies, verborum aſperitas, actio-
99 num incomitas, quibus ſubditi in deſperatio-
nem vergunt, & ſpreta vita regulari, vel malè
viuunt, vel torquentur intolerabiliter, vel tan-
dem obliti ſuæ profeſſionis apoſtatantur, & qui-
dem plures vidi in religione perdere rigorem,
quam ſuauitatem. Hæc Thomas Hurtado, nec
quid melius in hac re dici poſſe exiſtimo.

Ad cuius doctrinam confirmandam materiale
100 quoddam exemplum afferam, quod quidem mihi
ſatis fuit in admirationem, & ad caſum præſen-
tem maxime conducens. Die enim quo hæc ſcri-
bo, cum eſſem Segouiæ contingit, quod cum quæ-
dã Gallina in monaſterio noſtro viginti pullns ab
ouis ſua communi accubatione extraheret, cum ip-
ſa natura ſua eſſet aſpera, dura, & ferox in pullos
paruulos, & quotidie contra eos exaſperaretur, &
quoſdam morderet, quoſdam pedibus ipſis cal-
caret, quid facerent pulli illi paruuli? mirabile
dictu omnes propriam matrem dereliquerunt,
iudicantes melius ſibi eſſe matre carere, imo &
vitam amittere, quam tam inhumanam matrem
tolerare, quod & factum fuit: Nam cum parvuli
non haberent, qui eis victum miniſtraret, omnes
101 periere. Si ergo id accidit in brutis, ſi id in paruis
pullis omnes experti ſumus, qui potius diſſipari,
& mori voluere, quam tyrannidem matris tole-
rare: quid erit inter creaturas rationales? O Bo-
ne Deus, quot deſtruit Prælatorum crudelitas,
quot diſſipauit cæca, & impia aliquorum Præla-
torum conditio? certe non video maiorem in ho-
mine indignitatem ad officium paſtoris, quam ter-
ribilis, crudelis, & dura conditio; optime ergo
dicit Hurtado, plures eſſe quos perdidit rigor,
quam beneuolentia. quod etiam ait Giragus, *p. 3.
dub. 24. n.* 157 Cum igitur hæc omnia in præ-
dicto religioſo reperiantur, procul abigendus eſt
ab officio Prælati; eſt enim illius indigniſſimus,
ita Hurtado, *ſuprà, n.* 1498. Giragus, *ſuprà, n.* 159.
Ego ipſe, *in noſtro Directorio Regularium, p. 1. tr. 4.
diſp. 4. num* 300.

Nec obſtat quod iſte religioſus, & antecedens,
102 ſint alias religioſi nimis reformati, nimium pœ-
nitentes, & abſtinentes. Reſpendetur namque
cum D. Gregorio, *in Paſtorali, p.* 1. Quod nemo
plus in Eccleſia nocet, quam qui peruerſe agens;
nomen, vel ordinem ſanctitatis habet; delinquen-
tem namque hunc redarguere nullus præſumit;
Atqui prædicti religioſi, licet alias nomen ſancti-
tatis habeant, peruerſe agunt, omnes perturban-
do, & inquietando, tum rixis, tum aliis innu-
meris vexationibus? ergo licet alias habeant ali-
quam ſpeciem virtutis in aliis rebus non ſunt
conuenientes ad officium Paſturis. Bonum enim
debet eſſe ex integra cauſa, malum ex quocun-
que defectu; vnde cum hi Religioſi in rebus
adeo neceſſariis ad bonum regimen deficiant,
omnino ab eo excludendi ſunt, ſaltem dum non
reſipiſcunt.

§. IV.

In quo oſtenditur Religioſum nimis ambitioſum eſſe indignum vt eligatur in Prælatum regularem.

VEniamus ad quartum Religioſum, qui cum
eſſet reformatus, pœnitens, & alias haberet
genium ad gubernandum, erat nimium ambitio-
ſus, maiores enim dignitates, quæ adhuc ſibi non
erant debitæ, quia alij digniores erant, quibus de-
bitæ erant, ſumme appetebat, pro eis conſequen-
dis omnes perturbabat, fraudes, dolos etiam ami-
cis faciebat, Religioſis quibus tales maiores di-
gnitates debitæ erant, ne ſibi anteponerentur
imputabat defectus, qui reuera nunquam fuere,
ſed ille eos deducebat ex aliquibus actionibus in-
differentibus, & ſæpe leues defectus ita exaggera-
bat, vt ex parua muſca gigantem efformaret, vt 103
ſolus ipſe tali dignitate dignus electoribus appa-
reret, & alia huiuſmodi Hunc igitur religioſum
dico etiam eſſe indigniſſimum vt eligatur in Præ-
latum regularem.

Ratio fundamentalis eſt; quia ambitioſus, etiam- 104
ſi alias eſſet ſanctus, ex ambitione redditur indi-
gnus ad Prælatiam, *cap. principatus* 1. *q.* 1. Barbo-
ſa, *de Iure Eccleſiaſtico, lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 135. Leza-
na, *verbo ambitio, n.* 2. Sed talis religioſus eſt gra-
uiter contra iuſtitiam ambitioſus; ergo indignus
eſt vt eligatur in Prælatum. Maior eſt certa. Minor
verò probatur quia ille cenſetur grauiter, contra
iuſtitiam ambitioſus, qui appetit prælaturas per 105
ſubornationes, dolos, & fraudes, vel qui appetit
propter vindictam, vt ſcilicet aliquos à Prælatiis
excindat, vel qui appetit dignitates, quarum in-
dignus, vel minus dignus eſt, quia aliis dignio-
ribus debitæ ſunt, vt docet Lezana, *verbo Am-* 106
bitio, num. 2. Sed huiuſmodi Religioſus ad con-
ſequendum maiores dignitates Prouinciæ, quæ ſe-
cundum iuſtitiam diſtributiuam aliis religioſis an-
tiquioribus, & dignioribus debitæ erant vteba-
tur ſubornationibus, amicos ſubornando, & ſuf-
fragia procurando, vtebatur dolis, & fraudibus,
etiam maiores amicos illudendo, & tandem tales
dignitates procurabat, vt aliqui qui ei contrarij
erant, omnino à Prælatiis excluderet; ergo talis
religioſus vt fictus, falſus, fraudulentus, ambi-
tioſus, omnino à Prælatiis relegandus eſt.

Confirmatur primo: Quia ambitio eſt ſecre- 107
tum venenum; peſtis occulta, doli artifex, vitio-
rum ærugo, & tinea ſanctitatis, vt ait D. Bernar-
dus, *ſerm. 6. in pſalm.* Qui habitat; ſed hæc om-
nia inueniuntur in hoc religioſo; ſiquidem ille
dolis, & artificiis vtebatur ad conſequendam di-
gnitatem, omnes inficiebat vt venenum, & peſtis,
vt ipſe ſolus dignus appareret, omnium virtutes
annihilabat vt ærugo, & tinea vt ipſe ſolus vir-
tuoſus videretur, cuncta euertebat vt ipſe ſua in-
tentione exiret; ergo talis religioſus vt peſtis, ve-
nenum, & doli artifex, ærugo & tinea ſanctitatis,
omnino à dignitatibus deiiciendus eſt.

Confirmatur 2. quia quos capit ambitio ſunt
inuidi, contentioſi, ſimulatores, vt ait D. Baſi- 108
lius, *de conſtitut. monaſticis, cap.* 5. Sed talis eſt
ille religioſus, ſiquidem ad conſequendam digni-
tatem, quam deſiderabat, contentionibus, & ſi-
mulationibus vtebatur, & videns ſe illam non
potuiſſe

potuiſſe tot fraudibus conſequi, ſumme inuidebar illius poſſeſſorem, contra eum ignitos inuidiæ, & iracundiæ radios è venenoſis viſceribus euomens vt ab ipſis conſulentibus accepi; ergo talis religioſus indignua eſt, vt in quacum;.e prælatiam regularem eligatur.

Confirmatur 3. Quia elector qui omnes Præ-
109 latias procurat effieere ex certa Prouincia, vel oppido, eo quod ſint ſibi coonaturales, vel amici, vt ipſe ab eis poſtea in ſupremum Prælatum eligatur, & ipſe ſemper permaneat in gubernio, vt caput Prouinciæ, vel Congregationis, eſt in peccato mortali ambitionis, & vt talis indignus Prælatiæ, vt notat Bellarminus, *de Princip. Chriſt. lib.*1. *cap.* 10. Lugo, *de iuſtitia, d.* 34. *ſect.* 1. *n.* 3. *tam.*2.& cum Leſſio, Salon, Aragonio, & aliis Giragus,*p.*1.*dub.* 1.*n.* 3.*&* 4. *&* 7. *& p.* 3. *dub.*63. *num.* 367. Sed huiuſmodi Religioſus eum eſſet vnus ex electoribus in capitulo, arte & induſtria omnes Prælatos inferiores procurabat eligi ex amicis ſuis, & conciuis illius, vt ipſi eum poſtea, eligerent, & conſeruarent in Prælatia ſuprema, vr accepi à conſulentibus, ergo talis religioſus, vt caput factionum, & vt acceptor perſonarum, omnino à Prælatiis relegandus eſt.

Confirmatur 4. Quia etiam inter Apoſtolos
110 concitatæ ſunt murmorationes aduerſus Ioannem & Iacobum, eo quod eorum mater primatum ſedium ob amicitiam, & conſanguinitatem à Chriſto poſtulauit, vt habetur Matthæi 20. *Audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus*, Arabicus, *legit murmurauerunt de duobus fratribus*, quia ægre ferebant, inquit, Caietan. in Matthæum 20. *quod illi duo ambientes voluiſſent omnibus præferri*; Sed iſte religioſus omnibus vult præferri; & ad hoc vtebatur dolis, arte, & induſtria, diſtribuendo minora officia amicis; & ſuis naturalibus, ergo ſi hæc intentata præferentia cauſa fuit murmurationis, & ſeditionis inter Apoſtolos, procul dubio maiores ſedinones cauſabit inter religioſos minoris perfectionis, ac Apoſtoli; ergo ſicut illa matris poſtulatio pro filiis, vt ambitioſo reiecta fuit à Chriſto (non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt à patre meo) ita huic religioſo tale munus non eſt dandum, ſed quibus paratum eſt à Deo, & ille omnino eſt ambitioſus ab officio Prælati relegandus.

Confirmatur 5. Quia primùs Angelus eo ipſo
111 quod in cœlo intentauit plus aſcendere, quam ſibi debitum erat, [ſedebo in monte teſtamenti, ſimilis ero altiſſimo.] omnino à cœlo ad inferos in æternum deiectus eſt, cum omnibus illis, qui eum in tali ſede collocare voluerunt. Et primus homo eo, ipſo quod in paradiſo intentauit plus aſſequi quam ei debitum erat, (eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum.) comparatus eſt iumentis; & ſimilis factus eſt illis, & vt talis ſtatim in perpetuum è Paradiſo cum ſuis ſequacibus deiectus eſt; ſed iſte religioſus intendit plus aſcendere, quam ei debitum eſt, anteponendo ſe dignioribus; ergo velut malus Angelus, & homo ſimilis iumento factus, omnino ab omni honore, & dignitate in perpetuum deiiciendus eſt.

112 Confirmatur 6. Quia religioſus qui mormurationibus, etiam leuibus quærit alienare electorum animos, ne ſuffragia præſtent in fauorem alicuius religioſi, ſed ſibi ipſi, vel alteri ſuæ factionis, & qui intendit alterum ab optimæ famæ opinione deturbare apud electores, vt ipſe ei præferatur in prælatura, peccat grauiſſime peccato ambitionis, quia ſua murmuratione intendit graue no-
cumentum proximi, vt ait D. Thomas, 2. 2. q. 6. 113
*art.*2.*ad* 4. Azor.*p.*2.*lib.*6. *cap.* 15. *q.* 16. Et quia illis murmurationibus intendit conſeruare regimen in propria perſona, vel factione, ſcindendo vnitatem; pacemque conturbando, vt notat Ca-
ietanus *in ſumma tit. ambitio.* Ballæus *verbo Ambi- 114
tio, Giragus, *p.*1. *dub* 9. *num.* 60. Sed iſte religioſus de quibuſdam aliis religioſis quorum aliquem timebat eligi in ſuperiorem Prælatum defectus, licet leues patefaciebat; vt electorum animos ab alicuius eorum electione remouet, & eos in ſe ipſum inclinares, vt patet ex narratione huius caſus; ergo talis religioſus tales murmurationes, & defectus leues eum tali intentione patefaciendo, peccabat mortaliter peccato ambitionis, & intendendo electionem ſuam, indignos factus eſt, vt eligatur, & ſi facto eligatur electio eſt caſſanda, vt ſtatuit Clemens VIII. in decretis pro reformatione regularium, & tenet eum Barboſa, Lezana, *verbo ambitio*, *n.*2. Ergo eum hæc omnia concurrant in hoc religioſo, omnino à Prælatia relegandus eſt; De eo enim ait Cyprianus de oratione Domini; diſcordans, & diſſidens, & pacem eum fratribus non habens, nec ſi pro nomine Chriſti occiſus fuerit, crimen diſſenſionis fraternæ poterit euadere; tale enim peccatum eſt alios exauthorizare, illorum defectus aperiendo vt quiſquam ſolos dignos appareat dignitate, vt ad talem maculam abluendam, etiam martyrium paruum fluoius Cypriano videatur.

Et ne verba mea vobis leuia videantur, audite 115
ea, quæ ſcribit Bernardus Epiſtola 116 *Obteſtor vos Religionum capita, per ſanguinem Ieſu Chriſti Salutaris noſtri, vt capita talium factioſorum euellere non tardetis, eaque in malam crucem amandetis*; Et paulo antea inuehens idem ſanctiſſimus Bernadus contra predictos ambitioſos ait, *O ſtulti filij Adam, qui contemnentes pacem, & gloriam appetentes, & pacem perdunt, & gloriam va vobis viri impij, qui dereliquiſtis legem domini altiſſimi, quia retributio veſtra dabitur vobis? va qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, ambitionis, ſuperbia & inuidia; quibus quaſi loris adſtricti plauſtrum peccati trahitis! va qui dicitis malo bonum eſt, & bono malum eſt; vocantes tenebras lucem, & lucem tenebras, & ponentes amarum in dulci; & dulce in amara! va vobis, qui ſapientes eſtis in cordibus veſtris & coram vobiſmet ipſis prudentes! va vobis etiam filiis ſceleratis genti peccatrici, populo graui, iniquitate nemini nequam!* quod pro noſtro præſenti themate pulchrius afferri poterat, nihil ſane cum de noſtro religioſo, de quo eſt præſens diſputatio videatur mores deſcribere D. Bernardus. Mitto alia grauiſſima verba eiuſdem S. Patris in eodem loco, ne lectori faſtidioſus appaream.

Confirmatur 7. Religioſus, qui poſtpoſito bo- 116
no communi, ſuo priuato inhæret, prætendendo dignitates, & officia, eſt cauſa multarum diſſenſionum, & diſcordiarum; affectus enim proprij commodi, & non communis, eſt radix, & origo
omnium perturbationum, quæ reperitur in re- 117
ligionibus, vt ait Rodriguez, *tom.*1. *q.* 34. *a.* 3. Giragus, *p.* 3. *dub* 15. *n.*58 Imo ipſam religionem ſcindit, vt ait D. Chryſoſtomus, *homil.* 11. *ad Ephe.* vbi ait. *Nihil Eccleſiam æquè poteſt diuidere vt*

ambitio, *& amor imperij*, *& gerendi magiſtratus*,
118 *vnde talis religioſus dici poteſt Tyrannus*, vt ait Ari-
ſtoteles. 3. *Polit. cap.* 5. Tyrannidem enim dicimus,
dominatum vnius ad proprium commodum in-
tendentis, & D. Thomas, 1. *de regim. cap.* 1. ait, *Si*
vero non ad bonum commune multitudinis, *ſed ad*
bonum priuatum regentis regimen ordinetur, *erit re-*
gimen iniuſtum, *atque peruerſum*; ſed huiuſmodi
religioſus procurando prælatiam ſupremam, non
bonum commune intentat, ſed eo poſtpoſito,
ſolum curat de proprio commodo, de ſe conſer-
uando in ſupremis dignitate. alios deprimendo,
& ſolum intendit ſuos naturales, & conciues,
etiam minus dignos ad officia eleuare, vt ipſum
in ſuprema dignitate quantum fieri poſſit ſuſti-
neant; ergo talis religioſus vt ſeditioſus, pacis
turbator, & vnionis diuiſor, Religionis Tyran-
nus, ab omni officio, & dignitate detruden-
dus eſt.

Confirmatur 8. quia religioſus qui officia, &
119 dignitates pertendit, procurando directe, ſiue
indirecte ſuffragia pro ſe, vel pro alijs, preci-
bus, vel donis, vel iniuſte propalando defectus
eligendorum, vt electio in ſe ipſum, vel alium
cadat, incurrit pœnam priuationis ipſius officij,
in quo eſt electus, & inhabilitatem ad quæcun-
que in futurum, vt ſtatuit Clemens VIII. in de-
cretis pro reformatione regularium approbatis
iuſſu Vrbani VIII. vt teſtatur cum Nauarro, Pei-
rino, & alijs Lezana, *tom.* 1. *cap.* 15. *num.* 24. Sed
prædictus religioſus precibus, imo etiam donis,
procurabat ſaltem indirecte ſuffragia pro ſe; ergo
talis religioſus vt vere ambitioſus omnino eſt in-
habilis ad quamcunque Prælatiam regularem, &
vt talis ab omni electione excludendus iuxta de-
cretum Clementis & Vrbani VIII.

120 Nec obſtat ſi dicas huiuſmodi religioſum eſſe
alias virtuoſum, pœnitentiis, & orationi dedi-
tum, vt dicitur in conſulto. Nam ad hæc Reſ-
pondeo cum S. Iſidoro, 3. *lib. ſentent. cap.* 19. cu-
ius titulus eſt de perfectione Monachorum, *quod*
qui ad hoc conuerſionem ſanctitatis pertendit, *vt*
aliis quandoque præeſſe deſideret, *iſte non diſci-*
pulus Chriſti, *ſed priuitatis ſectator exiſtit*; *ſed iſte*
religioſus, *ſi aliquam ſpeciem virtutis & ſanctita-*
tis oſtendit, *eſt*, *vt electores videntes illius virtutem*,
illum in dignitatibus ſupremis cõſtituant, *aliis enim*
præeſſe deſiderat, vt ex hucvſque dictis conſtat: er-
go non diſcipulus Chriſti, vt ait Iſidor. *ſed priui-*
tatis ſectator extitit; *ergo vt talis ab omni dignita-*
te cum ſanctitate ſua apparenti detrudendus; *nihil*
enim Eccleſia Dei, *& religioni*, vt ſupra diximus
pernicioſius eſſe poteſt, *quam colore ſanctitatis ficta*
dignitates Eccleſiæ, *& religionis procurare*, quia
hunc nemo redarguere audet, vt ait D. Gre-
gorius, *in paſtorali p.* 1.

---

§. V.

In quo oſtenditur Religioſum de quo eſt rumor ipſum ſanguine Hebræo eſſe maculatum eſſe indignum vt eligatur in Prælatum regularem.

VEniamus ad quintum Religioſum, qui cum
eſſet nimium reformatus, bonæ indolis, doci-
121 lis, erat tamen proh dolor; rumor, ipſum ſangui-
ne Hebræo eſſe maculatum, & hunc etiam dico
indignum, vt eligatur in Prælatum regularem.

Pro cuius intelligentia notandum eſt primo,
quod licet hic caſus in Regno Caſtellæ acciderit,
cum tamen etiam in regno Portugalliæ, & in om-
nibus religionibus accidere poſſit, non ſolum il-
lum decidemus ſtando in iure communi, ſed etiam
iuxta aliqua Priuilegia Pontificia, conceſſa tum
Regno Luſitaniæ, tum aliquibus religionibus, &
tandem quid dicendum ſit de iure meæ Religionis
Carmelitanæ excalceatæ palam proponam. Lo-
quendo igitur de iure communi deſcendentes ab
infidelibus. ſi à natiuitate, vel à decennio bapti-
zati fuerint, non ſunt incapaces dignitatum, vt
cum Suario, Pelizario, Peirino notaui, *in noſtro*
Directorio regularium, *p.* 3. *tract.* 5. *d.* 3. *n.* 158. Et 122
deſcendentes ex hæreticis, vel ex eorum fautori-
bus, ſolum ſint incapaces vſque ad ſecundam ge-
nerationem per lineam paternam, & vſque ad pri- 123
mam per lineam maternam, vt patet, *ex cap. qui-*
cunque de hæreticis, *& cap. ſtatutum*, *el.* 5. *de hære-*
ticis, *in* 6. vt cum Pelizario, Tamburino, & alijs
dixi loco citato.

Ex ſpecialibus tamen priuilegiis, in multis re- 124
ligionibus deſcendentes ex Iudæis non poſſunt eli-
gi in aliquam Prælatiam: Et quoad Minores pa-
tet ex bulla Pauli IV. & Gregorij XIII. in quibus
præcipitur, vt deſcendentes ex Iudæis, hæreticis,
& Sarracenis, quorum oſſa, vel ſtatuæ combuſtæ
fuerunt, non poſſint eligi in Prælatos vſque ad 4.
gradum incluſiue: Et ſimilem prohibitionem ha- 125
bent Hieronimyani, per bullam Alexandri VI. &
Gregorij XV. Et Benedictini rigidiorem habent
prohibitionem, ſiquidem inter eos ſufficit ad perfe-
ctam inhabilitatem, quod aſcendentes vſque ad 126
4. gradum fuerint confeſſi crimen, vel conuicti,
aut de crimine fuerint in particulari ab Inquiſitori-
bus puniti, vel inquiſiti, vt patet ex bulla Pij IV. 127
vt cum Portel, dixi *loco citato*, *num.* 156. Quibus
priuilegiis An gaudeant omnes communicantes, li-
cet ego ibi, *n.* 157. Reſponderim negatiue; Con-
traria tamen ſententia mihi ſatis probabilis videtur, 128
vt tenet Samuelius loquens de bulla Gregorij XIII.
pro Minimis, *tract.* 2. *d.* 6. *controuerſia* 28. *num.* 4.
Nam licet tale priuilegium ſit odioſum religioſis
particularibus, eſt fauorabile religioni, vt in ſimili
caſu docet cum Rodrig. Ceſpedes, Pelizarius, *to.* 1.
cap. 4. *ſect.* 49. *n.* 26.

Secundo notandum eſt in Regno Portugalliæ 129
deſcendentes ex Hebræis per lineam paternam,
aut maternam vſque ad ſeptimam generationem,
non poſſunt eligi ad canonicatus, præbendas, aut
dignitates cathedralium, ſiue Eccleſiarum colle-
giatarum, vel ad officium parochi, vel Vicarij
perpetui, vel ad quæcunque alia beneficia, etiam-
ſi ſint Vicariæ amouibiles, quæ habeant curam ani-
marum, ſiue ſæculares, ſiue regulares. Ita ſtatuit
ex grauiſſimis rationibus Clemens VIII. anno 1600.
die 8. Octobris, & Paulus V. anno 1612. *die* 17.
Ianuarij, vt teſtatur Thomas Hurtado, *de variis*
tractatibus tractatu 12. *cap.* 1. *n.* 1331. Fragoſo, *p.* 1.
lib. 1. *d.* 2. § 8. *n.* 245.

Et licet ibi Fragoſo, *n.* 246. huiuſmodi conſti- 130
tutionem Clementis VIII. velit ſolum extendi
ad præbendas, & beneficia ſæcularia, conſtitutio-
nem vero Pauli V. præter prædictas præbendas,
& beneficia ſæcularia, ſolum extendi ad benefi-
cia regularia, hoc eſt ad Eccleſias parochiales ſæ-
cularium Monaſteriis cuiuſuis ordinis vnitas, &

nullo

nullo modo extendi ad Prælatias Religionum; ergo ei non poſſum acquieſcere. Nam poſtquam Clemens VIII. ad inſtantiam magni Regis Philippi ſtatuit, vt ex tunc canonicatus, & præbendæ, ac dignitates in Cathedralibus, & dignitates principales in Collegiatis Eccleſiis, nec non parochiales Eccleſiæ, & earum perpetuæ Vicariæ, cæteraque curam animarum habentia beneficia Eccleſiaſtica, dictorum Regnorum minime conferrentur habentibus originem ab Hebræis, vſque ad 7. gradum incluſiue, tam ex parte patris, quam matris. Paulus V. hoc decretum Clementis extendit, vt etiam perſonæ, tam ſæculares, quam regulares ex Hebræorum genere, ſeu ſtirpe deſcendentes, non poſſent exercitium curæ animarum, tam in ſæcularibus, quam in cuiuſuis ordinis regularibus Eccleſiis, vllo modo obtinere, ſi deſcendant ex Hebræis vſque ad 7 gradum incluſiue; ſed diſpoſitio Clementis VIII. extenditur non ſolum ad beneficia curata ſæcularia, ſed etiam ad beneficia curata regularia, reſpectu ſæcularium; ergo extenſio Pauli V. vt etiam perſonæ, tam ſæculares, quam regulares ex Hebræorum ſtirpe deſcendentes, non poſſint exercitium curæ animarum, tam in ſæcularibus, quam in cuiuſuis ordinis regularibus Eccleſiis, vllo modo obtinere, aliquid amplius debet operari, ſed nihil aliud amplius poteſt operari, niſi quod etiam comprehendat Prælatos regulares; ergo ad illos extendenda eſt.

Minor in qua eſt difficultas probatur: Quia Clemens VIII. in ſua diſpoſitione comprehendit omnia beneficia curata, etiam regularia. Nam illa verba, cæteraque beneficia, extenduntur ad omnia beneficia curata, etiam regularia, nomine enim beneficij curati, proprie, & in rigore veniunt etiam beneficia regularia, vt cum multis probat Garcia, *de beneficiis, part. 1. cap. 6. numero 37. & 38.* Barboſa, *in appellatiuis appellat. 32. numero* 1. Et illa verba, cæteraque beneficia, eſt repetitiua ſimilium, vt patet, *ex l. non ſolum* 39. & cum multis tenet Barboſa, *de dictionibus dictione* 53. Ergo, cum non poſſit repetere beneficia ſæcularia curata, quæ Pontifex explicat in diſpoſitione, debet repetere beneficia regularia, primis ſimilia, ſiquidem ſunt etiam reſpectu ſæcularium. Tum quia illa dictio, etiam quæ habetur in diſpoſitione Pauli V. eſt ampliatiua, & explicat caſum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem, etiam in materia odioſa, vt cum multis late probat Barboſa, *de dictionibus, dictione 112. numero* 1. & 2. Sed non poteſt explicare beneficia regularia, quia hæc comprehenduntur in diſpoſitione Clementis VIII. vt diximus; ergo explicat etiam prælaturas regulares, quæ vere ſunt beneficia curata in Eccleſiis regularibus, vt docet Peirinus, *de Prælato. quæſt. 2. cap. 5 §. 3 numero* 47. Suarez, *tomo quarto, de religione, tractatu octauo, libro ſecundo, cap.* 3. *n.* 24. Lezana, *verbo beneficium, num.* 3.

131 Confirmatur 1. Quia Paulus V. ſtatuit, vt nullus deſcendens ex Hebræis, ſiue ſæcularis, ſiue regularis habeat curam animarum, tam in ſæcularibus, quam in cuiuſuis ordinis regularibus Eccleſiis, ſed appellatione Eccleſiæ in fauorabilibus veniunt Monaſteria regularium *cap. cum dilectus in fine, de conſuetudine*, & cum Calderta, Frederico de Senis, Verall. Tuſcho, & aliis notauit Barboſa, *de appellat. verb. ... appellat. 85. num.* 10. & multo à fortiori appellatione Eccleſiæ regularis; ergo cum in præſenti ſimus in materia fauorabili, reſpectu religionis, vt *ſuprà* diximus, Diſpoſitio Pauli V. non ſolum debet intelligi de Eccleſiis regularibus, hoc eſt, de Eccleſiis parochialibus Monaſteriis vnitis, ſed etiam de ipſis Monaſteriis, in quibus nullus regularis exercere poteſt curam animarum reſpectu religioſorum, ſi deſcendat ex prædictis Hebræis vſque ad 7. gradum incluſiue.

Confirmatur 2. quia Pontifex ait quod deſcendentes ex prædictis Hebræis non poſſint habere curam animarum, tam in Eccleſiis ſæcularibus, quam in cuiuſuis ordinis regularibus; ſed Prælati regulares vere, & proprie curam animarum habent in Eccleſiis regularibus, vt cum Suario, Peirino, notauit Lezana, *verbo beneficium, num.* 3. & cum multis Garcia, *de beneficiis, p. 1. cap. 6. n. 6.* & patet, *ex cap. dudum 2. de electione*; Ergo diſpoſitio Pontificis, non ſolum ad parochos Eccleſiarum parochialium regularium extendenda eſt, ſed etiam ad ipſos Prælatos regulares, qui vere in Eccleſiis regularibus habent curam animarum. 132

133 Confirmatur 3. Quia verba diſpoſitionis Pontificiæ ſunt intelligenda, & interpretanda ſecundum propriam ſignificationem, *l. non aliter, ff. de legat.* 3. & cum multis notat Barboſa, *axiomate 2. num.* 224. Et hoc etiam in materia odioſa, vt cum Surdo notauit ibi Barboſa; ſed Prælati regulares proprie, & rigoroſe habent curam animarum in Eccleſiis regularibus, vt *ſuprà* diximus; ergo prædicta diſpoſitio Pontificia de eis proprie, & in rigore intelligenda eſt.

Confirmatur 4. Quia eadem inconuenientia dantur in Prælato regulari reſpectu ſuorum ſubditorum, quam in parocho ſæculari reſpectu ſuorum parochianorum, vterque enim poteſt non miniſtrare fideliter ſuis ſubditis Sacramenta, ergo non eſt cur hæc diſpoſitio Pauli V. reſtringatur ad ſolos parochos Eccleſiarum vnitarum Eccleſiis regularibus, cum alias proprie, & rigoroſe poſſit de ipſis etiam Prælatis regularibus intelligi, niſi alias velis dicere, maiorem curam habuiſſe Pontificem de ſalute animarum hominum ſæcularium, quam religioſorum, quod abſit; Dicendum igitur abſolute eſt contra Fragoſum, dictam diſpoſitionem Pauli V. non ſolum loqui de parochis Eccleſiarum parochialium, etiam vnitarum conuentibus regularibus, ſed etiam de ipſis Prælatis regularibus, quorum muneri, & officio deſcendentes ex Hebræis vſque ad 7 gradum incluſiue in nulla religione in Regno Luſitaniæ obtinere poſſunt. 134 135

Tertio notandum eſt in noſtra religione Carmelitana excalceata eſſe inhabiles ad habitum & profeſſionem deſcendentes ex parentibus per Sanctum Inquiſitionis officium punitis, ſiue à Iudæis, Saracenis, ſeruis, hæreticis, vel alterius vitæ profeſſoribus, vſque ad 4 gradum, & vltra, ſi aliqua notentur infamia, vt patet *ex noſtra conſtitutione parte ſecunda, cap. ſecundo, numero* 10. Quam conſtitutionem confirmauit Alexander VII. *ſpeciali bulla anno* 1658. *die tertia Iulij*: Vnde cum deſcendentes ex Hebræis in quocumque gradu in ordine noſtro 136

137 noſtro ſint inhabiles ad habitum, & profeſſio-
nem, multo à fortiori ſunt inhabiles ad Prælatias.
Nec per profeſſionem fiunt habiles ad prædictas
138 dignitates vt diximus, *de illegitimis in noſtro Di-
rectorio regularium, p. 3. tract. 3. d. 4. n.* 60. Tum
quia adhuc ſub iudice eſt, an illorum profeſſio ſit
valida, & in primis, ſi ingredientibus fiat inter-
rogatio, an habeant prædictum ſanguinem infe-
ctum, cum proteſtatione, quod ſi poſtea inuen-
139 ti fuerint talem ſanguinem maculatum habere,
profeſſionem non valere, vt fit in noſtra Prouin-
cia Luſitana, certum eſt talem profeſſionem eſſe
nullam, vt cum Rodriguez, Sanchez, Lezana, di-
xi, *in noſtro Directorio Regularium, p. 2. tract. 3. d.*
140 *2. num.* 36. Quod ſi non fiat illis talis proteſtatio,
adhuc multi dicunt, talem profeſſionem eſſe nul-
lam, ex defectu conſenſus totius Religionis, &
ex defectu poteſtatis in admittente, ad profeſſio-
nem, & ex dolo, & errore circa qualitatem per
141 modum conditionis conceptam, & ob dolum
dantem cauſam contractui, vt cum Rozella, Lan-
celoto, docet Vidal, *inquiſitione 2 de voto, num.* 48.
Ergo ipſe, *in noſtro Directorio Regularium, p. 2. tr.
3. d. 3. n.* 122. Vbi hanc ſententiam multis rationibus
probaui, eandem ſententiam tenet Nauarrus, *lib.
3. conſiliorum titul. de Regular. num.* 31. Portel
*tom. 1. reſponſionum moralium, p. 1. caſu 3. num. 3.
prope finem.*

Quarto ſuppono quod ſi conſtet aliquem eſſe
142 ex ſanguine maculato Hebræorum vſque ad 7.
generationem in Regno Portugalliæ eſſe incapa-
cem vt eligatur in Canonicum, præbendatum, vel
ad beneficium curatum, nec ad vllam Prælatiam
regularem, vt patet ex bullis Clementis VIII. &
Pauli V. & multis probat Hurtado, *ſuprà n.* 1338.
& nos *ſuprà* diximus. Quæ doctrina valde con-
143 formis eſt iuri Canonico, & ciuili, & Sanctis Pa-
tribus, *cap. conſideranda, diſt.* 86. quod eſt S. Am-
broſij, *lib. 1. de officiis, cap.* 30. iuncta Gloſſa ver-
bo ingenuos *cap. ſtatuimus, quod eſt Honorij III.
iuncta gloſſa verbo patiorem, verſu ſed dico de maio-
rit. & obed. l. Honor, C. de muner. & honor.* Vbi
id expreſſe dicitur, tenet D. Thomas, *lect. 2. cap. 2.
epiſtol.* ad Hebræos, D. Bernardus, *epiſt.* 113 Ca-
ſareus, *in catalog. p.* 8 *conſiderat.* 36. Felinus, *in
cap. cum adeo, num. 6. de reſcriptis*, Baldus, *in cap.
ſtatuimus, num* 2. Peña, *l. mulieres colum. 4. C. d.
dignit. lib.* 12. Eſt etiam hæc doctrina valde con-
ſona rationi,

Quia contra hos homines eſt rationabilis præ-
ſumptio, quod redeant ad vomitum contra fi-
dem, de eis probabiliter timetur, quod alios ſub-
uertant. Tum quia eorum odium contra fidem
Catholicam eſt immane, & ſanguine, & genera-
144 tione videtur transfundi. Tum quia homines ha-
bentes hanc maculam ciuilem in his Hiſpaniæ re-
gnis veluti infames reputantur. Tum quia teſte
D. Thoma, 1. 2. q. 105. *art.* 1. Sacra ſcriptura Deu-
teronomij 23. excluſit ſpurios ab Eccleſia He-
bræorum vſque ad decimam generationem prop-
145 ter generis vilitatem, prorer quam tanquam in-
fames habebantur; ſed vilior eſt ſanguis Iudæo-
146 rum inter Catholicos, ſunt enim Iudæi doloſi,
ſuperbi, inſolentes, & vltra modum ambitioſi,
rixoſi, cauilloſi, mendaces peccatores, tenaces, aua-
ri, & pecuniarum auidiſſimi, de quibus dicit
Apoſtolus ad Titum, *cap.* 11 ſunt enim multi in-
obedientes, vaniloqui, & ſeductores, maxime qui
ex circumciſione ſunt, qui vniuerſas domos ſub-
uertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri
gratia, vt etiam notauit Otalora, *de nobilitate p. 1.* 147
cap 7. *n.* 20 Ergo tales homines velut infames, &
morum deprauatorum relegandi ſunt à dignitatibus
Eccleſiaſticis, eſt enim generatio praua, & adulte-
ra, vt dicitur *Deuteronomio* 12.

Confirmatur. Quia per crimen læſæ Maieſta- 148
tis diuinæ perditur omnis nobilitas, & ſanguis
proditoris taliter inficitur, quod filij, & nepo-
tes, & deſcendentes quaſi geniti ex ſanguine in-
fecto priuantur, & excluduntur ab honoribus, 149
officiis, & dignitatibus, *vt in l. quiſquis. C. ad l.
Iuliam Maieſt. maxime; in § filius.* Vbi dicitur,
infamia eos paterna ſemper comitetur, ad nul-
los prorſus honores, ad nulla ſacramenta perue-
niant, &c. Facit textus, *in cap. ſi quis cum mili-
tibus* 6. *& q.* 1. *& cap. Vrgentis, & cap. ſtatutum
de iur. & l.* 2. *tit.* 2. *p.* 7. *& l.* 1. *&* 2. *tit. de lus trai-
tiones, lib.* 8. *ordinat.* Sed iſti conuerſi, vel eorum
parentes commiſerunt tale crimen in proditione,
& morte Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia conue- 150
nerunt in vnum, aduerſus Dominum, & aduer-
ſum Chriſtum eius, vt dicitur, *Pſal.* 2. Et quoti-
die id faciunt, vt dicitur, *Pſal* 84. Quadraginta 151
annis offenſus fui à generatione iſta, ergo vt in-
fames, & ignobiles relegandi ſunt à dignitatibus
Eccleſiaſticis Nam *reg* 1 *cap.* 2. ait Dominus, *qui* 152
*me contemſerunt erunt ignobiles, & facit textus
in cap. conſtituit.* 17. *q.* 4 quem dixit ſingularem ad
hanc concluſionem Ludouic. Romanus, *ſingular.*
672. Otalora, *ſuprà. n.* 18.

Nec obſtat illud quod dicit Paulus ad Roma-
nos X. *Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci*, Nam 153
hic locus intelligitur quoad animæ ſalutem, &
ſpiritualem iuſtitiam. Et eodem modo intelli-
guntur cæteræ omnes rationes Theologicæ, &
Sacræ Scripturæ. Secus vero quantum ad ſtatum
reipublicæ Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis; Nam in
hoc optime cadit diſtinctio graduum, & perſona-
rum, quoad honores, & dignitates, vt dicit Tex-
tus in Authent. *quib. mod. nat. effic. legit. §. illud.
verſu quiſquis, autem col.* 5. & docent Otalora, *de
nobilitate, p.* 4. *cap* 7. *n.* 21. Tum quia ita ſtatue-
runt plures ſummi Pontifices confirmantes plura 154
ſtatuta religionum, & multarum Eccleſiarum,
quæ tales homines ab honoribus, & dignitatibus
excludunt, vnde temerarium erit, ne dicam er-
rori proximum, negare id licitum eſſe, vt ait Tho-
mas Hurtado, *in tractatibus variis tractatu* 12 *cap.*
1. *num* 1338.

Quinto ſuppono, quod in mea Religione Car- 155
melitana excalceata, ſi certo conſtet aliquem eſſe
ex ſanguine Hebræorum maculatum, non ſolum
vſque ad 4. gradum, vel ſeptimum, ſed in alio 156
quocunque gradu, eſſe inhabilem, vt eligatur in
aliquam Prælatiam meæ religionis; & Ratio eſt,
quia deſcendentes ex Hebræis vſque ad 4 gra- 157
dum, vel vltra, in mea religione ſunt inhabiles
ad receptionem, & profeſſionem in illa: ergo
multo à fortiori ad Prælatias. Patet conſequen-
tia, quia maior habilitas requiritur, vt quis in
Prælatum eligatur, quam vt religioſus fiat, vt
patet in illegitimis; qui licet per profeſſionem
maneant veri religioſi, in quacunque religione, 158
ſi non detur ſtatutum irritans, ſed tantum prohi-
bens profeſſionem illorum, vt dixi, *in noſtro Di-
rectorio Regularium, p. 2. tract. 3. d. 2 num.* 3. Non
tamen per profeſſionem manent habiles ad di-
gnitates, & Prælatias ordinis, vt dixi *in eodem*

Directorio

Directorio, p. 3. tract. 5. *d.* 4. *num*, 59. Ergo licet
talis deſcendens ex ſanguine maculato per pro-
feſſionem fiat verus religioſus, non tamen manet
habilis ad dignitates,& Prælatias.

Tum quia deſcendentes ex Hebræis in his Hi-
160 ſpaniæ, & Luſitaniæ regnia, ſunt veluti infames
reputati, propter præſumptionem rationalem
de eorum reddituad vomitum contra fidem, vt
ait Thomas Hurtado vbi *ſuprà, tract.* 12. *cap.* 1.
n. 1. *&* 338. Otalora, *de nobilitate* 2. *p. cap.* 7. *nu-*
161 *mera* 17. Et tales eos reputat noſtra conſtitutio,
2. *p. cap.* 2. *n.* 9. confirmata ab Alexandro VII. vt
ait, deſcendentes ex Iudæis vſque ad 4 gradum, &
vltra, ſi aliqua notentur infamia, hoc eſt, ſi de
162 tali deſcendentia ſint infamati, vel ſi notentur in-
famia; huius deſcendentiæ; Atqui infames, ſiue
iure, ſiue facti, ſunt inhabiles ad Prælatias regu-
lares, vt patet *ex reg.* 86. *infamibus*, *de reg. iuris
in* 6. *& cap. infames* 6. *q.* 1. *cap.* cum in cunctis de
electione, vt latius dixi, *in noſtra Directoria Re-
gularium, p.* 3 *tract.* 5. *d.* 4. *n.* 115. ergo. Tum quia
163 ſatis probabilis opinio eſt, profeſſionem talium
deſcendentium ex Iudæis eſſe nullam, vt *ſuprà* di-
ximus cum Rozella, Lancelloto, Vidal, Navarro, &
Portel Sed nullus, poteſt eligi in Prælatum ali-
cuius religionis, ſi non ſit verè profeſſus illius,
164 vt patet, *ex cap. cum cauſa, cap. ad noſtram cap.
cum id magiſtrum, de electione*, & tenent Miranda,
tom. 2. *q.* 3 *art.* 11. Rodriguez, *tom* 2. *q.* 12. *art.* 8.
Suarez, *de Religione*, *tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 3.
num. 11. Lezana, *in conſiliis conſilio* 9. *numera*
16. ergo;

Quod autem conſtitutio meæ religionis, non
ſolum excludat deſcendentes ex Iudæis vſque ad
165 4. gradum, vt in ordine minorum, vel vſque ad.
7. vt in regno Luſitaniæ, ſed in quocunque gra-
du, patet ex illis verbis, vſque ad 4. gradum;
vel vltra. Nam illa dictio, vel vltra, importat
repetitionem ſicut, dictio, hoc amplius, Calder.
conſil. 356. *alias* 7 *teſtament.* Et includit ſe-
quentia eiuſdem conditionis, quibus erant inclu-
ſa præcedentia. vt cum Caldetino, Tuſcho, & aliis
notat Barboſa, *de dictionibus, dictione.* 135. *n.* 1. *&
dictione*, 428. *n.* 3. Sed in antecedentibus excludit
à profeſſione deſcendentes ex Iudæis vſque ad 4.
gradum; ergo & excludit eos in ſequentibus vſ-
que in infinitum per illam dictionem vel vltra his
igitur vt certis & in dubitatis ſuppoſitis.

Tota difficultas eſt, An iſte Religioſus de quo
certo non conſtat eſſe deſcendentem ex ſanguine
Iudæorum, ſed de quo datur rumor, & fama non
ſolum intra ſuam religionem, ſed etiam inter ſæ-
culares, quod ſit deſcendens ex ſanguine Iudæo-
rum, non ſolum intra 7. gradum, & vltra, ſed in
propinquiori gradu, ſit omnino inhabilis, vt eli-
gatur in Prælatum regularem? Et ſuppono, quod
in illius religione, datur ſtatutum, quod non re-
cipiantur ad habitum, & profeſſionem vllo modo
deſcendentes ex Iudæis, ſine vlla graduum diſtin-
ctione quæ prohibitio æquiualet vniuerſali, &
omnes gradus prohibet, vt dixi de ſtatuto meæ
religionis. Et ſi quod cenſeo dicere debeo, exi-
ſtimo talem religioſum non ſolum eſſe indignum
vt eligatur, ſed eſſe omnino inhabilem Pro
166 quo nota, poſſe aliquem eſſe indignum vt eli-
gatur, non tamen inhabilem, vt patet in eo
qui eſt in peccato mortali, nam hic eſt indignus,
167 vt eligatur. vt ait D. Thomas, *quodlibeto* 8. *ar-
tic.* 6. non tamen eſt inhabilis, quia non habet
aliquam iuris inhabilitatem, vnde ſi reſipiſcat,
poterit eſſe aptus, vt ait Hurtado, *tractatu* 12.
cap. 1. *num.* 1352. Ille autem qui eſt inhabilis, ci- 168
tra diſpenſationem numquam poteſt eligi, ſiqui-
dem habet iuris inhabilitatem, vt patet in ille-
gitimis, & deſcendentibus à Iudæis vſque ad 7.
gradum in Regno Luſitaniæ.

Dico igitur talem Religioſum eſſe inhabilem 169
vt eligatur ad Prælatiam regularem. Ratio eſt,
quia deſcendentes ex genere maculato Iudæo-
rum, ſiue vſque ad 4 gradum, vt in ordine mi-
norum, ſiue vſque ad ſeptimum, vt in Luſita-
nia, ſiue in quocumque gradu, vt in mea, & 170
in religione iſtius religioſi. ſunt inhabiles ad
Prælaturas regulares; ſed iſte Religioſus eſt de-
ſcendens ex Iudæis intra quartum, vel 7. gra-
dum, vel ad minus in aliquo gradu; ergo eſt om-
nino inhabilis vt eligatur. Maior iam manet in
ſuperioribus probata Minor vero in qua eſt diffi-
cultas, probatur. Quia vt dicitur in quæſito hu-
ius reſponſi. de hoc religioſo datur fama, & rumor
eſſe ex conſanguine Hebræorum, ſed hoc ſufficit
vt talis reputetur; ergo vt talis relegandus eſt à
dignitatibus, & prælatiis regularibus. Maior eſt cer-
ta, minor vero ſatis efficaciter probatur.

Quia ad probandam conſanguinitatem, & 171
parentelam non reſtrictam ad certum gradum,
ſufficit communis reputatio, & fama vt docet
Maſcardus, *de probationibus concluſ.* 409. Pacian.
eodem tractatu lib. 2. *cap.* 3. Rota in vna Placen-
tinæ capellaniæ coram domino Peña 15. *Nouem-
bris* 1593. & cum multis Garcia, *de beneficiis, p.* 7.
cap. 15. *num.* 28. Imo quando conſanguinitas eſt
antiqua excedens memoriam hominum, proba-
tur per teſtes ex auditu, etiam ſine fama, & ad- 172
miniculis, & ſine requiſitis, *cap. licet ex qua-
dam, de teſtibus.* Acet. *conſil.* 37. Decius, *conſil.*
595. Cephalus, *conſil.* 137. *n.* 45. *lib.* 1. Gregorius
Lopez, *lib.* 2. *tit.* 6. *part.* *&* *gloſſa* 1. Simon de
Prætis, *de interpretat. vlt. volunt. lib.* 5. *interpret.*
2. *dub.* 4. *num.* 214. Maſcardus, *concl.* 419. *num.* 9.
Peregr. *de fideic. art.* 43 *n.* 81. Cabedo, *deciſ.* 73. *p.* 2.
Perez, de Lara, *de Vniverſar. & capellan. lib.* 2. *cap.*
4. *n.* 11. Garcia, *de beneficiis ſuprà*, *n.* 35. quidquid
velit Patinacius, *de teſtibus q.* 69. *cap.* 2. *n.* 103.

Et ratio eſt, quia in antiquis excedentibus me- 173
moriam hominum, teſtes de auditu probant plene,
l. ſi arbiter ff. de probat. leg. 2. *§ idem.* Labeo, *ff. de
aqua pluuia arcen.* vbi DD. *l.* 29. *tit.* 16. *p.* 3. Feli-
nus, *in cap. veniens primo de teſtibus*, *n.* 16. Grego-
rius Lopez, *dicta gloſſa* 1. Antonius Gabriel di-
cens eſſe communem, *concl.* 3. *de teſtibus*, Mieres,
de maioratibus 4. *p. q.* 20. *n* 56. Ioann. Garcia plures
referens, *de nobilitate gloſſa* 18 §. 1. Perez de Lara,
dicto c. 4. *n.* 11. *& n.* 141. & plures relati per Farinac.
dicta q. 69 *cap.* 3 *n.* 125. Atqui in præſenti hæc con-
ſanguinitas, & deſcendentia ex ſanguine Iudæorum 174
in hoc religioſo eſt antiqua, excedens memoriam
hominum, & aliàs de ea datur fama, & dantur plu-
res teſtes ex auditu, non ſolum intra, ſed etiam ex-
tra ſuam religionem, & alias non agitur de proban-
do certo gradu conſanguinitatis, ſed ſolum quod
detur talis deſcendentia in quocunque gradu, ergo
ſatis probatur per dictam famam, & teſtes ex auditu,
vt nos infra latius probabimus; Minor huius ſyl-
logiſmi quoad primam partem, ſcilicet quod dicta
conſanguinitas ſit antiqua eſt certa apud omnes,
quoad ſecundam vero partem, quod ſcilicet de ea
detur fama, & teſtes ex auditu probatur.

Quia fama eſt quidam rumor ortus, non à
maleuolis, ſed à probatis, & honeſtis perſonis,
ſparſus inter multos, vt habetur in cap. qualiter
& quando ſecundo de accuſationibus. & *in cap.
inquiſitionis eodem titulo*; Hic autem rumor vt
175 cauſet famam, vel infamiam debet eſſe ſparſus
ad minus inter decem perſonas, vt notat Fr. P.
Petrus ab Angelis *in ſuo ordine iudiciali p. 1. ca-
pite 3. num 1.* differt autem rumor à fama, quia
rumor eſt, quando pars aliqua viciniæ clamat,
fama vero quando pars maior. ita Syluester *ver-
bo fama q. 5 §. 6* Panormitan. *in cap. bona memoria
primo de e ect.* Gloſſa *in cap. ſuper eodem titulo.*
Fr. P. Petrus ab Angelis *ſuprà num.* 11. Vnde rumor
dicit minus quam fama, ſed eſt ſuperior illa,
176 quia omnis fama eſt rumor non tamen, omnis ru-
mor eſt fama. Nam rumor tunc datur quando
notitia eſt ſparſa inter paucos, vt inter tres, vel
quatuor, aut quinque; fama vero eſt quando no-
titia eſt ſparſa inter plures, qui ad minus ſint
decem, vel in maiori parte viciniæ, vt *ſuprà* di-
ximus. Non eſt autem neceſſe quod hæ perſo-
177 næ inter quas rumor iſte eſt ſparſus, ſemper vi-
derint rem, de qua datur fama, ſed ſufficit, quod
dentur veroſimiles coniecturæ illius, apud
perſonas graues, & prudentes, & ſi nullus vi-
derit, vt notat Fr. P. Petrus ab Angelis, ſupra
num. 1 2 1 3. R. P. Fr. Thomas à Ieſu *de viſitatio-
ne regulari tract. 2. cap.* 2 *n. 5. & 6.* & nos *infra* de
hac re iterum agentes latius demonſtrabimus. Et
idem eſt, ſi vnus ſolus viderit & iuſte, vel in-
iuſte ſparſerit inter alios, vt notant ibi iidem Au-
thores; Atqui inter multos, & graues perſonas,
tam regulares, quam ſæculares, qui numerum
non ſolum decem, ſed quadraginta, & plus cen-
tum excedunt, ſparſus eſt rumor ad hinc multis
annis, prædictum religioſū deſcendere ex genere
Iudæorum, qui omnes dicunt, id à ſuis maioribus,
& à certis, & nominatis viris grauiſſimis audi-
uiſſe, & ex illorum dicto hunc rumorem in ea
prouincia, & regno inter graues perſonas ſpar-
ſum fuiſſe, vt ab ipſis conſulentibus accepi; Er-
go id ſufficit ad probandum prædictum religio-
ſum eſſe ex ſanguine Iudæorum.

Patet conſequentia: Quia conſanguinitas
quando non agitur de certo gradu probando,
probatur ex ſola fama, & quando eſt antiqua
probatur per teſtes ex auditu, vt ſupra diximus,
ſed hic datur vera fama, dantur inſuper teſtes ex
auditu quamplurimi, qui perſonas à quibus id
audierunt declarant, imò & plures teſtes gradum
conſanguinitatis diſtinguant, qui eſt infra ſepti-
mum. Ergo vere probatur deſcendentia huius re-
ligioſi a ſanguine Iudæorum; Ergo talis religio-
ſus in ſuo ordine eſt inhabilis vt eligatur in præ-
latum regularem, & idem dicendum eſt de alio
ſimili ſiue in mea religione, ſiue in regno Luſi-
taniæ propter eaſdem rationes.

178 Imo addo, Quod licèt talis rumor, & fama
ſit falſa, adhuc ſufficit talis rumor, & fama vt
talis religioſus non poſſit eligi in prælatum in
ſua religione, quod ſic probo. Regulares tenen-
tur ſub mortali eligere ad prælatiar regulares di-
179 gniores, vt cum communi ſententia probat Lu-
go *de iuſtitia tom. 2. d. 35. num.* 14. Samüeln 2
tract. 1. d. 6 controuerſia 5. num. 6. Giragus *parte 1.
dub. 2. num. 1.* & quoad noſtrates patet *ex. 3. p. no-
ſtrarum conſtitutionum cap. 2 num.* 10. vbi dicitur in
omnibus electiones digniores præferantur, in
quo electorum conſcientias grauiter oneramus;
Atqui prædictus religioſus quamuis catholice
viuat, & doctrina, vita, & moribus ſit conde-
coratus, eo ipſo, quo de eo datur rumor, & fa-
ma, & ſi alias ſit falſa, ipſum eſſe deſcendentem
ex ſanguine Iudæorum, eſt indignus, vel ad mi- 180
nus non eſt dignior illis qui talem rumorem, &
famam non habent; Ergo talis religioſus omni-
no relegandus eſt à prælatiis regularibus Maior
eſt certa, minor vero probatur. *ex l. fin. de hæred.* 181
inſtituend. vbi dicitur, falſus rumor non ſolet
obeſſe, ergo poteſt obeſſe.

Tum quia rumor publicus, quantumuis ſit 182
falſus, neſcio quid nigredinis inducit, & vt di-
ci ſolet, *ſo naon mancha, tiſna*, Sed homo de-
nigratus, & quia poſſeſſione famæ puritatis de-
iectus eſt, & ſi violenter deiectus ſit, per falſum
rumorem, quem inducunt teſtes iurati, & ſi
periurati, non eſt tam dignus ad prælatiam, vt
ille qui eſt in poſſeſſione famæ puritatis, vt no-
tant Amaia in Apologia pro Collegio Conchen-
ſi *num.* 16. Hurtado *tract.* 12. *cap.* 1. *num.* 1580. & ex 183
ſe patet; Ergo cum alias in tali religione non
deſint plures religioſi virtute, & literis conde-
corati, qui talem nigredinem, & notam non
habeant, hi in omnibus electionibus anteponen-
di ſunt prædicto religioſo ſic denigrato, licet
ſint iuniores, & inexperti, ſæpe enim expedit, 184
imo oportet prætermitti ſenior, & qui multum
gubernauit, & ſe probauit digniorem & eligi
alius iunior, tum vt prælaturæ non præſcriban-
tur apud quoſdam paucos, tum vt alij paulatim
apti fiant, vt notat Lugo *de iuſtitia d. 35. num.* 50.
Ergo multo magis poterunt hi iuniores, & inex-
perti eligi ad impediendum electionem indigni.

Tum quia non eſt cenſendus quis dignior, eo
quia antiquior eſt in habitu, vel ſacerdotio, vel 185
ætate, vt decidit Rota *deciſione 38. lib. 2. p. 3. di-
uerſarum*, & cum multis probat Tamburinus *de
iure Abbatum tom. 1. d. 5. q. 18. num.* 10 ſed ille cen-
ſendus eſt dignior, qui aptior eſt ad vtilitatem
Eccleſiæ, & maiorem animarum profectum, iux-
ta illud Pauli. 1. ad Corinth. *cap.* 12. *num.* 16. vni- 186
cuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem,
& docet D. Thomas 2. 2 *q. 63. art.* 21. & cum alijs
Hurtado *tract.* 12. *cap.* 1. *num.* 1326. Atqui religio-
ſus, qui talem nigredinem, rumorem, aut famam
maculatam non habet, aptior eſt ad officium præ- 187
lati, ſi alias habeat ſcientiam, & morum honeſta-
tem, & aliquam ad gubernandum habilitatem, et-
ſi iunior ſit, ſiquidem maiorem de eo ſubditi fi-
duciam habebunt, & non erunt dubij de fide ſui 188
prælati, cum certi ſint eſſe ex ſanguine puro
procreatum, quod tamen habere non poſſunt de
illo, qui diffamatus eſt de ſanguine impuro: Nam
licet non cõſtet certo de veritate illius rumoris,
& famæ, ſemper remanet quidam timor, & ſcru-
pulus in ſubditis de illius fide, vnde timent ab eo
recipere Sacramenta; quotidie enim vidimus plu-
res, de quibus ſolum prædictus erat rumor, & fa-
ma comprehendi ab Inquiſitoribus fidei, & ſæ-
pe inueniuntur numquam habuiſſe intentionem
miniſtrãdi ſacramenta, vt hoc anno 1669. in quo- 189
dam ſacerdote vidimus Vliſipone. Ergo cum
dubium ſit, an huiuſmodi religioſus ſit ex ſan-
guine Iudæorum, nec contrarium poſſit certo 190
cognoſci, cum ſit rumor, & fama de tali defectu,
& aliàs ſint multi, licet iuniores, qui talem fa-
mam non habent, & qui habent illa, quæ de iu-
re

re requiruntur ad prælatiam regularem, hi omni-
no præferendi ſunt tali religioſo denigrato, &
diffamato, vt digniores; Nam vt ait D. Petrus, in
ſua Epiſtola 1 *cap.* 2. Probatur electum pretioſum,
& Paulus epiſtola 1. ad Titum *cap.* 1. eos qui de
circunciſione ſunt ab officio Prælati præcipit
amoueri.

---

§. VI.

In quo quæritur, An in caſu quo omnes electores præter vnum, velint eligere vnum ex dictis quinque indignis ad prælatiam regularem poſſit etiam iſte vnus elector, in vnum ex illis indignis ferre ſuum ſuffragium, in quem omnes alij concordarunt.

192 Reſpondi affirmatiuè: ita Bordonus *tom.* 2.
reſolut. 61. *num.* 12 Ego ipſe *in noſtro Directo-*
193 *rio Regularium parte* 3. *tract.* 5. *d.* 4. *num.* 24. Et
ratio eſt. Quia quando minor pars capituli cer-
tò cognoſcit maiorem partem eligere indignum,
Prætermiſſo dignu, conformando ſe in ſuis ſuffra-
giis cum ea nihil efficit, cum electio à maiori
parte capituli pendeat, non à minori, ſed tan-
tum permittit malum ex materiali votorū ſuffra-
gatione, quod non eſt peccatum, ſed iſte ele-
ctor certò ſcit, alios electores velle eligere vnum
194 ex illis indignis prætermiſſis dignis; Ergo con-
formando ſe cum illis non peccat, ſed tantum
illorum peccatum permittit.

195 Sed Quæres, quis ex his indignis eligendus
ſit ab hoc electore, ſi alij electores ſolùm ſint
determinati ad vnū ex illis, quem talis elector vo-
luerit, non tamē ad hunc, vel illum in particulari?
Reſpondi me in ea hypotheſi, electurum eſſe il-
196 lum qui ſolum habet defectum in obſeruantia
regulæ, & conſtitutionum, citra peccatum mor-
197 tale. Et ratio eſt, Quia licet indignus per ſe
nunquam ſit eligendus, vt ſuprà diximus. Quan-
do tamen electio minus indigni neceſſaria eſt ad
euitandam electionem magis indigni, tunc opti-
mè poteſt eligi minus indignus, ſiquidem ex
duobus malis minus eſt eligendum. Ita Lugo *de*
iuſtitia d. 35. *ſect.* 3. *num.* 29. & cum Leſſio, Fi-
lincio. ego ipſe *in noſtro Directorio Regularium*
p. 3. *tract.* 5 *d.* 4. *num.* 23. Atqui minùs indignus
eſt ille, qui habet defectum in obſeruantia regu-
læ, & conſtitutionum, citra peccatū mortale, ho-
198 mine nimium iracundo, & rixoſo, & qui abſque
ratione contra ſubditos inuehitur, & homine ſu-
perbo, incorrigibili in ſuis dictaminibus, rigido
in exequendis mandatis, & puniendis defectibus,
& homine nimium ambitioſo, & homine de quo
199 eſt fama eſſe de ſanguine Iudæorum; Ergo hic, &
non illi, eligendus eſt in tali ſuppoſitione. Minor
in qua eſt difficultas patet.

Quia ex pluribus indignis, ille minus indi-
gnus iudicandus eſt, de quo datur maior ſpes,
quod poſitus in officio emendetur, vt docet cum
200 Azor, Bannes, Aragonio, Ledeſma, Hurtado,
tract. 12. *cap.* 1 *num.* 1364. Sed ex prædictis indi-
gnis maior ſpes datur de eo, qui ex fragilitate, &
201 paſſione regulam, & conſtitutiones non obſer-
uat, quod poſitus officio emendetur, quam de
aliis, Ergo in prædicta hypotheſi, iſte eligendus
eſt. Minor patet. Quia iſte operatur contra le-
gem ex paſſione & infirmitate, alij verò qua-
tuor operantur ex malitia; Sed minor ſpes emen-
dæ datur in eo, qui operatur ex malitia, quam in
eo qui operatur ex paſſione, & infirmitate, vt
ait D. Thomas 1. 2. *q.* 78. *art.* 4. *in corpore*, vbi ait
paſſio quæ inclinat voluntatem ad peccandum
cito tranſit, & ſic homo cito redit ad bonum
propoſitum pœnitens de peccato; Ergo ille
potius eligendus eſt in prælatum, quam alij.

Minor huius ſyllogiſmi in qua eſt difficultas
probatur. Quia qui peccat contra legem ex paſ- 202
ſione, & infirmitate, operatur minori aduerten-
tia, & libertate, ſiquidem impetu paſſionis
appetitus ſenſitiui impeditur culpabiliter ratio-
ne malitiæ, quem ſcit, & tenetur aduertere, acta
aduertat, vt notat illuſtriſſimus Tapia *lib.* 2. *de*
vitiis, peccatis q. 11. *art.* 3. *num.* 5. qui vero 203
peccat ex malitia, operatur ex praua inclinatione,
& electione voluntatis mota ex peculiari, ac in-
diuiduali complexione prauæ diſpoſitionis, qua
homo inclinatur ad aliqua determinata peccata
propter illam corruptionem naturæ, peculiariter 204
hunc diſponentem; ſed huiuſmodi inclinatio
eſt quidam habitus prauus acquiſitus conſuetudi-
ne malè operandi, quo malum efficitur homini
quaſi connaturale, cum habitus, ſeu conſuetudo
ſit altera natura, vt ait cum D. Thom. 1. 2. *q.* 78.
Doctiſſimus Tapia *lib.* 4. *catena moralis, q.* 11. *art.* 1.
num. 2. Ergo potius ſperāda eſt emenda ex eo, qui
ex fragilitate peccat, quam ex eo, qui ex mali- 205
tia, & innata inclinatione voluntatis ad malum,
ſed prædicti quatuor religioſi naturaliter ex pra-
va quadam naturæ diſpoſitione ſunt inclinati
voluntari, quia cum ſæpè reprehenſi ſint de ta-
li vitio nolunt emendari, vnus ad inordinatam
iram, & vindictam, à qua difficillime dimouetur,
iuxta illud *Prouerbior.* 27. ira non habet miſeri-
cordiam, nec erumpens furor: alius eſt inclina-
tus ad arrogantiam, & ſuperbiam, à quo etiam
difficillime dimouetur, iuxta illud Pſalm. 73. ſu-
perbia eorum, qui te oderunt aſcendet ſemper,
Alius ad ambitionē, quæ eſt peſtis inueterabilis,
omnia contaminans, vt ait Bernardus *ſermone* 6.
in Pſal. qui habitat. Alias eſt inclinatus ad Iudaiſ-
mum à qua inclinatione difficillime dimouetur,
cum ſit inclinatio ab vtero, vt ait, *Pſalmiſta* 57.
errauerunt ab vtero, hoc eſt, à natura, vel quia
ita à parentibus diriguntur, vt cum D. Gregorio
exponit Lorinus *in Pſalm.* 57. *verſu* 4. vel vt ait
Gloſſa. interlinearis *à ventre in quo eſt veritas*; Er- 206
go tales religioſi, cum de eis non operetur mo-
raliter vlla emenda in ſuis vitiis, procul abijendi
ſunt à prælaturis, & in prædicta hypoteſi po-
tius eligendus qui ex fragilitate, & paſſione
peccat contra regulam.

Patet conſequentia, quia de hoc datur pro-
babilior ſpes emendæ, ſæpe enim vidimus hu- 207
iuſmodi homines ſorte poſitos in prælatiis ſuaui-
ter allici ad ſtrenuum certamen contra malas in-
clinationes, vt ait Giraguſ p. 1. *dub.* 3 *num.* 52. Tum
quia multi ſunt, vt ait D. Thomas, *de reg. princip.*
cap. 7. qui magis proficiunt in dignitatibus con-
ſtituti, quam ſine illis; ſæpè enim, vt ait com-
mune proloquium, honores mutant mores, Tùm
quia vt ait D. Chryſoſtomus *tom.* 1. *in* S. Petrum,
& Eliam, loquens de prælatis, Deus illos ipſos
quorum fidei Eccleſiam, & populum commiſ- 208
ſurus erat, permiſit peccato ſubjici, vt a ſuo-
rum conſcientia admonerentur, in alios eſſe

benigniores, nam ſi ipſi non peccaſſent, nullam
peccantibus veniam daturi eſſent. Tùm quia ſæpe
conuenit potius eligere peccatorem, quem verè
208 pœnituit, quàm innocentem, vt cum Abbate
notauit Baldus *verbo eligere num.* 55. Pellixzarius
tomo 2. *tract.* 9. *cap.* 2. *num.* 131. & cum D. Auguſt. &
Chryſoſtom. Giragus *p.* 3. *dub.* 34 *n.* 518.

Tum quia morum probitas magis ſumitur à
ſtatu, & ordinario modo procedendi, quam ab
209 vno, vel altero actu ex fragilitate commiſſo,
vt ait cum Sanchez, Lugo *de iuſtitia tom.* 2. *d.* 35.
num. 1. Sed iſte Religioſus, licet aliquando ex
fragilitate non obſeruauerit regulam in rebus le-
210 uibus, eſt tamen bene morigeratus in obſeruan-
tia legis Dei, & regulæ quoad res graues; Ergo
optime poteſt præſumi, & operari de eo quod
ſicut extra dignitatem bene morigeratus fuit in
rebus grauibus, ita poſitus in prælatia, etiam
reſipiſcet, quoad fractiones regulæ in rebus le-
uibus, & venialibus. Ergo cum de hoc religio-
ſo maior detur ſpes emendæ, & cum defectus
præteriti eum alia non inhabilitent, quin po-
tius reddent humaniorem, ad prælatiam, ſi verè
pœnitens ſit, vt ait Chryſoſtomus, iſte in illa hy-
potheſi, præferendus eſt aliis, de quibus non da-
tur tam certa ſpes emendæ, cum naturales incli-
nationes, & mali habitus ex eis prouenientes dif-
ficiliores, diuturniores ſint, & non ita facile ex-
pellantur, ſed ſemper præſumantur durare, dum
contrarium non probatur, vt patet ex Gloſſa in-
ſigni in cap inter canonicos, & cum Ioanne An-
dræas Butr. Imola, & aliis tenet Maſcardus *de pro-*
211 *bationibus concluſ.* 825. *num.* 2. Natura enim non
patitur repentim mutationem, vt dixit Decian.
conſil. 34. *num.* 21. *vol.* 3. & cum aliis Maſcardus
ſuprà num. 4. Ergo cum de hoc religioſo maior
detur ſpes emendæ, quam aliis eis proculdu-
bio, in illa hypotheſi, eligendus eſt.

---

§. VII.

In quo quæritur, An in caſu quo nec de hoc religioſo minus reformato detur probabilis ſpes, quod poſitus in officio emendetur, & alias omnes electores, præter vnum, ſint determinati eligere vnum ex illis quinque indignis, in quem iſte talis elector inclinauerit, quem tum eliget iſte elector, ex his quinque indignis?

212 RESpondi me electurum eſſe illum, qui cum
alias habeat omnes partes requiſitas ad bene
gubernandum, defici ſolùm ei obſeruantia in re-
gula, & conſtitutionibus, citra peccatum mor-
tale. Ratio eſt: Quia quando electores ſunt de-
213 terminati ad eligendum indigniſſimum, vel ma-
gis indignum, poteſt quis licite ferre ſuffragium
minus indigno, ad impediendum electionem in-
digniſſimi, vel magis indigni, vt docet cum Leſ-
ſio, & aliis Lugo *de iuſtitia d.* 35. *n.* 29 Pontius
lib. 5. *de matrim. cap.* 18. *num* 18. & alij quos refert,
314 & ſequitur Dian. *p.* 5. *tract.* 7. *reſol.* 29 quidquid in
contrarium, dicat cum aliis Hurtado *in tractatibus*
variis tr. 12. *c.* 1. *n.* 1472. Sed huiuſmodi religioſus pa-
rum reformatus eſt minus indignus ad prælatiam
regularem, quàm alij enumerati, ergo iſte eligendus
eſt ad impediendam electionem alicuius aliorum. 215
Minorem in qua ſolum eſt difficultas ſic probo. Ille
cenſetur minus indignus ad prælatiam, qui poſitus
in illa minus lædet bonum commune iuſtitiæ, paci, 216
& vnitati communitatis, ſed iſte poſitus in prælatia,
minus aliis nocebit bono communitatis; Ergo
iſte in illa hypoteſi, aliis præferendus eſt.

Maior eſt certa: quia prælatiæ inſtitutæ ſunt 217
ad conſulendum bono communi, ad obſeruan-
dam iuſtitiam, & impediendum eius damna, vt ait
Lugo *de iuſtitia d.* 35 *num.* 18. & 55. & cum aliis
Giragus *p.* 1. *dub.* 1. *n.* 4. & *dub.* 4. *num.* 28. ex iuſti-
tia namque oritur pax religionis, nutrimentum
ſpirituale, Monachorum gaudium, ſilentium, ſecu-
ritas, in pulchritudine pacis; Ex iniuſtitia vero,
oriũtur ſeditiones, inimicitiæ, & cõtentiones pul-
lulant, vt ait cum vtroque Rodriguez, & aliis 218
Giragus *p.* 1. *dub.* 1. *num.* 1. Minor vero in qua eſt
difficultas probatur. Quia magis opponitur bono
communi, paci, & iuſtitiæ communitatis, ira nimia
inordinata, arrogantia, & ſuperbia, ambitio, & Iu-
daiſmus, quam non obſeruantia legis non obli-
gantis ad mortale ex fragilitate; ſed iſte religio-
ſus ſolum habet hunc defectum obſeruantiæ, alij
vero, vnus eſt valde, & inordinate iracundus, ri-
xoſus, & præcipitatur; alius arrogans, ſuperbus, &
aliorum etiam ſeniorum, & totius boni conſilij
aſpernator, incorrigibilis in ſuis dictaminibus, ri-
gidus in exequendis mandatis, & puniendis deſé-
ctibus; alius ambitiuſus; & alius vt pote ex ſangui-
ne Iudæorum procreatus in fide ſuſpectus; Ergo
iſte licet, etiam indignus, aliis vt magis indignus,
præferendus eſt.

Maior huius vltimi ſyllogiſmi probatur diſ- 219
currendo per omnia. Nam in primis ira inordi-
nata appetit vindictam, & punitionem contra or-
dinem rationis, & contra iuſtitiam, vt ait D. Tho-
mas 2. 2. *q.* 157. *art.* 1. ſuperbia generat diſcordias, vt 220
ait Sapiens *Prouerbiorum* 3. inter ſuperbos ſemper
iurgia ſunt, nimius rigor turbat amicam ſocieta-
tem, & religioſos in deſperationem ponit, vt ait
Hurtado *tract.* 12. *cap.* 1. *num* 1498. Ambitio eſt 221
peſtis occulta, doli artifex, virtutum ærugo, & ti-
nea ſanctitatis, vt ait Bernardus *in ſerm.* 6. *in Pſal.* 222
qui habitat: ſanguis maculatus eſt periculoſiſſimus
in fide, ſed ex iniuſtitia oriuntur ſeditiones, ini-
micitiæ, contentiones, ut ait Giragus *p.* 1 *dub.* 1. *n.* 1. 223
Ex iurgiis oriuntur odia, ex perturbata pace
oriuntur inimicitiæ, deſperationes, apoſtaſiæ, vt
ait Hurtadus *ſuprà*, ex ambitione oriuntur omnia 224
mala, nam vt ait Apoſtolus, radix omnium malo-
rum eſt cupiditas. Ex ſanguine maculato regula- 225
riter oritur infidelitas in fide; ſed hæc omnia
magis opponuntur bono communitatis, quam non 226
obſeruantia legis non obligantis ad mortale; 227
Nam hæc vitia directe tendunt ad deſtruendam
pacem, vnitatem, concordiam, & ſocietatem com- 228
munitatis, ſunt enim omnia in damnum tertij, &
contra iuſtitiam, & cuius violatione oriuntur ſe- 229
ditiones, inimicitiæ, contentiones, vt ait cum Ro-
driguez, Giragus *p.* 1. *dub.* 1. *n.* 1. & *p.* 1 *dub.* 2. *n.* 11.
quod ſumpſit ex D. Thoma 2. 2. *q.* 96 *art* 2. *in cor-*
pore; Non obſeruantia vero legis, licet etiam no- 230
ceat bono communitatis, nam capite langueſcen-
te cetera corporis membra inficiuntur, vt dicitur
cap. ex merito, q. 1. *n* 6. & nos ſupra multis rationi-
bus oſtendimus, non tamen ita nocet ac alia vitia,
ergo religioſus, qui ſolum hunc defectum habet,
aliis præferendus eſt.

Minor

Minor quoad. iſtam vltimam partem probatur, 231 quia Prælatus frangens legem, ſolum intendit ſuis inclinationibus ſatisfacere; et licet inde al qui ſubditi ſumant occaſionem non obſeruandi, etiam legem, id eſt præter intentionem prælati, & omnibus peccatis conuenit, quia per omnia peccata, etiam quæ ſunt in damnum ſolius committentis, præbetur malum exemplum, vt bene aduertit Giragus, *p.3. dub.37 n.218.* Id tamen non intendit Prælatus. Non enim Prælatus frangens legem intendit, quod ſubditi idem faciant, id enim ſolum Diabolus intendit, qui non eſt contentus facere malum ſed etiam aliis ſuggerit, vt idem faciant, vt optime ait Giragus, *p.3. dub. 24. n.* 139. Vnde Chryſoſtomus: *homilia 25. in Matthæum*, ait, ſiquidem be- 232 ne vixeris, & docueris, omnium iudex eſt, ſi autem bene docueris, & male vixeris, tui ſolius condemnator es. Nam bene viuendo, & bene docendo populum inſtruis, quomodo debeat viuere, bene autem docendo, & male viuendo, Deum inſtruis quomodo te debeat condemnare, ſed huiuſmodi religioſus bene docet. licet ex fragilitate male uiuat, ergo ſolum ſibi malum directe facit, quod autem inde alij ſumant exemplum, id per accidens eſt, nec id ille intendit, ſicut alij, quorum nimium iracundus intendit vindictam iniuſtam ſubditorum, ſub nomine iuſtitiæ, vt ait D. Thomas, 1. 2. *q.84. art. 4. ad* 2. Superbus & arrogans intendit aliorum contemptum, vt patet ex illa Chriſti Parabola *Lucæ* 18. Dixit ad quoſdam, qui in ſe confidebant, & aſpernabantur cæteros ex deſiderio propriæ excellentiæ, vt ait D. Thomas, 2.2. *q 84. art.* 2. in corpore. Ambitioſus intendit omnibus aliis dignioribus contra iuſtitiam diſtributiuam anteponi, vt ait Lezana, *verb. ambitio, n.* 2. Sanguine maculatus intendit deſtructionem fidei, eſt etiam hoc peccatum ex ſe infectiuum aliorum, & contra bonum publicum, vt notat cum communi ſententia Giragus, *p.3. dub.* 37. *n.* 218. De talibus enim dicitur *Iob.* 14. quaſi de induſtria receſſerunt a Deo, & vias eius intelligere noluerunt; ergo horum peccata magis opponuntur bono communi, quam defectus illius prælati contra regulam, citra mortale, ex propria fragilitate.

Confirmatur, quia licet culpæ huius Prælati contra regulam ſint peccata mortalia, ob ſcandalum quod inde ſumunt ſubditi, & ob malum exemplum, vt cum communi ſententia docet Giragus, *p. 3. dub. 5. n.* 60. Huiuſmodi tamen Præ- 233 lati defectus non inducunt, etiam indirecte, ſubditos ad peccata mortalia contra leges, ſiquidem cauſa exemplaris non poteſt plus mouere, quam 234 in ſe intrinſecè habet malitiæ, vel virtutis; illi autem defectus contra leges ſecundum ſe, & ſecluſo ſcandalo, tantum erant veniales contra legem. Atqui aliorum religioſorum defectus ſunt ſecundum ſe peccata mortalia, ſiquidem grauiter 235 opponuntur iuſtitiæ, & fidei, vt *ſuprà* diximus cum D. Thoma, & inducunt Religioſos ad peccata mortalia, ſcilicet ad inimicitias, ſeditiones, Apoſtaſias, deſperationes, hæreſes, & alia huiuſmodi, vt *ſuprà* diximus; ergo magis nociui ſunt defectus horum religioſorum communicati, quam non recta obſeruantia legum huius religioſi.

236 Confirmatur 2. Quia poteſt dari communitas adeo reformata, & in qua ſubditi interno feruore docti, adeo ſint propenſi ad regularem obſeruantiam retinendam, qui fere non indigeant ſuperiore, ſed iuxta illud, *Iſaiæ cap.* 11. puer paruulus minabit eos abſque vlla difficultate, vt notauit Lugo, *de iuſtitia, d.* 35. *num.* 56. Sed huic communitati non poteſt multum nocere malum exemplum prælati in materia leui. Tum quia peccatum 237 veniale multitudine bonorum operum, in quibus religioſus verſatur, veluti obruitur, vt notat Sanchez, *in ſumma lib 4. cap.4. num.*7. Giragus, *p 3. dub.* 51. *n* 310. Tum quia per ſolum mortale frequentatum redditur homo indignus dignitate, vt 238 notat cum Soto, Ledeſma, Aragonio, & aliis Giragus, *p.3. dub.* 47. *n.* 184. & cum aliis Hurtado, *tract.12. cap.1. num.* 1494. Tum quia ſubditi adeo 239 præfecti de tali inobſeruantia leui prælati non curant, nec eum imitantur, ſed potius ſua obſeruantia reprehendunt, quod tamen non poterunt facere cum homine nimis iracundo, ſuperbo, ambitioſo, vel hæretico, qui omnes etiam bene vi- 240 uentes inquietant, & perturbant; ergo ſaltem in Communitate reformata, melius eſt imponere hunc Prælatum minus reformatum, quam alium ex *ſuprà* dictis, & hæc de toto hoc conſulto, ſaluo meliori iudicio dicta ſint.

CONSVLTVM XCVIII.

De quodam Prælato regulari qui accipiebat ſtipendia pro Miſſis, quas ex lege tenebatur, applicare pro religioſis defunctis ſui ordinis, an peccauerit mortaliter, & teneatur ad reſtitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Prælati recipientes ſtipendia pro Miſſis, quas religioſi tenentur ex lege dicere pro ſuis religioſis defunctis peccant mortaliter, & tenentur ad reſtitutionem.*
3 *Sacerdos non poteſt duplici obligatione ex iuſtitia vnica Miſſa ſatisfacere.*
4 *Prælatus tenetur ex iuſtitia ſuas Miſſas, & ſuorum ſubditorum applicare pro religioſis defunctis ſui ordinis, quando id lex præcipit.*
5 *Profeſſio religioſa eſt quidam contractus inter religionem, & religioſum.*
6 *Ad quid obliget hic contractus, tam religioſum profitentem, quam religionem.*
7 *Si prælatus negaret ſubdito rem grauem, quam lex religionis ei concedit, ſine cauſa peccaret grauiter contra iuſtitiam.*
8 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
9 *Si lex vel conſtitutio non obligat ad mortale, religioſus tranſgrediens illius mandatum non peccat mortaliter.*
10 *Religioſi non vouent abſolute obedientiam, vt caſtitatem & paupertatem, ſed iuxta declarationes ſuarum legum.*
11 *Noſtra conſtitutio non obligat ad mortale, niſi quando imponit formale præceptum.*
12 *Ponitur quædam obiectio, & ſoluitur.*

13 *Ponitur aliud argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
14 *Ponitur alia obiectio, & ſoluitur.*
15 *Religioſi recipientes ſtipendia pro miſſis, quos ex conſtitutione religionis tenentur applicare pro aliis religioſis defunctis, ſi talia ſtipendia conſumant ſine licentia tacita, vel expreſſo Prælati peccent mortaliter contra paupertatem.*
16 *Quid ſi religioſus applicet dictas Miſſas pro ſtipendiis, quorum conſumpſit, ſiue licitè ſiue illicitè.*
17 *Quid ſi applicet illas pro religioſis defunctis ſecundum legem, & ſimul pro ſtipendiis ab aliis acceptis.*
18 *Ponitur aliquorum doctorum ſententia.*
19 *Ponitur contraria ſententia authoris.*
20 *Prælatus applicando dictas Miſſas pro Religioſis defunctis, & ſimul pro ſtipendio, peccat contra iuſtitiam.*
21 *Religioſi particulares applicantes dictas Miſſas pro aliis religioſis defunctis, & ſimul pro ſtipendiis, tenentur dicta ſtipendia reſtituere.*
22 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
23 *Ponitur alia obiectio, & ſoluitur.*
24 *Prælatus ſiue applicet dictas Miſſas pro ſolis dantibus ſtipendium, ſiue ſimul pro dantibus ſtipendium, & pro Religioſis defunctis ſemper peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem.*
25 *Quid ſi illas applicet modo dicto ex ignorantia.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM Prælatus pro Miſſis quas Religioſi ex vi noſtræ conſtitutionis dicunt pro
1 Religioſis, quando è vita decedunt, & pro aliis, quæ pro defunctis in aliquibus diebus per diſcurſum anni à lege noſtra præcipiuntur offerri, accipiebat ſtipendium, fretus in quadam opinione Pelizarij, *tract.* 5 *cap.* 9.*n.* 12. quam ego ſecutus fui, *in noſtro Directorio Regularium, p.*2.*tract* 3.*d.* 6.*n.* 1662. Vbi dico Regulares non celebrantes Miſſas pro defunctis ſui ordinis non peccare mortaliter, ſi alias regula, vel ſtatutum non obligat ad mortale. Nam cum hæc obligatio ſit ex lege, non tranſcendit obligationem ſimplicis ordinationis. Ita colligit ex Suario Pelizatius, *ſuprà, n.* 52. quam opinionem ſequitur, etiam Moſchinus *de ordine p.* 2. *tract.* 3. *cap.* 17. Thomas Hurtado. *tract.* 12. *de obligatione Sacerdotum, cap.*4.*reſolutione* 17. *n.* 183. & 184. Diana. *p.*10.*tract.*15.*reſol.* 43. Pater Leander à ſanctiſſimo Sacramento, *tomo* 2. *tract.*8.*d.* 4. *quæſt.*15. Fretus igitur hic Prælatus huic opinioni accipiebat ſtipendia pro dictis Miſſis, poſtea ſcrupulis agitatus.

Quæſivit à me: an peccaverit mortaliter ita prædictas Miſſas ſuorum ſubditorum applicando, & an teneatur ad reſtitutionem.

RESPONSIO AVTHORIS.

RESpondi dictum Prælatum, ſeclusa ignoran-
2 tia, peccaſſe mortaliter contra iuſtitiam, & teneri ad reſtitutionem, ita à fortiori debet tenere Boſſius, *de conſcientia, p.* 1. *tit.*1.§.25.*n.num.*412. *vſque ad* 414. Ludouicus à Sancto Raimundo, *in tractatibus variis, p.* 2.*tract.*13 *num.*129. Ratio eſt, quia Sacerdos non poteſt duplici obligationi ad quam tenetur ex iuſtitia vnica Miſſa ſatisfacere; 3
Atqui iſte prælatus tenebatur prædictas Miſſas, tam ſuas, quam ſuorum ſubditorum applicare ex iuſtitia pro religioſis defunctis ſui Ordinis; ergo 4
accipiendo pro eis ſtipendia peccauit mortaliter contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem. Maior eſt certa, & conſtat ex declarationibus ſacræ Congregationis, & eam tenent fere omnes Doctores, qui poſt talia decreta ſcripſerunt. Minor vero in qua eſt difficultas probatur.

Quia profeſſio religioſa, quam faciunt religioſi, eſt quidam contractus celebratus inter religioſum, & religionem, quo contractu religioſus ſe 5
obligat religioni ad obſervantiam regulæ, & conſtitutionum, & ad ea omnia, quæ ad ſtatum Religionis pertineant, & religio ſe obligat obſervare, mediantibus Prælatis, ea, quæ in regula, & 6
conſtitutionibus præcipiuntur in favorem, tam ſpiritualem, quam temporalem ipſius religioſi? ſed religio præcipit tales Miſſas applicare pro religioſis defunctis; ergo prælati eos illis defraudantes peccant graviter contra iuſtitiam, & tenentur ad reſtitutionem. Conſequentia eſt certa. Quia ſi prælatus negaret religioſo rem gravem, quam illi regula, vel conſtitutio concedit, ſine cauſa, vt ſi 7
nollet ei dare victum, vel veſtitum in materia graui, peccaret mortaliter contra iuſtitiam, ratione pacti profeſſionis violati, vt docet Suarez.*tom.*4.*de religione, lib.*1.*cap.* 11.*n.*9. prope finem, ergo eum defraudando Miſſis, quas ei religio concedit, potiori iure peccabit, contra iuſtitiam, ſiquidem deficit in re graui pertinente ad bonum animæ. 8

Dices; ergo etiam Religioſi, qui prælati non ſunt, ſi accipiant ſtipendia pro dictis Miſſis, peccabunt contra iuſtitiam, & tenebuntur ad reſtitutionem; Sed id eſt contra id, quod ego ipſe dixi, *in noſtro Directorio Regularium, par.* 2.*tract.*3. *d.*6.*num.* 662. & contra doctores *ſuprà.* citatos; ergo ſicut religioſi particulares accipientes ſtipendia pro dictis Miſſis non peccant mortaliter in mea ſententia, ita nec Prælati pro talibus Miſſis ſtipendia accipientes. Reſpondeo negando illationem. Ad probationem Reſpondeo quoad hoc dari magnam differentiam inter Prælatum, & 9
ſubditos; Nam ſubditi ſi lex vel conſtitutio aliquid præcipiens non obligat ad mortale, vt eſt noſtra conſtitutio, etiamſi materia præcepta ſit 10
grauis, Religioſus illam non adimpiens non peccat mortaliter, cuius ratio eſt, quia Religioſi non vouent abſolute obedientiam, vt vouent caſtitatem, & paupertatem, ſed ſecundum declarationes ſuarum conſtitutionum, vt diximus cum Fagundez, *in noſtro Directorio Regularium p.*2.*tract.* 3.*d.*4.*n.*113. & *tract.* 3.*d.*6.*num* 15. & tenet Suarez, *tom.*4 *de religione lib* 1. *cap.*11. *n.*9 Atqui noſtra conſtitutio non obligat ad mortale, niſi quando 11
imponit præceptum formale, vel cenſuram; ergo cum in hoc caſu non ponat præceptum, illa conſtitutio tantum erit quædam diſpoſitio & ſimplex ordinatio, obligans religioſos ad pœnam, non tamen tranſgredientes obligabit ad culpam grauem contra iuſtitiam, nec etiam contra obedientiam, vt diximus, *loco citato noſtri Directorij.*

Aliter dicendum eſt de prælatis. Nam Prælatus ex officio ſine nouo præcepto habet hanc obligatio

obligationem dandi religioſis id, quod conſtitutio, & regula præcipit; Ad hoc enim conſtituitur Prælatus à Religione, vt loco religionis immediate miniſtret ſubditis id, quod in pacto profeſſionis Religio eis promiſit, vt optime notauit Suarez, *loco citato*, *num.* 9. Vnde ſicut negando ſubdito neceſſaria ad ſuum ſuſtentationem peccatet contra iuſtitiam ſine nouo præcepto, vt ibi notauit Suarez, eo quod deficit in pacto inito in traditione profeſſionis, ad quod adimplendum immediate conſtituitur Prælatus à Religione, ita negando religioſo defuncto ſacrificia ei debita ex lege peccat contra iuſtitiam, quia ei negat, & ab eo ſubtrahit, neceſſaria ei conceſſa à religione ad bonum animæ in materia gravi; Quod tamen non cernitur in ſubditis, nam ſubditi immediate ex officio ſolum tenentur obedire. hæc autem obedientiæ obligatio in particulari ſemper eſt iuxta gradum præcepti, ſeu legis impoſitæ, & nunquam intelligitur obligatio iuſtitiæ ab ipſis exigi, niſi quando actus ita præcipitur, vt *ſuprà* diximus, & tenet Suarez, *ſuprà loco citato*; ergo ſubditi accipientes ſtipendia pro dictis Miſſis ſolum ibunt contra conſtitutionem, non vero contra iuſtitiam, ac per conſequens non peccabunt mortaliter, nec tenebuntur ad reſtitutionem.

12 Dices cum Ludouico Raymundo, *ſuprà*, *n.* 119. Legiſlatores, & Patres, qui tales conſtitutiones fecerunt, & pontifex, qui eas confirmauit volunt, & intendunt quod religioſi dictas Miſſas pro aliis religioſis defunctis applicent; ergo religioſi tali legi non obedientes peccant contra iuſtitiam, & tenentur ad reſtitutionem. Patet conſequentia, quia in re graui defraudant defunctos in re iuſte à prælatis eis præcepta. Reſpondetur concedendo antecedens, deinde negatur conſequentia. Ad probationem Reſpondetur quod obedientia etiam in re graui non obligat ad mortale ex vi voti, niſi ſimul adſit præceptum. Nam hoc modo vouent religioſi obedientiam, vt *ſuprà* diximus. Nec ex vi contractus profeſſionis, nam ex vi profeſſionis ad nullos actus immediate ſe obligat religioſus, niſi ad id quod vouet, non vouet autem immediate actus illos, ad quos ex regula, vel ex conſtitutione detinetur, ſed præter caſtitatem, & paupertatem vouet tantum obedire ſecundum regulam, & conſtitutiones. Tunc ergo ſolum ex vi voti obligabitur ad illos actus præceptos in regula, & conſtitutionibus, quando interuenerit obedientiæ præceptum, vel regulæ, vel hominis; ergo ſi vtrumque ſecludamus, non remanet obligatio ex vi voti; ergo nec ex vi profeſſionis, ergo nec ex iuſtitia obligatio interueniet, donec Prælatus rigoroſe præcipiat, & exigat ius ſuum; Tunc enim fateor peccaturos eſſe contra iuſtitiam ratione traditionis, & pacti contra virtutem religionis, ratione voti obedientiæ vt optime ait Suarez. *ſuprà*, *n* 9. ergo cum religio in noſtris conſtitutionibus tales Miſſas non præcipiat dicere religioſis pro defunctis ſub præcepto, nec ex obedientia, nec ex iuſtitia ex vi profeſſionis tenebuntur religioſi eas eis applicare, ſed tantum ex vi conſtitutionis, quæ tantum obligat ad pœnam.

Dices ſi Prælatus præcipiat officiali Conuen-
13 tus, vt tribuat Petro religioſo, v.g. veſtem interiorem; illi omnino neceſſariam, & officialis ex malitia illam ei non dederit, peccabit ipſe officialis contra iuſtitiam; ſiquidem obligationem quam Prælatus habebat ex vi contractus profeſſionis dandi neceſſaria religioſis ad vitam corporalem transfundit in officialem monaſterij ei præcipiendo vt tali religioſo indigenti ſuccurreret, ſed etiam legiſlatores præcipiendo, vt religioſi dicant tres Miſſas pro defunctis religioſis, vt præcipit noſtra conſtitutio, 1. *p. c. p.* 17. *num.* 1. Transfundit in ipſos religioſos obligationem quam ex vi contractus profeſſionis habebant ex iuſtitia tribuendi religioſis neceſſaria ad ſalutem ſpiritualem, ergo ſicut officialis Conuentus non tribuendo veſtem religioſo indigenti peccat contra iuſtitiam, ita religioſi non dicentes Miſſas pro religioſis defunctis peccabunt contra iuſtitiam.

Reſpondetur conceſſa maiori, negando minorem. Nam legiſlatores quando talem legem fecerunt, non habebant obligationem iuſtitiæ præcipiendi dicere tot Miſſas pro religioſis defunctis, ſicut Prælatus habebat tribuendi religioſis neceſſaria ad vitam corporalem, vnde non refuderunt talem obligationem iuſtitiæ in dictos religioſos dicendi tales Miſſas, cum talis obligatio in eis non antecederet. Et ratio eſt, quia legiſlatores ſi vellent, quando leges fecerunt, poterant talem legem non efficere, nec tales Miſſas præcipere dicere pro religioſis defunctis, vt ex ſe conſtat; quando ergo præceperunt, vt dicerentur, non id fecerunt ex debito iuſtitiæ, quod in eis præceſſerit, ſed ex affectu pietatis, ſuccurrendi religioſis defunctis. Secus dicendum eſt de prælato, nam Prælatus ex vi regulæ tenetur ex officio ſuccurrere religioſis; dando eis neceſſaria ad vitam, vnde ſi officiali præcepit, vt alicui religioſo aliquã rem neceſſariam tribueret, & officialis neglexerit id facere, excuſabitur Prior, eo quod refundit ſuam obligationem in officialem, ad id deputatum iuxta regulam, quæ non obligat prælatum, vt per ſe ſuccurrat religioſis, ſed per ſe vel per fratrem ad idem officium deputatum, vt patet ex *noſtra regula cap. de non habendo proprio*, vbi ait legiſlator, ſint vobis omnia communia, & diſtribuantur vnicuique per manum prioris, vel per fratrem ab eodem ad idem officium deputatum, prout cuique opus erit, inſpectis ætatibus, & neceſſitatibus ſingulorum ſatisfacit; ergo prælatus ſuæ obligationi, ſi id officiali committat, quod ſi ille non adimpleuerit peccabit quidem contra iuſtitiam, quia ex officio, & mandato prælati tenebatur id efficere. ipſe tamen prælatus, ſi alias prædictam negligentiam officialis ignorauerit, excuſabitur, quia iam refundit ſuam obligationem, quam habebat ex iuſtitia in officialem Conuentus.

Dices, ergo etiamſi prælatus non applicet dictus Miſſas ſuorum ſubditorum pro religioſis defunctis, ſed pro eis accipiat ſtipendia non peccabit contra iuſtitiam, nec tenebitur ad reſtitutionem. Patet conſequentia quia per nos tales Miſſæ non ſunt debitæ ex iuſtitia ex vi contractus profeſſionis dictis religioſis, ſiquidem in legiſlatoribus talis obligatio ante conſtitutionem legis non præceſſerat, nec eam legiſlatores refuderunt in Sacerdotes ex vi legis; ergo prælati tales defunctos defraudantes non peccabunt contra iuſtitiam, ſed tantum contra pietatem, vel charitatem 14

Reſpondetur. Negando illationem. Ad probationem Reſpondetur diſtinguendo antecedens; tales

tales Miſſæ non ſunt debitæ ex iuſtitia reſpectu ſacerdotum particularium concedo, reſpectu prælati nego? Et ratio eſt quia ſacerdotes particulares ſolum tenentur ex vi conſtitutionis tales Miſſas dicere pro defunctis, quæ conſtitutio cum non contineat præceptum non ab eis petit legiſlator, vt ex iuſtitia teneantur eas applicare pro defunctis. vt *ſuprà* diximus, nec in eos refundit aliquam obligationem ex iuſtitia, quam antea legiſlator haberet applicandi tales Miſſas pro defunctis, cum in eo talis obligatio nunquam præceſſerit. At prælatus conuentus ſuppoſita lege, quæ præcipit tales miſſas dici pro defunctis, tenentur ex officio curare, vt pro eis tales miſſæ applicentur, ad id enim conſtituitur prælatus à Religione ad curandum, vt religioſis dentur ea, quæ regula, & conſtitutio præcipit, eis tam viuis, quam defunctis dare, vnde ſi ei conſtet quod aliquis religioſus eas non applicat, tenetur ei imponere præceptum, vt eas applicet; ergo ſi contrarium faciat, deficiet in re graui pertinente ad ſuum officium, cum deficiat in re debita ex lege religioſo, quam illi tenetur ex officio dare, vel procurare vt ei conferatur, procul dubio peccabit contra iuſtitiam, & tenebitur ad reſtitutionem, vt *ſuprà* diximus quam tamen obligationem non habet religioſus particularis, cum id ad eum non pertineat ex officio, ſed ex lege, quæ eum non obligat ad culpam, ſed ad pœnam.

Aduerte tamen quod licet tales religioſi recipientes ſtipendia pro dictis miſſis non peccent contra paupertatem, nec teneantur ad reſtitutionem, ſed tantum faciant contra legem prohibentem, vt cum Palao dixi *in noſtro Directorio Regularium p. 2. tract. 3. d. 4. num.* 57. Peccare tamen
15 mortaliter contra paupertatem. ſi tales eleemoſynas conſumant, ſine licentia tacita, vel expreſſa prælati, ſiquidem in hoc caſu ſe gerunt tanquam domini accipiendo dominium, & vſum rei notabilis pretio æſtimabilis, vt cum Ledeſma, Sanchez, Peirino, & aliis dixi *in noſtro Directorio Regularium ſuprà num.* 136. Hæc enim ſtipendia,
16 eo ipſo, quod à tali religioſo pro dictis miſſis recipiuntur, monaſterio acquiruntur; Secus dicendum eſt. ſi talis religioſus applicet dictas Miſſas pro ſtipendiis, quæ iam conſumpſit, ſiue licite, ſiue illicite, cuius ratio eſt, quia in hoc caſu non acquirit ſtipendia, ſed tantum ſe liberat ab obligatione, quam ſiue licite, ſiue illicite contraxerat, vt cum Sanchez, Palao, dixi *in noſtro Directorio loco citato, numero* 264. vbi circa hoc plura inuenies.

17 An autem tales Religioſi, vel etiam prælatus applicando dictas miſſas pro religioſis defunctis poſſint etiam eas ſimul applicare pro dantibus ſtipendia, & pro illis ſtipendia accipere, maius eſt dubium: affirmant Marchinus *de ordine parte ſecunda, tract. 3. cap.* 17. Thomas Hurtado *tract. 2, de obligatione ſacerdotis, cap. 4. reſol. 17. num.* 183. *&* 184. Diana *p. 10. tract. 15. reſol.* 45. Leander *de ſacramentis, tom. 2. tract. 8. d. 4. q.* 15. & eam debent tenere omnes qui dicunt ſacrificium Miſſæ poſſe ſimul applicari pro dante ſtipendium, & pro aliis ex charitate, gratitudine, vel liberalitate, vt ſunt Lexana, Eſcobar, Decaſtillo, Gaſpar Hurtado, Vaſquez, & alij, quos refert, P. Ludouicus. Raymundus *p. 2. tract. 1. n.* 122.

Quorum ratio eſt, Quia ex eo talis ſacerdos non poſſet ſimul applicare hoc ſacrificium pro ſuis religioſis, ad quod tenetur ex lege, & ſimul pro
dante ſtipendium, vel faceret contra decreta ſa- 18
cræ Congregationis, vel defraudaret dantem ſtipendium in re graui ſpirituali; ſed neutrum efficit; Ergo poteſt hoc ſacrificium ſimul pro dictis religioſis, & pro dantibus ſtipendium applicare, Minor quoad primam partem patet, quia decreta ſacræ Congregationis ſolùm prohibent accipere plura ſtipendia à diuerſis perſonis pro eadem Miſſa, non vero illam pro pluribus gratis ſine ſtipendio applicare. Quoad ſecundam vero partem etiam liquet, quia hoc ſacrificium quoad fructum ex opere operato habet infinitatem extenſiuam, & æque prodeſt vni, quam pluribus, vt tenet Thomiſtarum Schola, & multi alij grauiſſimi Doctores; Ergo applicando ſacerdos illud pro dante ſtipendium, & ſimul pro illis, pro quibus tenetur ex lege, vel charitate applicare, nulli facit iniuriam, ſiquidem vnicuique tribuit integrum ſacrificium.

Nec obſtat, quod in hac applicatione detur periculum non dandi integrum ſacrificium danti ſtipendium, cum non ſit certum ſacrificium eſſe infiniti valoris, ſed tantum probabile, & ſacerdos tenetur certum ſacrificium applicare pro dante ſtipendium, vt ait Bollius *tomo primo de conſcientia, p. 1. tit. 1. §. 15. num.* 396. & nos *ſuprà* diximus; Nam contra hoc eſt; Quia vt ſacerdos poſſit ſacrificium Miſſæ pro pluribus applicare, ſatis eſt vt ſequatur opinionem probabilem, & certam moraliter; licet talis opinio ſit dubia dubietate phyſica, aut metaphyſica, quia ſuppoſita tali opinione probabili, tollitur periculum morale non applicandi certam Miſſam pro dante ſtipendium, quod ſolum operans tenetur vitare, ita reſpondet Raymundus *ſuprà num.* 123.

Verum quidquid ſit de probabilitate huius ſen- 19
tentiæ, quam ſuis patronis relinquo; Ego exiſtimo nec prælatum, nec religioſos poſſe dictas Miſſas applicare pro religioſis defunctis ad quod tenetur ex lege & ſimul pro eis accipere ſtipendia; Et in primis quoad prælatos patet, quia cum in noſtra ſententia illi ex iuſtitia teneantur applicare dictas Miſſas pro religioſis defunctis, non poſſunt pro eis accipere ſtipendium, nam iam applicarent ſacrificium pro duplici obligatione ex iuſtitia, quod fieri non poteſt, vt *ſuprà* diximus. Quod religioſos vero particulares, qui tantum ex lege non obligante ad culpam tenentur dictas Miſſas applicare pro religioſis defunctis, & in quibus pro-
cedit opinio prædictorum Doctorum probatur, 20
Quia quidquid ſit de infinitate ſacrificij, nullus fidelis dat ſtipendium pro dicenda ſibi Miſſa, niſi cum intentione, quod ad participandum in illa Miſſa nullus alius admittatur, quoad fructum medium; Ergo ſacerdos admittens alios ad participationem illius fructus medij, ſiue finiti, ſiue in-
finiti, ſiue ex gratitudine, ſiue ex charitate, ſiue 21
ex lege, vel ex alio ſtipendio, id faciat, deficit in promiſſione in re graui; Ergo non poteſt acquirere dominium ſtipendij, ſiquidem illud accipit contra voluntatem dantis, dans enim non habebat intentionem ei dandi talem eleemoſynam, ſi ille alios ad participationem dicti fructus medij illius ſacrificij admiſiſſet.

Nec obſtat ſi dicas donationem ſtipendij ex 22
parte petentis Miſſam eſſe abſolutam, & liberalem, & non conditionalem, ſub conditione applicandi Miſſam. Nam ſi talis conditio poneretur,

teneretur

teneretur Sacerdos ex iuſtitia dare ſpirituale pro temporali, quod re ipſa, & facto eſſet venditio, & velle pecunia poſſidere donum Dei, ac per conſequens ſimonia; ergo tale pactum non interuenit ex parte petentis Miſſam, ſed ipſe dat ſtipendium libere, ad alliciendum animum Sacerdotis, vt pro eo offerat ſacrificium, vt ait D. Thomas, *in 4. diſt. 25 q. 3 art. 2. q. 2. ad 1*, & Nos *ſup à* diximus *conſulto* 64. Ergo Sacerdos applicando pro eo, qui ſtipendium dedit, & pro alio ex lege, vel charitate nullam ei facit iniuriam, nec deficit in promiſſione.

Reſpondetur concedendo donationem ſtipendij ex parte petentis Miſſam eſſe liberalem, & abſolutam, prout refertur ad ſacrificium, ex parte tamen dantis, & recipientis interuenire obligationem iuſtitiæ Nam dans eleemoſynam, ex eo quod vult, quod ſibi liberaliter applicetur totum ſacrificium ſine alterius conſortio, quoad participationem fructus medij tenetur alere Sacerdotem, dando ei eleemoſynam taxatam ab Eccleſia, & Sacerdos eo ipſo quod ei datur debita ſuſtentatio ſecundum taxam Eccleſiæ, tenetur integrum ſacrificium ſine conſortio alterius, quoad participationem fructus medij applicare pro eo, qui ei tribuit ſuſtentationem; ſed qui Miſſam poſtulauit dat integram ſuſtentationem Sacerdoti iuxta taxam Eccleſiæ; ergo Sacerdos tenetur ex iuſtitia ei integrum ſacrificium ſine conſortio alterius, quoad participationem fructus medij applicare, aliàs non faciet ſuam eleemoſynam.

23 Dices Sacerdotem applicando ſacrificium pro dante ſtipendium, & ſimul pro alio ex lege dare illi integrum ſacrificium, & in nihilo eum defraudare. Reſpondetur intentionem dantis ſtipendium non eſſe alere Sacerdotem celebrantem pro alio, ſed ſolum velle, & intendere alere Sacerdotem celebrantem pro ſe ſolum, vnde ſi Sacerdos pro alio ſimul celebret, non poteſt facere ſuum ſtipendium, non quia donatio ſtipendij fuiſſet conditionalis, ſed quia datus fuit error ex parte perſonæ donatarij, ſiquidem intentio dantis non fuit directa ad Sacerdotem celebrantem pro ſe, & pro alio, ſed ad Sacerdotem ſolum pro ſe celebrantem: vnde cum Sacerdos pro illo, & alio celebraret, datus fuit error in perſona donatarij; ſed quando error verſatur circa perſonam donatarij, donatio non ſubſiſtit vt cum Leſſio & aliis communiter docet Trullenc. *lib 7. decalogi, cap. 17 dub. 14. n. 1.* & Nos *ſuprà* diximus; ergo talis Sacerdos non poteſt facere ſuam eleemoſynam, & tenetur eam reſtituere.

24 Hinc fit, quod ſiue iſte Prælatus applicet dictas Miſſas pro ſolis dantibus ſtipendium, ſiue pro religioſis defunctis, & ſimul pro dantibus ſtipendium peccaſſe mortaliter, ſecluſa ignorantia, & teneri ad reſtitutionem. Dixi ſecluſa ignorantia, nam cum Prælatus ſeruens illa opinione male intellecta, operatus fuerit ignorantia inuincibili, illa eum potuit excuſare à peccato, ſi eam habuit, da-

25 ta tamen ſcientia veritatis, & intellecto ſenſu, in quo illi Doctores, & ego loquutus fui, tenetur Prælatus ſiue eas Miſſas applicauerit ſolum pro dantibus ſtipendia, ſiue pro illis, & religioſis defunctis, alias tot in numero applicare, ſiue pro religioſis, ſi forte Miſſas ſolum applicauit pro dantibus ſtipendia, & non pro religioſis, ſiue pro illis qui dederunt ſtipendia, ſi forte pro religioſis, & ſimul pro illis applicauit, ſiquidem conuentus, vel debet ex iuſtitia tot ſacrificia religioſis defunctis, vel illis à quibus recepit ſtipendia, vtque ab hoc debito iuſtitiæ liberetur, tenetur tot Miſſas applicare, etiam ſi dicta ſtipendia conſumpſerit bona fide, quia in his factus eſt ditior conuentus, vt ex ſe patet.

CONSVLTVM XCIX. 1

De quodam Mercatore certos contractus vſurarios faciente, cum extraordinaria, & notabili circumſtantia.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Quod multis, & doctis placet probabilis iudicatur.*
3 *Referuntur aliqua opiniones in materia vſura.*
4 *Mercator poteſt licite vendere merces, quas habet ſummo pretio iuſto.*
5 *Poteſt eas iterum emere ab emptore pretio infimo iuſto, ſi non intercedat pactum de retrouendendo minori pretio, nec cognitio ex parte venditoris, quod emptor eas iterum vellet vendere.*
6 *Quod ſi intercedat tale pactum.*
7 *Merces vltronea vileſcunt per dimidiam.*
8 *Venditio pretio ſummo, iuſto tamen, eſt licita.*
9 *Emptio pretio infimo iuſto eſt licita.*
10 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*
11 *Vendens credito ratione periculi amittendi capitale poteſt aliquid vltra capitale petere abſque vſura.*
12 *Periculum amittendi capitale eſt pretio æſtimabile.*
13 *Non tenetur quis illud gratis ſubire.*
14 *Ratione damni emergentis & lucri ceſſantis poteſt aliquid accipi vltra ſortem.*
15 *Mutuans ratione periculi amittendi mutuum poteſt aliquid petere ſupra ſortem.*
16 *Vendens ad creditum ratione lucri ceſſantis poteſt accipere ab emente id, quod illa pecunia lucratura erat.*
17 *Pro obligatione quam vendens ad creditum accipit non petendi principale vſque ad certum tempus poteſt aliquid exigere ſine vſura.*
18 *Venditor ſuarum mercium ſi rogatus vendiderit ad creditum poteſt ſtatim emere eaſdem merces ab emptore minori pretio, quam vendidit vſque ad dimidium.*
19 *Poteſt inſuper ab eo petere lucrum ceſſans.*
20 *Poteſt petere aliquid pro periculo amittendi principale.*
21 *Poteſt aliquid exigere ſupra ſortem pro obligatione non petendi debitum vſque ad certum tempus.*
22 *Cenſura Authoris circa has omnes opiniones recenſitas.*
23 *Venditor ad creditum poteſt aliquid pro lucro ceſſante ultra ſortem exigere ſi in promptu habeat, vel moraliter certo ſperet, qui res ſuas numerata pecunia emerit, ſecus ſi non haberet.*

24 *Venditor non poteſt merces ſuas vendere credito ſummo pretio cum pacto eas iterum emendi pretio infimo.*

25 *Hic contractus continet vſuram palliatam.*

26 *Si talis contractus liceret, tolleretur de modo vſura, & omnes vſuræ honeſtarentur.*

27 *Venditor vendens rem ſuam credito pretio ſummo ignorans emptorem illam iterum venditurum poteſt eam emere pretio infimo iuſto pecunia numerata.*

28 *Venditor credito poteſt aliquid accipere vltra ſortem ratione periculi, cui exponitur perdendi pretium illarum cum certis conditionibus.*

29 *Ponuntur conditiones, quæ vt id licitum ſit requiruntur.*

30 *Venditor credito poteſt petere ab emptore fideiuſſorem.*

31 *Venditor credito non poteſt ſine vſura aliquid accipere ſupra ſortem pro obligatione non petendi debitum vſque ad certum tempus.*

32 *Dilatio ſolutionis eſt quoddam implicitum mutuum.*

33 *In mutuo nihil ſuprà ſortem recipi poteſt abſque labe vſuræ.*

34 *Qui ſuſcipit obligationem mutuandi ad Vtbitum mutuatarij poteſt aliquid ſuprà ſortem accipere ſine labe vſuræ.*

35 *Qui priuat ſe inſtrumento quo laborat ad aliquod tempus poteſt ob id aliquid accipere.*

36 *Venditor ad creditum ſummo pretio iuſto, non poteſt res ſuas vendere cum pacto reemendi illas pretio infimo, nec ſciendo emptorem id intentare poſt celebratum contractum venditionis.*

37 *Poteſt poſtulare ab emptore lucrum ceſſans, ſi certo habeat, qui numerata pecunia tales res emat, ſecus ſi non habeat, nec de proximo ſperet habendum.*

38 *Poteris aliquid poſtulare pro periculo verò non recipiendi pretium quanti ipſe dares pro tali periculo, ſi pecuniam ob alio mutuatam poſtulaſſet, niſi venditor alium fideiuſſorem aſſignaſſet.*

39 *Non poteſt aliquid ſuprà ſortem recipere pro obligatione non petendi pecuniam debitam per tantum tempus.*

40 *Non poteſt aliquid pro hac obligatione gratis oblatam accipere ex obligatione ciuili.*

41 *Ponitur reſolutio totius huius conſulti.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

CUm forte accederem ad domum cuiuſdam ditiſſimi mercatoris in quadam huius Luſitaniæ regni Ciuitate, accidit, quod me præſente acceſſit quidam nobilis homo, & diues ad domus eiuſdem mercatoris: & quæſiuit ab eo, An ei vellet vendere credito centum cubitos telæ aureæ: Annuit ipſe mercator, ſi ipſe emptor illos centum cubitos telæ vellet recipere pro pretio mille aureorum, quod erat iuſtum pretium ſummum illius telæ, admiſit emptor pretium. Poſtea ei dixit venditor, quod dum non ſolueret principale mille aureorum, deberet ei quotannis ſoluere lucrum ceſſans, quod erant in ſuo computo, quinquaginta aureis, ad rationem quinque pro centum, in quo etiam conſenſit emptor; quibus peractis dixit ei venditor, quod etiam ei deberet aliquid ſoluere quotannis pro periculo amiſſionis capitalis, quod in ſuo computo erant viginti quinque aurei, & quod debebat etiam ſoluere alios vinginti quinque aureos quotannis pro obligatione, quam ipſe venditor accipiebat non poſtulandi ab eo capitale, dum illud non poſtulabat, quibus omnibus annuit, & conſenſit emptor.

His ſic ſtabilitis, telam menſus illi eſt venditor, & eam ei tradidit, poſt traditionem telæ, dixit emptor venditori ipſius telæ, An illam vellet emere, nam ille volebat eam iterum vendere. Reſpondit primus venditor ſe eam ab illo velle emere, ſi illam minori pretio per dimidium illi daret, ſiquidem hoc erat iuſtum pretium infimum, & pro quo eam ipſe acciperet, quod ſi amplius vellet, quæreret emptores, nam ipſum pro ea amplius non daturum. Reſpondit ille, qui telam volebat vendere, ſe pro eo pretio illam velle vendere, numerauit ſecundus emptor pecuniam, & dedit ei quingentos aureos, remanente primo emptore, cum debito mille aureorum pro capitali, & cum obligatione ſoluendi quotannis dicto mercatori centum aureos, pro lucro ceſſante, pro periculo ſortis, & pro obligatione non petendi principale.

Hæc cum ego viderem, non mihi placuere, & zelo iuſtitiæ motus dixi dicto mercatori, quomodo poſſet ille tam iniquum contractum celebrare cum dicto homine, ſi quidem pro quingentis aureis, quotannis accipiebat centum aureos redditum, cum ſolum ei debiti eſſent viginti quinque, ad rationem quinque pro centum, At ipſe mercator intendens in me dixit, Tu es Magiſter in Iſrael, & hæc ignoras, & aperiens ſcrinium ſuum, obtulit quendam papyrum cuiuſdam eximij doctoris, in quo hæc ſequentia continebatur.

PROPONVNTVR RATIONES, quibus quidam Theologus dictum contractum vt licitum defendebat.

ATtente conſideraui contractum, quem exerces in venditione tuarum mercium, a
& ſane poteſt magnam conſiderationem inueni talem contractum vndequaque licitum eſſe omnia enim puncta, quæ à me quæris à grauiſſimis tuentur doctoribus Et ſi illud quod multis, & doctis placet in ſtatera Scholaſtica, & morali probabile iudicatur, proculdubio hic tuus contractus ab omni improbabilitate ſecutus eſt, quare vt hæc probabilitas clarius eluceſcat, ad omnia ſigillatim reſpondere propoſui.

Et in primis ad illud, quod à me quæris, an poſſis merces,

merces, quas habet ad vendendum vendere credito
3 ſummo pretio, iuſto tamen, & poſtmodum
eas emere ab emptore, pretio infimo, iuſto tamen?
Reſpondeo affirmatiue. Et in primis ſi
4 non intercedit pactum de retrouendendo merces
minori pretio, nec cognitio ex parte venditoris,
quod emptor eas iterum vellet vendere, tenent
5 hanc ſententiam Syluester. *verba vſura, n.1.q.3.* Roſella,
verbo vſura n. 20. Fr. Ludouicus Lopez, *de
contractibus, lib.1.cap.* 34 referens Peñam, & alios
apud Bonacinam, *tom.* 2 *de contractibus d* 3.*q.*2 *p.*3.
n. 20. Fr. Accatius de Valaſco. *tom.* 1. *verbo contractus
reſol.* 106.*n.*3 Fr. Ioannes à Cruce, & alij quos
refert, & ſequitur Diana. *p.*3.*tract.*8.*reſol.*33.*&* 58.
Mercatus, 1. *de contractibus, cap.* 26. Angelus. Salon,
Garcia, Gutrieres. Palatius, Azebedus, Graſſius,
Salas, *tract. de contractibus vbi de venditione
dub.*37.*n.*2 *& de vſuris, n.*16. Mendo, *in ſtatera opinionum
q.* 5. *dif* 6. *n.*41. idem videtur ſentire Amadæus
Guimenius, *tract. de vſuris propoſitione* 1.*n* 2.

Si vero intercedat pactum de retruuendendo,
6 eam tenet Bonac. Caietan. & alij, quos refert, &
ſequitur Diana, 1.*p. tract.* 8. *reſol.*53. Imo addo te
poſſe prædictas res à te venditas ab emptore ſtatim
emere, ſi ab eo rogetis, minori pretio, quam
7 vendidiſti, per medietatem, nam merces vltroneæ,
& cum emptor rogatur, vileſcunt, & decreſcunt
in pretio, quoad medietatem, vt tenent Conradus,
in reſponſione caſuum, p. 1. *q.* 130. Palatius,
Megala, Fauſtus, & alij, quos refert Diana, *p.*1.
tract. 8. *reſol.*78 Caramuel, *in Theologia fundamentali,
fundamento* 43. *n.* 795. Imo quandoque pluſquam
pro medietate vileſcunt, vt tradit Fr. Marcus
Serra, *in* 2. 2.*q.*77.*art.*1. *dub.* 3. *§ aduertendum*,
Beñas. 22.*q.*78. *de vſuris, art.* 2. quem videtur ſequi
11 Amadæus Guimenius, *tractatu de vſuris propoſitione*
2.*n.*5. & alij.

8 Et horum omnium ratio eſt, quia venditio pretio,
ſummo iuſto, eſt licita, nec in ea datur dolus.
Deinde emptio pretio infimo iuſto, eſt etiam
licita, ſiquidem pretium iuſtum ſummum, me-
9 dium, & infimum, reddit contractum venditionis,
ac emptionis licitum, nec in eo fraus vlla intercedit,
ſiquidem emptor, & venditor vtitur iure
ſuo, vendens merces ſummo pretio, ſed iuſto,
& poſtea emens infimo pretio, ſed etiam iuſto;
ergo licitum eſt vendere merces carius, & iterum
eas emere vilius, ſiquidem merces vltroneæ, &
quando rogatur emptor, vileſcunt, ex eo quod
ex modo vendendi minuitur pretium rei, & merces
efficiuntur vltroneæ, vt tradit Villalobos,
*tom.*1.*tract.* 21.*difficult.* 6. *n.* 20. Nauarra, Bonac.
quos refert, & ſequitur Diana, *p.* 1.*tract.*8.*reſol.*78.

10 Nec obſtat lex 22. *tit.* 11.*lib.*5. *nouæ recopilationis*,
in qua damnatur mercator, qui credito vendit,
ſi iterum emat pecuniæ numerata quocunque
pretio, & ſi quæ aliæ dantur leges municipales.
Reſpondeo namque, eam legem, & ſimiles procedere
contra vendentes, & iterum ementes pretio
iniuſto, non vero pretio iuſto, vt explicant
Palatius & Azebedo, apud Magiſtratum Salas, *tract.
de venditione, dub.*37.

11 Ad ſecundum vero quod à me quæris, an poſſet
vendere credito ratione periculi, cui expone-
tis perdendi capitale petere aliquod ſupra ſortem
principalis abſque labe vſuræ? Reſpondeo etiam
affirmatiue. Ita docet Sylu. *verbo vſura* 1.*q* 35. Medina,
*codice de reſtitutione q.*38. *§ ad tertiam*: Marcus
Serra, 2 2.*q.*77 *art.*1. *dub.*4. Ledeſma, 2.*p. ſumma*
tract. 8. *cap.* 33. *concl.*27. Aragonius, 2.2.*q.*77.*art.*4.
Conrad. 1.*p. reſponſ. caſuum, q.*130 Rebell. *p.* 2 *lib.*
9. *q.* 12. Bonac. Malder. Rodrig. & alij, quos refert,
& ſequitur Diana, *p.*1.*tract.*8 *reſol.*37. *&* 57 & alij,
quos refert, & ſequitur Amadæus Guimenius, *de
vſuris propoſitione* 1.*n.*1.

Ratio eſt, quia periculum amittendi principale, 12
eſt pretio æſtimabile, & non tenetur quis illud
gratis ſubire; ergo ratione illius poterit quis ali- 13
quid petere vltra ſortem. Confirmatur quia ratione
damni emergentis, & lucri ceſſantis poteſt vltra 14
principale aliquid exigi, ergo etiam ratione periculi
amittendi ſortem, cum hic titulus non ſit minoris
efficaciæ, nec minus honeſtet, id quod vltra
ſortem accipitur. Confirmatur 2. quia mutuans ra- 15
tione periculi, cui exponitur amittendi mutuum,
poteſt aliquid petere ſupra ſortem, vt tenent Sylu.
*verbo vſura q.*37. Marcus Serra, 2.2 *q.*77 *art.* 2. *dub.*
3. Aragonius. Couarr. Ioa. Maior, Peña, & alij apud
Salas, *tract. de vſura cap.*22 *n.*33. & *tract de venditione
cap.*14.*n.*5. Medina, *codice de reſtitutione, q.*38.
Petr. Nauarra, *de reſtitutione lib.*3. *cap* 2.*n.*343. Bonac.
*to.*2. *de contractibus d*, 3.*q.*3.*p.*5. Maior, *in* 4.*diſt.*
15.*q.*31. *caſu* 15. Fr. Ioan Henriq. *in quæſtionibus practicis
ſect.* 33.*q.*4. *n.* 10. Malderus, Rodrig. & alij,
quos refert, & ſequitur Diana, 1.*p.tract.*8.*reſol.*37.
& 57. Leſſius, *de iuſtitia, lib.*2.*cap.*2.*dub.*13. Rebellus.
*p.*2.*lib.*9.*q.*12. Imo pro hac ſententia citatur D.
Thom. *opuſculo de vſuris, cap.*10. eam tenet etiam
Mendo, *to.*1. *in bullam cruciata, d.*34 *n.*12. *& in ſtatera
opinionum, diſſer.* 6.*q.*8. *n.*57. Ergo idem poteſt
efficere vendens credito ratione periculi amittendi
pretium mercium, quas credito vendit.

Ad tertium quod à me quæris, An ratione lucri 16
ceſſantis, vel damni emergentis vendens ad creditum
poſſis expoſcere ab emente id, quod illa pecunia
lucraturus eras ſi eam ſtatim numerato acciperes?
Reſpondeo affirmatiue. Et ratio eſt, quia
venditio ad creditum eſt quoddam mutuum, ſed in
mutuo licitum eſt vltra ſortem accipere lucrum ceſſans,
& damnum emergens, vt cum D.Th. Nauarro,
Leſſio, & aliis multis tenet Bonac. *d* 3.*q.*3 *p* 4 *n.*
12. Villalob. 2.*p.tract.*32.*def.*8.*n* 4. & cum aliis Trullenc.
*lib.*7. *Decalogi, cap.*19.*dub.*9 *n.*2. *&* *dub.* 8. *n.*4.
Ergo etiam quando venditur ad creditum poteſt
aliquid peti ſupra ſortem ratione lucri ceſſantis,
vel damni emergentis, Ita cum communi ſententia
docet Trull. *lib.*7. *Decalogi, c.*20.*dub.*18.*n.*3.

Ad quartum vero quod quæris, An pro obliga- 17
tione quam accipis non petendi principale vſque
ad certum tempus poſſis aliquid exigere vltra ſortem
principalem abſque labe vſuræ? Reſpondeo
affirmatiue. Cuius ratio eſt, quia in mutuo id licet
vt tenent Marcus Serra, 2.2 *q.*78. *art.* 2. Medina, *codice
de reſtitutione q* 32. Diana, 1.*p.tract.* 8. *reſol.*
48. Caramuel, *in Theologia Fundamentali fundamento*
60. §.1. Philippus de Cruz *tract. unico de intereſſes, fol.*7.
Ledeſma, *p. ſumma tract.* 8. *cap.* 33.
concluſ. 4 *def.*2. probabile iudicat Bertrandus *in reſol.
Theolog. tract.*9.*q.*1.*art.* 4.*to.*2. Ioannes Henriquez,
in quæſtionibus practicis ſect. 33. *reſol.* 451.
Fr. Accatius de Velaſco, *tom.* 2. *reſol. moral. verbo
vſura reſol.* 455. Fr. Ioannes Martines del Prado,
*tom.*2. *Theolog moral. cap.*16.*dub.*11. Baſſæus, *in floribus
verbo vſura, n.*9. Ergo idem dicendum eſt in
venditione ad creditum, nam venditio ad creditum,
eſt quoddam mutuum vt *ſuprà* diximus.

Vnde concludo, quod in venditione tuarum mer- 18
cium, ſi rogatus vendideris ad creditum poteſt ſtatim

emere eaſdem merces ab emptore minori pre-
19 tio quam vendidiſti, vſque ad medietatem, & inſuper potes petere ab eo lucrum ceſſans, quod tanti æſtimatur, quanti lucraturus erat, ſi numerata pecunia ſtatim pretium reciperes & inſuper, potes petere ab emptore aliquid pro periculo
20 amittendi principale, cum his temporibus hoc periculum vt experientia docet ſemper illi annexum ſit, vt docet Syluester, *in ſumma verbo negotium q.* 4. Marcus Serra, 22.*q*.77. *art*. 2. *dub*. 2. Et inſuper potes petere ab eo aliquid ſupra ſortem
21 pro obligatione non petendi debitum, vſque ad tale tempus, vt aſſerunt prædicti Doctores, & hoc ſine vllo conſcientiæ ſcrupulo, nec vſuræ labe: Vale.

Legi prædictam cedulam, & cum multorum Doctorum opiniones contineret, vt commodius illi reſponderem eam mecum attuli in domum; & altera die ſequentia reſpondi.

RESPONSIO AVTHORIS.

LEgi amice ſchedulam illius Theologi, qui tuum
22 contractum ex omni parte iuſtificat, aſſerendo ad illius iuſtificationem aliquas Doctorum opiniones, ſed ſi tibi dicturus ſum, quod intelligo, huiuſmodi Theologus magis voluit prurie auribus. & lucro tuo proſpicere, quam veritatem dicere; cuius ratio eſt, quia licet aliqua vera dicat, ex mente doctorum, quos refert, multa tamen confundit. & non ea dicit, eo modo, quo à Doctoribus traduntur, quædam enim cum aliquibus limitationibus, & conditionibus aliquando vera ſunt; quibus tamen ſublatis, falſiſſima omni iure reputantur, & aliqua ab aliquibus Doctoribus dicta ſunt, quæ tamen, vel non vera, vel in bono ſenſu intelligenda ſunt. vnde ſi veritatem ſincere aſſequi pertendis, attende ea, quæ tibi dico, & ea executioni mandando ſecurus ibis.

23 Dico igitur, Verum eſſe te pro lucro ceſſante vel damno emergente poſſe petere id, quod ſperabas lucrandum, ſi in promptu haberes, aut moraliter certus eſſes, ſtatim habiturum, qui dictas merces pecunia numerata emeret, ſecus ſi non haberes; Et ratio eſt, quia ſi talem, qui certo emeret numerata pecunia non haberes, nec eum certo, moraliter ſperabas per multum tempus, non ceſſat lucrum ratione pecuniæ datæ ad creditum pro illis mercibus, vt bene cum Salone, Villalobos, & aliis notauit Trullenc. *lib* 7.*decalogi*, *cap*.20.*dub*.18.*n*.2. Ergo pro lucro ceſſante non potes vltra ſortem aliquid recipere, vnde in hoc maxime debes conſiderare, an reipſa habiturus ſis, vel non, qui numerata pecunia ſtatim dictas merces emeret, vt poſſis petere lucrum ceſſans.

Dico 2. te non poſſe merces tuas vendere ſum-
24 mo pretio cum pacto eas iterum emendi ab eodem emptore pretio infimo, ita Molina, & alij, quos refert & ſequitur Bonacina, *vbi ſuprà*, *d*. 3. *q*. 3, *p*. 5.*n*.6. Toletus.*in ſumma lib*.5.*cap*.31. *num*.3.Leſſius, *de iuſtitia lib*.2. *cap*. 21. *dub*. 16.*num*.130.Salas, *de contractibus de venditione dub*. 37. *num* 2. & *tract*. *de vſuris dub*. 17.*num*. 2. Azor, *p*. 3. *lib*. 7. *cap*. 9. *caſu* 8. Buſembaus., *lib*. 3. *tract*. 5. *cap*. 3. *num*. 8. Laiman. *tom*. 1. *ſect*. 5. *tract*. 4. *cap*. 16. *numero* 5. Mendo, *in ſtatera opinionum differt*. 6. *q*. 5. *num*. 3. & alij.

25 Et ratio eſt, quia hic contractus continet vſuram palliatam, quoad rem namque nihil aliud in eo agitur, quam ſub ea apparente ſpecie venditionis, & emptionis, accipere primum emptorem mutuos, v. g. mille aureos cum obligatione ſoluendi poſtea mille, & quingentos aureos, quod reprobatur, *in cap. in ciuitate cap. conſuluit de vſuris*. Et ratio eſt, quia emptor petiit à mercatore merces ſibi credito vendendas mille aureis, & ſtatim reemendas ab ipſo mercatore quingentis aureis, numerata pecunia, accepit quingentos aureos, & reliquit merces, & obligationem accepit ſoluendi mille aureos, hæc omnia ſub pacto fuere peracta, expendat nunc vnuſquiſque, quid re ipſa differat contractus à petitione, ex conceſſione mille aureorum ſub mutuo cum pacto ſoluendi mille quingenta, ego nullum reperio diſcrimen, ſed ſolum video interponi illam apparentem ſpeciem venditionis, & reemptionis, vt nomen mutui cum vſura non audiatur

Sed quid refert nomen mutui non audiri, ſi re 26
ipſa mutuum eſt, non venditio, & ibi vſura palliata datur, ſane ſi is contractus liceret, tolleretur de medio vſura, & facile omnes vſuræ cohoneſtari poſſent; licet igitur venditio pretio ſummo iuſto ſit licita, & emptio pretio infimo iuſto ſit licita, attamen vt coniunctæ cum illo pacto, non ſunt licitæ, quia includunt vſuram, & tranſeunt ad ſpeciem mutui cum lucro ex eo prouenientes & hoc verum eſt etiamſi non præcedat expreſſum pactum reemendi, ſi ex circunſtantiis cognoſcat venditor ad hoc à ſe merces credito vendendas maiori pretio poſſit, vt illico ipſimet reuendantur minori pretio numerata pecunia, & eo animo eas vendere ſimulet, ſiquidem vſuram imbibit mentalem, & re ipſa perinde ſe habet, ac ſi in animum haberet mutuum præbere cum intentione accipiendi lucrum ex illo.

Quod ſi abſque pacto, nec cognitione animi 27
emptoris, qui reuenditurus eſt merces ei vendat merces credito pretio ſummo iuſto, ſincere credens eum eas emere ad vſum, ſicut à cæteris emuntur, & poſt celebratum contractum venditionis eas emptor vellet vendere, poteſt primus venditor ipſas reemere pretio infimo iuſto, pecunia numerata: Nam in hoc contractu ſub his terminis celebrato nihil illicitum apparet, cum in eo nulla fraus detur, & illas merces alius poſſet emere eo pretio infimo iuſto, nec in coniunctione vtriuſque contractus quidquam eſt malitiæ, cum non interuenerit pactum, aut intentio pacto æquiualens; ſed bona fide peracta fuerit prima venditio, & poſtea reemptio abſque dolo fiat, & aliunde, vt ſuppono, nullum inde ſcandalum datur; quod autem lucrum proueniat mercatori ex contractibus nihil obeſt, cum id ex licita negotiatione accreſcat, cum igitur Domine mi merces tuas vendas cum pacto, vel ſaltem cum cognitione, quod ideo à te credito petuntur ſummo pretio, vt tibi iterum pretio infimo vendantur, inde eſt, quod vſuram committis in tali venditione, & emptione, & teneris ad reſtitutionem illorum quingentorum aureorum, quos accepiſti vltra ſortem, per quod patet ad rationem allatam pro defenſione huius pacti, nam illa coniunctio contractuum cum dicto pacto, vel cognitione reuenditionis minori pretio, eſt vſura palliata, & prorſus illicita, & reiicienda.

Ad illud vero quod dictus Theologus dicebat 28
te poſſe aliquid accipere vltra ſortem ratione periculi cui exponeris perdendi pretium illarum.

Reſpon

Reſpondeo illam doctrinam verum eſſe cum his
conditionibus: Prima, vt periculum ſit verum, ſæ-
pe enim tale periculum non datur, vt infra dice-
mus. Secunda, vt venditor non cogat emptorem,
29 vt ſe potius quam alium fideiuſſorem pro pericu-
lo præſtando accipiat. Tertia, eſt vt non accipiat
pluſquam ipſe libenter alteri daret, ſi neceſſe fo-
ret. Quarta, vt ſignificet emptori, quo titulo tan-
tum exigat, præſertim ſi dubium ſit, an illi pla-
30 ceat, nam forte nollet eo titulo quidquam dare, &
ratio horum eſt, quia exponere ſe tali periculo,
ſi vere, & re ipſa datur, eſt pretio æſtimabile;
ergo ſicut poteſt venditor petere ab emptore fi-
deiuſſorem, poterit ipſe venditor hoc periculum
ſubire, dummodo ad id non obliget emptorem,
non enim debet eſſe prioris conditionis venditor,
eo quod beneficium præſtat, quam alij, vt bene
Bonacina, *d. 2. p. 2. q. 2. p. 4. num.* 18. & cum Villa-
lobos, Trullenc. *lib. 7. Decalogi, cap.* 2. *dub.* 18. *n.* 4.
His igitur obſeruatis circumſtantiis, licitum exi-
ſtimo illud lucrum acceptum pro periculo amit-
tendi pretium mercium venditarum, quæ cum di-
ctus Theologus non diſtinguat, omnino reiicien-
da eſt, quoad hoc punctum illius reſolutio. An
vero, Amice Domine, pro tali periculo vero poſſis
petere tantam ſummam quantam ipſe poſtulas, ab
illo emptore, de quo eſt ſermo, tu conſidera, an
ſi fuiſſes emptor, tantum dares pro tali periculo,
& ſi tantum non eras daturus, quod tibi non vis
alteri ne facias, vt diximus in tertia condi-
tione.

Ad illud vero, quod dictus Theologus dice-
31 bat; venditorem poſſe aliquid accipere ſupra ſor-
tem pro obligatione, quam accipiebat non pe-
tendi debitum vſque ad certum tempus. Reſpon-
deo hoc falſiſſimum eſſe, eſt enim manifeſta vſu-
ra aliquid exigere pro dilatione ſolutionis, ſi alias
res vendita fuit pretio ſummo. Ita cum commu-
ni ſententia Trullenc. *lib. 7. Decalogi cap.* 20. *dub.*
32 18. *num.* 1. Et ratio eſt, quia dilatio ſolutionis eſt
quoddam mutuum implicitum, ſed in mutuo vltra
ſortem nihil communiter recipi poteſt: ergo. Tum
quia ea carentia pecuniæ, ad tale tempus eſt in-
trinſeca, & eſſentialis mutuo; ergo ſicut pro mu-
33 tuo non poteſt lucrum accipi abſque labe vſuræ
ita neque, pro ea carentia, aut pro obligatione non
repetendi pecuniam intra certum tempus, & ita
tenent Leſſius *lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 14. Molina, *tract.*
2. *d.* 308. *n.* 8. Reginaldus, *lib.* 23. *n.* 52. Amicus,
tom. 5. *d.* 20. *ſect.* 8. *n.* 131. Lugo, *de iuſtitia, tom.* 2.
d. 25. 57. Laiman, *tom.* 1. *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.*
16. *num.* 8. Ex quibus aliqui dicunt contrariam
ſententiam eſſe periculoſam, & vſuris expoſitam,
& ex ea totam quæſtionem de vſuris ad quæſtio-
nem de nomine reuocare, ſiquidem nullus contra-
ctus eſſet vſurarius, cum in eo pro carentia pecu-
niæ, aut dilatione in ſolutione poſſet apponi titu-
lus lucri licite acquirendi vltra ſortem.

34 Nec obſtat quod qui ſuſcipit obligationem mu-
tuandi ad libitum mutuatarij poſſit aliquid vltra
mutuum accipere; ergo etiam poterit qui ſe
obligat ad non petendum mutuum, niſi poſt cer-
tum tempus. Non obſtat inquam. Reſpondeo
namque, negando conſequentiam. Nam poteſt
quis accipere pretium pro actione ex ſe primo
æſtimabili, cum eam peragere non teneantur, ta-
lis eſt obligatio mutuandi ad libitum mutuatarij,
& actio fideiubendi pro alio, & ſimiles; at pro
mutuandi actione, nihil accipi poteſt, cum vſura
ſit lucrum proueniens ex mutuo, quod prohibitum
eſt lege naturali, diuina, & Eccleſiaſtica, expe-
ctare autem tempus ad recuperandum mutuum, eſt
prorogatio beneficij gratuiti mutui.

Dices qui priuat ſe inſtrumento, quo laborat 35
ad aliquod tempus, poteſt ob id aliquid accipe-
re, ergo qui priuat ſe pecunia per aliquod tem-
pus, poteſt etiam aliquid accipere. Reſpondeo
negando conſequentiam. Nam qui priuat ſe in-
ſtrumento huiuſmodi, locat illud retinens illius
dominium, & pro locatione accipit lucrum lici-
tum, at mutuans non locat pecuniam, ſed trans-
fert dominium illius in mutuatarium, pro qua
tranſlatione lucrum nequit accipere, nam id eſt
vſura. Et ex his reiiciendus eſt Fr. Philippus à
Cruce, *tract. des intereſſes, fol.* 7. aſſerens mutua-
tarium aſſerentem ex gratitudine donare aliquid
pro mutuo teneri obligatione ciuili ad illud ſol-
uendum, hæc enim obligatio ex inſtrumento
publico, quod fieri poſſe ille tuetur, eſt vſuraria,
& omnino reiicienda, vt communis ſententia do-
ctorum docet.

Ex quibus omnibus concludo, & dico, amice 36
Domine, te non poſſe licite, & abſque vſura ali-
cui vendere merces tuas credito ſummo pretio
cum pacto de reemendo illas infimo pretio, nec
cum cognitione, quod talis reemptio poſt cele-
bratum contractum venditionis poſtuletur, po- 37
teris tamen ab emptore tuarum mercium credito
poſtulare lucrum ceſſans, ſi ſtatim certo habeas,
qui numerata pecunia illas emeret, vel moraliter
certo illum ſperabas, ſecus ſi talem certitudinem
moralem non habebas, vt fere nunquam habent
mercatores, cum raro ſint qui tales telas aureas
emant, vnde hoc conſcientiæ tuæ remitto. Pote-
ris etiam aliquod poſtulare pro periculo recupe-
randi pretium, quantum tu ipſe dares pro tali 38
periculo, ſi pecuniam ab aliquo mutuatam poſtu-
laſſes, & dummodo tale periculum vere detur, vt
infrà dicemus, & niſi emptor alium fideiuſſorem
aſſignet, nullo vero modo poteris aliquid pete-
re pro obligatione non petendi pecuniam debi-
tam per tantum tempus, neque aliquid gratis 39
oblatum ex obligatione ciuili, vel contractu
per ſcriptum celebrato, pro tali obligatione 40
accipere.

Vnde ſtando in hac doctrina, quam veram re-
puto, debes dicto emptori reſtituere quingentos 41
illos aureos, quibus illum defraudaſti, emendo
telam illam auream pretio infimo per medieta-
tem, quam antea vendideras pretio ſummo, ſi-
quidem ſciebas ideo à te poſtulari talem venditio-
nem credito ſummo pretio, vt ſtatim reemeres
dictam telam auream infimo pretio numerata pe-
cunia. Debes etiam demittere illos viginti quin-
que aureos, quos poſtulaſti pro obligatione non
poſtulandi pretium debitum per tantum tempus;
& ſi forte re ipſa non erat periculum amittendi
ſortem non potes pro tali periculo aliquid acci-
pere, ſæpe enim tale periculum, non eſt, vt ſi
mutuatarius potens eſt ſoluendo, & eſt homo in-
duſtrius, verax, & de quo non datur moralis, &
veroſimilis præſumptio, quod non ſit ſoluturus,
vt docet Soto, *de iuſtitia, lib.* 6. *q.* 4. *art.* 1. *ad pri-
mum*, Azor, 3. *p. lib.* 7. *cap.* 7. *quæſito vltimo*. Re-
ginaldus, *lib.* 25. *num.* 211. Salas, *tract. de vſuris,
d.* 23. *num.* 7. & patet, *ex cap. Nauiganti in ciuitate
de vſuris*; Dicere enim quod ſemper datur tale
periculum, vt voluere Syluester, *in ſumma verbo*

negotium, q.4. Marcus Serra, 2.2. *q.75.art.2.dub.2.* eſt cohoneſtare omnem vſuram. ſemper enim poſſet acquiri lucrum ex mutuo, ſi id ſemper vetum eſſet, quod tamen reprobatur à D. Antonino, 3. *p. tit.* 8. *cap.*3. §.1. quem multi, & grauiſſimi Doctores ſectantur, vt notauit Mendo *in ſtatera opinionum diſſert.*6.*q.*8.*n.* 58. Solum ergo licitum erit tale lucrum pro dicto periculo, quando dantur conditiones, quas ſupra aſſignauimus, quæ ſi dantur in præſenti caſu, tu Domine conſidera, & Vale.

CONSVLTVM C.

De filio an teneantur denunciare Patrem ſuum hæreticum cum periculo vitæ, & honoris, & diuitiarum.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Aliqui Doctores dixerunt non teneri quempiam denunciare patrem hæreticum.*
3 *Alij dixerunt non teneri quempiam denuntiare hæreticum, ſi timeat probabiliter amiſſionem vitæ, famæ, aut bonorum ex denuntiatione.*
4 *Filius tenetur denuntiare patrem hæreticum, vel alium ſanguine coniunctiſſimum.*
5 *Tenetur denuntiare hæreticum, etſi timeat periculum graue vitæ, famæ, vel diuitiarum, ſibi imminere.*
6 *Præceptum denunciandi hæreticum, etiam occultum, eſt diuinum.*
7 *Obligat omnes ſub quocunque periculo.*
8 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
9 *Quilibet iure naturali tenetur ſuccurrere bono communi, etiam cum periculo vitæ, famæ, & diuitiarum.*
10 *Crimen hæreſis tendit in damnum commune.*
11 *Quid ſi denunciator non poſſit crimen probare.*
12 *Filius tenetur denuntiare patrem, qui ſit hoſtis patriæ.*
13 *Hæreticus æquiparatur hoſti patriæ, imo peior eſt illo.*
14 *Crimen læſæ Majeſtatis humanæ denuntiandum eſt, etſi delinquens ſit pater.*
15 *Idem dicendum eſt de crimine læſæ Maieſtatis diuinæ.*
16 *Occurritur obiectioni in contrarium.*
17 *Occurritur alteri obiectioni in contrarium.*
18 *Ordo charitatis poſtulat vt bonum priuatum, etiam proprium bono publico poſtponatur.*
19 *Bonum fidei eſt bonum publicum.*
20 *Non eſt impietas, quod filius patrem hæreticum denuntiet, ſed potius eſt quoddam genus pietatis.*
21 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*
22 *Ponitur alia obiectio, & ſoluitur.*
23 *Filius denuntians patrem hæreticum bene tractandus eſt à Dominis inquiſitoribus.*
24 *Filius denuntians patrem hæreticum non debet timere minas ipſius parentis.*
25 *Denuntiatus pendente denuntiatione à teſtimonio repellitur contra denuntiantem.*
26 *Excipe crimen hæreſis propter criminis atrocitatem.*
27 *Teſtes in hoc caſu, etiam in crimine hæreſis non ſunt integræ fidei.*
28 *Domini inquiſitores tunc maxime attendere debent euentum cauſæ.*
29 *Notandi ſunt, an denunciant denuntiationem procuraſſet ad vitandum denuntiati teſtimonium.*
30 *Denuntians non debet timere, quod à denuntiato occidatur.*
31 *Si forte occidatur patienter ferat.*
32 *Filius tenetur patrem hæreticum denuntiare nulla præcedente correctione fraterna.*
33 *Non excuſatur ob timorem probabilem mortis, vel ob amiſſionem famæ, vel diuitiarum.*
34 *Filij Iudæorum ordinarie ſequuntur, & imitantur ſuorum parentum hæreſes.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM homo ſanguine Hebræo maculatus forte inuenit ſuum Patrem, & alium 1
fratrem in quadam domo Iudaizantes, qui cum ab eo peterent, vt idem efficeret, & ipſe noluiſſet, eum minati ſunt, quod ſi eos dominis inquiſitoribus denuntiaſſet, & ob id comprehenderentur, eos ſtatim confeſſuros eſſe ſuum crimen, & dicturos prædictum denuntiatorem cum illis Iudaizaſſe, & quod ſi id non ſufficeret, vt ab inquiſitoribus pro tali delicto puniretur, poſt egreſſum illorum ab inquiſitione, eum per ſe, ſiue per alios occiſurum eſſe; erant enim perſonæ diuites, potentes, & magnam habebant familiam, & ſolitæ minas exequi, ob quod perterritus iſte homo ex vna parte, timens incidere in excommunicationem, ſi non denuntiaret prædictos patrem, & fratrem, & ex alia parte timens infamiam inde ſibi prouenturam, & timens quod ab illis etiam denuntiaretur, vel ſaltem mortem, quam procul dubio, ſi liberi euaderent ei procuraturos certo timebat, acceſſit ad me, &

Quæſiuit, an cum tanto onere teneretur patrem ſuum, & fratrem denuntiare, vel poſſit deſiſtere à denuntiatione.

RESPONSIO AVTHORIS. 2

RESpondi aliquos authores dixiſſe filium non teneri denuntiare patrem hæreticum. Ita Alexander de Alex. *p.*3.*q.*33. *membro* 4. *art.*2. *dub. vltimo*, Rojas, *ſingulari* 12.*n.*2.*& ſingulari* 5.*n.*29. Riccius, *p.* 3. *deciſione* 278. *num.* 8. Ioannes Valerus, *in differentiis vtriuſque fori verbo hæreſis differ.* 1. *num.* 4. Idem docent caſu, quo pater non dogmatizat, aut filios hæreſi imbuat, Simancas, *lib. de Catholic. inſtit. tit.* 29. *num.* 4 Genuenſis, *in praxi cap.* 18. *num.*9. Thom. Hurtado, *tom.*2.*tract.* 6.*reſol.* 36.*num.*107.*& reſol.* 37. Nec diſplicet hæc 3
ſententia Candido, *tom.* 2. *diſquiſitione* 5. *art.* 3. *dub.* 4. Et non teneri quempiam denuntiare hæreticum, ſi timeat probabiliter amiſſionem vitæ famæ, aut bonorum ex denuntiatione foro ſequendam docent Santarellus, *in tractatu de hæreſi cap.* 9. *num.* 16. Citans pro hac ſententia Peñam, & Scacciam, Homobonus, *de caſuum reſeruatione p.* 2.*cap.* 1. Marcus Serra, 2.2. *q.*68. *art.*1. Peirinis, Genuenſis, Abulenſis, & alij apud Dianam, *p.*4. *tract.* 4.*reſol.* 8. Accatius de Valeſco, *tom.*1.*verbo accuſare*

accuſare reſol. 16. *num.* 3. Lezana, Acuña, Ioan-
nes Sanctius, Souſa, quos refert, & ſequitur
Diana, *part.* 4. *tract. quinto, reſol.* 19. Trullenc.
Thomas Hurtado, & alij quos citat & ſequi-
tur Leander, *de ſacramentis de pœnit. tract.* 5.
d. decima tertia, quæſt. 42. Quod intelligunt
dicti Doctores, niſi ea delicto timeatur probabi-
liter publica pernicies, cui poſtponendum eſt dam-
num priuatum.

Verum ex hac ipſa limitatione, quam om-
4 nes prædicti Doctores apponunt ſuæ ſententiæ
colligo ego teneri quempiam denuntiare hæ-
reticum, etiamſi ſit pater, mater, frater, vxor,
vel alius ſanguine ſtrictiſſime coniunctus. Ita
Suarez, *de fide diſp.* 20. *ſectione* 4. *numero* 21.
Toletus, *libro* 3. *ſumma, cap* 1. *numero* 10. Azor.
tom. 1. *libro* 2. *cap.* 2. Hurtado de Mendoza, *de
fide. d.* 183. *ſect.* 3. *ſubſect.* 1. Baldellus, *tom* 2.
diſp. 60. *numero* 16. & 18. Sanchez, *lib.* 6. *conſil.
cap.* 2. *dub.* 19. Theophilus Raynaudus, *de moni-
toriis, p.* 1. *cap.* 3. *q.* 11. Gaſpar Hurtado, *de fide
diſp.* 2. *difficult.* 8. Fagundez, *tomo* 1. *decalogi libro
primo, cap.* 26. *numero* 16. Et idem dicendum eſt,
5 ſi timeat periculum graue vitæ, famæ, vel di-
uitiarum ſibi imminere. Ita Fagund. *in decalog.
tract.* 2. *libro* 4. *cap.* 3. *numero* 31. Genuenſis; *in
praxi cap.* 18. *numero* 8. Carena, *de officio in-
quiſitionis, part.* 2. *tit.* 9. § 7. *numero* 34. Men-
do, *in ſtatera opinionum differtu.* 1. *quæſt.* 11.
numero 122.

6 Ratio fundamentalis eſt, quia præceptum
denuntiandi hæreticum, etiam occultum eſt di-
7 uinum; ergo omnes, & reſpectu omnium, &
ſub quocunque detrimenti periculo obligat;
Antecedens patet *ex Deuteronom o cap.* 13. vbi di-
citur, *ſi tibi perſuadere voluerit frater tuus vel
filius, vel vxor, vel amicus, clam dicens eamus,
& ſeruiamus Diis alienis non acquieſcas ei, nec au-
dias, aut parcat ei oculus tuus, vt miſerearis, &
occultes eum, ſed ſtatim interficies. ſit primum ma-
nus tua ſuper eum & poſtea omnis populus mittat
manum*: hoc eſt ſtatim eum denuntia. & ad in-
ternecionem vſque proſequere; atqui relatiuo-
rum eadem eſt ratio; ergo idem præceptum di-
uinum vrget, ſi parens, aut maritus, illud perpe-
8 trent crimen.

Nec obſtat ſi dicas, hunc textum loqui de
Idololatria. & Apoſtaſia à fide. Nam contra hoc
eſt; quod hæreticus verum Deum deſerit cum eius
fidem rectam non teneat. vndequaque. Vnde hæ-
retici, qui alia ab Eccleſia dogmata tenent, Deos
alienos adorare, & eſſe veros Apoſtatas a fide, di-
cunt S. Hieronym. & S. Aug. vt notauit Sanctarel-
lus, *c.* 9. *n.* 1. Carena, *de officio S. Inquiſit. tit* 9 § 1. *n.* 2.

9 Secundo probatur Quia quilibet iure naturali
tenetur ſuccurrere bono communi, etiam cum pe-
riculo vitæ, famæ, & bonorum fortunæ, vt cum
D. Thoma, Salon, Bonacina, Aragonio, & aliis
communiter notat Genuenſis, *in praxi, cap.* 18. *n.* 1.
Carena, *ſuprà, tit.* 9 § 1. *n.* 1. Sed crimen hæreſis
10 tendit in perniciem reipublicæ, & in damnum
commune; ergo quiſque iure naturali non ob-
ſtante quocunque damno, vel periculo famæ vitæ
11 vel bonorum fortunæ, tenetur illud denuntiare.

Nec obſtat quod prædictus denuntiator non
poſſit delictum hæreſis contra denuntiatum pro-
bare. Nam etiamſi non poſſit tale delictum pro-
bare tenetur illud denuntiare, quantumuis oc-
cultiſſimum. Ita Suarez, *de fide diſp.* 20 *ſect.* 4. *n.* 7.
Fagundez, *de præceptis Eccleſiæ, tract.* 1. *cap.* 3.
lib 4. *num.* 31. Gaſpar. Hurtado, *diſput.* 2. *de ac-
cuſatore diffic.* 7. Valentia. *tom.* 3. *diſp* 3. *quæſt.* 1.
part. 5. § 1. Laiman, *tom* 1. *lib.* 3. *tract.* 3 *ſect.* 5.
part. 2. *cap.* 4. *num.* 3 Eſcobar, *tract.* 5. *moralis
Theologia, cap.* 6 § 1. *num.* 137. Quidquid in con-
trarium dicant Megala, Nauarrus, Angelus, Fe-
linus, & alij, quos refert Diana, *part.* 1. *tract* 4.
reſol. 1. Et ratio eſt, quia maior eſt iactura bo-
næ fidei, & religionis, & damni publici, quod
timetur, quam iactura famæ proximi denuntian-
di, vt bene notat Valentia *ſuprà*; ergo iactura
communitatis. quæ timetur, præualere debet ia-
cturæ priuatæ.

Tertio probatur. Quia filius tenetur denun- 12
ciare Patrem, qui ſit hoſtis Patriæ, vt colligitur,
*ex l. minime, ff. de religioſis, & ſumptibus fune-
rum*; ſed hæreticus æquiparatur hoſti patriæ,
imo peior eſt illo, quia eſt Eccleſiæ hoſtis in his 13
quæ ad Deum, & ad animarum bonum ſpectant;
ergo filius tenetur patrem hæreticum denuncia-
re. Confirmatur: Quia crimen læſæ Majeſtatis
humanæ denunciandum eſt, etſi delinquens ſit 14
pater; ergo & crimen læſæ Majeſtatis Diuinæ.
Nec obſtat ſi dicas crimen læſæ Maieſtatis huma-
næ, vel proditionis patriæ in momento totam
perdere rempublicam, ſecus vero crimen hæ- 15
reſis. Non obſtat inquam, reſpondetur nam-
que, quod licet hæreſis paulatim ſerpat, ingen-
tem ferre perniciem, quia omnia perdit, cum
animas è medio tollat.

Nec obſtat ſi dicas denunciationem eſſe actum 16
charitatis, cum ordinetur ad emendationem pro-
ximi, ſed Charitas non obligat cum tanto de-
trimento proprio, quia nullus eſt magis proxi-
mus, quam quiſque ſibi; nec etiam hanc obliga-
tionem poteſt inducere præceptum poſitum ab
Eccleſia denunciandi hæreticos. Nam cum hoc
præceptum poſitiuum & humanum ſit, ab illo
excuſat metus cadens in virum conſtantem, ar-
gumento textus, *in cap.* 2. §. *cum autem*, & §.
*præterea de obſeruatione ieiunij cap. cum dilectus
de his qui ui &c.* Sed metus admittendi vitam, fa-
mam, honorem, & diuitias abſque dubio eſt metus
cadens in virum conſtantem; ergo filius cum tan-
to detrimento proprio non tenetur patrem, & fra-
trem denunciare.

Non obſtat. inquam; Reſpondetur namque, 17
hoc præceptum denunciandi hæreticos, etiam
cum proprio damno, & ſanguine coniunctiſſimos,
non eſſe ſolum Eccleſiaſticum, ſed diuinum; vnde
ſicut quis debet mortem ſubire, & omnes diuitias,
famam, patrem, & matrem, perdere antequam vio-
let præceptum non iurandi falſum, non fornican-
di, & reliqua alia præcepta diuina, ita hæc omnia
debet poſtponere, ne frangat hoc præceptum: Ad 18
illud vero quod dicitur de charitate Reſpondetur,
charitatis ordinem poſtulare, vt bonum priuatum,
etiam proprium, poſtponatur bono publico, quale
eſt bonum fidei. Nec impietas eſt dedecens filios, 19
aut parentes propter Dei fidem ſeruandam, ac ob
bonum publicum Eccleſiæ patrem, vel filios, aut
fratres denunciare, quin potius eſt quoddam genus 20
pietatis, cum ſic etiam eorum animabus conſula-
tur, quarum ſpirituale bonum æſtimabilius eſt,
quam cætera bona temporalia, quorum amiſſionis
imminet periculum.

Dices filius non tenetur ſeipſum denunciare 21
per nos: ergo nec parentem: patet conſequentia,
quia

quia denuntiando patentem ſe ipſum infamat, &
bonis paternis priuat. Reſpondetur filium denun-
ciantem patentes hæreticos non debere ſibi time-
re detrimentum adeo graue; Nam vt aduertunt
Peña, Rojas, Caſtro, Suatez, Fagundez, quos re-
fert, & ſequitur Catena, *de officio inquiſitionis,*
22 *p 2 sit. 9. §. 3 num.* 11. Quæſitores fidei ſeruatu-
ri ſunt indemnem quantum fieri poſſit filium, qui
23 denunciaret patrem hæreticum, ita vt bona hære-
ditaria non amittat, nec alias pœnas impoſitas in
filios hæreticorum à ſacris Canonibus incurrat, &
famæ ipſius proſpiciatur, ne propter dictas pœ-
nas deterreantur filij à denunciandis parentibus
hæreticis. idque olim ſtatuit Fredericus Impera-
toe, & eius conſtitutionem approbauit Innocen-
tius IV. vt refert Peña *ſuprà.* Et id ipſum colli-
gitur, *argumento legis quiſquis, §. vlt. Cod. ad
legem Iuliam Maieſtatis.*
24 Ad illud vero quod affertur de minis, quibus
Pater, & frater dictum denunciantem minati
ſunt. Reſpondetur de hoc non eſſe curandum,
& quoad minas eum accuſandi, idem cum illis
peccatum perpetraſſe, exiſtimo nihil eſt timen-
25 dum, nam denunciatus pendente denunciatione
à teſtimonio repellitur contra denunciantem, *cap.
fin de teſtibus.* vbi Abbas, *n.*6 Felinus, & cum aliis
Farinacius, *de teſtibus, lib.*2. *tit.* 6. *q.*55. *num.*168.
26 Et licet in criminibus exceptis, quale eſt hæreſis,
denunciatus admittatur in teſtem contra denun-
ciatorem propter criminis atrocitatem, iuxta *di-
ctum cap fin. de teſtibus,* vt cum Felino, & Ab-
27 bate, notat Farinacius, *ſuprà. num.* 173 Non ta-
men tales teſtes ſunt integræ fidei, & omni ex-
ceptione maiores, vt notat cum aliis Farinacius,
28 *de teſtibus lib. 6. tit. 6 quaſt. 56. num.* 71. Vnde
domini inquiſitores maxime tunc attendere, &
expectare debent euentum cauſe, & notare, an
denuncians denunciationem procuraſſet, ad eui-
29 tandum denunciati teſtimonium, vt bene cum
Abbate, & Felino, notat Farinac. *de teſtibus lib.*2.
*tit.*6.*q.*55.*num.* 117.
30 Quo ad minas vero de eo occidendo, ſi è car-
ceribus liberi exeant, de hoc etiam minus curan-
dum eſt, nam Domini Inquiſitores de hoc etiam
ſolent prouidere, quod ſi ipſi rei adeo temerarij
ſint. quod nec ſanctum Tribunal verentes, nec
etiam mortem metuentes, minas dictas exequan-
tur, & aliàs denuncians non poſſit liberari, vel
ab illorum accuſatione, quæ ob aliquas coniectu-
ras, & circunſtantias, licet in ſe falſas, effectum
tenent, vel etiam à morte ſibi ob illis inferenda
31 minata tunc denuncians patienter ferat, ſicut etiam
tenebatur mortem ſubire, ne aliquod præceptum
diuinum impingat.
32 Quapropter reſolutorie conſului dicto ho-
mini, vt fratrem, & patrem denunciaret nul-
la præcedente correctione fraterna, & ad id te-
33 neri, nec eum coniunctionem ſanguinis, aut mor-
tis metum, vel accuſationis falſæ excuſare; faxit
Deus, vt ipſe ita feciſſet, & ne parentis delictis ſe
34 immiſceret, vt frequentius ſolent efficere homi-
nes huius ſanguinis maculati.

CONSVLTVM CI.

De trina celebratione Miſſæ, quæ fit in Regno Valentiæ, an per communicationem Priuilegij, vel extentionem conſuetudinis, poſſit transferri in Regnum noſtrum Luſitaniæ, vel in aliud regnum?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus ſeu factum.*
2 *In regno Valentia eſt priuilegium dicendi tres Miſſas in die commemorationis defunctorum.*
3 *Hoc priuilegium conceſſum fuit Dominicanis Regni Valentia.*
4 *Illo communicant alij Religioſi illius regni, qui cum Dominicanis habent communicationem.*
5 *Sacerdotes ſaculares in regno Valentia poſſunt bis in eadem die celebrare*
6 *In regno Nauarra vtitur eodem priuilegio.*
7 *Hoc priuilegium fuit viua vocis oraculum Pauli III.*
8 *In Catalonia Sacerdotes vtuntur dicto priuilegio.*
9 *Quam varie locuti ſint authores de hoc priuilegio, explicatur.*
10 *Datur vera notitia huius priuilegij.*
11 *Hac trina celebratio incepit in regno Valentia ſine priuilegio.*
12 *Iulius II. ad ſuccurrendum ſcrupulis ter in ea die celebrantibus conceſſit Dominicanis, vt licite poſſeat illa die ter celebrare.*
13 *Participatum, & datum extenſioni fuit à Religioſis Aragonia, & Catalonia*
14 *In Archiepiſcopatu Cæſarauguſtane inualuit eadem conſuetudo.*
15 *Inde ad alios Epiſcopotus peruenit.*
16 *Hac trina celebratio apud clericos illorum Regnorum ortum duxit ex conſuetudine.*
17 *In religioſibus ortum duxit ex oraculo Iulij III. & Pauli III.*
18 *Priuilegium conceſſum vni, vel pluribus conuentibus mendicantium, extenditur ad omnes, tam fundatos, quam fundandos, quando ratio conceſſionis eſt præter generalem rationem.*
19 *Quando priuilegium conceditur alicui monaſterio ob titulum, qui aptari poteſt ſaltem inadaquate omnibus aliis Monaſteriis eiuſdem ordinis communicatur ab aliis communicantibus.*
20 *Idem dicendum eſt, quando eſt fauor, & gratia facta Monaſterio, aut eius religioſis vt talibus, aut ad eorum ſupplicationem.*
21 *Probatur id multis priuilegiis.*
22 *Oracula quæ ſunt religioni fauorabilia veniunt in communicatione priuilegiorum.*
23 *Ponitur obiectio in contrarium.*
24 *Ponitur aliud argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
25 *In reuocatione oraculorum facta à Gregorio XV. & Vrbano VIII. non fuere comprehenſa oracula cofirmata per bullas.*

26 Hoc

26 Hoc oraculum iam erat per bullas confirmatũ.

27 Omnia oracula conceſſa vſque ad annum 1610. ſunt confirmata per bullas.

28 Vt priuilegium conceſſum vni ordini non cenſeatur amiſſum per non vſum, ſufficit quod ſit in vſu apud aliquam Prouintiam, ſiu Conuentum ipſius ordinis.

29 Tacita renunciatio ex non vſu negatiuo, vel priuatiuo priuilegiorum regula in a mere gratioſiorum, & quæ aliis oneroſa non ſunt, ſiue iuri alterius non nocent, nunquam inuenitur.

30 Tacita renunciatio deducitur ex quadam iuris interpretatione.

31 Non habet locum, niſi in caſibus iure expreſſit.

32 Non vſus non inducit tacitam renunciationem, quando nulli nocet.

33 Priuilegium quod dat facultatem ad agendum non neceſſitat vſu priuilegij.

34 Priuilegia regularium etiam negatiua non amittuntur per non vſum.

35 Contra ea non poteſt præſcribi.

36 In regno Valentiæ datur conſuetudo apud regulares ter celebrandi in die defunctorum.

37 Conſuetudo habet vim priuilegij.

38 Priuilegia conſuetudine acquiſita veniunt in generali communicatione priuilegiorum.

39 Illud communicare poſſunt regulares communicantes, licet illo nunquam vſi fuerint.

40 Ponitur quædam obiectio in contrarium, & ſoluitur.

41 In regno Valentiæ datur conſuetudo apud clericos celebrandi in die defunctorum.

42 Conſuetudo, & preſcriptio præter ius introducta in vna Prouincia, Regno, ciuitate, vel oppido, poteſt participari ab alia Prouincia, regno, ciuitate, vel oppido, vbi eſt eadem ratio.

43 Poteſt extendi de perſona in perſonam, vbi eſt eadem ratio.

44 Conſuetudo ter celebrandi in die defunctorum ſecundum aliquos eſt præter ius, & nullo modo contraria iuri.

45 In iure non datur præceptum prohibens trinam celebrationem in eadem die ſecundum aliquos Doctores.

46 Probant id ex variis textibus, & gloſſis.

47 Si aliqua prohibitio datur in iure iuxta opinionem horum Doctorum eſt contra Sacerdotes ter in die celebrantes ex cupiditate.

48 Regulares Luſitaniæ. vel Hiſpaniæ, & multo minus clerici, non poſſunt vti priuilegia, vel conſuetudine ter celebrandi in die defunctorum, etiam per communicationem.

49 Ad eos non poteſt extendi conſuetudo, quæ datur in regno Valentiæ ter celebrandi in hac die.

50 Communicatio priuilegiorum non extenditur ad eas gratias, quæ raro, & cum magna difficultate conceduntur.

51 Hoc priuilegium ſolis illis regnis fuit conceſſum.

52 In tota Eccleſia nullibi alibi inuenitur conceſsũ.

53 Vſus talis priuilegij eſt quid exorbitans à iure communi.

54 Exorbitantia à iure communi non extenduntur.

55 In generali conceſſione non veniunt ea, quæ cum magna difficultate conceduntur, nec ea quæ quis interrogatus veroſimiliter non eſſet conceſſurus.

56 Priuilegium ter celebrandi in die defunctorum, nec per communicationem poteſt extendi ad alios religioſos aliorum Regnorum.

57 Priuilegia conceſſa aliquibus Conuentibus vnius religionis ob maximam populi illius loci deuotionem quæ circa illos habetur, non communicatur ab aliis Conuentibus eiuſdem, vel alterius ordinis.

58 Hoc priuilegium ter celebrandi in die defunctorum fuit conceſſum illi Conuentui Dominicano. & communicatum ab aliis eiuſdem regni, ob ſpecialem deuotionem illorum populorum ſuccurrendi animabus purgatorij in illa die.

59 Hæc ſpecialis deuotio numquam fuit in aliis regnis.

60 Si aliqua gratia ex his, quæ raro conceduntur conceſſa ſit aliquibus Conuentibus, vel alicui religioni, ob aliquam ſpecialem rationem non poteſt communicari ab aliis Conuentibus eiuſdem, vel alterius ordinis in quibus eadem ratio non inuenitur.

61 Probatur id variis exemplis.

62 Ratio conceſſionis huius priuilegij ter celebrandi in die defunctorum in Conuentibus regni Valentiæ, Aragoniæ, & Cataloniæ non inuenitur in aliis Hiſpaniæ Regnis, nec in Luſitania.

63 Hoc priuilegium ter celebrandi in die defunctorum fuit oraculum.

64 Omnia oracula in multorum ſententia fuere reuocata à Gregorio XV. & Vrbano VIII.

65 Tale oraculum hodie non exiſtit.

66 Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.

67 Particularis, qui rem actu poſſidet non poteſt ab ea priuari publice ex ſola opinione probabili abſque iudicis ſententia.

68 Opinio probabilis ſufficit ad contrauenienndum iuri communi, quando ius non eſt in certa poſſeſſione.

69 Dari poteſt compenſatio occulta cum ſola opinione probabili, contra actu rem poſſidentem.

70 In nullo caſu licet Sacerdoti ſine veſtibus ſacris celebrare, etiam ad vitandam mortem.

71 Non poteſt Sacerdos celebrare in vna ſpecie ad dandum viaticum infirmo.

72 Noui ritus circa Miſſæ celebrationem non ſunt propria authoritate admittendi.

73 Quæcunque præcepta Eccleſiæ, quæ vſu communi obſeruantur, non ſunt tollenda ex ſola opinione probabili.

74 Nullus Epiſcopus audebit præcipere, quod non ieiunentur feria quatuor temporum, ex ſola opinione aliquorum Doctorum, qui dixerunt in talibus feriis non dari præceptum ieiunij.

75 Dum lex obligat in foro externo, onus probandi eam euanuiſſe ſpectat ad illum, qui hoc affirmat.

76 In foro externo nulli creditur, ſine probatione.

77 Lex non celebrandi ter in eadem die viget hodie in tota Luſitania. & Hiſpania.

78 Nemo in foro externo poterit probare oraculum concedens licentiam ter celebrandi in die defunctorum non eſſe reuocatum.

79 Declaratio priuilegij in foro externo & iudiciali pertinet ad ſolum ſummum Pontificem.

80 Sine Pontificis declaratione non poteſt fieri trina celebratio in die defunctorum.

81 *Conſuetudo contra ius commune non extenditur de loco ad locum, vel de perſona ad perſonam.*
82 *Conſuetudo ter celebrandi in die defunctorum eſt contra ius commune.*
83 *Talis conſuetudo non poteſt ad alia regna extendi.*
84 *Verbum*, ſufficit, *aliquando importat præceptum.*
85 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
86 *Conſuetudo vniuerſalis dicitur forma, & quaſi alterum ius naturale.*
87 *Religioſi Valentiæ hodie ter celebrant in die defunctorum, non ex vi priuilegij, ſed ex antiqua conſuetudine.*
88 *Conſuetudo legitime introducta, omne ius, præter diuinum, & naturale, abrogat.*
89 *Quidquid poteſt princeps condere, poteſt conſuetudo legitima introducere.*
90 *Hæc conſuetudo Valentiæ ter celebrandi in die defunctorum habet omnes conditiones requiſitas ad legitimam conſuetudinem.*
91 *Conſuetudo omnia poteſt, quæ non ſunt contra ius naturale, & diuinum.*
92 *Proponuntur conditiones quæ requiruntur, vt conſuetudo legitime ſit introducta.*
93 *Hæc conſuetudo Valentiæ ter celebrandi in die defunctorum habet omnes conditiones requiſitas, vt conſuetudo ſit legitima.*
94 *Probatur hoc diſcurrendo per omnes.*
95 *Conſuetudo vnius communitatis non obligat alteram diſtinctam.*
96 *Conſuetudo vnius loci non extenditur ad alium locum, nec de perſona in perſonam, ac de caſu ad vſum.*
97 *Conſuetudo ter celebrandi in die defunctorum non poteſt extendi in regno Valentiæ ad Luſitaniam vel alia regna Hiſpaniæ.*
98 *Conſuetudo habet vim conferendi priuilegium.*
99 *In generali conceſſione priuilegiorum veniũt priuilegia acquiſita per conſuetudinem, ſi detur eadem ratio, vel ſimilis, vel quando gratia non magna difficultate conceditur.*
100 *Quod fuerit motiuum conceſſionis huius oraculi ad ter celebrandum in die defunctorum declaratur.*
101 *Ratio ob quam fuit conceſſum hoc oraculum Conuentibus Valentiæ non poteſt aptari, etiam inadæquate conuentibus Luſitaniæ, vel Hiſpaniæ.*
102 *Gratia, vel priuilegium conceſſum vni monaſterio, aut religioſis, vt talibus, participatur ab aliis Monaſteriis, quando eſt ex illis, quæ ſolent concedi, non vero quando raro, & cum magna difficultate conceduntur.*
103 *Hoc priuilegium ter celebrandi in eadem die eſt ex illis, quæ raro conceduntur.*
104 *Priuilegium conſuetudine acquiſitum tunc venit in communicatione priuilegiorum, quando datur eadem, vel ſimilis ratio.*
105 *Oracula veniunt in communicatione priuilegiorum.*
106 *Reuocatio priuilegiorum facta à Gregorio XV. non comprehendit oracula ſignata manu alicuius Cardinalis.*
107 *Reuocatio oraculorum facta ab Vrbano VIII. non comprehendit oracula, quæ in ſuo effectu principali vnicum tantum habent actum, licet ſucceſſiue tranſeuntem.*
108 *Plura oracula in ſuo effectu principali vnicum tantum habent actum, licet ſucceſſiue tranſeuntem.*
109 *Ponuntur aliqua exempla.*
110 *Aliter dicendum eſt de oraculis, quæ plures effectus independentes habent.*
111 *Reuocatio oraculorum non includit oracula confirmata per bullas, ſi dentur executioni, ſine abuſu, & ſcandalo.*
112 *Oracula conceſſa Prælatis pro bono regimine religionis non ſunt reuocata.*
113 *Idem dicendum eſt de oraculis concedentibus indulgentias pro religioſis.*
114 *Probabile eſt Gregorium, & Vrbanum reuocaſſe oracula etiam confirmata per bullas, ex quorum vſu dabatur ſcandalum.*
115 *Melior opinio docet omnia oracula confirmata per bullas non eſſe reuocata.*
116 *Oraculum ter in eadem die celebrandi non poteſt à communitatibus, quæ illo nunquam vſa ſunt executioni mandari.*
117 *Perſona priuata non poſſunt priuilegio tantum probabili operari contra ius commune actu poſſidens, cum ſcandalo ſine iudicis ſententia.*
118 *Omnia oracula confirmata per bullas non fuere reuocata à Gregorio XV. nec ab Vrbano VIII.*
119 *Hoc oraculum ter celebrandi in die defunctorum non fuit reuocatum à Gregorio XV. nec ab Vrbano VIII.*
120 *Ex vi illius per communicationem non poſſunt regulares Luſitaniæ ter in die defunctorum celebrare.*
121 *Ratio conceſſionis huius priuilegij non poteſt aptari regno Luſitaniæ, vel aliis regnis Hiſpaniæ.*
122 *Hoc priuilegium eſt veluti priuilegium locale. vel perſonale.*
123 *Tale priuilegium quando fuit conceſſum conuentui Dominicanorum Valentiæ non poterat ab aliis Conuentibus eiuſdem ordinis, etiam regni Valentiæ communicari.*
124 *Hodie licite in illis regnis ab omnibus celebratur ob conſuetudinem introductum.*
125 *Conſuetudo contra ius non poteſt extendi de loco ad locum.*
126 *Hæc conſuetudo ter eadem die celebrandi eſt contra ius commune.*
127 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
128 *Ponitur quædam obiectio, & ſoluitur.*
129 *Aliqui dicunt poſſe hanc conſuetudinem transferri de regno Valentiæ ad regnum Luſitaniæ ex diſpenſatione Epiſcoporum.*
130 *Epiſcopi poſſunt in ſua Diœceſi, quidquid Pontifex in tota Eccleſia, niſi à Pontifice aliquid eis reſeruetur.*
131 *Non datur lex reſeruans Pontifici trinam in eadem die celebrationem, iuxta aliquorum Doctorum opinionem.*
132 *Etiam ſi detur lex prohibens trinam celebrationem in eadem die, adhuc Epiſcopus poteſt in tali lege diſpenſare ſecundũ aliquos doctores.*
133 *Ponitur contraria ſententia Authoris.*
134 *Inferior non poteſt in lege Superioris propria authoritate diſpenſare.*
135 *Diſpenſatio eſt actus iuriſdictionis.*
136 *Datur præceptum Pontificium non celebranda ter in eadem die.*

137 *Dantur*

237 *Dantur aliqui caſus in quibus Epiſcopi poſſunt diſpenſare in legibus Papæ.*
238 *Referuntur prædicti caſus.*
239 *Hic caſus de quo eſt quæſtio non includitur in caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare.*
240 *Ponitur quoddam argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
241 *Ponitur aliud argumentum, & ſoluitur.*
242 *Occurritur alteri obiectioni in contrarium.*
243 *Laudabilis eſt deuotio animarum.*
244 *Magis laudabilis eſt amica veritas.*
245 *Authoris vltima concluſio.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN regno Valentiæ ſolent Sacerdotes regulares dicere tres Miſſas, & ſæculares duas in die commemorationis defunctorũ 2. die Nouembris, vt teſtantur aliqui Doctores dicentes id facere ex priuilegio Pontificio conceſſo Fratribus, S. Dominici, vt teſtatur Ledeſma. *p. 1. de Eucharistia, cap. 19. dub. 5. concluſ. 6 in editione Barchinonenſi, pag. mihi* 183. Et idem teſtatur Lugo, *de Sacramento Euchariſtiæ d. 2. ſect. 1 n.* 43. idem affirmat Leander, *de Sacramentis, tract 8. d. 5. q. 42.* Marcus de Huertos, *de ſacrificio Miſſæ, q. 13.* Gabriel Henao *de ſacrificio Miſſæ, p. 2 d. 22. ſect. 2. n 2. & p. 3. d. 18 ſect 21. n. 320* & alij.

Quæſiuit igitur à me Excellentiſſimus Dominus meus, D. Petrus ab Alencaſtro meritiſſimus Dux Auerij in Regno Luſitaniæ, An in Regno Portugalliæ, per communicationem dicti Priuilegij poſſint ſaltem Religioſi huius Luſitaniæ Regni vti dicto priuilegio, dicendo tres Miſſas in die commemorationis defunctorum.

RESPONSIO AVTHORIS.

EXcellentiſſime Domine alacri animo deſidero ſatisfacere tuæ interrogationi, ſed quia res obſcura eſt, ideo aliqua mihi prius pertractanda, antequam deueniam ad reſponſionem, quam a me poſtulas, vel, vt melius loquar, quam mihi imperas, & in primis referam, quid de hac re dicant Doctores, quos vidi, deinde dicam quid cenſeam.

2 In primis P. Ledeſma, *p. 1. de Euchariſtia cap. 19. dub. 5. concluſione 6.* ait: *Aduertendum eſt, quod in Regno Valentiæ propter particulare Priuilegium conceſſum noſtris Religioſis Dominicanis poſ-*
3 *ſunt hi ter celebrare Miſſam in die Animarum, & hoc priuilegium eſt in vſu, & eo fruuntur per viam communicationis alij Religioſi.* Idem ait Rodri-
4 guez, *in ſumma, tom. 1. cap. 247. concl. 5.* addit tamen hoc priuilegio ſolum communicare Religioſos. quibus eſt communicatio cum Dominicanis in Regno Valentiæ, non tamen extra. Et Lugo, *de Euchariſtia, d. 2. ſect. 1. num. 43.* ait. *Hoc*
5 *Priuilegium bis celebrandi in die commemorationis defunctorum 2. die Nouembris habent Sacerdotes ex conceſſione ſedis Apoſtolicæ in regno Valentiæ in Hiſpania.* Et Leander à ſanctiſſimo Sacramento, *tom. 2. de Sacramentis tract. 8. d. 5. q. 42.* ait: *In Regno Valentiæ in Hiſpania poſſunt Sacerdotes celebrare ex conceſſione ſummi Pontificis.* Et addit quod non poteſt ſic fieri extra Regnum Valentiæ.

F. Ant. à Spir. Sanct. Conſult. var.

Et Marcus de Huertos idem docet, *de ſacrificio Miſſæ, quæſt. 13.* vbi ait: *Aliquibus in locis eſt Priuilegium, & poteſt etiam Sacerdos dicere tres Miſſas, quo priuilegio gaudet Conuentus iſte, S. Iacobi Dominicanorum ciuitatis Pampelonenſis.* Ex 6
quibus verbis colligit Leander *ſuprà* quod hoc priuilegio non ſolum in Regno Valentiæ, ſed etiam in Regno Nauarræ, poſſe religioſos vti. Et noſter Elias à ſancta Thereſia, *de legatione Eccleſiæ triumphantis ad militantem, lib. 3. cap. 50. n. 3.* adducit Priuilegium conceſſum pro Regno Poloniæ, ad preces Regis Vladiſlai, vt teſtatur Henao. *p. 2 d. 22 ſect. 2. n. 20. de ſacrificio Miſſæ,* vbi idem Henao ait: *Occaſione trium Miſſarum monuit Cardinalis Lugo poſſe Sacerdotes in Regno Valentiæ bis celebrare in die commemorationis omnium defunctorum ratione priuilegij à ſede Apoſtolica conceſſi, eſſeque in more poſitum reſpectu Sacerdotum ſæcularium, teſtatur* Trullenc. *lib. 3. de Sacramentis, cap. 8. dub. 10. num. 3. ſcribens in eodem Regno Valentiæ, non reuocans ad expreſſum priuilegium, ſed ad implicitum ſummi Pontificis ſcientis, & conſentientis.* Et Garcia, *tract. 3. de excellentia Sacerdotij difficult. 2. dub. 5 num. 6. ex eadit priuilegium, aut vſum Valentinum ad tres Miſſas.*

Et *p. 3. d. 18. ſect. 21. num. 316.* addit idem Henao: *In noſtra Hiſpania multis Eccleſiis ad fauorem defunctorum in die cõmemorationis eorum duæ, aut tres celebrantur Miſſæ ab eodem Sacerdote, & anno 1540. Ex authoritate, & mandato Pauli III.* 7
Pontificis maximi dato viuæ vocis oraculo Antonius Cardinalis quatuor Coronatorum, pœnitentiariuſque Papæ, conceſſit vt in Maxima, aliiſque Eccleſiis, & capellis ciuitatis Orioleſis, celebrarentur duæ Miſſæ die omnium Sanctorum, & totidem die omnium defunctorum, cuius conceſſionis ſubſcripta manu Cardinalitia, & non vrgentis in vllius præiudicium, nunc etiam extat vſus. Et *n. 319.* proſequitur idem Henao. *Patres prædicatores Prouinciæ Aragoniæ in Capitulo Prouinciali apud Luchente anno 1553. denuntiarunt Iulium III. Papam ad ſupplicationem, Cardinalis Campoſtellani, viua vocis oraculo, ad ſecuritatem fratrum ſcrupuloſiorum conceſſiſſe, & confirmaſſe antiquam conſuetudinem Prouinciæ, vt abſque ſcrupulis, etiam ſine neceſſitate: poſſint fratres in die commemorationis defunctorum, tres Miſſas celebrare, iuxta quod viuæ vocis oraculum in Prouincia Aragonenſi patres Prædicatores hodie ter ſacrificant, multique alij Regulares, qui cum Dominicanis habent communicationem Priuilegiorum, & pluribus placet in hoc communicare; quia vero olim Monaſterium Pampilonenſe prædicatorum erat vnitum Prouinciæ Aragoniæ, retinet nunc conſuetudinem antiquam, & ſi ab ea Prouincia ſit diuiſum.*

Et *n. 318.* addit idem Henao: *In cæremoniali quodam ſacræ Religionis Carmelitanæ impreſſo Romæ anno 1616. lib. 2. rubrica 46. num. 5. dicitur, hic notare oportet pro conuentibus, in quibus Indulto Apoſtolico hac die Sacerdotes noſtri tres Miſſas celebrant. De alio etiam indulto Apoſtolico ad tres Miſſas in Eremitorio Sancti Antonij extra muros Calaris apud Sardiniam confuſa extat notitia, ſed quod eiuſdem vrbis extra muros in monaſterio Patrum Dominicanorum tres Miſſæ celebrantur, refertur ex fide digno teſtimonio, duæ quæ ſunt & totidem die omnium Sanctorum ex immemorabili conſuetudine in Patrum Prædicatorum Monaſterio de Huete Prouinciæ Hiſpaniæ, ſeu Caſtellanæ.*

Et addit idem Pater Henao, *n.* 319. *Sacerdotes*
8 *ſeculares Regni Valentia, & Maioria, nec non ci-*
uitates, & Archiepiſcopatus Calaritani die comme-
morationis defunctorum bis litant, vt in Prouin-
cia Catalonia, excepta Cathedral. Tortoſa, nec non
in Diœceſibus Oſca, Teruela, & Althonaſi, & non
longe ante id temporis in Barbaſtri. Tandem in Ar-
chiepiſcopatu, Caſaranguſtano, ſuffraganeiſque
Diœceſibus, ſed non in templo Archiepiſcopali, ſe-
mel, & iterum ſacrificatur die, tum ſanctorum,
tum defunctorum, qua omnia recenſuit Vaſquez de
Miranda, *diſcurſu* 2. *cap.*7.*num.* 22. *vſque ad cap.*
10. *incluſiue.*

Ecce Excellentiſſime Domine quam varie, &
9 obſcure locuti ſunt Authores. Nam Ledeſma ſo-
lum dicit extare priuilegium pro patribus Domi-
nicanis Regni Valentiæ ad ter eo die celebran-
dum. Lugo reſtrinxit ad bis celebrandum, &
ait eſſe conceſſionem ſedis Apoſtolicæ, nec di-
ſtinguit, inter ſæculares, & regulares. Leander
dicit Sacerdotes ſæculares Regni Valentiæ ex
conceſſione ſummi Pontificis poſſe die defuncto-
rum bis celebrare, Regulares vero ter. Marcus
de Huertos dicit, eſſe priuilegium eo die tres
Miſſas celebrandi, quo priuilegio dicit gaudere
Conuentum Dominicanorum Pampilonenſis, &
addit eodem priuilegio poſſe vti Conuentus Na-
uarræ; & Valentiæ, Fr. Elias à ſancta Thereſia
dicit, hoc priuilegium fuiſſe conceſſum Regi Po-
loniæ. Pater Henao dicit Sacerdotes ſæculares in
Regno Valentiæ poſſe bis celebrare in die de-
functorum ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ, Sa-
cerdotes vero Regulares ter, in Regno Va-
lentiæ non vero extra, & idem concedit pro mul-
tis locis Hiſpaniæ, vt videre eſt in illius verbis *ſu-*
prà relatis.

10 Hac igitur varietate Doctorum cum nullus af-
ferat priuilegium. Fr. Laurentius Angelus Eſpin
procurauit à fratribus Dominicanis Ciuitatis Va-
lentiæ, vt ſibi indicarent dictum priuilegium, vt
ipſe teſtatur, *conſulto* 11: *num.* 997. Et reſponſum
accepit à Reuerendo Patre Acacio March. de Ve-
laſco poſtea Epiſcopo Oriolanenſi eiſdem verbis
datis à patre Henao, *ſuprà*, *n.* 319. Circa denuncia-
tionem factam in illo capitulo Prouinciali cele-
brato in Luchente, vnde poſtquam hæc omnia
docte, & erudite conſiderauit Noſter Eſpin. *loco*
citato concludit, *num.*998. quod tota ratio, & mo-
tiuum huius trinæ celebrationis, quæ in aliquibus
Hiſpaniæ locis inualuit, ortum habuit ex eo
quod Patres Dominicani Ciuitatis Valentiæ ducti
11 natiua pietate illius nationis, ſoliciti de ſuble-
uandis cruciatibus animarum Purgatorij, cœperunt
ter celebrare die 2. Nouembris nullo ſuffragante
ad id priuilegio, ſtimulante tamen conſcientiæ di-
ctamine, interuentu Cardinalis Compoſtellani, &
pro ſedandis animis ipſorum, amouendiſque ſcru-
pulis obtinuerunt viuæ vocis oraculo à Iulio Pa-
12 pa III. facultatem ad trinam eo die celebratio-
nem. Patres Dominicanos ſecuti ſunt religioſi
aliorum ordinum, vel vt æmularentur eorum de-
uotionem, vel vt vterentur eorum per communi-
cationem priuilegio, paulatimque ita excreuit
13 ea pietas, vt diffuſa fuerit ad Regna Aragoniæ, &
Cataloniæ, in his religionibus quæ cum Valenti-
nis vnum confluunt Prouinciam, imo etiam & per-
uenit ad alios regulares, qui non ſunt ex eadem
Prouincia cum Valentinis, & Aragonenſibus, &
Cathalanis.

In Archiepiſcopatu vero Cæſaranguſtano, Sa-
cerdotibus ſæcularibus in Synodo Diœceſana ce- 14
lebrata in loco Valderrobles, obiecta fuit ea ce-
lebratio vt illicita. Tandemque illis fuit permiſ-
ſa, probata iuridice conſuetudine, bis eo die ce-
lebrandi, quæ conſuetudo peruenit ad Diœceſes
Oſcenſem, Turiaſonenſem Abbarraſinenſem,
Barbaſtrenſem. Igitur originarius fons iſtius
trinæ, vel binæ celebrationis fuit priuilegium il- 15
lud Iulij III. viuæ vocis oraculo conceſſum patri-
bus Dominicanis Conuentus Valentiæ circa an-
num 1550. quando ad ſedem Apoſtolicam fuit ſu-
blimatus Iulius III. vel ſi mauis ſit originarium pri-
uilegium Antonij Cardinalis quatuor Coronatorum
conceſſum de mandato, & authoritate viuæ tamen
vocis oraculo, a Paulo III. qui infulatus fuit Pon-
tifex anno 1534.

Ex quibus omnibus concludo, quod iſta duplex 16
celebratio in die defunctorum apud clericos ſæcu-
lares in illis Regnis ortum habuit ex conſuetudi-
ne antiqua, in religionibus vero illa trina celeba-
tio ortum duxit ex illo priuilegio viuæ vocis ora-
culi Iulij III vel Pauli III. His ergo ſuppoſitis
tota difficultas eſt An in Regno Luſitaniæ Do-
minicani, vel alij Regulares, vel etiam Clerici ſæ- 17
culares, poſſint hodie vti dicto priuilegio con-
ceſſo Dominicanis Regni Valentiæ per commu-
nicationem priuilegiorum, vel ex alio quocunque
titulo.

Proponitur ſententia affirmans.

ET videtur affirmatiue reſpondendum: Nam 18
vt diximus, *conſulto* 73. *n.* 3. & ſequentibus.
priuilegium conceſſum vni, vel multis conuenti-
tibus mendicantium extenditur ad omnes, tam
iam fundatos, quam fundandos, quando ratio con-
ceſſionis eſt propter generalem rationem, vt dixi
in noſtro Directorio Regularium tract. 1.*d.*1. *ſect.*3.
*n.*46.& docet P. Fr. Petrus ab Angelis, *in ſpeculo*
priuilegiorum, *d.*2 *ſect.* 2.*n.*16. & clarius conſtat, *ex*
Bulla Iulij II. quæ incipit *Dudum*. & ex aliis bul-
lis. quas loco citato retuli; ſed ratio conceſſionis
huius priuilegij eſt omnibus conuentibus mendican-
tium eadem, & generalis; ergo omnibus competit
per communicationem. Minor patet quia ratio con-
ceſſionis huius priuilegij fuit deuotio erga animas
Purgatorij; ſed hæc deuotio eſt communis, non ſo-
lum omnibus religioſis mendicantibus Regni Va-
lentiæ, Aragoniæ, & Cataloniæ, ſed etiam Hiſpaniæ,
& Luſitaniæ, vbi hæc deuotio animarum maxima
eſt; ergo tale priuilegium ab omnibus mendicantibus
Hiſpaniæ, & Luſitaniæ, communicari poteſt.

Confirmatur 1. quia quando priuilegium con- 19
ceditur alicui monaſterio, ob titulum, qui aptari
poteſt ſaltem inadæquate omnibus aliis eiuſdem
ordinis Monaſteriis, ſeu vt gratia, & fauor factus 20
Monaſterio, aut eius religioſis, vt talibus, aut ad
eorum ſupplicationem, tunc omnia alia Monaſte-
ria eiuſdem ordinis, & aliorum communicantium
participant idem priuilegium, vt patet ex priuile- 21
gio Pij IV. conceſſo ordini S. Hieronymi in Hiſpa-
nia in hunc modum: *Prarogatiua, indulta tempo-*
ralia, fauores, & gratia, ordini, & ſingulis, & cuiuſuis
monaſterij, per quoſcunque Romanos Pontifices præ-
deceſſores ſuos, ac per ſe, & ſedem Apoſtolicam, eiuſ-
que legatos, & nuntios in genere, vel in ſpecie conceſ-
ſa,

ſa ad omnia & ſingula Monaſteria ordinis, tam virorum, quam mulierum, quibus ea ſpecie conceſſa non ſunt, & in quibus alia cauſa conceſſionis, & indultorum prædictorum, alias quam, vt præfertur ſuberat ad id, vt illa monaſteria illis pariformiter vti, frui, & gaudere poſſint, authoritate Apoſtolica extendit, & ampliauit. Quod priuilegium etiam confirmauit Paulus III. vt refertur à Manuale, *tom.3. q.55. art. 9.* & Miranda, *tom.2. q. 46. art.7.* Et eandem conceſſionem confirmauit Clemens VIII. Præmonſtratenſibus, & Iulius II. Minimis, & alij Pontifices aliis Religionibus, vt videre eſt apud Crus. *Epitom. lib. 2. cap. 3. concl. 3.* quam conceſſionem tam ad priuilegia conceſſa, quam concedenda extendi adſtruunt omnes Doctores; ſed titulus ob quem fuit conceſſum hoc priuilegium illi Monaſterio S. Dominici Valentiæ aptari poteſt omnibus aliis conuentibus, tum Dominicanorum, tum aliarum Religionum, non ſolum Valentiæ, Aragoniæ, & Catoloniæ, ſed etiam Luſitaniæ, & totius Hiſpaniæ, ſiquidem titulus fuit deuotio animarum Purgatorij, quæ ineſt omnibus religioſis, etiam Hiſpaniæ, & Luſitaniæ, & alias illud priuilegium fuit gratia, & fauor facta illi Monaſterio, & eius religioſis, vt talibus, & ad eorum ſupplicationem, ergo illo gaudent omnes aliæ religiones mendicantes, non ſolum Valentiæ, ſed etiam Luſitaniæ, & Hiſpaniæ; ita in ſimili caſu Quintanadueñas, *tract. 2. ſingulari 15. numero 5.*

22 Nec obſtat, quod hoc priuilegium fuerit oraculum Nam etiam oracula, quæ ſunt Religioni fauorabilia, veniunt in generali communicatione priuilegiorum, vt notauit Fr. Petrus ab Angelis, *in ſpeculo priuilegiorum d.2. ſect.2. n.34. & 35.* Et ratio eſt, quia in bullis communicationum generalium ponitur hæc clauſula, quomodolibet conceſſa, vel quouis modo alio conceſſa; ergo licet priuilegium fuerit oraculum, venit in generali communicatione priuilegiorum.

23 Nec obſtat id quod ait Noſter Eſpin. *conſulto 31 n. 999.* ſcilicet Gregorium XV. in conſtitutione ſua, quæ incipit *Romanus Pontifex*, reuocaſſe omnia oracula, ac per conſequens etiam hoc oraculum in illa generali reuocatione fuiſſe comprehenſum. Nam contra hoc eſt, quod reuocatio Gregorij, ſolum fuit, quoad oracula, quæ non erant ſignata manu alicuius ſanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, hoc autem oraculum, vt ſuprà diximus ſignatum fuit a Cardinali Antonio, vel Campoſtellano, & de illo ipſi Cardinales teſtimonium pertribuere.

Nec etiam obſtat, quod poſtea Vrbanus VIII.
24 die 20. Decembris anno 1631. motu proprio, quem refert Lezana, *tom.1. p. 1 cap. 3. n. 10. & p. 2. verbo oraculum, n. 2. & 4.* reuocauerit omnia oracula, etiamſi à Cardinalibus eſſent ſubſcripta. Non obſtat inquam Nam talis reuocatio non comprehendit oracula, quæ iam ſortita erant ſuum primarium effectum, licet haberent tractum ſucceſſiuum in futurum, vt docet Lezana, *tom. 1. cap. 2. num. 21.* Peirinis, *tom 3. Priuilegiorum ad Conſtitutionem 18. Vrbani VIII.* Nouarius, *in Lucerna regularium verbo priuilegium, n 4.* Donatus *tract. 16. q. 5. n. 7.* Leander à Sacramento, *tract. 9. de matrimonio d. 24.* Et patet *ex quadam declaratione Sacræ Congregationis*, quam refert Peirinis, *tom. 2. Priuilegiorum ad conſtitutionem 3. Gregorij XV.* Et Pater Caſtellinus, *de electione, cap. 5. n. 3.* & Fr. Petrus ab Angelis, *in ſuo ſpeculo priuilegiorum d.8. ſect 3.* Sed hoc oraculum iam ſortitum eſt ſuum effectum, etiamſi habeat tractum ſucceſſiuum; ergo non fuit incluſum in reuocatione Vrbani VIII.

Minor in qua eſt difficultas probatur, quia actus primus priuilegij conſiſtit in acceptatione illius, poſt illius conceſſionem, actus vero ſecundus eſt exercitium illius poteſtatis conceſſæ: v. g. conceſſit Pontifex poteſtatem ad abſoluendum vndequaque ad ſe venientes à reſeruatis mendicantibus, vel diſpenſandi in votis, vel in debito coniugali, acceptarunt ipſi gratiam, nihilominus hucvſque reſpectu aliquorum, aut multorum prædicta facultate non ſunt vſi, hæc igitur priuilegia, licet ſint oracula, non cenſentur reuocata per Vrbanum VIII. quia iam ſortita ſunt ſuum primarium effectum per acceptationem, licet in exercitio reſpectu aliquorum non fuiſſent poſita, vt docet Donatus, *tractatu 16. q 4. de oraculis, n 2.* Leander a Sacramento, *tract. 9. de matrimonio, d 24* Sed hoc oraculum dicendi tres Miſſas, vel duas in die animarum fuit acceptatum, & datus executioni per multos annos ante reuocationem Vrbani VIII. à mendicantibus, imo & non mendicantibus, & Clericis ſæcularibus Valentiæ Aragoniæ, & Cataloniæ; ergo non fuit comprehenſum in illa generali reuocatione oraculorum Vrbani VIII.

Confirmatur 2. quia in dicta reuocatione oraculorum facta a Gregorio XV. & Vrbano VIII. 25
non fuere comprehenſa oracula confirmata per bullas, vt tenent Pelizarius, *tract 8 cap. 1. ſect. 5. num. 131, & 132.* Philippus a ſancto Antonio, *tract. de priuilegiis viuæ vocis oracul. dub. 1. num 15.* Lezana, *in ſumma verbo oracula, n. 7.* Peirinis, *tom. 3. priuilegiorum, cap. 12 conſt. 18. alias Vrbani VIII. in ſcholiis, num. 1.* Vidal. *in Arca Theologiæ moralis tract. de iuriſdictione inquiſitione 4. n. 1.* Hieronymus Garcia, & alij quos refert Diana, *part. 10. tract. 14. reſol. 24.* & nos diximus, *in noſtro Directorio Regularium p. 1 d 1. tract. 2. num. 17.* Quidquid in contrarium dicat cum Donato, Bordonus, & Ioannes Martines del Prado Fr Petrus ab Angelis, *in ſuo ſpeculo priuilegiorum, d.8 ſect. 6. n. 1.* 26
Sed hoc oraculum iam erat confirmatum per bullas; ergo non fuit comprehenſum in dicta reuocatione. Minor patet quia multi ſummi Pontifices ante dictas reuocationes confirmarunt, & innouarunt per bullas ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, & cum clauſula, quorum tenores, quæcunque priuilegia conceſſa religionibus, etiam ore tenus tantum, vt fecit Paulus III. Pius V. & Gregorius XIII. Clemens VIII. & Paulus V. pro Dominicanis, vt teſtatur Fr. Petrus ab Angelis, *ſuprà d 8. ſect. 6. n. 28.* Vnde concludunt prædicti DD. omnia oracula conceſſa vſque ad annum 1610. eſſe confirmata per bullas, vt teſtatur Fr. Petrus ab Angelis. *ſuprà num. 10.* & nos diximus, *in noſtro Directorio. loco citato, num. 3.* Sed hoc oraculum fuit conceſſum à Iulio III. anno 27
1553. vel à Paulo III. anno 1534. vt *ſuprà* diximus; ergo iam eſt confirmatum per Bullam Pauli V. conceſſam Dominicanis, & per alias aliorum Pontificum; ergo non fuit incluſum in dicta reuocatione Vrbani VIII.

Nec obſtat quod Regulares Luſitaniæ, vel etiam Hiſpaniæ, nunquam vſi fuerint tali priuilegio dicendi tres Miſſas in die de-

functorum. Nam vt priuilegium conceſſum
alicui ordini non cenſeatur amiſſum per non vſum
28 ſufficit, quod illud ſit in vſu apud aliquem, ſeu
aliquas Prouincias vel Conuentus ipſius ordinis,
vel alterius ordinis, cum quo communicat dicta
religio, quæ nunquam vſa fuit tali priuilegio,
vt bene notat Rodriguez; *tom.1 q. 8 art. 4. in fi-*
ne Portel, *verbo priuilegium, n.55.* Pellizarius, *tract.*
8. cap. 1. ſect. 3. q. 8. n. 14. & cum Donato Fr. Pe-
trus ab Angelis, *in ſpeculo, d. 3 ſect. 2. n. 11.* Sed
Patres Dominicani, Carmelitæ, & fere omnium
religionum vti ſunt hoc priuilegio in Valentia,
Aragonia, & Catalonia, vſque nunc; ergo licet
religioſi eorumdem Ordinum aliorum regnorum
illo non vſi fuerint vſque nunc, illo ex nunc, tam
in Luſitania, quam in Hiſpania poſſunt vti.

Nec obſtat ſi dicas dictos Fratres Luſitaniæ, ta-
29 cite renunciaſſe dicto privilegio, cum nunquam
illo velint uti. Nam contra hoc eſt, quod tacita
renunciatio ex non vſu negativo, ſeu privativo
privilegiorum regularium more gratioſorum, &
30 quæ aliis oneroſa non ſunt, ſive juri alterius non
nocent, nunquam invenitur, & ſic nunquam di-
cta privilegia deperduntur per talem renunciatio-
nem, quia tacita renunciatio deducitur ex qua-
31 dam iuris interpretatione, quæ locum non ha-
bet, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt docent Pa-
ris, *de reſign. beneficiorum, lib. 1. q. 1.* & alij. Non
uſus autem illam non inducit, quando nulli no-
32 cet; Privilegium enim, ſeu lex, quæ dat facul-
tatem ad agendum, non neceſſitat vti privilegio,
ſed dat privilegiato ius liberum, vt ſcilicet vtatur
priuilegio cum voluerit, vt bene ait Fr. Petrus
33 ab Angelis, *in ſuo ſpeculo, d. 3. ſect. 2 num. 11.* ſed
hoc privilegium eſt gratioſum, & nemini onero-
ſum, nec alicuius ius offendit; ergo non cenſetur
revocatum per non vſum.
34 Confirmatur quia priuilegia, etiam negatiua
regularium non amittuntur per non vſum, nec
contra ea poteſt præſcribi, vt patet ex bulla Eu-
35 genij IV. conceſſa Benedictinis, quam refert Por-
tel, *in dubiis regularibus verbo priuilegium, n. 4. in*
additamentis, Diana *3. p. tract. 2. reſol. 88.* Ioan-
nes de la Cruz, *lib. 2. cap. 3. diſt. 2. concl. 2.* Fr. P. Pe-
trus ab Angelis, *ſuprà, d. 3. ſect. 2. n. 7.* & cum Ro-
derico, dixi *in noſtro Directorio Regularium, p. 1.*
tract. 2. d. 4. num. 179. Sed hoc privilegium eſt
affirmatiuum; ergo contra illud non poteſt præ-
ſcribi per non vſum, nec per contrarium vſum;
ergo ſtando in hac doctrina, Regulares Luſitaniæ
poſſunt vti dicto privilegio celebrandi ter in die
defunctorum, non obſtante, quod numquam tali pri-
vilegio vſi ſint vſque nunc.

Probatur 2. Quia quidquid ſit de reuocatione
36 dicti oraculi, negari non poteſt in Regno Va-
lentiæ, Aragoniæ, & Cataloniæ, dari conſue-
dinem apud omnes regulares ter celebrandi in die
animorum; ſed conſuetudo habet vim priuilegij
37 ex tacita principis voluntate; longæva namque
conſuetudo per actus priuatorum inducta paula-
tim ſuſcipit à principe efficaciam, & virtutem con-
ceſſionis, ſeu priuilegij, & probata immemoriali
conſuetudine non indiget alio diplomate Pontifi-
cio ad probandum priuilegium, vt recte ait Nauar-
ſus, *lib. 3. conſultorum, conſilio 15. de regularibus,*
n. 4. N. P. Petrus ab Angelis, *in ſuo ſpeculo, d. 2.*
ſect. 2 n. 28. Ergo hæc conſuetudo ter celebrandi
38 apud regulares iam habet vim priuilegij, ſed pri-
uilegia, quæ ſunt conſuetudine acquiſita veniunt

in generali communicatione priuilegiorum, vt
cum Donato notat Fr. P. Petrus ab Angelis, *ſuprà,*
n. 28. Ergo cum hoc priuilegium fuerit conſuetu-
dine à Principio acquiſitum, & poſtea, ſiue taci-
te, ſiue expreſſe confirmatum viuæ vocis oraculo
à Iulio III. & Paulo III. vt *ſuprà* diximus venit in
generali communicatione priuilegiorum; ergo 39
non ſolùm poſſunt illo vti mendicantes Valen-
tiæ, ſed etiam mendicantes Luſitaniæ, & Hiſ-
paniæ.
Nec obſtat ſi dicas hanc conſuetudinem funda- 40
tam fuiſſe, & ortum duxiſſe in illis regnis à dicto
oraculo Iulij III. & Pauli III. ſed quando conſue-
tudo fundata fuit in ſuo principio in aliquo ora-
culo, reuocato oraculo, reuocatur ipſa conſuetudo,
vt tenet Portel, *in reſponſionibus moralibus, tom. 1.*
caſu 13. num. 18. Sed hæc conſuetudo in illis re-
gnis ortum duxit ex illo viuæ vocis oraculo; er-
go reuocato oraculo, reuocata fuit ipſa conſue-
tudo; ergo ſicut nunc non poſſunt etiam in regno
Valentiæ dicti patres ex vi oraculi ter celebrare
in die defunctorum, nec etiam id poterunt effi-
cere ex vi talis conſuetudinis. Non obſtat, in-
quam: nam dato quod talis conſuetudo fundata
fuerit, & ortum duxerit ab illo oraculo, quod ta-
men non fuit, cum oraculum potius conceſſum
fuerit ob antecedentem conſuetudinem, vt *ſuprà*
diximus, dato tamen quod oraculum fuerit fun-
damentum ipſius conſuetudinis, adhuc negatur
quod reuocato oraculo, reuocatur etiam conſue-
tudo; tum propter vim conſuetudinis, quæ po-
teſt inducere, & abrogare legem: Tum quia dato
quod poſſet dici talem conſuetudinem eſſe
abrogatam, quatenus fundata in illo viuæ vocis
oraculo, non tamen quatenus eſt conſuetudo le-
gitima, & rationabilis, habens conditiones ad il-
lam requiſitas. Ita Lezana, *verbo oraculum, n. 7.*
Quidquid dicat Portel, & licet tale oraculum fue-
rit reuocatum, priuilegium acquiſitum conſuetu-
dine, adhuc eſt in ſuo vigore, ſed priuilegia per
conſuetudinem acquiſita veniunt in generali com-
municatione priuilegiorum, ergo hoc priuilegium
poteſt a Religioſis Luſitaniæ, adhuc communi-
cari, non obſtante, quod oraculum fuerit reuoca-
tum, vt *ſuprà* dixi. 41
Et idem videtur dicendum de clericis; cuius
ratio eſt, quia in Regno Valentiæ apud clericos
datur conſuetudo bis, vel ter celebrandi in die de-
functorum, ſed hæc conſuetudo poteſt participa-
ri ab aliis clericis Hiſpaniæ, & Luſitaniæ; Ergo
ſicut Religioſi Hiſpaniæ, & Luſitaniæ poſſunt
participare prædictum priuilegium conceſſum à
Pontifice vel conſuetudine introductum; ita &
clerici ſæculares. Maior eſt certa: nam talis conſue-
tudo in illis regnis apud clericos introducta fuit
abſque priuilegio, imo & apud regulares; ex tali 42
enim conſuetudine moti religioſi Dominicani
ſcrupuloſi poſtularunt à Pontifice dictum priui-
legium ad ſe ab ſcrupulis liberandos vt *ſuprà* di-
ximus. Minor vero in qua eſt difficultas proba-
tur, Quia conſuetudo, & præſcriptio præter ius 43
introducta in vna Prouincia, Regno, ciuitate, vel
oppido, poteſt participari ab alia Prouincia, Re-
gno, ciuitate, vel oppido, imo & de perſona ad
perſonam extendi, vbi eſt eadem ratio, & æqui-
tas, vt poſt Ioannem Pariſium & Bartolum affir-
mat Menochius, *de retinend. poſſeſſion. remedio 5.*
num. 92. Salas, *de lege. d. 19. ſect. 4. n. 10.* Tuſchus
lit. C. concluſ. 821. Barboſa *in Collectaneis ad textum*

in

in cap. olim in 6. de conſuetudine in decretalibus,
eam tenet Diana, *p.* 6. *tract.* 5. *reſol.* 31. & tandem
eam tenet Ludouicus à Conceptione *in ſuo exa-*
*mine veritatis tract.*4.*tom.*1.*q.*5.*n.*1.*& tom.*2. *tract.*
1. §. 3. *C, illatione* 1. *n.* 1. Sed huiuſmodi con-
ſuetudo celebrandi ter, vel ad minus bis apud cle-
44 ricos, quæ datur In Regnis Valentiæ, Aragoniæ,
& Cataloniæ, ob deuotionem animarum, eſt præ-
ter ius commune, & nullo modo contraria iuri, &
aliàs eadem ratio, & æqnitas ter eelebrandI pro
animabus in die defunctorum datur in Luſitania,
& aliis Hiſpaniæ regnis quam in regnis Valen-
tiæ, Aragoniæ, & Cataloniæ; ergo talis conſue-
tudo hodie poteſt participari à elericis RegnI Lu-
ſitaniæ, & totius Hiſpaniæ.
45 Minot in qua eſt difficultas, quoad primam par-
tem probatur quia in iure non datur præceptum
prohibens ſub mortali trinam, vel duplicem ce-
lebrationem in eadem die. Nam *in cap. conſulniſti*
46 *de conſecratione diſt* 1. quod eſt Alexandri II. non
adeſt expreſſa prohibitio, ſiquidem ibi ſolum di-
citur ſufficit Sacerdoti vnam Miſſam in die vna
celebrare; & idem habetur, *in cap. referente eodem*
titulo, ibi cum cuilibet Sacerdoti quacunque di-
gnitate præfulgeat, vnam in die Miſſam celebra-
re ſuffiejat; nam & valde eſt felix qui eelebrat di-
gne vnam, & ita tenet Gloſſa, *in cap. conſuluiſti*,
vbi ait neceſſitas facit licitum, quod alias eſt illi-
citum. Item nota contra Sardotes, qui plures
Miſſas eelebrant In die cauſa cupiditatis, & ea-
dem Gloſſa, *in cap. te referente* ait, nec expreſſe
prohibetur, quin plures poſſint celebrari, ex eo
quod dicit, ſufficit, vnde poteſt vnam eelebrare
de die, & aliam pro defunctis, & quoties cele-
brat, toties ſumat corpus Chriſti, & ſanguinem,
de conſecrat, diſt. 2. *comperimus, & cap. tribus*; er-
go cum ex citata Gloſſa, nulla detur prohibitio
ter celebrandi In die, & aliàs eadem ratio, &
æquitas, quæ fuit cauſa huius conſuetudinis in re-
gnis Valentiæ, quæ fuit deuotio animarum, æqua-
lis, vel maior exiſtat in Luſitania, & tota Hiſpa-
nia, vt omnibus notum eſt, inde eſt, quod optime
poteſt hæc conſuetudo, quæ eſt in regnis Valen-
tiæ ab aliis clericis totius Hiſpaniæ, & Luſitaniæ
participari, ſublato ſcandalo, quod fieri poteſt,
prædictas doctorum alegando opiniones.
Confirmatur: Quia dictum *cap. conſulniſti*,
47 eiuſque diſpoſitio, etſi contineat præceptum, tan-
tum procedit contra Sacerdotes, qui plures Miſſas
celebrant, cauſa cupiditatis, ergo ſi Sacerdotes
non ex cupiditate, ſed ex deuotione, abſque ſti-
pendio, ter celebrent in illa die defunctorum, non
facient contra dictum præceptum. Antecedens
probatur quia illud verbum, *ſufficit*, illius capitis
conſulniſti, etiamſi contineat præceptum non ac-
cipitur in dicto textu negatiue, quo caſu æquipol-
leret vniuerſali iuxta *textum in lege* 1. §. *quod au-*
tem ibi indictum non dabo ff. de alea vſu. & aleat.
Sed tantum accipitur affirmatiue, ac per conſe-
quens æquipollet particulari, vt dicitur in textu,
in cap. licet de electione in 6. ad quod neceſſario
ſuccedit regula illa, *qua de tota ff. rei vindic.* vt
docet Barboſa, *de iure Eccleſiaſtico tom.* 2. *lib.* 3.
cap. 26. §. 1. *pag.* 373. Ergo cum illa diſpoſitio
textus, tantum ſit affirmatiua, & particularis ra-
tione ſcilicet ſolius cupiditatis, ſi Sacerdotes ce-
lebrent tantum ex deuotione, abſque ſtipendio,
iam diſpoſitio textus, cum ſit particularis contra
Sacerdotes celebrantes ter ex cupiditate, vt ait
Gloſſa, *in dicto capite conſuluiſti*, ibi, Item nota
contra Sacerdotes, qui plures Miſſas celebrant
in die cauſa cupiditatis, non procedit contra tan-
tum celebrantes ter in eadem die ex deuotione.
Ita expreſſe tenet P. Fr. Ludouicus à Conceptio-
ne, *in ſuo examine veritatis, p.* 2. *tract.* 1 § 4. *lit. C*,
num. 6. *&* 11. Loquens de conſuetudine, quæ eſt
in illis regnis Valentiæ, Aragoniæ, & Cataloniæ,
tam reſpectu clericorum, quam regularium totius
Hiſpaniæ, quod à fortiori melius diceret de priui-
legio reſpectu regularium communicantium, ſi
ſciret in illis regnis Valentiæ, dari tale priuile-
gium, quod tamen illum latuit, vt ille fatetur,
ſuprà, num. 3.

Ponitur ſententia Authoris.

VErùm his omnibus non obſtantibus reſolutο- 48
rie dico Regulares Luſitaniæ, vel Hiſpaniæ,
& multo minus clerici, exceptis illis, in quibus
tale priuilegium, vel conſuetudo ter celebrandi
in die defunctorum eſt in vſu, non poſſe tali vti 49
priuilegio, etiam per communicationem, nec ad
eos, ſecluſo priuilegio, poſſe talem conſuetudi-
nem ter celebrandi in illa die extendi, quidquid
in contrarium dicat prædictus Ludouicus, *loco ci-*
tato, qui in hac opinione ſingularis eſt; Ita ex-
preſſe tenent loquens de priuilegio conceſſo il-
lis regnis Rodriguez, *in ſumma, tom.* 1. *cap.* 247.
conclnſ. 5. Leander à Sacramento, *tom.* 2. *tract.* 8 *de*
Sacramentis, d. 5. *q.* 42. Noſter Eſpin. *conſul* 11.
numero 999. idque ſupponunt alij communi-
ter. DD.
Et in primis, quod tale priuilegium non poſ-
ſit communicari aliis religioſis Luſitaniæ, vel Hiſ- 50
paniæ, probatur efficaciter. Quia communicatio
priuilegiorum non extenditur ad eas gratias, quæ
rarò, & cum magna difficultate conceduntur, vt
notat cum aliis Diana, *p.* 10. *tract.* .... *reſol.* 67. &
cum Lezana Fr. P. Petrus ab Angelis, *in ſuo ſpe-*
culo, d. 2. *ſect.* 2. *num.* 17. Sapiunt enim naturam
priuilegiorum perſonalium, quæ non participan-
tur ex vi communicationis priuilegiorum, etiam
ex identitate rationis, vt notat Miranda, *tom.* 1.
q. 46. *art.* 7. Portel *verbo communicatio n.* 6. *& ver-*
bo priuilegium, n 51. Sed huiuſmodi priuilegium
nunquam fuit conceſſum in Eccleſia, niſi illis
Regnis, & illis religionibus pro illis locis; er- 51
go non poteſt participari à Religioſis aliorum
Regnorum per communicationem priuilegio-
rum.
Confirmatur quia vſus talis priuilegij eſt quid
exorbitans, à iure communi, ſiquidem in tota 52
Eccleſia nemini alibi vnquam fuit conceſſum;
Sed exorbitantia à iure communi non extendun-
tur, *iuxta regulam iuris* 81. *in* 6. vbi dicitur, quod
in generali conceſſione non veniunt ea, quæ cum 53
magna difficultate conceduntur, neque ea quæ
quis vero ſimiliter interrogatus non eſſet conceſ-
ſurus, vnde niſi expreſſe, & nominatim non ex- 54
primantur, non intelliguntur conceſſa, pro vt
multoties deciſum refert Rota Romana, *deciſione*
414. *p.* 2. *recent. & deciſione* 55. *n.* 14. *&* 15. *&* 55
in aliis multis relatis, à Dorato, *q.* 14. *num.* 4. &
tenet Fr. P. Petrus ab Angelis, *in ſuo ſpeculo, d.* 2.
ſect 2. *num.* 22. Ergo tale priuilegium, nec etiam
per viam communicationis poteſt extendi ad reli-
gioſos aliorum Regnorum. 56

Secundo

57 Secundo Probatur: Quia priuilegia conceſſa aliquibus Conuentibus vnius Religionis ob maximam populi illius loci deuotionem, quæ circa illos habetur noo cenſentur communicata aliis Conuentibus eiuſdem ordinis, nec aliorum ordinum communicantium, vti talis ſpecialis deuotio non eſt in populo erga illos, vt notat Fr. P. Petrus ab Angelis, *in ſuo ſpeculo*, *d.1 ſect.2. n.* 15. Sed hoc priuilegium fuit conceſſum illi Conuentui
58 Dominicanorum Valentiæ, & communicatum ab aliis eiuſdem Regni Aragoniæ, & Cataloniæ, propter maximã deuotionem illorum populorum ſuccurrendi illa die defunctorum animas Purgatorij multis ſacrificiis, quæ deuotio nunquam fuit
59 in aliis Regnis, nam licet in eis ſit maxima deuotio ſuccurrendi animas Purgatorij multis ſacrificiis, non tamen ſuccurrendi eis multis ſacrificiis in illa defunctorum die, ſed per diſcurſum totius anni: ergo tale priuilegium, nec per viam communicationis poteſt ab aliis Conuentibus eiuſdem ordinis, & minus ab aliis ordinibus communicantibus aliorum regnorum communicari.

60 Tertio probatur: Quia ſi aliqua gratia ex his, quæ raro conceduntur, conceſſa ſit aliquibus Conuentibus, vel alicui Religioni, ob aliquam ſpecialem rationem, non cenſetur conceſſa aliis Conuentibus eiuſdem ordinis, nec communicantibus, in quibus eadem, vel ſimilis ratio nun inuenitur, vt tenent Donatus *q.*14 Bordonus, *reſol.*52. *n.* 75. Lezana, *tom* 2. *cap.*1.*n.*5. Fr. P. Petrus ab Angelis; *in ſuo ſpeculo d.* 2. *ſect.*2. *n.* 10. Et patet exemplo
61 Patrum Societatis, quibus conceſſum eſt priuilegium non recitandi diuinum officium in choro, non canendi, non eundi ad proceſſiones publicas, quæ priuilegia ab aliis religionibus communicantibus non participantur, quia in eis non datur ratio conceſſionis quæ in Societate, ſcilicet propter ſcholas, & munus docendi, & propter maiora exercitia literaria, quæ in ea Religione eſt, quam in aliis. Et idem dicendum eſt de priuilegio celebrandi Miſſam ſolemnem pontificalem cum inſigniis Pontificalibus, cum mitra & baculo, conceſſo Abbatibus S. Benedicti, & S. Bernardi, & aliis; quis enim dicat tale priuilegium poſſe hodie participari à mendicantibus, in quibus non inuenitur ratio ob quam illis religionibus tale priuilegium fuit conceſſum, ſcilicet maior magnificentia, & Majeſtas, quibus ob ſuas multas opes, & diuitias celebrant diuina officia ex proprio inſtituto, quæ omnino aliena ſunt à viris pauperibus, & mendicantibus; ſed etiam ratio conceſſionis huius priuile-
65 gij dicendi tres Miſſas in conuentibus Dominicanorum, & communicantium. Valentiæ, Aragoniæ, & Cataloniæ, non inuenitur in aliis eiuſdem ordi-
21 nis, vel aliorum ordinum communicantium aliorum Regnorum; ergo tale priuilegium non poteſt ab illis vi communicationis participari.

Minor patet: Quia ratio conceſſionis huius priuilegij illi Conuentui Valentiæ fuit vitatio ſcrupulorum, quæ fratres ſcrupuloſi habebant dictas tres Miſſas ea die celebrandi ex antiqua conſuetudine, quæ introducta fuit ſine priuilegio, vt *ſuprà* diximus, vel ad ſummum fuit, maxima deuotio illorum populorum faciendi celebrare fratres illorum Conuentuum ter in illa die defunctorum pro animabus Purgatorij: ſed neutra ex his rationibus militat in Conuentibus Luſitaniæ eiuſdem, vel alterius ordinis communicantis, ſiquidem in illis nunquam tale ſcrupulum fuit apud ſcrupuloſos, cum nunquam conſueuerint tales Miſſas illa die celebrare, nec illo Regno fuit vnquam deuotio faciendi celebrare Religioſos ter in illa die defunctorum, licet alias maxima ſit deuotio cum animabus Purgatorij per totius anni diſcurſũ; ergo tale priuilegium non poteſt ab illis Conuentibus, nec eiuſdem, nec alterius ordinis participari.

Quarto probatur argumento Laurentij Eſpin, 63
conſulto 51. *n.*999. Quia illud priuilegium fuit oraculum; ſed omnia oracula in multorum ſententia 64
fuere reuocata à Gregorio XV. & Vrbano VIII. ergo tale oraculum hodie iam non exiſtit, ac per con- 65
ſequens non poteſt ab aliis religioſis aliorum regnorum communicari.

Nec obſtat id, quod *ſuprà* diximus pro ſenten- 66
cia affirmante, ſcilicet tale oraculum fuiſſe confirmatum per bullam, oracula autem confirmata per bullas ex multorum Doctorum ſententia non fuere reuocata, vt *ſuprà* diximus: Ergo cùm ſit probabile tale oraculum non eſſe reuocatum, probabile etiam erit, poſſe participari adhuc hodie à religioſis Luſitaniæ, & totius Hiſpaniæ.

Non obſtat igitur, hæc reſponſio: Nam contra hoc eſt, quod quando ius commune eſt incerta, & pacifica poſſeſſione ſuæ prohibitionis in aliquo regno, vel Prouincia, non poteſt publice, & cum ſcandalo violari à particularibus totius regni, vel Prouinciæ, cum ſola opinione probabili dicente tale ius priuilegio eſſe abrogatum; ſed hoc debet probari coram iudice competenti, & ab eo iudicari, quod ſic euidenter probatur primo.

Quia ſi quidam particularis aliquid pacifice 67
poſſideat, non poteſt publice deturbari à ſua poſſeſſione auferendo ab eo rem alius, qui tantum habet opinionem probabilem rem eſſe ſuam, ſed id debet fieri coram iudice competenti, & ſuppoſita illius ſententia, vt recte ait Lugo, *de iuſtitia*, *d.* 56. *n* 134. Sed ius commune publice in toto Regno Luſitaniæ eſt in pacifica poſſeſſione ſuæ prohibitionis trinæ celebrationis in die defunctorum: ergo ex ſola opinione probabili non poteſt a ſua poſſeſſione à particularibus, ſine iudicis authoritate publice deturbari.

Fateor opinionem probabilem ſufficere ad con- 68
traueniendum iuri communi, quando non conſtat ius commune eſſe in certa poſſeſſione, & quando tali priuilegio probabili ſolum vtitur contra ius commune in foro conſcientiæ, vt quando datur opinio probabilis adhuc exiſtere priuilegium à Pontifice reuocatum abſoluendi à reſeruatis, diſpenſandi in aliquibus caſibus, & in aliis ſimilibus rebus, quæ executioni dari poſſunt foro interno & ſine nota & admiratione, & ſcandalo fidelium, & aliàs non conſtat ius commune eſſe in certa poſſeſſione, quomodo etiam dari poteſt compenſatio occulta cum ſola opinione probabili contra actu rem poſſidentem cum ſola opinione probabili, vt cum multis docet Lugo, *d.*16. *de iuſtitia*, *n.* 86. vt
quando ius certo poſſidet, deturbare illud publice 69
à ſua poſſeſſione cum ſcandalo, & nota fidelium cum ſola opione probabili, id videtur illicitum, non minus, ac auferre rem ab actu poſſidente publice ex ſola opinione probabili; ergo tale ius communicans non poteſt à particularibus deturbari per vim publice à ſua poſſeſſione, ſine iudicis competentis authoritate; & ratio à priori eſt. Quia priuatus homo ſolum poteſt vim vi repellere; ſed ille qui cum iure probabili poſſidet, & retinet rem,

nullam

nullum cuique infert vim; ergo contra illum non poteſt ab aliqua perſona priuata vis inferri; ita in ſimili caſu Lugo; *ſuprà, n* 134 Arauio, *in* 1. 2. *q. d.* 3. 97. *ſect.* 7. *diff.* 4. *n.* 51.

Et hinc eſt, Quod in nullo caſo licet Sacerdo-
70 ti ſine veſtibus ſacris celebrare, etiamſi ſit ad ſe ipſum pro viatico ſumendo, vt volunt Sotus, Tabiena, quos refert Mendo, *in ſtatera opinionum differt.* 11. *q.* 2. *n.* 22. Vel ſi ſit ad vitandam mortem minatam, non in contemptum religionis, ſed in alium finem; vt cum Ledeſma, Suario, Trullenc. & aliis communiter, dixi *in noſtro Directorio Confeſſariorum, tract.* 7. *d.* 5. *num.* 173. quamuis
71 Nauarrus, Hurtado, & alij, quos refert Tamburinus, *lib.* 1. *de ſacrificio Miſſa, cap.* 3. §. 1. *n.* 6. dicant id in hoc caſu licere. Item multorum opinio eſt poſſe Sacerdotem celebrare in vna ſpecie, caſu quo vnica ex illis deſit, ad dandum viaticum moribundo, cum aliunde ſubuenire, non valeat, vt tenet Maior, & Adrianus, quos refert Mendo, *in*
2 *ſtatera opinionum differt.* 11. *q.* 2. *num.* 23. Et tamen id nullo modo faciendum eſt, vt ait cum Suario, Nuño, & aliis Mendo, *loco citato*, Quia noui ritus circa celebrationem huius ſacrificij, propria authoritate non ſunt admittendi, vt bene aduertit Mendo, *ſuprà differt.* 11. *q.* 1. *num.* 23. Alias in multis rebus daretur magna inuerſio, & turbatio in Eccleſia, quod tamen admitti non debet, nec credo aliquem Sacerdotem, aut Epiſcopum, vel Prælatum ſine aſſenſu Apoſtolico tale quid auſurum efficere; ergo idem dicendum eſt in noſtro caſu.

73 Imo addo quod non ſolum in ritibus circa hoc ſacrificium, nullo modo ex ſola opinione probabili debet alterari conſuetudo vniuerſalis Eccleſiæ, ſed nec in aliis præceptis, quæ communi vſu obſeruantur, Hinc exiſtimo, quod nullus Epiſco-
74 pus, aut Prælatus audebit introducere in ſuo Epiſcopatu, Regno, vel ciuitate, aut communitate, quod non ieiunentur feriæ quatuor temporum, vt moris eſt in tota Eccleſia, cum tamen Paſcalius *deciſione* 169. *de ieiunio*, & Turrianus *in ſcholio circa cap.* 19. *conſt. Apoſtolica* dicant, illa non obligare, nec ex iure, nec ex conſuetudine ſub mortali, & idem dicit cum aliis Paſcaligus, *de ieiunio Vigilia Pentecoſtes, deciſione* 171. *& de ieiunio in vigiliis.* S. Ioannis Baptiſtæ, S. Laurentij, & omnium ſanctorum, *deciſ.* 172. *cum aliis, quos ibi citat.* Quorum ratio eſt, quia cum extet Eccleſiæ ſaltem conſuetudo vniuerſalis ieiunandi in feriis quatuor temporum, & in prædictis vigiliis, & tale ius poſſideat pacifice hanc ſuam prohibitionem, non eſt publice, & cum ſcandalo fidelium deturbandum à ſua poſſeſſione, ob aliquam ſolùm opinionem probabilem, ſed ad hoc debet dari priuilegium certum; alias daretur turbatio magna in Eccleſia, quæ vitanda ſemper eſt; ſed talis turbatio daretur in illis regnis Luſitaniæ, & Hiſpaniæ, vbi nunquam tales tres Miſſæ in die defunctorum celebratæ ſunt ſi ob opinionem Ludouici a Conceptione, tali die à Sacerdotibus, ſine alio priuilegio certo celebrarentur; ergo licet talis opinio fuerit probabilis, nullo modo poſſet in illis regnis reduci ad practicam, cum ius commune poſſit publice deturbari à ſua poſſeſſione à particularibus, vt *ſupra* diximus, & alias celebratio Miſſæ eſt actio ex ſe publica, & authoritatiuè facta à Sacerdote nomine totius Eccleſiæ.

75 Confirmatur. Quia dum lex obligat in foro externo, onus probandi eam enanuiſſe ſpectat ad illum, qui hoc affirmat, ideo ſi hoc ſufficienter non probetur in foro externo, lex remanebit in ſua poſſeſſione, & vigore, vt optime ait cum Roderico, 76
Diana, *p.* 11. *tract.* 1. *Miſcellaneo, reſol.* 16. In foro enim externo nulli creditur, ſine probatione vt patet. *ex cap. tua nos, de ſponſalibus, & cap. accepimus de priuilegio, & cap. cum perſona* 7. *eodem titulo*, eſtque commune axioma iuriſtarum, & curialium. & habetur in extrauaganti Iulij II quæ incipit Romani Pontificis; ſed lex non celebrandi ter in vna die viget hodie in Portugallia, & Hiſpania; ergo 77
dicenti hanc legem eſſe abrogatã per aliquod Priuilegium, illi incumbit onus probandi in foro externo dari tale priuilegium, alias lex manebit in ſua poſſeſſione; ſed nemo probare poterit in foro externo tale oraculum non fuiſſe reuocatum, cum 78
alias conſtet de reuocatione, & ſolum detur quæſtio ad quæ oracula talis reuocatio ſe extendent, cuius intentionis ſolum poteſt eſſe iudex in foro externo ipſe ſummus Pontifex, vt patet *ex l. vltima*, § *ex his C. de legatis, & cap. inter alia de ſententia excommunicationis, & cap. cum. veniſſent de iudic.* Declaratio enim iuris diuini, vel canonici, vel 79
etiam priuilegij, ad ſolum Pontificem ſpectat. *cap.* venerabilis, qui filij ſint legitimi, & cum communi ſententia tenet N. P. Petrus ab Angelis, *in ſuo ſpeculo d.* 1 *ſect.* 2. *n.* 2. Ergo cum nemo poſſit eſſe iudex in foro externo, an intentio Pontificis reuocantis omnia oracula ſe extenderit ad hoc oraculum, vel non, niſi ſolus ipſe Pontifex, & alias 80
ad contrariam probandum non ſufficiat ſola opinio probabilis, cum ſententia in hoc caſu pro foro externo, non à Doctoribus, ſed ab ipſo ſummo Pontifice debeat conferri, vt manet probatum, inde eſt, quod abſque declaratione Pontificia, non poteſt fieri licite talis trina celebratio, ſed debere expectari aſſenſum Apoſtolicum, quod ſi detur, tunc de tali participatione non dubitamus.

Deinde, quod tale priuilegium ex vi conſuetudinis non poſſit extendi ad Luſitaniam, ad aliud 81
Regnum Hiſpaniæ probatur. Quia conſuetudo contra ius commune non extenditur de vna Prouincia, Regno, vel ciuitate ad aliam Prouinciam, regnum, vel ciuitatem, nec de perſona ad perſonam, vt patet *ex l.* 5 §. *ſi quis hoc interdicto. & ibi*, Bartolus, *de itin. actuque priuat. ex l. ius ſingulare, & l. quod vero, ff. de lege* Aretio. *conſilio* 522. *n.* 4. Decius, *conſil.* 483. *n.* 22. Purparat. *conſil.* 121. *n.* 12. & cum aliis Diana, *p.* 6. *tract.* 3. *reſol.* 31. & admittit ipſe, P. Ludouicus à Conceptione, *tract.* 1. §. 3. *lit. C. tom.* 2. *examinis Veritatis, n.* 1. Sed conſuetudo quæ datur in Regnis Valentiæ celebrandi ter in die defunctorum non ſolum eſt præter ius, vt vult Lu- 82
douicus à Conceptione *loco citato*, ſed contra ius; ergo non poteſt extendi etiam in opinione probabili de loco ad locum, hoc eſt, de vno regno ad 83
aliud regnum, ac per conſequens nec clerici, nec Religioſi Luſitaniæ poſſunt participare de tali conſuetudine: quæ datur in dictis Regnis Valen- 3
tiæ, &c.

Minor in qua eſt tota difficultas probatur, *ex cap. ſufficit de conſecratione diſt.* 1. *vbi dicit textus*, ſufficit Sacerdoti vnam Miſſam in die vna celebrare, quia Chriſtus ſemel paſſus eſt, & totum mundum 84
redemit, non modica res eſt vnam Miſſam facere, & valde felix eſt, qui vnam digne celebrare poteſt; ſed verbum illud, ſufficit, in vi præcepti intelligendum eſt; ergo dicere tres Miſſas in eadem die eſt

contta hoc præceptum iuris communis minor pa-
tet ex verbis ſequentibus eiuſdem textus, quæ de-
clarant veiba præcedentia, ſtatim enim ait textus;
qui vero pro pecuniis,aut adulationibus ſæcularium,
vna die præſumunt plures facete Miſſas, non æſti-
mo euadete damnationem æternam; & hoc præ-
ceptum in eodem ſenſu confirmarunt Innocentius
III. *in cap. conſuluiſti*, Honorius II. *in cap. tere-
ferente, de celebr. Miſſarum.*

Nec obſtat id, quod reſpondet cum Gloſſa, Lu-
85 douicus à Cooceptione, ſcilicet dictum *cap.* loqui
de Sacerdotibus, qui ex auaritia plutis in die cele-
brant, vt etiam colligitur ex verbis eiuſdem tex-
tus, qui veto pecuniis, & adulationibus ſæcula-
rium, vna die præſumunt plures facere Miſſas, non
vero loqui vniuerſaliter de omnibus, etiam cele-
brantibus ex deuotione. Nam contra hoc eſt,
quia licet tale caput non ſit ita expreſſum, vt be-
ne ait Ludouicus à Conceptione, conſuetudo ta-
men vniuerſalis Eccleſiæ præceptum hoc voiuer-
ſaliter confirmauit, & ita illud tecepit vt optime
ait cum communi ſententia Suat. *de ſacramentis,
86 d. 8. ſect. 3.* Sed conſuetudo vniuerſalis dicitur
forma, & quaſi alterum ius naturale, Baldus, *con-
ſil.* 413. Turchus, *lit. C. conclus.* 806. *n.* 16. & cum
aliis Barboſa. *in axiomatibus, axiomate* 56. *n.* 1. &
nos iam *ſuprà* diximus; ergo talis conſuetudo Va-
lentiæ ter celebrandi in eadem die non ſolum eſt
præter, ſed contra ius, ergo nullo modo poteſt trans-
ferri de loco ad locum, & de regno ad regnum; er-
go nec ex vi communicationis Priuilegij, nec ex
vi participationis conſuetudinis, poteſt de nouo,
nec a religioſis, nec à clericis introduci in aliis re-
gnis talis trina celebratio in die animarum, quid-
quid dicat in contrarium Ludouicus à Concep-
tione loquendo de conſuetudine.

Dices: quo ergo titulo Religioſi Valentiæ, Ara-
87 goniæ, & Cataloniæ ter celebrant in die defuncto-
rum? Reſpondeo non id facere ex vi dicti oraculi;
cum de illius exiſtentia tantum detur opinio pro-
babilis, quæ non ſufficit ad contraueniendum pu-
blice, & cum ſcandalo iuri communi certo prohi-
benti talem trinam celebrationem, ſed id licite ho-
die facere ex vi antiquæ conſuetudinis, ratione cu-
ius præſcripſerunt contra ius commune; conſuetu-
do enim quando eſt legitime introducta, omne ius
præter diuinum, & naturale abrogat, & facit lici-
tum, quod alias ex iure communi erat illicitum.
88 Tum quia habet vim legis, vt tenet Fr. Ioan. Beetz.
in Decalogum circa præceptum 2. *expoſit.* 1. *cap.* 1. *&
circa præceptum* 3. *expoſit.* 2. *cap* 2. Fr. Lezana. *tom.* 1.
cap. 8. *n.* 24. *& tom.* 2. *verbo leges, n.* 24. Graffi *p.* 1.
deciſionum, lib. 3. *cap.* 5. Fr. Eſpin *conſulto* 17. *n.* 1505.
Tum quia habet vim parem cum lege, *l. de quibus,
ff. de legibus.* §. *ex non ſcripto inſtit. de iur. nat. gen-
tium, l. fin. de conſuet. cap. conſuetudo* 1. *diſt.* l. 2. *C. quæ
ſit longa conſuetudo* Guido, *ſingulari* 83. Belletus,
in diſquiſit. cleric. p. 1. *tit. de fauor. cleric* §. 3 *n.* 10.

Tum quia, quidquid poteſt princeps concede-
89 re, poteſt conſuetudo legitima introducere, *l. ſi
quiſpiam de diuerſ. & tempor. præſcript. & l.* 1. *Cod.
de feudis*, cap. *ſuper quibuſdam de iureiur. diſt.* 2.
Miſingius, *centur.* 4. *ſingul. obſeru.* 24 Oldradus, *con-
ſil.* 172 *in principio, & conſil* 146. *in fine, & conſ.* 254.
90 *n.* 8. Ancharranus, *conſil.* 50. Bald. *lib.* 1. *conſil.* 49. Sed
huiuſmodi conſuetudo habet omnes conditiones
requiſitas ad veram, & legitimam conſuetudinem,
ergo abrogauit, quoad illas Prouincias, vbi eſt in-
troducta, ius commune, non celebrandi ter in
eadem die, & fecit licitum, quod alias erat illici-
tum; Lezana, *ſuprà, n.* 47. *& conſilio* 55. *n.* 5. Con-
ſuetudo enim appellatur forma, & quaſi alterum ius
naturale, & omnia poteſt, quæ non ſunt contra 91
ius naturale, & diuinum Bald. *lib. conſil.* 433. Surdus,
de alimentis, tit. 1. *n* 7. Tuſc *lib. C. concl.* 806. *n.* 6.

Minor in qua eſt difficultas probatur; quia con- 92
ditiones ad legitimam conſuetudinem ſunt. Prima
quod ſit rationabilis, vt patet, *ex cap. fin de conſue-
tudine*, & tenet Sylu. *verbo conſuetudo, n* 6. Sairus, *in
claui regia, lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 6. Nald. *in ſumma, verbo
conſuet. n* 4. Suar. *de legibus, lib.* 7. *cap.* 6. *n.* 14. Secun-
da quod ſit voluntaria, vt cum Bonac. Azor. Suar.
Reginaldo, Salas, Granado, tenet Lezana, *in ſumma
tom.* 2. *verbo, leges, n.* 55. Tertia conditio eſt, quod
conſuetudo inducatur ab his, qui tenentur ſeruare
legem contrariam, nam conſuetudo inducitur per
actus contrarios legi. Ita cum Bonac Lezana, *ſuprà,
n.* 55. Quarta conditio eſt, quod ſit vniuerſalis, id
eſt, a maiori parte communitatis, *l. de quibus. ff de le-
gibus*, & tenet D. Thomas, 1. 2. *q* 97. *art.* 3. Suar. *de
legibus, lib.* 7. *cap* 3. *n.* 7. *& cap* 9. Quinta conditio eſt
vt conſuetudo ſit longæua. Ita cum Suar. Azor. Sa-
las, & aliis Lezana. *verbo leges. n.* 55 Sexta conditio
eſt, quod inducatur per frequentiam actuum pu-
blicorum, ita vt poſſit innoteſcete principi. Ita Syl-
ueſt. *verbo conſuetudo, q.* 4. Suar. *de legib. lib.* 7. *cap.* 10.
Septima conditio eſt, quod detur conſenſus ſaltem
tacitus principis, ſeu legiſlatoris, vt tenent iidem
Doctores, & Fr. Eſpin. *conſulto* 11. *n.* 1008. At om-
nes has conditiones habet hæc conſuetudo; ergo 93
legitime fuit introducta in illis regnis.

Minor patet diſcurrendo per omnes. Eſt enim
rationabilis, & poteſt eſſe materia legis, ſiqui- 94
dem maxime rationabile eſt, quod multoties pro
animabus Purgatorij celebretur, & quod fiat in
eadem die poteſt eſſe materia legis, vt patet, de
trina celebratione in die natalis Domini, fuit vo-
luntaria, & non coacta, imo adeo libera fuit, quod
cum ſolum fuiſſet oraculum conceſſum dominica-
nis, omnibus Religioſibus, imo & clericis illarum
Prouinciarum placuit, cum eis communicare, vt
notauit Henao, *de ſacrificio Miſſæ, p.* 3. *deciſ.* 28.
ſect. 21. *n.* 993. Fuit inducta ab his, qui tenebantur
obſeruare legem de non celebrando, niſi ſemel in
die, vt erant Fratres illi Dominicani, & alij, qui
eos imitarunt. Fuit vniuerſalis, hoc eſt, à maiori
parte communitatis recepta, ſiquidem fuit à tota
communitate Dominicanorum, & aliarum Reli-
gionum, imo & à clericis fuit recepta, & execu-
tioni mandata. Et pluſquam longæua, ſiquidem
anno 1553. fuit vocata antiqua, quando illi patres
Dominicani illam denunciarunt Iulio III. conſue-
do autem, quæ eſt contra legem, qualis eſt hæc,
præſcribit ſpatio 40. annorum, teſte Lezana, *ver-
bo leges, n.* 54. Imo forte ſufficit decennium, vt
tenent Sylu. Sairus, & alij plures apud Bonacinam,
quos refert ibi Lezana, *n.* 58. Fuit inducta per
actus frequentes, quos permittit anni deuolutio,
& per actus publicos in templis coram omni po-
pulo. Quod autem id potuerit ſummo Pontifici
innoteſcere, nemo negare poterit, cum id typis da-
tum ſæpe ſæpius ſit. Quod autem acceſſerit ſummi
Pontificis tacita approbatio, & conſenſus patet, ex
oraculo Iulij III. & Pauli III. & ſucceſſores Ponti-
fices nunquam id reprobarunt, nec contradixerunt;
ergo cum talis conſuetudo habeat omnes conditio-
nes requiſitas, vt ſit legitima; ex ea ſolum hodie
poſſunt dicti Patres, imo & clerici dicere duas, vel
tres

tres Miſſas in die defunctorum in illis locis, vbi
talis conſuetudo eſt introducta, iuxta inductionis
menſuram, & non ex vi oraculi Iulij III. quod
certo reuocatum eſt ab Vrbano VIII. Ita Eſpin.
conſulto 11.*n.*1008.
95 Dixi vbi talis conſuetudo introducta eſt, iux-
ta inductionis menſuram; Nam conſuetudo vnius
communitatis, non obligat alteram diſtinctam,
nec ad hoc cenſetur princeps præbere conſen-
ſum, vt cum Panormitano, Viguerez, notat Dia-
96 na. *p.*6. *tract.*5.*reſol.* 17. Nec conſuetudo vnius lo-
ci extenditur ad alium locum, nec de perſona àd
perſonam, nec de caſu ad caſum, vt bene cum
Salas, & Palao ait Diana *ſuprà*; & ita *intelligen-
dum eſt cap. ſuper eo de cognat. ſpiritual.* vt ibi no-
97 tat Diana. Vnde cum conſuetudo ter celebrandi
in die defunctorum ſulum detur in Regno Va-
lentiæ, Aragoniæ, & Cataloniæ, non poteſt
extendi ad regnum Luſitaniæ, vel ad aliud reg-
num Hiſpaniæ.

Nec obſtat ſi dicas, hanc conſuetudinem intro-
ductam à Patribus Dominicanis Valentiæ, Ara-
98 goniæ, & Cataloniæ, ſaltem à religioſis eiuſdem
Ordinis, & aliorum communicantium poſſe par-
ticipari. Et ratio eſt, quia conſuetudo habet vim
conferendi priuilegium, ex tacita conceſſione
Pontificis, vt *ſuprà* diximus; ſed in generali com-
municatione priuilegiorum veniunt, etiam priui-
99 legia per conſuetudinem acquiſita, vt *ſuprà* di-
ximus, ergo tale priuilegium licet iam non tan-
quam oraculum, ſaltem vt priuilegium per con-
ſuetudinem acquiſitum poteſt participari à reli-
gioſis communicantibus Portugalliæ, & aliorum
Regnorum Hiſpaniæ. Reſpondetur in generali
communicatione priuilegiorum venire priuilegia
conſuetudine acquiſita, ſi detur eadem ratio, vel
ſimilis in Conuentibus, tam eiuſdem ordinis, qui
illis fruuntur, quam in illis, qui illis non fruun-
tur, & quando gratia non magna difficultate con-
ceditur, vt *ſuprà* diximus. Vnde cum hic non
detur eadem, vel ſimilis ratio, vt *ſuprà* diximus,
& hoc privilegium ſit difficillimæ conceſſionis, in-
de eſt, quod ſicut quando eſt conceſſum per bul
lam, vel oraculum, non venit in generali com-
municatione priuilegiorum multo minus veniet,
quando ſolum acquiſitum eſt per conſuetudinem.

Et ex his facilis eſt reſponſio ad obiecta pro
parte affirmatiua. Ad primum enim reſponde-
tur, conceſſa maiori negando minorem: nam ra-
tio conceſſionis huius oraculi, & permittendi con-
ſuetudinem, non fuit ſola deuotio erga animas
Purgatorij, ſed ratio motiua fuit liberatio ſcrupu-
lorum illorum Religioſorum, & deuotio anima-
rum ſolum fuit cauſa impulſiua. Tum quia deuo-
100 tio etiamſi fuiſſet cauſa motiua, non fuit qualiſ-
cunque deuotio, ſed deuotio faciendi celebrare
ter in eadem die defunctorum; hæc autem de-
uotio, vel ſcrupuli nunquam fuere in religioſis,
vel in ciuitatibus Luſitaniæ, vt conſtat. Nam li-
cet populi magnam ſemper haberent deuotio-
nem ſuccurrendi animabus Purgatorij multis
ſacrificiis, ſi tamen vnquam habuerunt deuo-
tionem, ſuccurrendi eis trina celebratione cu-
iuſdam Sacerdotis in illa die defunctorum vt ex
ſe conſtat.

Ad primam Confirmationem Reſpondetur
concedendo maiorem, quoad primam partem,
101 deinde negatur minor, quoad primam partem.
Nam titulus ob quem fuit conceſſum hoc priui-
legium Conuentibus Valentiæ non poteſt aptari,
etiam inadæquate Conuentibus Luſitaniæ, vt *ſu-
prà* diximus cum in illis non detur ſcrupulus
apud Religioſos dictæ trinæ celebrationis, nec
in populis deuotio faciendi celebrare ter in illa
die. Ad ſecundam vero partem minoris Reſpon-
detur, diſtinguendo illam, quando priuilegium 102
conceditur alicui Monaſterio vt fauor, & gratia
facta Monaſterio, aut religioſis vt talibus, aut
ad eorum petitionem, tunc omnia alia Monaſte-
ria illius ordinis, & aliorum, communicantium
participant per communicationem idem priuile-
gium diſtinguo, ſi gratia, & fauor ſit ex illis quæ
raro ſolent concedi, & cum magna difficultate, &
propter aliquam ſpecialem rationem, quæ non
inuenitur in aliis Conuentibus eiuſdem Ordinis,
vel communicantium, nego; ſi ſit ex illis gratiis,
quæ ſolent concedi, & ratio conceſſionis, vel
ſimilis æque militat, tam in Conuentibus, qui-
bus primum conceſſa eſt, & aliis eiuſdem ordinis,
vel communicantium, concedo. Hic autem hæc 103
gratia eſt ex illis, quæ raro, vel nunquam ſolent
concedi, vt *ſuprà* diximus; & ratio conceſſionis
non eſt eadem in omnibus Conventibus, tam 104
eiuſdem ordinis, quam communicantium, vt *ſuprà*
diximus.

Ad illud vero, quod in illis inſtantiis affertur 105
de oraculis reſpondetur, concedendo oracula ve-
nire in communicatione privilegiorum, vt ibi be-
ne reſponſum eſt. Concedo etiam revocationem 106
oraculorum factam à Gregorio XV. non com-
prehendere, niſi oracula, quæ non erant ſignata
manu alicuius Cardinalis. Concedo etiam revo-
cationem Vrbani non comprehendere oracula, quæ 107
in ſuo effectu principali unicum tantum habent
actum licet ſucceſſive tranſeuntem ſecus vero
alia, quæ plures affectus independentes habent,
iſta enim in his, quæ non ſortita ſunt effectum 108
caſſata remanſerunt. Pro cuius diſtinctionis, intel-
ligentia Nota plura oracula eſſe, quæ in ſuo effe-
ctu principali vnicum tantum habent actum, licet
ſucceſſiue tranſeuntem ſit exemplum in Religio-
ſo, qui à Romano Pontifice obtinuit per vivæ vo- 109
cis oraculum gradum magiſterij, ſeu præſentati,
iſte talis gaudet gradu recepto, præeminentiis
illi annexis, quandiu viuit, etiam poſt prædictas re-
uocationes. ſi quidem effectus principalis eſt con-
ſtituere graduatum in tali dignitate, cum præemi-
nentiis, & honoribus illis annexis, quibus per to-
tam vitam gaudet, quia reputatur, & eſt vnicus
effectus, licet in exercitio non ſemper manifeſtetur
ex defectu caſuum occurrentium.

Similiter ſi quis per viuæ vocis oraculum ha-
beret facultatem comedendi lacticinia per to-
tam quadrageſimam, ſi poſtquam cœpit vti
priuilegio aduenitet perfecta reuocatio oracu-
lorum non ideo cenſetetur reuocatum priuile-
gium; ſed poſſet illo vti per totam quadrageſi-
mam, quia cum tale oraculum haberet vnicum
actum ſucceſſiue perficiendum per totam qua-
drageſimam, ſemel iam ante reuocationem ſorti-
to effectu, licet non omnino perfecto, non manet
reuocatum, quoad perfectionem ipſius effectus ſuc-
ceſſiue recipiendam, faciunt enim poſtremi dies
cum primis quaſi vnicum indiuiſibile tempus, &
comeſtio lacticiniorum per totum illud tempus eſt
quaſi vnicus effectus ſucceſſiue perfectus, cum per
gratiam ſublatam ſit impedimentū obligationis non
comedendi lacticinia pro tota illa Quadrageſima.

110 Hoc autem non verificatur] in facultatibus ab-
ſoluendi, aut diſpenſandi, aut ter celebrandi in
vna die ſingulis annis; quia reſpectu cuiuſlibet
anni, vel non abſoluti, res eſt integra, cum nul-
lam cõnexionem habeat trina celebratio huius an-
ni, cum trina celebratione anni præcedentis, vel
futuri, vel abſolutio, aut diſpenſatio huius pœ-
nitentis, cum diſpenſatione, aut abſolutione alte-
rius: neque enim illa poteſtas habet tractum ſuc-
ceſſiuum per vnicum actum, vt requiritur. vnde
adueniente reuocatione, manet reuocata illa po-
teſtas reſpectu eorum, qui non ſunt abſoluti, aut
diſpenſati, vel illius anni, in quo nondum in
die defunctorum ter eſt celebratum. Quæ doctri-
na conſtare videtur ex verbis reuocatoriæ Grego-
rij. XV. ibi in his videlicet, quæ non ſunt ſorti-
ta ſuum effectum tenore præſentium reuocamus,
caſſamus, ſoluimus, abrogamus, & annullamus; vbi
nota illa verba in his, quæ non ſunt ſortita ſuum
effectum, in quibus verbis annullat poteſtatem
conceſſam ad plures actus, qui in effectu non ſunt
poſiti, non vero quoad illos actus, qui in execu-
tione ſunt poſiti; ergo cum in executione non ſit
poſita trina celebratio annorum ſequentium di-
ctam reuocationem, poteſtas conceſſa ad trinam
celebrationem quotannis reuocata eſt, ſi quidem
trina celebratio huius anni nullam habet annexio-
nem cum trina celebratione anni præteriti.

Et hoc modo debet intelligi reuocatio facta à
Gregorio XV. & Vrbano VIII. oraculorum, quæ
non ſunt ſortita ſuum effectum, aliàs inutilis. &
vna foret reuocatio, tam Gregorij, quam Vrba-
ni, cum omnes gratiæ, & facultates conceſſæ re-
ligioſis ante ipſas reuocationes per viuæ vocis ora-
cula ſint acceptatæ, & multæ poſitæ in executio-
ne, quoad aliquos effectus; non ergo hoc ſuffi-
ciet, vt dicatur, quod tales gratiæ per ſolam acce-
ptationem ſortitæ ſunt ſuum effectum, cum tractu
ſucceſſiuo pro futuris temporibus: & quod nul-
læ iſtarum incluſæ ſint in prædictis reuocationi-
bus; quia alias inutiles, & vanæ fuiſſent tales re-
uocationes, quod non eſt dicendum. Ita Bordo-
nus, *tom.* 1. *reſol.* 38. *n.* 8. Lexana, *verbo oraculum,
num.* 6. Fr. P. Petrus ab Angelis, *in ſuo ſpeculo,
d.* 5. *ſect.* 3. *n.* 14. & *d.* 8. *ſect.* 4. *n.* 4.

Ad ſecundam Confirmationem poterat ex ali-
quorum Doctorum ſententia reſponderi, diſtin-
111 guendo maiorem, in dicta reuocatione non inclu-
duntur oracula confirmata per bullas diſtinguo, ſi
dentur executioni ſine abuſu; & ſcandalo conce-
do, ſi dentur executioni cum ſcandalo, & abuſu
illorum nego. Ita colligo ex Donato *tractatu* 16.
q. 7. & ex Fr. P. Petro ab Angelis, *in ſuo ſpeculo,
d.* 8. *ſect.* 8. *n.* 3. Pro quo nota, prædictos Ponti-
fices ſolum intentaſſe tollere abuſus, & ſcandala
quæ ex vſu aliquorum oraculorum dabantur in
Eccleſia, & non intentaſſe reuocare oracula con-
firmata per bullas, in quorum vſu talis abuſus, &
ſcandalum non erat, vt ſunt oracula conceſſa præ-
112 latis pro bono regimine religionis, & ſalute ani-
marum ſuorum Religioſorum, quia Prælati non
abutuntur oraculis ſibi conceſſis, nec ſine magna
prudentia, & circumſpectione illa interpretantur.
Ita Donatus *ſuprà*; & ſic fuiſſe declaratum à ſa-
cra Congregatione teſtatur Caſtellinus, *de electio-
ne cap.* 5. *n.* 37. & docet etiam Fr. Petrus ab Ange-
lis, *ſupra, d.* 8 *ſect.* 8. *num.* 3. Et idem dici poteſt de
oraculis concedentibus indulgentias pro reli-
113 gioſis, in quarum conceſſione nullum datur
ſcandalum, nec poteſt eſſe abuſus,

Secus, dicendum eſt in oraculis, ex quorum
vſu poteſt reſultare ſcandalum fidelium, vt eſt 114
oraculum ter celebrandi in eadem die; nam hæc
etiamſi ſint confirmata per bullas omnia cenſen-
tur reuocata, per reuocationem Vrbani VIII, vt
bene ait N. P. Petrus ab Angelis, *ſuprà, d.* 8. *ſect.*
6. *num.* 11. Et in hoc ſenſu bene poterant explica-
ri quæ ego, *dixi in noſtro Directorio Regularium. p.*
5. *tract.* 2. *d.* 1. *n.* 37. Non enim credendum eſt
Pontifices illos velle permanere illa oracula, eo
quod fuiſſent confirmata per bullas, ſi alias ex vſu
illorum ſequeretur ſcandalum, nam ſi Alexander
VII aliquas propoſitiones damnauit, & prohi-
buit ſub anathemate, quia erant ſcandaloſæ, quan-
to magis huiuſmodi Pontifices vellent, & inten-
derent auferre, & annullare, & reuocare oracula,
ex quorum vſu ſequitur ſcandalum ſæcularium?
Atqui ſi in Luſitania tale oraculum ter celebran-
di in eadem die daretur executioni magnum in-
ſurgeret ſcandalum inter omnes fideles; ergo ta-
le oraculum iam reuocatum eſt. Verum quia hæc
reſponſio aliquo modo aduerſatur his, quæ ego
dixi in noſtro Directorio Regularium loco citato,
vbi abſolute dixi, omnia oracula confirmata per
bullas non eſſe reuocata à Gregorio XV. nec ab
Vrbano VIII. accipe aliam ſolutionem.

Reſpondeo igitur ſecundo concedendo omnia 115
oracula confirmata per bullas non fuiſſe reuocata
in mea, & aliquorum Doctorum opinione. In
opinione tamen aliorum doctorum reuocata fue-
runt, vt tenent Bordonus, *reſol.* 31. *num.* 5. Dona-
tus, *tract.* 16. *q.* 3. Iupiter, *Adreſa. d.* 3. *de iure
Pontific. q.* 1. Ioannes Martines del Prado, *tom.* 1,
q. 6. §. 3. Fr. P. Petrus ab Angelis, *in ſuo ſpeculo
d.* 8. *ſect.* 7. *num.* 11. Vnde cum tantum detur opi-
nio probabilis exiſtentiæ huius oraculi, non po-
teſt à communicantibus, quæ illo nunquam vſi
fuere dari denuo executioni; Nam cum ius com-
mune probibeat trinam celebrationem in eadem 116
die, non poſſunt perſonæ priuatæ regulares pri-
uilegio tantum probabili agere contra dictum ius
commune: nam ius reſpectu illorum eſt in certa,
& pacifica poſſeſſione, & melior eſt conditio poſ- 117
ſidentis, & ex tali introductione, triaæ celebra-
tionis ſequeretur turbatio, & ſcandalum fidelium
illius regni, vbi talis cebratio eo die nunquam
viſa fuit, ſicut qui ſolum habet probabilitatem
rem eſſe ſuam, non poteſt eam publice auferre ab
actu illam poſſidente, etiam cum iure probabili,
ſi inde ſequatur ſcandalum, vt notat Lugo, *de in-
ſtitia, d.* 16. *n.* 104. Sed id debet adducere ad iudi-
cium; & expectare iudicis ſententiam, vt *ſuprà*
diximus; ſic ergo in noſtro caſu, cum ius com-
mune pacifice poſſideat, vt à ſua poſſeſſione pu-
blice expellatur, vt fit per celebrationem trium
Miſſarum, quæ ex ſe ſunt actiones publicæ factæ
nomine totius Eccleſiæ, debet rem afferre ad iu-
dicium, & expectare ſententiam iudicis, qui in
hoc caſu debet eſſe ſummus Pontifex, qui ſi de-
claret tale oraculum non eſſe reuocatum, de illius
communicatione non dubitamus, vt *ſuprà* la-
tius dixi; Sed quia hæc ſolutio meo videri multas
patitur Inſtantias accipe. 3. Solutionem.

Reſpondeo igitur tertio eidem Confirmatio- 118
ni; concedendo omnia oracula confirmata per
bullas non fuiſſe reuocata, nec à Gregorio XV.
nec ab Vrbano VIII. Concedo etiam hoc oracu- 119
lum jam eſſe confirmatum per bullam, ac per con-
ſequens

ſequens non fuiſſe reuocatum per illam genera-
120 lem reuocationem Gregorianam, vel Vrbanam. Nego tamen ex vi illius per communicationem poſſe regulares Luſitaniæ ter celebrare in die defunctorum. Et ratio eſt, quia quando ratio conceſſionis priuilegij factæ vni, vel pluribus Monaſteriis vnius regni, non poteſt adaptari aliis conuentibus aliorum regnorum, vel gratis conceſſa eſt ex illis, quæ raro, & cum magna difficultate ſolent concedi, & eſt exorbitans a iure communi, non communicatur conuentibus eiuſdem, vel aliorum ordinum mendicantium, vt *ſuprà* diximus; ſed ratio conceſſionis huius oraculi illi
121 Conuentui Dominicanorum Valentiæ, non poteſt aptari conuentibus eiuſdem ordinis Luſitaniæ, vel aliorum regnorum, vt *ſuprà* diximus, & alias gratia eſt ex illis, quæ raro, & quæ cum magna difficultate conceduntur, & eſt valde exorbitans à iure communi; ergo licet tale oraculum ſit confirmatum per bullam, & non ſit reuocatum, imo ſit in ſuo vigore, non poteſt à religioſis Luſitaniæ eiuſdem, vel alterius ordinis mendicantis participari.

Per quod patet ad illam inſtantiam de non vſu, vel renunciatione priuilegij. Nam licet priuilegia regularium non amittantur per non vſum, quando in aliquo Conuentu ſunt in vſu, vt bene ibi probatum eſt, & quamuis regulares nunquam cenſeantur tacite priuilegiis renunciare, vt bene ibi probatum eſt, & licet contra eorum priuilegia non præſcribatur per non vſum, vt ibi, bene probatum eſt, adhuc in Luſitania, vel alibi extra Valentiam, & illa loca in quibus talis trina celebratio eſt in vſu non poteſt denuo executioni mandari, eſto oraculum ſit bullatum, & ſit in vſu, & contra illud non ſit præſcriptum, ſiquidem ratio illius conceſſionis non poteſt adaptari aliis conuentibus, præter illum, cui fuit conceſſum, &
122 quia eſt veluti priuilegium locale, & perſonale quod non poteſt communicari de loco ad locum, vt *ſuprà* diximus. Vnde nec alij Conuentus Va-
123 lentiæ aliorum ordinum, nec Aragoniæ, vel Catalonniæ, tam eiuſdem, quam alterius ordinis, poterant dictum priuilegium communicare quando conceſſum primo fuit illi conuentui Valentiæ, nec in eo hodie communicant, vnde a principio ter celebrantes, niſi eos ignorantia excuſaſſet, non liberarentur à peccato, ſed quia conſuetudo in-
124 ualuit, tum apud omnes illos religioſos, quam apud clericos, ideo hodie iam licite ter celebrant, quod tamen hodie fieri licite non poteſt in Luſitania, vel in altero Regno, cum conſuetudo vnius
125 loci contra ius commune non poſſit transferri de loco ad locum: & licet talis conſuetudo, pro vt habet vim priuilegij, poſſet communicari ab aliis regularibus Luſitaniæ, vt probat ſecundum. Argumentum, id ad ſummum foret, quando eadem ratio conceſſionis daretur in regno Luſitaniæ, ac Valentiæ, & quando gratia non eſſet ex illis, quæ raro conceduntur, quæ rationes, cum non dentur in præſenti, nec etiam per modum priuilegij talis conſuetudo poteſt communicari, ſicut non poteſt communicari oraculum, etiamſi eſſet in ſua vi, vt *ſuprà* diximus.

Tandem ad illud quod ait Fr. Ludouicus à Conceptione, de conſuetudine, quæ quando eſt præter ius poteſt de loco ad locum transferri, ſi eſt eadem ratio, iam ſupra reſponſum eſt, & iterum Reſpondeo, quod quidquid ſit de tali opinione, quam etiam loquendo de conſuetudine, quæ
eſt præter ius, reiicit cum aliis communiter Dia- 126
na, *p. 6. tract. 5. reſol. 31.* Loquendo tamen de conſuetudine, quæ eſt contra ius, ab omnibus reiici-
tur; Vnde cum hæc conſuetudo ſit contra ius com- 127
mune, vel ſaltem contra vniuerſalem conſuetudinem Eccleſiæ, quæ facit ius, & eſt optimus ipſius iuris interpres, *l. minime, ff. de legibus, l. ſi de interpretatione, ff. eodem titulo, cap. cum dilectus de conſuetudine*, & cum Menochio, Maſcardo, Giurba, & aliis docet Barboſa, *in axiomatibus iuris axiomate 56 n. 6.* nullo modo poteſt transferri talis conſuetudo de loco ad locum.

Nec obſtat illud quod ait idem Ludouicus, il- 128
lam prohibitionem textus *Conſuluiſti*, non eſſe vniuerſalem, ſed particularem, quoad illos, qui ex auaritia, & adulatione ſæcularium ter celebrant, non verò contra illos, qui celebrant ex deuotione. Non obſtat inquam. Reſpondetur namque talem prohibitionem eſſe vniuerſalem, vt declarat totius Eccleſiæ conſuetudo, illi autem caſus exprimuntur exempli gratia, & non tollunt vniuerſalitatem legis, vt recte docet cum Syluestro, Naleto, Bonacina, Lezaza, *verbo leges regularium*, n. 43. & Nos *ſuprà* diximus, ergo nullo modo talis conſuetudo contra ius commune poteſt transferri de regno ad regnum, vel de Prouincia in Prouinciam, quidquid dicat prædictus Ludouicus, *loco citato*.

DVBIVM APPENDIX

AD DICTVM CASVM.

An ex diſpenſatione Epiſcoporum, vel ordinariorum, poſſit talis conſuetudo transferri de regno Valentiæ ad regnum Luſitaniæ verbi gratia.

AFfirmat idem Ludouicus à Conceptione, *dicto
tractatu 1. §. 3. lit. C. tom. 1. examinis veri-* 129
tatis, n. 4 Quod ſic probat, Epiſcopi iure communi, & ordinario poſſunt in ſuis Eccleſiis quid-
quid in tota Eccleſia ſummus Pontifex, niſi ipſius 130
ſummi Pontificis obſtet reſeruatio; Atqui ſummus Pontifex poteſt concedere, vt omnes, & ſin-
guli presbyteri in vniuerſa Eccleſia ter celebrent 131
in die defunctorum; ergo idem poſſunt facere Epiſcopi, & ordinarij pro ſuis Diœceſibus. Maior eſt certa & ab omnibus admittitur. Minor patet, quia non adeſt Pontificia lex, decretum, ſtatutum, aut bulla in contrarium, ergo vera eſt conſequentia. Antecedens patet, *quia cap. conſuluiſti*, non continet præceptum, ſed tantum ſufficientiam, & conuenientiam, & conſilium.

Tum quia dato, quod contineret præceptum non eſt vniuerſale, ſed particulare pro illis, qui ex auaritia celebrant, vt ſuprà probauit; Ergo ſi Epiſcopus diſpenſet, Sacerdotes ter celebrent ſine receptione ſtipendij in die defunctorum, non faciet contra dictum *cap. conſuluiſti*; Tum quia poſita licentia ter celebrandi in illa die, nullus relinquitur locus auaritiæ, & cupiditati, vt patet in trina celebratione in die Natalis Domini, in quo pro qualibet Miſſa poteſt Sacerdos ſumere ſuum ſtipendium.

Tum quia dato, quod *in dicto cap. conſuluiſti* 132

contineretur præceptum vniuerſale prohibens
132 trinam celebrationem in vna die, ſtante iuſta cau-
ſa poteſt Epiſcopus præbere facultatem dicendi
plures Miſſas in vna die. Nam *in cap. conſuluiſti*,
ita dicitur, niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat; cum er-
go non explicet Pontifex, neceſſitans cauſas, hoc
certe Epiſcopis iudicandum relinquit, ergo opti-
me poteſt Epiſcopus iudicare cauſam ſufficientem
eſſe, neceſſitatem animarum Purgatorij. Nam ſi
hæc cauſa fuit ſufficiens ad mouendum Pontifi-
cem ad diſpenſandum, quod in Regno Valentiæ
ter in illa die celebraretur, cur eadem cauſa non
erit ſufficiens, vt quilibet Epiſcopus in ſuo Epiſ-
copatu idem explicet, ſequendo veſtigia ſui pa-
ſtoris, præcipuè cum nullum ſit in prædictis tex-
tibus verbum, quoad hoc auferens iuriſdictionem
Epiſcoporum.
133 Verum licet huiuſmodi rationes prædicti Lu-
douici aliquam habeant apparentiam, & alicui for-
taſſe videantur probabiles; Ego non illis aſſentior;
ſed abſolute dico, Epiſcopos nullo modo poſ-
ſe diſpenſare, vt in ſuis Diœceſibus ter à quo-
libet Sacerdote in die defunctorum celebretur.
Ratio fundamentalis eſt, quia inferior qualis eſt
134 Epiſcopus reſpectu Papæ, non poteſt propria au-
thoritate diſpenſare in lege ſuperioris, niſi ſupe-
rior, expreſſe, vel tacitè concedat. Contrarium
enim eſſet deſtruere, quod ſuperior facit, cum diſ-
135 penſatio ſit actus iuriſdictionis, & relaxatio iu-
ris inducti per legem, vt tenet D. Thomas, *in p.
2.q.97.art. 4.ad 3.* Suarez, *lib.3. cap.*14.*n.* 4. San-
chez, Gutierrez, Valentia, Syluius, Granados,
Gordonus, Amicus, Azorius, quos refert, & ſe-
quitur Diana, *p.* 8.*tract.* 3. *reſol.* 11. Quidquid alij
dicant apud idem Dianam; ſed datur præceptum
136 Pontificium non celebrandi ter in eadem die, *in
cap. conſuluiſti*; ergo Epiſcopi non poſſunt in tali
iure diſpenſare.

Dixi niſi Superior tacite, vel expreſſe conce-
dat, quia dantur aliqui caſus, in quibus Epiſco-
137 pus poteſt diſpenſare in legibus Papæ, primus eſt
in rebus, quæ frequenter occurrunt, vt ſunt ieiu-
nia, recitatio horarum, auditio Miſſæ, &c. Se-
cundus quando materia eſt leuis, & exigui mo-
138 menti, id eſt, quæ non obligat ſub mortali. Ter-
tius quando materia legis non eſt communis, ſed
propria ſolum ſubditorum talis Epiſcopi. Quar-
tus quando recurſus ad Superiorem eſſet valde
difficilis, ſeu quando occurreret magna neceſſi-
tas, & periculum eſſet in mora. Quintus quan-
do datur præſcriptio ea parte inferioris, vt recte
cum aliis à ſe citatis notat Diana, *p.8. tract. 3. re-
ſol.* 12. Atqui noſter caſus non eſt aliquis ea ſu-
139 pra enumeratis, niſi quartus, quando ſcilicet oc-
currit magna neceſſitas, & periculum eſt in mora;
ſiquidem non accidit frequenter, nec eius mate-
ria eſt leuis, nec eſt particularis alicuius Epiſco-
patus, ſed communis totius Eccleſiæ, & alias po-
teſt facile dari recurſus ad Superiorem, & nulla de
eo datur præſcriptio apud aliquem Epiſcopum,
ergo cum ſolum poſſit eſſe caſus quando occurrit
aliquà magna neceſſitas, & periculum eſt in mo-
ra, qui eſt caſus qui continetur in textu, vbi dici-
tur niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat, in multo alio
caſu poteſt Epiſcopus in hoc præcepto diſpenſare;
ſed etiam in hoc quarto non poteſt diſpenſare, ſi-
quidem deuotio fidelium, & neceſſitas anima-
rum, non eſt caſus neceſſitatis; de quo loqui-
tur textus, nam in his datur facilis recurſus ad
Pontificem, & non eſt periculum in mora; ergo
in tali caſu non poteſt Epiſcopus diſpenſare.

Nec obſtat id quod ait prædictus Ludovicus, 140
Epiſcopum poſſe in ſua Diœceſi quidquid Papa
in tota Eccleſia, niſi ſpecialiter aliquid ei prohi-
beatur; ſed hæc trina celebratio in eadem die nul-
libi apparet reſeruata; ergo non obſtat inquam:
Reſponde namque, illud axioma eſſe falſum, ni-
ſi multis modis limitetur, vt bene *inquit* Suarez,
*lib.6. de legibus,c.*14 *n.* 6. & cum aliis Diana, *p.
8.tract.3.reſol.* 11. Nam ſupponit in primis Epiſ-
copos habere ex iure diuino abſolutam, & uni-
verſalem iuriſdictionem in ſuis Diœceſibus, limi-
tabilem tamen à ſummo Pontifice, quod tamen
falſum eſt: nam Epiſcopi immediate habent iu-
riſdictionem à ſummo Pontifice, ad quem etiam
ſpectat gradum, & modum illius iuriſdictionis
definire.

Deinde multa ſunt, quæ poteſt efficere Papa
in tota Eccleſia, quæ in rigore numquam potue-
rant facere Epiſcopi, ſaltem eo modo, quo illa
poteſt Pontifex, v. g. committere presbytero mi-
niſterium Sacramenti Confirmationis, vel ordi-
nis minoris; Diſpenſare in matrimonio rato non
conſummato in voto ſolemni inſtituere cenſuras
Canonizare ſanctos. Diende dato, quod tale
axioma eſſet verum, prohibitum eſt in iure mul-
toties in vna die celebrare, vt patet *ex cap. con-
ſuluiſti*; ergo iam Epiſcopus non poteſt concedere
licentiam ad ter celebrandum in die defunctorum
in ſuo Epiſcopatu.

Ad illud vero quod ait *cap. conſuluiſti*, non
continere præceptum, eſt falſum, vt *ſuprà* dixi-
mus, & tenet vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudo,
quæ eſt optimus legis interpres. Ad illud ve-
ro quod ait, quod dato quod contineret præcep-
tum tale præceptum non eſſe vniuerſale, ſed parti-
culare contra eos tantum, qui celebrant ex cupi-
ditate, id etiam falſum eſt, quia ſi hoc verum eſ-
ſet, poſſet quilibet Sacerdos ſine vlla diſpenſa-
tione, etiam Epiſcopi multoties ex deuotione in
vna die celebrare; Nam per dictum Ludouicum,
tale caput *conſuluiſti* non continet præceptum,
ſed tantum conſilium, & dato quod contineret
præceptum, tale præceptum ſolum eſt particula-
re, contra eos qui celebrant ex cupiditate pecu-
niæ, & ex auaritia; ergo ſi quis non ex auaritia,
ſed ex deuotione ter in die celebraret, non in-
fringeret tale præceptum, & cum alias non te-
neatur ſemper ſequi conſilium, poſſet quilibet
Sacerdos abſque vlla etiam Epiſcopi diſpenſa-
tione, quotidie ter celebrare; ſed hoc eſt ridicu-
lum, & inauditum, nec credo ipſum Ludouicum
conceſſurum, ergo tale præceptum eſt vniuer-
ſale, & extenditur ad omnes, etiam ex deuotione
celebrantes.

Nec obſtat id, quod ait prædictus Ludouicus, 145
quod ſtante iuſta cauſa poteſt Epiſcopus præbe-
re facultatem celebrandi ter in vna die. Nam
cum *cap. conſuluiſti* dicas, niſi cauſa neceſſitatis
ſuadeat, & non explicet neceſſitatis cauſas, id
certe Epiſcopis examinandum relinquit; ergo ſi
Epiſcopus iudicet neceſſitatem animarum in
Purgatorio, & deuotionem fidelium reſpectu
animarum in illa die defunctorum ad hoc eſſe
ſufficientem cauſam, vt eam iudicauit Pontifex
reſpectu Eccleſiæ Valentiæ, optime talem pote-
ſtatem ter celebrandi poterit dare, ſicut eam de-
dit Pontifex in regno Valentiæ eius veſtigiis in-
hærendo.

hærendo, non obſtat inquam. Reſpondeo namque neceſſitatem quam ibi poſtulat lex, & quam examinandam reliquit Epiſcopis, vel etiam Parochis eſſe neceſſitatem contra diſpoſitionem legis, & cui lex ipſa non eſt ſubiecta, *l. Tutor. qui repertorium ff. de adminiſtrat. tutor. l. vt gradatim* §. 1. *de muneribus, & honoribus l. non ſolum.* § *fin ff. de excuſat. tutor. l. aliquando. ff. de offic. proconſ. cap. licèt de feriis, cap. exiit. in fin. de verbor. ſignific.* & cum Calderino, Iaſon, & aliis notat Barboſa, *axiomate* 157. *num.* 1. Illa enim dictio, *niſi*, exceptiua eſt, & in affectu aduerſatur præcedentibus, vt in *l. actione*, vbi Bartholus, Iaſon, & cæteri. *C. de tranſact. & in reg. peccatum. de reg. iuris in* 6. & cum multis tradit Barboſa *de dictionibus*, *dictione* 217. *num.* 2. Atqui hæc neceſſitas non poteſt eſſe neceſſitas animarum Purgatorij, nec deuotio circa illas; ergo ex hac cauſa non poterit Epiſcopus in trina celebratione pro ſuo Epiſcopatu diſpenſare.

Minor patet: nam neceſſitas animarum Purgatorij, & deuotio circa illas, ſunt ſubiectæ legi, nec aduerſantur legi præcedenti, ſiquidem videmus, quod Eccleſia ſciens hanc quotidianam animarum neceſſitatem, & deuotionem fidelium, adhuc prohibet trinam celebrationem quotidie, etiam pro animabus purgatorij, & nolit, niſi quod ſemel tantum in die pro eis celebretur; ergo lex non loquitur de hac neceſſitate, ſed de neceſſitate, quæ non eſt ſubiecta legi, vt quando pro communicando morituro neceſſe eſt, quod Sacerdos, qui iam ſumpſit hoſtiam, iterum ſacrificet, vel in aliis caſibus raro contingentibus, quorum vrgentiam examinandam reliquit Epiſcopis, imò & Parochis, in quibus neceſſitas perſuadet duplam, vel etiam trinam celebrationem; alias ſi dicta neceſſitas animarum, & fidelium deuotio eſſet ſufficiens cauſa ad multoties in die celebrandum, poſſet Epiſcopus diſpenſare, vt quotidie ter celebraretur, ex deuotione pro animabus purgatorij, imò quod decies, vel vigeſies, cum neceſſitas animarum omni hoc auxilio ſemper indigeat, quod cum ridiculum ſit, ridiculum etiam reputo dicere Epiſcopum poſſe in hoc iure diſpenſare.

142 Nec obſtat id quod ait prædictus Ludouicus, Epiſcopum in hac diſpenſatione trinæ celebrationis imitari Romanum Pontificem, qui ob deuotionem & neceſſitatem animarum cum illis Regnis Valentiæ diſpenſauit. Non obſtat, inquam. Nam motiuum, & cauſa diſpenſationis Pontificis, non fuit deuotio, nec neceſſitas animarum, ſed vitatio ſcrupulorum, & quies conſcientiæ illorum religioſorum, qui ex antiqua conſuetudine ſolebant ter in illa die celebrare, vt *ſuprà* diximus, alias non æquè procederet Pontifex cum aliis Regnis, in quibus eſt tanta, & maior deuotio cum animabus Purgatorij non eis concedendo idem priuilegium, nec charitatem haberet cum animabus, ſiquidem ſtante cauſa ex parte illarum ſufficiente ad diſpenſandam cum tota Eccleſia vt ter pro animabus in die Defunctorum celebretur, imo & quotidie, id non concedit, ſed potius prohibet, quod quidem dicere de ſummo Paſtore maxima iniuria erit, cum in eius pectore æquitas, & miſericordia, & charitas el ceat; cauſa ergo quam petit Pontifex in dicto textu non eſt neceſſitas animarum, vel deuotio fidelium, cum hæc ab eo cognita fuerint tempore prohibitionis; & illam noluit exceptare. Tum quia magis ponderat digna celebratio illius ſacrificij, quod multum faciet homo, ſi dignè ſemel in die offerat, vt ait textus, & myſtica repræſentatio mortis Chriſti, quæ vna tantum fuit pro redemptione totius mundi, quam ſuccurrere animabus Purgatorij, quibus aliis viis ſuccurrere poſſunt fideles, ſi velint. Non ergo ex prædictâ cau-
ſa Epiſcopi poſſunt diſpenſare *in dicto c. ſignifi-*
caſti, quidquid dicat Ludouicus à Conceptio- 143
ne, cuius opinioni in hac re non aſſentior, li-
cèt laudem illius deuotionem erga ſanctiſſi- 144
mas illas animas, quarum ego etiam amiciſſi-
mus ſum, ſed magis amica veritas. 145

Hæc ſunt, Excellentiſſime Princeps, quæ in hac re potui inuenire, & quæ diligentia, & ſtudio meo potui inueſtigare, quæ ſi tibi arrideant, ea magni faciam, ſi diſpliceant, nihil à me actum eſſe exiſtimabo, ſiquidem Superiorem te ſcientia, & ſapientia veneror, & tunc credam rem non intellexiſſe, & nihil ad rem dixiſſe quando quæ mihi placuerunt, vt vera tibi vt falſa dipliceant. Faxit Deus, vt quæ ingenij tenuitate adeptus non fui, tui intellectus excellentiori, & Superiori omnium perſpicuitati pateſiant, vt ſic veritas doctrinæ, quam omnes aſſequi deſideramus, appareat, & deuotio ſanctarum Animarum Purgatorij in fidelium animis huius Regni in dies magis augeatur. Vale. Poſt hæc ſcripta, videns excellentiſſimus Dominus Dominus Petrus ab Alancaſtro Dux Auerij meas rationes, & quomodo ex vi communicationis dicti priuilegij, vel conſuetudinis, non poteſt transferri illam trinam celebrationem in die Defunctorum à Regno Valentiæ ad Regnom Luſitaniæ, poſtulauit à Sanctiſſimo Clemente IX. priuilegium ad hoc vt in Regno Luſitaniæ talis dicta celebratio fieret in die Defunctorum; rationes autem, quas allegauit in ſupplica ad Sanctiſſimum, dignatus eſt ad me mittere, vt eas viderem, & ingenue fateor admiratum fuiſſe tantam excellentiſſimi Principis ſapientiam, vnde vt totum hoc volumen illis exornaretur eas in fine huius Conſulti propono, tum vt toti orbi huius excellentiſſimi Principis ſapientia innoteſcat, tum vt illius erga ſanctiſſimas animas, deuotio reſplendeat; nam licèt adhuc reſponſum à Sanctiſſimo non habeamus, eo quod mors è viuis nobis abſtulit ſanctiſſimum Clementem IX. & hucuſque Sedes vacat, ſperamus tamen, talem ſupplicam habituram feliciſſimum effectum, volui autem dictam ſupplicam eiſdem verbis, & idiomate Luſitano hoc loco proponere, vt eas ad me miſit excellentiſſimus Dux, quia aliquid ex eis vertere, mutare, aut alterare, piaculum iudicauit.

Suplica

Suplica Excellentiſſimi Domini D. Petri ab Aelencaſtro Ducis Aueri) ad Sanctiſſimum, in qua poſtulat priuilegia ad trinam celebrationem in die Defunctorum 2. die Nouembris.

PEdeſſe à S. Sanctidade indulto, paraque em o Reyno de Portugol peſſoon os Sacerdotes Seculores, & Regulares, no dia da Commemorngaon dos Defunctos n 2. de Nonembro dizer cadahum tres Miſſns, & oque deue mouer o animo de ſua Sanctidade a fazer eſta graça he o ſeguente.

1. Porqne à probibiçnon de no meſmo dia dizer cada Sacerdote multas Miſſas, he ſo de dreito poſitino, aqual ſe atha no cap. conſuluiſti de celebrat Miſſ. & no cap. Sufficit de conſecrat. diſt. 1. Donde Cened. & Barb. allegnm largamente & neſte nnmpadeſſe dunida poder ſua Snnctidade diſpenſare.

2. Senaon fora o coſtume, que interpetron a probibiçnon de dreito podieſſe duuidar ſe neſte cnzo, punha eſte precepto, ou era ſo concelbo: tomando fundamento de Chriſto Señor Noſſo padeſçer bnam ſo vez, oque ſe funda na polaura pnr la qnnl hum, & outro Texto falla, que he, Sufficit Sacerdoti, aqual (ſemota conſuetudine) parece nam indnzir precepto, bem como conferme à granes DD. onam induz a palnura (par eſt) do cap. denique diſt. 4. Explicando o verbo ſufficit, diz Pardnlfo Prateo, & Ioam Caluino no ſeu Lexicon iuris, que eſte verbo, Significat quod fieri poteſt, non quod debet.

3. Fazem para eſta conceſſaon a limitaçaon de ditto, cap. conſuluiſti v. Niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat: & ſendo iam euidente, & grande a das Almas, que partiram deſta vida em grnça, & eſtnm no Purgatorio padeſcendo, podia ſeter ſenam forn o cnſtume, que qualquer Sacerdote ſem mnis licença fundado nas dittas palauras as podia dizer.

4. O meſmo ſeedhe da outra probibiçaon do cap. Sufficit, allegado. v. Quidam tamen pro Defunctis vnam faciunt & alteram de die. ſi neceſſe fuerit: Logo n neceſſidade por lo meſmo, cnpitulo far licito, oque alias por ello era prahibido.

5. Porque os DD. como Nnuar. Henr. Ledeſm. Tabien. Azor. &c. Vulgarmente todos dizem ſer cauza juſta de hum Sacerdote dizer duas Miſſas ò cuſtume, o Conſtitnçaon Synodal de que os Defunctos ſe enterrem, com Miſſa, & ſua Neceſſidade particular de huam Alma interpetra aſſi ò dreito, a quello mais deue obrigar ade cantas, inclinande a animo de ſua Snnctidade.

6. Faz o que dizem os DD. Como Nauar. Ledeſm. Palud. Syluest. Tabiena, Angel. Azor. è S. Thomaz. 3. part. quæſt. 31. art. 2. ad 5. que pode ò Sacerdote dizer ſegunda Miſſa, quanda tendo conſummido ò oduertem haner hum enfermo de commnngnr per modum Viatici: donde ſe fnz a meſma ponderaçaom, que aſſina da neceſſidade particular, o generul.

7. Dizem os DD. como Henriq. Ledeſm. Nouar. Fagund. & outras, ſer juſta cauza de hum Sacerdote dizer ſegunda Miſſn o cuſtume das grnçia, & ſtatuto de que na Vigilia emque corre dia duplex ſe diga noe graçia duas Miſſns, & ha hum ſo Sacerdote para o que Henriquez allega o cap. Creatum de celebratione Miſſarum, & parece mais juſtificada ndo apertodas ſanctas Almas.

8. Porque Nauar. no Monual. Latino cap. 25. n. 97. Azor... tom. inſt. moralium, lib, 10. cap. 14. § excipiunt. Henr. lib. 9. de Miſſ. c. 5. n. 7. Hallando que mulins dizem ſe pode dizer ſeconda Miſſo pro lo meſmo Sacerdote no proprio dia, cum occurrit cauſa, quæ iuſta videtur arbitrio boni viri. Vnn fnndndos no cap. Conſuluiſti ſup. o que tambem tem Abb. no ditto cap. & benrezam porque quando ò dreito, aliquid abſolute, & non certo, ac definito modo ſtatuit; diffinio, arbitrio; ac iudicio prudentis viri committitur. L. 1. ff. iur. de liberand. cap de cauſ de offic. iudic. delegat. & aſſim excepinando ò ditto. cnp aſſimo nenhuza iuſto, on neceſſidade, ſicnm eſtes no arbitrio boni viri: & que cauza mais iuſtn? & que neceſſidade maior? que aque tem as ſanctas Almas?

9. Porque admittindo os Capitulos de dreito, & o commnn ſintir dos DD. ſer cauza juſta à neceſſidade, em eſte Reyno a ha preciſa, porque naquelle dia eſtnm carregadas as igreçns com grande quantidade de Miſſns, para que nelle ſe digam, aque ſenam pode dar ſatisfaçaon.

Vltimnmente parn eſta conceſſam ha exemplo, porque no Reyno de Valença, Aragam, & Catolunha, ſe dizem tres Miſſas por cada Religioſo deſo Dotores no ditto dia, & pellos que partecipam de ſous priuilegios per indulto de Iulio III. de que teſtemnnham multos, & grnues DD. como ſnon Ledeſm. Trulleng. Fr. Andr. de Spirit. ſanct. & Fr. Mich. Roiz nn ſua ſumma, cap. 247. n. concl. 5. a onde allegua Fr. Vincent. Iuſtinian. Nanida de S. Luiz Beltraon & acreſcenta. El qual priuilegio eſta en vſo en aquel Reyno, (falla no de Valença) y los que gozen de ſus indultos por via de comoneacion, gozan tambien del y anſi hallandome yo en aquel dia en el Conuento de Nueſtro Padre San Franceſco de Valençia, dixe tres Miſſas; como dezian los mas Sacerdotes.

Acreſcentamos ſer coſtume poſto que antiquado, dizer nam ſo naquelle dia, mas en todos cnda Sacerdote multas Miſſas, como ſe vee do Concil. 12. Tolet. que ſe celebren na era de 719. inntadoſe pur nelle 35. Biſpos no, cap Relatum. que he o. 5. onde condemno nos Sacerdotes que dizendo multas Miſſas ſo nn vltima ſe commungnnaen, & notam alij Garçia, de Loayſa, & o P. Coriolano, que ern coſtume dizer cnda Sacerdote multas miſſas em hum dia vrgente aliqua neceſſitate, & que no Concil. Salnguſtadenſe no, cap. 5. ſedispros que Sacerdote diceſſe ſo tres Miſſas cada dia, & no Anteſiodorenſe, c. 10. que ſe celebren ò anno de 590. Sendo Papa Greg. I. ſe prohibe, que ſobre ò meſmo Altar nam poſſa o proprio Sacerdote no meſmo dia dizer mais que huan Miſſo, ò deſte coſtume antigo depoem multos como Vvalafrido Strabo, de reb. Eccleſiaſt. cap. 21. donde refere hauer entendido que ò Pap. Leon dizia 7. & 8. Miſſns cnda dia.

Noviter ſnbio Antor Eſpañol, & multo elacioo que leva per opiniaon que em todo Eſpaña ſe pode vzar de Priuilegio de Valençn per participaçnon dizendo nodia de Commemoroçnon dos Defunctos tres Miſſns cada Sacerdote ſem de nouo ſe recorrer ò See Apoſtolica de quem ſe eſpera foça eſtn grnçn a o Reyno de Portugnl, ſendo entre todos os da Chriſtandade o maes bene merito.

CON

CONSVLTVM CII.

De Prælato regulari, an poſſit diſpenſare cum ſuo ſubdito podagra laborante, vt ſedens Miſſam celebret?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Nullus prælatus regularis poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito podagra laborante, vt ſedens celebret Miſſæ ſacrificium.*
3 *Qui celebrat ſedendo neceſſario debet omittere plures Miſſæ cæremonias.*
4 *Nullus prælatus regularis poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito, vt celebret abſque aliquibus Miſſalis cæremoniis.*
5 *Tales ceremoniæ præcipiuntur à Papa ſub præcepto obſeruari.*
6 *Inferior non poteſt diſpenſare in legibus Papæ, niſi detur implicita voluntas illius.*
7 *Niſi detur implicita voluntas ſuperioris nequit inferior reuocare legem Superioris.*
8 *In hoc caſu non datur talis voluntas implicita Superioris.*
9 *Ponitur quoddam argumentum in contrarium.*
10 *Ponitur illius ſolutio.*
11 *Ponitur aliud argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
12 *Inferior ex iuſta cauſa poteſt diſpenſare in lege Superioris, quando non reſeruatur.*
13 *Ponuntur cauſæ, quæ requiruntur, vt inferior poſſit diſpenſare in lege Superiori.*
14 *Nulla ex dictis cauſis vrget in præſenti.*
15 *Probatur diſcurrendo per omnes.*
16 *Prælatus regularis non poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito, vt celebret ſi careret pollice.*
17 *Non poteſt diſpenſare cum omnino cæco vt celebret.*
18 *Sacerdos, celebrans ſedendo non poteſt multas efficere cæremonias.*
19 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
20 *Prælati regulares poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in irregularitate, quæ prouenit ex corpore vitiato, quando defectus non impedit totaliter vſum aliquarum cæremoniarum, ſecus ſi impediat.*
21 *Prælatus regularis non poteſt diſpenſare, vt ſacrificium ſine cæremoniis præſcriptis celebretur.*
22 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
23 *Non defuit author, qui dixit, nec Papam poſſe licitè diſpenſare, vt Sacerdos ſedendo celebret.*
24 *Ponuntur illius rationes.*
25 *Pontifex non poteſt diſpenſare in iure diuino naturali, ſed ſolum illud interpretare ex legitima cauſa.*
26 *Pontifex nunquam diſpenſauit, vt quis ſedendo celebraret.*
27 *Ex facto negatiuo arguitur illius impotentia.*
28 *Pontifex non poteſt diſpenſare, vt celebrent perpetuo amentes, omnino cæci, vel priuati pedibus vel manibus.*
29 *Perpetuo amentes, omnino cæci, & carentes pedibus, vel manibus, iure naturæ non ſunt habiles ad ſacrificandum.*
30 *Pontifex non poteſt diſpenſare, vt Sacerdos iacendo celebret.*
31 *Æquipollentium eadem eſt diſciplina.*
32 *Argumenta huius Doctoris, ſi aliquid probant, non ſolum probant Papam non poſſe licitè diſpenſare, vt quis ſedendo celebret, ſed neque validè.*
33 *Pontifex poteſt licitè, ſi detur iuſta cauſa, & validè etiamſi non detur, diſpenſare, vt Sacerdos ſedendo celebret.*
34 *Præceptum de celebrando ſtando eſt Eccleſiaſticum.*
35 *Diſpenſatio Pontificis in iure Eccleſiaſtico, etiam ſine cauſa eſt valida.*
36 *Solum eſt illicita venialiter, ſecluſo ſcandalo.*
37 *Celebrare ſtando non eſt de iure diuino naturali.*
38 *Chriſtus non celebrauit ſtando.*
39 *Chriſtus omnem adimpleuit legem.*
40 *Chriſtus recumbens celebrauit.*
41 *Recumbere, eſt quaſi ſedere.*
42 *Solum qui ſedet, vel iacet, ſurgit.*
43 *Maior indecentia eſt celebrare capite cooperto, quam ſedendo.*
44 *Sacerdos de Pontificis licentia poteſt celebrare capite cooperto.*
45 *Orans velato capite deturpat caput ſuum.*
46 *Maior honor eſt loqui cum rege capite cooperto, quam ſedendo.*
47 *Aliqui Pontifices celebrarunt ſedendo, qui referuntur.*
48 *Occurritur cuidam obiectioni, & ſoluitur.*
49 *Pontifex poteſt diſpenſare cum omnino cæco, vt celebret.*
50 *Poteſt diſpenſare cum carente manibus, vt celebret.*
51 *Maior indecentia eſt celebrare ſine manibus, quam ſine cruribus.*
52 *Papa non poteſt diſpenſare in iure naturali, ſed tantum ex cauſa illud declarare.*
53 *Ex eo quod Sacerdos ex diſpenſatione Pontificis celebret ſedendo, non deficit in reuerentia debita huic ſacrificio.*
54 *Cauſa iuſta facit licitum, quod alias eſſet illicitum.*
55 *Ex facto negatiuo Pontificum nihil infertur.*
56 *Pontifex non poteſt diſpenſare cum omnino amentibus, vt celebrent.*
57 *Amentia reddit hominem ſine iudicio, & ratione, quæ neceſſaria eſt de iure naturali ad validè celebrandum.*
58 *Pontifex non poteſt diſpenſare cum omnino iacente, vt celebret.*
59 *Talis ſitus omnino repugnat venerationi huius ſacrificij, & cur.*
60 *Ponitur cauſa, quæ requiritur vt Pontifex diſpenſet, vt quis celebret ſedendo.*
61 *Summus Pontifex ob ſolam deuotionem, & affectum celebrandi hoc ſacrificium poteſt ſecum diſpenſare ad celebrandum ſedendo.*
62 *Concluſio, & iudicium authoris circa caſum huius conſulti proponitur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVinam Graniſſimus religioſus labo-
rans podagra, ita vt non poſſet pedibus
sta.e, habebat magnum deſiderium, & conlo-
lationem d cendi Miſſam, ſed quia pedibus ſtare
erat ei impoſſibile.

Quæſiuit à me, an poſſit diſpenſari à prælato regulari, vel ſaltem à ſummo Pontifice, *vt* ſedens poſſet celebrare.

RESPONSIO AVTHORIS. PRIMO QVÆSITO.

An laborans podagra poſſit diſpenſari à Prælato regulari, vt ſedendo celebret.

CVm de hoc caſu fuiſſem interrogatus, & in ſpecie in nullo authore illum inueniſſem, forte venit ad manus meas N. Laurentius Eſpin. Carmelitanæ familiæ decus, & ornamentum, qui mouet hunc caſum reſpectu Epiſcopi, & ſummi Pontificis, ſatis erudite & docte; Verum quia non omnia, quæ ille aſſerit mihi placuerunt, dicam quid in hac re ſentio. Vnde reſolutorie reſpondi primo quæſito.

Nullum prælatum regularem poſſet diſpenſa-
2 re cum ſuo ſubdito podagra laborante, vt ſedens
celebret Miſſe ſacrificium. Ratio fundamenta-
3 lis eſt, quia qui celebrat ſedendo neceſſario de-
bet omittere multas cæremonias, & genuflec-
ctiones, conuerſiones ad populum, aſſiſten-
4 tiam ad cornu Epiſtolæ, & Euangelij; ſed
nullus Prælatus regularis poteſt diſpenſare cum
ſuis ſubditis vt celebret ſine his cæremoniis præ-
ceptis ab Eccleſia; ergo Prælatus regularis non
5 poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito, vt ſedendo
celebret. Maior eſt certa minor vero probatur,
quia tales cæremoniæ præcipiuntur à Papa ob-
6 ſeruari in celebratione Miſſarum, & hoc præ-
ceptum obligat ad mortale, vt patet ex breui
Pij V. poſito in principio Miſſalis, & colligitur ex Tridentino, *ſeſſ. 7 canone 17. & ſeſſ. 22.* in decreto de obſeruandis, & vitandis in celebratione Miſſarum; Sed nullus inferior Papa poteſt diſpenſare, vt ſacrificium ſine his cæremoniis fiat; ergo Prælatus regularis non poteſt diſpenſare vt ſuus ſubditus ſedendo celebret.

Minor patet. Quia nullus Papa inferior po-
teſt diſpenſare in legibus ipſius Papæ, *vt colli-
gitur ex cap. inferior diſt. 21. & ex cap. cum infe-
rior. de maioritate, & obedientia*, & ex *Clemen-
tina, ne Romani de electione*, & tenet, cum
Suario, Sanchez, Granado, Amico, & aliis
communiter Diana, *p. 8. tract. 3 reſol. 15.* Et
ratio id oſtendit, cum voluntas Superioris lege
explicata, nequeat per inferiorem reuocari. Tum
quia niſi detur ſaltem implicita voluntas Supe-
7 rioris, nequit inferior reuocare legem Superio-
ris; ſed in hoc caſu nulla datur Pontificis ſal-
8 tem implicita voluntas; ergo in eis non po-
teſt Prælatus regularis cum ſuo ſubdito diſ-
penſare.

9 Nec obſtat ſi dicas, Epiſcopum poſſe diſpen-
ſare cum ſuis ſubditis in omnibus legibus Pontificiis, quoties Pontifex poteſtatem diſpenſandi in aliqua lege ſibi non reſeruat, vt tenet Pontius, *in relectione de ſacram. confirmationis, p. cap 3. num. 5.* Valerus. Veiga, Solorzanus, Marchinus, Aragonius, Torre, Homobonus, Baunius, quos refert Diana, *p. 8. tract., 3. reſol. 11.* Sed nuſlibi diſpenſatio in hac lege apparet Pontifici reſeruata, ergo optime poteſt Epiſcopus in ea cum ſuis ſubditis diſpenſare; ergo idem poſſunt facere Prælati regulares cum ſuis ſubditis. Patet hæc vltima conſequentia. Tum quia Prælatus Regularis habet poteſtatem quaſi Epiſcopalem Tum quia Prælati regulares poſſunt diſpenſari in legibus Papæ cum ſuis ſubditis, in omnibus illis caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus cum ſuis ſubditis, per Clementinam, *ne Romanis de electionibus*, & patet ex Priuilegio Pij V. in bulla, quæ incipit ne Romani Pontificis, quam refert Bordonus, *tom. 1. reſol. 10. num. 6.* & ex alio priuilegio Sixti IV. Iulij II. Gregorij XIII. & Eugenij IV. quæ refert Fragoſo, *2. p. lib. 11. d 24. §. 7. num. 13.* & cum Lezana. Bordono. Ego dixi, *in noſtro Directorio Regularium, p. 1. tract. 2. d. 1. n. 118.*

Non obſtat inquam. Reſpondetur namque 10
negando maiorem. Nec obſtat ſi inſtes cum eiſdem Doctoribus. Quod quoties Papa non reſeruat ſibi abſolutionem cenſuræ poteſt inferior prælatus ab ea abſoluere; ergo quoties ſibi non reſeruat legem, poteſt inferior Prælatus in ea diſpenſare. Non obſtat inquam. Reſpondetur namque negando conſequentiam; nam abſolutio à cenſuris non eſt contra, aut præter legem Superioris, ſed ſecundum illam; Canones enim inſtituerunt cenſuras, vt homines corrigerentur; vnde qui iam ſunt correcti, non poſſunt cenſuris puniri, ſicut aliis pœnis, & ſi poſt cenſuras inflictas corrigantur, debent ſtatim abſolui à parocho, niſi abſolutio ſit reſeruata ſuperiori, vnde nihil mirum, ſi cum officio concedatur ab inferiori dari abſolutionem, quando non reſeruatur.

Diſpenſatio vero eſt contra legem. Vnde *cap. cum illorum de ſent. excomm.* difficilior cenſetur diſpēſatio, quam abſolutio. Præterea abſolutio à cenſura præſertim ab excommunicatione ordinatur ad bonum animæ, & eſt neceſſaria ad vſum Sacramentorum, & ideo ex conſuetudine merito conceſſa intelligitur, quando non reſeruatur, quod ſecus eſt de irregularitate, & ſimilibus; vnde non ſolum Epiſcopo, ſed etiam parocho cenſetur conceſſa abſolutio à cenſura Canonis non reſeruata dicto *cap. nuper.* nemo autem dicet Parochum, etiam diſpenſare poſſe in omni lege canonica, non ſpecialiter reſeruata.

Dices grauius eſt diſpenſare in votis, quam 11
in legibus Pontificiis, quia hæ ſunt leges humanæ, vota vero obligant iure diuino naturali; ſed Epiſcopus poteſt diſpenſare in omnibus votis non reſeruatis Papæ; ergo idem poterit efficere in omnibus legibus Pontificiis Papæ non reſeruatis; ergo idem poteſt efficere Prælatus regularis, qui vt *ſuprà* diximus diſpenſare poteſt in omnibus legibus Pontificiis, in quibus poteſt Epiſcopus. Reſpondetur conceſſa maiori, diſtinguendo minorem; ſed Epiſcopus poteſt diſpenſare in votis diſtinguo; iure proprio nego, ex Papæ præſumpta commiſſione, ex eo quod

vota

vota non reſeruata, frequenter occurrant, & eorum diſpenſatio eſt animarum ſaluti neceſſaria concedo; Deinde negatur conſequentia; Quia hæc voluntas Pontificis in diſpenſatione legis non præſumitur niſi in caſibus ordinariis, vt accidit in votis, vel in caſibus parui momenti, vel quando materia legis non eſt communis, ſeu quando inſtat aliqua vrgens neceſſitas; & eſt periculum in mora vt cum multis latè probat Diana *tom.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 11.

Hic autem caſus eſt extraordinarius, & rarus, & magni momenti, inuoluens multas cæremonias miſſalis, quo ad genufleſiones, inclinationes, conuerſiones ad populum, & præcipitur ab omnibus ſacerdotibus obſeruari: Nec inſtat aliqua neceſſitas cum periculo in mora, cum aliàs talis Sacerdos nullam habeat neceſſitatem celebrandi, ſed ſolum id velit efficere ex deuotione, ergo Epiſcopus nec iure ordinario nec extraordinario poteſt in tali caſu diſpenſare, & ita in proprio caſu tenet P. Eſpin. *conſulta* 11. *n.* 972. ergo nec prælatus regularis, quia iſte, vt ſupra diximus ſolum poteſt diſpenſare in legibus Pontificiis, in caſibus in quibus poteſt Epiſcopus.

12 Secundo probatur noſtra ſententia: Quia etiam ſtando in opinione Ponnij, & aliorum aſſerente inferiorem poſſe diſpenſare in legibus Pontificiis, quoties non reſeruantur, id debet fieri ex iuſta cauſa proportionata & correſpondente materiæ, quæ continetur in lege, ſed in hoc caſu nulla datur cauſa correſpondens, & proportionata grauitati legi, de celebrando cum veneratione, & reuerentia præſcripta in rubricis miſſalis; ergo prælatus regularis, & idem dicendum eſt de Epiſcopo, non poteſt diſpenſare, vt ſuus ſubditus, ſedendo celebret. Maior eſt certa; eam docet Nauarrus *in manuali cap* 31. *n.* 74 Syllueſter *in ſumma verbo diſpenſatio n.* 5. Lezan. *tom.* 1. *cap.* 18. *n.* 42. & *tom.* 2. *verbo diſpenſatio n.* 2. Minor vero probatur, quia cauſæ, quæ ad diſpenſandum in lege ſuperioris regolariter requiruntur ex parte inferioris diſpenſantis ſunt pietas erga Deum, neceſſitas communis, vel priuata, vtilitas communis, vel priuata, ita Azor *tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 15. *cap.* 14. *quæſtion.* 8.
13 Sylueſter *in ſumma verbo diſpenſatio, numero* 2. ſed nulla ex his cauſis viget in præſenti; ergo prælatus regularis, nec etiam Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito, vt ſedendo celebret.

Minor patet diſcurrendo per omnes. Et in pri-
14 mis non datur pietas erga Deum, quia licet deuotio erga ſacrificium huius ſacerdotis ſit pia, reſpectiue tamen ad tranſgreſſionem tot cæremoniarum, non debet cenſeri pia, nec Deus eam vult; Non
15 datur neceſſitas communis, cum ſint alij Sacerdotes, qui celebrent ſecundum rubricas. Non datur neceſſitas priuata cum celebratio huius ſacrificij non ſit medium neceſſarium ad ſalutem, & iſte ſacerdos communicando more laicorum ſatisfaciat præcepto communicandi, & alias ille nullo præcepto cogatur celebrare, cum ſit infirmitate impeditus. Non datur vtilitas communis, cum Eccleſia nullam recipiat vtilitatem ex ſacrificio abſque cæremoniis & ritibus præſcriptis celebrato: non datur vtilitas priuata, quia augmentum gratiæ lucrandum ex ſacrificio, poteſt compenſari communione more laicorum, & deuotione maiore in eius receptione, & obedientia legibus Pontificiis, ergo cum nulla extet cauſa, nec etiam

ſtando in prædictorum Doctorum ſententia nec prælatus regularis, nec Epiſcopus poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis, vt ſedendo celebrent.

Tertio probatur; Quia prælatus regularis non poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito, vt cele- 16
bret ſi careat pollice. vt cum Laiman notauit Lezana *part.* 5. *in mari magno Minorum n.* 144. Candidus *tom.* 2. *diſquiſitione* 24. *art.* 61. *dub.* 7. Ego ipſe *in noſtro directorio Confeſ. pag.* 2. *tract.* 13. *d.* 2. *num.* 62. Nec cum eo, qui eſt omnino cæcus, vt cum Auila, & Nuño dixi loco citato *noſtri directorij Confeſſariorum num.* 63. ergo nec 17
etiam poterit diſpenſare cum ſubdito, qui non poteſt celebrare, niſi ſedendo. Conſequentia patet, quia ex eo non poteſt diſpenſare cum eo, qui caret pollice, ſed hæc diſpenſatio Pontifici reſeruatur, quia talis Sacerdos carens pollice non poteſt accipere hoſtiam inter pollicem, & indicem, licet aliàs aliis digitis eam poſſet accipere, vt notat Diana *part.* 10. *tract.* 16. *reſol.* 80. Auerſa *quæſt.* 10. *ſect.* 6. *verſ.* 2. Franciſcus de Lugo *lib.* 4. *cap.* 12. *q.* 54. 18
num. 38. Bonacina *d.* 4 *q.* 5. *p.* 2. *num.* 10. ſed etiam iſte ſacerdos celebrans ſedendo, non poteſt multas efficere cæremonias, quarum defectus eſt magis ſcandaloſus, & admirabilis videntibus, quam non accipere hoſtiam inter indicem & pollicem, ſi quidem nec poteſt genuflectere, nec verti ad populum, & alia ſimilia; ergo ſicut prælatus regularis non poteſt diſpenſare cum eo, qui caret pollice vt celebret, nec etiam cum eo, qui non poteſt celebrare, niſi ſedendo.

Dices: Prælati regulares poſſunt diſpenſare 19
cum ſuis ſubditis corpore vitiatis, & in irregularitate inde exurgente, vt ordinentur, & miniſtrent in ſacris, vt cum Laiman, Palao, Pellizario, Ego dixi *in noſtro Directorio Confeſſariorum part.* 5. *tract.* 13. *d.* 2. *num.* 62. ſed hæc incapacitas huius religioſi eſt defectus corporis ergo prælatus regularis poteſt in ea diſpenſare, & in irregularitate inde reſultante. Reſpondetur diſtinguendo maiorem. Prælatus regularis poteſt diſpenſare cum ſuis ſubditis corpore vitiatis, & in irregularitate inde reſultante diſtinguo, quando defectus corporales ſunt parum ſcandaloſi concedo, ſi ſint nimis ſcandaloſi nego. Hinc fit non poſſe prælatum regularem diſpenſare cum caduco, vel cæco vel cum eo, cui deeſt pollex, hinc autem defectus celebrandi ſedendo, eſt nimis ſcandaloſus.

Secundo Reſpondetur: Prælati regulares poſ-
ſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis corpore vitiatis, & in irregularitate inde reſultante diſtin- 20
guo, quando defectus non impediunt totaliter executionem aliquarum cæremoniarum grauium, ſed ſolum cauſant aliquem errorem, vel ſcandalum in audientibus nullam, concedo: quando defectus impediunt totaliter aliquam cæremoniam grauem, nego; Et ratio eſt, quia prælatus regularis, vt *ſuprà* dixi non poteſt diſpenſare vt ſacrificium celebretur ſine cæremoniis præſcriptis. Hinc eſt quod non poteſt diſpenſare
cum carente pollice, quia non ſolum diſpenſaret in irregularitate proueniente ex defectu corporis ſed quod poſſet celebrare ſine cæremoniis contra leges pontificias. Vnde ſolum poteſt diſpenſare cum eo, qui caret auriculis, vel naſo, 21

vel aliquibus digitis, præter pollicem, & indicem,
cum claudo, cum gibboſo, & aliis ſimilibus defe-
ctibus, qui non impediunt totaliter vſum cæremo-
niarum, nec ſunt adeo ſcandaloſi, vt dixi, *loco ci-
tato, num. 6c.*

22 Dices, prælatus regularis poteſt diſpenſare cum
ſuo, ſubdito carente pede, & ambulante cum pede
ligneo, quod celebret, & cum eo, qui non poteſt ac-
cedere ad altare, niſi cum baculo, vt cum Villalo-
bos, Rodriguez, Diana, Ego dixi, *in noſtro Dire-
ctorio Confeſſariorum, loco citato, num. 63.* Ergo
etiam poterit diſpenſare cum eo, qui non poteſt ce-
lebrare, niſi ſedendo. Patet conſequentia quia iſte
veluti pedibus ligneis aſſiſtit altari, & poteſt ei ef-
fici ſcabellum, quo ſedeat, ita vt videatur quaſi
ſtare in pedibus ligneis. Reſpondetur conceſſo an-
tecedenti, negando conſequentiam. Ad probatio-
nem Reſpondetur dari magnam differentiam inter
vnum, & alium caſum, Nam celebrans cum vno
pede ligneo, ambulat, & poteſt genuflectere, vel
ſaltem profunde inclinare corpus, poteſt verti ad
populum, vt ego Bracharæ vidi quendam Sacer-
dotem cum vno pede ligneo, qui recte ambulabat,
currebat, & genua flectebat, hic autem, & alius
ſimilis, poteſt omnes cæremonias efficere; At qui
ſedet non poteſt moueri à loco, nec genuflectere,
nec ambulare à cornu Epiſtolæ ad Euangelium,
nec verti ad populum, quapropter, licet prælatus
regularis poſſit in primo caſu diſpenſare, non ta-
men in ſecundo.

RESPONSIO AVTHORIS
SECVNDO QVÆSITO.

*An ſummus Pontifex poſſit cum dicto Sacer-
dote diſpenſare vt celebret Miſſam ſe-
dendo.*

NOſtet Laurentius Eſpin. *conſulto* 10. *num.* 972.
Abſolute negat ſummum Pontificem poſſe
licite diſpenſare, vt quis ſedendo celebret Miſſæ
23 ſacrificium. Ratio illius eſt, quia de iure natura-
li, & diuino eſt, vt inſinuatur in Tridentino, *ſeſſ.*
21. *cap.* 4. Sancta ſancte eſſe tractanda, & Miſſæ
ſacrificium eſſe reuerenter offerendum; ſed non
24 ſolum non videtur hoc ſacrificium ſancte tracta-
ri, & reuerenter offerri à ſedente, verum irreue-
renter, & quaſi vti menſa profana; Ergo Ponti-
fex non poteſt diſpenſare, vt Sacerdos ſedendo
celebret. Patet conſequentia, quia Pontifex non
25 poteſt diſpenſare in iure naturali, & diuino: ſed
ſolum interpretare, & declarare ex cauſa legiti-
ma, illud hic, & nunc non obligare; ſed hic
talis cauſa non apparet, vt *ſuprà* diximus; ergo
Papa non poteſt hanc diſpenſationem conce-
dere.

26 Secundo probatur ex facto negatiuo, quia cer-
tum eſt moraliter loquendo multos extitiſſe in
Eccleſia viros grauiſſimos, & affectos valde
ad hoc venerabile ſacrificium laborantes aliqua
infirmitate qua præpediti non poterant ſtando
ſacrificare, & inter hos aliquos Eminentiſſimos
Cardinales de Eccleſia benemeritos, & tamen
neſcitur cum illis eſſe diſpenſatum ad ſacrifican-
27 dum ſedendo, ergo ſignum eſt; ſaltem pro-
babile negatiuum, Pontificum penes ſe non
cognouiſſe poteſtatem ad hanc diſpenſatio-
nem.

Tertio probatur. Quia Pontifex non poteſt 28
diſpenſare cum perpetuo amentibus, cum om-
nino cæcis, cum priuatis pedibus, vel manibus
ad celebrandum; ſed talis videtur iſte religio-
ſus, cum pedes ad ſtandum, genuflectendum,
& ſe conuertendum ad populum ſint neceſſa-
rij, & aliunde non detur cauſa rationabilis ad
non ſacrificandum, modo decenti; ergo Ponti-
fex ſaltem licite non poteſt cum eo diſpenſa-
re. Maior eſt certa quia Amentes, omnino cæ-
ci, vel carentes pedibus, & manibus, iure naturæ 29
non ſunt apti ad miniſtrandum in ordinibus ſuſ-
ceptis, vt cum aliis docet Baſæus, *tom.* 1. *verbo ordo
num.* 6.

Quarto probatur quia Pontifex non poteſt 30
diſpenſare cum Sacerdote non potente habere
alium ſitum, niſi iacentis, vt iacens celebret, eo
quod ſitus iſte eſt notabiliter deformis reueren-
tiæ debitæ tanto ſacrificio; ergo cum ſeſſio fe-
re eodem modo aduerſetur venerationi huic ſa-
cro ſacrificio debitæ, videtur Pontificem non
poſſe diſpenſare, vt iſte ſedens ſacrificet; *Æqui-
pollentium enim eadem eſt diſciplina l. ſi mater* 31
cum Gloſſa. *Cardin. de verbor. ſignif.* Hæc ſunt
fundamenta Noſtri Eſpin. quæ ſi aliquid pro-
bant, probant quod Pontifex non ſolum licite,
ſed neque valide. poteſt in hoc caſu diſpenſare; 32
cum Pontifex nec licite. nec valide poſſit in iu-
re diuino vel naturali diſpenſare; ſed tantum de-
clarare ius naturale, vel diuinum in aliquo ca-
ſu non obligare, quæ declaratio non eſt diſpen-
ſatio propria ſed impropria, vt bene ait Arauio
in 1. 2. D. Thomæ, *q.* 94 *a.* 2 *ſect.* 2. *dcf.* 2. *verſu ſe-
cundum eſt*, & alij communiter, quidquid tamen
de hoc ſit.

Ego abſolute dico contra Eſpin. ſummum
Pontificem poſſe licite, ſi detur iuſta cauſa, & 33
valide, etiamſi non detur, diſpenſare vt Sacer-
dos ſedendo celebret. Ratio eſt. Quia præcep-
tum de celebrando ſtando eſt Eccleſiaſticum;
ſed Pontifex diſpenſando ſine cauſa in iure Ec- 34
cleſiaſtico, licet alias peccet venialiter, ſecluſo
ſcandalo; vt cum multis docet Diana, *p.* 8. *tract.*
3. *reſol.* 6. diſpenſatio tamen eſt valida, vt tenet 35
cum Palao, Sanchez, & aliis ipſe Diana, *part.* 8.
tract. 3. *reſol.* 4. Ergo Pontifex poteſt cum cau- 36
ſa licite diſpenſare, & ſine cauſa valide cum Sa-
cerdote, vt ſedendo celebret; Maior in qua eſt
difficultas patet. Quia ſi celebrare ſtando eſſet 37
de iure naturali, vt ait Eſpin, Chriſtus celebra-
ret ſtando, ſiquidem non venit ſoluere legem,
ſed adimplere. Atqui Chriſtus diſcumbendo ce-
lebrauit hoc ſacrificium, *vt patet ex cap.* 26. Mat- 38
thæi, *verſiculo* 20. *veſpere autem facto diſcumbe-
bat, cum duodecim diſcipulis ſuis*, vbi ait Cor-
nelius, dicitur autem Ieſus cum ſuis hic diſcubuiſ- 39
ſe, quia veteres Senatores in thoris, id eſt lectu-
lis, menſalibus diſcumbebant, id eſt, prono
deorſum corpore iacebant, ſummum vero innixi 40
cubitis, quaſi ſedebant, iuxta menſam, ex
quo ritu, etiam nunc, manſit phraſis, qua di-
camus accumbere menſæ, id eſt, accubare men-
ſæ, cum illi more noſtro aſſidemus, huc vſque 41
Cornelius; ergo cum Chriſtus celebrauerit re-
cumbendo, id eſt more noſtro ſedendo, vt ait
Cornelius, celebrare ſtando non eſt de iure natu-
rali, nec diuino, ſed ſolum de iure Eccleſiaſtico;
nam

nam ſi eſſet de iure naturali Chriſtus procul
dubio illud obſeruaret ; & patet clarius ex il-
lis verbis Ioannis ſurgit à cœna, quod verbum
ſupponit antea ſedere, non qui pedibus ſtat,
non poteſt ſurgere, ſed ſolum qui ſedet, vel
42 iacet, & patet ex Himno quod recitat Eccle-
ſia in feſtiuitate huius Sacramenti, recumbens
cum fratribus:obſeruata lege plene cibi illegalibus
ſe dat ſuis manibus.

Secundo probatur. Quia maior indecentia, &
irreuerentia eſt celebrare capite cooperto, quam
43 ſedendo ; ſed Sacerdos de Pontificis diſpenſa-
tione poteſt celebrare capite cooperto ; ergo
etiam ſedendo. Maior videtur certa. Nam ca-
44 pitis nudatio eſt ſignificatiua noſtræ erga Deum
obſeruantiæ, & reuerentiæ teſte Gregorio Gi-
raldo, *Syntagmate 27. Historia Deorum pag. mi-
hi* 499. Et clarius, *patet ex 1. ad Corinthios, cap.
11. n. 4.* vbi ait Apoſtolus, omnis vir orans, vel
45 prophetans, *velato capite deturpat caput ſuū: conſo-
nant Concilia Teruerenſ: cap. de Miſſa ſacrificio, &
Medidlanenſe primum part. 2. tit. de pertinentibus
ad celebrationem Miſſa*, & patet ex vſu apud Re-
46 ges apud quos maior honor eſt loqui cum rege
capite cooperto, quam ſedendo ; ſiquidem ali-
quibus Dynaſtis caput tegere conceditur ſedes, non
tamen velare apud, vt experientia conſtat. Mi-
nor vero patet ex decreto Sacræ Congregationis
rituum confirmato ab Vrbanu VIII. vbi ait ne-
mo audeat vti paleato in celebratione Miſſarum,
ſine expreſſa licentia ſedis Apoſtolicæ, ita te-
net Henao, *de ſacrificio Miſſa, p. 2. d. 27 ſect. ſe-
cunda, numero vigeſimo*, Scortia, *libro tertio. cap.
quarto*, Lugo, *libro quinto, cap. octauo, quæſt. ſex-
ta, numero* 29 & alij communiter: ergo ſicut
Pontifex poteſt diſpenſare, vt Sacerdos cele-
bret capite cooperto, ita & quod celebret ſe-
dendo.

Tertio probatur ex facto aliquorum Pontifi-
47 cum: Nam Honorius IV. celebrauit ſedendo,
quia oſſa pedum, & manuum fere abſtulerat
ægritudo. Et Pius III. idem fecit ob cruris vul-
nus, teſte Henao, *de ſacrificio Miſſa, p. 3. d.* 28.
48 *ſect. 35. num.* 666. Ergo ſignum eſt celebrare
ſtando non eſſe de iure naturali. Nam ſi eſſet de
iure naturali, Pontifices tale quid non efficerent.
Nec obſtat id quod ait Eſpin. *loco citato num.* 981.
prædictos Pontifices in hoc caſu non ſecum diſ-
penſaſſe, ſed declaraſſe, ius naturale ob cauſas
eximias concernentes bonum totius Eccleſiæ in
illis caſibus eos non obligare, quod efficere poſ-
ſe Pontificem nemo negat, vt ait Amicus, *tom.* 7.
d. 16. ſect 9. num. 158. Non obſtat inquam, quia
de tali cauſa nobis non conſtat, ſed ſcimus il-
los celebraſſe, nec ſcimus dari poſſe cauſam
conſeruantem bonum totius Eccleſiæ, quod
Pontifex ſummus celebret; ſi ergo celebrarunt, id
fecerunt, quia non erat de iure naturali, ſed tan-
tum Eccleſiaſtico.

Quarto probatur. Quia Pontifex poteſt diſ-
49 penſare cum omnino cœco, vt celebret. vt
cum Auila dixi, *in noſtro Directo io Confeſſario-
rum, p. 2. tract. 13. d. 2. num.* 63. Et cum ca-
rente vna, vel ambabus manibus, vt ibi dixi
cum Henriquez, *lib. 14 cap. 8. num.* 4. Per ma-
50 num enim alterius poteſt eleuare, frangere, &
ſumere; ergo etiam poterit diſpenſare cum ca-
rente pedibus, vt ſedendo celebret, Non
51 enim apparet maior ratio ; ſiquidem maior de-
formitas eſt celebrare ſine manibus; vel brachiis,
quam ſine cruribus.

Per quod patet ad Argumenta Eſpin. Ad pri-
mum enim Reſpondetur, concedendo Papam 52
non poſſe diſpenſare in iure naturali, ſed tan-
tum illud interpretare ex aliqua cauſa vrgente.
Negatur tamen dari ius naturale de celebrando
ſtando. Ad illud vero, quod ait, quod ſancta
ſancte tractanda ſunt concedemus aſſertum, ne-
gamus tamen ſacrificium non tractari reuerentia
debita iure naturali, eo quod celebrant ſedeat ex
diſpenſatione ſummi Pontificis, ſicut non tra-
ctatur ſacrificium irreuerenter, eo quod Sacer-
dos celebret cooperto capite ex eadem diſpen-
ſatione Pontificis Nam, licet celebrare ſedendo
ſit irreuerentia, id intelligitur, quando eſt ſi- 53
ne cauſa, vt videmus apud Reges, quibus lo-
quitur ſedendo, etiam vilis homo, ſi alias ali-
ter ſtare non poſſit, & alias locutio cum Rege
ſit neceſſaria ex aliqua iuſta cauſa ; cauſa enim 54
iuſta facit licitum, quod ſine cauſa eſſet illici-
tum, vt videmus in eo, qui ex iuſta cauſa, &
ex conceſſione Pontificis celebrat cooperto ca-
pite. Nec inde fit celebrari hoc ſacrificium qua-
ſi ſi vteretur Sacerdos menſa profana, vt ait Eſpin.
Nam in menſa profana ſtando ſæpe comedant ho-
mines, magna enim differentia datur, cum Sa-
cerdos, etſi ſedendo celebret, celebrat ſacris in-
dutus, cum vaſis, ſacris, non ad menſam profanam,
ſed ad altare ſacrum, vt ex ſe patet.

Ad ſecundum Reſpondetur ex facto negatiuo 55
Pontificum nihil inferri, Nam etiam Pontifex
nunquam diſpenſauit, vt vnus frater cum ſoro-
re ſua nuberet. Et tamen grauiſſimorum Docto-
rum opinio eſt poſſe in hoc gradu conſanguini-
tatis diſpenſare vt cum Eſcobar, Texeda, D.
Thoma, Caietano, & aliis docet Diana, *part.* 8.
tract. 1. *reſol* 7n. Ergo quamuis nunquam cum
aliquo Eminentiſſimo Cardinale diſpenſauerit,
non inde inferri poteſt, non poſſe abſolute diſ-
penſare, cum videamus Honorium IV, & Pium
III. id ſecum feciſſe. Sed ſolum inferri poteſt
non eueniſſe iuſtam cauſam ad id faciendum. Ad
3. Reſpondetur concedendo Pontificem non poſ- 56
ſe diſpenſare cum amentibus, cum amentia red-
dat hominem ſine iudicio, & ratione, quæ ne-
ceſſaria eſt de iure naturali non ſolum ad lici- 57
tam, ſed etiam ad validam celebrationem huius
ſacrificij Nego tamen non poſſe diſpenſare cum
omnino cœcis, cum orbatis manibus, vel pedi-
bus. vt *ſuprà* dixi cum his enim omnibus da-
ta ſufficienti cauſa poteſt Papa diſpenſare, vt ce-
lebrent

Ad 4 Reſpondetur concedendo Papam non 58
poſſe diſpenſare cum eo, qui non habet alium
ſtatum niſi iacentis, vt celebret. Non tamen in-
de fit non poſſe diſpenſare cum eo, qui non po-
teſt celebrare, niſi ſedendo Et ratio eſt, quia
celebrans ſedendo nullo exponitur periculo ef-
fundendi ſanguinem, qui autem iacendo celebraret
euidenti periculo exponeretur effundendi ſangui-
nem. Et hac ratione negat Nugnus, *in 3. partem,
q. 74. dub. 4 ad* 2. poſſe Papam diſpenſare cum om-
nino cœco vt celebret propter periculum effun-
dendi ſanguinem, quæ effuſio eſſet contra ius na-
turale tractandi ſancta ſancte. Tum quia talis ſi-
tus eſt totaliter repugnans confectioni huius ſa- 59
crificij, ſiquidem nec poſſet veſtibus ſacris
decenter indui, nec ad altare aſſiſtere, nec ali-

quam efficere cæremoniam, & licet eas omnes poſſet facere per aliam, vt qui caret manibus, vt *ſuprà* diximus, adeo in omnino iacente videtur dari maior deformitas, quam in manibus orbato ob quod non audeo talem poteſtatem Pontifici concedere, vt etiam eam illi negat prædictus Eſpin. *loco citato, num.* 983. In iacente namque ſemper datur periculum effundendi ſanguinem, quod non datur in manibus orbato.

Sed quæres, quæ cauſa requiratur, vt ſummus Pontifex diſpenſet cum Sacerdote, vt ſe-
60 dendo celebret? Reſpondeo, ad hoc requiri cauſam grauiſſimam, & ad bonum publicum pertinentem. Talem autem reputarem, ſi in aliquo Regno non daretur, niſi vnus tantum Epiſcopus, nec Papam vellet alium dare ob aliquam ſibi iuſtam cauſam, nec Rex illius regni alium vellet admittere, qui non fuiſſet prouiſus ad ſui nominationem, & præſentationem, vt accidit annis præteritis in noſtro Regno Luſitaniæ, per ſpatium 27. annorum, nam ſi detur hic caſus, & talis Epiſcopus ob dictam infirmitatem non poſſet celebrare, niſi ſedendo, tunc poſſet Pontifex licite huic Epiſcopo concedere, vt ſedendo celebraret, ad conferendos ordines ſacros ritibus præſcriptis ab Eccleſia, hæc enim cauſa videtur ſatis vrgens, & ſufficiens. Et idem putarem, ſi in aliquo regno, vel prouincia non eſſet, niſi vnus Sacerdos, ne fideles multo tempore carerent hoc ſacrificio, vt ſæpe accidit in partibus Americæ, & in partibus Orientalibus.

Ob autem deuotionem ſpecialem cuiuſcumque, etiam Cardinalis, non tamen ipſius Pontificis, id non auderem licite, abſque peccato ſaltem veniali, ſummo Pontifici concedere, cum cuiuſcunque deuotioni, aliis mediis poſſet ſuccurri, vt receptione Sacramenti more laïcorum, maiori deuotione, &c. Dixi non tamen ipſius
61 ſummi Pontificis; Nam ſummo Præſuli, ob Eminentiam ſuæ dignitatis in tota Eccleſia, non id auderem negare; etiam ob ſolam propriam deuotionem, & affectum celebrandi, cum videam id ipſos aliquando feciſſe, & nobis non conſtat habuiſſe aliam cauſam, quam propriam deuotionem, & affectum ad hoc ſacrificium, quæ cauſa in tanto Præſule, ratione exempli, reſpectu aliorum Prælatorum, qui abſque vlla cauſa multoties omittunt celebrationem huius ſanctiſſimi ſacrificij ad eos excitandos ad illius deuotionem, & quotidianam celebrationem, ſufficiens cauſa mihi videtur, vt ſummus Pontifex id poſſit efficere, vt ſæpe fecerunt alij ſummi Pontifices prædeceſſores.

62 Ex quibus colligitur noſtrum religioſum non debere poſtulare talem diſpenſationem, ſiquidem eam ei non concedet ſummus Pontifex, non ex defectu potentiæ, ſed ex defectu cauſæ ſufficientis, & proportionatæ, vt *ſuprà* diximus, quæ ſemper requiritur ex parte diſpenſantis, etiam in propria lege, vt euitetur ſaltem culpa venialis, vt cum aliis docet Diana, *p.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 6. & hæc ſaluo ſemper meliori iudicio.

CONSVLTVM CIII.

De Religioſo veneno occidente ſuum Prælatum, an incurrerit excommunicationem, & irregularitatem, & à quo poſſit abſolui, & diſpenſari in irregularitate caſu, quo contraxiſſet excommunicationem, & irregularitatem.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Aliqui dixerunt propinantem venenum Sacerdoti, etiamſi hauſto veneno Sacerdos moreretur non incurrere excommunicationem,* ſi quis ſuadente Diabolo.
3 *Ponitur illorum fundamentum.*
4 *Alij dixerunt propinantem venenum clerico non incurrere excommunicationem* ſi quis ſuadente, *etſi mors ſubſequatur, ſi poſt propinationem veneni pœnituit facti propinantem ante mortem propinati.*
5 *Ponitur illorum ratio.*
6 *Idem dicunt alij de irregularitate.*
7 *Religioſus propinans venenum ſuo Prælato ſi mors ſecuta fuit, & incurrit excommunicationem* ſi quis ſuadente Diabolo, *& irregularitatem.*
8 *Propinatio veneni eſt iniectio violenta manuum, ex qua mors ſequitur.*
9 *Propinans venenum habet ſe vt explodens ſclopetum.*
10 *Ponitur quoddam argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
11 *Mandans, aut conſulens occiſionem clerici incidit in excommunicationem ſi quis ſuadente, & in irregularitatem ſecuta morte.*
12 *Ponitur quædam obiectio in contrarium, & ſoluitur.*
13 *Ponitur aliud argumentum in contrarium.*
14 *Reſpondetur eidem argumento.*
15 *Ponitur aliud argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
16 *Qui propinauit venenum, & fecit violentiam naturæ, & perſonæ.*
17 *Quoad hoc non poteſt ſeparari perſona à natura.*
18 *Eccleſia poteſt punire peccata præterita, etſi per pœnitentiam ſint retractata.*
19 *Aliqui dixerunt irregularitatem ex homicidio ſimpliciter voluntario tolli poſſe per bullam cruciatæ in foro conſcientiæ.*
20 *Ponitur illorum ratio.*
21 *Idem poſſent prædicti Doctores dicere de priuilegiis Regularium.*
22 *Probatur ratione.*
23 *Qui alteri propinauit venenum, ex quo mors ſecuta eſt non poteſt diſpenſari in irregularitate per bullam cruciatæ, vel per priuilegia Regularium.*
24 *Nomine cenſuræ non venit irregularitas, etiam ex delicto.*

25 *Irregula*

25 *Irregularitas ex delicto erogatur per modum pœna punitiua, ex ſe perpetua.*
26 *Non tollitur per abſolutionem, ſed per diſpenſationem.*
27 *Ita tenet ſtylus Curiæ.*
28 *Stylus Curiæ facit ius.*
29 *Sub nomine cenſuræ nulla venit irregularitas.*
30 *Etiam ſtando in opinione dicente irregularitatem ex delicto eſſe cenſuram, adhuc irregularitas ex homicidio voluntario non poteſt tolli per bullam cruciatæ.*
31 *In omni conceſſione ad diſpenſandum in irregularitatibus ſemper irregularitas ex homicidio voluntario cenſetur excluſa.*
32 *In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis veroſimiliter non eſſet conceſſurus.*
33 *Idem dicendum eſt de priuilegio Regularium.*
34 *Iudicium authoris circa probabilitatem prædictæ opinionis exprimitur.*
35 *Religioſus poteſt diſpenſari à ſuo prælato regulari in irregularitate ex homicidio voluntario, ſiue homicidium fuerit occultum, ſiue publicum.*
36 *Referuntur varia ad id priuilegia.*
37 *Ponitur ſpecialiſſimum, & notandum priuilegium in hac materia.*
38 *Ponitur argumentum in contrarium.*
39 *Ponitur illius ſolutio.*
40 *Verbum*, alias *regulariter comprehendit ſolum ſimilia, at ſi illis addatur ſignum vniuerſale, quiuis, comprehendit maiora expreſſis.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 QVIDAM Religioſus propinauit venenum ſuo Prælato, quo hauſto breui tempore mortuus eſt Prælatus.

Quæſitum fuit à me primo. An talis religioſus incurrerit excommunicationem, *ſi quis ſuadente Diabolo*, & irregularitatem? Secundo. An dato quod incurrerit, poſſit abſolui à cenſura, & diſpenſari in irregularitate per bullam cruciatæ, à quocunque Sacerdote approbato, vel per priuilegia ſuæ Religionis ab alio Religioſo? Tertio an, dato quod non poſſit diſpenſari in irregularitate ab alio Religioſo per priuilegia, vel per bullam cruciatæ, An poſſit à ſuo Prælato regulari diſpenſari in irregularitate.

RESPONSIO AVTHORIS.

PRIMO QVÆSITO.

An talis religioſus occidendo veneno ſuum Prælatum incurrerit excommunicationem ſi quis ſuadente Diabolo, *& irregularitatem.*

2 ALiqui Doctores voluerunt aſſerere propinantem venenum Sacerdoti, etiamſi hauſto veneno talis Sacerdos moreretur, non incurrere excommunicationem capitis ſi quis ſuadente Diabolo. Ita Emmanuel Rodriguez, *in ſumma verbo excommunicatio*, *à n. 13. cap.8.* Affirmans ſic reſpondiſſe præcipuos doctores, & magiſtros Salmanticenſes, & cum ita refert, & ſequitur P. Auila, *de cenſuris, p 2.cap. 5 diſp 2. dub 12.* Et non diſſentit P. Fr. Ludouicus à Conceptione, *in ſuo examine veritatis, part.1.de matrimonio caſu vltimo n. 22.* quorum ratio eſt.

Quia *cap. ſi quis, ſuadente Diabolo* dicit, ſi quis manus violentas, &c. Sed non occidit clericum manibus violentis, qui illum occidit propinando ei venenum; ergo non incurrit prædictam excommunicationem ſi quis ſuadente Diabolo, nec etiam incurrit irregularitatem. Maior eſt certa. Minor vero probatur, quia qui propinavit venenum, non intulit vim perſonæ clerici, ſicut ille qui per vim illud faceret ſumere venenum; ſed ſolum intulit vim naturæ; Nam perſona libenter bibit venenum, ignorans eſſe venenum; ergo cum vim perſonæ clerici non intulerit, ſed illius naturæ, non incurrit dictam cenſuram, nec irregularitatem. 3

Non multum diſcrepant ab his Autoribus alij, qui dicunt propinantem venenum clerico non incurrere excommunicationem ſi quis ſuadente, etſi mors ſubſequatur, ſi poſt propinationem veneni, pœnituit facti ante mortem propinati: ita docet Marcus Serra, 2. 2. *q. 62. art. 7. dub.*1. Nec diſſentit Diana, cum Machado, Hieronymo Garcia, & Mazzuchello, à ſe relat. *p.8. tract. 7. reſol. 85. & p. 9. tract. 4. reſol.* 36. & in hoc ſenſu Ego ipſe probabile iudicaui, licet contrarium tenuerim, *in noſtro Directorio Confeſſariorum, p.2. tract.5.d.6.n.141.* 4

Ratio horum Doctorum eſt, quia ſi quem propinato veneno clerico pœniteat facti ante mortem clerici, iam in eo non perſeuerat contumacia, nec peccatum actuale, ergo in foro conſcientiæ non incurrit dictam cenſuram tempore quo clericus moritur: nam hæc ſupponit peccatum, & contumaciam, quæ per pœnitentiam fuere deleta. Et idem à fortiori debent dicere de irregularitate, nam cum per pœnitentiam tollatur contumacia, non poteſt incurri irregularitas ex delicto in ſententia illorum qui dicunt, irregularitatem ex delicto eſſe cenſuram, & ita non ſolum de aliis cenſuris, ſed etiam de irregularitate docet hanc ſententiam cum Mondegarenſi Fr. Chriſtophorus à Sancto Ioſeph, *verbo cenſura, dub.1.§.5.num. 9.* quem Ego retuli, *in noſtro Directorio Confeſſariorum, part. 2. tract. 12. d.1.n.33.* 5 6

Verum quidquid ſit de probabilitate huius ſententiæ, ſaltem quando poſt propinationem veneni quem pœnituit, vel confeſſus eſt, vt dixi loco citato noſtri Directorij Confeſſariorum. Abſolute dicendum eſt, talem religioſum etiam in foro conſcientiæ incurriſſe excommunicationem, & irregularitatem, etiam in ſententia eorum, qui dicunt irregularitatem ex delicto eſſe cenſuram, vt ſunt Corduba, Medina, Gutierres, Veiga, Bañes, Chriſtophorus à ſancto Ioſeph, quos Ego retuli, *in noſtro Directorio Confeſſariorum, part. 2. tract. 12. d. 5. numero* 1. & hoc, ſiue pœnituerit, vel non pœnituerit facti. 7

Ratio fundamentalis eſt: quia propinatio veneni eſt iniectio violenta manuum, ex qua mors ſequitur, ergo per illam incurritur cenſura, & irregularitas. Antecedens probatur, quia ad iniectionem manuum violentam non eſt opus vt 8

ipſa

ipſæ manus violentæ aliquid agant, ſed quod 9 peragant aliquid, quod è manibus prodiens operetur violenter, ſicut excutiens ſtlopetum nihil immediate per violentiam operatur, ſed globus igneus, qui inde excutitur mortem infligit, quod nullus negabit ſufficere ad violentam manuum iniectionem; ſed venenum propinatum habet ſe ſicut globus igneus, & propinans venenum ſicut excutiens ſtlopetum; ergo ſicut per mortem inflictam exploſione ſtlopeti incurritur cenſura, & irregularitas, ita per propinationem veneni.

10 Nec obſtat, quòd globus igneus operetur citius, & venenum tardius, nam id per accidens eſt, & aliquando venenum eſt adeo actiuum, vt illico operetur. Nec etiam obſtat quod venenum hauriat ipſe occidendus libenter, exploſionem vero ſtlopeti recipiat nolens, & repugnans. Nam dari etiam poteſt caſus, vt quidam globo igneo exploſo à ſtlopeto occidatur non repugnans, vt ſi inuaderetur, & repente in eum explodatur ſtlopetum, cuius ictum quando præſentit iam eſt mortuus, vel pœne mortuus, vt accidit in eo qui bibit venenum, illius efficaciam non ſenſit, niſi quando venenum incepit operari, quod autem ipſe ſibi propinaret venenum, fuit ex ignorantia, ſicut ille qui quietus ſtetit quando in eum exploſerunt ſtlopetum.

Secundo probatur, quia mandans, aut conſu- 11 lens occiſionem clerici, incidit in excommunicationem, *ſi quis ſuadente Diabolo*, & in irregularitatem; ergo & qui venenum clerico propinauit: antecedens eſt certum, & illud docent Molinas, *de iuſtitia, tract. 3 d. 52.* Suarez, Laiman, Nauarrus, Iulius Clarus, Sanchez, Auila, & alij communiter, quos refert, & ſequitur Mendo, *in ſua ſtatera opinionum diſſert. 73. q. 11. n. 146.* Conſequentia recte infert. Nam ſicut propinans venenum non exercet violentam iniectionem manuum immediate, ſed mediante veneno, ita mandans & conſulens non immediate occidit, nec violentam manuum iniectionem exercet, ſed ſolum aliquid immediate, & non violenter operatur, ex quo poſtmodum violenta iniectio manuum exequitur; ergo ſicut in hoc caſu mandans, & conſulens ſecuto effectu incidunt in excommunicationem, & irregularitatem, ita & propinans venenum.

Nec obſtat quod propinans venenum poſſit an- 12 te mortem clerici pœnitere; Nam ex ſua parte malitiam operis prohibiti iam compleuit, & mors ſolum expectatur, vt conditio ad contrahendam pœnam iure inflictam, ſicut qui iniecit lapidem, vel exploſit in clericum ſtlopetum, antequam effectus ſequeretur ſtatim poteſt pœnitere, & tamen id non ſufficit ad euadendam cenſuram, vel irregularitatem, vt docet Innocentius *in cap. ad audientiam, de homicidio*, & cum communi ſententia tenet Mendo, *ſuprà, n. 147.*

13 Dices, qui mandauit fieri homicidium clerici, vel dedit de illo perpetrando conſilium, ſi poſt mandatum, vel conſilium reuocauerit, mandatum, vel conſilium ſi iam non potuit intimare reuocationem mandati, vel conſilij mandatario, vel conſiliario, non incurrit cenſuram *ſi quis ſuadente Diabolo*, nec irregularitatem, nec tenetur ad reſtitutionem, quia ceſſauit contumacia; Poſita namque reuocatione quantum eſt ex parte mandantis, vel conſulentis, actio ſubſequens non amplius habet illum influxum à mandato, vel conſilio, vt cum Laiman docet Gibalinus, *de cenſuris diſquiſitione 5. q. 5. n. 38.* & ego dixi *in noſtro Directorio Confeſſariorum, tract. 12 d. 1. ſect. 5.* & cum Filondogarence Fr. Chriſtophorus à ſancto Ioſeph. *ſuprà n. 9.* Ergo idem dicendum eſt in caſu præſenti, nam ſicut quando eſt impoſſibile mandanti intimare reuocationem mandati mandatario, excuſatur à cenſura, & irregularitate, ita qui propinauit venenum clerico, eo quod non poteſt effectum veneni impedire ſi de facto pœnituerit ante mortem propinati, excuſabitur à cenſura, & irregularitate.

Non obſtat inquam. Nam datur magna diuer- 14
ſitas in vtroque caſu; Nam propinato veneno mors neceſſario ſequitur, ſicut exploſo ſtlopeto, vel iacta ſagitta; Vnde iam non eſt in manu propinantis venenum, vel proiicientis ſagittam effectum naturalem, & neceſſarium impedire, vnde ex ſuppoſitione, quod propinauit venenum, iam neceſſario voluit mortem ſecutam. In noſtro autem caſu, non ita eſt. Nam dato conſilio, & mandato, adhuc poteſt qui conſilium dedit, vel mandatum, impedire effectum, intimando reuocationem mandati mandatario. Vnde ſi vere mandans, vel conſulens reuocauit mandatum, vel conſilium, & procurauit intimare reuocationem mandatario, ſi alias non potuit intimare, effectus ſecutus fuit per accidens reſpectu mandati, vel conſilij illius, cum iam in illud non concurrerit, & imputabitur mandatario, vtpote cauſæ liberæ qui potuit aduertere, quod poſt mandatum, potuerit mandans, vel conſulens reuocare mandatum, vel conſilium ad tempus, quod iam ei non poſſet intimare reuocationem mandati, vel conſilij: Vnde ſemper tenebatur abſtinere à perpetrando mandato, vel conſilio, quod ſi noluit, niſi executioni mandare, non mandanti, vel conſulenti imputabitur, ſed ipſi mandatario, vel conſiliario, quod tamen non accidit in veneno, vel ſagitta, quæ non ſunt cauſæ liberæ, ſed neceſſariæ; & poſito impulſu proiicientis vel propinantis, neceſſario operantur.

Nec obſtat ſi dicas, cenſuram, vel irregulari- 15
tatem non poſſe incurri ſine peccato, ſed quando iſte homo veneno propinato moritur, iam qui ei venenum propinauit eſt in gratia, & alias quando propinauit venenum non incurrit cenſuram, ergo nec etiam ſecuta morte incurrit cenſuram, vel irregularitatem. Non obſtat inquam. Reſpondetur namque quod non eſt neceſſe quod tempore quo quis excommunicationem, vel irregularitatem contrahit peccatum committit, ſed ſufficit quod illud antea perpetrauerit, & poſtea conditio, aut tempus adueniat, pro quibus in iure, aut ab homine lata eſt excommunicatio. Patet exemplo in eo, qui mandauit occidere clericum, ſi dormiens aut ebrius ſit, cum mandatum exercetur, tunc enim, & non antea, incidit in excommunicationem: Nam Eccleſia poteſt punire peccata præterita quantumuis homo iam ſit iuſtificatus, vt bene notat Suarius, *de cenſuris d. 5. ſect. 1. num. 2.* Mendo, *ſuprà, n. 149.* Ego ipſe *in noſtro Directorio Confeſſariorum. part. 2. tract. 5. d. 6. num. 341.*

Et ex his facilis eſt reſponſio ad rationes pro contrariis ſententiis. Ad rationem pro ſententia Roderici, & illius ſequacium. Reſpondetur, negando minorem. Ad rationem Reſpondetur, quod qui

16 qui propinauit venenum, & fecit violentiam naturæ, & perſonæ; impoſſibile enim eſt, quod detur violentia naturæ clerici, quin etiam detur
17 violentia perſonæ, cum illa natura, & vita clerici ſit in perſona clerici, & quo ad hoc non poteſt ſeparari à perſona; vitæ enim & perſonæ clerici fit iniuria, & non vitæ aliorum; quod probatur exemplo. Nam ſi quis tormentum igneum contra clericum excutiat, nec tamen globus igneus illum tangat, ſed tamen clericus pauore ſe territus ille concidat defunctus, is qui explodit tormentum ferreum incurrit excommunicationem, & irregularitatem, vt docent Fillincius, & Bonacina, quos refert, & ſequitur Mendo, *ſuprà num. 152.* & tamen nulla vis inflicta fuit perſonæ, ſed naturæ, quam pauor cauſatus ab exploſione tormenti interemit, ergo ſicut in hoc caſu, qui exploſit tormentum ferreum incurrit cenſuram, ita & qui propinauit venenum. Ad rationem pro parte aliorum Doctorum Reſpondetur, Eccleſiam poſſe punire pec-
18 cata præterita, & ſi iam per pœnitentiam ſunt retractata, vnde non ſufficit pœnitentia ex parte propinantis venenum, quia effectus neceſſario ſecutus fuit ex propinatione, vt *ſuprà* diximus.

RESPONSIO AVTHORIS

SECVNDO QVÆSITO.

An dato quod doctus religioſus incurrerit cenſuram, & irregularitatem poſſit abſolui à cenſura, & diſpenſari in irregularitate per Bullam cruciatæ, vel per priuilegia ſuæ Religionis?

NOn deſerunt Doctores aſſerentes homici-
19 dam ſimpliciter voluntarium, qualis fuit, qui propinauit venenum ſuo Prælato ſecuta morte, poſſe abſolui à cenſura, & irregularitate ex homicidio voluntario in foro conſcientiæ per bullam Cruciatæ. Ita Ludouicus à Conceptio-
20 ne *in ſuo examine veritatis tom.2. tr.5. lib.6. §.12. numer. 16.* Et idem et aſſentiri Auſonius, *in ſumm. Diana, verbo cenſura n.* Ratio eſt, quia probabilis eſt opinio defendens omnem irregularitatem ex delicto eſſe cenſuram, vt tenent Corduba, Medina, Gutierres, Velga, Bañes Chriſtophorus à Sancto Ioſeph, quos ego retuli *in noſtro Directorio Confeſſariorum, part.1. tract. 22 d.1. num.1.* Cruz, *p. 2. tract. de irregularitate dub.15. concluſione 2.* probabile putat, Diana, *1. part. tract.11. reſol.17.* Trullenc. *in bullam lib.1. §.7. cap.2. dub.13. n.4.* Fr. Barnabas Gallego, *in bullam, cap.9. p.2. dub.157. prope finem*; ſed per bullam Cruciatæ poteſt quis abſolui ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis ab omnibus cenſuris Papæ reſeruatis, etiam publicis, pro foro conſcientiæ; non tamen externo, vt cum communi ſententia ait Mendo, *in ſua ſtatera opinionum, differt.14. q.8. num. 304.* & toties quoties ab omnibus cenſuris occultis Papæ reſeruatis excepta hæreſi, vt tenet cum Egidio Sanchez, Diana, Fragoſo, Quintanadueñas, Eſcobar, idem Mendo, *ibi, num.* 101. Ego ſtando in hac opinione poteſt, qui venenum clerico pro-

pinauit abſolui per bullam cruciatæ ab excommunicatione capitis ſi quis ſuadente Diabolo, & ab irregularitate, quam contraxit ex homicidio voluntario ob mortem ſecutam pro foro interno, imo & pro foro externo, licet talis abſolutio non ei ſuffragetur pro foro externo, ne forum exterius turbetur, vt recte notauit Mendo, *ſuprà num.* 104. Non enim adeſt decretum, vel lex, aut præceptum, talem irregularitatem excludens in rei veritate.

Et idem poſſet dicere prædictus Ludouicus à 21
Conceptione poſſe fieri per priuilegia regularium, nam hi etiam poſſunt abſoluere ſuos pœnitentes vndequaque venientes ab omnibus cenſuris ſedi Apoſtolicæ reſeruatis extra bullam cœnæ, non ſolum ſemel in vita, vt fit per bullam, ſed 22
toties quoties, etiamſi caſus ſunt publici, vt patet ex priuilegio Pauli III & aliis, quæ retuli *in noſtro Directorio Confeſſariorum, p. 1. tract. d.3. n 36.* & ibi cum Sanchez, Couar, Rodriguez, Mezola, Vidal, Sorbo, & aliis multis. Ego ipſe docui, *n. 38.* Vnde cum nullum ſit decretum, nulla vel lex, aut præceptum, talem irregularitatem excludens, etiam reſpectu Regularium idem poſſet prædictus Ludouicus affirmare de priuilegiis regularium.

Verum, quidquid ſit de probabilitate huius ſententiæ prædicti Ludouici, ego abſolute dico, 23
quod licet ille qui veneno ſuum Prælatum occidit, poſſit per bullam Cruciatæ, vel per priuilegia Regularium abſolui à cenſura ſi quis ſuadente Diabolo, vt aſſerunt prædicti Doctores; Non tamen poteſt diſpenſari in irregularitate ex tali homicidio ſimpliciter voluntario prouenientе. Ratio fundamentalis eſt, quia per bullam ſolum poteſt quis abſolui ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis à caſibus Papæ reſeruatis excepta hæreſi, vel à caſibus Epiſcopalibus toties 24
quoties, vt conſtat ex ipſa bulla, & tenent omnes, ſed nomine cenſuræ non venit vlla irregularitas etiam ex delicto; ergo irregularitas ex homicidio voluntario non poteſt tolli per bullam.

Minor præter quam colligitur *ex cap. quærenti de verborum ſignificatione*, & eam tenet cum D. Thoma, Caietano, Ledeſma, & aliis Diana, *p.1. tract. 11. reſol. 27.* Scotus, Sairus, Cartuſianus, Couarruuias, Villadiego, Pariſius, Cenedo, Trullenc. Viualdus, Gomez, Nauarrus, Majolus, Acoſta; Zerola, Llamas, Bardi, Zechius, Graffis, Sanctarellus, Baſilius, Toletus, Suarez, Auila, Reginaldus, Laiman, Homobonus, Sanchez, quos refert, & ſequitur Mendo, *in ſua ſtatera differt.14. quæſt. decima quinta, numero* 150. Oſtenditur Ratione. Nam irregularitas, etiam ex delicto, non irrogatur per modum pœnæ medicinalis, ſed per modum pœnæ punitiuæ, ex ſe perpetuæ, vnde non tollitur per abſolutionem, ſicut cenſura, ſed per diſpenſationem, vt cum Palao, Bonacina, Baſſæo, & aliis dixi, *in noſtro Directorio Confeſſariorum, part.2. tract. 12. d.1. num.5.*

Hine fit quod Clemens VIII. anno 1593. 25
in Iubilæo, quod conceſſit poſt facultatem abſoluendi à cenſuris, expreſſit facultatem diſpenſandi in irregularitate, quæ expreſſio ſuperflua eſſet, ſi irregularitas ex delicto eſſet cenſura, & ita tenet Stylus Curiæ, vt docet Nauarrus, Sairus, Trullenc. quos refert & ſequitur Mendo, *ſuprà num.153.* qui facit ius, *iuxta cap.*

ex literis de conſtitution. cap. quam graui de crimi-
25 *ne falſi*; ergo ſub nomine cenſuræ non venit quæ-
libet irregularitas ex delicto; ergo cum per bullam
ſolum poſſit quis abſolui à cenſuris Papæ reſerua-
29 tis, nullo modo poteſt diſpenſari, iſte homicida
voluntarius ab irregularitate.

Imo addo, Quod etiam ſtando in ſententia
30 aſſerente irregularitatem ex delicto eſſe cenſu-
ram, adhuc irregularitas ex homicidio ſimplici-
ter voluntario non poteſt tolli per bullam crucia-
tæ. Ita ſupponit Mendo, *in ſua ſtatera opinio-
num differt*, 4 q. 15 num 48. Vbi ait, ſolum eſt
ſermo de irregularitate contracta in puram pœ-
nam delicti, [excepta aditus ea, quæ contrahi-
tur ex homicidio voluntario.] Et ratio eſt, qoia
In omni priuilegio in quo conceditur poteſtas
abſoluta ad diſpenſandum in omnibus irregulari-
tatibus, ſi non fiat mentio de irregularitate ex
homicidio voluntario, ſemper talis irregulari-
tas cenſetur excluſa, nam in generali conceſſio-
ne noo veniunt ea, quæ veroſimiliter quis non
31 eſſet conceſſurus, *l. obligam.* 6. & ibi Gloſſa &
cum Fr Martino à Sancto Ioſeph, Ego dixi, *in*
32 *noſtro Directorio Regularium p. 1. tract. 2. d. 1. n. 93.*
Sed in tali priuilegio nulla fit expreſſio irregula-
ritatis ex homicidio voluntario; ergo etiam ſtan-
do in dicta ſententia irregularitas ex homicidio
voluntario cenſetur excluſa

33 Et idem dicendum eſt de priuilegio regulari-
bus conceſſo propter eandem rationem. Quamvis
non improbem prædictam opinionem Ludouici
à Conceptione, cuius probabilitatem aliis iudi-
candam relinquo. Ego enim non ſolum Autho-
34 rum opiniones onprobare, eſt qui iudicet. ſo-
let enim ſummus Pontifex opiniones improba-
biles, non ſolum improbare, ſed etiam anathe-
matizare, vt fecit Alexander VII. in ſuo decreto,
quod refert idem Ludouicus, *in 2. tom. Examinis
veritatis in fine tomi.*

RESPONSIO AVTHORIS
TERTIO QVÆSITO.

An dato quod talis homicida non poſſit diſpenſari in irregularitate per Bullam vel priuilegia regularium, an ſaltem à ſuo Prælato regulari poſſit diſpenſari in irregularitate ex tali homicidio voluntario?

35 HVic tertio quæſito. Reſpondi talem Religi-
oſum poſſe à ſuo Prælato regulari diſpenſa-
ri in hac irregularitate contracta ex homicidio
ſimpliciter voluntario, & hoc ſive homicidium
fuerit occultum, ſive publicum. Ita qoando ho-
micidium non eſt notorium conceſſit Martinus
V. vt teſtatur Rodriguez, Cordoſſa, Molina,
Pottel quos refert, & ſequitur Bordonos, *tom. 5.
reſol.* 12. *n.* 5. Idem conceſſit Pius V. etiam quan-
36 do homicidium fuerit publicum, dummodo patra-
tum fuerit ante ingreſſum Religionis vt teſtatur
cum Lezana, Pelizario, Diana, *p.* 10. *tract. 2. d. 1. n.* 8.
Sed quia hæc privilegia ſunt limitata. Acci-
37 pe aliud Pauli III. in quadam bulla conceſſa
Prælatis Valleoletanis, in qua eis conceſſit, vt
ſingulis annis, prima die lunæ Quadrageſimæ,
poſſint diſpenſare cum ſuis ſubditis in omni ir-
regularitate, quauis occaſione, vel cauſa contra-
cta, ubi nihil excepit, nec etiam homicidium
voluntarium publicum, quæ bulla confirmatur
alia Sixti IV. Conceſſa Carthuſienſibus, in qua Pon-
tifex eandem facultatem illis concedit, vt teſtatur
Portel, *in Addisionibus ad dubia regularia ver-
bo diſpenſare, n.* 5 & ita tam de homicidio volunta-
rio occulto, quam publico tenent idem Portel *loco
citato*, Bordonus, quem refert Diana, *p. 4. tract.
2. reſol.* 63. Peirinis, *de Prælato tom. 2. q. 2. cap* 5.
§ 8. & cum Baunl, & Fr. Martino à Sancto Ioſeph
Ego ipſe, *in noſtro Directorio Regularium loco ci-
tato, n.* 92.

Nec obſtat ſi dicas in hac conceſſione non fieri 38
mentionem de irregularitate ex homicidio volun-
tario; ſed per nos quando in generali conceſſio-
ne ad diſpenſandum in omni irregularitate non fit
mentio homicidij voluntarij, talis Irregularitas ex
homicidio voluntario ſemper cenſetur excluſa; er-
go in tali privilegio non conceditur Prælatis regu-
gularibus poteſtas ad diſpenſandum in irregularitate
proveniente ex homicidio voluntario, præſertim
quando fuerit publica, ſiquidem de tali Irregula-
ritate oon fit mentio in illo priuilegio.

Non obſtat inquam: Reſpondetur namque
cum Fr. Martino à S. Ioſeph, *fol.* 35. *n.* 4. Hoc ita
eſſe, qoando privilegium abſolute tantum con- 39
cedit facultatem generalem ad diſpenſandum in
omni irregularitate. Hoc autem privilegium Pau-
li III & Sixti IV. eſt magis generale: Nam vltra
qood dicit, poſſe diſpenſare in omoi irregulari-
tate addit, quavis occaſione, vel cauſa contracta,
quæ verba tam vniverſalia ampliant diſpoſitio-
nē iuxta Gloſſam *in clement. C. de re iudicata, ver-
bum quavis ubi probatur verbum alias comprehen-* 40
*dere regulariter ſolū ſimilia, at ſi addatur ſignū vni-
verſale quivis, comprehendere maiora expreſſis, quā*
Gloſſam *vt ſingularem commendat* Panormitanus
1. p. conſ. conſilio vlt. n. 5 Barboſa *in c. 3. de ap-
probat.* Vnde reſpondetur ad argumentum, illam re-
gulam in generali conceſſione non veniant ea, quæ
quis veroſimiliter noo eſſet conceſſurus, & alias
leges citatas intelligi, quando verba privilegij tan-
tum ſunt generalia, Non tamen quando addantur
alia verba adeo vniverſalia, vt privilegio præ-
ſenti, vt latius dixi *in noſtro Directorio Regula-
rium p. 2. d. 1. n. 1. tract.* 93. per quod patet ad repli-
cam, quæ ex priuilegio bullæ cruciatæ poſſet fieri.

CONSVLTVM CIV.

De quodam Prælato regulari, an poſſet recuſare ſuum viſitatorem regularem in generali ſui Conventus Paternali Viſitatione, eo quod ei dederit per ſcriptum articulos culparum, vbi an etiam potuerit ab eo ad definitorium generale appellare.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *In generali viſitatione paternali, quæ ſolet fieri*

a

à Provincialibus in Conventibus, non poteſt Prælatus, nec fratres viſitatorem revocare.

3 In viſitatione generali nemini poteſt reſultare infamia

4 In viſitatione generali ſolum poteſt viſitator caſtigare culpas leves.

5 Si ex viſitatione generali reſultaverint graves culpæ, debet viſitator procedere ad inquiſitionem ſpecialem, & citare reum, & dare ei articulos culparum.

6 Non tenetur viſitator in inquiſitione ſpeciali facere novum proceſſum ad procedendum contra graviter culpatum, ſed ex probationibus viſitationis generalis poteſt procedere contra reum, nullo alio proceſſu facto.

7 Cauſæ religioſorum reſolvuntur de plano, non ſervatis apicibus juris.

8 Teſtes qui cum iuramento depoſuerunt in viſitatione generali, non eſt neceſſe quod ratificent ſuum dictam in inquiſitione ſpeciali.

9 Teſtes in generali inquiſitione debent deponere cum iuramento, etiam de iure noſtro, quando deponunt de aliquo in re gravi.

10 In caſu nimis gravi, melius faciet Provincialis, ſi formet novum proceſſum, & iterum inquirat teſtes, &c.

11 Prædictus Prior optime poterat recuſare Provincialem, ſi aliàs habebat iuſtam cauſam eum recuſandi.

12 Illa exhibitio articulorum culparum eſt effectus viſitationis ſpecialis contra dictum Priorem.

13 Viſitator poteſt recuſari à religioſis, ſi habeant legitimam cauſam, quando contra eos procedit ſpecialiter.

14 In viſitatione generali non poteſt viſitator inquirere de culpis alicuius in particulari.

15 Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur.

16 Viſitatio generalis non fit ad damnandum, nec ad decidendum in rebus gravibus, ſed ad inveſtigandum, & prædicandum.

17 In rebus levibus, quæ non afferunt infamiam religioſis poteſt viſitator ex viſitatione generali procedere ad ſupplicium religioſorum ſecundum conſtitutiones, & conſuetudinem approbatam religionis, ſola audita parte ſine proceſſu, &c. nec admittendo recuſationes, aut appellationes.

18 Religioſi renunciarunt in profeſſione, ut in his rebus cum eis obſervetur ordo iudicialis.

19 Regulares non ſecundum iura, ſed juxta eorum conſuetudines, & generalia ſtatuta debent puniri, ſi delinquunt.

20 Prior, nec alius Religioſus non poteſt impedire viſitationem generalem, quantumvis ſuſpectus ſit viſitator.

21 Viſitatio generalis tendit ad bonum commune.

22 Quando viſitator ex generali viſitatione deſcendit ad viſitationem ſpecialem dando alicui articulos culparum in re gravi, poteſt licitè à quolibet recuſari, ſi habeat legitimam cauſam, & ab eo appellare.

23 Ponitur argumentum in contrarium.

24 Ponitur illius ſolutio.

25 Viſitator ex eo ſolum quod in viſitatione ſpeciali dederit articulos culparum in ſcriptis, vel in voce non poteſt recuſari.

26 Inquiſitio ſpecialis regulariter fit in ſcriptis.

27 Dare articulos culparum in ſcriptis in viſitatione ſpeciali nulli affert injuriam, imo de ordinario ita dantur.

28 Viſitator in viſitatione ſpeciali poteſt dare articulos culparum, vel ſcripto, vel viva voce.

29 Excipe ſi culpæ multæ ſint, nam tunc debent dari in ſcriptis.

30 Scriptura non eſt de ſubſtantia rei geſtæ, niſi quando lex ſpecificat, ut fiat per ſcriptum.

31 Regulares non tenentur ſervare apices iuris, ſed ſolum illud, quod eſt de ſubſtantia.

32 Quod culpa dentur in ſcriptis, vel viva voce pertinet ad apices iuris, & non ad ſubſtantiam, excepto quando lex id ſpecificat, vel culpæ multæ ſunt.

33 Reus non poteſt recuſare iudicem, eo quod in viſitatione ſpeciali ei det articulos culparum ſine ſcripto, voce tenus.

34 Dare ſcriptis vel voce tenus articulos culparum in viſitatione ſpeciali eſt liberum viſitatori, exceptis duobus caſibus ſupra relatis.

35 Ponitur obiectio in contrarium & ſolvitur.

36 Recuſatio non eſt nulla, eo quod fiat viva voce, & non in ſcriptis.

37 Recuſans ſolum tenetur coram recuſato aſſignare cauſas recuſationis, quod poteſt fieri verbo tenus.

38 Apellatio, ſi non fiat in ſcriptis eſt nulla.

39 In appellatione aſſignat lex pro forma ſcripturam.

40 In appellatione ſcriptura pertinet ad ſubſtantiam.

41 In recuſatione requiritur expreſſio cauſæ.

42 Lex præcepit ut in recuſatione exprimatur cauſa recuſationis.

43 Quando lex tradit formam ſubſtantialem ſervandam in aliquo actu, ſi illa forma non ſervetur, ruit actus.

44 Si cauſa aſſignata pro recuſatione non fuerit iuſta, ruit recuſatio.

45 Si cauſa fuerit ſufficiens, debet viſitator remittere cauſam alicui perſonæ gravi, & ſine ſuſpicione, ut eam iudicet.

46 Poteſt etiam nominare unum iudicem arbitrum, & reus alium, qui eam iudicet.

47 Poteſt etiam viſitator aſſociatus alicui religioſo gravi, ſine ſuſpicione cauſam iudicare.

48 Si cauſa recuſationis fuerit dubia, an ſit iuſta, vel frivola tenetur iudex vocare arbitros, qui illum iudicent.

49 Melius faciet viſitator, ſi eam mittat ſuperiori, ut ipſe iudicet, an cauſa recuſationis ſit iuſta, vel non.

50 Si cauſa recuſationis certo ſit frivola, tunc iudex recuſatus debet eam reiicere, & procedere contra recuſantem.

51 Tunc cauſa recuſationis cenſetur frivola, quando recuſator non allegat ſpecialem inimicitiam viſitatoris, contra recuſantem, vel aliam cauſam ſufficientem.

52 Provincialis poteſt reiicere appellationem, quando ſolum aſſignatur pro cauſa quod

dederit articulos culparum reo in ſcriptis.

53 *Idem dicendum eſt quando reus recuſanit viſitatorem, eo quod dederit ei articulos culparum in ſcriptis, & ob alias cauſas.*

54 *Prouincialis licet in viſitatione ſpeciali non teneatur dare articulos culparum in ſcriptis, melius faciet eos dando in ſcriptis.*

55 *Occurritur cuidam obiectioni, & ſoluitur.*

56 *Si aliquis in viſitatione generali ex malitia, vel ignorantia peccatum occultum Prælati, vel alterius manifeſtauit, ſi peccatum non eſt in damnum publicum, vel in damnum tertij, vel nimis atrox, non debet Prouincialis ex tali notitia procedere ad inquiſitionem ſpecialem.*

57 *In hoc caſu ſolum debet reum fraternaliter corrigere*

58 *Solum debet Prouincialis ex generali inquiſitione deſcendere ad ſpecialem in aliquo crimine, quando rumor ſparſus eſt per maiorem partem Conuentus, vel quando crimen ita eſt publicum vt de illo publice ſine detractione loqui poſſit.*

59 *Si peccatum eſt in damnum commune, vel tertij, vel nimis atrox, in illud deſcendendum ex inquiſitione generali ad ſpecialem, ſufficiunt indicia, vel ſuſpitiones non leues, vel aliqua ſemiplena probatio.*

60 *Prouincialis poteſt ſuſpendere ab officio Priorem, quando Prior talem pœnam meretur iuxta ordinis conſtitutiones.*

61 *Quando recuſatio ſine cauſa ab aliquo intentata eſt, eam poteſt rejicere viſitator.*

62 *Poteſt caſtigare recuſantem propter intentatam recuſationem ſine cauſa, vel cum cauſa non probata.*

63 *Iuxta noſtras leges poteſt viſitator caſtigare priorem pro recuſatione friuola intentata, pœna ſuſpenſionis ab officio.*

64 *Pœna priuationis officij de iure noſtro imponitur, cuicunque transgreſſori votorum cum ſcandalo.*

65 *Prior nolens recipere articulos culparum ſine cauſa data à Prouinciali cum ſcandalo, transgreſſus fuit votum obedientiæ.*

66 *Hoc verum eſt, etſi cum articulis culparum non fuiſſet impoſitum præceptum formale.*

67 *Nolle obedire Prælato in facie eius in re graui eſt peccatum mortale, & contemptus obedientiæ.*

68 *Qui per metum amiſſionis patrimonij ſuo beneficio renunciauit illud repetere poteſt.*

69 *Quæ metu, & vi fiunt, de iure debent in irritum reuocari.*

70 *Renunciatio beneficij facta ob terrorem laïcarum, niſi forte iuramento ſit confirmata non valet.*

71 *Qui per metum cadentem in virum conſtantem renunciauit beneficio, illud repetere poteſt.*

72 *Quæ vi, & metu cadente in virum conſtantem fiunt, vt irrita debent declarari.*

73 *Timor amiſſionis famæ, & honoris eſt cadens in virum conſtantem.*

74 *Metus incuſſionis eſt cadens in virum conſtantem.*

75 *Renunciatio officij facta ex metu extrinſeco iniuſto cadente in virum conſtantem eſt valida, poteſt tamen irritari ad petitionem illius, qui metum paſſus eſt.*

76 *Metus iſtius Prioris, ob quem officia renunciauit, non fuit iniuſtus, ſed iuſtus.*

77 *Renunciatio officij ab illo facta fuit valida, nec poteſt irritari.*

78 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

79 *Vt metus ſit cadens in virum conſtantem requiritur, vt incutiens potens ſit, & præſumatur probabiliter executurus rem minatam.*

80 *Requiritur vt metum patiens non poſſit occurrere malis ſibi minatis.*

81 *Metus illatus ab eo, qui rem minatam non poteſt dare executioni non eſt probabilis.*

82 *Renunciatio officij facta ex timore non cadente in virum conſtantem eſt valida, nec poteſt irritari.*

83 *Profeſſio facta ex timore amiſſionis rei grauis ignoranter à profitente concepta eſt valida.*

84 *Metus illatus ex culpa metum patientis non debet illi prodeſſe.*

85 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

86 *Qui per metum cadentem in virum conſtantem officio, vel beneficio renunciauit, talis renunciatio eſt nulla.*

87 *Timor amiſſionis honoris, & famæ eſt cadens in virum conſtantem, quando illatus eſt ab eo, qui tali honore, & fama poteſt priuare.*

88 *Qui ignoranter putauit metum incutientem poſſe rem minatam dare executioni, cum alias non poſſit, ſibi imputet.*

89 *Metus concuſſionis eſt cadens in virum conſtantem, quando illum incutiens poteſt dare executioni rem minatam.*

90 *Reuocatio renunciationis facta à renunciante, ſi non peruenit ad manus ſuperioris ante illius acceptationem, non valet.*

91 *Impedito non currit tempus.*

92 *Si reuocatio renunciationis non peruenit ad manus Superioris ante illius acceptationem, ob culpam alicuius, acceptatio renunciationis eſt nulla.*

93 *Reuocatio Procurationis ad matrimonium, annullat matrimonium ſi facta fuit ante contractum matrimonium, etiamſi non peruenerit ad manus Procuratoris ante contractum matrimonium.*

94 *In dubio melior eſt conditio poſſidentis.*

95 *In dubiis & in pœnalibus benignior pars eſt eligenda.*

96 *Reuocatio renunciationis facta per Procuratorem, ſi non peruenit ad manus Superioris ante illius acceptationem eſt nulla.*

97 *In hoc caſu ius ſupplet conſenſum renunciantis.*

98 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

99 *Quando quis renunciauit officio ob ſuam ignorantiam, vel culpam fuit cauſa, quod eius reuocatio renunciationis non perueniret ad manus procuratoris eius nomine renunciantis ante acceptationem renunciationis, reclamatio facta non valet.*

100 *Si renunciatio facta fuit per chartam miſſam ad Superiorem, aliqui Doctores docent*

in

invalidari per revocationem illius, etiamſi non fuerit intimata ante renunciationis acceptationem.

101 *Contraria ſententia probabilior eſt.*

102 *Probatur ratione.*

103 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 CVM quidam Prouincialis viſitaret quendam
Conuentum ſuæ Provinciæ, inuenit in viſita-
tione generali Prælatum culpatum, & cum ei de-
diſſet copiam capitulorum culpatum per ſcriptum,
vt ſe defenderet, Prælatus noluit accipere co-
piam capitulorum, ſed Prouincialem recuſauit,
dicendo illum non poſſe ex viſitatione generali
dare ei articulos culparum per ſcriptũ, ſed ad hoc
debere prius procedere inquiſitione ſpeciali contra
eum. quod cum non fecent, eum accuſabat pro-
pter hanc, & alias cauſas, non tamen hanc cau-
ſam, aut alias dedit per ſcriptum. quod cum vi-
diſſet Prouincialis, reiecit recuſationem, & eum
ſuſpendit ab officio per quatuor menſes, & ei per-
ſuaſit, vt renunciaret officium, alias ipſum præ-
ſentaturum eſſe illius culpas definitorio generali,
quibus viſis procul dubio definitorium eum eſſe
priuaturum ab officio ob talem culpam, eam ex-
ponendo. Prior videns reſolutionem Prouincia-
lis, exiſtimans talem culpam eſſe dignam priuatio-
ne officij ſecundum legem dictæ religionis renun-
ciauit officium, & miſit renunciationem defini-
torio. Facta autem renunciatione, & miſſa defi-
nitorio, antequam à definitorio acceptaretur, in-
formatus Prior, quod talis culpa non erat digna
priuatione officij, pœnituit eum ſe renunciaſſe,
& coram notario publico reclamauit, & annul-
lauit talem renunciationem, & eam reclamatio-
nem miſit ad definitorium, ſed quando perue-
nit iam renunciatio erat acceptata, & nouus præ-
latus electus, & confirmatus à Definitorio.

2 Quæſierunt igitur à me primo. An Prior ille
potuerit non acceptare capitula culparum, & re-
cuſare ſuum Prouincialem, eo quod ei dederit ca-
pitula culparum in ſcriptis, deducta ex viſitatio-
ne generali, & non facta prius inquiſitione ſpe-
ciali? Secundo, an dato, quod potuerit prædicta
recuſatio fuerit nulla, eo quod eam in ſcriptis
non exhibuit, nec aſſignauit aliam cauſam recu-
ſationis, quam dictam? Tertio, an Prouincialis
potuerit dictam recuſationem vt friuolam reiicere-
re, & dictum Prælatum ſuſpendere ab officio?
Quarto, an illa renunciatio, quam dictus Prior
fecit ex metu fuerit valida? Quinto, an per reuo-
cationem factam dictæ renunciationis coram no-
tario annullauerit acceptationem factam a Defi-
nitorio generali, & impedierit electionem noui
Prælati, etiam ſi copia illius non fuerit præ-
ſentata definitorio, ante dictam acceptationem
renunciationis, & electionem noui Prælati?

RESPONSIO AVTHORIS. PRIMO QVÆSITO.

An Prior ille potuerit non acceptare capitula culparum, & recuſare ſuum Prouincialem, eo quod ei dederit capitula culparum in ſcriptis deducta ex viſitatione generali, & non facta prius inquiſitione ſpeciali?

PRo explicatione huius caſus, qui ſanè ordina- 1
rius eſt inter regulares notandum eſt, in viſi- 2
tatione generali paternali, quam ſolent Prouin-
ciales facere in conuentibus ſuæ prouinciæ, non
poſſe, nec prælatum, nec alios religioſos illum re-
cuſare, vt infra latius dicemus *conſulto* 110. Ex
hac enim viſitatione generali nemini poteſt re-
ſultare infamia, ſiquidem viſitator in viſitatione
generali, ſolum poteſt caſtigare culpas leues, ex 3
quarum correctione nemo infamatur, ita habetur
in Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *de reformatione*, &
ibi Barboſa *n.* 11 & idem decidit Paulus 3. in qua- 4
dam bulla, quam refert Barboſa *de poteſtate Epiſ-
copi allegat.* 73. *n.* 38. & cum aliis, Paſcaligus *in de-
ciſionibus, de recuſatione iudicij, deciſione* 346.
num. 3. & 7. Quod ſi ex viſitatione generali reſul-
tauerint contra prælatum, vel alium religioſum 5
graves culpæ, debet viſitator procedere ad infor-
mationem ſpecialem, & citare reum grauiter cul-
patum in viſitatione generali, dando ei per ſcri-
ptum capitula culparum, & acceptata illius re-
ſponſione illum caſtigare vt bene notauit Portel.
1. *parc. caſuum caſu* 21. *n.* 5.

Non tenetur autem viſitator facere notum pro-
ceſſum ad procedendum contra grauiter culpatum 6
in viſitatione generali; ſed ex indiciis, ſed proba-
tionibus repertis in inquiſitione generali, nullo
alio proceſſu formato poteſt procedere contra
reum, dando tamen primo ei capitulã culparum.
Ita Paulinus, Bertus *in ſua praxi crimin. tit.* 8. *c.* 5.
Author repertorij inquiſitorum *verbo teſtis. § item
nota fol.* 747. Panormitanus *in cap. ad Apoſtolicam
de accuſationibus.* vbi ait, tota ex textu, quod ſi in
inquiſitione generali, aliquis reperiatur culpabilis
poteſt contra eum procedi ad impoſitionem pœnæ
ex illis probationibus in inquiſitione generali re-
cepti, nec eſt opus; vt de nouo illæ proba-
tiones ſpecialiter recipiantur, ſed ſatis eſt illum,
nominatum citare, vt veniat ad opponendum,
& tenet. Portel. *t.* 2. *caſuum caſu.* 20. *p.* 2. *n.* 7. & col-
ligitur *ex c. ad petitionem. de accuſatione*; vbi Gloſ-
ſa *in verbo non citatum*, & clarius patet *ex cap.
qualiter, & quando de accuſat.* vbi in fine ait tex-
tus, hunc tamen ordinem circa regulares perſo-
nas non credimus vſquequaque ſeruandum.

Cuius ratio eſt; Quia cauſæ religioſorum 7
iuxta noſtra priuilegia reſoluuntur ſummarie, &
de plano, non ſeruatis apicibus iuris, vnde non eſt
neceſſe, quod teſtes, qui cum iuramento depoſue- 8
runt in viſitatione generali, vt debent, deponere
etiam ex iure noſtro, quando deponunt de aliqua
culpa graui, vt patet ex quadã declaratione noſtri
capituli generalis anni 1667. *n.* 41. denuo ratificent
ſuum dictum in nouo proceſſu, ſed ex dicto illo- 9
rum in viſitatione generali, ſi cum iuramento

fuit formatum, vt etiam de iure noſtro debet eſſe,
poteſt prouincialis procedere ad punitionem cul-
pæ grauis, vt dicũt prædicti Doctores, & tenet P.
Ioſephus a ſancta Maria *in ſuo tribunali Religio-*
ſorum tract. 4. caſ. 10 fol. mihi. 307. Portel. *ſuprà.*
10 Quamvis in negotio grauiſſimo, melius faciet
Prouinciali, ſi formet nouum proceſſum, & faciat
teſtes, qui teſtificati ſunt in viſitatione generali
iurare in dicto proceſſu. vt notauit idem P. Ioſe-
phus à ſancta Maria *cap. 11.* & Portel. *loco citato*
his ſuppoſitis,

11 Reſpondi primo quæſito prædictum priorem
optime potuiſſe recuſare prouincialem, quando
ei dedit capitula culparum grauium in ſcriptis
cum animo puniendi, ſi alias habebat iuſtam cau-
ſam eum re uſandi. Non tamen eum potuit re-
cuſare ex eo ſolum; quod ei dederit articulos cul-
12 parum in ſcriptis. Prima pars huius aſſerti patet
quia illa exhibitio articulorum culparum cum ani-
mo puniendi eſt effectus viſitationis ſpecialis
contra dictum priorem, ſed quando viſitator
ſpecialiter procedit contra priorem, vel alium
religioſum, poteſt ab eis ſi legitimam habeant
13 cauſam, recuſari, vel ab eo appellare. ergo talis
prior quando ei fuere exhibita capitula culpa-
rum, nolendo ea recipere, & recuſando viſita-
torem, nulli fecit iniuriam ſed bene proceſſit.
14 Major eſt certa, Nam in viſitatione generali
non inquirit, nec poteſt inquirere prælatus de
culpis alicuius in particulari, ergo ſi alicui dedit
articulos culparum grauium, vt ſe defenderet,
talis exhibitio articulorum non eſt effectus vi-
ſitationis generalis, ſed inquiſitionis ſpecialis.

15 Nec obſtat ſi dicas illas culpas graues reſultaſ-
ſe ex viſitatione generali contra dictum priorem;
ergo optime eas ei potuit viſitator exhibere, vt
ſe defenderet abſque eo quod talis exhibitio cul-
parũ fuiſſet effectus inquiſitionis ſpecialis. Non
obſtat inquam, Reſpondeo namque ex viſitatio-
ne generali non poſſe reſultare contra aliquem
16 culpas graues. Nam hæc viſitatio generalis, vt
ait Nauarr. *lib. conſiliorum tit. de accuſat. in-*
quiſit. conſilio. 3. neminem infamat, non enim
fit ad damnandum, nec ad decidendum in re-
bus grauibus. & quæ poſſunt infamare aliquem,
ſed ſolum ad inueniendum. & præparandum;
Vnde per teſtes acceptos in illa nemo poteſt dam-
nari, niſi in inquiſitione ſpeciali ratificentur ita
cum Baldo, Aretino,, Nauarrus, *tom. 3. ſuorum*
operum in rubrica de iudic. num. 49 Portel. 2. *tom.*
Reſponſionum p. 2. caſu. 20. n 2. ergo ſi prouincialis,
in re graui dicto priori dedit articulos culparum,
talis exhibitio culparum nun proceſſit ex ſola
viſitatione generali, ſed ex inquiſitione ſpe-
ciali.

17 Dixi in rebus grauibus. Nam ſi res fuerint le-
ues, ex quibus religioſis non oritur infamia,
tum paternaliter poteſt prælatus ex ſola viſita-
tione generali contra eos procedere, eos paterna-
liter corrigendo, ſecundum conſtitutiones, &
conſuetudinem approbatam in religione, atten-
dendo ſolum ad veritatem. rectitudinem. & ob-
ſeruantiam, ſine formatione proceſſus, nec dan-
do ſententiam per ſcriptum, nec admitendo ap-
pellationem, aut recuſationem, imponendo pœ-
nas iuxta leges Religionis, ita Panormitanus *in*
cap. deprehenſibilis de appellationibus, & *in*
cap. ad noſtram. Lupus *Allegat. 74. n. 5.* Federicus
de Senis *conſ. 55. n. 105.* Ioannes Monachus *cap. 1.*
de religioſ. dom. lib. 6. conc. 3 & alij communiter. Et
vt aduertit Fr. Thomás à Ieſu *tract. 13. de viſita-*
tione regularium cap. 1. n. 11 res eſſet intolerabilis,
ſi Prælati quando viſitant conuentus inueniſ-
ſent in viſitatione generali aliquos non obſer-
uaſſe ſilentium, ieiunia vel alias conſtitutiones,
deberent formare proceſſum iudicialem ad cor-
rectionem & punitionem harum culparum.

Idem dicit F. P. Petrus ab Angelis *in ſuo ordine* 18
iudiciali, part. 1. cap. 5. numer. 9. Et ratio
horum eſt, quia religioſi in profeſſione renun-
ciarunt iis, quod habebant, vt in his re-
bus eum eis obſeruetur ordo iudicialis vt ad-
uertit Clauis Regia *lib 12. cap. 11. num* 20. Tum
quia obſeruare ordinem iudicialem in his rebus
eſſet occaſio turbationis, & deſtructionis ob-
ſeruantiæ, & ita in his rebus ſufficit procedere
de plano. attendendo ad ſtylum commune, & ad
id. quod conſtitutiones diſponunt, ſine reſpectu
ad alia iura; In his enim rebus habent locum
priuilegia, quando abſolute concedunt regula-
ribus, vt nequaquam ſecundum iura, ſed iuxta
eorum conſuetudines approbatas, & generalia 19
ſtatuta facta, & facienda delinquentes corrigan-
tur, & puniantur; vt habetur in compen-
dio priuilegiorum, verbo correctio fratrum,
numer. 6. & 8. Et ſic etiam faciunt iudices
ſæculares in rebus leuibus innixi, *in l. leuia. ff.*
de accuſat. Et ratio eſt quia in his rebus ſu-
periores magis exercent officium parentum.
quam iudicum ita Fr. P. Petrus ab Angelis, *ſu-*
prà, num. 9.

Minor vero etiam liquet, quia licet prior, nec 20
alius particularis non poſſit vllo modo impedire
viſitationem generalem, & ordinariam, quam
Prælatus facit ex officio, quantumvis ſuſpectus ſit,
cum hæc viſitatio tendat ad bonum commune, 21
quod nemo impedire poteſt, ſiquidem contra
neminem in ſpeciali ordinatur, vt decernit Pau-
lus III. in ſuo decreto, quod refert Barboſa in re-
miſſionibus ad Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 10. de*
reform. n. 4 & docet Portel *ſupr. caſu. 21. n. 5.* Poteſt 22
tamen quilibet particularis, quando viſitator ex
viſitatione generali deſcẽdit ad inquirendũ con-
tra aliquem in particulari in re graui dando ei
articulos culparum cum animo puniendi, poteſt
ſubditus licite eum recuſare, vel ab illo appel-
lare, ſi habeat legitimas cauſas recuſationis, vel
appellationis. ita cum Nauarro, Portel. *caſu. 21.*
n. 5. & *caſu 22. n. 2.*

Dices Prior, tacuit & conſenſit prouincialem 23
viſitare; ergo etiã non poteſt eum recuſare. Patet
conſequentia *ex cap. ad petitionem de accuſat.* vbi
Papa iuſſit quendam legatum viſitare vnum mo-
naſterium petente id, ipſo Abbate monaſterij,
& præſente ad viſitationem legati, nec Abbate
reclamante; facta viſitatione, & reſultantibus
culpis contra Abbatem, legatus obtulit Abba-
ti capitula culparum vt reſponderet pro ſua de-
fenſione; Abbas appellauit ad Papam dicens le-
gatum ſibi eſſe ſuſpectum, quo non obſtante,
legatus Abbatem priuauit officio, & poſt priua-
tionem officij. Abbas recurrit ad Papam per ap-
pellationem, Papa illo audito confirmauit ſen-
tentiam legati, & reiecit appellationem, & re-
cuſationem, & addit Papa notanter, tanquam
concedens pro cauſa iuſtitiæ, quod dictus lega-
tus

tus præſente, nec reclamante Abbate, ſuper ſta
tu monaſterij cœpit inquirere diligenter; ſed
iſte videtur noſter caſus in terminis; ergo ſicut
Papa reiecit hunc Abbatem, quia cum eſſet præ-
ſens non reclamauit, quando legatus cœpit in-
quirere ſuper ſtatu monaſterij, idem de hoc prio-
re dici poteſt, qui videns prouincialem incipere
inquirere de ſtatu monaſterij tacuit, & non re-
clamauit, & clarius patet *hoc ex regula illa* 21.
iuris in 6. quod ſemel placuit amplius diſplicere
non poteſt, ſed huic Prælato ſemel placuit liti-
gare coram iſto prouinciali acceptando illum, vt
ille viſitaret; ergo licet antea haberet cauſam ap-
pellandi, & eam recuſandi ſibi cognitam, non
potuit poſteà appellare, vel recuſare; quia tali
cauſæ, vel appellationi renunciauit, eo quod pro-
uincialem in iudicem acceptauit. Idem confir-
matur à ſimili ex iure noſtro Luſitano *in ordina-
tione lib.* 3. *tit.* 21. §. 1. vbi rex decernit, non poſſe
aliquem recuſare iudicem illum, coram quo
fecit vllum actum acceptationis, per quem actum
videtur in illum conſenſiſſe.

14 Reſpondetur concedendo antecedens, &
negando conſequentiam. Nec obſtat illa tacitur-
nitas prioris, & conſenſus in viſitatione gene-
rali; nam prior tenebatur conſentire in viſita-
tione generali ſui conuentus, vt *ſuprà* dixi-
mus. Vnde hæc taciturnitas, & conſenſus in vi-
ſitationem generalem non poteſt ei nocere, quin
poſtea recuſaret, vel appellaret valide in ſecun-
da Inquiſitione ſpeciali. Ad probationem reſ-
pondetur illum legatum proceſſiſſe contra ordi-
nem iuris contra illum Abbatem non iudicando
recuſationem, vt patet ex eodem textu, vbi ait,
cum igitur nobis de talibus fuerit facta fides;
propter quæ præfatus vlterius merito amo-
uendus, etſi reſtituendus foret, propter iudicia-
rium ordinem non ſeruatum, ipſum prouidimus
manere priuatum regimine Abbatiæ. Vbi Gloſ-
ſa, *verbo, etſi reſtituendus*, notat, quod hic Ab-
bas de iure erat reſtituendus, propter iudicia-
rium ordinem non ſeruatum; ſed Papa de offi-
cio ſuæ poteſtatis voluit eum manere priuatum.
Non igitur ex tali textu poteſt afferri contra nos
argumentum; nam ideo talis legatus proceſſit
nulliter contra dictum Abbatem, quia quando
ex viſitatione generali deſcendit ad ſpecialem
inquiſitionem dando dicto Abbati articulos cul-
parum non accepit, & iudicauit eius recuſatio-
nem ſecundum ius; vnde Papá non ideo con-
firmauit ſententiam, quia dictus Abbas conſen-
ſit in viſitatione generali, vt aliqui volunt colli-
gere ex illis verbis, quia dictus legatus præſente,
nec reclamante Abbate, ſuper ſtatu monaſterij
cœpit inquirere diligenter, quidem ipſe pon-
tifex in eodem textu dicit legatum iniuſte pro-
ceſſiſſe; ſed inde ſumpſit Pontifex motiuum, vt
ex poteſtate abſoluta ſententiam nullam dicti le-
gati, confirmaret non tamẽ id dedit pro cauſa iu-
15 ſtitiæ ſententiæ legati cum eam pronunciauerit
nullã, ſed pro conuenientia illius confirmationis.
Dixi ſi habeat iuſtam cauſam eum recuſandi.
Nam ex eo ſolum quod Prælatus ei dederit arti-
culos culparum in ſcriptis, vel in voce non poteſt
eum recuſare, quæ eſt ſecunda pars noſtri aſſer-
ti. Et ratio eſt quia dicti articuli culparum in
16 ſcriptis ſupponebant inquiſitionem ſpecialem
17 contra dictum priorem, vt ſuprà diximus, ſed
inquiſitio ſpecialis regulariter fit in ſcriptis; er-
go dando viſitator capitula culparum in ſcriptis
deducta ex inquiſitione ſpeciali, nullam iniu-
riam intulit priori ob quam eum poſſet recuſa-
re vel ab eo appellare.

Confirmatur primò: quia *in cap. qualiter, &
quando de accuſat. ſecundo*. Vbi Papa tradit for-
mam citandi, & audiendi reum, ſolum dicit
quod culpæ ſunt reo exponendæ, & explicandæ;
ergo vtroque modo id poteſt efficere. Prælatus,
vel per ſcriptum, vel ſine ſcripto ſola voce, eum
exponere, & explicare, vtroque modo æquè 28
fieri poſſit, niſi alias culpæ multæ ſint, & indi-
geant ſcripto, quia facile memoriæ retinere non 29
poterant; nam tunc tenetur Prælatus ea dare in
ſcriptis, quia hoc pertinet ad ſubſtantiam pro-
priæ defenſionis; ergo viſitator dando huic
priori capitula culparum in ſcriptis nullam ei
iniuram intulit; ergo propter id non potuit
eum recuſare.

Confirmatur ſecundò: quia etiamſi dictum
cap. diceret, quod culpæ non darentur in ſcri-
ptis, adhuc ſi prælatus eas dediſſet in ſcriptis,
nullam faceret iniuriam priori, ob quam eum
poſſet recuſare, quod ſic euidenter probo. Quia
ſcriptura non eſt de ſubſtantia rei geſtæ, niſi 30
quando lex ſpecificat vt fiat per ſcriptum; nam
ſcriptura non eſt inuenta, niſi vt res de memo-
ria non pereant vt conſtat *ex l. pactum de pactis,
& l. contrahitur, ff de pignoribus*, & tenet Gloſſa
ſuper *cap. Cordi nobis eſt, de appellat. in* 6. *in fine
caſus*, Portel. *tom. caſuum, caſu* 21. *p.* 1. *n.* 4. Sed
Prælati regulares non tenentur ſeruare apices iu- 31
ris, niſi ſolum illud, quod eſt de ſubſtantia iuris,
vt conſtat ex multis priuilegiis; ergo cum illa 32
diſpoſitio iuris, quod culpæ non dentur per
ſcriptum pertineat ad apices iuris, quos Præla-
tus regularis ex ſpeciali priuilegio non tenetur
obſeruare, dando articulos culparum per ſcri-
ptum, nullam faceret iniuriam reo, ſed potius
beneficium, cum faciliùs poſſet eis reſpon-
dere.

Confirmatur tertiò, quia ſi viſitator in hoc 33
caſu daret dicto reo articulos culparum abſque
ſcriptura, voce ſolum, non poſſet prædictus
prior eum recuſare, eo quod ei non dederit ar-
ticulos culparum in ſcriptis eo quod *in dicto cap.
qualiter, & quando* non ſpecificatur, quod articuli
culparum dentur per ſcriptum, vt cum Gloſſ. te-
net Portel *ſupra num.* 4. Ergo è contrariò, non
poteſt conqueri prior, eo quod ei viſitator de-
derit culpas per ſcriptum; nam cum dare per 34
ſcriptum, vel voce tenus, fuerit liberum viſita-
tori, vt ſuprà diximus, nullam iniuriam illi
fecit viſitator dando ei culpas per ſcriptum, ſicut
nullam ei iniuriam faceret, ſi eas dediſſet abſ-
que ſcripto, ſola voce.

Dices, ſi ius diſpoſuiſſet ſpecialiter, quod ar-
ticuli culparum darentur in ſcriptis, ſi eos Præ- 35
latus daret ſine ſcriptis faceret iniuriam reo; ergo
ſi lex diſpoſuiſſet, quod darentur in voce abſque
ſcriptis, etiam viſitator faceret iniuriam dando
eos reo in ſcriptis; ſed *in dicto cap. qualiter*, non
dicitur, quod dentur in ſcriptis; ergo iniuriam
fecit viſitator dando eos reo in ſcriptis. Reſpon-
detur concedendo antecedens. Nam tunc ſcri-
ptura pertinet ad ſubſtantiam iudicis, cum ſpe-
cialiter poſtuletur in tali caſu à iure ob aliquam
ſpecialem rationem, quod rarò accidit, vt di-
ximus. Deinde negatur conſequentia. Ad pro-
bationem

bationem reſpondetur. Tale *cap. qualiter*, & *quando non diceret*, quod culpæ non dentur reo in ſcriptis ſed ſolum dicit, quod ei exponantur, & explicentur, vnde negatur ſuppoſitum, quia dictum *cap. vtroque modo* admitti poſſe dari articulos culparum, tam in generali, quam ſpeciali inquiſitione, cum ſolum dicat, quod culpæ reo exponantur, & declarentur, quod fieri poteſt, & ſcriptis, & viua voce, prout viſitator voluerit.

36 Dato tamen, quod id diceret tale caput, tunc talis diſpoſitio pertineret ad apices iuris, cum reus non grauetur per exhibitionem ſcripturæ, quando lex præcipit, vt res fiat abſque ſcriptis; ſed potiùs id ei magis commodum eſt, ad ſuam defenſionem; quod non accidit quando ius petit ſpecialiter quod res fiat per ſcriptum; nam defectus ſcripturæ in tali caſu poſſet eſſe nociuus reo, eo quod poſteà argueretur de re, quæ in voce ei non fuit propoſita. Tum quia ſcriptura ſæpè poſtulatur, vt res fiat maiori conſideratione, & circumſpectione, eo quod grauitas rei id poſtulet, Vnde ſi ita non fiat, fit iniuria reo, cum res contra eum ſine ea conſideratione, quam grauitas rei poſtulat geſta ſit, quod non accidit in rebus leuibus, & ordinariis, in quibus lex diſponit, vt procedatur ſine ſcriptis; Nam id fit eo quod per punitionem illarum reus non infamatur. Vnde ſi Prælatus forte culpas leues ob aliquam cauſam in viſitatione generali dediſſet in ſcripturis contra formam ipſius legis, non ob id poſſet recuſari vt *infrà* dicemus; nam id non pertinet ad ſubſtantiam, nec vllam iniuriam infert reo, cum ſit de rebus, quæ de ſe non afferunt infamiam; quales ſunt quæ in viſitationibus generalibus puniuntur, vt ſuprà diximus.

RESPONSIO AVTHORIS
SECVNDO QVÆSITO.

An dato quod prior potuerit recuſare viſitatorem, prædicta recuſatio fuerit nulla, eo quod eam in ſcriptis non exhibuit, nec aſſignauit aliam cauſam recuſationis, quam dictam in præcedenti quæſito?

37 RESpondi recuſationem non eſſe nullam ex eo tantum, quod fiat viua voce, & non in ſcriptis. Ita colligitur *ex c. cum ſpeciali de appell.* vbi ſolum dicitur, quod recuſans coram ſuperiore recuſato aſſignet cauſas recuſationis, quod verbo tenus fieri poteſt, & cum textus non requirat ſcripturam, nec nos requirere debemus. Ita cum Suario, Portel. 2. *tom caſuum, caſu.* 22. *num.* 6. Secus
38 dicendum eſt in appellatione. Nam hæc ſi non fiat in ſcriptis eſt nulla, vt patet *ex cap. Cordi nobis eſt. de appellat. in* 6. & *ex l. contractus.* ibi *de fide inſtrumenti.* Et ratio eſt, quia ibi aſſignat lex pro
39 forma ſcripturam; ergo ſcriptura in appellationem
40 pertinet ad ſubſtantiam. Ita cum Sanchez, Portel. *ſuprà num.* 7.
41 Licèt autem in recuſatione non requiratur ad eius valorem ſcriptura; requiritur tamen expreſ-
42 ſio cauſæ. Et ratio eſt, quia lex *in dicto cap. cum ſpeciali.* tradit formam recuſationis, vt ſcilicet in
43 ea exprimatur cauſa recuſationis; ſed quando lex tradit formam Subſtantialem ſeruandam in aliquo

actu, ſi illa formà non ſeruetur, corruit actus, vt tradunt communiter Doctores, maximè Suarez
de legibus lib. 5. *cap.* 31. *num.* 3. Ergo ſi cauſa re- 44
cuſationis iuſta non exprimatur, recuſatio eſt nulla. Ita Portel. *ſuprà num.* 6. Fr. P. Petrus ab Angelis, *in ſuo ordine iudiciali, part.* 1. *cap.* 21. §. 1. *num.* 12.

Quod ſi cauſa fuerit ſufficiens, tunc viſitator 45
debet, vel remittere cauſam alicui perſonæ graui, & ſine ſuſpicione, cum poteſtate vt eam iudicet, vel debet nominare vnum iudicem arbitrum, ipſe
reus alium, qui eam iudicent, vel ipſe, viſitator 46
aſſociatus alio religioſo graui, ſine ſuſpicione, debet cauſam iudicare, vt latiùs docet ex multis
textibus, & Doctoribus Fr. P. Petrus ab Angelis, 47
in ſuo ordine iudiciali. part. 1. *tractat.* 20. §. 1. *n.* 13. & 14. Quod ſi cauſa recuſationis fuerit dubia.
An ſit iuſta, vel friuola, tunc iudex tenetur abſti- 48
nere, & vocare arbitros, qui illam iudicent, iuxta formam dictam *in citato cap. Cum ſpeciali.*
Ita Portel. *dicto caſu* 22. *num.* 3. Sed meliùs fa- 49
ciet viſitator, ſi recuſationem in caſu dubio, an ſit iuſta, vel non remittat ſuperiori, vt ipſe iudicet, an cauſa recuſationis ſit iuſta, & an debeat procedere contra reum, vel non, vt optimè docet Fr. P. Petrus ab Angelis, *ſuprà num.* 16.

Dixi, ſi dubia ſit cauſa recuſationis, nam ſi cau- 50
ſa recuſationis certa ſit friuola, vt quando recuſans non eſt grauatus iniuſtè, vel quando cauſa eſt vana, & inutilis, ita vt non poſſit ſortiri effectum, tunc iudex debet eam reiicere, & procedere contra recuſantem, vt docet Portel. *ſuprà num.* 5. Fr.
P. Petrus ab Angelis, *ſuprà num.* 18. Erit autem fri- 51
uola; quoties non allegat ſpecialem inimicitiam viſitatoris contra recuſantem, vt ait ibi, Fr. P. Petrus ab Angelis, *num.* 19. vbi alias cauſas recuſationis affert, quas videre ibi potes, ſi caſus occurreat; quas omitto, quia non ſunt tam frequentes.

RESPONSIO AVTHORIS.
TERTIO QVÆSITO.

An prouincialis potuerit dictam recuſationem vt friuolam reiicere, & dictum priorem ſuſpendere ab officio.

RESpondi optime potuiſſe dictum Prouincia- 52
lem reiicere dictam recuſationem; & punire priorem ſuſpenſione ab officio. Ratione primæ partis noſtri aſſerti eſt, quia dictus prior nullam aliam cauſam recuſationis allegauit, niſi quod prouincialis ei dederit capitula culparum ex ſola viſitatione generali, abſque inquiſitione ſpeciali; ſed hæc cauſa eſt friuola omninò; ergo cum aliam non allegauerit, ſed ſolum dixerit, & propter alias cauſas, optimè potuit prouincialis talem re-
cuſationem, vt friuolam, & inutilem reiicere. 53
Maior conſtat ex interrogatione huius caſus. Mi-
nor verò conſtat ex dictis ſuperiori quæſito. Nam 54
Prouincialis licèt non teneretur ei dare capitula culparum in ſcriptis melius fecit dando ea in ſcriptis, ſiquidem id magis conſonne eſt iuri, vt notat Portel. *tomo* 2. *caſuum caſu* 10 *num.* 8.

Nec obſtat id quod allegat dictus prior, quod 55
Prouincialis ex inquiſitione generali contra eum, proceſſerit; nam vt iam ſupra dictum eſt, id abſque iniuria prioris potuit optimè efficere Prouin-

cialis, Quamuis melius, & ſecutius faceret, ſi poſt factam viſitatioocm Generalem formaret inquiſitionem ſpecialem, quando ex viſitatione generali contra aliquem reſultauit infamia, cum notorietate, vel probatio in particulari, faciendo nouum proceſſum contra reum, citato illo, & repetitis teſtibus antiquis & aliis teſtibus, ſi forte fuerint neceſſarij, vt bene ibi ait Portel, *ſuprà, num.* 8.

56 Dixi, quando reſultauit infamia cum notorietate. Nam ſi aliquis ex malitia, vel ignorantia in viſitatione generali peccatum occultum Prælati manifeſtauit Prouinciali, ſi peccatum non eſt in damnum publicum, vel in damnum tertij, vel non eſt peccatum nimis atrox, non debet Prouincialis ex tali notitia procedere ad inquiſitio-
57 nem ſpecialem, ſed ſolum debet fraternaliter reum corrigere inter ſe, & ipſum ſolum, vel ad ſummum adhibendo duos teſtes, iuxta præceptum correctionis fraternæ, vt optime ait Soto, *de ſecreto membro* 2. *q.* 6. *conclus.* 3. *caſu* 3. Nauarrus, *cap. inter verba, q.* 3. *concl.* 6. *reſol.* 62. *num.* 276. mutans ſententiam, quam tenuit *in rubric. de iudic. num.* 89. Miranda, Sanchez, Fr. Ioſephus a ſancta Maria, Villalobos, Rodriguez, Baſſes, quos refert, & ſequitur Fr. P. Petrus ab Angelis, *in ſuo ordine iudiciali, part.* 1. *cap.* 11. §. 1. *numero ſeptimo.*

58 Solum igitur Prouincialis debet deſcendere ex generali inquiſitione ad ſpecialem contra reum, quando rumor eſt ſparſus per maiorem partem Conuentus, vbi delinquens commoratur, dummodo in tali Conuentu ad minus ſint decem perſonæ, inter quas talis rumor ſparſus ſit, ita cum Sanchez, & aliis Tamburinus, *tom.* 3. *in proxi criminali, quæſito* 7. *num.* 2 Vel vt alij dicunt, taliter debet eſſe publicum, quod de eo publice ſine detractione loqui poſſit, vt cum Lugo, & Suarió, *dixi in noſtro Directorio Regularium, p.* 3. *tract.* 4. *d.* 3. *num.* 108. Dixi ſi peccatum non eſt in damnum publicum, vel tertij, vel nimis atrox, nam in his ſufficiunt indicia, vel ſuſ-
59 piciones non leues, vel aliqua ſemiplena probatio, vt cum Lugo, dixi *in noſtro Directorio Regulari loco citato, num.* 116. Vbi plura ad intentum inuenies.

60 Secunda vero pars noſtri aſſerti, Potuiſſe ſcilicet Prouincialem ſuſpendere dictum Priorem officio, etiam probatur. Tum quia, vt ſuppono, illius culpis talis pœna iuxta ordinis conſtitutiones impoſita erat. Tum quia cum recuſatio Prouincialis intenta à Priore fuerit friuola, &
61 nulla, vtpote ſine cauſa ſufficienti, vt *ſuprà* diximus, eam potuit reiicere Prouincialis, vt patet, *ex cap. cum ſpeciali de appellat.* & tenet Portel,
62 *ſupra caſu* 22. *num.* 5. & Priorem ipſum caſtigare pro intentata recuſatione, ſine cauſa, vel cum cauſa non probata, vt bene cum Rodriguez, ait N. Fr. Petrus ab Angelis, *in ſuo ordine iudiciali, p.* 1. *cap.* 21. § 2. *n.* 17.

An autem pro ſola recuſatione friuola, vel non probata, potuiſſet Prouincialis caſtigare Priorem pœna ſuſpenſionis ab officio, non declarat illis Fr. P. Petrus ab Angelis, ſed ideo dicit debere, commenſurari cum pœnis, quæ in aliis tribunalibus dantur recuſantibus iudic friuolè, vel non
63 probantibus recuocationes. Ego tamen dico iuxta noſtras leges, talem Priorem debere ſuſpendi ab

officio. Ratio eſt quia in 4 *parte noſtrarum conſtitutionum, cap.* 4. §. 2. *n.* 1. Imponitur pœna priuationis ab officio, cuicunque tranſgreſſioni votorum cum ſcandalo; ſed iſte Prælatus nolendo accepta- 64
re capitula culparum abſque cauſa, & cum recuſatione friuola, cum ſcandalo noluit obedire præcepto formali impoſito in fine articulorum culparum; Ergo incurrit pœnam priuationis ab officio. ſed hanc non poteſt Prouincialis alicui Priori dare; ergo ad 65
minus poterit talem Priorem ſuſpendere, & cauſam remittere ad definitorium, vt videat an expediat Priorem priuare ob talem culpam, & ob alias, ſuper quas erat profeſſus, vt ſtatuitur, *in noſtra conſtitutione* 3. *part. cap.* 10. *n.* 7.

Tum quia dato quod in dictis capitulis culparum non daretur tale præceptum formale, nol- 66
le obedire Prælato in facie illius in re graui eſt peccatum mortale, & contemptus formalis obedientiæ, etiamſi non præcedat præceptum, vt 67
cum Caietano, Lezana, Sanchez, & aliis dixi, *in noſtro Directorio Regularium p.* 2. *tract.* 3. *d.* 6. *ſect.* 3. *n.* 460. Sed tale delictum non poteſt alia pœna conuenientiori puniri, quam ſuſpenſione ab officio, ad tollendum ſcandalum ſubditorum; ergo optime fecit dictus Prouincialis ſuſpendendo Priorem ab officio vt latius infra dicemus caſu 110. & colligitur, *ex cap. ſpeciale de appellat.* & cum aliis docet Portel, 1. *part. caſuum caſu* 22. *num.* 3.

RESPONSIO AVTHORIS.

QVARTO QVÆSITO.

An illa renunciatio, quam Prior fecit ex metu fuerit valida.

NOn defuit qui dixit talem renunciationem fuiſſe nullam. Ita P. Fr. Ludouicus à Con- 68
ceptione, *tom.* 2, *examinis veritatis, tract.* 1 *litera O*, §. 12. *num.* 2, Et probat, *id primo ex cap. ad aures*, vbi dicitur, quidquid per metum amiſſionis patrimonij ſuo beneficio renunciauit, illud repetere poteſt; & in corpore ſic redditur ratio vnde quia, quæ metu, & vi fiunt, de iure de- 69
bent in irritum reuocari, mandamus inquit Alexander III. quatenus prædicto eum integritate reſtituas vniuerſa. Secundo probatur *ex cap. ad aures, quod cap. pro titulo habet*, qui terrore 70
laicorum electioni de ſe factæ renunciat, ſi renunciatio iuramento, vel fide firmata non ſit, regimini ad quod electus erat præfici poterit, & in corpore textus ait Pontifex, tuæ igitur diſcretioni præſentibus innoteſcat, quod renunciatio facta ad terrorem laicorum, niſi forte iuramento, vel fide interpoſita ſit confirmata, non impedit quominus, is qui renunciauit Eccleſiæ, ad cuius regimen prius erat electus præficiatur eidem.

Tertio idem probat *ex cap. ad audientiam*, quod ſic in titulo continet, qui per 71
metum, qui cadere potuit in conſtantem virum beneficio ſuo renunciare iurauit, & renunciauit, illud repetere poterit. In corpore autem capitis ſic habet, Quia vero quæ vi metusve cauſa fiunt, carere debent ro-

bere firmitatis, mandamus quatenus ſi eundem ad
reſignationem conſtitetit vobis per talem metum
fuiſſe coactum, qui potuerit & debuerit cadere in
virum conſtantem, non obſtaote iuramento præ-
dicto, quo ad non repetendum, ſed ad reſignandum
dum ſolummodo tenebatur præfatam Eccleſiam ei
reſtitui faciatis.

72 Deinde probat Ratione. Quæ vi & metu cau-
ſa fiunt, quando metus eſt cadens in virum con-
ſtantem, vt irrita debent haberi, & declarari;
ſed metus illatus à dicto prouinciali huic prio-
ri fuit metus cadens in virum conſtantem; ergo
eius renunciatio fuit irrita, & nulla. Maior patet
ex dictis teſtibus. Minor vero probatur, quia di-
ctus prior renunciauit ob timorem amiſſionis ho-
noris, & famæ, quam paſſurus erat priuatione
offi.ij ſibi minata; ſed huiuſmodi timor eſt cadens
in virum conſtantem; ergo. Minor patet quia ti-
mor amiſſionis patrimonij eſt cadens in virum
73 conſtantem, vt dicitur *in cap. Abbas*; ſed grauior
eſt timor amiſſionis famæ, & honoris, quam patri-
monij, ſiquidem homines pluris æſtimant fa-
mam, & honorem, quam diuitias, vt ex ſe pa-
tet; ergo.

Confirmatur quia inter metus cadentes in virum
conſtantem, præcipuum obtinet locum metus con-
cuſſionis, hoc eſt metus à ſuperiore inductus, à
prælatisve incuſſus; Atqui metus de quo in infor-
74 mi. fuit metus coucuſſionis, vt patet; ergo inter
metus cadentes in conſtantem virum numerari de-
bet. Probatur totum ex doctina Baſilij Poncij *l. 4.
de matrim. cap. 4. num.* 11. vbi expreſſe hoc ait, &
& multis iuris ciuilis textibus probat.

His tamen non obſtantibus, Reſpondi dicto
75 quæſito, talem renunciationem fuiſſe vali-
dam, & ad ſummum ſolum poſſe irritari ad
petitionem illius, qui metum paſſus eſt, ita
Nauarrus *in cap. accepta oppoſitione 1. per to-
tum de reſtitut. ſpoliatorum.* Leſſius *cap. 17. dub.
6. numero* 37. Lugo *de iuſtitia dub. 22. nume-
ro* 130. Rebellus *part. 2. lib. 1. quæſtion. 5.
numero* 12. Sanchez *lib. 4. de matrim. d. 8. nu-
mero* 6. Dixi ad ſummum poſſe irritari ad petitio-
nem illius, qui metum paſſus eſt. Nam in præ-
ſenti caſu, adhuc iudico probabilius, nec ad pe-
titionem illius poſſe talem renunciationem ir-
ritari.

Et ratio eſt: Quia renunciatio beneficij
ſolum tunc eſt irritanda ad petitionem illius,
qui metum paſſus eſt, quando metus fuit ab
extrinſeco illatus iniuſte, vt cum communi ſen-
tentia docet Lugo *de iuſtitia d. 22. numero* 155.
Et hoc ſiue metus fuerit illatus ab acceptante
renunciationem, ſiue ab alio tertio, vt docet
idem Lugo *ibi. numero* 172. ſed metus illatus,
ab hoc prouinciali non fuit iniuſtus, ſed iuſtus,
76 ergo renunciatio fuit valida, nec poteſt reſcindi
ad petitionem renunciantis: Probatur minor, in
qua eſt difficultas. Quia prouincialis ſolum mi-
natus eſt ſe delaturum culpas dicti prioris ad de-
77 finitorium; ſed hoc ipſe poterat facere, ſi culpæ
excedebant ſuam iuriſdictionem, vt patet *ex 3.
part. noſtrarum conſtitutionum cap. 10. nume-
ro* 9. vel ſi ob defectum talenti prioris iudicauit
ipſum oportere priuare ab officio, vt patet ex
*eadem lege tertia partis noſtrarum conſtitutio-
num cap. 10. numero* 7. ergo cum hic prouin-
cialis iudicauerit ipſum priorem debere pri-
uari ob dictas culpas, vel ob defectum talenti, ex
delatione minata non intulit metum iniuſtum, ſed
iuſtum.

Nec obſtat ſi dicas illas culpas non eſſe cul- 78
pas pertinentes ad definitorium vt ſupponimus;
ergo prouincialis iuſte non poterat eas deferre
ad definitorium; ergo minando ſe illas dela-
turum, metum iniuſtum incuſſit minato. Reſ-
pondeo quod licet culpæ non fuiſſent perti-
nentes ad definitorium directe poterant ad il-
lud pertinere ratione ſcandali, vel ob turba-
tionem pacis communitatis, vel ob aliqua incom-
moda grauia, quæ ex illis ſequebantur in mona-
ſterio, vel in oppido, in quo caſu *iuxta noſtram
conſtitutionem 3. part. cap.* 10. tenetur prouincia-
lis definitorium conſulere an oporteat dictum
priorem officio priuare, & remittere caſum ad
illud, vnde cum dictus prouincialis in hoc ca-
ſu iudicauerit ſe ob dictas cauſas poſſe remit-
tere culpas ad definitorium, licet alias culpæ
non eſſent pertinentes ex ſe ad definitorium,
non incuſſit metum iniuſtum dicto priori, ſed
iuſtum.

Imo addo quod ſi tales cauſæ petitæ à lege
dicto cap. 10. non darentur, adhuc talem me-
tum non fuiſſe metum iniuſtum cadentem in
virum conſtantem, qui ſolum ſufficiens eſt ad ir-
ritandam dictam renunciationem, quod ſic 79
probo. Quia vt metus ſit grauis cadens in vi-
rum conſtantem requiritur, vt incutiens po-
tens ſit, & præſumatur probabiliter executu-
rus, & alias requiritur, vt metum patiens non
poſſit occurrere malis ſibi minatis, vt Ego ip-
ſe cum communi ſententia *dixi in noſtra Directo-
rio Confeſſariorum p. 1. tract. 11. d. 5. numero* 222. 80
& 226. Sed Prouincialis non poterat priuare
priorem officio, nec poterat remittere culpas
illius ad definitorium ſiquidem ad eum non per-
tinebant, & prior poterat facile occurrere tali
priuationi, & remiſſioni culparum ad definito-
rium ſibi minatæ oſtendendo talem culpam ſecun-
dum noſtras conſtitutiones non eſſe dignam
priuatione, nec pertinere ad definitorium, qua-
propter Prouincialem non poſſe eam ad de-
finitorium remittere; ergo ſi hoc efficere no-
luit, ſed ex tali timore officio renunciauit, ta-
lis metus non fuit cadens in virum conſtan-
tem, ſed in virum inconſtantem, vt lo-
co citato dixi, cum Palao, & aliis commu-
niter.

Confirmatur quia metus iſte non erat pro- 81
babilis quia non fuit illatus à Definitorio, qui
talem priorem poterat ab officio priuare, nec
à prælato qui poſſet talem culpam remittere
ad definitorium, quod neceſſarium erat ad in-
ducendum iuſtum metum, vt docent Hoſtien- 82
ſis *in cap. Abbates numero* 9. de his quæ vi, aut
metu cauſa; ſed à prouinciali dicente quod ſi
non renunciaret officio, eum definitorium pri-
uaturum officio; ſed talis priuatio minata à de-
finitorio non habebat vllum fundamentum, nec
fieri poterat ſecundum legem; ergo iſte præ-
latus timuit, vbi non erat timor, ac per conſe-
quens ſi ex tali timore renunciauit, eius timor,
vtpote non cadens in virum conſtantem, non
irritauit renunciationem ita in caſu vrgen-
tiori Graffis *lib. 3. conſiliarum de regularibus conſ.
7. numero* 16. vbi quærens, An profeſſio cuiuſdam
nouitij,

83 nonitij, qui cum ante ingreſſum religionis renun-
ciaſſet bonis ſuis. & poſtea cum eſſet nouitius
uollet profiteri, ad ſuaſionem cuiuſdam monachi,
qui ei dixit. quod ſi exiret à religione eum fra-
trem priuandum eſſe omnibus bonis ob renun-
ciationem ab eo factam ante ingreſſum religionis,
Nouitius credens renunciationem fuiſſe validam,
& à patre eſſe bonis ſpoliandum, profeſſus, eſt,
quo in caſu quærit Graffis, an talis profeſſio ex
tali metu facta fuerit valida, & Reſpondet affir-
matiue, *num.* 12. Quia iſte nouitius timuit vbi
non erat timor, & metus illatus ex ſua culpa
non debet illi prodeſſe, *l. ſi mulier in fine, ff. quod*
84 *metus cauſa* Sed idem accidit in noſtro caſu, nam
Prouincialis non poterat dictum Priorem priua-
re, nec mittere culpas ad definitorium, & dato
quod eas miſiſſet, ob eas eum non poterat defini-
torium priuare ſecundum ius noſtrum; Ergo ſi prior
facile credit, & ſua ignorantia, & culpa incidit
in timorem, vbi non erat timor, ſibi id imputare
debet, nec per hoc renunciatio irritatur, aut irri-
tari poteſt, ſicut nec profeſſio in illo caſu, vt nota-
uit Graffis *ſuprà*.

85 Nec obſtat quod dolus illatus à Prouinciali
fuerit totalis cauſa renunciationis; Nam quan-
do dolus qui dat cauſam actui non fuit cauſa-
tus ab eo reſpectu cuius factus, eſt actus, ſed eo
ignorante, ab alio tertio. talis dolus non irri-
tat actum, nec propter dolum venit talis actus
reſcindendus, vt conſtat, *ex l. eleganter, ff. de dolo*
& l. ſi proxineta, ff. quod cauſa, & tenet cum Mo-
lina, Rebello; & aliis Lugo, *de iuſtitia*, *d.* 22.
num. 84. Et ratio id oſtendit. Quia totum ius ad
reſcindendum actum prouenit ex iniuria deci-
pientis, ſed definitorium, qui acceptauit renun-
ciationem non decepit, nec particeps fuit dece-
ptionis, ſed Prouincialis; ergo ſi Prouincialis
malitioſe decepit Priorem renunciantem, contra
eum habebit actionem deceptus, & non contra
definitorium, vel contra renunciationem fa-
ctam, cum definitorium nec decepetit eum, nec
fuerit cauſa deceptionis. Dixi ſi Prouincialis ma-
litioſe decepit: Nam ſi bona fide hoc conſilium
dedit dicto Priori, putans talem culpam poſſe de-
ferri ad definitorium, & Priorem poſſe propter
eam à definitorio officio priuari, ad nihil etiam
Prouincialis ipſe tenebitur, ſaltem in foro con-
ſcientiæ, vt eleganter ait Lugo, *de iuſtitia*, *d.* 22.
num. 85. Sed deceptus id ſuæ ignorantiæ, & culpæ
debet tribuere.

Et ex his patet ſolutio ad rationes factas in
contrarium. Nam ad omnes illos textus Reſ-
pondetur, locum ſolum habere quando metus
86 eſt cadens in virum conſtantem, vt ex verbis il-
lorum conſtat; iſte autem metus non fuit cadens
in virum conſtantem, ſed in virum inconſtan-
tem, & ignorantem. Ad rationem negatur mi-
nor. Ad probationem Reſpondetur quod talis
timor amiſſionis honoris eſt cadens in virum con-
ſtantem, quando illatus fuiſſet ab eo qui potuiſſet
87 tali honore, & fama priuare; Prouincialis autem
in hoc nihil efficere poterat. Quod ſi Prior dece-
ptus fuit. id ſuæ ignorantiæ tribuat, quæ quidem
fuit, vincibilis, ſiquidem poterat videre legem,
88 imo illam tenebatur ſcire. vel id poterat ab aliis
doctioribus inquirere, quod ſi noluit efficere, ſed
ſtatim credere Prouinciali, ſuæ cordis leuitati hoc
tribuat. vt ait Sapiens, qui cito credit leuis eſt
corde, & ſuæ ignorantiæ, quam facile remouere
poterat id inquirendo ab aliis, tribuat: vt ait Ec-
cleſiaſticus 32. fili ſine conſilio nihil facias, & poſt
factum non pœniteris.

Ad Confirmationem, Reſpondetur concedendo 89
do metum concuſſionis eſſe metum grauem caden-
tem in virum conſtantem, ſi incutiatur à Prælato
potente priuationem minatam executioni mandare;
hic autem non accidit, quia Prouincialis nec pote-
rat dictum Priorem priuare, nec mittere eius cau-
ſam ad definitorium, quia non excedebat eius iu-
riſdictionem, nec pertinebat ad definitorium; &
ſupponimus, non dari alias cauſas legis, videlicet
ſcandalum, vel alia inconuenientia, vel defectus
talenti in Prælato, ob quæ iuxta dictam noſtram
conſtitutionem, 3. *p. cap.* 10. Prouincialis poſſet
prædictas culpas, etſi ſecundum ſe non pertine-
rent ad definitorium, ad illud eas remittere, vt
ſuprà diximus.

RESPONSIO AVTHORIS.

QVINTO QVÆSITO.

*An per reuocationem factam dictæ renuncia-
tionis coram notario annullauerit accepta-
tionem factam à definitorio dictæ renun-
ciationis, vel impedierit electionem noui
Prælati, etiamſi copia illius reuocationis
non fuerit præſentata dicto definitorio an-
te dictam acceptationem renunciationis,
& electionem noui Prælati?*

PAtet Fr. Ludouicus à Conceptione, *dicto* 2.
tomo examinis veritatis, tract, 1. *litera O*, §. 13. 90
num. 9. Exiſtimat dictam reuocationem, etſi
non peruenerit ad definitorium ante eius accep-
tationem impedire, & annullare illius accepta-
tionem, & electionem noui Prælati. Ratio il-
lius eſt, quia in hoc caſu prædictus Prælatus im-
peditus fuit, vel per ignorantiam, vel impoten-
tiam, vt reuocatio dictæ renunciationis non per-
ueniret ad manus definitorij coram quo fuit re- 91
nunciatus; Atqui ſicut impedito, ita & impo-
tenti non currit tempus, vt communiter ab
vtriuſque iuris doctoribus recipitur; ergo Ma-
ior conſtat tum ex diſtantia loci, in quo erat Prior
ab oppido, in quo definitorium celebrabatur, quæ
multa erat, tum ex tenore renunciationis eiuſdem,
quæ & ignorantiam, & impotentiam, & violen-
tiam arguit, à qua ſi poſſet ſe ſtatim eximeret.

Confirmatur primo. Quia ſi quis reuocauerit
renunciationem officij à ſe factam, & reuo- 92
catio non peruenerit ad manus illius, qui re-
nunciationem acceptaturus eſt ante illius acce-
ptationem ob culpam alicuius, qui impedi-
uit, quominus reuocatio, tempore habili per-
ueniſſet ad manus acceptaturi renunciationem,
acceptatio renunciationis eſt nulla, & reuoca-
tio valet, vt tenet Sanchez, *libro ſecundo con-
ſiliorum cap.* 3. *dub.* 37. *num.* 32. Et habetur ex-
preſſe in Clementina vnica de renunciatione, vbi
Gloſſa *verſiculo facienda*; ſed ex malitia Prouin-
cialis, qui Priorem decepit, factum fuit, quod reuo-
catio renunciationis non perueniſſet ad definito-
rium ante illius acceptationem; ergo acceptatio re-

nunciationis fuit nulla, & electio ſubſecuta; nam vt ait Gloſſa, *ad cap. ad petitionem de accuſat.* ſi aliquis eſt iniuſte remotus ab officio patet quod alius in locum prioris eſt iniuſte ſubſtitutos, ita iſta anneaa ſunt.

Confirmatur 2. quia reuocario procurationis
93 ad matrimonium annullat matrimonium, ſi facta fuit ante contractum matrimonium, etſi non peruenerit ad manus Procuratoris ante contractum matrimonium; ergo idem dicendum eſt in noſtro caſu. Maior eſt certa in iure. Conſequentiam admittunt aliqui, inter quos eſt ipſe Ludouicus, *ſuprà, num.* 8. ob ſimilitudinem, quam habet matrimonium carnale cum ſpirituale, & è contra, quale eſt eſſe quem Prælatum.

Confirmatur 3. Quia in dubiis melior eſt con-
94 ditio poſſidentis; ergo melior erit conditio poſſidentis in opinione probabili; ſed iſte Prior eſt in poſſeſſione ſui prioratus, & alias habet opinionem probabilem eius renunciatinnem per reuocationem caſſatam fuiſſe, etſi talis reuocatio non peruenerit ante acceptationem coram definitorio; ergo non eſt detrudendus à ſua poſſeſſione, ſed manutenendus in ſuo officio. Confirma-
95 tur 4. Quia in dubiis, imo & in pœnalibus certis benignior pars eſt eligenda, ergo & in probabilibus, quod benignius fuerit. ſed in dicto caſu benignius eſt manutenere dictum Priorem in ſua poſſeſſione; ergo manutenendus eſt.

96 Verum ego in hnc caſu reſpondi, quod vel prædicta renunciatio facta fuit per chartam Miſſam ad definitorium, vel per procuratorem, qui nomine prioris renunciaret coram definitoriu, ſi facta fuit per Procuratorem, eius reuocatio poſtea facta coram notario, ſi noo peruenit ad procuratorem ante acceptationem renunciationis non eſt ſortita effectum, ſic habetur, *expreſſe in Clemen. vnica de renunciat.* vbi gloſſa, verſiculo facienda. Panormitanus, Felinus, Imola, quos refert, & ſequitur Sanchez, *in conſiliis, lib.* 2 *cap.* 3. *dub.*56 *num.* 31. Lamberiinus, Caſtro, quos refert, & ſequitur idem Sanchez, *dicto libro conſiliorum cap.* 3.*dub.*71.*n.*7.

Et ratio eſt. Quia licet illa quæ à libertate pen-
97 dent, vt eſt renunciatio ſui officij, requirant conſenſum renunciantis; & hic poſita reuocatione tollatur, attamen ius ſupplet conſenſum in hoc caſu, ne detur locus fraudibus, vt bene notat Sanchez, *lib.* 2. *de matrim. d.* 11.*n.* 6. Ergo quamtumuis dictus Prior reuocauerit dictam renunciationem, ſi eius reuocatio non peruenit ad manus procuratoris ante acceptationem renunciationis, nullum habuit effectum, ſed ius conſenſum à Priore reuocatum ſuppleuit, & de facto habuit plenum effectum eius renunciatio, non obſtante illius reuocatione; facta etiam ante renunciationis acceptationem.

Nec obſtat. Quod in Matrimonio ius conſenſum non ſuppleat, quod idem videtur dicendum
98 de Paſtore renunciante ſuam Eccleſiam cum qua habet contractum veluti vinculum matrimonij ſpiritualis. vt dicebat P. Fr. Ludouicus à Conceptione *ſuprà.* Reſpondetur namque cum Sanchez, *hoc eſſe ſpeciale in matrimonio.* Nam cum ſit Sacramentum neceſſario requirit conſenſum contrahentium, nec iſte ſuppleri poteſt à iure. Secus dicendum eſt in Prælato, vbi conſenſus ſuppleri poteſt à iure. Ad illud vero quod dicit Ludouicus eodem modo Philoſophandum eſſe in matrimonio carnali, quam ſpirituali, vt eſt Prælatus cum ſuo conuentu; Reſpondetur, negando ſimile. Nam vinculum matrimonij iure diuino naturali eſt indiſſolubile, vinculum vero Prælati cum ſuo Conuentu, eſt diſſolubile per ſolam illius renunciationem, quod tamen non accidit in matrimonio, vt recte notauit N. Laurentius Eſpin. *conſulto* 1.*n.*106.

Vnde ad obiecta ex parte prædicti Ludoui. 99
Reſpondetur ad primum, nullum adfuiſſe impedimentum ex parte Prælati renunciantis; Nam ſi permanſit in renunciatione vſque ad tempus, quo iam eius reclamatio non poterat definitorio, vel eius Procuratori intimari, id ſuæ culpæ debet attribuere, cum antea habuerit commodum tempus ad reclamandum; vnde ad confirmationem Reſpondetur, Prouincialem non impediſſe Prioris reclamationem, nam dato, & non conceſſo, quod ex malitia ei perſuaſerit, quod renunciaret, id non eum impediuit quod ab aliis quæreret; an id ſibi conueniens eſſet, vel an eius culpæ mererentur priuationem officij, quod ſi non fecit, ſibi imputet, vt diximus. Nam Prouincialis non impediuit, quod eius reclamatio perueniret tempore habili ad definitorium. Ad vltimam Confirmationem Reſpondetur, id eſſe ſpeciale in matrimonio, ob rationem *ſupra* dictam, non tamen in renunciatione beneficij, aut officij, & ad inſtantiam in contrarium iam *ſuprà* reſponſum eſt.

Dixi ſi renunciatio facta fuit per procuratorem 100
non reuocari per reuocationem noo intimatam procuratori ante acceptationem renunciationis; Nam ſi renunciatio facta fuit per chartam miſſam ad definitorium, vt fuit renunciatio huius Prioris, maius eſt dubium an per reuocationem etiamſi reuocatio non peruenerit ad definitorium ante acceptationem, renunciatio fuerit valida? Partem negantem tenet cum Armacanu, Domin. Ioanne Andr. quos refert Sanchez, *lib.* 2. *de matrim. d.* 11. *numero ſeptimo.* Et colligitur, *ex leg. ſi pater de manumm vindic. in princip.*

Quorum ratio eſt. Quia Epiſtola eſt tanquam merum inſtrumentum, & organum per quam dominus profert verba, & ita concipit verba in perſona mittentis, vnde conſenſu domini deficiente tempore, quo profert verba, nihil operatur epiſtola, aut nuncius, quamuis reuocationis ignarus ſit, quod non accidit in procuratore, nam quando quis Procuratorem inſtituit, facto illius voluit obligari, vnde neceſſe eſt eum per quem conſenſus præſtatur reuocationis conſcium eſſe.

Verum quidquid ſit de probabilitate huius 101
ſententiæ, abſolute dicendum eſt, talem renunciationem factam per chartam, vel nuncium fuiſſe validam, nec reuocari per dictam reuocationem, ſi non peruenit ad definiturium tempore habili ante illius acceptationem. Ita Gloſſa, *l.* 1. *fine de contrah. emption.* & videtur tenere Sanchez, *ſuprà, numero ſeptimo.* Et ratio eſt, quia etiam Procurator eſt merum inſtrumentum, & organum per quem dominus pro- 102
fert verba, & tamen ſi ad eum non peruenit notitia reuocationis, geſta per eum valent; ergo ſicut quod renunciatio facta per Procuratorem, non reuocatur per reuocationem ſi ei non fuit intimata ante

renunciationis acceptationem , ita quando renunciatio facta fuit per chartam ; vel nuncium, non enim apparet maior ratio diſt nctionis.

Vnde ad rationem in contrarium reſpondetur , quod ſicut Dominus ſe obligavit ſtare factis per Procuratorem , ita ſe obligavit ſtare dictis in ſua epiſtola , ſi notitia revocationis non pervenit ad tempus ante illius acceptationem , per quod manet reſponſum noſtro quæſito , nun enim per dictam revocationem impedita fuit prædicta renunciatio , nec impedita electiu novi prioris , ſi quidem extra tempus pervenit , & poſt factam electionem novi prioris.

13 Nec obſtat id , quod ait dictus Ludovicus , quod ſicut in dubiis melior eſt conditio poſſidentis ita melior eſt conditio poſſidentis in opinione probabili. Nam obſtat inquam. Reſpondetur namque in primo cum Sanchez , *de matrimonio d. 41. libr. 2. num.* 10. quod illud axioma, ſolum habet locum in dubiis, & quando ſunt diverſæ opiniones circa aliquam rem, non tenetur iudex facere poſſidenti , quia tantum indubio melior eſt conditio poſſidentis; Iudex autem in præſenti non eſt dubius , ſed probabiliter opinatur , talem revocationem non annullare renunciationem factam , conſtat autem quod in rebus moralibus iuxta communem ſententiam ſatis eſt amplecti opinionem probabilem.

Secundò reſpondetur , quod adhuc dato , ſed non conceſſo , quod dictum axioma haberet locum , quod tamen revera non habet , in eo qui poſſidet aliquo titulo ſaltem probabili , nullo tamen modo habet locum in eo , qui certò ceſſit omni titulo, quod habebat ad poſſidendum, qui autem renunciauit officio , quod habebat , ceſſit iuri , quod ad illud habebat , & non habet iam vllum ius , aut regreſſum ad ius , cui per renunciationem ceſſit , vt patet *ex l. quaritur. §. ſi vendicta ff. de adulter. l.1. §. qui ſemel ff. de ſucceſſor. cap.cum inter.cap. ex tranſmiſſn. cap cum in præſentia de renunciatione.* & cum Decio , Romano, Craueta, Lezana. *in conſiliis, conſil 7. num.27. & in ſumma , tom. 2. verbo renunciatio* Fr. Eſpin. *conſulto.1.num.* 40.

Et ratio eſt quia renuncians , quoad effectum repetendi rem , cui renunciauit , habetur pro mortuo , ſi ſacra Rota in nouiſſimis *deciſione* 28. *de proc.* Lezana, *in conſulto Apannung. dub.5. n.143.* Gonzales *in reg.* 8 *Cancellaria §. 2 proœm, num.* 24. Quod adeò verum eſt , vt Papa papatui renuncians habetur pro mortuo, ſunt enim paria, Papam obiiſſe , & Papam renunciaſſe, vt in ſpecie probatur in clementina de Romanis; iuncta Gloſſa , cur moriente , de electione ; Atqui iſte prior certo renunciauit ſuo officio ; ergo iam nullum habet ius probabile poſſidendi , & ſolum verſatur probabilitas , an per revocationem renunciationis reaſſumerit titulum , vel ius quod habebat , quod cum verſetur ſub opinione , melior eſt conditio definitorij poſſidentis acceptationem renunciationis tempore habili , ſtando etiam in dicto dicto axioma , quod melior eſt conditio poſſidentis in opinione probabili , propter eandem rationem , per quod manet reſponſum obiectioni prædicti Ludouici à Conceptione, & toto huic conſulto , & hæc ſaluo ſemper meliori iudicio.

CONSVLTVM CV.

De fundatione Monaſteriorum , an poſſit hodie fieri à Carmelitis excalceatis in toto orbe, ex ſola licentia ordinarij , nulla alia requiſita?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus , ſeu factum.*

2 *In iure communi prohibetur mendicantibus fundare noua Monaſteria , ſine licentia Sedis Apoſtolica.*

3 *Mendicantes habent varia privilegia ad fundandum noua Monaſteria ſine Pontificis licentia, de ſola licentia ordinarij.*

4 *Concilium Tridentinum determinauit , quod noua loca à regularibus non recipiantur , ſine licentia Epiſcopi.*

5 *Vltra hanc licentiam alias conditiones poſtulat Clemens VIII. in quadam conſtitutione.*

6 *Vrbanus VIII. abrogauit omnes licentias conceſſas regularibus erigendi noua Monaſteria , & præcepit , quod in erigendis nouis Monaſteriis obſeruarentur ſacri Canones , & Concilij Tridentini decreta , & conſtitutio Clementis VIII. & Gregorij XV.*

7 *Stando eo dicto decreto Vrbani , hodie ſecundum aliquos non poteſt fundari aliquis Conventus regularium , ſine conſenſu Apoſtolico.*

8 *Noſtri Carmelitæ qui in Luſitania de ſola licentia ordinarij fundarunt nouum Monaſterium ſine conſenſu Apoſtolico , non ſunt intruſi.*

9 *Mendicantes habent privilegia Sixti IV. & Iulij II. ad fundanda noua Monaſteria de ſola licentia ordinarij.*

10 *Prædicta privilegia non ſunt abrogata ab Vrbano VIII.*

11 *Vrbanus ſolum abrogauit privilegia conceſſa mendicantibus ad fundanda noua Monaſteria poſt Concilium Tridentinum , & Clementem VIII.*

12 *Noſtri Carmelitæ ante Tridentinum, & decretum Clementis VIII. habebant dicta privilegia.*

13 *Vrbanus non revocauit privilegium Pauli V. conceſſum Trinitariis ad fundandum in Regnis Hiſpaniæ.*

14 *Vrbanus ſolum revocauit privilegia fundandi cuique conceſſa poſt Tridentinum.*

15 *Quando maiori derogatur non eſt viſum minori derogari.*

16 *Si conſtet Ordinario Conventum de nouo fundandum poſſe ſuſtentari ſine detrimento aliorum ibi exiſtentium , non eſt neceſſe vocare Prælatos aliorum Conventuum , nec requiritur illorum conſenſus ad dandam licentiam ad fundandum.*

17 *Dictio , vel , disiunctionem ſignificat in toto rigore.*

18 *Eſt adverſatiua illius , quod ſequitur contra id , quod antecedit.*

19 *Dictio , vel , ſumitur pro ſaltem.*

20 *Diſtio alias, diuerſum inuuit modum exercendi rem.*
21 *Facit quod illud quod ſequitur excludat id, quod antecedit.*
22 *Significat alterationem in antecedenti.*
23 *Licentia fundandi noua monaſteria non ſolum poteſt concedi ab Epiſcopo ſed etiam à vicario capituli ſedis vacantis.*
24 *Vicarius generalis capituli ſedis vacantis eſt, & dicitur ordinarius.*
25 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*
26 *Fundatio noſtrorum Religioſorum in Brachara Luſitaniæ de ſola licentia ordinarij facta fuit legitima.*
27 *Tolerantia approbatiua indicat licitum conſenſum.*
28 *Prælati Religionum illius ciuitatis aſſiſtentes dictæ fundationi, & non contradicentes, illam approbarunt.*
29 *Non minus facto, quam verbo conſenſus elicitur.*
30 *Plus eſt facto aliquid declarare; quam verbo.*
31 *Ex temporis antiquate in quo dicti prælati non reclamarunt præſumitur interueniſſe dictum conſenſum.*
32 *Clemens IX. ad inſtantiam noſtrorum Carmelitarum excalceatorum Hiſpaniæ confirmauit motum proprium Gregorij XV. & Pauli V. ad noſtros Carmelitas fundandum noua monaſteria de ſola licentia ordinarij.*
33 *Refertur bulla Clementis IX.*
34 *De hac datur etiam declaratio ſacræ congregationis, quæ ibi refertur, in qua declarat ſacra congregatio Carmelitas de ſola licentia Ordinarij poſſe vbique fundare nouos conuentus.*
35 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN Ciuitate Bracharenſi, in Regno Luſitaniæ fundarunt noſtri religioſi quoddam monaſterium de conſenſu ordinarij, nullis Regularibus ex his, qui antea ibi habitabant contradicentibus, imo potius prælati omnium illorum conuentuum aſtiterunt actui poſſeſſionis, & primæ miſſæ, & poſitioni Sanctiſſimi Sacramenti; & ipſi Carmelitæ acceperunt mutuata ab Eremitis S. Auguſtini, qui in dicta ciuitate habent conuentum omnia paramenta & vaſa ad celebrationem miſſæ. Poſt duodecim annos, quædam fœmina reliquit in ſuo teſtamento, vt in hoc monaſterio Carmelitarum excalceatorum ei fieret quædam capella pro eius ſepultura cum duabus miſſis perpetuis. & quod dicto monaſterio daretur certa eleemoſyna, quod ſi Carmelitæ eam accipere nollent, fieret talis capella in monaſterio Eremitarum S. Auguſtini. Requiſiti autem Carmelitæ, an velint accipere dictam eleemoſynam pro conſtruenda dicta capella, & miſſis, illi libenter annuerunt ipſis tamen Patribus Eremitis S. Auguſtini diſplicuit, acceptatio Carmelitarum, & ie eis oppoſuerunt dicentes, eos poſſe accipere illam eleemoſynam pro capella facienda, & miſſis celebrandis in ſuo conuentu; ſi quidem illi non habebant conuentum in ciuitate Bracharenſi; cum illam domum in qua viuebant fundauerint ex ſola Ordinarij licentia, qui talem licentiam dare non poterat, inauditis ipſis fratribus Eremitis, vt de facto non fuerunt vocati, nec auditi. Nec de facto ipſos Carmelitas potuiſſe fundare abſque licentia Pontificia, ſiquidem tunc temporis non erat Archiepiſcopus, qui talem licentiam concedere poſſet, & alias capitulum ſede vacante non poterat concedere talem licentiam; vt de facto conceſſit, iuxta quamdam declarationem ſacræ Congregationis, quam refert Diana *part.* 8. *tract.* 4. *reſol.* 6. 8. ac per conſequens, ipſos Carmelitas eſſe intruſos in illam ciuitatem; & non habere legitimum conuentum, in quo talis capella fieret, & in quo tales miſſæ celebrarentur, ac per conſequens legata pertinere ad eos, qui verum, & non intruſum conuentum habebant, quod dubium cum delatum fuerit ad iudicium.

Interrogatum fuit à me, An Carmelitæ potuiſſent fundare in dicta Ciuitate, abſque licentia ſedis Apoſtolicæ, cum ſola licentia ordinarij inauditis; & non vocatis ipſis Fratribus S. Auguſtini?

RESPONSIO AVTHORIS.

PRo reſolutione huius caſus; qui quotidie accidere poteſt notandum eſt. Quod *in cap. cum ex eo de exceſſibus prælatorum*, & in Clementina *Cupientes*, de pœnis prohibitum 2
erat Religioſis mendicantibus fundare noua monaſteria, vel antiqua alienare, ſeu mutare, ſine licentia ſedis Apoſtolicæ. Idem prohibetur *in cap. vnico de Religioſis domibus.* Quamuis *in hoc capite, vnica de Religioſis domibus*, non id prohibeatur quatuor ordinibus mendicantibus. ſcilicet Prædicatoribus, Minoribus, Eremitis S. Auguſtini; & Carmelitis, *cum iſti expreſſe in dicto capite à dicta prohibitione excludantur*, ſed quibuſdam aliis mendicantibus poſt Concilium Lateranenſe conſtitutis, quos Gregorius X. author illius capitis, cum Concilio Lugdunenſi extingui iubet, prout notat Frater Thomas à Ieſu ſuper Regulam Carmelitarum, *parte* 3. *cap.* 2. *Gloſſa* 2. §. *extendenda tamen*, & cum Suario Fr. Lezana, *tom.* 3. *verbo Monaſteria regularium*, *num.* 4.

Secundo notandum eſt. Quod poſt huiuſmodi iuris prohibitionem, conceſſere Sixtus IV. 3
Carmelitis, & Iulius II. Fratribus Minoribus, vt abſque Pontificis licentia ædificarent noua Monaſteria, vt teſtatur Miranda *in manuali tomo* 1. *quæſtione* 33. *articulo* 1. Extántque varia priuilegia circa hoc de quibus Miranda, ibi *articulo* 2. & 4. Et Paulus V. in Bulla ad Eccleſiæ Militantis anno 1605. conceſſit noſtris Carmelitis excalceatis, vt poſſent vbique ex ſola ordinarij licentia conſtruere Monaſteria, & Fratribus Capucinis, in Bulla ad vberes anno 1606. edita conceſſit, vt in Regnis Hiſpaniarum poſſent recipere Monaſteria, ſeruata forma ſacrorum Canonum, & Concilij Tridentini; & Fratribus

Fratribus B. Mariæ Tulienſis, ordinis Ciſterciēſis conceſſit idem Paulus V. anno 1608. vt vbique de ſola ordinatiorum licētia poſſent noua Monaſteria fundare.

4 Tertiò Notandum eſt quod Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de regularibus, cap.* 3. *mandauit*, quod noua loca a Regularibus non recipiantur, ſine Epiſcopi in cuius Diœceſi erigenda ſint licentia prius obtenta, poſteà vero Clemens VIII. in conſtitutione, quæ incipit quoniam ad in-
5 ſtantiam præcepit, locorum Ordinatios non poſſe licentiam ad nouos Conuentus quorumcumque mendicantium erigendos impertiri, niſi vocatis, & auditis aliorum in eiſdem Ciuitatibus, & locis exiſtentium conuentuum prioribus, ſeu procuratoribus, & aliis intereſſe habentibus. Et ſacra Congregatio ſub Gregorio XV. præcepit, ne aliqua monaſteria de nouo erigerentur, niſi in eis ſaltem duodecim religioſi inhabitare, ac ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis ſuſtentari valeant, ac priores, ſeu procuratores alia-
6 rum Religionum, non ſolum in prædictis, ſed etiam in aliis, per quatuor millia paſſuum circumuicinis locis ad id vocati, & auditi fuerint, aut tali erectioni conſenſerint, vel alias ordinariis locorum conſtiterit, religioſos monaſterij ſic erigendi, abſque detrimento Religioſorum in monaſteriis antea in Ciuitatibus degentium, ibi in numero duodecim commode, & congruè ſuſtentari, ac ali poſſe. Vrbanus verò VIII. in literis in forma breuis, anno 1624. omnes licentias, & facultates conceſſas regulari-
6 bus erigendi monaſteria, & loca regularia, abrogauit, & annullauit, ſimùlque præcepit, in huiuſmodi locis regularibus erigendis ſeruari debere ſeruata ſacrorum Canonum, & Concilij Tridentini decreta, & hoc ſub variis pœnis, vt videri eſt in ipſo decreto, quod, & alia refert Fr. Lezana *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 35. *& tom.* 3. *verbo monaſterium, num.* 4.

Ex quibus prænotandis deducitur, quod ex *cap. cum ex eo de exceſſibus Prælatorum*, & ex Clementina cupientes, de pœnis, non poſſe mendicantes fundare noua monaſteria ſine licentia ſedis Apoſtolicæ. Ex Concilio verò Tridentino, requiritur ad talem fundationem conſenſus ordinarij, quod etiam ante requirebatur, *ex can. quidam & ſequent.* 18. *quæſt.* 2. Ex decreto verò Clementis VIII. & Gregorij XV. id debet fieri auditis, & vocatis prioribus, ſeu procuratoribus conuentuum, iam exiſtentium in loco vbi erigendus eſt nouus Conuentus. Ex decreto verò Vrbani VIII. requiritur ad fundationem alicuius Conuentus obſeruatio ſacrorum Canonum, decreti Tridentini, & decreti Clementis VIII. & Gregorij XV. non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, in contrarium, quibus omnibus derogat ſanctitas tua.

7 Ex quibus euidenter concluditur, quod ſtando in decreto Vrbani VIII. hodie non poteſt fundari nouus aliquis conuentus regularium, etiam mendicantium, abſque conſenſu Apoſtolico, & cum conſenſu ordinarij, vocatis prius, & auditis religioſis aliorum conuentuum, ex quibus concludebatur prædicti Patres Eremitæ Sancti Auguſtini, quod cum noſtet Conuentus, ſine obſeruatione iſtorum decretorum, Brachatæ Auguſtæ fuerit fundatus, de ſola licentia capituli ſede vacante, quam Vicarius capituli ſedis vacantis dare non poterat, vt declarauit ſacra Congregatio, vt teſtatur Barboſa, *in Collectanea Bullarum, verbo Monaſteria, numero* 1. Notarius, *in Lucerna Regularium, verbo Monaſteria, num.* 2. Fr. Lezena, *verbo Monaſterium, num.* 3. quod talis Conuentus erat intruſus, & ſine debita licentia fundatus, ac per conſequens, vt talem debere excludi à conſecutione illius legati, & legatum, ex defectu ſubiecti reuerti, ad ipſos Fratres Eremitas, qui legitimè fuere in illa Ciuitate fundati.

Verum his omnibus, non obſtantibus, ego 8 reſpondi, prædictos noſtros Patres Carmelitas, qui ex ſola licentia ordinarij in dicta Ciuitate fundarunt, non eſſe intruſos, ſed legitimè fundaſſe quod vt probem notandum eſt, Sixtum IV. conceſſiſſe noſtris Carmelitis, & Iulium II. Minimis, poſſe fundare noua Monaſteria, ſine licentia Papæ, non obſtantibus, *cap. cum ex eo, de exceſſibus Prælatorum*, & Clementina *Cupientes, de pœnis*, vt teſtatur Couarruuias, *in compendio priuilegiorum mendicantium, verbo* 9 *ædificare, num.* 18. *&* 20. Lezana, *verbo Monaſterio, num.* 4. Concilium verò Tridentinum his priuilegiis non derogauit, ſed ſolum præcepit, quod non erigantur dicta monaſteria, ſine ordinarij licentia. Ita cum Suario, Nauarro, Fr Thomas à Ieſu Lezana, *ſuprà num.* 4. Nec contra id, facit quædam declaratio ſacræ Congregationis, quam refert Barboſa, *ad cap.* 3. *ſeſſ.* 25. Concilij Tridentini. Nam de tali declaratione non conſtat authenticè. & ſolum loquitur de Monachis, vt ibi teſtatur Lezana, *num.* 4.

An autem prædicta priuilegia Sixti IV. & 10 Iulij II. ſint abrogata per decretum Vrbani VIII. maius eſt dubium. Affirmat Pelixarius, *tractat.* 8. *cap.* 7. *numero* 91. Verùm contrarium probabilius eſt. Ita cum Roderico, Sorbo, Ceſpedes, *cap.* 1. *de exceptione, d.* 2. *num.* 4. aſſertque pro ſua ſententia deciſionem Rotæ, quam adducit Farinacius, *deciſione* 745. *tom.* 2. *parte*, 2. Ego ipſe, *in noſtro Directorio Regularium, p.* 1. *tract.* 2. *d.* 1. *numero* 186. Idem probabile putat Lezana, *verbo Monaſteria, num.* 4. vbi ait Vrbanum VIII. ſolum loqui de illis religioſis, qui facultates, ſeu licentias ad fundanda noua Monaſteria, non ſeruata debita forma obtinuerunt, poſt Concilium Tridentinum, & Clementem VIII. non de illis, 11 qui ante Concilium priuilegia, & indulta ad 12 id obtinuerunt, quales ſunt noſtri, Carmelitæ, & Minimi, idque ait ſe ſæpe vidiſſe practicari apud multos.

Idem docet cum ſuo Reuerendo Patre Ge- 13 nerale Petro ab Aſcentione Fr. Ludouicus à Conceptione in ſuo examine veritatis, *tom.* 1. *tract.* 1 *literam M*, §. 10. *num.* 1. *&* 2. Et *num.* 5. aſſerit quoddam priuilegium Pauli V. conceſſum ſuæ Religioni ad fundandum vbique in Regnia Hiſpaniæ, quod priuilegium ait, non fuiſſe reuocatum ab Vrbano VIII. Nam Vrba- 14 nus VIII. ſolum reuocauit priuilegia fundandi vbique terrarum, non vero priuilegium fundandi in certis Regnis; nam ſicut cui conceditur 15 minus, non cenſetur maius conceſſum, ſic quando maiori derogatur, non eſt viſum eſſe minori derogatum, præſertim, quando in minori non eadem ratio reperitur, quia non eadem inconuenientia currunt: hæc prædictus Ludouicus, ex quibus omnibus concluditur, ſaltem probabile

bile eſſe poſſe noſtroa Carmelitas, & alios communicantes fundare noua Monaſteria abſque licentia ſedia Apoſtolicæ, de ſula licentia Ordinarij.

An autem conſenſus Prælatorum, vel procuratorum aliorum ordinum, ita requiratur; vt ſi hi diſſentiant, ordinarius loci non poſſit dare licentiam illa erigendi? Reſpondeo non requiri ta-
16 lem conſenſum, ſi conſtet Ordinario Religioſos Monaſterij conſtruendi, abſque detrimento religioſorum in Monaſteriis ibi antea erectis degentium in numero duodecim poſſe commode ſuſtentari. Ita Ceſpedes, *cap. 1. de exemptione, d. 4. num. 2.* Lezana, *verbo Monaſteria, num. 7.* Pellizarius, *tract. 8. cap. 7. n. 99.* & conſtat ex prædicto Decreto ſacræ Congregationis iuſſu Gregorij XV. edito, in eo enim poſt verba illa erectioni conceſſerunt, ita addit ſacra Congregatio de mandato Gregorij XV. Vel alias ordinariis locorum conſtiterit, religioſos Conuentus ſic erigendi, abſque detrimento Religioſorum in Monaſteriis antea erectis degentium, ibi in numero duodecim commode, & congrue ali poſſe. Vbi nota, quod illa dictio, vel, in toto rigore diſiunctionem
17 ſignificat. 24. q. 1. *ſchiſma 20. diſtinct. non debet. ff. de verborum ſignif. l. alienatio §. vult.* Eſtque aduerſatiua illius, quod ſequitur, contra id quod
18 antecedit, taliter quod quodlibet illorum contenta ſit, *l. ſæpe. ff. de verborum, obligat. l. ſi herede plures, ff. de condit. inſtit.* ex quo conſtat, quod dictio, *vel*, ſumitur pro, *ſaltem*, ſignificat, ergo quod ex duobus diſiunctis vltimum, ſaltem,
19 exequi debeat, 25. q. 3. *cap. alias, ff. de liber. agnoſc. l. alimenta.*

20 Et tandem dictio, *aliàs*, diuerſum innuit modum exercendi rem, *l. 1. §. aliud tamen, ff. de aqua quotid. & æſt.* Præterquam, quod quia dicta dictio, alias excluſiſſe ſignificat, facitque, quod illud, quod ſequitur, excludat id, quod antecedit,
21 & conſequenter ſignificat alterationem in antecedenti; *ff. de iureiurand. l. admonendi*; Ergo ſi Gregoriana ſacræque Congregationis conſtitutio, ſic habet, vocatis, & auditis Prælatis, vel
22 alias, ſi ipſis ordinariis conſtiterit, &c. Planum eſt, non eſſe neceſſarium conſenſum Prælatorum in antiquis exiſtentium conuentibus, & ita tenet cum Ceſpede, & Lezana; Pelizarius, *ſuprà, num. 99.* Fr. Ludouicus à Conceptione, *ſupra, n. 9.* Vbi aſſeuerat prædictum decretum Gregorij fuiſſe confirmatum ab Vrbano VIII. per bullam, quæ incipit Romanus Pontifex, quod non aduertit Peirinis, *tom. 3. de Priuilegiis in additamentis ad conſtitutionem.* Vrbani VIII. *cap. 21. not. 2.*

23 An autem huiuſmodi licentia poſſit concedi non ſolum ab Epiſcopo, ſed etiam à Vicario capituli ſedis vacantis, maius eſt dubium, propter prædictam declarationem ſacræ Congregationis, quam ſupra retulimus. Verum abſolute dicendum eſt, talem licentiam poſſe concedere Vicarium capituli ſedis vacantis. Ita ex Bizono, Rota, Iaſono Abbate. Sanchez, Ceſpedes, *d. 21. n. 3.* Nec diſſentit Peirinis, *ſuprà n. 95.* Et ratio
24 eſt, quia Vicarius Generalis capituli ſedis vacantis eſt, & dici poteſt ordinarius; ergo cum in præcitatis decretis ſola licentia ordinarij requiratur, ſufficit licentia Vicarij capituli ſedis vacantis in omnibus illis caſibus, in quibus eam concedere poteſt Epiſcopus. Nec obſtat dicta declaratio ſacræ Congregationis. Nam de ea
non conſtat authentice, vt alteri declarationi in hac 25
materia Reſpondet Lezana, *verbo Monaſteria, num. 4.* Et dato quod authentice de ea conſtaret, non ei neceſſario ſtandum eſt, vt melior docet opinio Doctorum.

Ex quibus omnibus concludo directe Reſpondendo quæſito huius conſulti, quod cum noſtri
Religioſi fundauerint in dicta Ciuitate de licen- 26
tia ordinarij, qui optime ſciebat noſtros Religioſos in maiori numero duodecim poſſe ex aſſuetis eleemoſynis in ea ciuitate ſuſtentari, eſt enim Ciuitas magna, & non habet in circuitu pluſquam millia paſſuum, niſi vnicum Conuentum pauperem, talis fundatio fuit legitima, & non intruſa, ſiquidem licentia Papalis non erat neceſſaria, vt pro noſtris religioſis, & aliis communicantibus probatum manet, & ſufficiebat licentia ordinarij, etiam non requiſitis Prælatis; vel procuratoribus aliorum ordinum, quando ordinario, conſtabat, talem erectionem noui Conuentus, non eſſe in præiudicium aliorum iam fundatorum, quod cum accideret in præſenti, non eſt cur dicatur talis fundatio conuentus intruſa, maxime cum ipſi Prælati illorum Conuentuum aſſiſterent eidem erectioni, & dederint mutuata ornamenta, ad celebrandam primam Miſſam, & ſingulares eleemoſynas, per ſpatium duodecim annorum, in quibus terminis non poteſt dici defeciſſe conſenſum Prælatorum aliorum Conuentuum iam fundatorum.

Quia tolerantia approbatiua indicat tacitum 27
conſenſum, vt aſſerunt communiter Doctores, quos refert, & ſequitur Vidal, *titulo de reſidentia inquiſitione vnica, n. 20.* Sed dicti Prælati videntes fieri conuentum, non ſolum non reſtituerunt, ſed ornamenta, & paramenta dederunt ad eius conſtructionem, cum tunc poſſent reſiſtere
eius conſtructioni, abſque vllo impedimento; er- 28
go ſignum clarum habetur, quod ipſi approbarunt, & conceſſerunt in dicta conſtructione Conuentus. Non enim minus facto ipſo, quam ver- 29
bo conſenſus elicitur, *l. Paulus, l. non tantum ff. rem ratam haberi, l. de quibus circa fin. de legibus,* & Doctores plures; apud Barboſam *in axiomatibus iuris, axiomate 93. num. 6.* Imo plus ex facto ali- 30
quid declarare, quam verbo, *Canone dilecti filij primo de appellat.* & cum pluribus Doctoribus Lezana, *in Conſiliis, conſilio 45. num. 9. & 10.* Atqui dicti Prælati facto ipſo approbarunt, & conſenſerunt in dictam fundationem, præbendo ornamenta, & paramenta ipſis religioſis Carmelitis, ad dicendam primam Miſſam, & ponendum in noua Eccleſia, & Conuentu de nouo fundato diuinum Euchariſtiæ Sacramentum; ergo facto ipſo conceſſerunt conſtructioni dicti Conuentus, vt ex ſe patet.

Tum quia, cum per duodecim annos non re-
clamaſſent dicti Prælati ex temporis antiquitate, 31
quo ipſi Carmelitæ perſtiterunt in dicto Conuentu in pacifica poſſeſſione ſine vlla contradictione præſumitur dictum conſenſum interueniſſe, vt cum Alexandro, Decio Cephalo, Surdo, & aliis innumeris probat Lezana, *in conſiliis conſilio 45. num. 22.* Dato, ergo quod talis conſenſus eſſet neceſſarius, quod tamen negamus, caſu quo ordinarius iudicet dictos patres Carmelitas ſine præiudicio aliorum Conuentuum iam exiſtentium poſſe in dicto loco commode ſuſtentari ex aſſuetis

eleemo

eleemoſynis, vt de facto iudicauit, re ipſa talis conſenſus de facto non defuit; ergo talis Conventus non intruſus, ſed ritè, & iuxta ios, & noſtra privilegia Ponrificia fundatus fuit, ae per conſequens non poteſt ex hoc capite iopediri à conſecutione prædicti legati.

32 Tandem vt hæc difficultas penitus abſcinda-tur ſanctiſſimus Clemens IX. ad inſtantiam Noſtrorum Carmelitarum excalceatorum Congregationis Hiſpaniæ, in quadam bulla incipiente *Eccleſiæ Catholicæ regimini*, data die 6. Octobris anni Domini 1668. Pontificatus ſui anno 2. Confirmauit motum proprium Gregorij X V. & Paoli V. in quibus dicti Pontifices conceſſerunt nobis Carmelitis excalcearis liceotiam ad fundanda nova Monaſteria vbi libet cum ſola licentia ordinarij, nullo alio requiſito conſenſu Apoſtolico, & hoc etiamſi fuiſſet prope alias domos regularium, cum derogatione Priuilegij Clementis IV. Sixti IV. Iulij II. & aliorum Pontificum, in quibus prohibebatur fundari noua Monaſteria, etiam mendicantium, iuxta alia Monaſteria aliorum mendicantium per ſpatium 100. canarum. verba autem dicti Pontificis Clementis IX. in dicta bulla ſunt.

33 Nos per inſertas Pauli, & Gregorij prædeceſſorum literas cum omnibus, & ſingulis in eis reſpectiue contentis, authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtulicæ firmitatis robur adiicimus, non obſtantibus, &c. Qua conceſſione Apoſtolica extante non poteſt amplius controverti. An noſtri religioſi de ſola licentia ordinarij ſine alia noua ſedis Apoſtolicæ licentia, vel alterius conſenſu poſſint vbique fundare noua Monaſteria, nec quoad hoc ab aliquo impediri vt declaravit Sacra Congregatio Regularium, ad quam cum recurrerent Prædicti Patres Eremitæ D. Auguſtini Collègij Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Populo Civitatis Bracharenſis in Regno Luſitaniæ, aſſerentes Carmelitas diſcalceatos Congregationis Hiſpaniæ intendere erigere quoddam Monaſterium in dicta ciuitate Bracharenſi, cum ſola licentia ordinarij, quod videbatur eſſe contra determinationem ſummorum Pontificum Clementis V I I. & Gregorij XV. &c. Qua propter poſtulabant, vt ſacra Congregatio dignaretur declarare prædictam fundationem non potuiſſe fieri, &c.

34 Sacra Congregatio eorum petitioni Reſpondit quod citaretur Procurator Generalis Fratrum Diſcalceatorum Provinciæ Portugalliæ, qui procurator citatus reſpondit, ita eſſe, quod Fratres Carmelitani diſcalceati intenderunt perfectam fundationem in dicta civitate Bracharenſi, cum ſola licentia Ordinarij illius loci; &c. Attamen hoc feciſſe virtute Privilegiorum, quæ illis conceſſere Felicis recordationis Paulus V. & Gregorius X V. quæ Privilegia confirmavit in totum ſanctiſſimus Dominus noſter Clemens Papa I X. die ſexta Octobris immediate præteriti, per quæ Privilegia tribuitur dictis fratribus Carmelitis diſcalceatis, facultas, vt poſſint erigere Monaſteria cum ſola licentia ordinarij locorum nullo aliarum perſonarum, etiam regularium requiſito conſenſu, quorum Privilegiorum ibidem, & confirmationis copiam exhibuit dictus Procurator, coram ſacra Congregatione, quibus viſis reſpondit ſacra Congregatio Eminentiſſimorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & regularium præpoſita, referente Eminentiſſimo Spinola; *cenſuit oratores, non poſſe à prædictis fratribus, S. Auguſtini in erectione novi Monaſterij impedìri. Romæ octauo Februarij Milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo nono Marinus Cardinalis Ginetus.*

Ex quibus omnibus conſtat prædictam fundationem Monaſterij Bracharenſis Carmelitarum excalceatorum fuiſſe legitimam cum ſola licentia ordinarij. Tum ex privilegiis antiquis, vt *ſuprà* explicuimus. Tum ex privilegio Pauli V. & Gregorij X V. Tum ex nova conceſſione Clementis IX. Per quam omnis lis in hac materia ſublata eſt, licet talis Conventus fuerit fundatus de ſola licentia Vicarij generalis Capituli ſedis vacantis, vt declaravit ſacra Congregatio optime ſciens in dicta civitate Bracharenſi non dari hodie abhinc multis annis alium ordinarium, niſi dictum Vicarium, cum omnes ſedes Epiſcopales Regni Portugalliæ ſint ſine Epiſcopis abhinc multis annis, vt ipſis eminentiſſimis & tòti orbi notum eſt, & tamen ipſa ſacra Congregatio cenſuit, dictum Conuentum fundatum cum licentia dicti ordinarij, legitime iuxta dicta priuilegia fuiſſe fundatum.

Vnde non eſt vlla ratio cur prædicti Patres Carmelitæ priuentur dicto legato facto ſuo Monaſterio, cum illud velint recipere, iuxta diſpoſitionem teſtatoris. Nec contra hoc facit quod tempore quo Conuentus fundatus fuit, & legatum relictum, adhuc non extabat confirmatio Clementis IX. Nam enim ea non exiſtente, vt *ſuprà* probauimus, Conuentus legitime fundatus erat, ex ſola licentia ordinarij vt *ſuprà* probauimus, ac per conſequens capax erat legati, & ita iudicatum fuit in Senatu Bracharenſi. & Iudice Apoſtolico delegato, & per quod manent ſoluta omnia, quæ contra hanc reſolutionem afferri poterant. 35

CONSVLTVM CVI.

De quadam Moniali ſine cauſa negante ſuffragium omnibus fœminis volentibus ingredi Religionem, An illius ſuffragium debeat, vt iniuſtum & nullum à prælatis declarari.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Si monialis in receptione novitia apta iniuſte ſuffragium denegaverit, habetur pro conceſſo.*

3 *Quotieſcumque conſenſus eſt in aliquo actu neceſſarius, ſi qui illum præſtare debet, ſine cauſa denegauerit, habetur pro præſtito.*

4 *Si lex poſtulet vota omnium Monialium ad receptionem alicuius nouitiæ, & aliqua monialis votum iniuſte denegauerit, cenſetur habere omnia ſuffragia.*

5 *Non tantum debet attendi ſuffragiorum numerus, quam zelus, & meritum ſuffragantium.*
6 *Si maior pars capituli ex odio, & paſſione dederit votum reprobatiuum nouitiæ, ſtandum eſt minori parti capituli, quæ votum approbatiuum cum zelo religionis dedit.*
7 *Ponitur in contrarium argumentum ex lege noſtra, quæ poſtulat omnia vota in approbatione vigeſima prima monialis, & in aliis maiorem partem capituli Conventualis.*
8 *Reſpondetur eidem argumento.*
9 *Ponitur alia obiectio, & ſolvitur.*
10 *Ponitur aliud argumentum in contrarium, & ſolvitur.*
11 *Ponitur alia obiectio, & ſolvitur.*
12 *Monialis ex odio, & paſſione denegans ſuffragium volenti ingredi in loco vigeſimo primo peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem.*
13 *Prælatus dictarum monialium non tenetur ſtare eius ſuffragio, ſed poteſt novitiam recipere ad habitum.*
14 *Talis monialis defecit abſque cauſa, in eo ad quod tenebatur ex officio.*
15 *Eo ipſo quod à Religione deputatur ad recipiendas nouitias, tenetur habiles, quæ illi proponuntur, approbare, & inhabiles reprobare.*
16 *Non fuit fidelis diſpenſator bonorum Chriſti.*
17 *Sine cauſa impedit conuentum, ne poſſit recipere monialem vigeſimam primam.*
18 *Conuentus habet ius ad recipiendam nouitiam vigeſimam primam fundatum in lege.*
19 *Qui impedit ſine cauſa aliquem à conſecutione rei ad quam habet ius, peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutianem.*
20 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
21 *Si aliquis vocalis in electione canonica nolens neminem eligere ſine cauſa dederit ſuffragium indifferens, vel miſerit ſchedulam album, per hoc non irritatur electio.*
22 *Tale votum habetur, ac ſi non eſſet de corpore capituli.*
23 *Si in receptione nouitiæ vigeſima prima aliqua monialis nullam fœminam voluerit approbare, & ob id ſemper dederit votum nigrum, ſine ulla cauſa, tale ſuffragium debet reputari, ac ſi non eſſet de corpore capituli, & receptio ex aliis ſuffragiis debet fieri.*
24 *Si aliqua Monialis clauſis oculis aſſumeret fabam albam, vel nigram, & quæ acciderit, miſit in approbationem nouitiæ, cognito errore, tale ſuffragium, etſi ſit reprobatiuum, habetur pro non præſtito.*
25 *Monialis quæ ſine diſtinctione omnibus fœminis volentibus ingredi Religionem dat ſuffragium reprobat, illud votum habetur pro non præſtito.*
26 *Suffragium non debet dari cæco modo, ſed modo humano, & rationali.*
27 *De iure communi ad receptionem nouitiæ ſolum deſideratur conſenſus Prælati, & maioris partis capituli.*
28 *Statuto Religionis petenti in aliqua caſu vota omnium monialium ad receptionem alicuius nouitiæ ſatisfit per conſenſum maioris partis capituli.*
29 *In iure factum à maiori parte capituli ab omnibus fieri dicitur.*
30 *Illa particula, omnium, intelligenda eſt ſecundum ſubiectam materiam, id eſt, maioris partis.*
31 *Statutum poſtulans ſuffragia omnium monialium in receptione alicuius nouitiæ eſt nullum.*
32 *Mulieres ſunt nimis faciles ad diſſentiendum.*
33 *Papa obligans ſe cum iuramento non facere Cardinales, niſi concurrant vota omnium Cardinalium, non ligatur iuramento.*
34 *Statutum poſtulans vota omnium monialium in receptione alicuius nouitiæ debet intelligi, ſecundum iuſtitiam, hoc eſt, quando iniuſte non denegant.*
35 *Votum ſine ratione, & iniuſte denegatum, habetur pro conceſſo.*
36 *Quomodo poterit ſciri inter ſuffragia ſecretè data vnum eſſe datum ab aliqua certa moniali contra iuſtitiam, & ex odio, & paſſione demonſtratur.*
37 *Lingua eſt cordi uuncia.*
38 *Confeſſio extraiudicialis probat contra confitentem, donec conſtet de eius errore.*
39 *Animus talis præſumetur, qualem verba ipſa declarant.*
40 *Voces ſunt ſigna eorum, quæ ſunt in anima paſſionum notæ.*
41 *Nullum eſt maius mentis noſtræ teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum.*
42 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*
43 *Qui voluntatem mutatam dicit, probare debet.*
44 *Id non procedit in fœmina, in qua præſumitur voluntatis mutatio.*
45 *A facto præſentis temporis, coniectura deducitur ad futurum.*
46 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
47 *Vehemens ſuſpicio arctat iudicem ad credendum delictum.*
48 *Vt omne dubium tollatur Prælatus Moniali, de qua præſumitur, quod iniuſte dat votum nigrum recipiendæ ad habitum debet præcipere, vt manifeſte ſuffragetur coram Prælato, & duobus teſtibus.*
49 *In receptione nouitiorum non eſt neceſſe de iure communi, vt ſuffragia occulte dentur.*
50 *Lex Religionis præcipiens quod talia ſuffragia dentur ſecreto, vt eſt lex harum monialium ſaluatur, ſi aliarum Monialium vota ſint ſecreta.*
51 *Per hoc quod in electione canonica vnum ſuffragium, etiam conſentiente capitulo publicetur, non deſinit eſſe ſecreta, nec electio irritatur.*
52 *Vota data coram tribus teſtibus, adhuc dicuntur ſecreta.*

53. Si

53 *Si talis Monialis noluerit coram Prælato ſuffragari, maior contra eam oritur ſuſpicio.*

54 *Cum quis non facit id, ad quod tenetur, cenſetur facere aduerſus id, ad quod tenetur.*

55 *Contumax contra ſe habet præſumptionem malæ cauſæ.*

56 *Si reus inquiſitus recuſet præſtare iuramentum calumniæ, contra eum oritur grauis ſuſpicio.*

57 *Quando reus interrogatus à iudice noluit reſpondere, vel ei parere, grauiſſima contra eum oritur ſuſpicio delicti.*

58 *In hoc caſu poterit Prælatus præcipere tali moniali cum præcepto, vt ſuffragetur coram Prælato.*

59 *Si noluerit obedire poteſt eam priuare voce actiua in receptione nouitiarum.*

60 *Idem poteſt efficere Prælatus, ſi dentur duo teſtes affirmantes illam dixiſſe, nunquam aliquam nouitiam approbaturam, ſi detur ſimul alia coniectura ibi aſſignata.*

61 *Poteſt Prælatus dictam monialem priuare voce actiua ob peccatum iniuſtitiæ, quod commiſit negando iniuſte ſuffragium omni fœminæ volenti ingredi religionem.*

62 *Ponitur argumentum in contrarium.*

63 *Ponitur illius ſolutio.*

64 *Quando opinio vna circa ius eſt minus probabilis, quam alia, poteſt iudex in iudicando ſequi minus probabilem, relicta probabiliori.*

65 *Probabile eſt iudicem in iudicando, ſiue probabilitas verſetur circa ius, ſiue circa factum, poſſe ſequi opinionem probabilem, quam maluerit non ſolum in cauſis ciuilibus, ſed etiam in criminalibus.*

66 *Hic verſatur probabilitas circa ius, ſcilicet An negando ſine cauſa iſta ſuffragium monialis peccet contra iuſtitiam, & charitatem, vel non.*

67 *Prælatus in iudicando poteſt ſequi opinionem quæ dicit eam deliquiſſe, non vero quæ eam à peccato excuſat.*

68 *Talis monialis ex odio denegando votum omni fœminæ in omni opinione peccat contra charitatem, & contra iuſtitiam.*

69 *Oſtenditur hæc veritas ratione efficaci.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 Religioſæ Carmelitæ excalceatæ Congregationis Hiſpaniæ habent quandam conſtitutionem, vt non accipiant niſi viginti, & vnam monialem, & quod illa una ſoprà vegeſimam recipiatur per ſuffragia omnium monialium, nemine diſcrepante. Accidit autem, quod quædam monialis parum contenta ſtatus religioſi, quem profeſſa eſt, apud ſe ſtatuit non date ſuffragium approbationum ad recipiendum vllam nouitiam, etiam digniſſimam, & vtiliſſimam religioni, & hoc quibuſdam aliis monialibus dicti Conuentus dixit, & de facto in illo Conuentu non poteſt, ab hinc multis annis, recipi vigeſima prima monialis, quia cum ad illius receptionem requirantur ſuffragia omnium monialium, nemine diſcrepante, & hæc monialis ſemper mutat ſuffragium reprobatiuum, ſemper ex defectu ſuffragij illius, vigeſima prima manet excluſa. Et idem accidit in alio Conuentu, in quo alia monialis apud ſe ſtatuit non dare ſuffragium approbatiuum alicui fœminæ viduæ, etſi fuiſſet digniſſima, & vtiliſſima Religioni, quapropter in loco vigeſimo primo in illo Conventu non poteſt recipi fœmina aliqua vidua, quia hæc monialis nullam etiam digniſſimam vult approbare, & hoc aliis ſimiliter monialibus manifeſtavit.

Quæſitum igitur fuit à me, an ſi conſtet de determinatione harum monialium denegantium ſuffragium prædictis fœminis volentibus ingredi religionem, & à Prælatis propoſitis communitati ſi vlla ratione, ſed ex ſola ſua paſſione, & odio in dictas nouitias, poſſit Prælatus ſine illarum ſuffragiis, recipere vigeſimam primam monialem non obſtante, quod in receptione vigeſimæ primæ monialis lex harum monialium poſtulet, vt omnes moniales, nemine diſcrepante, conſentiant per vota ſecreta.

RESPONSIO AVTHORIS.

Reſpondi affirmatiuè. Ita in proptiis terminis Bartholomæus, *de vochis in praxi nouitiorum diſp: 7. dubio ſecundo, numero 11.* Peirinis, *tomo ſecundo de Prælato, quæſtione tertia, cap. primo, numero vigeſimo ſecundo,* Tamburinus, *de iure Abbatum, tomo tertio, d. ſexta quæſtione prima, numero decimo-tertio.* Pelizarius, *tractatu ſecundo, cap. ſecundo, numero decimo tertio.* Ratio fundamentalis eſt: Quia quotieſcumque conſenſus eſt in aliquo actu neceſſarius, ſi qui illum præſtare debet, ſine cauſa denegauerit, habetur pro præſtito *l. in iure ciuili, ff. de reg. iuris, & cap. licet. §. talis, ergo, de regular.* & Doctores, *in l. non ſolum, §. de volantate, ff. ſolut. matrimon.* quod etiam deciſum fuit, *à ſacra Rota Romana, deciſione nonageſima prima, numero quinto, part. ſecunda, in recent.* Sed conſenſus harum monialium in hoc caſu erant omnium neceſſarij, ad receptionem vigeſimæ primæ monialis, & alias illæ debebant illum date tum ex officio, tum ex charitate, cum fœminæ propoſitæ haberent omnes conditiones requiſitas, tum ex parte religionis, quam ex parte ipſarum. Ergo talia ſuffragia habentur pro præſtitis. 2 3 4

Confirmatur quia tales Moniales denegando votum non adimplerent ſuum officium, & grauiter offenderent religionem priuantes eam ſuo augmento, & ſuo fine, facerent etiam contra charitatem reſpectu proximi, qui ſine cauſa hoc magno beneficio priuari non debet, quia Ioannis VI. dicitur eum, qui venit ad me non ejiciam foras. Tum quia tales moniales tenentur vt fideles diſpenſatores præbere id beneficium ex bonis communibus Chriſti, & Eccleſiæ illud procuranti, ſi habeat omnia requiſita, vt tenet Suarez, *tom. 3. de religione lib. 5. cap. 10. numero 28.* Peirinis, *ſuprà numero 24.* & cum Palao, Pelizarius, *tract. 2. cap. 2. num 28. & alij, quos referemus*; Ergo ſi ſine vlla ratione, ſeu cauſa, ſed ex ſolo odio, & paſſione deoegent ſuffragium, & conſenſum, vna omni fœminæ volenti recipere ſtatum religioſum, altera omni

fœminæ viduæ volenti ſimiliter fieri religioſam, earum ſuffragia habentur pro præſtitis, non obſtante quod ſint reprobatiua, ac per conſequens ſi ſolum deficiant ſuffragia harum religioſarum, recipienda cenſetur habere omnia ſuffragia, & ſecundum legem, quæ poſtulat omnia ſuffragia poteſt recipi ad habitum, quia ſuffragia negata harum monialium habentur pro præſtitis.

Secundo probatur *ex cap. in geneſi de electione & cap. Eccleſia de eodem titulo*, cum gloſſis vtriuſ-
5 que capitis, ibi namque expreſſe dicitur ac jubetur, vt non tantum attendatur ſuffragiorum numerus, ſed multo magis inſpiciatur zelus, & dignitas, & meritum ſuffragantium; ſed huiuſmodi moniales ex odio, & paſſione denegant ſuffragia huiuſmodi ſœminis volentibus ingredi religionem; ergo licet ipſarum ſuffragia excludant omnino nouitias, eo quod lex poſtulat omnium ſuffragia, nemine diſcrepante; non illarum ſuffragia attendenda ſunt, ſed aliarum, quæ ex zelo religionis ſuffragium approbatiuum pro nouitiis dederunt.

6 Confirmatur. Quia ſi maior pars capituli ex odio, & paſſione dederit votum reprobatiuum nouitiæ, ſtandum eſt minori parti capituli, quæ votum approbatiuum ex zelo religionis dedit, *vt ex citato cap. in geneſi, &c.* Eccleſia, tenet Portel *in additionibus ad dubia regularia. verbo electio, num.* 3. P. Fr. Ludouicus à Conceptione, *in 2. tomo examinis veritatis, tract. 1. de opinione probabili, §. 11. litera O, num.* 6 Sed votum cuiuſlibet harum religioſarum reprobatiuum in receptione vigeſimæ primæ monialis habet ſe, vt major pars capituli, ſiquidem ob illud ſuffragium negatum non recipitur talis nouitia, eo quod lex poſtulat, vt omnes moniales conſentiant in vigeſima prima moniali; ergo non illius ſuffragio, ſed aliarum monialium ſtandum eſt, ſi quidem illæ ex zelo religionis, iſtæ vero ex odio, & paſſione ſuffragata eſt.

7 Nec obſtat quod lex poſtulet, quod omnes moniales conſentiant in hac vigeſima prima moniali? Nam vt *ſuprà diximus*, illarum vota habentur pro præſtitis; ſiquidem ea ſine cauſa, vel vlla ratione, ſed ſolum ex odio denegarunt, vel
8 *ſuprà diximus*. Nec etiam obſtat Clementina *exiui, de verborum ſignif.* Vbi dicitur, quod electus à majori parte capituli confirmatur non habita collatione zeli, & meriti ſuffragantium. Nam reuocatio facta in dicta Clementina, ſolum eſt pro fratribus minoribus, quo ad electiones, non tamen quoad ſuffragia danda pro nouitiis, ut ait Portel. *ſuprà, num.* 3. P. Fr. Ludouicus à Conceptione, *ſuprà n.* 5.

9 Nec etiam obſtat *cap. ſi quando de electione in 6*, vbi videtur limitari *cap. in Geneſi, & cap. in Eccleſia*. Non obſtat inquam: Reſpondetur namque quod, *cap. ſi quando*, ſolum limitat, *cap. in Geneſi, & cap. in Eccleſia*, quando pars ſana exceditur in duplo à minus ſana; ſed in noſtro caſu pars, quæ denegat votum, eſt minor parte ſana, & non eſt minus ſana, ſed iniqua, ſiquidem ex odio, & paſſione denegat ſuffragium; ergo in noſtro caſu non habet locum *cap. ſi quando*.

10 Nec etiam obſtat ſi dicas, Portelum, & Ludouicum à Conceptione, *loqui de parte maiori capituli*, quæ ex odio, & malo affectu denegat ſuffragium nouitio, non vero quando denegat ſuffragium illi, qui vult ingredi religionem. Non
obſtat inquam. Reſpondetur namque, cum Sua- 11
rio. *tom. 3. de religione, lib. 5. cap. 10. num. 9.* quod vbi eſt vnum propter aliud, ibi eſt vnum tantum, vt Ariſtoteles dixit, vnde cum prima receptio tota ordinetur ad ſecundam, ideo Authores indifferenter de vtraque loquuntur, & id quod dicunt de approbatione nouitiorum, proportionaliter applicari poſſunt approbationi ad receptionem ad habitum, vt ibi *ait* Suarez.

Tertio probatur. Quia iſta monialis denegans 12
in hoc caſu ſuffragium fœminæ idoneæ ad habitum peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem, tum ipſi fœminæ volenti ingredi religionem, tum ipſi conuentui, qui ob votum denegatum illius monialis priuatur moniali vigeſima prima; ergo Prælatus prædictarum monialium non tenetur ſtare voto reprobatiuo huius monialis; ſed potius tenetur recipere nouitiam ad habitum. Antecedens quo ad primam
partem, ſcilicet quod dicta monialis denegan- 13
do ſine cauſa ſuffragium peccet contra iuſtitiam, & teneatur ad reſtitutionem ipſi fœminæ volenti ingredi religionem tenent plures Authores, ſcilicet Sotus, Syluester, quos refert, & ſequitur Lezana, *tom. 1. cap. 14 num. 28.* & cum Molina, Sarro, Vaſquio, Aragonio, & aliis Bonacina; *tom. 2. d. 2. de reſtitutione, q. 1. propoſitione 2. num. 4.* Portel. *tom. 2. caſuum caſu 95. n. 2.* & cum Peirino, Tamburinus, *de iure abbatum, tom. 3. d. 6. q. 1. n. 16.* Pelizarios, *tom. 2. cap. 2. num. 28.*

Quorum ratio eſt, quia talis monialis ſine cau- 14
ſa, ex ſolo odio, vel prauo affectu negando ſuffragium dictæ fœminæ volenti ingredi religionem defecit abſque cauſa in eo, ad quod tenetur ex officio, eo enim ipſo quod tales moniales à Religione deputantur ad approbandum, vel 15
reprobandum nouitias, quæ in capitulo à Prælatis eis proponuntur, tenentur ex officio approbare eas, quas idoneas iudicauerint, & reprobare eas, quas aptas non inuenerint. Tum quia priuant proximum beneficio, quod ex bonis Chriſti, & Eccleſiæ, vt fideles diſpenſatores, tenebantur ei conferre, vt ait D. Baſilius, *in Regula,*
ſuſ. diſp. reg. 10. vbi *ait*. Cum Chriſtus prædicet, 16
ac dicat venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, non ſit ſine periculo, ſi qui ad Dominum accedere in animum habent, hi à nobis rejiciantur, quod etiam ait Suarez, *tom. 3. de Religione, lib. 5. cap. 1 n. 28.*

Quoad ſecundam vero partem, ſcilicet quod dicta monialis peccet contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem ipſi conuentui, etiam pro-
batur. Quia iſta monialis denegans votum om- 17
ni fœminæ volenti ingredi religionem ſine cauſa, ſed ea ſola paſſione, & malo affectu, impedit Conuentum, ne poſſit habere Monialem vigeſimam primam, ſiquidem hæc, ſecundum legem harum monialium, debet recipi de conſenſu omnium Monialium, nemine diſcrepante; ergo peccat contra iuſtitiam con-
tra ipſum Conuentum. Conſequentia patet quia 18
Conuentus habet ius ad recipiendam vigeſimam primam monialem fundatum in lege; ſed qui inique impedit aliquem à conſecutione rei, ad quam habet ius, peccat contra iuſtitiam, &
tenetur ad reſtitutionem, vt optime in ſimili 19
caſu notat Portel, *tomo ſecundo caſuum, caſu 95.*

num. 1,

num. 1. Ergo talis Monialis negando votum om-
ni fœminæ , ſine vlla ratione, peccar contra
iuſtitiam, & tenetur ad teſtitutionem, tum ipſi
fœminæ volenti ingredi teligionem , tum ipſi
conuentui ; ergo Prælatus prædictarum monia-
lium non tenetur ſtare voto reprobatiuo huius
monialis , ſed potius tenetur tecipere nouitiam
ad habitum; hæc vltima conſequentia.

Probatur à Portel. *tom.* 1. *caſuum caſu* 95.
num. 1. Quia quando Prælatus ſcit , quod ſubdi-
tus ſuus debet aliquid ex iuſtitia , quod eſt ob-
noxium teſtitutioni . & ſubditus ex malitia non
vult reſtituere , poteſt imò & debet Prælatus
obligare ſubditum , vt teſtituat , eoque nolente
rem illam ab eo auferre , & dare creditori ; cúm-
que hæc monialis teneatur quaſi de iuſtitia dare
ſuffragium petenti religionem , ſi eſt idonea , &
inſuper teneatur non priuare ſine ratione con-
uentum iure , quod habet ad habendum monia-
lem vigeſimam primam , ſi tale ſuffragium ex
malitia , & odio denegauerit , poterit ; imò te-
nebitur Prælatus obligare talem monialem , vt
det votum dictæ fœminæ habili , quod ſi nolue-
rit , ipſe Prælatus poterit dare habitum dictæ
fœminæ , quaſi per viam reſtitutionis , cum illi
ſolum ſit denegatum ob votum iniuſtum præ-
dictæ monialis.

Dices, lex iſtarum monialium c. 5 *ſuarum conſti-*
20 *tutionum n.* 16. præcipit quod monialis vigeſima
prima recipiatur de omnium monialium cóten-
ſu ; nemine diſcrepante ; ſed ad receptionem
huius nouitiæ vigeſimæ primæ defecit votum
illius monialis . quæ denegat votum omni vo-
lenti ingredi religionem , vel alterius quæ dene-
gat votum omni fœminæ viduæ , etiamſi ſit ido-
nea , & proficua conuentui ; ergo prælatus ſine
talibus votis , vel aliquo illorum , non poteſt
ad habitum talem ſæcularem tecipere. Reſpon-
detur cum Portel. *tomo* 1. *caſuum caſu* 95. *verſu*
ad primum argumentum , talem ſtatutum intelli-
gendum , eſſe . quando tales moniales iuſte ex
aliqua ratione, vel cauſa ſufficiente , ſua ſuffragia
denegarunt , ſecus quando injuſte , & ſine vlla
ratione , vel cauſa ſufficiente illa denegarunt ;
nam tunc non reiicienda eſt fœmina , quæ vult
ingredi Religionem , ſed debet recipi ad habi-
tum , propter rationes ſatis efficaces à nobis ſu-
prà adductas , cum in tali cauſa Prælatus tenea-
tur , quaſi ex iuſtitia talem fœminam ad habitum
admittere.

Quod autem tale ſtatutum ſic debeat intelli-
gi euidenti exemplo probatur ibi , ab eodem
Portello. Nam in eadem teligione datur ſtatu-
tum , vt Religioſus , vel Religioſa , qui alium
vulnerauerit, pœna carceris , & aliis grauiſſimis
puniatur , vt patet ex noſtra conſtitutione , *p.* 4.
cap. 4. §. 4. *num.* 1. cui moniales noſtræ , etiam
ſubiciuntur ex ſua conſtitutione *cap.* 21. *num.* 5.
Demúſque quod aliqua Monialis aliam vulne-
ret , vel occidat iuſte , & in veram ſuam defen-
ſionem, ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ ;
numquid iſta occidens punietur illa pœna ? non
profecto : quia occidit iuſte. Eodémque modo
in noſtro caſu attendendum eſt , an fuerit huic
fœminæ ſuffragium iuſte denegatum , an iniuſte ,
& conſtituto quod negatum fuerit iniuſte , non
habet locum citatum ſtatutum Religionis , ita
doctiſſimus Portel. Secundò reſpondetur in hoc
caſu , quo ſuffragium à tali Moniali iniuſtè de-
negatur , habetur pro præſtito , vt ſuprà dixi-
mus , ac per conſequens iam talis fœmina cum
omnibus votis recipitur.

Quartò probatur Quia ſi aliquis ex vocali- 21
bus in electione Canonica neminem ſine vlla
cauſa voluerit eligere ad prælaturam , & ob id de-
derit ſuffragium indifferens , & indetermina-
tum , vel miſerit ſchedulam albam per hoc non
irritatur electio , ſed alia vota habentur , ac ſi
non eſſent de corpore capituli , & electio , con-
ſurgit ex maiori parte ſuffragantium , quæ bis
demptis remanſerunt , vt cum Sigiſmundo , Sa- 22
muele , & Bordono , dixi *in noſtro directorio re-*
gularium , *p.* 3. *d.* 2. *tract.* 5. *num.* 14. Ergo ſimiliter
in noſtro caſu , ſi in receptione nouitiæ vigeſi-
mæ primæ , aliqua Monialis nullam fœminam 23
voluerit approbare ad habitum , & ob id ſemper
dederit votum nigrum , ſine aliqua iuſta cauſa.
tale ſuffragium habebitur , ac ſi non eſſet de
corpore capituli , & receptio fiet ex aliis ſuffra-
giis Monialium. Patet conſequentia , quia ſicut
illud votum album , vel indeterminatum reiici-
tur in electione , quia abſque cauſa , & inique
opponitur bono communi electionis , ita hoc
votum nigrum in receptione nouitiæ vigeſi-
mæ primæ debet reiici , quia inique , & in-
iuſte opponitur bono communi Conuentus ,
qui ex eo ſolo voto priuatur iure ex lege ſibi
competendi recipiendi vigeſimam primam Mo-
nialem.

Quintò probatur , Quia ſi aliqua monialis in 24
receptione ad habitum alicuius nouitiæ clauſis
oculis aſſumeret fabam albam , vel nigram &
ſine cognitione an ſi alba vel nigra illam miſe-
rit in vrnam in qua recipiuntur ſuffragia pro re-
ceptione alicuius nouitiæ , ſi forte miſit fabam
nigram . & ob illud ſuffragium maior pars capi-
tuli reprobauit nouitiam , cognito facto talis
monialis . tale votum reiiciendum , eſt , etſi eo
reiecto maior pars capituli approbauerit noui-
tiam , recipienda eſt , vel ſi iam eſt recepta dan-
da eſt ei profeſſio religioſa , vt docet Portel. *tom.* 1. 25
caſuum caſu 10. *num.* 2. Ergo ſimiliter , ſi aliqua
monialis in receptione alicuius fœminæ , ad ha-
bitum abſque diſtinctione omnibus fœminis vo-
tum denegauerit ob odium . quod habet contra
ſtatum religioſum , ſi ob id ſolum ſuffragium
fœmina fuit reprobata . vt accidit in noſtro caſu ,
in receptione monialis vigeſimæ primæ , ſi fa-
ctum talis monialis ſciatur à Prælatis , tale vo-
tum reiiciendum eſt , etſi alia vota fuerint ap-
probatiua , fœmina recipienda eſt ad habitum.
Patet conſequentia. Quia ex eo tale votum miſ-
ſum clauſis oculis , & ſine cognitione illius , re- 26
iicitur à Portel. *loco citato* , quia talis monialis
ſine electione finis , nec mediorum , ſed cæco
modo dedit ſuffragium , ſed etiam monialis in
noſtro caſu cæca paſſione contra ſtatum religio-
ſum , ſine electione finis , vel mediorum omni-
bus fœminis ſuffragium nigrum præbet ; ergo
ſicut illud ſuffragium miſſum clauſis oculis , vt
irrationale , & non datum humano modo reiici-
tur à Portel , ita in noſtro caſu tale ſuffragium
nigrum datum ab hac moniali cæca ſua paſſio-
ne , vt irrationale , & contra modum humanum
miſſum debet reiici , & non debet computari cum
aliis ſuffragiis capituli.

Sextò probatur. Quia fœminæ poſtulanti ha-
bitum monialis vigeſimæ primæ , ſolum defuit

votum iſtius monialis; ergo cum votis aliarum,
27 quæ faciũt maiorẽ partẽ capituli recipi poteſt ad
habitum. Patet conſequentia, quia de iure com-
muni ad receptionem nouitiæ ad habitum ſolum
deſideratur conſenſus prælati, & maioris partis
capituli, vt patet ex cap. cum Eccleſia Volaterrana
de electione, & cap. vult. 16. quæſt. 7. quod incipit
congregatio. Et tenet Nauarr. lib. 1. conſiliorum
de eo ſtatu. conſi. 9. & cum aliis Miranda in ma-
nuali q. 15 art. 1. concluſione 3. patet etiam ex cap.
monit. de his quæ fiunt à prælatis, & ex cap. quar-
to eodem titulo & cap. ea noſcitur, & notat gloſſa
in cap. fin. de regular lib. 6. & tenet Sanchez lib. 5.
Decalogi cap. 4. n. 65. Portel. tomo 2. caſuum, ca-
ſu 95. verſu quod attinet.

Dices ſtatuta harum monialium ad receptio-
nem monialis vigeſimæ primæ requirunt vota
omnium monialium; ergo ſi defuit votum vnius
monialis non poteſt recipi nouitia vigeſima pri-
28 ma. Reſpondeo primo ſi cũ Barboſa in votis deci-
ſiuis lib. 3. voto 121. n. 3. Tali ſtatuto ſatisfieri per
conſenſum maioris partis capituli, cuius ratio
eſt, quia in iure factum à maiori parte capituli,
ab omnibus fieri dicitur l. quod maior ff. ad
municip. ibi, quod maior pars curiæ efficit, pro
eo habetur, ac ſi omnes egerint l. aliae 120. §. re-
29 feratur ff. de verbor. ſignif. l. plane. ff quod cuiuſque
vniuerſ. l. nominationem. C. decurion. l. 10. c. & fin. de
his quæ fiunt à maiori parte capituli, & vtrobique
gloſſa. & Doctores. Afflictus deciſ. 1. n. 4. Cabedo
deciſ. 6 n. 4. & 5 p. 1. Barboſ. ibi; illa enim particula
30 omnium, intelligenda eſt circa ſubiectam mate-
riam, eſt maioris partis, ne alias detur occa-
ſio rarius, ac difficilius expendendi negotia pro-
vt fieret cum ſemper homines ſua natura ad diſ-
ſentiendum proni ſint l. quia poterat. ff. ad Trebel.
& tenent Dacian. Gratian. Bartol. & alij quos
refert, & ſequitur Barboſa ibi n. 34 Idem re-
ſoluunt gloſſæ in cap. non poteſt. 3. & in cap. cum
olim verbo plena de ſent. & re iudicata, & in cap. 1.
gloſſa fin. de maioritat. & obedient. quarum Gloſ-
ſarum authoritas cæterorum authoritatem pla-
ne ſuperat, vt poſt Bartolum, Bald. Alexandrum,
& Iaſon. tradit Morl. in emporio iuris tit. 1. q. 12. n.
13. vbi cum Imola, dicit opinionem gloſſæ ſuffi-
cere pro textu, quando textus non reperitur.

Secundo Reſpondetur, quod tale ſtatutum
31 poſtulans vota omnium monialium, nemine
diſcrepante eſſe nullum: impedit enim commu-
nem vtilitatem conuentus, cum homines, &
multo magis fœminæ, ſint faciles ad diſſentien-
dum: ita Alexander conſ. 124. in re tam graui n. 1. &
32 3. lib. 7. Thuſcus litera. D, concluſione 454. n. 10. vbi
n. 11. ſcribit etiam non ligari Papam ſe obligan-
33 tem, & volentem cum iuramento non facere
Cardinales, niſi concurrant vota omnium Car-
dinalium, quia per vnius facilem diſcordiam im-
pediretur bonum publicum; Sed quia hæ ſo-
lutiones Barboſæ valde opponuntur ſtatutis ha-
rum monialium, quæ ſemper, vt valida habita
ſunt in religione. Tertio Reſpondeo facilius, &
melius, cum Portel tomo. 2. caſuum caſu 95. verſu
ad primum argumentum, Tale ſtatutum intelli-
34 gendum eſſe. quando aliqua monialis iuſte de-
negauit votum, non vero quando iniuſte,
35 & ſine ratione illud negauit vt iam ſuprà diximus.
mus. Quarto Reſpondetur tale ſuffragium
negatum ſine ratione haberi pro conceſſo,
vt ſuprà diximus cum Tamburino.

Sed ea hac ſolutione maius inſurgit dubium ſc.
quomodo ſciendum ſit, illud ſuffragium reproba-
tiuum eſſe illius monialis, & quod ſit datũ iniuſte,
ſine vlla ratione? Reſpondeo id debere conſtare
ex teſtimonio aliarum monialium, quæ à dicta
moniali audierunt ſe nunquam daturum ſuffra- 36
gium alicui fœminæ ad recipiendum ſtatum re-
ligioſum. Et ratio eſt, quia lingua eſt cordis
nuncia l. Labeo ff. de ſup. lege. Et confeſſio extra-
iudicialis probat contra confitentem, donec 37
conſtet de errore, & dicitur probatio omnium
melior l. generaliter. C. de non num. pecun. Animus 38
enim talis præſumitur, qualem verba ipſa decla-
rant l. Labeo. §. idem. Tut ff. de ſup. legat. Nemo
enim dixit, quod non ſenſit. Hinc Ariſtoteles 39
cap. 1. Perihermenias, ſcriptum reliquit; vo-
ces eſſe ſigna earum, quæ ſunt in anima paſſio- 40
num notæ; Et Caſſiodorus lib. 3. dixit, quod nul-
lum eſt maius mentis noſtræ teſtimonium. quam 41
qualitas inſpecta verborum, Vide Menochium
de præſumptionibus lib. 6. præſumptione 35. n. 4. &
lib. 3. præſumptione 130. num. 50. ſed hæc monialis
aliquibus monialibus dixit, ſe nunquam datu-
ram ſuffragium alicui fœminæ. vt reciperet habi-
tum, vel alicui viduæ; ergo illius confeſſio con-
tra illam eſt legitima probatio.

Nec obſtat ſi dicas, hanc monialem potuiſſe
mutare voluntatem, & quod dixit non adimple- 42
re in futurum. Nam licet voluntatis mutatio
non præſumatur, ſed potius credatur, cum qui
ſemel vnius fuit ſententiæ, in ea adhuc perſiſtere
l. cum qui voluntatem mutatam dicit, probare hoc
debet. & l. cum hic ſtatus a. §. pœnitentiam. ff. de
donat. in. virum & vxorem, quod procedit etiam
ſi lapſum ſit longum tempus, vt bene probat 43
Menochius de præſumptionibus lib. 6. præſumptio-
ne 37. numero 28. id non procedit in fœminis, in
quibus præſumitur voluntatis mutatio, vt cum 44
multis late probat Menochius ibi n. 42. ergo li-
cet hæc monialis aliquando dixerit, ſe non da-
turam ſuffragium vlli fœminæ, non inde præſu-
mi poteſt illam perſiſtere in ea voluntate, ſed po-
tius præſumendum eſt, illam voluntatem mu-
taſſe.

Reſpondetur iſtam doctrinam procedere quan-
do ſolum conſtaret de dicto iſtius monialis; At
ſi ſimul coniungatur cum dicto factum, & ex-
perientia conſtet illam ſemper dare ſuffragium
reprobatiuum, tunc præſumendum eſt contra il-
lam, etſi fœmina ſit, quod idem faciet in futu-
rum; Nam à facto præſentis temporis, coniectu-
ra dicitur ad futurum, vt ait Iuſtinianus in §.
vult, vbi Gloſſa inſt. de iniuriis. Qui enim in præ- 45
ſenti eſt incontinens, ita etiam præſumitur quod
erit in futurum, C. ſi quis Diaconus 10. diſtinct.
Menochius de præſumptionibus lib 1. q. 19 n 6. Tum
quia qui ſemel delictum commiſit, præſumitur
quod in futurum ſimile ſit perpetraturus, ita
cum Bartolo, Felino, Alciato. Menochius de præ-
ſumptionibus lib. 5. præſumptione 32 n. 43 ſed huiuſ-
modi fœmina multoties recepturis ad habitum
negauit ſuffragium; ergo ex dicto, & facto, il-
lius præſumendum eſt ita in futurum fa-
cturam.

Dices, quod licet pro receptione alicuius no-
uitiæ in hoc conuentu ſemper inueniatur ſuffra- 46
gium quoddam nigrum, inde tamen non probatur
eſſe iſtius monialis, cum poſſit eſſe alterius, cum
ſuffragia ſint occulta per fabas albas, vel nigras;
ergo

ergo ex eo ſolum , quod vnum ſuffragium ni-
grum inter alia ſuffragia totius conventus iove-
piatur, non ſtatim præſumendum eſt eſſe huiuſ-
modi monialis, Reſpondetur ita eſſe, ſi alias non
conſtaret de dicto illius monialis, quæ dixit ſe nun-
quam daturam ſuffragium vlli moniali, nec aliæ
moniales confiterentur ſe omnes dediſſe ſuffra-
gia approbativa fœminæ petenti habitum reli-
gioſum ; At ſi conſtat de tali dicto, & exteræ
moniales dicant, ſe omnes dediſſe votum appro-
bativum, datur vehementiſſima ſuſpicio, quod
tale ſuffragium reprobatiuum ſit illius monialis;
ſed vehemens ſuſpicio arctat iudicem ad creden-
dum delictum; ita vt tergiuerſationibus non ex-
47 cuſetur, vt tenet cum Humberto, Emetico, Fa-
rinacio. Lezana, *in conſilise conſulto 10. num. 37.*
Vnde in delictis occultis, & difficilis probatio-
nis, quale eſt iſtud, ſufficit ad condemnandum,
vt poſt Baldum, Alexandrum, Patiſium, & alios
tenet idem Farinacius, *in praxi criminali, q. 86.*
num. 49. & 52 & 51. præcipuè in tractatibus ſe-
cretis, qualis eſt approbatio nouitiatum, vt etiam
poſt Baldum, Brunum, Menochium, & alios
affert idem Farinacius, *ibidem num. 36.* Lezana ;
num. 38. ergo cum in hoc caſu detur vehementiſ-
ſima ſuſpicio contra talem monialem, quod il-
la ſit, quæ ſemper præbet ſuffragium reproba-
tiuum omni fœminæ volenti ingredi Religio-
nem, val omni viduæ, Prælatus. Ita debet iu-
48 dicare.

Vnde vt omnis dubitatio tollatur ; & honori
talis monialis conſulatur, & conſtet de veritate;
debet Prælatus præcipare tali moniali, vt ſuum
votum tribuat coram Prælata, & aliis duabus mo-
49 nialibus, vt conſtet, an votum reprobativum ſit
illius, vel alterius monialis : non enim eſt neceſ-
ſarium, vt in receptione novitiorum vota occultè
promantur ſed poteſt publicè haberi conſenſus,
vt cenſuit ſacra Congregatio, prout teſtatur Tam-
burinus, *tomo 3. de jure Abbatum, d. 6. quæſt. 14.*
num. 13.

50 Nec obſtat, quod lex harum monialium præ-
cipiat, quod vota in receptione novitiarum tri-
buantur ſecrete ; nam talis lex ſaluatur, ſi alia-
rum monialium vota ſint ſecreta, per hoc enim
quod vnum ſuffragium ſit publicum inter viginti;
non dicitur ſuffragia non eſſe occulta, vt patet
in electione Canonica, in qua ſi quis ob aliquam
rationabilem cauſam, etiam de conſenſu capituli
oſtendat alicui electori ſuum ſuffragium, non ideo
51 electio irritatur, nec fit aliquid contra Tridenti-
num, *ſeſſ. 25. cap. 6. de Regularibus.* Nam in
Tridentino ſolum dicitur. vt nunquam ſingulo-
rum eligentium nomina publicentur, per hoc au-
tem, quod nomen vnius eligentis publicetur, non
publicantur nomina ſingulorum, nec electio de-
ſinit eſſe ſecreta, vt rectè docet Paſcaligus. *de-*
ciſione 204. num. 1. ego ipſa in noſtro Directorio
Regularium, *part 3. tract. 5. d. 2. num. 62.* Sicque
in præſenti, licet lex præcipiat. quod novitiæ re-
cipiantur per vota ſecreta, non deſinunt ſuffra-
gia eſſe ſecreta, per publicationem vnius ex iu-
ſta cauſa; Sicútque præſes capituli poteſt præci-
pere ex juſta cauſa alicui electori, vt manifeſtet
ſuum votum, ita Prælatus ex iuſta cauſa, poterit
præcipere alicui moniali, vt manifeſtè coram ſe
votet, præcipue cum ſecretum votorum in rece-
ptione novitiarum non ſit de iure communi, vt
declarauit ſacra Congregatio, vt eſt receptio vo-
torum, *in electione Canonica.*

Secundo reſpondetur, cum Portel, *tomo. 1. ca-*
ſuum caſu 14. num. 2. Quod ſuffragia exhibita co- 52
ram tribus teſtibus, adhuc dici, & manere ſecre-
ta ; nam quod fit coram tribus teſtibus, adhuc
dici, & manere ſecreta ; nam quod fit coram tri-
bus tantum, vel quatuor dicitur ſecretum, ante-
quam diuulgetur, & publicetur, vt tradit Nauar-
rus *in ſumma cap. 18. num. 52.* citans D. Thomam,
Scotum, Caietanum, & tenet Sanchez, *lib. 2.*
de matrimonio, d. 37. num. 31. in fine. Ergo cum
votum huius monialis ſolum manifeſtetur Præla-
tæ, & duobus teſtibus, adhuc dicitur dari ſecre-
to per fabas albas, vel nigras, nec aliquid fit
contra dictam legem.

Quod ſi dicta monialis noluerit dare ſuum
ſuffragium coram Prælata, & dictis duobus te- 53
ſtibus, contra eam oritur ſuſpicio, ſiquidem 54
cum quis non facit id ad quod tenetur, cenſetur
facere aduerſus id, ad quod tenetur. *§. ſi aduer-*
ſus inſtit. de nuptiis. l. qui non facit. de reg. iuris,
& tenet cum Aretino, & aliis Mantica, *de con-*
iecturis lib. 12. tit. 13. num. 9. Tum quia contumax
contra ſe habet aliquam præſumptionem malæ
cauſæ, vt notauit Alciatus, *reg. 3. præſumptio-*
ne 22. Menochius *de præſumptionibus, lib. 2. præ-* 55
ſumptione 70. num. 13. & patet *ex cap. nullus de*
præſumptione. Vbi præſumitur contra eum, qui
dilationibus quærit ſubterfugere iudicium. Tum
quia ſi reus inquiſitus recuſet præſtare iura-
mentum calumniæ, contra eum oritur grauis 56
ſuſpicio, ſufficiens ad torturam, vt cum Care-
rio, Alexandro, & aliis docet Menochius, *de*
præſumptionibus lib. 1. quæſt. 89. num. 138.

Tum quia quando reus interrogatus à iudice
nolit reſpondere, vel illi parere, grauiſſima con- 57
tra eum oritur ſuſpicio, & præſumptio delicti,
ſufficiens ad torturam, vt cum Capicio tenet
Diana, *part. 4. tract. 6. reſol. 34.* Carrena, *p. 3.*
titulo 10. §. 10. num. 119. de officio inquiſitionis ;
ſed huiuſmodi monialis iuſſa darè ſuffragium
coram Prælato, & duabus aliis monialibus no-
lit parere, & obedire ; ergò contra eam euiden-
ter præſumitur, ideo nolle dare ſuffragium mò-
do dicto, quia vult illud dare reprobatiuum.
Et in hoc caſu ob dictam contumaciam, & in
obedientiam, & propter præſumptiones, quæ
inde contra dictam monialem oriuntur poterit 58
Prælatus ei præcipere cum præcepto, vt det ſuf-
fragium coram Prælata, & duobus teſtibus,
quod ſi noluerit efficere, ob violationem præ- 59
cepti, poterit Prælatus eam voce actiua in
receptione nouitiarum priuare, vt patet *ex no-*
ſtra conſtitutione. part. 4. cap. 4. §. 2. num. 1.

Imò id etiam efficere poterit Prælatus, ſi per
duos teſtes conſtet, talem monialem dixiſſe ſe 60
nunquam daturam ſuffragium alicui fœminæ,
ad hoc vt fieret religioſa, ſi dentur aliæ conie-
cturæ, vt ſi ſemper votum vnum nigrum in re-
ceptione nouitiarum inueniatur, ſi aliæ monia-
les proteſtentur ſe non dediſſe tale ſuffragium
nigrum; Et ratio eſt, quia dicta monialis ne-
gando ſemper ſuffragium ſaltem vigeſimæ pri-
mæ moniali extra omnem opinionem peccat
contra iuſtitiam, & violat præceptum naturale
priuando ſine cauſa conuentum iure, quod cer-
to habet ex lege ad recipiendam monialem vigeſi-
mam

mam primã, vt *ſuprà diximus*, ſed violans præceptum Prælatorũ, ſecundum noſtras cõſtitutiones punitur pœna priuationis vocis actiuæ, vt patet, *ex 4. par. noſtrarum conſtitutionum, cap. 4. §. 2. n. 1.* ergo multo magis, qui violat præceptum Dei, & præceptum naturale, ergo ob id poterit Prælatus eam ſuffragio priuare, vt ſuffragium irregulare, & irrationale.

61 Poteſt etiam eam priuare voce actiua, ob peccatum iniuſtitiæ, quod committit contra ipſam poſtulantem habitum religioſum, eam priuando ſtatu religioſo, ſiquidem ob id non ſolum peccauit contra iuſtitiam, ſed etiam incurrit excommunicationem latam in Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 8.* vt docet Suarex, quam refert, & ſequitur Bonacina, *puncto fin. de excommunicatione, num. 2.* quam ſententiam Ego ipſe probabilem reputaui, *in noſtro Directorio Regularium, part. 2. tract. 3. d. 5. n. 19.*

Nec obſtat ſi dicas, cum Portel. *tom. 5. ca-*
62 *ſuum, caſu 40 num. 1.* & cum Diana, *part. 2. tr. 13. reſol. 3. & part. 9. tract. 8. reſol. 41. & part 11. tract. 2. reſol. 60. Religioſum.* Et idem dicendum eſt de moniali, non poſſe à Prælato condemnari, ſi detur opinio probabilis illum non deliquiſſe contra præceptum, nec incurriſſe excommunicationem, ſiquidem vt reus condemnetur, debet conſtare de delicto commiſſo, vt habetur, *cap. Et ſi clerici, de iudiciis, & cap. Sciunt cuncti ſecundo, quæſt. vltima*; ſed quando ſunt diuerſæ opiniones non conſtat certo de delicto, cum alij dicant deliquiſſe, alij negent; ergo non poteſt declarari, vt talis, ſiquidem ad condemnandum debent eſſe probationes luce meridiana clariores; ſed ſatis probabilis eſt opinio impedientem fœminam ne recipiat habitum religioſum non incurrere excommunicationem latam *in Tridentino ſeſſ. 25. cap. 18.* vt tenet Sanchez *lib. 4 moralium, cap. 4. num. 15.* Bordonus, *tom. 2. reſol. 54. num.* 147. Imò neque incurrere peccatum non recipientem nouitium idoneum ad habitum, vt tenet Bordonus *tom. 2. reſol 54. num* 138. ergo Prælatus non poteſt condemnare dictam monialem ad priuationem vocis actiuæ, eo quod negauit votum fœminæ volenti ingredi religionem, ſiquidem iuxta opinionem probabilem, in hoc nullum peccatum commiſit, nec excommunicationem incurrit, ſed vſa eſt iure ſuo.

Non obſtat inquam reſpondetur namque præ-
63 dictam doctrinam Porteli, & Dianæ habere locum quando opiniones verſantur circa factum, ſecus quando opiniones probabiles verſantur circa ius; nam tunc poteſt iudex ſequi opinionem probabiliorem, etiam in criminalibus, vt cum Claui Regia, Bonacina, Rodriguez, Valentia, & aliis tenet Baſſæus, *verbo conſcientia, n. 16.* Ioannes Sanchez, *in ſelectis, d. 44 num* 52. vbi plura exempla affert, & Doctores refert, & cum Salas, Villalobos, Filliucio, Souſa, Salon, Trullenc, *in Decalogum, lib. 8 cap. 1. dub. 6. num* 3. quæ opinio ſecurè procedit, quando talis opinio eſt benignior, & conformior religioſæ perfectioni, *l. ſemper in dubiis ff. de reg. iuris l. ſunt perſonæ ff. de relig.* vt cum Nauarro, & Corneio notat Lezana, *verbo Iudex num.* 50. ſed in præſenti opinio quæ ait talem monialem deliquiſſe contra iuſtitiam, & charitatem, & fauet religioſæ perfectioni, ſiquidem negare ſuffragium omni fœminæ habitum religioſum poſtulanti opponitur ſtatui perfectionis, & religionis, qui ſine monialibus conſeruari non poteſt; ergo.

Tum quia etiam quando vna opinio circa ius 64
eſt minus probabilis, quam alia poteſt iudex ſequi minus probabilem relicta probabiliori, vt tenet cum Aragonio, Diana, Sanctio, & aliis Baſſæus, *ibi num. 16.* & cum Sairo, Salas, Bonacina, aliis Trullenc. *ibi. num. 5.* Imo Bonacina, *tom. 2.*
d. 2 quæſt. 4. p. 9 num. 15. ait, ſatis probabile eſſe in 65
opinione æquè probabili ſiue ex parte iuris, ſiue ex parte facti, licere iudici quam maluerit ſequi, non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus; ſed ſi verſatur probabilitas circa ius,
an detur vel non obligatio ex charitate, vel iu- 66
ſtitia approbandi fœminam habentem omnia requiſita ad ſtatum religioſum, ergo Prælatus
poteſt ſequi eam opinionem, quæ dicit talem 67
monialem deliquiſſe contra charitatem, & contra iuſtitiam, & incurriſſe cenſuram, & iuxta hanc opinionem eam priuare voce actiua in receptione nouitiorum ad habitum religioſum.

Imo addo quod quando Doctores dicunt Monialem non peccare negando votum volenti ingredi religionem debere intelligi, quando ex aliqua ratione id faciunt, non verò quando ex odio ſtatus religioſi, vel ſtatus perſonæ, id faciunt, nam ſi ex tali odio id faciant, iam talis negatio ſuffragij ex malo fine eſt peccaminoſa contra charitatẽ vt rectè notauit Suares, *tom. 3. de religione, lib. 5. c. 10. n. 28. in fine.* Imò ſi ſuffragium negatum eſt totalis cauſa nunquam recipiendi monialem vigeſimam primam, vt in præſenti, erit etiam contra iuſtitiam, ſiquidem ſine cauſa priuat conuentum moniali vigeſima prima ad quam conuentus habet ius ex conſtitutionibus ordinis vt *ſupra diximus.*

Tum quia licèt in illa opinione Porteli Mo- 68
nialis poſſet negare ſuffragium ſine peccato vni, vel alteri, aut aliquibus etiam dignis volentibus ingredi religionem, non tamen id poteſt etiam in ea opinione omnibus efficere; nam ſi omnibus denegaſſet ſuffragium totum capitulum, vel maior pars illius, impediretur abſque cauſa conſeruatio religionis, quæ abſque nouis religioſis continuari non poteſt, ſicut licèt electores in electione Canonica poſſint aliquibus dignis negare ſuffragium, ad Prælatiam, non tamen omnibus dignis; quia ſi omnibus negarent ſuffragium, vel religio ab indignis deberet gubernari, vel carere Prælatis; ſicque in præſentis ex nullo ergo capite hæc monialis denegans ſuffragium omni fœminæ volenti ingredi religionem excuſari poteſt, quod peccet contra charitatem, & contra iuſtitiam, & contra bonum commune, nec etiam altera, quæ negat votum omni fœminæ viduæ ex odio illius ſtatus; ergo etiam ſtando in opinione Porteli tales moniales poſſunt priuari voce actiua à Prælato, vel ſaltem obligari cum præcepto, ſi aliter noluerint, vt ſuffragentur coram Prælata, & duabus monialibus, quod ſi nec hoc efficere voluerint, tunc ob tranſgreſſionem præcepti formalis eas extra omnem opinionem priuare poteſt. voce actiua in receptione nouitiarum; imò & aliis condignis pœnis punire; & hæc ſaluo meliori iudicio.

CON

CONSVLTVM CVII.

De fuga vnius Monialis de ſuo Conuentu ad alium eiuſdem ordinis, & an in ſecundo Conuentu de licentia ſui Prælati poſſit permanere, vel ad hoc requiratur conſenſus Apoſtolicus?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Monialis ob grauem rixam cum alia Moniali, & perſecutionem iniuſtam Abbatiſſæ non habuit cauſam legitimam ad exeundum à ſuo Conuentu furtiue.*

3 *Talis cauſa non concernit bonum commune totius Monaſterij, nec eſt expreſſa in bullâ Pij V.*

4 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

5 *Moniales eiuſdem ordinis alterius Conuentus licitè poterant recipere Monialem ab alio Conuentu fugientem, abſque licentia Prælati.*

6 *Moniales vnius Monaſterij poſſunt licitè recipere intra clauſuram abſque licentia Prælati Monialem eiuſdem ordinis, ſiue cauſa hoſpitij, ſiue cauſa recreationis, quando Monialis licitè è ſuo Conuentu egreſſa eſt.*

7 *Etiam poterunt eam recipere quando illicitè è ſuo Monaſterio egreſſa eſt.*

8 *Prohibitio recipiendi aliquem intra clauſuram ſolùm eſt contra extraneos.*

9 *Hæc monialis non eſt extranea, ſed eiuſdem ordinis.*

10 *Egreſſio è proprio Conuentu ſiue licita, ſiue illicita, non facit licitum ingreſſum in alium Conuentum, abſque licentia Prælati.*

11 *Monialis alterius ordinis, etiam licitè è ſuo Conuentu egreſſa non poteſt recipi in Conuentu alterius ordinis, ſine Prælati licentia.*

12 *Monialis ſiue licitè, ſiue illicitè egreſſa à ſuo Conuentu, ingrediens Conuentum, etiam alterius ordinis ſine licentia Prælati, non incurrit vllam cenſuram.*

13 *Moniales eam recipientes, etiam nullam incurrunt cenſuram.*

14 *Prælatus dictæ Monialis poterit ei concedere licentiam ad manendum in ſecundo Conuentu.*

15 *Prælatus ſecundum aliquos poteſt dare licentiam dictæ Moniali ſtando in iure communi, & in Tridentino ad tranſeundum ad Conuentum alterius religionis laxioris ob dictam cauſam*

16 *Hæc opinio eſt contra communem, & ab omnibus reiicitur.*

17 *Probabile eſt Prælatum poſſe dare licentiam dictæ Moniali ad tranſeundum ad ordinem æqualem.*

18 *Cauſa, quæ ſufficit, vt Prælatus poſſit dare licentiam moniali, vt tranſeat ad alium ordinem æqualem, melius ſuffecet ad dandum tranſitum ad alium Conuentum eiuſdem ordinis.*

19 *Cauſa aſſignata eſt ſufficiens ad concedendum tranſitum ad ordinem æqualem.*

20 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

21 *Si ſecundus Conuentus talem Monialem libenter accepit, non tenetur primus Conuentus ei dotem dictæ Monialis reſtituere.*

22 *Dos fuit data primo Conuentui ſolum ſub conditione, ſi profeſſio ſequatur, non verò ſub conditione, ſi monialis in eo vixerit.*

23 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur*

24 *Si ſecundus Conuentus cogatur recipere talem monialem fugitiuam, debet ei ſolui dos à primo Conuentu.*

25 *Non eſt danda afflictio tali Conuentui afflicto.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVÆDAM Monialis S. Benedicti in Illuſtri oppido Viennæ in Luſitania cum in ſuo Conuentu grauem rixam cum alia Moniali haberet, & minimè poſſet cum illa habere pacem; ſed ſemper in continuo odio fuiſſent, nec Prælata huic diſcordiæ, & odio remedium procuraſſet, ſed potius illam foueret, patrocinando aliam Monialem, cuius erat ſpecialis amica, & hanc religioſam maxime iniuſte vexando, ob quod ipſa quaſi in deſperationem vertebatur, cum quadam die inueniſſet oſtium Conventus apertum; exiuit à Conuentu, & fugiens recta via properauit ad alium Conuentum eiuſdem ordinis, qui eſt in eodem oppido, vbi fuit ſtatim libenter recepta de conſenſu Abbatiſſæ, & Monialium eiuſdem Conuentus. Ipſa autem Monialis fugitiua, ſtatim recurrit ad Prælatum, qui erat vtriuſque Conuentus Prælatus, vt ei concederet licentiam ad permanendum in dicto Conuentu eiuſdem ordinis, & non reuertendi ad proprium Conuentum, allegando pro cauſa dicti tranſitus inimicitiam antiquam, quam cum illa Moniali habebat, iniuſtam, & ſine cauſa vexationem Abbatiſſæ; cum quibus moraliter non ſperabat poſſe pacifice viuere in primo Conuentu. 1

Quæſitum igitur fuit à me primo. An iſta Monialis ex illa cauſa licitè poſſet fugere à ſuo Conuentu in alium eiuſdem ordinis? Secundo. An moniales alterius Conuentus eam potuiſſent infra clauſuram licitè recipere, abſque licentia proprij Prælati? Tertio, An Prælatus poſſet dictæ Moniali concedere licentiam ad manendum in ſecundo Conuentu, ob dictam cauſam, abſque licentia Summi Pontificis? Quarto. An data dicta licentia à Prælato Prior Conuentus teneatur reſtituere dotem dictæ Monialis ſecundo Conuentui, in quo dicta Monialis viuit.

RESPONSIO AVTHORIS. PRIMO QVÆSITO.

*An iſta Monialis ex illa cauſa, licite poſ-
ſet fugere à ſuo Conuentu in alium
eiuſdem Ordinis?*

PRimo quæſito Reſpondi dictam Monialem
2 non habuiſſe cauſam legitiman ad exeundum
furtive à ſuo Conuentu. Ita in proptio caſu Tam-
burinus, *de iure Abbatiſſarum, diſput.* 19. *quæſt.*
4. §. *octauo.* Et cum Victorello Pelizarius *de mo-
nialibus, tractatu decimo, cap quinto, numero* 64.
3 Et ratio fundamentalis eſt, quia talis caſus non
concernit bonum commune totius Monaſterij,
nec eſt expreſſus in Bulla Pij V. Imo multo dif-
fert ab his, qui ibi exprimuntur; ergo non datur
titulus vnde hic exitus furtiuus à proprio Mona-
ſterio iuſtificetur.

Dices, Monialis poteſt licite fugere à Mona-
4 ſterio ad mortem vitandam, ſi immineat pericu-
lum vitæ, vt tenet cum Sancio, Tamburino, Pe-
5 lizarius, *ſuprà, cap. quinto, numero ſexto, & nu-
mero ſexageſimo quarto*; Ergo etiam poterit li-
cite fugere à Conuentu ad vitandam diſcordiam,
& rixam cum alia Moniali, vel etiam deſpera-
tionem cauſatam eſt iniuſtitia Abbatiſſæ. Patet
conſequentia quia potius fugenda eſt mors ſpi-
ritualis, quam corporalis, ſed licitum eſt Mo-
niali recedere à ſuo Conuentu ad vitandam mor-
tem corporalem; ergo etiam licitum ei erit à
Conuentu recedere ad vitandam mortem ſpiri-
tualem, quæ illi proueniebat ex odio, & diſcor-
dia cum Abbatiſſa, & alia moniali.

Reſpondetur, concesso antecedenti, negan-
do conſequentiam. Ratio diuerſitatis eſt. Quia
mors corporalis non poteſt, vt ſuppono, ali-
ter vitari, niſi recedendo à clauſura; clauſura au-
tem non obligat cum tanto rigore; lex enim
humana non poteſt obligare cum periculo vi-
tæ, vt rectè notauit cum Suario, & aliis Peli-
zarius, *de Monialibus, tractatu decimo, cap.
quinto, numero trigeſimo quarto*; At mors ſpiri-
tualis, quæ habetur per peccatum mortale, po-
teſt multis modis vitari primo ſi ipſa Religio-
ſa patienter ferat iniurias alterius Monialis,
& ſuæ Abbatiſſæ. Secundo fortiter reſiſten-
do tentationi. Tertio recurrendo ad ſuum Su-
periorem pro remedio; Vnde non poteſt da-
ri caſus, quo egreſſio à clauſura neceſſarius
omnino ſit ad vitandum peccatum odij, vel
inimicitiæ, vel deſperationis, cum etiam ex-
tra Conuentum, tale odium, & inimicitia poſ-
ſis durare, ſi modis dictis non expellatur.

RESPONSIO AVTHORIS SECVNDO QVÆSITO.

*An Moniales alterius Conuentus dictam
Monialem fugitiuam potuiſſent intra
clauſuram licite recipere, ſine licentia
proprij Prælati?*

REſpondi affirmatiuè Ratio eſt. quia Monia- 5
les vnius Monaſterij poſſunt licite recipe-
re intra clauſuram abſque alia licentia Prælati mo-
nialem eiuſdem ordinis, & habitus ſiue cauſa
hoſpitij, ſiue gratia recreationis, quando talis 6
Monialis legitime egreſſa eſt ex proprio Mona-
ſterio, vt cum Sanchez, Peirino, Tamburino, &
aliis tenet Pelizarius, *tract.* 10. *de monialibus, cap.*
5. *num.* 109 Ergo etiam illam licite recipere po-
terunt, quando illicite egreſſa eſt; patet conſe- 7
quentia, quia prohibitio admittendi aliquem in-
tra clauſuram ſolum eſt contra extraneos, vt ad- 8
uertit idem Pelizarius, *ibi, numero* 107. Sed hæc
Monialis non eſt extranea, ſed eiuſdem Religio- 9
nis, & habitus; ergo talis prohibitio non eſt con-
tra illam.

Confirmatur primo. Quia quod egreſſio fue- 10
rit licita, vel illicita; id non facit licitum in-
greſſum in alium Conuentum abſque licentia
Prælati; Monialis enim alterius Religionis, etſi 11
licite ſit egreſſa. non poteſt licite intrare clauſu-
ram aliarum Monialium ſine licentia proprij
Prælati, imo & Pontificis, ſi talis ingreſſus fiat
recreationis gratia, vt cum Sanchez, Tamburi-
no, & aliis tenet Pelizarius, *tract.* 10. *de monia-
libus, cap.* 5. *num.* 107. Sed quod facit licitum ta-
lem ingreſſum in Monaſterium eiuſdem ordinis
eſt, quod talis Monialis ſit eiuſdem habitus, &
non ſit extranea, ſuper quas ſolum cadit prohibi-
tio; ſed hæc Monialis eiuſdem habitus; er-
go licite poteſt recipi à Monialibus alterius Con-
uentus eiuſdem ordinis, ſiue licite, ſiue illicite
egreſſa ſit à proprio Monaſterio vtpote non ex-
tranea; ſed eiuſdem ordinis.

Confirmatur ſecundo. Quia talis Monialis 12
ingrediendo clauſuram alterius Monaſterij, etiam
diuerſi ordinis, non incurrit vllam cenſuram, ſi-
quidem talis cenſura non datur in iure, cum bul-
la Pij V. ſolum afficiat excommunicatione Mo-
niales illicite egredientes, non vero ingredien-
tes alium Conuentum Monialium, vt docet Bor-
donus, quem refert Pelizarius, *de monialibus,
tract.* 10. *cap* 5. *numero* 57. Llamas *in Metho- 13
do, curationis in append.* §. 11. *in fine,* quem re-
fert Bonacina, *de clauſura, quæſt.* 3. *p.* 1. *n.* 3. Quid-
quid in contrarium dicat cum Palao, & Baldelo
idem Pelizarius ibi; ergo nec Moniales eam re-
cipientem incurrent aliquam cenſuram. Patet
conſequentia, quia cum non detur vlla prohibi-
tio in hoc caſu, vt ait Bordonus, prout teſtatur Pe-
lizarius, optime poſſunt moniales alterius Con-
uentus, etiam diuerſi ordinis talem Monialem re-
cipere. imo addo, in dicto caſu, id maxime Con-
ueniens fuiſſe, ne dicta monialis cogeretur per
oppidum vagari, cum alias nollet ad proprium con-
uentum vllo modo reuerti.

RESPON

RESPONSIO AVTHORIS. TERTIO QVÆSITO.

An prælatus poſſet dictæ moniali concedere licentiam ad manendum in ſecundo conventu od dictam cauſam, abſque licentia Pontificis.

14 REſpondi tertio quæſito affirmatiuè. Et licet
hanc reſolutionem apud neminem inuenerim, eam hic efficaciter probo. Prælatus dictæ
moniali ob cauſam aſſignatam ei poteſt præbere
licentiam, vt tranſeat ad alterum conventum alterius religionis laxioris ſtando in iure commu-
15 ni, & non obſtante decreto Tridentini. *ſeſſ. 25. de regularibus*, vt tenet cum Sairo, & Hieronymo Rodriguez, P. Ludovicus à Conceptione, *tomo 2. examinis veritatis, tract. 1. de opinione probabili*, §. 14 *litera R. n. 7.* Vbi ex Sanchez, & alijs
16 ait, quod intentio Tridentini ſolum eſt, vt licentia non concedatur abſque iuſta cauſa, eiuſque
cognitione, ſaltem extraiudiciali, & licet hac
opinio ab aliis Doctoribus communiter reijciatur; Ad minus probabile eſt poſſe dictum Præ-
17 latum concedere licentiam tali moniali ad tranſeundum ad aliam æqualem religionem, vt tenet
Hieronymus Rodriguez, *in compendio, r. vol. pag. 862. retract. 14.* Et cum Manuele Rodriguez,
P. Fr. Ludouicus à Conceptione, *ſuprà, num. 11.*
Ergo multo à fortiori talis Prælatus abſque licentia Papæ poterit dare licentiam dictæ Moniali
ad tranſeundum ad alium Conventum eiuſdem
18 ordinis. Patet conſequentia, quia ſi illa cauſa
eſt ſufficiens ad dandum licentiam, vt tranſeat
ad aliam religionem laxiorem in opinione Ludouici à Conceptione, vel ad minus ad æqualem,
19 vt tenent prædicti Doctores, cur non erit ſufficiens ad concedendum licentiam ad tranſeundum
ad alium Conventum eiuſdem ordinis; ego ſane
nullam diſcriminis inuenio rationem.

20 Nec obſtat quod Sanchez, & alij Doctores
loquantur de tranſitu religioſorum ad laxiorem,
vel æqualem religionem. Nam contra hoc eſt, quod in eiſdem caſibus, in quibus permiſſum eſt religioſis de Prælatorum licentia ad aliam religionem tranſire, permiſſum etiam eſt monialibus, vt cum Franco de Marques ex ſententia Abbatis docet Rodriguez, *tom. 3. quæſt. 52. art. 2.* Ludouicus à Conceptione, *ſuprà num. 6.* & cum aliis Bonacina, *quæſt. 2. de clauſura, p. 9. §. 3. difficult. 1. num. 11.* Tum quia cauſæ, quæ Religioſorum licitum faciunt tranſitum ad laxiorem ordinem, de ſuorum Prælatorum licentia obtenta, æquè ad minus militant in religioſis fœminis, vt tenet ipſe Ludouicus à Conceptione ibi; Ergo ſtando in dicta opinione Ludouici à Conceptione optime poteſt Prælatus tali moniali concedere licentiam, vt maneat in dicto Conventu ejuſdem ordinis ob ſupradictam cauſam, præcipue cum hæ moniales nullam ex lege propria habeant prohibitionem, ſed tantum illam quæ datur in iure communi.

RESPONSIO AVTHORIS QVARTO QVÆSITO.

An data dicta licentia à Prælato Prior Conventus teneatur reſtituere dotem dictæ Monialis ſecundo Conventui, in quo dicta monialis viuit?

REſpondi quod ſi ſecundus Conventus dictam
Monialem libenter recepit, vt accidit in præ- 21
ſenti, non tenetur Prior Conventus ei dotem
dictæ monialis reſtituere. Ita Sanchez, Rodriguez, Nauarro, Bonacina, Tamburinus, quos refert & ſequitur Pelizarius, *tract. 10. de monialibus cap. 3. num. 69.* contra Solinum, Baldum, Tapiam, quos refert Sanchez, *lib. 7. moral. cap. 32.*
num 12. Et ratio eſt, quia dos non fuit data Prio-
ri Conventui ſub conditione, ſi monialis in eo 22
Conventu manierit, ſed ſolum ſub conditione, ſi profeſſio ſequatur; vnde cum hæc ſecuta fuerit, dos perpetuo manſit illius Monaſterij. Tum quia poſterius Monaſterium ſponte admittens talem Monialem, vt ſuppono, debet ſibi imputare hoc incommodum, quod teneatur illam alere ſine dote.

Nec obſtat lex, *ſi is qui ff de iure dotis*, vbi di-
citur, quod ibi debere eſſe, vbi onera matrimo- 23
nij ſunt. Tum quia dos datur acceſſorie ad perſonam, & ſub tacita conditione, dum Monialis in eò Monaſterio permanſerit; ergo tranſlata Moniali ad alium Conuentum per legitimum tranſitum, reddenda eſt dos dicto Monaſterio, ad quod Monialis tranſlata eſt, ſicut redditur dos tradita viro ob matrimonium carnale, ſi hoc legitimè diſſoluatur. Non obſtat inquam. Reſpondetur namque dari diuerſam rationem in matrimonio carnali, nam in eo datur dos marito ſolum pro tempore matrimonij, & ideò ſoluto matrimonio redditur dos parentibus fœminæ, ac dos Monialium perpetuo tranſit in dominium Monaſterij, ſecuta profeſſione, vnde licet diſſoluatur profeſſio monialis per mortem illius, dos non reſtituitur parentibus Monialis, quia dos non fuit data ſub conditione dum viueret monialis ſed abſolute ſecuta profeſſione

Dixi ſi Conventus ſpontaneè recepit dictum 24
Monialem, vt accidit in caſu præſenti. Nam ſi ſecundus Conventus cogatur recipere dictam Monialem à Prælato, ob dictas cauſas, debet ei ſolui dos à Priori Monaſterio, cum non ſoleant moniales admitti, ſine dote, & in tali caſu imputari non poſſit poſteriori Monaſterio voluntaria admiſſio dictæ Monialis, ita citati Doctores, & patet ex dictis. *Tum ex cap de lapſis 16. quæſtione 6. & cap. ſi qui rapuerint. 27. quæſtione 1. & authentica de ſanctiſſim. Epiſcop. § penult.* Tum quia
par non eſt, vt poſterius Monaſterium, quod
inuoluntarie recepit talem Monialem, vltra hoc 25
etiam patiatur iacturam alimentorum, ſicque addatur afflictio afflicto; & hæc ſaluo meliori iudicio.

CONSVLTVM CVIII.

De electione cuiuſdam Prioris loco alterius putati mortui, cum eſſet viuus, quis eorum debeat manuteneri in dicto Prioratu?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Si loco Prioris qui morali certitudine putabatur mortuus alius Prior electus eſt, electio ſecundi Prioris eſt valida, & electio primi caſſanda, etſi iam ſit in poſſeſſione ſui Prioratus.*
3 *Definitores habuerunt legitimam cauſam eligendi ſecundum Priorem.*
4 *Electio ſecundi Prioris fuit deſtitutio alterius.*
5 *Fama communis aliquem eſſe mortuum, ſimul cum viſu naufragij, ſi perſona aliqua per multum tempus diſpareat eſt probatio ſufficiens ad credendum eius mortem.*
6 *Generatio vnius, eſt corruptio alterius.*
7 *Electio vnius, eſt deſtitutio alterius.*
8. *Vna ſponſa non poteſt habere multos ſponſos.*
9 *Vna Eccleſia non poteſt habere plures parochos.*
10 *Etiamſi non conſtaret de morte dicti Prioris, ſi conſtaret de naufragio, & non eſſet ſpes, quod in breui talis Prior appareret, habebat definitorium cauſam legitimam ad illum à Prioratu deponendum.*
11 *Si Definitorium id fecit, primus Prior iam non habet ius ad Prioratum.*
12 *Definitorium in noſtra religione habet poteſtatem diſponendi Prælatos, quando recta ratio id poſtulauerit.*
13 *Recta ratio in hoc caſu poſtulabat, vt fieret nouus Prælatus.*
14 *Recta ratio dictat, vt Conuentus per multum tempus non ſit Prælato orbatus.*
15 *Captiuitas cuiuſdam Prouincialis ſimul cum deſperatione eum per breue tempus redimendi iudicata fuit cauſa ſufficiens ad eum deponendum.*
16 *Certitudo moralis mortis noſtri Prælati, & deſperatio illius aduentus per multum tempus, vrgentior cauſa eſt ad illum deponendum ab officio.*
17 *Vt Prælati Superiores deponant aliquem Prælatum ſufficit de iure communi cauſa rationabilis.*
18 *Hic dabatur cauſa rationabilis boni communis, ne Conuentus per multum tempus careret Prælato.*
19 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur*
20 *Ponitur aliud argumentum, & ſoluitur.*
21 *Ponitur aliud argumentum, & ſoluitur.*
22 *Occurritur alteri obiectioni, & ſoluitur.*
23 *Poſſeſſio quam habebat primus Prior ſolum ei prodebat dum erat in bona fide.*
24 *Poſtquam ei conſtitit de ſecunda electione, tenetur dimittere poſſeſſionem.*
25 *Qui ſine titulo poſſidet, eſt intruſus.*
26 *Poſſeſſio ſine titulo, licet non ſit nulla, eſt iniuſta, & mala.*
27 *Talis poſſeſſio ſolum poterit prodeſſe tali Priori, vt non poſſit amoueri à Conuentu ſine citatione.*
28 *Si citatus noluerit dimittere poſſeſſionem, poteſt à iudice violenter expelli.*
29 *Non poteſt in hoc caſu à parte expelli à ſua poſſeſſione.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

IN noſtra religione in Provincia Luſitaniæ electus fuit in capitulo quidam prior quodam Conuentu, quem habebat in regione Braſilica in Ciuitate Angolæ. Accidit autem, quod cum talis Prior ad Angolam nauigaſſet, impetu procellarum nauigium expulſum eſt ad litora maris, & ibi fractum & ſubmerſum fuit, quod cum viderint alij nauigantes aliarum nauium, quæ cum illa ibant, exiſtimarunt omnes, qui in dicto nauigio erant, periiſſe. Accidit tamen quod prior cum aliquibus aliis dejectus eſt à fluctibus ad litora, vbi cum magno labore per terram gradiens poſt multum temporis peruenit ad Ciuitatem Leandæ, in Regno Angolæ, & accepit poſſeſſionem ſui conuentus. Interim tamen Prælati dictæ Prouinciæ Luſitanicæ certiores facti de naufragio prioris, & quomodo ipſe cum omnibus, qui cum eo ibant periiſſent, in primo definitorio elegerant alium priorem pro dicto conuentu Leandæ Angolæ, qui cum reueniſſe ad Ciuitatem Leandæ, inuenit iam in ſuo conuentu primum priorem, qui putabatur mortuus. 1

Quæſitum igitur fuit à me, quis ex duobus eſſet verus prior & an primus deberet dare locum ſecundo, vel ſecundus, cognito errore, deberet relinquere primum in ſua poſſeſſione in qua erat.

RESPONSIO AVTHORIS.

REſpondi primum priorem per electionem ſecundi prioris amiſiſſe Prioratum, ac per conſequens dandam eſſe poſſeſſionem prioratus. Ratio fundamentalis eſt. Quia definitores habuerunt cauſam legitimam, & neceſſariam eligendi nouum priorem in primo definitorio ſequenti naufragio dicti primi prioris; ergo erectio illius fuit deſtitutio alterius. Antecedens eſt certum. *Quia Noſtra conſtitutio 3. part. cap. 8. numero 3.* præcipit, quod in definitorio ordinario omnium officiorum, tunc vacantium, Prælati eligantur, ſed dicti definitores moraliter certificati ſunt de morte illius prioris; ergo tenebantur neceſſario eligere ſecundum priorem loco alterius. 2 3

Minor huius vltimi ſyllogiſmi patet, quia plures teſtes depoſuerunt, & fama publica erat illud nauigium, & omnes qui in illo nauigabant periiſſe, & naufragium paſſos eſſe; Sed 4

Sed hæc probatio ſufficiens eſt ad credendum
mortem, ſi per multum tempus aliqua perſona,
quæ in tali nauigio nauigabat non appareat, vt
docet cum Maſcardo, & aliis Sanchez, *libr. 2.*
5 *de matrimonio, d.46.num.* 16 ergo cum prior per
multum tempus non appareret, & omnes de eius
naufragio teſtificarent, legitimam cauſam hab.e-
runt definitores eligendi alium priorem.

Conſequentia recte infert Nam ſicut in na-
6 turalibus generatio vnius eſt corruptio alterius,
ita in mortalibus expectantibus ad electionem,
7 electio vnius eſt deſtitutio alterius; ſiquidem
8 vna ſponſa non poteſt habere plures ſponſos,
cap.1. de ſponſa duorum, nec vnum corpus poteſt
habere duo capita, *ex cap. quoniam de offic. ordi-*
9 *nar.* Nec vna Eccleſia plures parochos, ſeu cu-
ratos. *cap. non ignores de prabendis*, & *cap. in api-*
bus 7. quaſt. 1. & cap. ſicut vnaquaque 22. qua-
ſtione 2.

10 Secundo probatur. Quia etiamſi certo mora-
liter non conſtaret de morte dicti prioris, ſi con-
ſtaret de illius naufragio, & nulla eſſet ſpes mo-
ralis, quod ipſe per breue tempus appareret,
tunc definitorium poterat eligere nouum prio-
rem, & deponere antiquum, ſi fortè viuebat; er-
go ſi id de facto fecit, iam primus prior nullum
11 ius habet ad dictum prioratum. Antecedens pro-
12 batur, quia definitorium generale habet pote-
ſtatem deponendi Prælatos, quando recta ratio
id poſtulauerit, vt patet *ex 3. part noſtrarum*
13 *conſtitutionum cap. 8. num. 11.* ſed hic recta ratio
poſtulabat, vt eligeretur nouus Prælatus, & an-
tiquus deponeretur; ergo ſi definitorium id de
facto fecit, iam primus prior nullum habet ius
ad dictum prioratum.

14 Minor patet. Quia recta ratio dictat quod
Conuentus per multum tempus non debet care-
re Prælato, rueret enim diſciplina regularis, &
daretur graue detrimentum illius, vt optimè
probat Lezana, *in conſiliis conſilio 42. num.* 6 ſed
hic nulla dabatur moralis ſpes, vt prior per bre-
ue tempus appareret; cum multi dicerent eſſe
mortuum, & nemo ſciret vbi à fluctibus deie-
ctus eſſet, & iam per multum tempus ipſe non
apparebat; ergo cum hæc ratio ſit rationabilis,
vt ait Lezana, optimè potuit definitorium de-
ponere primum priorem, ſi fortè viuebat, & eli-
gere nouum priorem.

15 Confirmatur primò. Quia cum quidam pro-
uincialis certæ Religionis captus fuiſſet à Tur-
cis, & non eſſet ſpes, vt ille breui tempore re-
dimeretur, Prælati illius Religionis ob eam ſo-
lam cauſam, ne Prouincia per multum tempus
eſſet ſine Prouinciali expoſita multis periculis,
elegerunt nouum Prouincialem, quo electo præ-
ter ſpem redemptus eſt Prouincialis antiquus, &
peruenit ad ſuam Prouinciam, & cum poſtulaſ-
ſet ſibi reddi Prouinciam, ei contradixerunt di-
cti Prælati dicentes, ipſum ex cauſa ſufficienti
depoſitum fuiſſe, & ſecundum electum eſſe ve-
rum Prouincialem, quam ſententiam ſecutus eſt
Doctiſſimus Fr. Lezana *in ſuis Conſiliis, conſi-*
lio 42. per totum, ſed eadem, & fortior cauſa
eſt in noſtro caſu; Cum in caſu Lezanæ certo
conſtaret de vita Prouincialis, & de loco vbi exi-
ſtebat, in noſtro autem caſu, nec de vita, vel exi-
ſtentia illius vlla notitia erat; ergo ſi illa deſpe-
rata ſpes redeundi cito ad ſuam prouinciam
fuit ſufficiens cauſa, & ratio, vt nouus eligere-
tur Prouincialis, multo à fortiori in noſtro caſo, 16
illa deſperata ſpes, quod iſte prior intra breue
tempus perueniret ad ſuum Conuentum fuit
ſufficiens cauſa, vt definitorium generale no-
uum eligeret priorem, non enim apparet maior
ratio.

Confirmatur ſecundò Quia vt Prælati ſupe- 17
riores deponant aliquem priorem à ſuo priora-
tu ſufficit ſtando in iure communi rationabilis
cauſa; ſed hanc habuerant prædicti definitores
ad eligendum nouum priorem; ergo primus
prior per electionem ſecundi depoſitus fuit à
ſuo prioratu. Maior eſt certa, & patet *ex cap.*
qualiter, & quando ſecundo de accuſat. & tenet
cum Sigiſmundo, Laiorio, Barboſa, & Fr. Ioſe-
pho à Ieſu Maria, Lezana, *in conſiliis, conſilio 42.*
num. 17. Patet etiam *ex cap. cum ad monaſterium*
de ſtatu Monachorum, §. tales, ex quibus tex-
tibus conſtat, quod cum detur cauſa boni com-
munis, poſſunt Prælati regulares à ſuis officiis
amoueri, vt optimè explicat Suarez, *tomo 4. de*
Religione, lib. 2. num. 2. & cum aliis Fr. Lezana,
ſuprà num. 11. Minor verò patet quia hic vrge- 18
bat cauſa boni communi, ſcilicet, quod mul-
tum tempus careret Conuentus ſuo Prælato, quæ
cauſa ſufficiens eſt, vt latè probat Lezana, *loco*
citato; ergo primus prior per electionem ſecun-
di depoſitus legitime fuit à ſuo prioratu.

Dices definitores non potuiſſe procedere ad 19
electionem noui prioris, niſi is qui erat electus,
& confirmatus fuiſſet prius abſolutus, vel pro-
pter completum tempus à conſtitutionibus
conceſſum, vel propter renunciationem, vel per
deſtitutionem ob crimina, vel per mortem na-
turalem, vel per aſſumptionem ad aliam dignita-
tem ſuperiorem. ſed nulla ex his cauſis interue-
nit; ergo electio noui prioris fuit irrita. Reſ-
pondetur namque, non ſolum propter illas cau-
ſas potuiſſe dictum priorem deponi à ſuo officio,
ſed etiam propter ſuum deſperatum regreſſum
ad ſuum conuentum, & propter neceſſitatem il-
lius ad habendum paſtorem, qui prioris nomine,
& non ſolum vicarij poteretur, vt ipſum in ob-
ſeruantia regulari conſeruaret, & difficultatibus
occurrentibus reſiſteret, & id non ſolum ex ex-
preſſo ſtatuto religionis hanc facultatem conce-
dente definitoribus, quando recta ratio id poſtu-
lauerit, ſed ex iuris communis ſanctionibus, &
ipſo iure naturali præſcribente, vt bonum com-
mune ſemper præponatur bono particulari.

Dices, nullus beneficiatus, ſiue Prælatus regu- 20
laris poſſidens Prælaturam regularem electi-
uam poteſt ab eâ amoueri, vt patet *ex cap. Mo-*
nachi in fine, de ſt. in Monachorum, vbi Gloſſa
verbo mutentur, & Panormitanus, *num. 8. verſu in*
Gloſſa penult. Azor. *part. 2. lib. 3 cap 26. quaſt. 15.*
& communiter Doctores, teſte Rota, *deciſione*
772. num. 3 part. 3. diuerſ. Reſpondetur id intelli-
gi, niſi iuſta, & rationabilis cauſa exiſtat, prout
de facto extitit in præſenti, ea enim exiſtente,
prælatiæ regulares, etiam electiuæ poſſunt à ſu-
perioribus auferri ab his, qui illas poſſident, vt
probatum manet.

Dices beneficia auferri non poſſunt, viuente 21
beneficiato, niſi a ſolo Papa; ſed prælatia regu-
laris eſt beneficium; ergo. Reſpondetur. Ante-
cedens eſſe verum de veris beneficiis, qualia ſunt
perpetua, quia in collatione eorum contrahitur
matrimonium ſpirituale inter beneficiatum, &

Eccleſiam, *cap. Sanctorum 70. diſtinct. cap. penult. de Cleric. agrotant. cap. ſi gratioſe de reſcriptis cap. inter de tranſlatione Epiſcopor.* Gonzales, *ſuper reg 8. Cancellaria, Gloſſa 5. num. 11. & 12.* Ex Rebuffo, Gigante, & aliis; officia autem Religionum non ſunt proprie, & vere beneficia, vel ufficia temporalia, & quaſi manualia, vel ſaltem triennialia; vnde facilius, & liberius ſoluuntur cum oportuerit, vt dixit Innocentius III. *in qualiter. quando, ſecundo de actaſat. & in cap. cum ad monaſterium, de ſtatu monachorum, & vocantur bona de menſa*, Barboſa, *de iure Eccleſiaſtico, lib. 3. cap. 4. num. 84.* Tamburinus, *de iure Abbatum, tomo 3. d. 9. quaſito 12. num. 9.* Ac per conſequens eorum conſeruatio, vel deſtitutio pendet à rationabili voluntate ſupremi capitis Religionis, quale eſt in noſtra Religione definitorium generale.

22 Dices, ſi fœmina ad ſecundas nuptias tranſeat credens, quod primus vir erat mortuus, ſi poſteà vir eius reuertatur ipſi reſtituenda eſt, & à ſecundo viro ſeparanda, ergo idem dicendum videtur in præſenti. Reſpondetur, conceſſo antecedenti, negando conſequentiam. Et ratio eſt, quia cum vinclum matrimonij viuente viro ſit iure diuino, & naturali perpetuum, & indiſſolubile, ſecundum matrimonium prorſus irritum eſt, & inualidum, & ideò vxor primo marito reſtitui debet, tanquam legitimo domino, & proprietario, vt habetur, *cap. cum per Bellicam, 32. quaſt. 1.* hoc autem non procedit in noſtro caſu, cum prioratus multis de cauſis auferri poſſit à priore eum poſſidente, vt oſtenſum eſt, nec vinculum illius ſit perpetuum, ſed amouibile, etiam per voluntatem definitorij, cauſa ſubexiſtente rationabili, & proportionata.

23 Nec obſtat, quod primus prior fuerit in poſ-
ſeſſione domus, & prioratus. Reſpondetur nam-
que talem poſſeſſionem ſolum prodeſſe primo
24 priori, dum erat in bona fide. At poſtquam ei
conſtiterit de noua prouiſione definitorij ex di-
25 ctà cauſa, teneri dimittere poſſeſſionem, alias
26 erit intruſus; ſiquidem ſine titulo poſſideret di-
ctum prioratum, & poſſeſſio ſine titulo, licèt non
ſit nulla, eſt tamen iniuſta, & mala, vt cum Ab-
bate Rebuffo, & aliis notat Garcia, *de beneficiis,*
part. 10. cap. 3. numero 325. Vnde ſolum poterit
27 prodeſſe talis poſſeſſio dicto priori, ad hoc vt
non poſſit amoueri à ſuo prioratu, ſine cita-
tione, vt cum Romano, & aliis notauit Thuſcus,
littera P, concluſione 442. num. 4. & concluſione 436.
28 *num. 8.* Citato tamen priore, & audito, ſi poſtquam
ei conſtiterit de noua prouiſione definitorij no-
luerit dimittere poſſeſſionem, & tradere illam
nouo priori; poterit à iudice repelli à poſſeſſio-
ne; ſi quidem procedit ſine iure; non poterit ta-
men repelli à poſſeſſione à parte, vt optimè cum
multis notat Thuſcus, *litera P, concluſione 436.*
29 *num. 10.* quæ omnia non fuerunt neceſſaria; nam
primus prior ſtatim dimiſit poſſeſſionem, & tra-
didit conuentum ſecundo priori prouiſo à defi-
nitorio, quod & laudatum, & approbatum fuit
ab ipſo definitorio, & primus prior ad aliud
maius officium euectus.

CONSVLTVM CIX.

De quadam profeſſione ſolemni facta in Religione habente ſtatutum annullans profeſſionem habentis ſanguinem infectum ſanguine Iudæorum in quocumque gradu, an talis profeſſio fuerit nulla, ſi de tali macula in profitente certo non conſtet, ſed tantum detur de illa probabilis, vel probabilior opinio?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus ſeu factum.*
2 *Puritas ſanguinis plene, & concludenter probatur per famam, & communem reputationem.*
3 *Fama plene probat in his, quæ ſunt difficillimæ probationis.*
4 *Puritas ſanguinis eſt difficillima probationis.*
5 *In informationibus puritatis ex ſtatutis præcipuè quæritur circa proprietatem, & poſſeſſionem prætenſoris.*
6 *Proprietas, & poſſeſſio cuiuſcunque rei per famam concludenter probatur.*
7 *Fortior eſt probatio, quæ ex fama prouenit, quam ex auditu.*
8 *Auditus in materia puritatis ſufficit ad plenam probationem.*
9 *Fama eſt aſſertio plurium, & totius populi.*
10 *Auditus ſufficit ſi proueniat à duobus, vel tribus.*
11 *Paria ſunt eſſe talem, & haberi pro tali.*
12 *Nulla maior probatio eſſe poteſt puritatis, vel impuritatis, quam publica vox, & fama.*
13 *In antiquis fama pleniſſimè probat.*
14 *Aliquem oriri ex ſanguine Iudaico ex ſola fama, & communi reputatione probatur.*
15 *Vt fama plene probet maculam, vel puritatem debet eſſe antiqua, & non recens.*
16 *Fama recens non habet pro ſe præſumptionem ſtabilitatis, & conſtantia.*
17 *Probatio quæ deficere, & adeſſe poteſt iure eſt nulla.*
18 *Si fama eſt antiqua, & conſtans velut vera amplectitur.*
19 *Perſeuerantia conſtans per plurimos annos veritatem eius arguit.*
20 *Fama falſa citò opprimitur.*
21 *Tempus facit creſcere veritatem, & ſubmergit mendacium.*
22 *Fama quæ diu firmatur, habet pro ſe iuris, & veritatis præſumptionem.*
23 *Vt fama dicatur antiqua ſufficiunt centum anni.*
24 *Vt fama plene probet debet aliquibus veſtiri circumſtantiis.*
25 *Prima debet eſſe antiqua.*
26 *Secunda debet habere initium à bona origine.*
27 *Fama ſine cauſa dicitur vanus rumor, cui attendi non debet.*
28 *Fama orta ab inimicis prætenſoris, ſeu ab aliquo ex ſua familia nihil probat.*
29 *Si à prætenſore, vel ab eius conſanguineis ſpargatur*

gatur vox, ſeu cauſa, qua purgare intendant labem iam diu contractam ſic præſumptam, aſſignando aliam bonam originem, ſeu æquiuocationem, talis fama non meretur fidem, nec eſt attendenda.

30 *Teſtes teſtificantes de fama, non tenentur exprimere originem, nec authores famæ, quando res eſt antiqua.*

31 *Sufficit quod dicant, quod ſic publicè audiuerunt.*

32 *Præſumitur in antiquis cauſã famæ iuſtã præceſſiſſe.*

33 *Quoties effectus apparet, præſumitur cauſam præceſſiſſe.*

34 *Teſtes de puritate teſtantes non debent eſſe inimici, vel æmuli prætenſoris.*

35 *Debent dicere, quod credunt id, quod fama dicit.*

36 *Debent dicere ſic audiuiſſe à maiori parte Ciuitatis, vel dicere ſe audiuiſſe à duobus, vel tribus perſonis nominatis, & publice ab aliis.*

37 *Sufficit ſi dicant, ſic audiuiſſe à ſuis maioribus vſque nunc, & anteà ab omnibus accepiſſe.*

38 *Fama antiqua his circunſtantiis veſtita plenam facit probationem.*

39 *Per accidens in eodem populo, & de eadem re poſſunt dari duæ famæ contrariæ.*

40 *Non poſſunt dari tales famæ realiter veræ.*

41 *Poſſunt in eodẽ populo dari duo rumores cõtrarii.*

42 *Quando agitur de puritate, vel macula probanda per famam, non eſt neceſſe vt fama iſta conſtanter probetur, vt à nemine contrarietur.*

43 *Si duæ famæ contrariæ appareant vna prior, poſterior altera, in materia puritatis præferri debet prior, dummodo ſuo tempore recepta fuerit, nec poſteà conſtiterit fuiſſe falſam.*

44 *Præſtantior fides adhibenda eſt teſtibus deſignantibus coniunctiones, qualitates, & cognomina aſcendentium prætenſoris, quam mille alias teſtibus contradicentibus.*

45 *Teſtes maculam firmantes, etſi pauciores ſint præferendi ſunt pluribus puritatem firmantibus.*

46 *Si teſtes pauciores teſtantes de macula dent rationem ſui dicti æqualem pluribus deponentibus de puritate ſunt illis præferendi, ſi omnes teſtentur de fama.*

47 *Ex paucorum numero ſaltem ſeptem, genus prætenſoris maculatum apparet in parte oppidi conſiderabili.*

48 *Statuta puritatis duo copulatiue requirunt primum quod prætenſor non deſcendat à Iudæis, ſecundo quod non ſit, vt talis habitus.*

49 *Noſtra lex magis excludit maculæ puritatis diffamatos, quam alios.*

50 *Idem eſt eſſe talem, & communiter haberi pro tali.*

51 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*

52 *Quando ſeptem aut octo teſtes teſtantur de macula prætenſoris non eſt dubium quod prætenſor apud illos & alios quos nominant maculatos exiſtat.*

53 *Idem dicendum eſt, quando manet pro vtraque parte par teſtium numerus, & ratio.*

54 *Teſtes vt probent famam, debent eſſe ad minus ſeptem.*

55 *Debent deponere in loco originis.*

56 *Teſtes pauciores, qui maculam aſſerunt, debent eſſe exceptione maiores.*

57 *Debent loqui de fama, & auditu antiquorum.*

58 *Debent dare rationem, & cauſas veroſimiles & ſufficientes ad mouendum animum iudicum.*

59 *Rationes contrariarum teſtium non debent eſſe taliter natæ, vt deſtruant rationes illorum, qui maculam aſtruunt.*

60 *Si incertitudo qualitatum ex parte parentum proueniat ſi vnus ex illis, qui aſſignatur pro parentibus prætenſoris ſit ſangine maculatus, prætenſor velut incertæ qualitatis admitti non debet.*

61 *Ex diuerſis duorum qualitatibus certum quid colligi non valet.*

62 *Vnum extremum inhabile, totũ mediũ corrũpit.*

63 *Ex parentum incertitudine oritur ſuſpicio illorum infamia.*

64 *Interpretatio ſemper facienda eſt contra eum, qui ſe fundat in probatione dubia.*

65 *Dum quis peculiare cognomẽ alicuius generis, & familiæ fert, præſumitur illius eſſe familiæ, & generis.*

66 *Excipe eos, qui potius appetunt eſſe filios ſpurios quam naturales, cauſa fugiendi maculam.*

67 *Deſcendentes ex Hebræis plerumque mutant cognomina, & aliena ſumunt, vt maculam ſanguinis elidant.*

68 *Quando non conſtat, an filius ſit ſpurius potius præſumitur naturalis, quam ſpurius.*

69 *Ad probandum, quod filius ſit naturalis, ſufficit quod concubina ſit domi retenta.*

70 *Matri dicenti filium eſſe ſpurium & non naturalem, non eſt credendum, ſi filius natus eſt in domo illius, cuius dici poteſt filius naturalis, & non ſpurius.*

71 *Matris aſſertio non poteſt nocere filio, cui melius eſt eſſe naturalem, quam ſpurium.*

72 *Matris aſſertio dicentis filium non eſſe ex ſuo marito non præiudicat filio, ſi natus eſt in domo mariti.*

73 *Filius natus in domo v.g. Petri, ſi non conſtet certo de alio patre, præſumitur illius, in cuius domo natus eſt.*

74 *Filius præſumitur procreatus ab eo, qui ad libitum ſuum mulierem tenebat.*

75 *Si mulier in domo vnius Amaſii nunquam concepit, & cum peruenit ad domum alterius Amaſii ſtatim concepit, & peperit, illius præſumitur filius, in cuius domo natus eſt.*

76 *Hæc præſumptio magis roboratur, ſi is, in cuius domo natus eſt filius eum alimentat, domi retinet, & hæredem bonorum ſuorum inſtituit.*

77 *Hæc niſi veris filiis raro fiunt.*

78 *Quæ magis filiis conueniunt, quam aliis, veram filiationem inducunt.*

79 *Si quis eſt in puritatis poſſeſſione actuali, vt ſi ſit profeſſus in religione vbi dantur puritatis ſtatuta, vt deiiciatur à ſua poſſeſſione requiruntur veræ probationes de macula.*

80 *Talis poſſeſſio reiicit probationes priuilegiatas, & præſumptas.*

81 *Sicut poſſeſſio eſt certa, ita per veras, & certas probationes tolli debet.*

82 *Poſſeſſio eſt cauſa, vt præſumatur verum dominium, & puritas ſanguinis.*

83 *Quando agitur de ſpoliando profeſſo à poſſeſſione quam actu poſſidet, requiruntur pleniores probationes.*

84 *Plus requiritur ad repellendum iam admiſſum, quam ad non admittendum.*

85 *Turpius reiicitur, quam non admittitur hoſpes.*

86 *Ad non admittendum ad habitum ſufficit vnus teſtis, & leuis ſuſpicio.*

87 *Ad*

87 *Ad reiiciendum iam admiſſum ad profeſſionem, maior & plenior requiritur defectuũ probatio.*
88 *Religioſus profeſſus, ius habet ad rem, ſeu in re.*
89 *Si prætenſor iam ſit profeſſus in religione, vbi ſunt puritatis ſtatuta, iudices in dubio pro puritate eius debent iudicare.*
90 *Quilibet in ſua poſſeſſione manuteneri, niſi ſit aperta, & iuſta ratio in contrarium.*
91 *Si non detur dubium negativum, ſed opinio pro vtraque parte, aliqui dicunt poſſe iudicem ſequi opinionem, quam maluerit, ſi vtraque probabilis ſit, & ſpoliare poſſidentem, ſi contra ſe habeat opinionem probabilem.*
92 *Proponitur Authoris opinio.*
93 *Si opiniones in præſenti caſu ſint æquè probabiles, tenetur iudex favere reo.*
94 *In pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis.*
95 *Si opiniones ex parte facti non ſint æque probabiles, ſed vna probabilior, tenetur iudex iudicare, iuxta opinionem probabiliorem.*
96 *Si detur melior probatio, prætenſorem habere maculam in puritate, iudex debet eum ſtatu religioſo ſpoliare, ad hoc enim ſufficit opinio probabilior.*
97 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
98 *Ponitur aliud argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
99 *Quando opiniones verſantur circa factum tenetur iudex ſequi opinionem probabiliorem, etiam in matrimonio carnali, illud nullum declarando.*
100 *Ponitur argumentum in cõtrarium & ſolvitur.*
101 *Ponitur reſolutio conſulti.*
102 *Ad rem antiquiſſimam probandam in materia puritatis ſufficit communis fama, & populi reputatio, ſi ſit adminiculata certis circunſtantiis, quæ ibi referuntur.*
103 *Quando datur incertitudo ex parte patris, an filius ſit naturalis, vel ſpurius, potius præſumendus eſt naturalis, quam ſpurius.*
104 *Ponitur argumentum in contrarium.*
105 *Ponitur illius ſolutio.*
106 *In pari dubio favendum eſt reo, non tamen in opinione probabili.*
107 *Fama antiqua, & adminiculata cum teſtibus ex auditu, & aliis præſumptionibus ſupra relatis facit rem non ſolum probabiliorem, ſed certam moraliter.*
108 *Religioſus poteſt deiici à profeſſione quam poſſidet ex probabiliore opinione, vel ſaltem cum probatione certa moraliter.*
109 *Ponitur reſolutio totius conſulti.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 IN noſtra Prouincia Luſitaniæ datur quoddam ſtatutum, quod nullus admittatur ad profeſſionem religioſam, niſi cum proteſtatione, quod religio non intendit ei dare profeſſionem, ſi ſit maculatus ſanguine Hebræorum in quocumque gradu, & quod ex tunc declarat profeſſionem nullam, ſi fortè aliquando conſtiterit prædictum profitentem habere dictum ſanguinem maculatum? Accidit autem, quod cum hæc
2 proteſtatio facta fuerit cuidam nouitio profitenti, & informationes etiam factæ fuerint, & talis macula non fuerit inuenta, ei dederunt profeſſionem; poſteà tamen occaſione alterius informationis, quæ facta fuit ab alio Religioſo calidiori, pro alio nouitio conſobrino iſtius religioſi, inuentum eſt ipſos eſſe ex ſanguine maculato. Et cum exactiſſimæ informationes iterum de mandato definitorij factæ fuerint tandem inuentum eſt magnam partem populi dicere ipſos eſſe ex ſanguine Hebræorum.

Dicebant enim, illam familiam proceſſiſſe à quadam fœmina, quæ cum prius fuiſſet ancilla cuiuſdam Clerici, poſteà fuit ancilla cuiuſdam medici Hebræi, & quod in eius domo concepit & peperit quandam filiam, quæ ſemper habita fuit pro filia medici Hebræi, & quod ab hac filia medici procedebat illa familia, & quod id ſemper conſtanter audierint à ſuis maioribus. Dicebant etiam quod illa medici Hebræi concubitu ad occultandum defectum ſanguinis in dicta prole ei impoſuiſſe cognomen Clerici, in cuius, domo primò ſtetit, & cuius prius fuerat concubina, reuera tamen, quod illa non erat filia Clerici, ſed medici Hebræi. Dicebant etiam, quod dictus medicus dictam puellam domi ſuæ natam, vt filiam ſemper reputauerit, & in domo ſua, vt filiam educauerit & quod ei totas ſuas diuitias, quæ multæ erant, reliquerit, poſt mortem.

Alia vero æqualis pars populi planè confitebatur prædictam antiquiſſimam famam, dicebant tamen eſſe falſam, quia illa familia non à medico Hebræo, ſed à dicto Clerico procedebat, cuius primo fuerat ancilla eius mater, & quod iam grauidata exierit è domo illius ad ſeruiendum dicto medico Hebræo, in cuius domo peperit, & adeò illæ natæ non poſuerit cognomen medici Hebræi, ſed Clerici, quod cognomen talis familia ſemper conſeruauit, & quod licet medicus dictam puellam natam in domo ſua educauerit, & totas diuitias ſuas ei reliquerit, non id ideò fecit, quia illa eius filia eſſet, ſed propter affectionem, quam erga illam habuit, & quia illius mater, poſtquam exiuit è domo Clerici, & peperit dictam filiam, fuit etiam illius concubina, quibus viſis à diffinitorio.

Quæſitum fuit à me, an talis Religioſus reputandus eſſet ex ſanguine maculato medici. & vt talis rejiciendus à religione, vtpote non profeſſus, an vero reputandus eſſet ex ſanguine puro Clerici, & vt talis retinendus in religione?

RESPONSIO AVTHORIS.

FAteor hunc caſum grauiſſimum eſſe, & me potius velle ab aliis reſolutionem audire, quam illam dare, verum quia obedientia me cogit, dicam quidquid mea inſufficientia attigerit.

Proponuntur aliqua præponenda ad faciliorem noſtri caſus reſolutionem.

IN primis ſuppono puritatem ſanguinis plenè a
& concludenter probari per famam, & communem reputationem. Et ratio eſt, quia fama plenè probat in his, quæ ſunt difficillimæ probationis; ſed puritas ſanguinis difficilis eſt probationis, ergo poterit per famam plenè probari. Maiorem b
tenent Decius, Marſilius, Iulius Clarus, Maſcardus, Bartolus, Menochius, Surdus, Farinacius.

Azeued.

4 Azeuetus, Norboña, & alij, quos refert, & ſe-
quitur Eſcobar de Carro, *de puritate*, *p.* 1. *q.* 10.
§. 2. *num.* 2.

Ratio autem eſt quia in informationibus pu-
ritatis ex ſtatutis præcipue quæritur circa proprie-
5 tatem, & poſſeſſionem prætenſoris. & ſui ge-
neris; ſed poſſeſſio, & proprietas cuiuſque rei
6 per famam concludenter probatur; ergo & pu-
ritas. Minor quoad proprietatem patet. ex plu-
ribus adductis à Tiraquello, Ay.n Craueta, Pa-
laez, quos refert. & ſequitur Eſcobar del Cor-
ro, *ſuprà*, *num.* 4 Quod vero ad poſſeſſionem pro-
bant communiter Doctores, *in cap. veniens* 10.
de teſtibus, *& in cap. quod ſi nouale* 21. *de verbo ſi-
gnif.* & tenet Petra, *de Fideicommiſſ. quæſt.* 13. *nu-
mero* 138 Maſcardus, *concluſione* 54. *num.* 23. Me-
noch. *de recuper. remed.* 15. *n* 41. Craueta, *concluſ.*
34. *num.* 11. & cum Palaez, Farinacio, Eſcobar,
ſuprà, *n.* 3.

Confirmatur primo, quia maior, & fortior pro-
batio eſt, quæ ex fama prouenit, quam ex audi-
7 tu; ſed auditus in materia puritatis ſufficit ad ple-
8 nam probationem, ergo ex maiori ratione ſuffi-
ciet fama, & communis reputatio. Maior patet.
Quia certior, & indubitabilior probatio eſt, quæ
à pluribus prouenit, quam à paucis, vt patet *ex
cap. licet ex quadam*, *& cap. in noſtra* 32. *eodem
cap. licet cauſam* 9. *de probat.* Seraphin. *deciſio-
ne* 148. 2. *num.* 1. *&* 3. Sed fama, eſt aſſertio plu-
9 rium, & totius populi, Auditus vero ſufficit, ſi
proueniat à duobus, vel tribus; ergo probatio
10 per famam, firmior auditu eſt. Minor vero, ſci-
licet, quod teſtes de auditu plene probent ma-
culam, præcipue ſi teſtes ſint exceptione maio-
res, & dicant ſic audiuiſſe à duobus, vel tribus
fide dignis maioribus ſuis, & quod ita intellexe-
runt, & crediderunt, tenet cum multis Eſcobar
del Corro. *de puritate*, *p.* 1. *q.* 9. §. 4 *per totum*;
ergo puritas, vel impuritas ſanguinis per famam
plene probatur.

11 Confirmatur 2. Quia paria ſunt eſſe talem, &
haberi pro tali vt tenet Baldus, Innocentius, &
alij, quos refert Barboſa, *axioma.* 174. *num.* 12.
Sed per famam, & communem reputationem
apparet qualiter quis reputetur. & ſic habitus
circa ſui generis qualitates, ergo nulla maior pro-
batio puritatis, vel impuritatis eſſe poteſt, quam
12 publica vox, & fama. Illorum enim æquipara-
torum, eadem eſt ratio. & debent eſſet eidem ef-
fectus; *l. gallus* 29. §. *& quid ſi tantum*, *de lib. &
poſthum.* & tenet Cephalus, Paris Gratus, &
alij, quos refert, & ſequitur Barboſa, *axioma.*
num. 1. Eſcobar. *part.* 1. *de puritate*, *quæſt.* 10. §. 2.
num. 9.

13 Confirmatur 3. Quia in antiquis fama pleniſ-
ſimè probat, vt tenent communiter Doctores;
ſed hic agitur de probanda puritate ab antiquiſſi-
mis maioribus proueniente; ergo fama pleniſ-
ſime probat prædictam qualitatem. Maior con-
ſtat, ex his quæ notant Doctores, *in l. admo-
nendi*, maxime Iaſon, *num* 141. & Corraſ. 3. *p.
num.* 83. *de iureiurand. & in cap. veniens de teſti-
bus*, Craneta, Auendaño. Alciatus, Maſcardus,
Valaſeus, Thuſcus, Gutierres, & alij multi, quos
refert, & ſequitur Eſcobar, *ſuprà n* 11. Azeuedo,
in l. 22. *num* 3. *tit.* 6 *lib.* 1. *& in rubr n.* 162. *tit.* 2.
14 *lib* 6. *recop.* Vbi ait, quod aliquem priori a na-
tione Iudaica ex ſola fama. & communi reputatio-

reprobatur, quod etiam firmat H.jeda, Zeballos,
Caſtro, & alij innumeri, quos refert, & ſequitur
Eſcobar. *ſuprà. n.* 21. Ergo in antiquis fama pro
plena habetur probatione.

Secundo ſuppono, quod vt fama plene probat
maculam, vel puritatem, debet eſſe antiqua, &
non recens; recens enim non habet pro ſe ſta- 15
bilitatis, & conſtantiæ præſumptionem, qua
deficiente, poteſt eſſe vera, poteſt eſſe falſa, 16
& cum probatio. quæ deficere, & adeſſe poteſt
ſi iure nulla, *l. natales* 10. *C. de probat. cap.* 2. *de
tranſlat. Prælator.* ideo fama recens non idoneam 17
facit probationem, vt recte ait Eſcobar, *de pu-
ritate*, *p.* 1. *q.* 1. 9. 2. *num.* 11. At ſi fama eſt anti-
qua, & conſtans, nec in aliquo labefactata, velut
vera amplectitur, *ex textu in cap. de parentela*, §.
35. *q.* 6. Maſcardus, *de probationibus*, *concluſione* 18
738. *n.* 10. Valenzuela, *conſil.* 91. *num.* 191. & cum
Farinacio, Garcia, & aliis Eſcobar, *ſuprà*, *q* 2. §. 2.
num. 5.

Et ratio eſt, quia perſeuerantia conſtans per
plurimos annos eius veritatem arguit, & ideo 19
fama antiqua, ſi adhuc durat vera, ſin vero, fal-
ſa, citò opprimitur, ex D. Hieronymo ad Mar-
cellum, vbi inquit, Falſus rumor cito opprimi- 20
tur; & vita poſterior iudicat de priori, ſi anno
præterito fama mentita eſt, aut certe verum di-
xit, ceſſit & vitium, ceſſauit, & rumor. Cuius
ratio eſt, quia tempus facit creſcere veritatem, &
ſubmergit mendacium, vt recte dixerunt Tacit. 21
lib. 2. *hiſtoria*, & Liui. *lib.* 2. *decad.* 3. Ergo fa-
ma, quæ diu firmiter atque conſtanter perſiſtit,
habet pro ſe iuris, & veritatis præſumptionem,
vt optime ait Cuiacius, *lib.* 3 *obſeruat.* 16. & ex 22
aliis docet Menochius, *de præſumptionibus*, *q.* 18.
num. 15. Ergo fama in antiquis plena, & vera pro-
batio eſt.

Si tamen quæras, quod tempus requiratur, vt
fama dicatur antiqua, & non recens; Reſpondeo 23
ſufficere quod habeat centum annos, vt patet ex
l. An vſusfructus 56. *de vſufructu*, *l fin. C. de ſa-
croſanctis Eccleſiis*, & tenet cum Iaſon Padilla,
Couarruuias, Graſſio, Tiraquello, Menochio,
Auendaño, Farinacio, & aliis multis Eſcobar,
ſuprà, 9. 2. *num.* 15. Reſpectu vero teſtium ſuf-
ficiunt ſexaginta anni, vt docet Farinacius, Bur-
ſatus, Rota. Veralus, & alij. quos refert, &
ſequitur Eſcobar del Corro, *ibi*, *numero decimo
octauo.*

Tertio ſuppono, quod vt fama plene probet, 24
debet aliquibus veſtiri circumſtantiis. Prima de-
bet eſſe antiqua; Nam ſi recens eſt poſt incep-
tam prætenſionem, aut litem, aut paulo antea
nulla eſt, *ex cap licet ex quadam* 47. *de teſtibus*, 25
& probat cum Petra. Maſcardo, Valenzuela,
Menochio, & aliis Eſcobar, *de puritate*, *part.
prima*, *quæſtione nona*, § *decimo*, *numero ſecun-
do.* Secunda debet inſpici origo ipſius famæ.
Nam vt fides ei detur, debet à bona origine ini- 26
tium ſumere, nam fama ſine cauſa, potius va-
nus rumor dicitur, qui attendi non debet. ſe-
cundum textum, *in l. ſi priuatus* 17. *qui & quibus*,
l. Decurionum 12. *Cod. pœnis*, *cap.* 2. *de elect.* & 27
cum Valenzeula. Simancas, Barboſa. Eſcobar, *de
puritate*, *part. prima. quæſtione* 10. §. 4. *num* 9 Vn-
de debet prouenire à rationabili cauſa, ſeu conie- 10
ctura veroſimili.

Hinc fit quod fama orta ab inimicis præten- 28

28 ſoris, ſeu alicuius ex ſua familia nihil probat; &
idem dicendum eſt, ſi à prætenſore, vel ab eius
conſanguineis, amiciſve ſpargatur vox, ſeu cau-
ſa, qua purgare intendunt labem iam diu con-
tractam, ſeu præſumptam, aſſignando aliquam
29 bonam originem, ſeu æquiuocationem, quæ
aliud ſuadeat, nam tunc fama nec fidem mere-
tur, nec eſt attendenda, *ex textu in l. nullus* 10.
de teſtibus. l. in omnibus 10. *C. eodem, cap de cæ-
tero* 14. *extra illo tit.* & ex Zephato, *conſilio.* 225.
& ex Baldo, *in l. miles*, *§. mulier per illum tex-
tum ad l. Iuliam*, *de adulter.* Maſcardus, *concluſ.*
118. *num.* 8. & cum Farinacio Eſcobar, *de purita-
te, part.* 1. *q.* 10. *§.* 4. *num.* 1. *&* *quæſt.* 9. *§.* 4. *num.* 71.
30 Nun tenentur tamen teſtes exprimere originem,
nec authores famæ, quando res antiqua eſt, ſed
ſufficit ſi dicant, quod ſi publice audierunt, vt
31 cum Baldo, Garcia, Caſſiodoro, Farinacio, & aliis
probat Eſcobar, *ibi. n.* 21.

32 Cuius Ratio eſt, quia præſumitur in antiquis
cauſam iuſtam præceſſiſſe, ex qua orta fuit fama,
vel auditus, vt probatur *ex cap. illa autem* 11.
diſt. 12. Quoties enim effectus apparet, præſu-
mitur cauſam præceſſiſſe ad eius productionem, *l.
cum in rem verſu* 6. *de vſuris, l. filius* 10. *C de re-
33 tention. hæreditat* & cum multis probat Eſcobar,
in additionibus ad primam partem, num. 51. *omnino
videndus* Tertio teſtes de puritate non debent
eſſe inimici, nec æmuli prætenſoris, & debent di-
cere, quod credunt id, quod fama dicit exiſte-
34 re verum. Debent etiam teſtes dicere, ita audi-
uiſſe à maiori parte Ciuitatis, vel ad minus de-
bent dicere, ſic audiuiſſe, à duobus, vel tribus
35 perſonis nominatis fide dignis; & publice ab
aliis, ſufficit etiam ſi dicant, ſic audiviſſe à ſuis
36 maioribus vſque nunc, & antea ab omnibus ac-
cepiſſe, vt cum multis probat Eſcobar, *ſuprà n.* 2.
37 quibus circunſtantiis fama antiqua veſtita ple-
nam facit probationem, vt *ſupra* diximus.

38 Quarto ſuppono quod licet realiter circa ean-
dem rem, & in eodem loco, non poſſint dari
duæ contrariæ famæ, quæ vere tales dici va-
39 leant, benè tamen dari poſſunt per accidens. Ita
cum Aretino, Fulúio, Paciano, Menochio, & aliis
Eſcobar à Corto. *de puritate* 1. *p. quæſt.* 10. *§.* 16.
n. 11. Vbi concordat contrarias ſententias, vnam
aſſerentem talem famam non poſſe dari in eodem
40 tempore. & loco, & aliam affirmantem contrá.
Nam vna opinio loquitur vere, & realiter, &
alia apparenter, & per accidens; quod autem per
accidens dari poſſint, patet. Quia optime acci-
dere poteſt, quod in una cauſa duæ famæ con-
trariæ maneant probatæ, per tot teſtes, & ratio-
nes, ita vt diverſæ videantur. Quod autem non
poſſint in re dari tales famæ contrariæ, quæ ve-
ræ tales dici poſſint patet; quia fama eſt opinio,
ſeu traditio quædam recepta, velut vera in ma-
iori oppidi parte, vt ex Baldo. & aliis probat.
Maſcardus, *de probationibus concluſione* 749. *n.* 2.
Sed non poſſunt dari duæ maiores partes ſimul
in vno, eodemque populo, ergo duæ famæ con-
trariæ eiuſdem rei realiter ſimul extare non poſ-
ſunt. Poſſunt tamen dari realiter ſimul in eo-
dem populo duo rumores contrarij, quia ad ru-
morem, nec cauſa veroſimilis, nec maior pars
41 populi requiritur. Imo rumoris proprium eſt, eſſe
vanum, ſine ratione. & ſine fide, variumque in
populo, ſuum ortum trahat à variis, & contra-
riis hominum credulitatibus, vt cum multis

probat Eſcobar del Corto, *ſuprà, numero vigeſi-
mo quarto.*

Quinto ſuppono. Quod ſi agatur de puritate,
ſeu macula probanda per famam, & communem
reputationem, provt maxime fit. Non eſt ne- 42
ceſſe, quod fama ita inconcuſſe, & conſtanter
probetur, vt à nemine contrarietur; ſiquidem
raro teſtes de macula vniformiter deponunt, vt
notat Eſcobar, *part.* 1. *q.* 9. *§.* 2. *num.* 19. Vnde ſi
duæ famæ appareant contrariæ, vna prior, po- 43
ſterior altera, in cauſa puritatis, in qua de re
antiqua agitur, præferri debet prior, quæ pro-
pinquior eſt origini puritatis, aut maculæ, dum-
modo ſuo tempore recepta fuerit, & pro vera à
maioribus habita, nec poſtea comperta ſit cau-
ſa deceptionis, & erroris, vt latè cum aliis pro-
bat Eſcobar, *ibi, n.* 23. Deinde præſtantior eſt fi-
des adhibenda teſtibus diſtinguentibus coniun-
ctiones, qualitates, & cognomina aſcendentium, 44
& maiorum prætenſoris, quam mille aliis teſti-
bus contradicentibus, vt cum multis Eſcobar, *ibi,
num.* 27. Tandem teſtibus affirmantibus plus
creditur, quam aliis pluribus negantibus, vt cum
multis ibi probat Eſcobar. *ſuprà. n.* 33.

Deinde teſtes maculam affirmantes, etſi pau-
ciores ſint præferendi ſunt pluribus puritatem af- 45
firmantibus; Et ratio eſt quia teſtes opinionem
maculæ firmantes teſtantur de re magis ſpeciali,
& propinquiori memoriæ hominum. Nam puri-
tas provenit à longiori facto ſimpræ fidei Catho-
licæ ſemper, & intrepide obſeruatæ à maioribus
omnibus abſque eo, quod memoria ſit eius, qui
primo eam fuit amplexus. Macula vero proxime
orta eſt ab alio factu propinquiori memoriæ ho-
minum, & certiori, nempe à crimine contra fi-
dem à maioribus commiſſo, vel à contraria le-
ge noſtræ fidei obſeruata, quæ omnia, & ſi anti-
qua, non tamen ita ſunt longinqua, vt exce-
dant hodie metam centum, & quadraginta anno-
rum, à quo tempore Iudæi fuerunt ab Hiſpania
expulſi, & in Luſitaniam introducti; ergo cum te-
ſtes deponentes de macula maiori ratione, & ve-
roſimilitudine moniti ſint, eis potius danda eſt fi-
des, quam multis aliis puritatem firmantibus. Ita
cum Bartolo, Tepato, Lara, & aliis Eſcobar, *p.* 1.
de puritate, quæſtione 9. 9. 3. *numero* 37. omnino
videndus.

Sed quid ſi vtrorumque rationes eandem ha-
beant vim, & alias teſtes deponentes de purita-
te plures ſint, quam deponentes de macula? 46
Reſpondeo quod ſi omnes teſtes, tam plures,
quam pauciores omnes loquuntur de fama, &
communi reputatione, ſeu auditu maiorum, &
pauciores per ſe plene, & cum debitis requiſitis
famam, ſiue auditum probent, reddendo ſufpi-
cientem rationem cæteris non inferiorem, ſed
ſaltem æqualem, præferri pluribus debent. Tum
quia macula per eos ſufficienter probata manet ad
excludendum prætenſorem ex mente ſtatutorum
puritatis. Tum quia aſſertio plurium non con-
uincit, quod pauciores non audierint maculam,
& ſuo tempore viderint de ea eſſe communem
reputationem. nec quod poſitiue & vere genus
prætenſoris maculatum non maneat, cum extan-
te macula. & veritate à paucioribus aſſerta, poſſit
eſſe, quod aliquando cæteri contrarium audierint, 47
quorum dicta non tollunt veritatem aliorum, quæ
ab illis ignorari potuit. Tum quia ex pauco-
rum teſtium numero, ſaltem ſeptem, genus
prætenſo

prætenſoris maculatam apparet, in parte oppidi
conſiderabili, quod ſufficit, vt ſtatutorum pro-
hibitioni locus ſit. Tum quia pauciores teſtes,
qui maculam aſſerunt, ſpecialius loquuntur, quam
puritatem affirmantes, & debent præferri ex eis,
quæ *ſuprà* diximus.
48 Tum quia ſtatuta puritatis duo copulatiue ex-
preſſe requirunt, circa illam qualitatem proban-
dam. Primum quod prætenſor non deſcendat à
Iudæis. Secundum quod non ſit in ciuitate, vel
oppido ſuæ originis vt talis habitus; & quoad no-
49 ſtrates patet ex noſtra conſtitutione, *1.p.cap.2.*
num. 21. Vbi lex ait, quod teſtes circa puritatem
interrogentur de infamia, & de notorietate, aut
publicitate. Ex quibus colligitur, quod lex non
ſolum poſtulat, quod vera deſcendentia maculata
excludatur, ſed multo magis putatiua, vt patet ex
illis verbis noſtræ legis *ſuprà n* 10 Si aliqua præ-
ceſſit infamia. & latius cum Abbate, Butr. Cra-
ueta. & aliis docet Eſcobar. *lib.* 2. *de puritate*, *q.* 9.
50 *§.* 3. *num.* 81.
Et huius ratio eſt, quia idem eſt eſſe talem, &
communiter haberi, & reputari pro tali, vt pro-
bant Perezius de Lata, *cap* 4 *num.* 100. Valenzue-
la, *conſilio* 90. *num* 193. Decius, *conſilio* 5. *nu n.* 32.
lib. 1. Thuſcus, *literu P, concluſione* 83. *n.* 22. *tom* 6.
Barboſa, *axiom.* 174. *num.* 12. Tum quia cum præ-
dicta duo in ſtatutis æquiparentur, idem ius in
vno, ac in alio eſt ſeruandum, *in textu in l. iam*
hoc iure de vulg. & *in l. quamuis* 4. *Cod. de impuber.*
Romanus *conſilio* 308 *num.* 4. Valenzuela, *conſil.* 83.
num. 138. Ergo quælibet maculata reputatio in po-
pulo, ſeu in parte eius conſiderabili, vt eſt in ſep-
tem. vel octo teſtibus, nocere debet, maxime ſi
iuncta fuerit cum ſufficienti ratione, vt *ſuprà* di-
ximus, & tenet cum Oſuald. & aliis Eſcobar del
51 Corro, *ſuprà n.* 79.
Nec obſtat ſi dicas quod in dubio debet iudex
iudicare pro puritate prætenſoris, cuius honor
faciendus eſt, teſtes enim deponentes circa bo-
nam famam præferendi ſunt aliis contrarium aſ-
ſerentibus, etiamſi pauciores numero exiſtant,
vt cum multis probat Farinacius, *tomo* 1. *q.* 47 *n.*
182. Cum teſtibus enim de bona famâ, & puri-
tate concurrit iuris præſumptio, quæ omnino præ-
ferri debet *ex cap. fin. de præſumptionibus cap.* 1.
Fulgoſ. *in l.* 3. *num* 3 *de probat.* Baldus, *in l. cum*
quam, *n.* 8. *C. de fideicommiſ.* Non obſtat inquam
Reſpondeo namque cum Eſcobar, *p.* 1. *de purita-*
te. q. 9. *§.* 3. *n.* 96. Quod licet in dubio prætenſor
fauendus ſit, dum ex cauſis, rationibus, & veri-
ſimilitudinibus dubius pro vtraque parte manet
iudex in exquirendo, cum macula vere exiſtat, aut
52 ſufficiens ſit eius diffamatio, vt bene ibi proba-
tur. Dum vero ſeptem aut plures teſtes probi, &
fide digni cum ratione, & aliis requiſitis paulo
inferius referendi, maculam aſſerunt, non eſt du-
bium, ſaltem in hoc quod prætenſor apud illos
graues & probos viros, & apud cæteros quos no-
minant maculatus exiſtat, qui efficiunt magnam
populi partem ſufficientem, vt in ea verificetur
& locum habeat ſtatutorum populi prohibi-
tio, quæ quoad hoc ſolum poſtulant infamiam;
& idem maiori ratione dicendum, eſt, quan-
do manet pro vtraque parte par teſtium nu-
53 merus, & ratio, quia ſi teſtes maculam firman-
tes per ſe famam probent, & probabunt ma-
culatum ſine dubio, vt ex præcedentibus pa-

tet, nec maiori indiget probatione. Ita Eſcobar,
ſuprà, *n.* 97.
Debent tamen hæc requiſita concurrere; primum
quod teſtes ſint ſaltem ſeptem. Secundo, quod de-
poſuerint in originis loco, in quo originarij fue- 54
runt maiores, de quorum agitur deſcendentia, &
puritate. Tertio, quod teſtes pauciores, qui ma- 55
culam aſſerunt, ſint fide digni integri, & omni
exceptione maiores. Quarto, quod loquantur de 56
fama, ſeu auditu antiquorum, non enim debent
loqui de nouo auditu, nec de fama recenti.
Quinto, quod aſſerunt rationes, & cauſas veriſi-
miles, & ſufficientes ad mouendum animos iudi- 57
cum ad ſic credendum, Sexto, quod rationes con-
trariorum teſtium non ſint talis naturæ, vt euel- 58
lant, & omnino deſtruant rationes illorum, qui
maculam aſtruunt. 59
Sexto ſuppono, quod ſi incertitudo qualita-
tum ex parentum proueniat incertitudine, nec ſit 60
maior ratio cur Ioannes, v. g ſit filius Petri, quam
Franciſci, tunc videndum eſt, an Petrus, & Fran-
ciſcus ambo ſint puri in ſanguine, necne. Et ſi
vnus ſit ſanguinis puri, & alius ſanguinis impu-
ri, & maculati, nec plus pro vno, quam pro alio
probatum appaiet, tunc prætenſor velut incertæ
qualitatis admitti non debet, vbi ſunt puritatis
ſtatuta. Tum quia ex diuerſis duorum qualitati-
bus, certum quid colligi non valet, *l. Papianus*
20. *de inoffic. l. final. de calumniat.* Stephanus
Gratianus, *Marchia*, *deciſ.* 32. *n.* 8 & *deciſione* 42. 61
n. 10. Valenzuela, *conſil.* 1. *n.* 79. & *conſil.* 5. *num.*
6. & *conſil* 67. *numero* 32. Nam quia vnum ex-
tremum inhabile totum medium corrumpit, *l. ne-*
ceſſario in principio, *l. bonorum* 24. *§. an autem.*
Tum quia expoſiti reiiciuntur, vbi dantur ſtatu- 62
ta puritatis, eo ſolum, quia in parentibus poteſt
abeſſe macula. ſed hic interuenit certa macula
in vno ex parentibus; ergo vt certior, & pro-
pinquior magis tuenda eſt, vt cum multis pro-
bat Eſcobar, *part.* 1. *de puritate*, *quæſt.* 8. *§.* 3.
numero 63. Vnde optime concludit Sairus in
theſauro libro 6. *cap.* 10. Et cum Seraphino, 63
Eſcobar, *ſuprà numero* 43. Quod ex parentum in-
certitudine oritur ſuſpicio eorum infamiæ; ſem-
per enim interpretatio facienda aduerſus eum,
qui ſe fundat in probatione dubia, *ex textu in* 64
l. veteribus 39 *de pactis*, *C. quidquid* 99. *de ver-*
bor. etiam in materia fauorabili, vt cum Decio,
Surdo, Craueta, Petra, & aliis probat Eſcobar,
part. 1. *de puritate*, *quæſtione nona*, *§. decimo nu-*
mero 4 & 5.
Septimo ſuppono. Quod dum quis peculia-
re cognomen alicuius generis, & familiæ fert, 65
præſumitur illius eſſe familiæ, & generis vt pa-
tet. ex *l. vxorem p agnantem* 29. ibi. *nomine pa-*
tris vocetur de manum. teſtam. l. cum præſump. 9.
ibi nomini cognomen quo liberi tantum nuncupan-
tur adiecerit, *C. de liber. cauſa*, *l.* 231. Et in ter-
minis docuerunt Bartolus, *in rubr. num.* 4. *fol. ma-*
trim. vbi etiam Petrus Barboſa, 1. *p. n.* 28. Idem
Bartolus, *in l.* 1. *num.* 19. *ad municip.* & cum Fe-
lin. Gregor. Decio, Cabedo, & aliis Eſcobar,
part. 1. *de puritate*, *quæſtione decima ſextu*, *§. ſecun-*
do, *n.* 28.
Excipe eos, qui potius appetunt filios eſſe
ſpurios, quam naturales, cauſa fugiendi macu- 66
lam. Nam hi audiendi non ſunt, niſi eui-
dentiſſimis nitantur probationibus, vt optimè

probat Eſcobar, *de puritate.p.1.q.16.§. 4. num.* 28.
Et ratio eſt. Tum quia deſcendentes ex Hebræis
67 plerunque mutant cognomina, & aliena ſumunt,
vt maculam ſanguinis elidant, vt bene aduertit
Eſcobar, *de puritate, p. 1. q. 6. §. 3. n.* 40 Tum
68 quia quando non conſtat, An filius ſit ſpurius,
vel naturalis potius præſumitur naturalis, quam
ſpurius, vt cum Boſio, Matienco, Gratiano, Maſ-
cardo, Gutierrez, Sanchea, docet Eſcobar, *de pu-
ritate. p.* 1. *q.* 16. §. 4. *n.* 27. Et ad probandum
quod filius ſit naturalis ſufficit, quod concubina
69 ſit domi retenta, vt cum Antonio Gomes, Auen-
daño, notat Sanchea, *lib. 4. conſiliorum, cap.* 3.
dub. 1. *n.* 4. Vnde matri dicenti filium eſſe ſpu-
70 rium, & non naturalem, non eſt credendum, ſi
filius natus eſt in domo illius, cuius poteſt dici fi-
lius naturalis, & non ſpurius; & ratio eſt, quia
matris aſſertio non poteſt nocere filio, cui me-
71 lius eſt eſſe naturalem, quam ſpurium, ſicut aſſer-
tio matris dicentis filium non eſſe ex marito, non
præiudicat filio, ſi natus eſt in domo mariti, vt te-
net cum multis Menoch. *lib.6.præſumpt.53.n.6.& 7.*
72 Octauo ſuppono, quod filius natus in domo
v.g. Petri, ſi non conſtat certo de alio parte, præ-
73 ſumitur illius, in cuius domo natus eſt. Ita cum
Decio, Coroeo, Alexandro, Alciato, Socino, &
aliis communiter Menochius, *de præſumptionibus,*
lib.6. præſumptione 53. *n.* 19. Vbi etiam cum aliis
74 ait, filium præſumi procreatum ab eo, qui ad libi-
tum ſuam mulierem tenebat, quæ certiora ſunt,
ſi talis mulier dum in domo alterius concubinarij
erat numquam pepetit, nec concepit, nam tunc
75 ſi cum alio homine habitauit, & illius concubina
fuit, & ſtatim concepit, & peperit, non illius cu-
ius prius concubina fuit, ſed iſtius ſecundi præſu-
mitur filius conceptus & natus, vt bene cum Are-
tino, Felino, & aliis, etiam reſpectu proprij ma-
riti, notat Menochius, *ſuprà. n.*19. Quæ veriora
76 ſunt, ſi ille in cuius domo eſt dicta concubina, fi-
lium natum alimentat, & domo retinet, & mul-
to magis, ſi hæredem inſtituit. Nam hæc omnia,
niſi veris filiis raro fiunt, & quæ magis filiis con-
77 ueniunt quam aliis, veram filiationem inducunt;
vt cum Alexandro, Socin, Rolando, Gratian.
78 docet Eſcobar, *part.1 de puritate, q.6.§.4.n.* 30. &
cum aliis Menochius, *de præſumptionibus, lib.6. præ-
ſumptione* 53 *n.* 33.
79 Nono. ſuppono. Quod is qui eſt in puritatis
quaſi poſſeſſione actuali, vt ſi ſit Religioſus in
religione, vbi dantur puritatis ſtatuta, ipſa actua-
lis poſſeſſio ſtatus requirit veras probationes, &
reiicit Præuiligiarias, & præſumptas, vt ſunt
80 probatio ex ſolo auditu, *l. ſiue poſſidetis* 16. *C.
de probationibus.* Tum quia ſicut poſſeſſio ipſa
certa eſt, ita per veras, & certas probationes tol-
81 li debet; Probatio autem auditus incerta eſt;
Tum quia poſſeſſio eſt cauſa, vt præſumatur ve-
rum dominium, & puritas ſanguinis, *ex l. fin. C.
de rei vendic.* vt ex Abbate, Ripa, & alios tradit
82 Gracia, *de nobilitate gloſſa* 18. §. 1. *n.*10. & cum
Alciato, Craueta, Valenzuela, & aliis probat Eſco-
bar, *de puritate, p.9 §.4 num.*57. Vnde quando
agitur de ſpoliando admiſſo, v g. ad profeſſio-
nem, quam actu vere poſſidet, requiruntur ple-
niores probationes, *ex textu in cap. ſuper his* 16.
de accuſat, cum aliis adductis à Paterio de Lara,
83 *cap.4 num.* 56. Plus enim requiritur ad repellen-
dum iam admiſſum, quam ad non admittendum
ad habitum. Turpius enim reiicitur, quam non
admittitur hoſpes. Ad quemlibet enim non ad- 84
mittendum ſufficit vnus teſtis, & leuis ſuſpicio,
vt cum Nauarro notauit Rodriguez, *tom.1. q.* 14.
art. 3. Ad reiiciendum vero iam admiſſum ad 85
profeſſionem maior, & plenior requiritur defe-
ctuum probatio, quidquid in contrarium dicas 86
Pereains de Lara, *cap. 4.numero* 56. Et ratio eſt,
quia religioſus iam receptus ad profeſſionem ius 87
habet ad rem, ſed in re; ergo ad repulſam illius
maior requiritur probatio, quam ad repellendum 88
eum, qui adhuc nullum ius aſſecutus eſt, & fa-
cilius impeditur ius quærendum, quam tollitur ius
quæſitum, vt cum Alexandro, Thuſco, Barboſa, &
aliis notat Eſcobar, *de puritate, part.* 1. *quæſt.*6.
*§.1.n.5.& part.1.quæſt.7.à n.*135. vbi plura ad rem.
Ex quibus omnibus concludo, quod ſi prætenſ-
ſor conſtitutus fuerit in quaſi poſſeſſione purita- 89
tis ex obtenta profeſſione Religionis, vel officio
illam requirente. Tunc iudices dubio pro eius
puritate debent iudicare, *ex reg. textus, in l. in
pari.* 128. *de reg. iuris, & in cap. in pari* 65. *eodem
tit. in* 6. & cum Couarruuias, Adriano, Cordo-
ba, Soto, Vaſquio, Sairo, Bonacina, *tomo* 2. *d.* 1. 90
de reſtitutione, part.2.num. 5. Eſcobar, *de purita-
te, part.2. quæſt.* 9. § 4.*n* 21. Cuius Ratio eſt quia
quilibet debet in ſua poſſeſſione manuteneri, ni-
ſi ſit aperta & iuſta ratio in contrarium, *ex cap.
querelam* 24. *de electione. cap. conſultationibus* 19.
de iure patron. Maxime in dubiis, quæ condu-
cunt ad bonam, ſeu malam exiſtimationem per-
ſonarum, pro qua eſt præſomptio, & interpreta-
tio facienda, ad quod tenemur ex iuſtitiæ lege ſe-
cundum, D. Thomam, 1.2.*quæſt.*19. *art.*4. & cum
aliis Theologis Leſſius, *libro* 1. *de iuſtitia, cap.* 29.
*dub.4.n.*36. Ioannes Sanchez, *in ſelectis, d.*42.*n.*7.
*& d.*45.*n.*13.
Dixi quod iudices in dubio potius debent iu-
dicare poſſidentis puritatem. Nam ſi non ſolum
rem poſſidentis puritatem. Nam ſi non ſolum
detur dubium negatiuum, ſed poſitiuum, ratio- 91
ne opinionum oppoſitarum; ſi vtraque probabi-
lis ſit: Tunc multi dicunt poſſe iudicem ſequi quam
maluerit opinionem, & ſpoliare poſſidentem, ſi
contra ſe habet opinionem probabilem. Ita do-
cet Ioannes Sanctius, *in ſelectis, d.* 45. *num.*54 &
loquens de matrimonio carnali, quando dantur
duæ opiniones probabiles, vna quæ dicit matri-
monium fuiſſe nullum, altera fuiſſe validum *ea-
dem, diſp.*44. *num* 8. Thomas Sanchea, *lib.* 2. *de
matrim. d* 41. *n.*30. *& in Decalogum, lib.* 1. *cap.* 9.
num. 53. & cum aliis Bonacina, *tomo* 2. *tract. de
legibus d.* 1. *q.*4. *p.*9. *n.*5. *& n* 15. Eſcobar, *de purita-
te, p.*2. *q.*9. *§.*4. *n.*28.
Verum ego dico, quod cum hic non dentur 94
opiniones æquè probabiles ex parte iuris, ſiqui-
dem ex parte iuris ſupponimus certo dari legem
eſſe excludendum maculatum, etiamſi ſit in poſ-
ſeſſione; ſed ſolum ex parte facti, an prætenſor
ſit, vel non maculatus, ſi opiniones ſint æquè 93
probabiles, tenetur iudex fauere Reo, vt benè
aduertit Bonacina, *ſuprà, numero* 14. *verſu quod
diximus,* iuxta illud axioma, in pari cauſa potior eſt
conditio poſſidentis & cum ſunt partium iura ob- 94
ſcura. Deo potius fauendum eſt, quam actori, ita
etiam Clauis Regia, Aragonius, Filiucius quos ibi
refert, Bonacina, & cum aliis multis Trullenc. *lib.*8.
*Decalogi cap.*1. *dub.*6. *n.*8.

Quando

95 Quando verò opiniones ex parte facti non ſunt æquè probabiles, ſed vna eſt probabilior altera, quia ſcil. vna pars probauit ſuam cauſam teſtimoniis melioribus, & probabilioribus, iudex tenetur iudicare iuxta opinionem probabiliorem; quia ex parte illius pro quo ſtat opinio probabilior, adſunt maiora merita, Iudex autem debet vnicuique ſuum tribuere, iuxta merita. Ita Valentia, Clavis Regia, Salon, Sanchez, Reginaldus, Filliucius, quos refert, & ſequitur Bonacina, *de legibus d. 2 quæſt. 4. part. 9 num 14. verſu opinio*; vnde ſtando in hac ſententia, ſi
96 detur melior probatio prætenſorem haberet maculam, tunc iudex debet eum ſpoliare ſtatu religioſo, adhoc enim ſufficit opinio probabilior, vt diximus cum prædictis Doctoribus.

97 Nec obſtat ſi dicas talem eſſe in poſſeſſione ſtatus religioſi, & alias habet opinionem probabilem; ergo manutenendus eſt in religione, donec certo abſque opinione conſtet ipſum eſſe maculatum. Patet conſequentia, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, ergo à fortiori melior erit conditio poſſidentis cum opinione probabili, vt non eiiciatur à ſtatu quem poſſidet ob opinionem contrariam probabiliorem. Non obſtat inquam Reſpondetur namque, negando conſequentiam. Ad probationem reſpondetur cum Sanchez, *de matrimon. d. 42. num.* 30. quod illud axioma, melior eſt conditio poſſidentis, intelligi in dubio, at quando ſunt diverſæ opiniones circa aliquam rem, non tenetur iudex facere poſſidenti, quia tantùm in dubio melior eſt conditio poſſidentis; Iudex autem non eſt dubius, ſed probabiliter, vel probabilius opinatur, in rebus autem moralibus, iuxta communem ſententiam, ſatis eſt amplecti opinionem probabilem, ſi probabilitas verſetur circa ius, vel magis probabilem, quando probabilitas verſatur circa factum.

98 Nec obſtat ſi dicas, aliquos Doctores dicere, quod quando probabilitas verſatur circa factum, tenetur iudex ſequi opinionem minus probabilem fauentem reo, contra actorem, vt docet cum Salon, Villalobos, *tom. 1. diffic.* 15. *numero* 3. Trullenc. *lib.* 8. *Decalogi cap.* 1. *dub.* 6. *numer.* 6. *circa finem*, ſed prædictus religioſus in hoc caſu eſt reus; ergo ſemper fauendum eſt ei contra religionem, quæ eſt actor, & aggreſſor. Reſpondetur primo prædictam doctrinam intelligi, quando nullum nocumentum ſequitur accuſatori, vt aduertunt prædicti Doctores, vt notat Trullenc. *loco citato*; hic autem maximum nocumentum prouenit Religioni in fama; & in honore, & in eo quòd habent religioſum infamatum de ſanguine Hebræo. Secundo reſpondetur dictam ſententiam procedere in cauſis criminalibus, nos autem hic, non ſumus in caſu criminali, quod enim Petrus ſit deſcendens ex ſanguine Hebræorum, vel ex ſanguine puro, non eſt crimen.

Tertiò reſpondetur prædictam ſententiam procedere, quando ſolùm datur probabilitas remota circa factum, non vero quando datur etiam probabilitas proxima circa ipſum factum, hoc eſt, quando opinio non ſolum eſt, an Petrus ſit, vel non Hebræus, quæ eſt probabilitas remota circa factum, ſed quando datur etiam opinio probabilis dicens, quod quando dantur meliores probationes Petrum eſſe Hebræo ſanguine maculatum, & vt talem excludi à ſtatutis requirentibus puritatem pro ingreſſu alicuius religionis, nam tunc probabilitas non ſolum eſt remota circa factum, ſed etiam proxima, ſiquidem tales Doctores dicunt, ſtante tali probatione de macula, prætenſorem excludendum à religione vbi dantur ſtatuta puritatis, vt rectè cum Sanchez docuit Lugo, *de iuſtitia*, *d.* 36. *numer.* 101. *&* 102. ergo cum in hoc caſu ſint Doctores probabiliter affirmantes hic, & nunc, talem prætenſorem, eo quòd contra ſe habet fortiores probationes de macula, cenſendum eſſe Hebræum, & prohibitum recipi in religione habente ſtatuta puritatis, non obſtante opinione contraria, conſequens eſt, vt poſſit iudex formare iudicium proximum, & vltimum, quod dicat hic, & nunc, religionem habere ius contra poſſeſſorem, & debere illum excludere; atqui multi Doctores dicunt, quod quando dantur meliores probationes aliquem eſſe ſanguine maculatum, vt talem reputandum eſſe excluſum à ſtatutis requirentibus puritatem, etiamſi pro ſe habeat aliquas rationes in contrarium facientes opinionem minus probabilem, vt docet cum aliis Eſcobar, *de puritate*, *part.* 2. *quæſt.* 9. §. 4. *numer.* 28. ergo ſtando in hac opinione, optimè poteſt iudex ferre ſententiam contra dictum Religioſum cum habitu ſpoliando, & profeſſione, non obſtante ſua opinione probabili in contrarium.

Dices, ſi detur opinio ſingularis alicuius Do- 99
ctoris defendens valorem matrimonij carnalis, quæ verè ſit probabilis, præferenda eſt talis opinio communi opinioni dicenti matrimonium eſſe nullum, ergo idem dicendum eſt in profeſſione religioſa, valet enim argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, qualis eſt profeſſio religioſa, vt patet *ex cap. frequenter, §. porro, vt lite non conteſta, cap. inter corporalia. & cap. ſi de tranſlatione Epiſcopi. cap. cum inter Canonicus, de electis* cum multis probat Riccius, *in praxi aurea variarum reſolutionum, reſol.* 464. *numero* 1. Sed huiuſmodi Religioſus pro ſe habet opinionem probabilem, non eſſe maculatum; ergo per opinionem probabiliorem dicentem ipſum eſſe maculatum non eſt eiiciendus à poſſeſſione profeſſionis. Antecedens eſt certum, & illud cum multis tenet Sanchez *lib.* 1. *de matrimonio*, *diſt.* 18. *numero* 7. Ergo.

Reſpondetur, illam ſententiam Sanchez loqui quando datur opinio probabilis circa ius, vt patet ex illis verbis Sanchez, hinc patet opinionem ſingularem alicujus Doctoris matrimonium ſuſtinentis præferri plurium ſententiæ illud impugnantium, niſi textui apperto innitantur. Et ratio eſt, quia quando opinio verſatur circa ius, tenetur iudex ſequi cum ſequi opinionem quæ fauet cauſæ piæ, matrimonio, valori actus, & reo contra Fiſcum, vt conſtat *ex l. ſemper in dubiis. ff. de regulis iuris*, & tenet cum Siluio, Nauarro, Villalobos, Souſa, Sylueſtro, & aliis Trullenc *lib.* 8. *Decalogi*, *c.* 1. *n.* 3. At quando opiniones verſantur circa factum, ut in præſenti, tunc tenetur iudex ſequi opinionem probabiliorem, etiam in matrimonio, illud nullum declarando, vt cum Nauarro, Couarruuias,

Ledeſma docet Sanchez *lib. 5. de matrimonio d. 5. n. 4. & 5.* vbi ait ob coniecturas enim probabiles prudentis iudicis arbitrio concedunt hi Doctores facultatem alibi nubendi, & idem dicit loquendo de matrimonio Ioannes Sanchez *in ſelectis d. 44. num. 8.* & multi alij Doctores, qui dicunt, quod cum ſola probabilitate mortis viri, poteſt iudex concedere vxori, vt alteri nubat, quam ſententiam probabilem iudicat Sanchez *lib 2. de matrim. d. 46. n. 6.* ergo multo à fortiori id dicendum eſt in profeſſione religioſa, cuius vinculum non eſt tam indiſſolubile, vt matrimonimo carnale conſummatum per quod patet ad argumentum.

Dices, ſi coniuges habeant opinionem probabilem non dari impedimentum dirimens, & ſi
100 detur opinio probabilior de illius exiſtentia, poſſunt matrimonium vt validum iudicare, & licite poſſunt petere, & reddere, non obſtante, quod talis opinio non verſetur circa ius, ſed circa factum; ergo etiam iudex poterit ſequi opinionem probabilem, relicta probabiliori, etiam quando opinio non eſt circa ius, ſed circa factum, vt in præſenti. Antecedens tenet cum Ledeſma, Sanchez *lib. 2. de matrimonio d 44 num. 4. & d. 42. n. 9* Ochogavia *tract. 2. de matrimonio q. 12. num. 13.* Conſequentia recte infert; ergo. Reſpondetur cum Bonacina *de legibus d 2. quæſt. 4. p. 9. num 14* Lugo *de pæniten ia d 52. num. 40.* Admittendo antecedens, & negando conſequentiam, Et ratio diverſitatis eſt, quia iudex conſtitutus eſt à republica ad iudicandum inter partes, iuxta id, quod magis æquum eſt, & iuxta vnius cuiuſque merita, quam tamen obligationem non habent coniuges, ſed ſolum tenentur petere, & reddere ſine peccato. ad hoc autem ſufficit opinio probabilis, vt ait Sanchez *d 41. de matrimonio num. 3.* iuxta communem Doctorum ſententiam.

PONITVR RESOLVTIO AVTHORIS caſus propoſiti in hoc conſulto.

101 His ergo ſuppoſitis, & prænotatis, veniamus ad deciſionem noſtri caſus. Cui Reſpondi quod ſi ea quæ in narratiua illius dicuntur vera ſunt, talem religioſum reputandum eſſe ſanguine Iudæorum maculatum, & vt talem repellendum à religione, & eius profeſſionem, vt nullam declarandam.

102 Ratio fundamentalis eſt. Quia nos hic ſumus in re antiquiſſima excedente centum, & quadraginta annos, ad cuius plenam probationem ſufficit communis fama, & populi reputatio, ſi ſit adminiculata aliis certis coniecturis, veroſimilitudinibus, & præſumptionibus, ſed fama communis, & vox totius populi in oppido originario huius Religioſi, & ſuorum maiorum eſt, quod ille deſcendat à quodam medico Iudæo, & hoc fama adiuuatur omnibus adminiculis, & coniecturis, & veroſimilitudinibus, quas ſupra diximus requiri, vt famam faciat plenam probationem in materia puritatis; ergo talis religioſus iudicandus eſt impurus, & maculatus, & vt talis rejiciendus à ſtatu religioſo, & eius profeſſio, vt nulla declaranda.

Maior quo ad primam partem, ſcilicet quod ſimus in re antiquiſſima excedente centum, & quadraginta annos, eſt certa. & aſſeritur ab omnibus, & non negatur ab ipſo Religioſo. Quoad ſecundam vero partem, ſcilicet quod ad probandam rem antiquiſſimam in materia puritatis ſufficit fama cum certis conjecturis, & veroſimilitudinibus, patet ex primo, ſecundo, & tertio 103
prænotando. Minor vero patet; Quia hic datur fama totius populi in re antiquiſſima, & non recenti in materia puritatis. Datur incertitudo ex parte primi antecedentis huius religioſi, nam alij dicunt deſcendere à quodam medico Hebræo, alij dicunt deſcendere à quodam clerico Chriſtiano veteri; ſed præſumptio, quod ſit nepos medici Hebræi, & non clerici, fortior eſt, nam quando datur incertitudo ex parte patris, an filius ſit naturalis, an ſpurius, potius præſumendus eſt naturalis, quam ſpurius, vt diximus prænotando 9. ergo prima auia huius religioſi, potius præſumenda filia medici Hebræi, quo caſu eſſet naturalis, quam clerici, quo caſu eſſet ſpuria.

Confirmatur quia datur etiam fortiſſima præſumptio contra matrem illius aſcendentis, quæ cum peperiſſet in domo medici Hebræi impoſuit filiæ natæ cognomen clerici, cuius prius fuerat concubina; præſumitur enim id feciſſe ad fugiendam maculam ſanguinis medici Hebræi; cu- 104
ius filia erat, vt late diximus in ſeptimo prænotando. Datur etiam contra eam præſumptio, quod cum nunquam in domo clerici peperiſſet, cum per plures anos fuiſſet illius concubina, dum venit in domum medici Hebræi, ſtatim concepit, & peperit, vt diximus prænotando octauo. Datur etiam contra illum fortiſſima præſumptio, quod dictus medicus Hebræus domi ſuæ filiam educauit eam reliquit heredem ſuorum bonorum, vt patet ex dictis prænotando 8. ergo fama his veſtita circumſtantiis, proculdubio facit non ſolum probabilem; ſed moraliter certam probationem, vt in ſimili caſu docet Sanchez *lib. 2. de matrimonio d. 46. n. 15.* Ochogauia *tract. 2. de matrimonio q. 13. n. 6.* & patet ex dictis in primo, ſecundo, & tertio prænotando. 105

Nec obſtat ſi dicas, quod etiam eſt fama in eodem populo æqualis, quod iſte religioſus non à medico Hebræo, ſed clerico Chriſtiano veteri procedat; ergo in pari dubio fauendum eſt illi, vtpote reo. Tum quia cum talis fama eſt fortiſſima præſumptio, quod mater illius fœminæ aſcendentis, quæ à fama contraria dicitur filia cuiuſdam medici Hebræi, pluries declarauit, & dixit illam filiam ſuam, à qua iſte religioſus trahit originem, non eſſe filiam medici Iudæi, ſed cuiuſdam clerici Chriſtiani veteris, cuius prius fuerat concubina & ob id quando filia nata eſt in domo medici Iudæi, ei impoſuit cognomen clerici, & non medici Iudæi, ſed quando quis fert cognomen alicuius generis, & familiæ, præſumitur illius eſſe familiæ, & generis, vt diximus ſeptimo prænotando; ergo.

Tum quia, vt quis rejiciatur à ſtatu, quem poſſidet per entem puritatem, debent probationes eſſe veræ, & non priuilegiatæ; ſed probationes ex auditu ſunt priuilegiatæ, vt diximus nono prænotando; ergo talis religioſus non poteſt dejici à ſtatu religioſo, quem actu poſſidet, ob ſolam probationem maculæ ex auditu. Tum quia iudex in dubio pro puritate debet iudicare, nam vt quis ſpolietur à ſua poſſeſſione, debet

adeſſe

adeſſe aperta & iuſta ratio in contrarium; in dubio enim melior eſt conditio poſſidentis. Tum quia cum iſte religioſus ſit in poſſeſſione profeſſionis, non eſt repellendus ab ea ob ſolam opinionem etiam probabiliorem in contrarium, ſi pro ſe habeat probabilem opinionem, nam ſi detur opinio unius authoris, dummodo ſit probabilis, defendens valorem matrimonij, illa eſt ſuſtinenda contra communem; ſed argumentum valet à matrimonio carnali ad ſpirituale, vt diximus ſuprà; ergo.

105 Non obſtat inquam Reſpondetur namque, quod quomodo dantur duæ famæ contrariæ ambæ antiquæ in eodem populo, vna affirmans maculam, & altera puritatem, præferenda eſt, quæ affirmat maculam, vt diximus prænotando quinto, præcipuè cum teſtes diſtinguunt coniunctiones, qualitates, & cognomina aſcendentium prætendentis & alias teſtes contrarij non deſtruunt rationes illorum, qui maculam aſtruunt; ſed hæc omnia accidunt in præſenti; nam id quod dicunt aliqui matrem illius fœminæ aſcendentis, & originariæ huius generationis, dixiſſe illam eſſe filiam Clerici non debet ei vlla fides dari. Tum quia potius vult facere ſuam filiam ſpuriam, quàm naturalem; ſecundo, quia cum per multum tempus fuiſſet concubina Clerici nunquam ab eo concepit, & poſtquam peruenit ad domum medici Iudæi, ſtatim concepit, & peperit; Tum quia præſumitur, quod vt euitaret maculam filiæ, illi impoſuit cognomen Clerici; Tum quia Clericus non reliquit aliquod legatum huic fœminæ, nec eam domi, vt filiam recepit, nec vt talem cognouit, cum medicus Iudæus eam domi ſuæ nutriret, ei totam ſuam hæreditatem reliquerit; ergo cum hæc omnia non illidant dicta illorum teſtium affirmantium puritatem, ex illis cauſis, vt *ſuprà diximus* ſeptimo, & octauo prænotando, talis fœmina non Clerici, ſed medici Hebræi filia reputanda eſt.

106 Ad illud vero, quod ait, quod in pari dubio fauendum eſt reo; Reſpondeo ita eſſe, ſed nos hic non ſumus in dubio, ſed ſumus non ſolum in probabili, & probabiliori opinione, ſed in re certa moraliter; nam fama antiqua adminiculata cum teſtibus ex auditu, & cum tot præſumptionibus, non ſolum facit opinionem æquè probabilem, cum alia fama in contrarium, ſed probabiliorem, & reddit rem moraliter certam, vt diximus in primò, ſecundo, & tertio prænotando, & in fine noſtræ rationis. Ad illud verò quod ait, quod vt quis ſpoliatur à ſtatu petente puritatem, in cuius poſſeſſione eſt, debent probationes eſſe veræ, & non priuilegiatæ. Reſ-
107 pondeo ita eſſe. Nos autem hic non ſolum habemus probationem priuilegiatam, quæ habetur ex auditu, ſed probationem ex publica voce, & fama totius populi adminiculatam grauiſſimis præſumptionibus, & veroſimilitudinibus, quæ ſufficit, non ſolum ad faciendam opinionem probabilem, & probabiliorem, ſed ad faciendam rem moraliter certam, vt conſtat ex primo, ſecundo, & tertio, prænotando, & ex ſupradictis in noſtra ratione.

108 Ad illud verò quod ait, quod iudex in dubio pro puritate debet iudicare. Reſpondeo ita eſſe. Non tamen quando datur probabilior opinio in contrarium, & multo minus quando datur probatio moraliter certa, vt in noſtro caſu. Ad illud verò quod ait, quod Religioſus non debet repelli à ſua profeſſione, ob ſolam opinionem probabiliorem, ſi pro ſe habeat opinionem probabilem, vt ſit in matrimonio carnali. Reſpondeo id ita eſſe, quando opiniones verſantur circa ius, non verò quando verſantur circa factum, vel quando verſantur circa factum, non ſolum remote, ſed etiam proximè, vt in præſenti præcipuè quando probatio in contrarium non ſolum facit probationem probabilem vel probabiliorem, ſed moraliter certam, vt in præſenti.

109 Ex quibus omnibus concludo, quod ſuppoſitis his, quæ dicuntur in narratiua, & ſuppoſita prædicta fama cum dictis adminiculis, dictus religioſus iudicandus eſt procedere ex ſanguine maculato Iudæorum, nec ei fauet fama in contrarium, ſiquidem non deſtruit fundamenta alterius contrariæ, vt probatum manet. Tum quia trahit originem à radice vitiata; nam fama quæ datur dictam fœminam deſcendere à dicto Clerico, traxit originem à dicto matris, quæ dixit illam fœminam eſſe filiam Clerici, & non medici Iudæi, ſed conſanguineorum teſtimonium nihil valet in materia puritatis, vt patet ex tertio prænotando; ergo cum hæc fama ortum habuerit à dicto matris nullam meretur fidem, & permanet fama maculam adſtruens, vtpote de re proximiori verior, & adminiculata dictis præſumptionibus moraliter certa, vnde cum macula vere & realiter, & plene, & non ſolum probabiliter ſit probata, tenentur iudices iudicare talem profeſſionem illius religioſi fuiſſe nullam; ſiquidem ipſe deſcendens eſt ex ſanguine Hebræorum, vt *ſuprà diximus*, & hæc ſaluo meliori iudicio.

CONSVLTVM CX.

De recuſatione cuiuſdam viſitatoris regularis, eo quod in viſitatione generali vnius Conventus dederit illius priori articulos culparum leuium, qui ex ea reſultarunt contra eum in ſcriptis; An fuerit valida, & dato, quod fuerit nulla, qua pœna dictus prior recuſans, & appellans ob dictam cauſam à ſuo viſitatore, ſit in ordine noſtro puniendus?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Viſitator non poteſt recuſari in viſitatione generali, ſi ex eo ſolum procedat contra aliquem in culpis, quæ ſecundum noſtras conſtitutiones præcipiuntur puniri in viſitatione generali.*
3 *Probatur id ex variis textibus.*
4 *Probatur multiplici ratione.*
5 *Occurritur cuidam obiectioni in contrarium.*
6 *Explicatur quas culpas debet viſitator punire in viſitatione generali, & quas non.*
7 *Si defectus Prælati ſint occulti quomodo viſitator eos debeat punire explicatur.*

8 Quid

8 Quid ſi fuerint publici, vel notorij.

9 Quando culpæ ſunt graviores formandus eſt proceſſus cum inquiſitione ſpeciali.

10 In inquiſitione ſpeciali poteſt reus recuſare iudicem, ſi habuerit legitimam cauſam.

11 In noſtra Religione id raro conceditur.

12 In noſtra Religione eſt prohibita appellatio à ſuperioribus.

13 Eſt etiam interdicta recuſatio.

14 Solum in caſu grauiſſimo, & raro, & quando grauamen eſt certum contra noſtras conſtitutiones in noſtra Religione eſt licita appellatio, & recuſatio.

15 Tunc melius faciet Religioſus ſi recurrat ad ſuperiorem abſque appellatione, & recuſatione per ſimplicem explicationem.

16 Quando culpæ fuerint graues, & notoriæ, debet eas viſitator in capitulo corrigere, ex ſola viſitatione generali, ſecus ſi fuerint occultæ.

17 Hæ culpæ quando ſunt publicæ poteſt eas prior in capitulo Conuentuali punire de iure noſtro, ſine vllo proceſſu.

18 Non eſt in noſtra Religione formandus proceſſus, niſi ob delicti atrocitatem.

19 In aliis Religionibus vnuſquiſque conſulat ſua ſtatuta.

20 In aliis Religionibus, ſi culpæ fuerint leues, non eſt neceſſe formare proceſſum, ſed ex viſitatione generali, eas poteſt viſitator punire, ſecus ſi ſint graues, ſecluſis ſpecialibus ſtatutis.

21 Dato quod viſitator poſſet recuſari in viſitatione generali, hic prior non poterat illum recuſare, eo quod dedit ei articulos culparum leuium in ſcriptis.

22 Recuſatio fit ob præſumptionem claram, quod iudex in proceſſu poterit lædere ob inimicitiam, & ob alias cauſas.

23 Propter grauamen illatum non datur recuſatio, ſed appellatio.

24 Melius faceret hic prior ſi appellaret à dicto viſitatore, quam eum recuſando.

25 Exhibitio culparum in ſcriptis non eſt cauſa ſufficiens recuſationis.

26 Viſitator vt poſſit aliquem Prælatum punire debet ſecundum noſtras leges illum prius audire.

27 Si viſitator ob aliquam cauſam dedit in viſitatione generali articulos culparum in ſcriptis proteſtando ſe non facere proceſſum, nec procedere iuridice, nullam iniuriam intulit ei, cui tales culpas in ſcriptis dedit, vt ſe defenderet.

28 Quod articuli culparum, ſiue in viſitatione generali, ſiue ſpeciali, dentur reo in ſcriptis, vel viua voce, non pertinet ad ſubſtantiam rei geſtæ; niſi quando lex id ſpecificat.

29 Nec in iure, vel in noſtra lege dicitur, quod culpæ dicantur in viſitatione generali viua voce, vel in ſcriptis.

30 Quod culpæ manifeſtentur reo per ſcriptum, vel viua voce, ſiue in viſitatione generali, ſiue in inquiſitione ſpeciali, id per accidens eſt.

31 Si dentur in ſcriptis, afferunt maius commodum reo.

32 Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.

33 Ponitur alia inſtantia, & ſoluitur.

34 Reus poteſt appellare, quando exceditur modus ſubſtantialis in corrigendo.

35 Licet reus poſſet appellare ab exceſſu in corrigendo, etiam accidentali, non tamen ab exceſſu in modo dandi articulos culparum.

36 Exceſſus in corrigendo poteſt infamare, non vero diuerſus modus dandi articulos culparum.

37 Si culpæ multæ fuiſſent teneretur iudex dare reo articulos culparum in ſcriptis.

38 Religioſi non poſſunt appellare, etiam ad Superiores ordinis à mandato, ſententia, vel pœnitentia quo fuerit iuxta conſtitutiones ordinis

39 Non poſſunt appellare à ſententiis, quæ non afferunt grauem infamiam, aut pœnas valde rigoroſas, etſi exceſſus clarus, & manifeſtus inueniatur in illis.

40 Probabile eſt, quod à nulla ſententia correctionis poſſunt religioſi, etiam intra religionem proprie, & iuridice appellare.

41 Excipe aliquem eorum rariſſimum, grauiſſimæ iniuriæ, & irreparabilis damni, cui non poſſet obuiari per ſimplicem recurſum.

42 Appellatio præter prædictum caſum Religioſis prohibetur, ob pacem Religionis, & ob Prælatorum reuerentiam.

43 Prior non potuit appellare à viſitatore ad definitorium, in viſitatione generali.

44 Regularibus non eſt licita appellatio à mandatis Prælati, quando mandata ſunt ſecundum regulam, & conſtitutiones.

45 Mandatum de reſpondendo articulis culparum datis in ſcriptis eſt iuxta noſtras conſtitutiones.

46 Conſtitutio non præcipit quod in viſitatione generali dentur grauamina viua voce, vel in ſcriptis.

47 Solum præcipit, quod viſitator audiat reum.

48 Viſitator poteſt audire reum viua voce, vel in ſcriptis, prout ſibi placuerit.

49 Regulares non poſſunt appellare à ſententiis, quæ non afferunt grauem infamiam, vel pœnas valde rigoroſas, etſi exceſſus clarus, & manifeſtus inueniatur in illis.

50 Non poſſunt appellare, etiam à ſententia rigoroſa, niſi grauamen ſit irreparabile.

51 Ab actibus extraiudicialibus non datur appellatio ſuſpenſiua.

52 Quædam alterius Prioris appellatio reprobatur ob eandem rationem.

53 Etiam quando eſt licitum religioſo appellare grauamen, debet eſſe certum, & notorium.

54 Prouincialis poteſt ſuſpendere Priores, non ſolum ob culpas, quibus hæc pœna in noſtris conſtitutionibus imponitur, ſed quando grauitas culpæ id poſtulauerit iudicio prouincialis.

55 A mandato, quod ex iudicis arbitrio fertur, non datur appellatio.

56 Iſti Priores recuſando, vel appellando à ſuo viſitatore ob dictas cauſas peccarunt mortaliter.

57 Primo, quia impoſuerunt ei teſtimonium in re graui.

58 Secundo quia intentarunt eius impedire iuriſdictionem.

59 Tertio peccarunt peccato ſcandali, quod aliis dederunt, tum quia fuerunt primi qui appellationem, & recuſationem in noſtro ordine intentarunt.

60 Quarto

60 *Quarto peccauerunt contra obedientiam, nolentes parere viſitatori.*

61 *Nolle parere Prælato præcipienti etiam ſine præcepto in ſcriptis in facto illius eſt peccatum mortale.*

62 *Contra appellantes à ſuis ſuperioribus, vel eos recuſantes non datur pœna in iure taxata*

63 *Id relinquitur arbitrio iudicum.*

64 *Pœna debet commenſurari cum ea, qua ponitur in tribunalibus ſecularibus recuſantibus ſine cauſa ſufficienti iudices, vel ab eis appellantibus.*

65 *De iure noſtro recuſantes Prælatos, vel ab eis appellantes debent priuari officio irremiſſibiliter.*

66 *Qui contra ordinis ſuperiores ſe erexerint, eorum officium impedire conantes, voce, & loco, & officio priuentur.*

67 *Recuſantes, vel appellantes à viſitatore ſine iuſta cauſa, ſe contra eum erexerunt, procurantes eius officium impedire.*

68 *Suſpenſiones, & recuſationes ſunt impedimentum iuris, quod iure ipſo impedit iuriſdictionem.*

69 *Ille propriè dicitur impedire officium iudicis ordinarij, qui eſt cauſa, cur dictus iudex inuitus deſiſtat ab opere, quod intendebat.*

70 *Quando lex noſtra non declarat pœnam, quæ alicui culpæ imponenda eſt, debet iudex ſeruare proportionem cum alijs pœnis in eadem conſtitutione taxatis.*

71 *Hæc pœna priuationis officij habet magnam proportionem cum alijs pœnis pro ſimilibus culpis in noſtris conſtitutionibus taxatis.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 CVm Prouincialis quidam noſtræ Congregationis viſitaret vnum Conuentum ſuæ Prouinciæ, facta viſitatione paternali vocauit ad ſe Priorem, vt ei diceret in ſua cella inter ſe. & ipſum ſolum, quæ contra eum ex viſitatione paternali reſultauerint, vt Prior daret ſuam excuſationem, ſi quam haberet, & cum illi proponeret quendam defectum leuem quem religioſi illi aduerterant, Prior impatiens in verba parum religioſa coram ipſo Prouinciali erupit quod videns Prouincialis, præcepit ei, vt recederet, & poſtquam receſſit, ſcripſit alios defectus leues in quadam papyro, dicendo in principio illius ſe non illi date grauamina in ſcriptis; quia feciſſet vel vellet facere proceſſum iudicialem, vel informationem ſpecialem, ſed vt ille melius per ſcriptum reſponderet ad illa, quæ contra eum proponebantur, & propter alia inconuenientia, quæ ipſe Prior optime ſciebat.

Ipſe autem Prior accipiens defectus ſuos in ſcriptis, poſtquam eos legit, acceſſit ad cellam Prouincialis, & ei dixit illum ſibi eſſe ſuſpectum, & eam recuſare, & ab illo appellare ad definitorium, & cum Prouincialis ab eo quæreret cauſas recuſationis, & appellationis, Reſpondit Prior quod aſſignabat pro cauſa exhibitionem ſuarum culparum in ſcriptis, contra ſtylum Religionis, in qua in viſitatione paternali, qualis erat illa, grauamina ſolum proponebantur Prælato, & alijs religioſi verbaliter, ſolùm dabantur in ſcriptis, quando fiebat inquiſitio ſpecialis, & caſus erat grauiſſimus, non vero in caſibus, & culpis legibus, quæ ſolum pertinebant ad viſitationem generalem, & paternalem.

Quæſitum fuit igitur à me primo, An Prior potuiſſet in viſitatione generali, & paternali ſui Conuentus ponere ſuſpectiones, ſeu recuſationes Viſitatori, ſiue Prouinciali; Secundo an dato quod potuerit eum recuſare, An ad id fuiſſet ſufficiens cauſa ſola illa exhibitio culparum in ſcriptis, an alia requireretur? Tertio an ob eandem cauſam potuerit Prior à Prouinciali appellare ad definitorium? Quarto quam culpam commiſerit Prior recuſando ex dicta cauſa Viſitatorem, & ab eo appellando ad Definitorium? Quinto qua pœna dicta culpa ſit punienda in ordine noſtro?

RESPONSIO AVTHORIS PRIMO QVÆSITO.

An Prior potuiſſet in viſitatione generali, & paternali ſui Conuentus ponere ſuſpectiones ſeu recuſationes viſitatori, ſiue Prouinciali?

RESpondi primo quæſito, Prouincialem non 2
poſſe recuſari in viſitatione generali, ſi ex ea ſolum procedat contra Priorem, vel alium religioſum in culpis leuibus, & ordinariis, & quæ iuxta noſtras conſtitutiones præcipiuntur puniri in viſitatione generali. Ita Panormitanus, Lupus, Federicus, Senenſis, Ioannes Monachus, & alij communiter, quos refert, & ſequitur N. P. Fr. Thomas à Jeſu, *tract. 5. de viſitatione regulari, cap. 1. num. 11. & nos ſuprà probauimus, conſulto 104. n....* Tenet etiam hanc ſententiam Portel, *tomo primo caſuum caſu 21. p. 1. num. 4.* Paſcaligus, *in deciſionibus de recuſatione iudicis deciſione 346. num. 3. & 7.* Quidquid in contrarium dicat cum Bajardo, Hoſtienſe, Abbate, Innocentio, Graſſio, Peirinis, *de ſubdito quæſt. 1. cap. 19. dicto 1.* Sanchez, *lib. 6. in Decalogum, cap. octauo, num 11.*

Probatur noſtra ſententia primo ex decreto. 3
Pauli V. quod affert Barboſa, *in ſuis deciſionibus ad Tridentinum, ſeſſ. 24. cap. 10. de reformatione. n. 4.* in quo decreto ait Pontifex, Epiſcopum, vel alium, cui id legitimè competit, viſitantem non poſſe vti ſuſpectum recuſari; Quem locum licet Peirinis, *in formulario litera B, cap. 2. num. 5.* Solum velit, intelligi de Epiſcopo, vel Archidiacono, vel delegato, nullam tamen habet rationem, nam id prædictis non legitime ex lege competit, ſed ex delegatione Epiſcopi; Pontifex autem loquitur de Epiſcopo, & omnibus illis, quibus ex iure, vel lege competit viſitatio generalis, & in hoc ſenſu intelligendum eſt etiam Tridentinum, *ſeſſ. 24. de reformatione cap. 10.*

Secundo probatur ratione: Nam Prælatus in viſi- 4

tatione generali concernente bonum commune,
non inquirit, nec poteſt inquirere de culpis alicu-
ius in particulari, cumque illa viſitatio tendat ad
bonum commune Conuentus, non poteſt ſubditus
particularis impedire bonum commune Conuen-
tus; Tum quia cum viſitator de ordinario ratio-
ne officij incurrat odium ſubditorum, eo quod
puniat, reprehendat, & appetitibus reſiſtat, &c.
naſcuntur multi æmuli, & non bene affecti ad il-
lum in Prouincia, & propterea multi ex eis tædio
affecti ad Prælatum, ſi poſſent in quovis Con-
uentu eum recuſare viſitare volentem ad libitum
ſuum, impediretur bonum commune viſitationis,
quia ex quauis leui cauſa illum recuſarent, vt col-
ligitur *ex cap. qualiter, & quando de accuſat.* vbi
ait Papa, quod non facile admittatur accuſatio
Prælatorum, & cauſam aſſignans Pontifex ait, nam
Prælati ſunt quaſi ſignum poſiti ad ſagittam, & æmu-
lorum odia incurrunt.

5 Si vero dicas ex illa viſitatione generali poſſe
reſultare culpas contra Prælatum Conuentus, vel
alios graues Patres, quorum interſit Prouincia-
lem ſuſpectum non viſitare. Reſpondeo, hoc
non ſufficere ad illum recuſandum. Nam vel
culpæ, quæ reſultarunt in viſitatione generali
contra Prælatum, vel alios patres; ſunt culpæ
ordinariæ, & leues, vt defectus contra regulam,
vel conſtitutiones, non nimium infamantes, vt
fractio ſilentij, ingreſſus diurnus in cellam alte-
rius, defectus aſſiſtentiæ in choro, accelerata Miſ-
ſæ celebratio, defectus in Prælato non curandi
caritatiue infirmos, eis in aliqua re graui defi-
ciendo, fractio alicuius conſtitutionis, quæ ha-
bet pro pœna, etiam ſuſpenſionem ab officio,
vt ſi aliquem ad populum ſine ſocio mitteret,
vel alias culpas publicas contra conſtitutiones
committeret, quæ ſimilem habent pœnam. Vel
ſunt culpæ graues, & peccata mortalia, vel quæ
licet non ſint peccata mortalia, nimium infa-
mant religioſum reformatum, vel Prælatum;
vt eius carnium clandeſtinus intra Conuentum,
ingreſſus nocturnus in alterius cellam, aliqualis
bonorum Conuentus diſſipatio, defectus conti-
nuus veritatis, etiam in rebus leuibus, vel in
damnum alterius, iuramentum ſine neceſſitate,
conuerſatio cum mulieribus ſine debita circun-
ſpectione, comeſtio epularum, etiam licitarum in
cella, ſine licentia, guſtus vini quotidianus clan-
deſtinus, vel nimia vini potatio, defectus ieiunij
regulæ, ludus alearum, & alia ſimilia, quæ in re-
ligione reformata nimium infament Prælatum, vel
alium religioſum tunc.

6 Dico, quod ſi defectus ſint primi generis, tunc
poteſt viſitator procedere ad illorum punitionem
iuxta noſtras conſtitutiones abſque eo, quod for-
met proceſſum, vel inquiſitionem ſpecialem, ſed
ex viſitatione generali, vt patet, *ex noſtra con-
ſtitutione 3. p. cap. 10. num. 8.* vbi ait, Ordinarius
neminem Prælatorum teneri formare proceſſum,
aut vti aliis libellis in ſcriptis niſi in caſu culpæ
grauiſſimæ, aut in grauiori etiam culpa, in illis
tamen caſibus, in quibus aliquis rigoroſum ſup-
plicium in noſtris conſtitutionibus pro grauiori
culpa adſcriptum meretur, aut ſi agatur ad depo-
nendum aliquem Prælatum Canonicè electum, aut
ad ſuſpendendum ab hoc officio, vel priuandum
aliquem voce actiua, vel paſſiua per ſex men-
ſes, niſi quando hæc pœna in conſtitutionibus
exprimitur, & ſimul caſus eſt notorius; ſed in
aliis omnibus rebus de plano, ſine proceſſu, &
ſine iudicij ſtrepitu, cognita veritate, æquitate
ſeruata, auditaque parte, procedatur, vt ſic ef-
ficaciter culpæ, & defectus media charitate, &
rectitudine corrigantur, hæc enim omnia pro re-
gulari correctione inter nos exiſtimanda, & ac-
ceptanda ſunt.

Aduertere tamen debet Prælatus viſitator,
quod ſi defectus Prælati ſint occulti, non debet 7
eos propalare in capitulo; ſed ſecreto in præſen-
tia aliquorum corrigere, vt decernitur, *3. p. no-
ſtrarum conſtitutionum; cap. 10. num. 5.* Si tamen
defectus *ſuprà* dicti publici ſint, ſiue notorij, pu-
blice debet illos corrigere, vt qui alios exemplo
ſuo ad malum prouocauit, ſua emendatione ad
bonum reducat, vt decernitur in eadem conſti-
tutione ibi. Et ratio horum omnium eſt, quia 8
religioſi in profeſſione renunciarunt ius, quod
habebant, vt in his rebus cum eis obſeruaretur
ordo iudicialis, eo enim ipſo, quod prædictam
conſtitutionem profeſſi ſunt, non habent ius ad
poſtulandum, vt in his rebus cum eis ordo iudi-
cialis obſeruetur, vt aduertit Clauis Regia, *lib. 12.
cap. 21. n. 20.* N. P. Fr. Petrus ab Angelis, *in ſuo or-
dine iudiciali, p. 1. cap. 1. n. 9.* & nos fuſius dixi-
mus, *ſuprà caſu 304. n...*

Quod ſi culpæ fuerint poſterioris generis, tunc 9
diſtinguendum eſt, ſi enim ſint culpæ grauiores,
tunc formandus eſt proceſſus, vt conſtat ex di-
cta conſtitutione, & tunc facienda eſt inquiſitio
ſpecialis, & in hoc proceſſu ſpeciali, citato illo
culpato, in generali inquiſitione, poterit recuſa-
tiones ponere contra viſitatorem, vt bene ait Por-
tel, *ſuprà, num. 5.* Quamuis in noſtra religione, id 10
raro concedatur, nam cum *in noſtra conſtitutione,
p. 4. cap. 6. num. 10.* omnibus religioſis interdica-
tur appellatio, aut ſupplicatio à ſententia, aut à 11
pœna iuxta noſtras conſtitutiones impoſita à de-
finitorio, vel aliis Prælatis ſuperioribus, etiam 12
cenſetur recuſatio Prælatorum interdicta, ſiqui-
dem conſtitutio quæ negat religioſis appellatio-
nem, negat etiam recuſationem, vt notauit N. 13
P. Fr. Thomas à Ieſu, *tractatu 4. de viſitatione
regularium, cap. 17. num. 13.* Vnde ſolum erit no- 14
ſtris religioſis licitum recuſare Prælatum aut ap-
pellare ab illo in caſu grauiſſimo, & quando gra-
uamen notorie fuerit iniuſtum, & contra noſtras
conſtitutiones, vt patet ex illis verbis noſtræ con-
ſtitutionis, nemini religioſorum appellatio, aut
ſupplicatio à ſententia, aut à pœna, iuxta noſtras
conſtitutiones ei impoſita, à definitorio, vel aliis
ſuperioribus admittatur; in quibus verbis datur
intelligi, quod ſi ſententia, vel pœna impoſita non
ſit iuxta noſtras conſtitutiones, ſed exorbitans ab
illis, tunc ſi grauamen fuerit certum, & notorium,
& in caſu grauiſſimo, & raro irreparabilis dam-
ni, tunc licita erit appellatio, vel recuſatio, quam-
uis etiam tunc, melius faciet Prælatus, vel reli-
gioſus, ſi recurrat ad Superiorem, non per appella- 15
tionem ſuſpenſiuam, vel recuſationem iudicialem,
ſed per ſimplicem ſupplicationem, vt bene aduertit
N. P. Fr. Tho. à Ieſu, *ſuprà, n. 13.* & alij communiter.

Si tamen ſolum fuerint culpæ graues, vt ſi quis 16
in præſentia ſæcularium cum aliquo immodeſte
contenderit, ſi ſine debitis circonſtantiis iurauerit,
ſi quis ſilentium tempore prohibito, aut regu-
læ mandatum non obſeruare in conſuetudinem
duxerit;

duxerit, ſi in aliquibus verbis malitioſis, aut in-
ordinatis deprehendatur, ſi aliquod opprobrium
alicui dixerit, aut ſcripſerit. ſi ſermonem tur-
pem protulerit, vel cum mulieribus inordina-
te, aut immodeſte loqui inventus fuerit, vnde
mala ſuſpicio oriri poſſit, ſi aliquod peccatum
mortale ſine ſcandalo commiſerit, cui in conſti-
tutionibus non ſit aliqua pœna aſſignata, vel aliud
peccatum grauius non appareat, ſi carnes furti-
ue in cœna comederit, ſi cellam alterius noctu
intrauerit, & alia ſimilia. Tunc ſi caſus non eſt
notorius, ſed occultus debet viſitator ſecrete cor-
rigere delinquentem; ſi tamen fuerit publicus,
& notorius, tunc audita parte, ſine vllo proceſ-
ſu ex ſola viſitatione generali poteſt procedere
ad punitionem horum grauium delictorum; hæc
enim omnia pro regulari correctione inter nos
exiſtimanda, & acceptanda ſunt, vt ait noſtra
conſtitutio, *tertia parte, capit. octauo, numero
octauo.*

Tum quia ſi lex, *quarta part. cap. tertio, nume-*
17 *ro ſecundo.* Concedit priori, vt abſque proceſſu
has omnes culpas, quando notoriæ, aut publicæ
ſunt, puniat in capitulo Conuentuali. quanto ma-
gis id concedet viſitatori in capitulo culparum.
Tum quia id expreſſe decernitur in eadem conſti-
tutione, *tertia parte, cap decimo, numero primo.*
Vbi ait, ſimiliter, & alia, quæ occulta correctio-
ne indigent ſecrete, & occulte corripiat; ſi vero
publica ſint, ſiue notoria coram omnibus publi-
18 ce corrigantur. Si autem ob delicti grauitatem
virga opus fuerit, cum miſericordia iudicium
exerceatur. Ex quibus verbis conſtat, quod non
eſt accedendum ad proceſſum iudicialem, vel in-
formationem ſpecialem niſi ob delicti grauitatem,
non enim ſufficit quodcumque delictum, ſed de-
bet eſſe delictum grauius, vt ſtatuitur in eadem
conſtitutione, in cæteris vero de plano debet iu-
dex procedere ſola cognita veritate, & audita
parte, cum conditionibus recenſitis, & in his om-
nibus non poteſt viſitator, vt ſuſpectus recuſari,
ſiquidem hæc omnia pertinent ad correctionem
19 regularem, vt *ſuprà* diximus.

Adverte tamen. quod hæc omnia, quæ dixi
debent in noſtra reformata Religione obſeruari.
In cæteris vero religionibus vnuſquiſque conſu-
lat ſua inſtituta. In illis vero ſolum dico, quod
ſi culpæ fuerint leues. & ordinariæ non eſt ne-
ceſſe formare proceſſum. ſed ex ſola inquiſi-
20 tione generali poteſt viſitator procedere ad pu-
nitionem, ſi tamen fuerint culpæ graues, vel
quæ infamiam poſſunt afferre religioſis, tunc ſi
alias leges alicuius religionis aliud non diſpo-
nant, formandus eſt proceſſus, & reus citan-
dus, & tunc poteſt recuſare viſitatorem. ſi cau-
ſas legitimas habeat, vel ab eo appellare, vt opti-
me ait Portel, *ſuprà, numero* 5. Peirinis, & alij
communiter, ſiquidem hoc remedium eſt de iure
naturali.

RESPONSIO AVTHORIS SECVNDO QVÆSITO.

An dato, quod potuerit viſitatorem recuſare, An ad id fuiſſet ſufficiens cauſa, ſola illa exhibitio culparum in ſcriptis, An alia requireretur?

Reſpondi quod dato, & non conceſſo quod 21
viſitator poſſet recuſari in viſitatione gene-
rali, vt vult Peirinis, *de ſubdito, quæſt. 1. cap. 19.*
Tunc priorem illum, iuridice loquendo non po-
tuiſſe recuſare, eo quod ei dederit culpas per ſcri-
ptum, & hoc non ſolum, quia hæc non erat ſuffi-
ciens cauſa, vt ſtatim dicemus, ſed quia recuſa-
tio fit ob præſumptionem claram, quod iudex in
proceſſu poterit cadere, vel ob inimicitiam an-
tiquam, vel ob conſanguinitatem, vel amici- 22
tiam, quam habet cum meo aduerſario, vel ob
alias cauſas, quas affert Peirinis, *loco citato*, non
vero propter grauamen iniuſtum illatum, nam 23
propter grauamen illatum, vel comminatum à
iudice in proceſſu cauſæ datur appellatio; vnde
melius faceret hic Prior, ſi appellaret à dicto Pro- 24
vinciali, quam eum recuſando, vt optime notauit
Portel, *tom. 1. caſuum caſu* 22. *n.* 3.

Deinde addo talem exhibitionem culparum in 25
ſcriptis non eſſe cauſam, non ſolum recuſationis,
vt diximus, ſed nec etiam appellationis. Et ra-
tio eſt; quia viſitator, vt poſſet ex viſitatione ge- 26
nerali procedere ad punitionem illarum culparum
Prioris tenebatur eum audire iuxta noſtras con-
ſtitutiones, *3. p. cap.* 8. *num.* 8. Vbi dicitur, co-
gnita veritate, æquitate ſeruata. auditaque par-
te, ſine proceſſu, & ſine iudicij ſtrepitu proce- 27
detur; ſed non poterat eum audire os ad os, quia
cum hoc primum tentaret, Prior in verba inor-
dinata prorumpit, ob quod Prouincialis eum de-
miſit, & elegit ei culpas ſuas in ſcriptis oſtende-
re, vt ſuas excuſationes audiret, proteſtando id
facere ad maiora inconuenientia vitanda, & non
quia vellet procedere per proceſſum iudicialem,
vel informationem iudicialem, ergo hæc exhi-
bitio culparum in ſcriptis nullum grauamen attu-
lit iniuſtum Priori, ob quod à Prouinciali poſſet
appellare, vel eum recuſare. ſed potius commodum
afferebat; quia ſic melius poterat reſpondere, &
ſuas excuſationes dare.

Confirmatur. Quia quod articuli culparum, 28
ſiue in viſitatione generali, ſiue etiam ſpeciali
dentur viua voce, vel per ſcriptum, non pertinet
ad ſubſtantiam rei geſtæ, niſi quando lex id ſpe-
cificat, vt optime notat Portel, *tomo primo ca-
ſuum, caſu* 22. *num.* 4. Sed nec in iure communi; 29
nec in noſtra lege dicitur quod in viſitatione ge-
nerali. vel etiam ſpeciali, articuli culparum den-
tur in ſcriptis, vel viua voce; ergo dando eos
Prouincialis, ſiue viua voce, ſiue in ſcriptis nul-
lam iniuriam, aut grauamen intulit Priori; Mi-
nor quoad primam partem de iure communi pa-
tet, *ex cap. qualiter, & quando de accuſat.* Vbi
Papa tradit formam audiendi reum, & non di-
cit. quod culpæ illi dentur per ſcriptum, vel
abſque ſcripto, ſed ſolum ait, quod hæc ſint reo
exponendæ, & explicandæ; & noſtra lex, 3. *p.*

cap.10.numero 8.Solum dicit, auditaque parte; ſed
culpæ recte poſſunt exponi per ſcriptum, vel viua
voce, vt optime notauit Pottel, *ſuprà*; Ergo
quod culpæ manifeſtentur reo, ſiue per ſcriptum,
ſiue ſine illo, tam in viſitatione generali, quam
30 ſpeciali, id per accidens eſt, & non pertinet ad
ſubſtantiam re geſtæ, nec aliquod grauamen
affert reo, ſed potius commodum, nam ſic me-
31 lius culpis oblatis ſatisfaciet, & reſpondebit; er-
go quod culpæ in viſitatione generali dentur
Priori in ſcriptis non eſt cauſa ſufficiens appella-
tionis, vel recuſationis; cum Prouincialis in hoc
nullum ei intulerit grauamen.

32 Dices, Prouincialem dando ei culpas per ſcrip-
tum exceſſiſſe modum vſitatum in religione, ſi-
quidem in ea ſolum culpæ in viſitatione gene-
rali dicuntur Priori, & aliis religioſis à viſitato-
re viua voce in ſua cella, & non per ſcripturas;
ſed quando modus in corrigendo exceditur, po-
teſt ſubditus appellare, vt cum multis probat Pei-
rinis.*de religioſo ſubdito quaſt.1.cap* 20.*dicto* 2.
Fr. P. Petrus ab Angelis, *in ſuo ordine iudiciali.*
part.1 cap 21. §. *n.*8. Ergo ob eam cauſam potuit
hic Prior licite à viſitatore appellare. Reſpon-
detur negando Prouincialem exceſſiſſe modum
vſitatum in religione, nam in religione in viſita-
tione generali. & dantur articuli culparum viua
voce, & in ſcriptis, vt ego cum eſſem definitor
generalis vidi, tam in Prouincia Caſtellæ veteris,
quam nouæ; vbi ea multoties vidi per ſcriptum
dare Prioribus à viſitatore; deinde dato quod ſem-
per darentur viua voce, non proinde dici poteſt
Prouincialem exceſſiſſe modum vſitatum in reli-
gione ſubſtantialem in viſitatione, ſiquidem, vt
ſuprà diximus quod culpæ dentur in ſcriptis, vel
viua voce, non pertinet ad ſubſtantiam viſitatio-
nis generalis.

33 Nec obſtat ſi dicas pertinere ad ſubſtantiam;
quia transfert eam de inquiſitione generali ad ſpe-
cialem. Reſpondeo negando antecedens. Nam
etiam in inquiſitione ſpeciali poſſunt dari articu-
li culparum viua voce, & abſque ſcriptis, vt opti-
me probat Pottel, *caſu* 22. *num.*4 Non ergo eſt
34 proprium inquiſitionis ſpecialis; quod culpæ den-
tur in ſcriptis, & non viua voce, ſicut ergo in in-
quiſitione ſpeciali id non pertinet ad ſubſtantiam,
ita à fortiori in inquiſitione Generali; vnde quan-
do dicti Doctores dicunt Reum poſſe appellare,
quando exceditur modus in corrigendo, intelli-
gitur de modo pertinente ad ſubſtantiam; Tum
quia tales Doctores loquuntur de exceſſu modi in
corrigendo, non vero de exceſſu in modo dandi
articulos culparum, vnde licet reus poſſet appel-
lare propter exceſſum in modo corrigendi, etiam
accidentalem, non tamen propter diuerſum modum
dandi articulos culparum.

Cuius Ratio eſt. Quia exceſſus in corrigendo
35 poteſt maxime infamare reum, non vero diuer-
ſus modus dandi articuli culparum, cum hos den-
tur, vt ipſe reus ſe defendat, & non vt offen-
datur, & melius reus poteſt ſe defendere reci-
piendo articulos culparum per ſcriptum, quam vi-
36 ua voce; quod adeo verum eſt, quod ſi culpæ
multæ fuiſſent, teneretur iudex eos reo dare per
ſcriptum, ſiquidem id ex ſubſtantia pertineret
ad commodam defenſionem rei, cui etiam reli-
gioſo danda ſunt omnia, quæ pertinent ad ſub-
37 ſtantiam propriæ defenſionis, ſicut dictat lumen
naturale; & ratio eſt, quia ſi articuli culparum
eſſent multi, facile memoriæ retineri non poſ-
ſent, nec repente poſſet eis reus reſpondere legi-
time, & conuenienter, vt optimè ait Pottel, *dicto*
caſu 22. *num.*4. Ergo vt commode poſſet eis re-
ſpondere teneretur viſitator ea dare reo in ſcriptis,
præcipue cum id, nec ſit contra legem, nec contra
ius, nec afferat grauamen vllum reo, ſed potius
commodum.

RESPONSIO AVTHORIS
TERTIO QVÆSITO.

An ob dictam cauſam potuiſſet Prior à
viſitatore appellare ad de-
finitorium?

PRo reſponſione huius quæſiti ſuppono. Re- 38
ligioſis non licere appellare appellatione
propria & iuridica à quacunque ſententia, pœ-
nitentia, vel mandato Prælatorum, quæ fuerint
iuxta regulas, & conſtitutiones Ordinis, etiam
ad Superiores eiuſdem Ordinis, vt cum Aldere-
te, & aliis communiter docet Fr. P. Petrus ab
Angelis, *in ſuo ordine iudiciali*, *p.1. cap.*27. *n.*30.
Nec etiam poſſunt appellare à ſententiis cauſa-
rum, quæ non afferunt grauem infamiam, nec
pœnas valde rigoroſas, etiam ſi exceſſus clarus,
& manifeſtus inueniatur in illis. Ita cum Sua-
rio P. Fr. Petrus ab Angelis, *ſuprà*, *num.*31. Imo 39
probabile eſt, quod à nulla ſententia correctio-
nis, quantumuis graui poſſunt religioſi, etiam
intra religionem proprie, & iuridice appellare.
Ita cum Nauarro, Bañes, Alderete, Fr. Ioſeph
à Sancta Maria, & Fr. Martin. à S. Ioſeph, N. 40
Fr. P. Petrus ab Angelis, *ſuprà*, *num.* 32. & latiſ-
ſime probat Barboſa, *in votis deciſiuis*, *lib.*2. *vo-*
to 24.*dub.*5. *num.*50. *& ſequentibus*, & *patet ex*
cap ad noſtrum, *& ex cap.reprehenſibilis* 26. *eo-*
dem titulo; & ex multis priuilegiis, vt eſt pri-
uilegium Bonifacij VIII. Sixti IV. Iulij II. Leo-
nis IX. Leonis X. Pauli III. Sixti V. Clementis
VIII. & Greg.XIII. Vrbani VIII. quos refert N.
P.Petrus ab Angelis, *in ſuo ordine iudiciali cap.*27.
*à num.*16.& Ego, *in noſtro Directorio regularium*,
*p.*3. *tract.*5. *d* 6. *à n.*781. Excipe aliquem caſum
rariſſimum grauiſſimæ, certæ, & notoriæ iniuriæ,
& irreparabilis damni, cui non poſſet obuiari 41
per ſimplicem recurſum ad Superiores, qui raro
poteſt accidere in religionibus reformatis, vt ad-
uertit Suarez, *tom.* 4.*de religione lib.*2. *cap.*11.*n.*11.
nam tunc licita eis eſſet appellatio, vt ait N. P.
Fr.Petrus ab Angelis.*ſuprà*, *n.*53. & Ego *in noſtro*
Directorio Regularium ſuprà, *n.*790.

Ratio autem horum eſt. Quia ſi in prædictis 42
caſibus fuiſſet licita religioſis appellatio à cor-
rectione regulari eſſet magna inquietudo, & tur-
batio inter illos, & eſſet occaſio, quod ſubdi-
ti amitterent timorem reuerentialem Prælato-
rum inferiorum, & audaciores fierent, & dare-
tur locus cauillationibus iniuſtis, ex quibus diſci-
plina monaſtica omnino rueret, ob has ergo ra-
tiones prohibetur prædictis regularibus appella-
tio, non ſolum ad iudices extra ordinem etiam
competentes, vt nuntius, & delegatus, neque ad
Papam, vt ſub excommunicatione prohi-
bet Clemens VIII. vt dixi *in noſtro Directorio*

Regula

Regularium, loco citato num 781. ſed nec ad Su-
periores ordinis, vt ait N. P. Fr Petrus ab An-
gelis, *ſuprà num.* 31. & nos diximus *loco citato*,
ſuprà num. 782. *& ſequentibus.* Imò caſibus, in
quibus permittitur religioſis appellatio, vt di-
ximus, debet fieri gradatim, hoc eſt à priore ad
Prouincialem, à Prouinciali ad generalem, è ge-
nerali ad definitorium generale, à definitorio ad
Capitulum generale, deinde ad protectorem, &
tandem ad ſummum Pontificem, vt ſub excom-
municationem præcipit Bonifacius VIII. Leo X.
Paulus III. vt teſtatur Fr. Petrus ab Angelis,
ſuprà num. 33. Ego ipſe in noſtro Directorio Re-
gularium *ſuprà num.* 778. his ergo ſuppoſitis.
43 Reſpondi ad tertium quæſitum prædictum
priorem non potuiſſe in dicto caſu appellare
44 à viſitatore ad definitorium generale Et ratio
eſt, quia Regularibus non eſt licita appellatio à
mandato Prælatorum, quod fit ſecundum regu-
lam, & conſtitutiones, vt *ſuprà diximus*; ſed
45 mandatum illud viſitatoris factum priori, quod
reſponderet dictis articulis culparum datis in
ſcriptis, erat iuxta noſtras conſtitutiones; ergo
46 ab illo non poterat prior iuſte, & licitè appellare.
Maior conſtat ex prænotando propoſito. Minor
verò patet, quia vt diximus quæſito 1. Conſtitu-
tio non præcipit quod grauamina dentur in viſi-
tatione generali viua voce, vel in ſcriptis, ſed
47 ſolum quod viſitator audiat reum; ſed poteſt il-
48 lum audire viua voce, vel per ſcriptum; ergo
dando ei articulos culparum in ſcriptis, & præci-
piendo, quod in ſcriptis reſponderet, nullam
iniuriam, vel grauamen intulit illi.
49 Confirmatur primo. Quia regulares non poſ-
ſunt appellare à ſententiis, quæ non afferunt
grauem infamiam, nec pœnas valdè rigoroſas,
etiamſi exceſſus clarus, & manifeſtus inueniatur
in illis, vt diximus prænotando antecedenti; er-
go quamuis hic daretur aliquis exceſſus in mo-
do dandi articulos culparum clarus, & manife-
ſtus, cum alias ex eo non reſultaret in Præla-
tum grauis infamie; nec pœna valdè rigoroſa,
non ob id poterat dictus prior appellare iuridice
ad definitorium, ſed ſolum poterat recurrere ad
generalem pro remedio.
50 Confirmatur ſecundo. Probabile eſt quod re-
ligioſi à nulla ſententia, quantumuis graui, & ri-
goroſa, etiam intra ordinem poſſunt appellare
iuridice, niſi grauamen ſit irreparabile, in aliquo
caſu extraordinario, vt diximus in antecedenti
prænotando; ſed in noſtro caſu nullum datur
gravamen irreparabile, nec caſus erat alicuius
momenti; ergo in dicto caſu non poterat dictus
prior appellare à prouinciali.
Confirmatur tertio. Quia Prouincialis extra-
iudicialiter dedit dicta grauamina dicto priori, vt
patet ex proteſtatione, quam in principio illo-
rum faciebat, ſe nolle facere, proceſſum, nec vi-
ſitationem ſpecialem, nec procedere iuridice,
ſed tantum paternaliter ex viſitatione generali
51 & ſolùm dare articulos culparum in ſcriptis ob
alias cauſas, quæ ſibi benè viſæ fuerunt; ſed ab
his actibus extraiudicialibus non datur appella-
tio ſuſpenſa vt docet Gonzales, *ad reg.* 8. *Can-
cellariæ Gloſſa* 9. *num.* 26. & cum Mareſcote,
Salgado, Barboſa, *in votis deciſiuis, lib.* 1. *voto* 4.
num. 54. Ergo talis appellatio fuit iniqua, & il-
licita.
52 Et ex his reſoluitur caſus, qui ab hinc paucis
diebus accidit. Nam cum alius Prouincialis viſi-
taret certam domum, & in capitulo culparum
reprehenderet priorem ob aliquos defectus or-
dinarios, & qui ſolent in noſtro ordine in his
capitulis reprehendi, vt ob defectum pacis,
cuius prior cauſa erat, & ob id imponeret ei
vnum menſem ſuſpenſionis, ipſe prior ſe ere-
xit à terra vbi erat genuflexus, vt mos eſt apud
nos, & dixit ſe appellare à dicta ſententia à di-
cto Prouinciali ad generalem, de quo caſu cum
fuiſſem interrogatus reſpondi, priorem nullo
modo potuiſſe talem interponere appellatio-
nem, tum ob rationes dictas, tum quia caſus
non erat jacturæ, & infamiæ irreparabilis, ſed
ordinarius. Tum quia culpæ erant ex his, quæ
ſolent in his capitulis in noſtra Religione repre-
hendi, & ſimili pœna puniri.
Tum quia dato quod licitum eſſet priori ap-
pellare debebat grauamen eſſe certum, & noto- 53
rium, vt diximus cum multis in noſtro Directo-
rio Regularium *ſuprà num.* 791. Hic autem non
erat grauamen certum, cum tali culpæ dicta pœ-
na in noſtris conſtitutionibus imponatur 3. *p.*
cap. 10. *num.* 7. Tum quia ibi *eodem num.* 7. com-
mittitur Prouincialis prudentiæ vt ob alias cul- 54
pas præter eas, quibus in noſtris conſtitutioni-
bus ponitur pœna ſuſpenſionis, vt ille prout ſibi
viſum fuerit poſſit priores ſuſpendere; ſic enim
ait Conſtitutio, Prouincialis poterit priores ſuæ
prouinciæ ab officio ſuſpendere, tam in caſibus
in noſtris conſtitutionibus expreſſis, quam ra-
tione alicuius culpæ, ſiue delicti, ab eis commiſ- 55
ſi; ſed ex mandato quod ex iudicis arbitrio fer-
tur non datur appellatio, vt cum Bartholo, Cra-
ueta, Menochio, Aldetete, & aliis probat Bar-
boſa, *in votis deciſiuis, voto.* 4. *num.* 16. Ergo talis
prior appellando à prouinciali in hoc caſu ini-
que egit, nec eius appellatio fuit admiſſa à gene-
rali, ſed potius ille grauius fuit punitus; ob ta-
lem audaciam nunquam in religione viſam, nec
vſitatam.

RESPONSIO AVTHORIS
QVARTO QVÆSITO.

*Quam culpam commiſerint dicti priores
recuſando ex dicta cauſa viſitatorem,
& ab eo appellando ad definitorium.*

RESpondi dictos priores recuſando, vel ap-
pellando à ſuo viſitatore ob dictas cauſas 56
peccaſſe mortaliter ex multis capitibus. Primò,
quia grauem iniuriam intulerunt prouinciali
imponendo ei teſtimonium in re graui dicendo
illis facere grauamen iniuſtum contra noſtras 57
conſtitutiones in re grauiſſima, & irreparabili, cū
tamen ille eos puniret de rebus leuibus iuxta or-
dinis conſtitutiones. Tum quia ſine iuſta cauſa
intentarunt impedire eius iuriſdictionem. Ita D.
Bernardus *lib.* 3. *de conſideratione ad Eugenium*, 58
vbi ait, qui non grauatus appellat manifeſte li-
quet, quod aut grauare intendit, aut tempus
redimere. Ita etiam D. Thomas 2.2. *quæſt.* 69. *art.* 3.
& cum Nauarro, Aldetete, Portel, & aliis com-
muniter N. P. Fr. Petrus ab Angelis, *p.* 1 *ſui ordinis
iudicialis, cap.* 27. *n.* 9. qui *num.* 10. & 11. addit cum
Torres, & Diana, quod vt licita ſit appellatio

probat Eſcobar, *de puritate.p.1.q.16.§. 4. num.* 28.
Et ratio eſt. Tum quia deſcendentes ex Hebræis
67 plerunque mutant cognomina, & aliena ſumunt,
vt maculam ſanguinis elidant, vt bene aduertit
Eſcobar, *de puritate, p. 1. q. 6. §. 3. n.* 40 Tum
68 quia quando non conſtat, An filius ſit ſpurius,
vel naturalis potius præſumitur naturalis, quam
ſpurius, vt cum Boſio, Marienco, Gratiano, Maſ-
cardo, Gutierrez, Sanchez, docet Eſcobar, *de pu-
ritate. p. 1. q. 16. §. 4. n.* 27. Et ad probandum
quod filius ſit naturalis ſufficit, quod concubina
69 ſit domi retenta, vt cum Antonio Gomes, Auen-
daño, notat Sanchez. *lib. 4. conſiliorum, cap.* 3.
dub. 3. *n.* 4. Vnde matri dicenti filium eſſe ſpu-
70 rium, & non naturalem, non eſt credendum, ſi
filius natus eſt in domo illius, cuius poteſt dici fi-
lius naturalis, & non ſpurius; & ratio eſt, quia
matris aſſertio non poteſt nocere filio, cui me-
71 lius eſt eſſe naturalem, quam ſpurium, ſicut aſſer-
tio matris dicentis filium non eſſe ex marito, non
præiudicat filio, ſi natus eſt in domo mariti, vt te-
net cum multis Menoch. *lib.6.præſumpt.*53.*n.*6.*&* 7.
72 Octauo ſuppono, quod filius natus in domo
v.g. Petri, ſi non conſtat certo de alio patre, præ-
73 ſumitur illius, in cuius domo natus eſt. Ita cum
Decio, Corneo, Alexandro, Alciato, Socino, &
aliis communiter Menochius. *de præſumptionibus,
lib.6. præſumptione* 33.*n.*19. Vbi etiam cum aliis
74 ait, filium præſumi procreatum ab eo, qui ad libi-
tum ſuam mulierem tenebat, quæ certiora ſunt,
ſi talis mulier dum in domo alterius concubinarij
erat numquam peperit, nec concepit, nam tunc
75 ſi cum alio homine habitauit, & illius concubina,
fuit, & ſtatim concepit, & peperit, non illius cu-
ius prius concubina fuit, ſed iſtius ſecundi præſu-
mitur filius conceptus & natus, vt bene cum Are-
tino, Felino, & aliis, etiam reſpectu proprij ma-
riti, notat Menochius, *ſuprà. n.*19. Quæ veriora
76 ſunt, ſi ille in cuius domo eſt dicta concubina, fi-
lium natum alimentat, & domo retinet, & mul-
to magis, ſi hæredem inſtituit. Nam hæc omnia,
niſi veris filiis raro fiunt, & quæ magis filiis con-
77 ueniunt, quam aliis, veram filiationem inducunt,
vt cum Alexandro, Socin. Rolando, Gratian.
78 docet Eſcobar, *part.1. de puritate, q.6.§.4.n.* 30. &
cum aliis Menochius, *de præſumptionibus, lib.6. præ-
ſumptione* 53 *n.*33.
Nono. ſuppono. Quod is qui eſt in puritatis
79 quaſi poſſeſſione actuali, vt ſi ſit Religioſus in
religione, vbi dantur puritatis ſtatuta, ipſa actua-
lis poſſeſſio ſtatus requirit veras probationes, &
reiicit Præuiligiarias, & præſumptas, vt ſunt
80 probatio ex ſolo auditu, *l. ſiue poſſidetis* 16. *C.
de probationibus.* Tum quia ſicut poſſeſſio ipſa
certa eſt. ita per veras, & certas probationes tol-
81 li debet; Probatio autem auditus incerta eſt;
Tum quia poſſeſſio eſt cauſa, vt præſumatur ve-
rum dominium, & puritas ſanguinis, *ex l. fin. C.
de rei vendic.* vt ex Abbate, Ripa, & aliis tradit
82 Gracia, *de nobilitate gloſſa* 18. §. 1. *n.*10. & cum
Alciato, Caraeta, Valenzuela, & aliis probat Eſco-
bar, *de puritate, p.*9 §.4 *num.*57. Vnde quando
agitur de ſpoliando admiſſo, v. g. ad profeſſio-
nem, quam actu vere poſſidet, requiruntur ple-
niores probationes, *ex textu in cap. ſuper his* 16.
de accuſat. cum aliis adductis a Parexio de Lara,
83 *cap.4 num.*56. Plus enim requiritur ad repellen-
dum iam admiſſum, quam ad non admittendum
ad habitum. Turpius enim reiicitur, quam non
admittitur hoſpes. Ad quemlibet enim non ad- 84
mittendum ſufficit vnus teſtis, & leuis ſuſpicio,
vt cum Nauarro notauit Rodriguez, *tom.1. q.* 14.
art. 3. Ad reiiciendum vero iam admiſſum ad 85
profeſſionem maior, & plenior requiritur defe-
ctuum probatio, quidquid in contrarium dicat 86
Perezius de Lara, *cap. 4.numero* 56. Et ratio eſt.
quia religioſus iam receptus ad profeſſionem ius 87
habet ad rem, ſeu in re; ergo ad repulſam illius
maior requiritur probatio, quam ad repellendum 88
eum, qui adhuc nullum ius aſſecutus eſt, & fa-
cilius impeditur ius quærendum, quam tollitur ius
quæſitum, vt cum Alexandro, Thuſco, Barboſa, &
aliis notat Eſcobar, *de puritate, part. 1. quæſt.*6.
*§.1.n.3.& part.1.quæſt.7.à n.*135. vbi plura ad rem.
Ex quibus omnibus concludo, quod ſi præten-
ſor conſtitutus fuerit in quaſi poſſeſſione purita- 89
tis ex obtenta profeſſione Religionis, vel officio
illam requirente. Tunc iudices dubio pro eius
puritate debent iudicare, *ex reg. textus, in l. in
pari.* 118. *de reg. iuris, & in cap. in pari* 65. *eodem
tit. in* 6. & cum Couarruuias, Adriano, Cordo-
ba, Soto, Vaſquio, Sairo, Bonacina, *tomo* 2. *d.* 2. 90
de reſtitutione, part.2.num. 5. Eſcobar, *de purita-
te, part.2. quæſt.* 9. § 4.*n* 21. Cuius Ratio eſt quia
quilibet debet in ſua poſſeſſione manuteneri, ni-
ſi ſit aperta & iuſta ratio in contrarium, *ex cap.
querelam* 24. *de electione. cap. conſultationibus* 19.
de iure patron. Maxime in dubiis, quæ condu-
cunt ad bonam, ſeu malam exiſtimationem per-
ſonarum, pro qua eſt præſumptio, & interpreta-
tio facienda, ad quod tenemur ex iuſtitiæ lege ſe-
cundum, D. Thomam, 1.1.*quæſt.*19. *art.*4. & cum
aliis Theologis Leſſius, *libro 1. de iuſtitia, cap.* 29.
*dub.*4.*n.*36. Ioannes Sanchez, *in ſelectis, d.*42.*n.*7.
*& d.*43.*n.*13.
Dixi quod iudices in dubio potius debent iu-
dicare poſſidentis puritatem. Nam ſi non ſolum
rem poſſidentis puritatem. Nam ſi non ſolum
detur dubium negatiuum, ſed poſitiuum, ratio- 91
ne opinionum oppoſitarum; ſi vtraque probabi-
lis ſit: Tunc multi dicunt poſſe iudicem ſequi quam
maluerit opinionem, & ſpoliare poſſidentem. ſi
contra ſe habet opinionem probabilem. Ita do-
cet Ioannes Sanctius, *in ſelectis, d.* 43. *num.*54 &
loquens de matrimonio carnali, quando dantur
duæ opiniones probabiles, vna quæ dicit matri-
monium fuiſſe nullum, altera fuiſſe validum *ea-
dem, diſp.*44. *num.*8. Thomas Sanchez, *lib.* 2. *d.
matrim.d.*41. *n.*30. *& in Decalogum, lib.* 1 *cap.* 9.
num. 53. & cum aliis Bonacina, *tomo* 2. *tract. de
legibus d.* 2.*q.*4. *p.*9.*n.*5. *& n* 15. Eſcobar, *de purita-
te, p.*2.*q.*9.§.4.*n.*28.
Verum ego dico, quod cum hic non dentur 92
opiniones æquè probabiles ex parte iuris, ſiqui-
dem ex parte iuris ſupponimus certo dari legem
eſſe excludendum maculatum, etiamſi ſit in poſ-
ſeſſione; ſed ſolum ex parte facti, an prætenſor
ſit, vel non maculatus, ſi opiniones ſint æquè 93
probabiles, tenetur iudex fauere Reo, vt benè
aduertit Bonacina, *ſuprà, numero* 14. *verſu quod
diximus*, iuxta illud axioma, in pari cauſa potior eſt
conditio poſſidentis & cum ſunt partium iura ob- 94
ſcura. Deo potius fauendum eſt, quam actori, ita
etiam Clauis Regia, Aragonius, Filiucius, quos ibi
refert, Bonacina, & cum aliis multis Trullenc. *lib.*8.
*Decalogi cap.*1.*dub.*6.*n.*8.

Quando

95 Quando verò opiniones ex parte facti non ſunt æquè probabiles, ſed vna eſt probabilior altera, quia ſcil. vna pars probauit ſuam cauſam teſtimoniis melioribus, & probabilioribus, iudex tenetur iudicare iuxta opinionem probabiliorem; quia ex parte illius pro quo ſtat opinio probabilior, adſunt maiora merita, Iudex autem debet vnicuique ſuum tribuere, iuxta merita. Ita Valentia, Clavis Regia, Salon, Sanchez, Reginaldus, Filliucius, quos refert, & ſequitur Bonacina, *de legibus d. 2. quæſt. 4. part. 9 num 14. verſu opinio*; vnde ſtando in hac ſententia, ſi 96 detur melior probatio prætenſorem haberet maculam, tunc iudex debet eum ſpoliare ſtatu religioſo, ad hoc enim ſufficit opinio probabilior, vt diximus cum prædictis Doctoribus.

97 Nec obſtat ſi dicas talem eſſe in poſſeſſione ſtatus religioſi, & alias habet opinionem probabilem; ergo manutenendus eſt in religione, donec certo abſque opinione conſtet ipſum eſſe maculatum. Patet conſequentia, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, ergo à fortiori melior erit conditio poſſidentis cum opinione probabili, vt non eiiciatur a ſtatu quem poſſidet ob opinionem contrariam probabiliorem. Non obſtat inquam Reſpondetur namque, negando conſequentiam. Ad probationem reſpondetur cum Sanchez, *de matrimon. d. 42. num.* 30. quod illud axioma, melior eſt conditio poſſidentis, intelligi in dubio, at quando ſunt diverſæ opiniones circa aliquam rem, non tenetur iudex facere poſſidenti, quia tantùm in dubio melior eſt conditio poſſidentis; Iudex autem non eſt dubius, ſed probabiliter, vel probabilius opinatur, in rebus autem moralibus, iuxta communem ſententiam, ſatis eſt amplecti opinionem probabilem, ſi probabilitas verſetur circa ius, vel magis probabilem, quando probabilitas verſatur circa factum.

98 Nec obſtat ſi dicas, aliquos Doctores dicere, quod quando probabilitas verſatur circa factum, tenetur iudex ſequi opinionem minus probabilem fauentem reo, contra actorem, vt docet cum Salon, Villalobos, *tom. 1. diffic.* 15. *numero* 3. Trullenc. *lib.* 8. *Decalogi cap.* 1. *dub.* 6. *numer.* 6. *circa finem*, ſed prædictus religioſus in hoc caſu eſt reus; ergo ſemper fauendum eſt ei contra religionem, quæ eſt actor, & aggreſſor. Reſpondetur primo prædictam doctrinam intelligi, quando nullum nocumentum ſequitur accuſatori, vt aduertunt prædicti Doctores, vt notat Trullenc. *loco citato*; hic autem maximum nocumentum prouenit Religioni in fama; & in honore; & in eo quód habent religioſum infamatum de ſanguine Hebræo. Secundo reſpondetur dictam ſententiam procedere in cauſis criminalibus, nos autem hic, non ſumus in caſu criminali, quod enim Petrus ſit deſcendens ex ſanguine Hebræorum, vel ex ſanguine puro, non eſt crimen.

Tertiò reſpondetur prædictam ſententiam procedere, quando ſolum datur probabilitas remota circa factum, non vero quando datur etiam probabilitas proxima circa ipſum factum, hoc eſt, quando opinio non ſolum eſt, an Petrus ſit, vel non Hebræus, quæ eſt probabilitas remota circa factum, ſed quando datur etiam opinio probabilis dicens, quod quando dantur meliores probationes Petrum eſſe Hebræo ſanguine maculatum, & vt talem excludi à ſtatutis requirentibus puritatem pro ingreſſu alicuius religionis, nam tunc probabilitas non ſolum eſt remota circa factum, ſed etiam proxima, ſiquidem tales Doctores dicunt, ſtante tali probatione de macula, prætenſorem excludendum à religione vbi dantur ſtatuta puritatis, vt rectè cum Sanchez docuit Lugo, *de iuſtitia, d.* 16. *numer.* 101. & 102. ergo cum in hoc caſu ſint Doctores probabiliter affirmantes hic, & nunc, talem prætenſorem, eo quòd contra ſe habet fortiores probationes de macula, cenſendum eſſe Hebræum, & prohibitum recipi in religione habente ſtatuta puritatis, non obſtante opinione contraria, conſequens eſt, vt poſſit iudex formare iudicium proximum, & vltimum, quod dicat hic, & nunc, religionem habere ius contra poſſeſſorem, & debere illum excludere, atqui multi Doctores dicunt, quod quando dantur meliores probationes aliquem eſſe ſanguine maculatum, vt talem reputandum eſſe excluſum à ſtatutis acquirentibus puritatem, etiamſi pro ſe habeat aliquas rationes in contrarium facientes opinionem minus probabilem, vt docet cum aliis Eſcobar, *de puritate, part.* 2. *quæſt.* 9. §. 4. *numer.* 18. ergo ſtando in hac opinione, optimè poteſt iudex ferre ſententiam contra dictum Religioſum cum habitu ſpoliando, & profeſſione, non obſtante ſua opinione probabili in contrarium.

99 Dices, ſi detur opinio ſingularis alicuius Doctoris defendens valorem matrimonij carnalis, quæ verè ſit probabilis, præferenda eſt talis opinio communi opinioni dicenti matrimonium eſſe nullum, ergo idem dicendum eſt in profeſſione religioſa, valet enim argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, qualis eſt profeſſio religioſo, vt patet ex *cap. frequenter, §. porro, vt lite non conteſtata, cap. inter corporalia, & cap ſi de tranſlatione Epiſcopi. cap. cum inter Canonicas, de electis* cum multis probat Riccius. *in praxi aurea variarum reſolutionum, reſol. 464. numero* 1. Sed huiuſmodi Religioſus pro ſe habet opinionem probabilem, non eſſe maculatum; ergo per opinionem probabiliorem dicentem ipſum eſſe maculatum non eſt eiiciendus à poſſeſſione profeſſionis. Antecedens eſt certum, & illud cum multis tenet Sanchez *lib.* 1. *de matrimonio, diſt.* 18. *numero* 7. Ergo.

Reſpondetur, illam ſententiam Sanchez loqui quando datur opinio probabilis circa ius, vt patet ex illis verbis Sanchez, hinc patet opinionem ſingularem alicujus Doctoris matrimonium ſuſtinentis præferri plurium ſententiæ illud impugnantium, niſi textui aperto innitantur. Et ratio eſt, quia quando opinio verſatur circa ius, tenetur iudex ſequi eam ſequi opinionem quæ fauet cauſæ piæ, matrimonio, valori actus, & reo contra Fiſcum, vt conſtat *ex l. ſemper in dubiis. ff. de regulis iuris*, & tenet cum Siluio, Nauarro, Villalobos, Souſa, Syluestro, & aliis Trullenc *lib.* 8. *Decalogi, c.* 1. *n.* 4. At quando opiniones verſantur circa factum, ut in præſenti, tunc tenetur iudex ſequi opinionem probabiliorem, etiam in matrimonio, illud nullum declarando; vt cum Nauarro, Couarruuias,

Ledeſma docet Sanchez *lib. 2. de matrimonio d. 45. n. 4. & 5.* vbi ait ob coniecturas enim probabiles prudentis iudicis arbitrio concedunt hi Doctores facultatem alibi nubendi, & idem dicit loquendo de matrimonio Ioannes Sanchez *in ſelectis d. 44. num. 8.* & multi alij Doctores, qui dicunt, quod cum ſola probabilitate mortis viri, poteſt iudex concedere vxori, vt alteri nubat, quam ſententiam probabilem iudicat Sanchez *lib. 2. de matrim. d. 46. n. 6.* ergo multo à fortiori id dicendum eſt in profeſſione religioſa, cuius vinculum non eſt tam indiſſolubile, vt matrimonium carnale conſummatum per quod patet ad argumentum.

Dices, ſi coniuges habeant opinionem probabilem non dari impedimentum dirimens, & ſi
100 detur opinio probabilior de illius exiſtentia, poſſunt matrimonium vt validum iudicare, & licite poſſunt petere, & reddere, non obſtante, quod talis opinio non verſetur circa ius, ſed circa factum; ergo etiam iudex poterit ſequi opinionem probabilem, relicta probabiliori, etiam quando opinio non eſt circa ius, ſed circa factum, vt in præſenti. Antecedens tenet cum Ledeſma, Sanchez *lib. 2. de matrimonio d. 44. num. 4. & d. 42. n. 9.* Ochogavia *tract. 2. de matrimonio q. 12. num. 13.* Conſequentia recte infert; ergo. Reſpondetur cum Bonacina *de legibus d. 2. quæſt. 4. p. 9. num. 14.* Lugo *de pœnitentia d. 22. num. 40.* Admittendo antecedens, & negando conſequentiam, Et ratio diverſitatis eſt, quia iudex conſtitutus eſt à republica ad iudicandum inter partes, iuxta id, quod magis æquum eſt, & iuxta vnius cuiuſque merita, quam tamen obligationem non habent coniuges, ſed ſolum tenentur petere, & reddere ſine peccato, ad hoc autem ſufficit opinio probabilis, vt ait Sanchez *d. 41. de matrimonio num. 3.* iuxta communem Doctorum ſententiam.

PONITVR RESOLVTIO AVTHORIS caſus propoſiti in hoc conſulto.

101 His ergo ſuppoſitis, & prænotatis, veniamus ad deciſionem noſtri caſus. Cui Reſpondi quod ſi ea quæ in narratiua illius dicuntur vera ſunt, talem religioſum reputandum eſſe ſanguine Iudæorum maculatum, & vt talem repellendum à religione, & eius profeſſionem, vt nullam declarandam.

102 Ratio fundamentalis eſt. Quia nos hic ſumus in re antiquiſſima excedente centum, & quadraginta annos, ad cuius plenam probationem ſufficit communis fama, & populi reputatio, ſi ſit adminiculata aliis certis coniecturis, veroſimilitudinibus, & præſumptionibus, ſed fama communis, & vox totius populi in oppido originario huius Religioſi, & ſuorum maiorum eſt, quod ille deſcendat à quodam medico Iudæo, & hoc fama adiuuatur omnibus adminiculis, & coniecturis, & veroſimilitudinibus, quas ſupra diximus requiri, vt famam faciat plenam probationem in materia puritatis; ergo talis religioſus iudicandus eſt impurus, & maculatus, & vt talis reijciendus à ſtatu religioſo; & eius profeſſio, vt nulla declaranda.

Maior quo ad primam partem, ſcilicet quod ſimus in re antiquiſſima excedente centum, & quadraginta annos, eſt certa, & aſſeritur ab omnibus, & non negatur ab ipſo Religioſo. Quoad ſecundam vero partem, ſcilicet quod ad probandam rem antiquiſſimam in materia puritatis ſufficit fama cum certis coniecturis, & veroſimilitudinibus, patet ex primo, ſecundo, & tertio 103
prænotando. Minor vero patet; Quia hic datur fama totius populi in re antiquiſſima, & non recenti in materia puritatis. Datur incertitudo ex parte primi antecedentis huius religioſi, nam alij dicunt deſcendere à quodam medico Hebræo, alij dicunt deſcendere à quodam clerico Chriſtiano veteri; ſed præſumptio, quod ſit nepos medici Hebræi, & non clerici, fortior eſt, nam quando datur incertitudo ex parte patris, an filius ſit naturalis, an ſpurius, potius præſumendus eſt naturalis, quam ſpurius, vt diximus prænotando 9. ergo prima auia huius religioſi, potius præſumenda filia medici Hebræi, quo caſu eſſet naturalis, quam clerici, quo caſu eſſet ſpuria.

Confirmatur quia datur etiam fortiſſima præſumptio contra matrem illius aſcendentis, quæ cum peperiſſet in domo medici Hebræi impoſuit filiæ natæ cognomen clerici, cuius prius fuerat concubina; præſumitur enim id feciſſe ad fugiendam maculam ſanguinis medici Hebræi; cu- 104
ius filia erat, vt late diximus in ſeptimo prænotando. Datur etiam contra eam præſumptio, quod cum nunquam in domo clerici peperiſſet, cum per plures annos fuiſſet illius concubina, dum venit in domum medici Hebræi, ſtatim concepit, & peperit, vt diximus prænotando octauo. Datur etiam contra illum fortiſſima præſumptio, quod dictus medicus Hebræus domi ſuæ filiam educauit eam reliquit heredem ſuorum bonorum, vt patet ex dictis prænotando 8. ergo fama his veſtita circumſtantiis, proculdubio facit non ſolum probabilem, ſed moraliter certam probationem, vt in ſimili caſu docet Sanchez *lib. 2. de matrimonio d. 46. n. 15.* Ochogauia *tract. 2. de matrimonio q. 13. n. 6.* & patet ex dictis in primo, ſecundo, & tertio prænotando.

105 Nec obſtat ſi dicas, quod etiam eſt fama in eodem populo æqualis, quod iſte religioſus non à medico Hebræo, ſed clerico Chriſtiano veteri procedat; ergo in pari dubio fauendum eſt illi, vtpote reo. Tum quia cum talis fama eſt fortiſſima præſumptio, quod mater illius fœminæ aſcendentis, quæ à fama contraria dicitur filia cuiuſdam medici Hebræi, pluries declarauit, & dixit illam filiam ſuam, à qua iſte religioſus trahit originem, non eſſe filiam medici Iudæi, ſed cuiuſdam clerici Chriſtiani veteris, cuius prius fuerat concubina & ob id quando filia nata eſt in domo medici Iudæi, ei impoſuit cognomen clerici, & non medici Iudæi, ſed quando quis fert cognomen alicuius generis, & familiæ, præſumitur illius eſſe familiæ, & generis, vt diximus ſeptimo prænotando; ergo.

Tum quia, vt quis reijciatur à ſtatu, quem poſſidet petentem puritatem, debent probationes eſſe veræ, & non priuilegiatæ; ſed probationes ex auditu ſunt priuilegiatæ, vt diximus nono prænotando; ergo talis religioſus non poteſt deijci à ſtatu religioſo, quem actu poſſidet, ob ſolam probationem maculæ ex auditu. Tum quia iudex in dubio pro puritate debet iudicare, nam vt quis ſpolietur à ſua poſſeſſione, debet

adeſſe

adeſſe aperta & iuſta ratio in contrarium; in dubio enim melior eſt conditio poſſidentis. Tum quia cum iſte religioſus ſit in poſſeſſione profeſſionis, non eſt repellendus ab ea ob ſolam opinionem etiam probabiliorem in contrarium, ſi pro ſe habeat probabilem opinionem, nam ſi derur opinio unius authoris, dummodo ſit probabilis, defendens valorem matrimonij, illa eſt ſuſtinenda contra communem; ſed argumentum valet à matrimonio carnali ad ſpirituale, vt diximus ſuprà; ergo,

105 Non obſtat inquam Reſpondetur namque, quod quomodo dantur duæ famæ contrariæ ambæ antiquæ in eodem populo, vna affirmans maculam, & altera puritatem, præferenda eſt, quæ affirmat maculam, vt diximus prænotando quinto, præcipuè cum teſtes diſtinguunt coniunctiones, qualitates, & cognomina aſcendentium prætendentis & alias teſtes contrarij non deſtruunt rationes illorum, qui maculam aſtruunt; ſed hæc omnia accidunt in præſenti; nam id quod dicunt aliqui matrem illius fœminæ aſcendentis, & originariæ huius generationis, dixiſſe illam eſſe filiam Clerici non debet ei vlla fides dari. Tum quia potius vult facere ſuam filiam ſpuriam, quàm naturalem; ſecundo, quia cum per multum tempus fuiſſet concubina Clerici nunquam ab eo concepit, & poſtquam peruenit ad domum medici Iudæi, ſtatim concepit, & peperit; Tum quia præſumitur, quod vt euitaret maculam filiæ, illi impoſuit cognomen Clerici; Tum quia Clericus non reliquit aliquod legatum huic fœminæ, nec eam domi, vt filiam recepit, nec vt talem cognouit, cum medicus Iudæus eam domi ſuæ nutriret, ei totam ſuam hæreditatem reliquerit; ergo cum hæc omnia non illidant dicta illorum teſtium affirmantium puritatem, ex illis cauſis, vt *ſuprà diximus* ſeptimo, & octauo prænotando, talis fœmina non Clerici, ſed medici Hebræi filia reputanda eſt.

106 Ad illud vero, quod ait, quod in pari dubio fauendum eſt reo; Reſpondeo ita eſſe, ſed nos hic non ſumus in dubio, ſed ſumus non ſolum in probabili, & probabiliori opinione, ſed in re certa moraliter; nam fama antiqua adminiculata cum teſtibus ex auditu, & cum tot præſumptionibus, non ſolum facit opinionem æquè probabilem, cum alia fama in contrarium, ſed probabiliorem, & reddit rem moraliter certam, vt diximus in primò, ſecundo, & tertio prænotando, & in fine noſtræ rationis. Ad illud verò quod ait, quod vt quis ſpoliatur à ſtatu petente puritatem, in cuius poſſeſſione eſt, debent probationes eſſe veræ, & non priuilegiatæ. Reſ-
107 pondeo ita eſſe. Nos autem hic non ſolum habemus probationem priuilegiatam, quæ habetur ex auditu, ſed probationem ex publica voce, & fama totius populi adminiculatam grauiſſimis præſumptionibus, & veroſimilitudinibus, quæ ſufficit, non ſolum ad faciendam opinionem probabilem, & probabiliorem, ſed ad faciendam rem moraliter certam, vt conſtat ex primo, ſecundo, & tertio, prænotando, & ex ſupradictis in noſtra ratione.

108 Ad illud verò quod ait, quod iudex in dubio pro puritate debet iudicare. Reſpondeo ita eſſe. Non tamen quando datur probabilior opinio in contrarium, & multo minus quando datur probatio moraliter certa, vt in noſtro caſu. Ad illud verò quod ait, quod Religioſus non debet repelli à ſua profeſſione, ob ſolam opinionem probabiliorem. Si pro ſe habeat opinionem probabilem, vt fit in matrimonio carnali. Reſpondeo id ita eſſe, quando opiniones verſantur circa ius, non verò quando verſantur circa factum, vel quando verſantur circa factum, non ſolum remote, ſed etiam proximè, vt in præſenti præcipuè quando probatio in contrarium non ſolum facit probationem probabilem vel probabiliorem, ſed moraliter certam, vt in præſenti.

Ex quibus omnibus concludo, quod ſuppoſitis his, quæ dicuntur in narratiua, & ſuppoſita 109
prædicta fama cum dictis adminiculis, dictus religioſus iudicandus eſt procedere ex ſanguine maculato Iudæorum, nec ei fauet fama in contrarium, ſiquidem non deſtruit fundamenta alterius contrariæ, vt probatum manet. Tum quia trahit originem à radice vitiata; nam fama quæ datur dictam fœminam deſcendere à dicto Clerico, traxit originem à dicto matris, quæ dixit illam fœminam eſſe filiam Clerici, & non medici Iudæi, ſed conſanguineorum teſtimonium nihil valet in materia puritatis, vt patet ex tertio prænotando; ergo cum hæc fama ortum habuerit à dicto matris nullam meretur fidem, & permanet fama maculam adſtruens, vtpote de re proximiori verior, & adminiculata dictis præſumptionibus moraliter certa, vnde cum macula vere & realiter, & plene, & non ſolum probabiliter ſit probata, tenentur iudices iudicare talem profeſſionem illius religioſi fuiſſe nullam; ſiquidem ipſe deſcendens eſt ex ſanguine Hebræorum, vt *ſuprà diximus*, & hæc ſaluo meliori iudicio.

CONSVLTVM CX.

De recuſatione cuiuſdam viſitatoris regularis, eo quod in viſitatione generali vnius Conventus dederit illius priori articulos culparum leuium, qui ex ea reſultarunt contra eum in ſcriptis; An fuerit valida, & dato, quod fuerit nulla, qua pœna dictus prior recuſans, & appellans ob dictam cauſam à ſuo viſitatore, ſit in ordine noſtro puniendus?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Viſitator non poteſt recuſari in viſitatione generali, ſi ex eo ſolum procedat contra aliquem in culpis, quæ ſecundum noſtras conſtitutiones præcipiuntur puniri in viſitatione generali.*
3 *Probatur id ex variis textibus.*
4 *Probatur multiplici ratione.*
5 *Occurritur cuidam obiectioni in contrarium.*
6 *Explicatur quas culpas debet viſitator punire in viſitatione generali, & quas non.*
7 *Si defectus Prælati ſint occulti quomodo viſitator eos debeat punire explicatur.*

8 Quid

8 *Quid ſi fuerint publici, vel notorij.*
9 *Quando culpa ſunt graviores formnodus eſt proceſſus cum à quiſitione ſpeciali.*
10 *In inquiſitione ſpeciali poteſt reus recuſare iudicem, ſi habuerit legitimam cauſam.*
11 *In noſtra Religione id raro conceditur.*
12 *In noſtra Religione eſt prohibita appellatio à ſuperioribus.*
13 *Eſt etiam interdicta recuſatio.*
14 *Solum in caſu grauiſſimo, & raro, & quando grauamen eſt certum contra noſtras conſtitutiones in noſtra Religione eſt licita appellatio, & recuſatio.*
15 *Tunc melius faciet Religioſus ſi recurrat ad ſuperiorem abſque appellatione, & recuſatione per ſimplicem explicationem.*
16 *Quando culpa fuerint graues, & notoria, debet eas viſitator in capitulo corrigere, ex ſola viſitatione generali, ſecus ſi fuerint occulta.*
17 *Ha culpa quando ſunt publica, poteſt eas prior in capitulo Conuentuali punire de iure noſtro, ſine vllo proceſſu.*
18 *Non eſt in noſtra Religione formandus proceſſus, niſi ob delicti atrocitatem.*
19 *In aliis Religionibus vnuſquiſque conſulat ſua ſtatuta.*
20 *In aliis Religionibus, ſi culpa fuerint leues, non eſt neceſſe formare proceſſum, ſed ex viſitatione generali, eas poteſt viſitator punire, ſecus ſi ſint graues, ſecluſis ſpecialibus ſtatutis.*
21 *Dato quod viſitator poſſet recuſari in viſitatione generali, hic prior non poterat illum recuſare, eo quod dedit ei articulos culparum leuium in ſcriptis.*
22 *Recuſatio fit ob præſumptionem claram, quod iudex in proceſſu poterit lædere ob inimicitiam, & ob alias cauſas.*
23 *Propter grauamen illatum non datur recuſatio, ſed appellatio.*
24 *Melius faceret hic prior ſi appellaret à dicto viſitatore, quam eum recuſando.*
25 *Exhibitio culparum in ſcriptis non eſt cauſa ſufficiens recuſationis.*
26 *Viſitator vt poſſit aliquem Prælatum punire debet ſecundum noſtras leges illum prius audire.*
27 *Si viſitator ob aliquam cauſam dedit in viſitatione generali articulos culparum in ſcriptis proteſtando ſe non facere proceſſum, nec procedere iuridice, nullam iniuriam intulit ei, cui tales culpas in ſcriptis dedit, vt ſe defenderet.*
28 *Quod articuli culparum, ſiue in viſitatione generali, ſiue ſpeciali, dentur reo in ſcriptis, vel viua voce, non pertinet ad ſubſtantiam rei geſtæ, niſi quando lex id ſpecificat.*
29 *Nec in iure, vel in noſtra lege dicitur, quod culpæ dicantur in viſitatione generali viua voce, vel in ſcriptis.*
30 *Quod culpa manifeſtentur reo per ſcriptum, vel viua voce, ſiue in viſitatione generali, ſiue in inquiſitione ſpeciali, id per accidens eſt.*
31 *Si dentur in ſcriptis, afferunt maius commodum reo.*
32 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur.*
33 *Ponitur alia inſtantia, & ſoluitur.*
34 *Reus poteſt appellare, quando exceditur modus ſubſtantialis in corrigendo.*
35 *Licet reus poſſet appellare ab exceſſu in corrigendo, etiam accidentali, non tamen ab exceſſu in modo dandi articulos culparum.*
36 *Exceſſus in corrigendo poteſt infamare, non vero diuerſus modus dandi articulos culparum.*
37 *Si culpa maxima fuiſſent teneretur iudex dare reo articulos culparum in ſcriptis.*
38 *Religioſi non poſſunt appellare, etiam ad Superiores ordinis à mandato, ſententia, vel præcepto, quæ fuerit iuxta conſtitutiones ordinis*
39 *Non poſſunt appellare à ſententiis, quæ non afferunt grauem infamiam, aut pœnas valde rigoroſas, etſi exceſſus clarus, & manifeſtus inueniatur in illis.*
40 *Probabile eſt, quod à nulla ſententia correctionis poſſunt religioſi, etiam intra religionem propriè, & iuridice appellare.*
41 *Excipe aliquem eorum rariſſimum, grauiſſimæ iniuriæ, & irreparabilis damni, cui non poſſet obuiari per ſimplicem recurſum.*
42 *Appellatio præter prædictum caſum Religioſis prohibetur, ob pacem Religionis, & ob Prælatorum reuerentiam.*
43 *Prior non potuit appellare à viſitatore ad definitorium, in viſitatione generali.*
44 *Regularibus non eſt licita appellatio à mandatis Prælati, quando mandata ſunt ſecundum regulam, & conſtitutiones.*
45 *Mandatum de reſpondendo articulis culparum datis in ſcriptis eſt iuxta noſtras conſtitutiones.*
46 *Conſtitutio non præcipit quod in viſitatione generali dentur grauamina viua voce, vel in ſcriptis.*
47 *Solum præcipit, quod viſitator audiat reum.*
48 *Viſitator poteſt audire reum viua voce, vel in ſcriptis, prout ſibi placuerit.*
49 *Regulares non poſſunt appellare à ſententiis, quæ non afferunt grauem infamiam, vel pœnas valdè rigoroſas, etſi exceſſus clarus, & manifeſtus inueniatur in illis.*
50 *Non poſſunt appellare, etiam à ſententia rigoroſa, niſi grauamen ſit irreparabile.*
51 *Ab actibus extraiudicialibus non datur appellatio ſuſpenſiua.*
52 *Quædam alterius Prioris appellatio reprobatur ob eandem rationem.*
53 *Etiam quando eſt licitum religioſo appellare grauamen, debet eſſe certum, & notorium.*
54 *Prouincialis poteſt ſuſpendere Priores, non ſolum ob culpas, quibus hæc pœna in noſtris conſtitutionibus imponitur, ſed quando grauitas culpæ id poſtulauerit iudicio prouincialis.*
55 *A mandato, quod ex iudicis arbitrio fertur, non datur appellatio.*
56 *Iſti Priores recuſando, vel appellando à ſuo viſitatore ob dictas cauſas peccarunt mortaliter.*
57 *Primo, quia impoſuerunt ei teſtimonium in re graui.*
58 *Secundo quia intentarunt eius impedire iuriſdictionem.*
59 *Tertio peccarunt peccato ſcandali, quod aliis dederunt, tum quia fuerunt primi qui appellationem, & recuſationem in noſtro ordine intentarunt.*

60 *Quarto*

60 *Quarto peccauerunt contra obedientiam, nolentes parere viſitatori.*

61 *Nolle parere Prælato præcipienti etiam ſine præcepto in ſcriptis in facie illius eſt peccatum mortale.*

62 *Contra appellantes à ſuis ſuperioribus, vel eos recuſantes non datur pœna in iure taxata*

63 *Id relinquitur arbitrio iudicum.*

64 *Pœna debet commenſurari cum ea, quæ ponitur in tribunalibus ſæcularibus recuſantibus ſine cauſa ſufficienti iudices, vel ab eis appellantibus.*

65 *De iure noſtro recuſantes Prælatos, vel ab eis appellantes debent priuari officio irremiſſibiliter.*

66 *Qui contra ordinis ſuperiores ſe erexerint, eorum officium impedire conantes, voce, & loco, & officio priuentur.*

67 *Recuſantes, vel appellantes à viſitatore ſine iuſta cauſa, ſe contra eum erexerunt, procurantes eius officium impedire.*

68 *Suſpenſiones, & recuſationes ſunt impedimentum iuris, quod iure ipſo impedit iuriſdictionem.*

69 *Ille propriè dicitur impedire officium iudicis ordinarij, qui eſt cauſa, cur dictus iudex inuitus deſiſtat ab opere, quod intendebat.*

70 *Quando lex noſtra non declarat pœnam, quæ alicui culpæ imponenda eſt, debet iudex ſeruare proportionem cum alijs pœnis in eadem conſtitutione taxatis.*

71 *Hæc pœna priuationis officij habet magnam proportionem cum alijs pœnis pro ſimilibus culpis in noſtris conſtitutionibus taxatis.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

1 CVm Prouincialis quidam noſtræ Congregationis viſitaret vnum Conuentum ſuæ Prouinciæ, facta viſitatione paternali vocauit ad ſe Priorem, vt ei diceret in ſua cella inter ſe, & ipſum ſolum, quæ contra eum ex viſitatione paternali reſultauerint, vt Prior daret ſuam excuſationem, ſi quam haberet, & cum illi proponeret quendam defectum leuem quem religioſi illi aduerterant, Prior impatiens in verba parum religioſa coram ipſo Prouinciali erupit quod videns Prouincialis, præcepit ei, vt recederet, & poſtquam receſſit, ſcripſit alios defectus leues in quadam papyro, dicendo in principio illius ſe non illi date grauamina in ſcriptis, quia feciſſet vel vellet facere proceſſum iudicialem, vel informationem ſpecialem, ſed vt ille melius per ſcriptum reſponderet ad illa, quæ contra eum proponebantur, & propter alia inconuenientia, quæ ipſe Prior optime ſciebat.

Ipſe autem Prior accipiens defectus ſuos in ſcriptis, poſtquam eos legit, acceſſit ad cellam Prouincialis, & ei dixit illum ſibi eſſe ſuſpectum, & eum recuſare, & ab illo appellare ad definitorium, & cum Prouincialis ab eo quæreret cauſas recuſationis, & appellationis, Reſpondit Prior

quod aſſignabat pro cauſa exhibitionem ſuarum culparum in ſcriptis, contra ſtylum Religionis, in qua in viſitatione paternali, qualis erat illa, grauamina ſolum proponebantur Prælato, & alijs religioſi verbaliter, ſolùm dabantur in ſcriptis, quando fiebat inquiſitio ſpecialis, & caſus erat grauiſſimus, non vero in caſibus, & culpis leuibus, quæ ſolum pertinebant ad viſitationem generalem, & paternalem.

Quæſitum fuit igitur à me primo, An Prior potuiſſet in viſitatione generali, & paternali ſui Conuentus ponere ſuſpectiones, ſeu recuſationes Viſitatori, ſiue Prouinciali; Secundo an dato quod potuerit eum recuſare, An ad id fuiſſet ſufficiens cauſa ſola illa exhibitio culparum in ſcriptis, an alia requireretur? Tertio an ob eandem cauſam potuerit Prior à Prouinciali appellare ad definitorium? Quarto quam culpam commiſerit Prior recuſando ex dicta cauſa Viſitatorem, & ab eo appellando ad Definitorium? Quinto qua pœna dicta culpa ſit punienda in ordine noſtro?

RESPONSIO AVTHORIS PRIMO QVÆSITO.

An Prior potuiſſet in viſitatione generali, & paternali ſui Conuentus ponere ſuſpectiones ſeu recuſationes viſitatori, ſiue Prouinciali?

RESpondi primo quæſito, Prouincialem non poſſe recuſari in viſitatione generali, ſi ex ea ſolum procedat contra Priorem, vel alium religioſum in culpis leuibus, & ordinarijs, & quæ iuxta noſtras conſtitutiones præcipiuntur puniri in viſitatione generali. Ita Panormitanus, Lupus, Federicus Senenſis, Ioannes Monachus, & alij communiter, quos refert, & ſequitur N. P. Fr. Thomas à Ieſu, *tract. 5. de viſitatione regulari, cap. 1. num. 11. & nos ſuprà probauimus, conſulto 104. n....* Tenet etiam hanc ſententiam Portel, *tomo primo caſuum caſu 21. p. 1. num. 4.* Palcaligus, *in deciſionibus de recuſatione iudicis deciſione 146. num. 3. & 7.* Quidquid in contrarium dicat cum Bajardo, Hoſtienſe, Abbate, Innocentio, Graffio, Peirinis, *de ſubdito quæſt. 1. cap. 19. dicto 1.* Sanchez, *lib. 6. in Decalogum, cap. octauo, num 111.* 2

3 Probatur noſtra ſententia primo ex decreto Pauli V. quod affert Barboſa, *in ſuis deciſionibus ad Tridentinum, ſeſſ. 24. cap. 10. de reformatione. n. 4.* in quo decreto ait Pontifex, Epiſcopum, vel alium, cui id legitimè competit, viſitantem non poſſe vti ſuſpectum recuſari; Quem locum licet Peirinis, *in formulario litera B, cap. 1. num. 3.* Solum velit, intelligi de Epiſcopo, vel Archidiacono, vel delegato, nullam tamen habet rationem, nam id prædictis non legitime ex lege competit, ſed ex delegatione Epiſcopi; Pontifex autem loquitur de Epiſcopo, & omnibus illis, quibus ex iure, vel lege competit viſitatio generalis, & in hoc ſenſu intelligendum eſt etiam Tridentinum, *ſeſſ. 14. de reformatione cap. 10.*

Secundo probatur ratione: Nam Prælatus in viſi- 4

tatione generali concernente bonum commune, non inquirit, nec poteſt inquirere de culpis alicuius in particulari, cumque illa viſitatio tendat ad bonum commune Conuentus, non poteſt ſubditus particularis impedire bonum commune Conuentus; Tum quia cum viſitator de ordinario ratione officij incurrat odium ſubditorum, eo quod puniat, reprehendat, & appetitibus reſiſtat, &c. naſcuntur multi æmuli, & non bene affecti ad illum in Prouincia, & propterea multi ex eis tædio affecti ad Prælatum, ſi poſſent in quouis Conuentu eum recuſare viſitare volentem ad libitum ſuum, impedirent bonum commune viſitationis, quia ex quauis leui cauſa illum recuſarent, vt colligitur *ex cap. qualiter, & quando de accuſat.* vbi ait Papa, quod non facile admittatur accuſatio Prælatorum, & cauſam aſſignans Pontifex ait, nam Prælati ſunt quaſi ſignum poſiti ad ſagittam, & æmulorum odia incurrunt.

5 Si vero dicas ex illa viſitatione generali poſſe reſultare culpas contra Prælatum Conuentus, vel alios graues Patres, quorum intereſt Prouincialem ſuſpectum non viſitare. Reſpondeo, hoc non ſufficere ad illum recuſandum. Nam vel culpæ, quæ reſultarunt in viſitatione generali contra Prælatum, vel alios patres; ſunt culpæ ordinariæ, & leues, vt defectus contra regulam, vel conſtitutiones, non nimium infamantes, vt fractio ſilentij, ingreſſus diurnus in cellam alterius, defectus aſſiſtentiæ in choro, accelerata Miſſæ celebratio, defectus in Prælato non curandi caritatiue infirmos, eis in aliqua re graui deficiendo, fractio alicuius conſtitutionis, quæ habet pro pœna, etiam ſuſpenſionem ab officio, vt ſi aliquem ad populum ſine ſocio mitteret, vel alias culpas publicas contra conſtitutiones committeret, quæ ſimilem habent pœnam. Vel ſunt culpæ graues, & peccata mortalia, vel quæ licet non ſint peccata mortalia, nimium infamant religioſum reformatum, vel Prælatum; vt eſus carnium clandeſtinus intra Conuentum, ingreſſus nocturnus in alterius cellam, aliqualis bonorum Conuentus diſſipatio, defectus continuus veritatis, etiam in rebus leuibus, vel in damnum alterius, iuramentum ſine neceſſitate, conuerſatio cum mulieribus ſine debita circunſpectione, comeſtio epularum, etiam licitarum in cella, ſine licentia, hauſtus vini quotidianus clandeſtinus, vel nimia vini potatio, defectus ieiunij regulæ, ludus alearum, & alia ſimilia, quæ in religione reformata nimium infament Prælatum, vel alium religioſum tunc.

6 Dico, quod ſi defectus ſint primi generis, tunc poteſt viſitator procedere ad illorum punitionem iuxta noſtras conſtitutiones abſque eo, quod formet proceſſum, vel inquiſitionem ſpecialem, ſed ex viſitatione generali, vt patet, *ex noſtra conſtitutione 3. p. cap.* 50. *num.* 8. vbi ait, Ordinarios neminem Prælatorum teneri formare proceſſum, aut vti aliis libellis in ſcriptis niſi in caſu culpæ grauiſſimæ, aut in grauiori etiam culpa, in illis tamen caſibus, in quibus aliquis rigoroſum ſupplicium in noſtris conſtitutionibus pro grauiori culpa adſcriptum meretur, aut ſi agatur ad deponendum aliquem Prælatum Canonicè electum, aut ad ſuſpendendum ab hoc officio, vel priuandum aliquem voce actiua, vel paſſiua per ſex menſes, niſi quando hæc pœna in conſtitutionibus exprimitur, & ſimul caſus eſt notorius, ſed in aliis omnibus rebus de plano, ſine proceſſu, & ſine iudicij ſtrepitu, cognita veritate, æquitatè ſeruata, auditaque parte, procedatur, vt ſic efficaciter culpæ, & defectus media charitate, & rectitudine corrigantur, hæc enim omnia pro regulari correctione inter nos exiſtimanda, & acceptanda ſunt.

Aduertere tamen debet Prælatus viſitator, quod ſi defectus Prælati ſint occulti, non debet 7 eos propalare in capitulo; ſed ſecreto in præſentia aliquorum corrigere, vt decernitur, 3. *p. noſtrarum conſtitutionum; cap.* 10. *num.* 5. Si tamen defectus *ſuprà* dicti publici ſint, ſiue notorij, publice debet illos corrigere, vt qui alios exemplo ſuo ad malum prouocauit, ſua emendatione ad bonum reducat, vt decernitur in eadem conſtitutione ibi. Et ratio horum omnium eſt, quia 8 religioſi in profeſſione renunciarunt ius, quod habebant, vt in his rebus cum eis obſeruaretur ordo judicialis, eo enim ipſo, quod prædictam conſtitutionem profeſſi ſunt, non habent ius ad poſtulandum, vt in his rebus cum eis ordo iudicialis obſeruetur, vt aduertit Clauis Regia, *lib.* 12. *cap.* 21. *n.* 20. N. P. Fr. Petrus ab Angelis, *in ſuo ordine iudiciali, p.* 1. *cap.* 1. *n.* 9. & nos fuſius diximus, *ſuprà caſu* 104. *n*...

Quod ſi culpæ fuerint poſterioris generis, tunc 9 diſtinguendum eſt, ſi enim ſint culpæ grauiores, tunc formandus eſt proceſſus, vt conſtat ex dicta conſtitutione, & tunc facienda eſt inquiſitio ſpecialis, & in hoc proceſſu ſpeciali, citato illo culpato, in generali inquiſitione, poterit recuſationes ponere contra viſitatorem, vt bene ait Portel, *ſuprà, num.* 5. Quamuis in noſtra religione, id 10 raro concedatur, nam cum *in noſtra conſtitutione, p.* 4. *cap.* 6. *num.* 10. omnibus religioſis interdicatur appellatio, aut ſupplicatio à ſententia, aut à 11 pœna iuxta noſtras conſtitutiones impoſita à definitorio, vel aliis Prælatis ſuperioribus, etiam 12 cenſetur recuſatio Prælatorum interdicta, ſiquidem conſtitutio quæ negat religioſis appellationem, negat etiam recuſationem, vt notauit N. 13 P. Fr. Thomas à Ieſu, *tractatu* 4. *de viſitatione regularium, cap.* 17. *num.* 13. Vnde ſolum erit noſtris religioſis licitum recuſare Prælatum aut ap- 14 pellare ab illo in caſu grauiſſimo, & quando grauamen notorie fuerit iniuſtum, & contra noſtras conſtitutiones, vt patet ex illis verbis noſtræ conſtitutionis, nemini religioſorum appellatio, aut ſupplicatio à ſententia, aut à pœna, iuxta noſtras conſtitutiones ei impoſita, à definitorio, vel aliis ſuperioribus admittatur; in quibus verbis datur intelligi, quod ſi ſententia, vel pœna impoſita non ſit iuxta noſtras conſtitutiones, ſed exorbitans ab illis, tunc ſi grauamen fuerit certum, & notorium, & in caſu grauiſſimo, & raro irreparabilis damni, tunc licita erit appellatio, vel recuſatio, quamuis etiam tunc, melius faciet Prælatus, vel religioſus, ſi recurrat ad Superiorem, non per appella- 15 tionem ſuſpenſiuam, vel recuſationem iudicialem, ſed per ſimplicem ſupplicationem, vt bene aduertit N. P. Fr. Tho. à Ieſu, *ſuprà, n.* 13. & alij communiter.

Si tamen ſolum fuerint culpæ graues, vt ſi quis 16 in præſentia ſæcularium cum aliquo immodeſte contenderit, ſi ſine debitis circonſtantiis iurauerit, ſi quis ſilentium tempore prohibito, aut regulæ mandatum non obſeruare in conſuetudinem duxerit;

duaerit, ſi in aliquibus verbis malitioſis, aut in-
ordinatis deprchendatur, ſi aliquod opprobrium
alicui dixerit, aut ſcripſerit, ſi ſermonem tur-
pem protulerit, vel cum mulieribus inordina-
te, aut immodeſte loqui inventus fuerit, vnde
mala ſuſpicio oriri poſſit, ſi aliquod peccatum
mortale ſine ſcandalo commiſerit, cui in conſti-
tutionibus non ſit aliqua pœna aſſignata, vel alias
peccatum grauius non appareat, ſi carnes furti-
ue in cœna comederit, ſi cellam alterius noctu
intrauerit, & alia ſimilia. Tunc ſi caſus non eſt
notorius, ſed occultus debet viſitator ſecrete cor-
rigere delinquentem; ſi tamen fuerit publicus,
& notorius, tunc audita parte, ſine vllo proceſ-
ſu ex ſola viſitatione generali poteſt procedere
ad punitionem horum grauium delictorum; hæc
enim omnia pro regulari correctione inter nos
exiſtimanda, & acceptanda ſunt, vt ait noſtra
conſtitutio, *tertia parte, capit. octauo, numero
octauo.*

Tum quia ſi lea, *quarta part. cap. tertio, nume-*
17 *ro ſecundo.* Concedit priori, vt abſque proceſſu
has omnes culpas, quando notoriæ, aut publicæ
ſunt, puniat in capitulo Conuentuali, quanto ma-
gis id concedet viſitatori in capitulo culparum.
Tum quia id expreſſe decernitur in eadem conſti-
tutione, *tertia parte, cap. decimo, numero primo.*
Vbi ait, ſimiliter, & alia, quæ occulta correctio-
ne indigent ſecrete, & occulte corripiat; ſi vero
publica ſint, ſiue notoria coram omnibus publi-
18 ce corrigantur. Si autem ob delicti grauitatem
virga opus fuerit, cum miſericordia iudicium
exerceatur, Ex quibus verbis conſtat, quod non
eſt accedendum ad proceſſum iudicialem, vel in-
formationem ſpecialem niſi ob delicti grauitatem,
non enim ſufficit quodcumque delictum, ſed de-
bet eſſe delictum grauius, vt ſtatuitur in eadem
conſtitutione, In cæteris vero de plano debet iu-
dex procedere ſola cognita veritate, & audita
parte, cum conditionibus receſitis, & in his om-
nibus non poteſt viſitator, vt ſuſpectus recuſari,
ſiquidem hæc omnia pertinent ad correctionem
19 regularem, vt *ſuprà* diximus.

Adverte tamen, quod hæc omnia, quæ dixi
debent in noſtra reformata Religione obſeruari.
In cæteris vero religionibus vnuſquiſque conſu-
lat ſua inſtituta. In illis vero ſolum dico, quod
ſi culpæ fuerint leues, & ordinariæ non eſt ne-
ceſſe formare proceſſum, ſed ex ſola inquiſi-
20 tione generali poteſt viſitator procedere ad pu-
nitionem, ſi tamen fuerint culpæ graues, vel
quæ infamiam poſſunt afferre religioſis, tunc ſi
alias leges alicuius religionis aliud non diſpo-
nant, formandus eſt proceſſus, & reus citan-
dus, & tunc poteſt recuſare viſitatorem, ſi cau-
ſas legitimas habeat, vel ab eo appellare, vt opti-
me ait Portel, *ſuprà, numero 5.* Peirinis, & alij
communiter, ſiquidem hoc remedium eſt de iure
naturali.

RESPONSIO AVTHORIS
SECVNDO QVÆSITO.

An dato, quod potuerit viſitatorem recuſare, An ad id fuiſſet ſufficiens cauſa, ſola illa exhibitio culparum in ſcriptis, An alia requireretur?

RESpondi quod dato, & non conceſſo quod 21
viſitator poſſet recuſari in viſitatione gene-
rali, vt vult Peirinis, *de ſubdito, quæſt. 1. cap. 19.*
Tunc priorem illum, iuridice loquendo non po-
tuiſſe recuſare, eo quod ei dederit culpas per ſcri-
ptum, & hoc non ſolum, quia hæc non erat ſuffi-
ciens cauſa, vt ſtatim dicemus, ſed quia recuſa-
tio fit ob præſumptionem claram, quod iudex in
proceſſu poterit cedere, vel ob inimicitiam an-
tiquam, vel ob conſanguinitatem, vel amici- 22
tiam, quam habet cum meo aduerſario, vel ob
alias cauſas, quas affert Peirinis, *loco citato,* non
vero propter grauamen iniuſtum illatum, nam 23
propter grauamen illatum, vel comminatum à
iudice in proceſſu cauſæ datur appellatio; vnde
melius faceret hic Prior, ſi appellaret à dicto Pro- 24
vinciali, quam eum recuſando, vt optime notauit
Portel, *tom. 1. caſuum caſu 22. n. 3.*

Deinde addo talem exhibitionem culparum in 25
ſcriptis non eſſe cauſam, non ſolum recuſationis,
vt diximus, ſed nec etiam appellationis, Et ra-
tio eſt; quia viſitator, vt poſſet ea viſitatione ge- 26
nerali procedere ad punitionem illarum culparum
Prioris tenebatur eum audire iuxta noſtras con-
ſtitutiones, *3. p. cap. 8. num. 8,* Vbi dicitur, co-
gnita veritate, æquitate ſeruata, auditaque par-
te, ſine proceſſu, & ſine iudicij ſtrepitu proce- 27
detur; ſed non poterat eum audire os ad os, quia
cum hoc primum rentaret, Prior in verba inor-
dinata prorumpit, ob quod Prouincialis eum de-
miſit, & elegit ei culpas ſuas in ſcriptis oſtende-
re, vt ſuas excuſationes audiret, proteſtando id
facere ad maiora inconuenientia vitanda, & non
quia vellet procedere per proceſſum iudicialem,
vel informationem iudicialem, ergo hæc exhi-
bitio culparum in ſcriptis nullum grauamen attu-
lit iniuſtum Priori, ob quod à Prouinciali poſſet
appellare, vel eum recuſare, ſed potius commodum
afferebat; quia ſic melius poterat reſpondere, &
ſuas excuſationes dare.

Confirmatur. Quia quod articuli culparum, 28
ſiue in viſitatione generali, ſiue etiam ſpeciali
dentur viua voce, vel per ſcriptum, non pertinet
ad ſubſtantiam rei geſtæ, niſi quando lex id ſpe-
cificat, vt optime notat Portel, *tomo primo ca-
ſuum, caſu 22. num. 4.* Sed nec in iure communi, 29
nec in noſtra lege dicitur quod in viſitatione ge-
nerali, vel etiam ſpeciali, articuli culparum den-
tur in ſcriptis, vel viua voce; ergo dando eos
Prouincialis, ſiue viua voce, ſiue in ſcriptis nul-
lam iniuriam, aut grauamen intulit Priori; Mi-
nor quoad primam partem de iure communi pa-
tet, *ex cap. qualiter, & quando de accuſat.* Vbi
Papa tradit formam audiendi reum, & non di-
cit, quod culpæ illi dentur per ſcriptum, vel
abſque ſcripto, ſed ſolum ait, quod hæc ſint reo
exponendæ, & explicandæ; & noſtra lex, 3. p.

Regularium, loco citato num 781. ſed nec ad Su-
periores ordinis, vt ait N. P. Fr. Petrus ab An-
gelis, *ſuprà num.* 31. & nos diximus *loco citato*,
ſuprà num. 782. *& ſequentibus.* Imò caſibus, in
quibus permittitur religioſis appellatio, vt di-
ximus, debet fieri gradatim, hoc eſt à priore ad
Prouincialem, à Prouinciali ad generalem, à ge-
nerali ad definitorium generale, à definitorio ad
Capitulum generale, deinde ad protectorem, &
tandem ad ſummum Pontificem, vt ſub excom-
municationem præcipit Bonifacius VIII. Leo X.
Paulus III. vt teſtatur Fr. Petrus ab Angelis,
ſuprà num. 33. Ego ipſe in noſtro Directorio Re-
gularium *ſuprà num.* 778. his ergo ſuppoſitis.

43 Reſpondi ad tertium quæſitum prædictum
priorem non potuiſſe in dicto caſu appellare
44 à viſitatore ad definitorium generale Et ratio
eſt, quia Regularibus non eſt licita appellatio à
mandato Prælatorum, quod fit ſecundum regu-
lam, & conſtitutiones, vt *ſuprà diximus*; ſed
45 mandatum illud viſitatoris factum priori, quod
reſponderet dictis articulis culparum datis in
ſcriptis, erat iuxta noſtras conſtitutiones; ergo
46 ab illo non poterat prior iuſte, & licite appellare.
Maior conſtat ex prænotando propoſito. Minor
verò patet, quia vt diximus quæſtio 1. Conſtitu-
tio non præcipit quod grauamina dentur in viſi-
tatione generali viua voce, vel in ſcriptis, ſed
47 ſolum quod viſitator audiat reum; ſed poteſt il-
48 lum audire viua voce, vel per ſcriptum; ergo
dando ei articulos culparum in ſcriptis, & præci-
piendo, quod in ſcriptis reſponderet, nullam
iniuriam, vel grauamen intulit illi.

49 Confirmatur primo. Quia regulares non poſ-
ſunt appellare à ſententiis, quæ non afferunt
grauem infamiam, nec pœnas valdè rigoroſas,
etiamſi exceſſus clarus, & manifeſtus inueniatur
in illis, vt diximus prænotando antecedenti; er-
go quamuis hic daretur aliquis exceſſus in mo-
do dandi articulos culparum clarus, & manife-
ſtus; cum alias ex eo non reſultaret in Præla-
tum grauis infamia, nec pœna valdè rigoroſa,
non ob id poterat dictus prior appellare iuridice
ad definitorium, ſed ſolum poterat recurrere ad
generalem pro remedio.

50 Confirmatur ſecundo. Probabile eſt quod re-
ligioſi à nulla ſententia, quantumuis graui, & ri-
goroſa, etiam intra ordinem poſſunt appellare
iuridice, niſi grauamen ſit irreparabile, in aliquo
caſu extraordinario, vt diximus in antecedenti
prænotando; ſed in noſtro caſu nullum datur
gravamen irreparabile, nec caſus erat alicuius
momenti; ergo in dicto caſu non poterat dictus
prior appellare à prouinciali.

Confirmatur tertio. Quia Prouincialis extra-
iudicialiter dedit dicta grauamina dicto priori, vt
patet ex proteſtatione, quam in principio illo-
rum faciebat, ſe nolle facere, proceſſum, nec vi-
ſitationem ſpecialem, nec procedere iuridice,
ſed tantum paternaliter ex viſitatione generali
51 & ſolùm dare articulos culparum in ſcriptis ob
alias cauſas, quæ ſibi benè viſæ fuerunt; ſed ab
his actibus extraiudicialibus non datur appella-
tio ſuſpenſa vt docet Gonzales, *ad reg.* 8. *Can-
cellariæ Gloſſa* 9. *num.* 26. & cum Mareſcote,
Salgado, Barboſa, *in variis deciſionis, lib.* 1. *voto* 4.
num. 34. Ergo talis appellatio fuit iniqua, & il-
licita.

52 Et ex his reſoluitur caſus, qui ab hinc paucis
diebus accidit. Nam cum alius Prouincialis viſi-
taret certam domum, & in capitulo culparum
reprehenderet priorem ob aliquos defectus or-
dinarios, & qui ſolens in noſtro ordine in his
capitulis reprehendi, vt ob defectum pacis,
cuius prior cauſa erat, & ob id imponeret ei
vnum menſem ſuſpenſionis, ipſe prior ſe ere-
xit à terra vbi erat genuflexus, vt mos eſt apud
nos, & dixit ſe appellare à dicta ſententia à di-
cto Prouinciali ad generalem, de quo caſu cum
fuiſſem interrogatus reſpondi, priorem nullo
modo potuiſſe talem interponere appellatio-
nem, tum ob rationes dictas, tum quia caſus
non erat iacturæ, & infamiæ irreparabilis, ſed
ordinarius. Tum quia culpæ erant ex his, quæ
ſolent in his capitulis in noſtra Religione repre-
hendi, & ſimili pœna puniri.

Tum quia dato quod licitum eſſet priori ap-
pellare debebat grauamen eſſe certum, & noto- 53
rium, vt diximus cum multis in noſtro Directo-
rio Regularium *ſuprà num.* 791. Hic autem non
erat grauamen certum, cum tali culpæ dicta pœ-
na in noſtris conſtitutionibus imponatur 3. *p.*
cap. 10. *num.* 7. Tum quia ibi *eodem num.* 7. com-
mittitur Prouincialis prudentiæ vt ob alias cul- 54
pas præter eas, quibus in noſtris conſtitutioni-
bus punitur pœna ſuſpenſionis, vt ille prout ſibi
viſum fuerit poſſit priores ſuſpendere; ſic enim
ait Conſtitutio, Prouincialis poterit priores ſuæ
prouinciæ ab officio ſuſpendere, tam in caſibus
in noſtris conſtitutionibus expreſſis, quam ra-
tione alicuius culpæ, ſiue delicti, ab eis commiſ- 55
ſi; ſed ex mandato quod ex iudicis arbitrio fer-
tur non datur appellatio, vt cum Bartholo, Gra-
ueta, Menochio, Alderete, & aliis probat Bar-
boſa, *in variis deciſinis*, *voto*. 4. *num*. 16. Ergo talis
prior appellando à prouinciali in hoc caſu ini-
que egit, nec eius appellatio fuit admiſſa à gene-
rali, ſed potius ille grauius fuit punitus, ob ta-
lem audaciam nunquam in religione viſam, nec
viſitatam.

RESPONSIO AVTHORIS
QVARTO QVÆSITO.

*Quam culpam commiſerint dicti priores
recuſando ex dicta cauſa viſitatorem,
& ab eo appellando ad definitorium.*

RESpondi dictos priores recuſando, vel ap-
pellando à ſuo viſitatore ob dictas cauſas 56
peccaſſe mortalitèr ex multis capitibus. Primò,
quia grauem iniuriam intulerunt prouinciali
imponendo ei teſtimonium in re graui dicendo
illis facere grauamen iniuſtum contra noſtras 57
conſtitutiones in re grauiſſima, & irreparabili, cũ
tamen ille eos puniret de rebus leuibus iuxta or-
dinis conſtitutiones. Tum quia ſine iuſta cauſa
intentarunt impedire eius iuriſdictionem. Ita D.
Bernardus *lib.* 3. *de conſideratione ad Eugenium*, 58
vbi ais, qui non grauatus appellat manifeſte li-
quet, quod aut grauare intendis, aut tempus
redimere. Ita etiam D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 3.
& cum Nauarro, Aldereta, Portel, & aliis com-
muniter N. P. Fr. Petrus ab Angelis, *p.* 1 *ſui ordinis
iudicialis*, *cap.* 27. *n.* 9. qui *num.* 10. & 11. addit cum
Torres, & Diana, quod vt licita ſit appellatio

apud regulates etiam in aliquo caſu raro, & irreparabilis damni, debet eſſe grauamen certum, & clarum ad minus in opinione probabili, quod cum non fuerit in præſenti, euidenter ſequitur iſtos priores grauiſſimè peccaſſe.

59 Peccarunt etiam peccato ſcandali, quia in re grauiſſima dederunt ſcandalum toti communitati, ex qua multi ob dictum malum exemplum idem poſteà efficient. Tum quia fuerunt primi, qui in tota noſtra Congregatione à ſenteotiis, & mandatis ſuorum Prælatorum talem viam appellationis nunquam in religione vſitatam contra noſtra priuilegia, & cōtra noſtras conſtitutiones, 4 *part. cap. 6. n.* 10. intentarunt, quod abſque dubio ob graue ſcandalum inde proueniens eſt mortale, vt in ſimili caſu docet Lugo *de iuſtitia, d. 31. num.* 12. *ſect.* 1. Peccárunt etiam contra
60 obedientiam nolentes parere viſitatori, quod peccatum licèt ſecundum ſe, ſecluſo præcepto formali in ſcriptis, non ſit graue vt diximus in noſtro directorio Regularium, *p. 2. tr. 3. d. 6. n.* 11. Hic tamen abſque dubio fuit mortale, tum quia præcepta poſita in viſitatione generali, etiam viua voce ſine ſcriptis obligant ſub mortali, vt patet *ex noſtra conſtitutione, 3. part. cap.... n....* Tum propter circunſtantiam rebellionis contra Superiorem, quod peccatum grauiſſimum eſt. Tum
61 quia nolle parere Prælato præcipienti; etiam ſine præcepto in facie illius, eſt peccatum mortale contemptûs, vt dixi cum Caietano, Lezana, & aliis in noſtro Directorio Regularium, *part. 2. tractat. 3. d. 6 num.* 460. Quam autem pœnam tales priores ſic appellantes metuerint in ſequenti quæſito videbimus.

RESPONSIO AVTHORIS QVINTO QVÆSITO.

Qua pœna dicta culpa punienda ſit in ordine noſtro?

62 RESpondi in iure non dari pœnam taxatam contra recuſantes, vel appellantes à ſuis
63 Superioribus in caſibus non permiſſis, ſed id relinqui arbitrio iudicum, vt optimè notat cum Rodetico, Paz, N. P. Fr. Petrus ab Angelis, 1. *part. ordinis iudicialis, cap.* 21. *§.* 1. *num.* 17. Vbi
64 cum prædictis Doctoribus ait, pœnam debere commenſurari cum illis, quæ ſolent imponi in tribunalibus ſæcularibus recuſantibus ſine cauſa ſufficienti iudices, vel ab eiſdem ſine cauſa appellantes. De iure tamen noſtro exiſtimo tales ſic
65 nulliter recuſantes Prælatum, vel ab eo appellantes debere, priuari officiis irremiſſibiliter.

Et ratio eſt, quia 4. *part. noſtrarum conſtitutionum, cap. 4. §. 2. num.* 1. Hæc pœna imponitur cuicumque tranſgreſſori votorum cum ſcandalo; ſed hic Prælatus cum ſcandalo tranſgreſſus eſt votum obedientiæ, nolendo obedire ſuo viſitatori, eum ſine cauſa recuſando, & ab eo appellando, vt quæſito 4. diximus; ergo ſecundum ius noſtrum incurrit priuationem officij irremiſſibiliter: Nec obſtat quod tranſgreſſio obedientiæ inter nos, vt ſit grauis requirat præceptum formale, vt diximus, præcedenti quæſito. Nam huic obiectioni teror, quod violatio obedientiæ in facie Prælati, vt fuit hæc; eſt peccatum mortale contra votum obedientiæ, vt diximus præcedenti quæſito.

Confirmatur primo, quia qui contra ordinis Superiores ſe erexerint eorum officium impedire conantes voce & loco, & officio inuiolabiliter priuantur. vt patet *ex 4. part. noſtrarum conſtitutionum, cap. 4 §. 2. num.* 1. Sed hi priores recuſantes, & appellantes à viſitatore ſine cauſa ſe contra eum erexerunt, procurantes eius officium impedire, ergo iuxta noſtras conſtitutiones incurrerunt pœnam priuationis vocis, & loci, & officij Minor patet ex Bulla Pauli III. quam refert Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi allegatione* 73. *num.* 38. Vbi ait: Fraternitatis tuæ nobis expoſitum fuit, quod viſitationes, quæ in tua Diœceſi in vim Decretorum Concilij Tridentini, & aliorum legitimè fiunt, impediantur, eò quia viſitati Prælatum viſitantem ſuſpectum allegant. Idem ait P. Fr. Petrus ab Angelis, *in ſuo ordine iudiciali. part.* 1. *cap. 21. §. 2. num.* 8. Barboſa *in Tridentinum ſeſſ.* 14. *de reformatione, cap.* 10. *num.* 11. Ergo recuſare Prælatum, ſeu ab eo appellare ſine iuſta cauſa eſt impedire ſuum officium. 66 67

Confirmatur ſecundo. Quia ſuſpiciones, & recuſationes ſunt impedimentum iuris, quod iure ipſo impedit iuriſdictionem, vt cum multis reſoluit Paſcaligus. *deciſione* 358. *num.* 9. ergo qui impoſuerit ſuſpiciones, vel recuſationes, aut appellationes impedit Superioris iuriſdictionem impedimento iuris; ſed ſic eſt, quod hic Prælatus poſuit dictas ſuſpiciones, & recuſationes in caſibus non permiſſis, & contra noſtras leges, & contra ius commune: ergo inique illas poſuit; ergo inique impediuit iuriſdictionem ſuperioris; ergo incurrit pœnas noſtræ conſtitutionis contra conantes impedire Superiorum officium, & iuriſdictionem. 68

Confirmatur tertio. Quia ille propriè dicitur impedire officium, & iuriſdictionem iudicis ordinarij, qui eſt cauſa cur dictus iudex ordinarius inuoluntarie, & inuitus deſiſtat ab opere, quod intendebat, etiam ſi ſit impediendo, adhibitis mediis ab ipſo iure datis, ſi iniuſtè, & contra Canones impediat, & cum multis probat Fragoſo, *part. 2. lib. 1. d. 3. §.* 16. *num.* 291. Sed ſic eſt, quod iſti Prælati impedierunt officium viſitatoris, adhibitis mediis ab ipſo iure datis, quales ſunt recuſatio, & appellatio contra iuſtitiam, & contra Canones, ſiquidem recuſarunt viſitatorem, & ab eo appellarunt in viſitatione paternali, & generali contra Canones, & decreta Tridentin. *ſeſſ. 14. de reformatione, c.* 10. & contra decretum Pauli III. & contra noſtras conſtitutiones 4 *p. cap. 6. num.* 10. ergo propriè impedierunt officium viſitatoris, & vt tales incurrerunt pœnas dictæ legis. 69

Confirmatur quarto. Quia quando lex noſtra non declarat pœnam, quæ alicui culpæ imponenda eſt, tunc applicandæ ſunt a Superioribus ſuo arbitrio, ſeruata menſura, & proportione cum pœnis in noſtris conſtitutionibus taxatis, vt patet *ex 4 part. noſtrarum conſtitutionum. cap. 7. num.* 3. Sed prædicta pœna priuationis ab officio imponitur Prælatis tranſgredientibus aliquod votum cum ſcandalo, vt patet *ex 4. p. noſtrarum conſtitutionum, cap. 4. §. 2. n.* 1. ergo idem dicendum eſt in noſtro caſu, in quo prædicti Prælati tot peccata mortalia commiſerunt; & 70 71

tot

tot præcepta violarunt, vt *ſuprà diximus.* Poſſunt etiam Superiores prædicta crimina aliis pœnis punire iuxta ſuum arbitrium pœnæ tamen debent eſſe graves iuxta gravitatem delicti, vt priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, & aliæ ſimiles, & hæc omnia ſalvo meliori iudicio.

CONSVLTVM CX.

De quodam priore noſtri Ordinis ingrediente clauſuram noſtrarum Monialium vnius Conventus exiſtentis in oppido, vbi etiam talis Prælatus erat prior cauſa viſitandi clauſuram, an incurrerit pœnas contra ingredientes clauſuram, tam in iure, quam in noſtris legibus ſtabilitas.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*

2 *Prælatus Conventus religioſorum eiuſdem oppidi vbi eſt Conventus eiuſdem Ordinis Monialium poteſt intrare earum clauſuram in caſibus neceſſariis.*

3 *In abſentia Provincialis talis prior eſt commiſſarius Provincialis.*

4 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſolvitur.*

5 *Ponitur alia inſtantia in contrarium, & ſolvitur.*

6 *Talis prior poteſt intrare clauſuram ad dandum ordinem ad aliquod opus faciendum, vel ad videnda opera iam facta, vel ad videndum clauſuram.*

7 *Hæc fuit, & debuit eſſe intentio Provincialis committentis prædicto priori, vt diſponeret dictum Monialium monaſterium.*

8 *Vt Prælatus intret clauſuram monialium, vel det licentiam ad eam ingrediendum requiritur cauſa rationabilis, iuſta, & neceſſaria.*

9 *Hæc neceſſitas ſufficit quod ſit moralis.*

10 *Non eſt neceſſaria neceſſitas ſtrictiſſima.*

11 *Sufficit quod detur cauſa moraliter neceſſaria.*

12 *Hæc cauſa debet eſſe manifeſta ſoli Prælato.*

13 *Sufficit quod Prælatus iudicet cauſam probabiliter eſſe iuſtam.*

14 *Oſtendere monialibus de novo monaſterium ingredientibus interiores domus Conventus ad aliqua inconvenientia vitanda in aliquibus feneſtris, & videre, an clauſura ſit vndequaque firma eſt cauſa ſufficiens, vt hic Prælatus intraret clauſuram Monialium.*

15 *Quoties charitas poſtulat, vt ingrediatur clauſuram ſit cauſa ſufficiens ad eam ingrediendũ.*

16 *Videre an opera fieri præcepta manerent bene facta, & clauſura bene munita, eſt cauſa ſufficiens ad Prælatum ingrediendum clauſuram.*

17 *Tali priori competit in abſentia Provincialis curare de clauſura, & de commodo dictarum Monialium.*

18 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſolvitur.*

19 *Prior intrando clauſuram in dictis caſibus non incurrerit pœnas legis iſtarum Monialium, vel decretorum Pontificium.*

20 *Si cauſa non erat ſufficiens ad ingrediendum pro prima, & ſecunda vice non incurrit prior excommunicationem ingrediendo clauſuram dictarum Monialium.*

21 *Incurrit pœnam privationis impoſitam in conſtitutionibus dictarum Monialium, etiam pro primo ingreſſu ſine cauſa.*

22 *Si cum ignorantia invincibili intravit putans habere iuſtam cauſam, etſi de facto talis non fuiſſet nullam incurrit pœnam.*

23 *Hoc verum eſt etſi ignorantia fuiſſet vincibilis, dummodo non fuiſſet craſſa, ſupina, vel affectata.*

24 *Quomodo ſit probanda in foro externo hæc ignorantia oſtenditur.*

25 *Ignorantia præſumitur, dum ſcientia non probatur.*

26 *Talis Prælatus, ſi habuit ignorantiam, etiam vincibilem, dummodo non fuiſſet craſſa, vel ſupina licet alias peccaverit, non incurrit tamen alias pœnas, vel cenſuras.*

27 *Ignorantia craſſa, & ſupina eſt, quæ facile ſuperari poteſt.*

28 *Homo præſumitur innocens quamdiu crimen non probatur.*

29 *Poſſeſſio ſtat pro ſua vita anteacta.*

30 *Ponitur reſolutio totius conſulti.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM Prælato noſtræ Religionis, in 1
qua gubernium Monialium competit ex lege
2 ſoli Provinciali, commiſit ipſe Provincialis, vt diſponeret certam domum cum clauſura competente, vt in ea de novo fieret quoddam Monaſterium Monialium eiuſdem ordinis, & quod eam omnibus rebus neceſſariis accommodaſſet vt illi poſſent dictæ Moniales habitare, compoſuit ille Prælatus prædictas domos. Acceſſerunt Moniales, & Monaſterium nouum intrarunt, & ſimul cum eis intravit ipſe Prælatus, vt eis oſtenderet cellulas, & alias officinas, quia tamen in Eccleſia erat ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum expoſitum & erat magna celebritas non potuit ipſe Prælatus intra clauſuram detineri, vt interiores domos eis oſtenderet, & eas de aliquibus rebus neceſſariis, & inconvenientibus, quæ in aliquibus feneſtris, & locis erant advertere, qua propter die ſequenti cum tribus religioſis iterum intravit clauſuram, tum ad eis oſtendendum loca interiora Monaſterij, erat enim domus quoddam palatium magnum cuiuſdam principis, & ſimul ad eas advertendum, de aliquibus inconvenientibus vitandis, in aliquibus feneſtris, & ſimul ad videndum, an quidam officiales, quos ad perficiendam clauſuram, & ad occludendas quaſdam feneſtras reliquerat die antecedenti, rem benè egiſſent, & clauſura vndequaque maneret firma.

Quæſitum igitur fuit à me primo, An Prælatus Conventus religioſorum eiuſdem populi; vbi eſt Conventus Monialium noſtri ordinis in caſibus neceſſariis poſſit intrare clauſuram ad videndum, an clauſura ſit vndequaque firma, in caſu quo intelligat, id eſſe neceſſarium, ob aliquod opus de novo factum in ipſa clauſura. Secundò an dictus prior ſuppoſita commiſſione Provincialis ad reducendum illas domos ad formam Conventus, & ponendum in eis clauſuram competentem poteſt ex aliquo titulo, vt ad videndum clauſurum, vel aliquod opus de novo factum, an maneret firmum,

&

& ſtabile, & ſicut ille diſpoſuerat officialibus intrare clauſuram, quoties ſibi viſum fuiſſet neceſſarium? Tertiò an fuerit ſufficiens cauſa ad intrandum clauſuram oſtendere monialibus de nouo monaſterium ingredientibus interiores domos, ad aliqua inconuenientia vitanda, in aliquibus feneſtris, & videre, an officiales clauſuram competenter perfecerint die antecedenti, vt illis diſpoſuerat, an quaſdam feneſttas ſufficienter clauderent, ita vt maneret clauſura vndequaque firma. Quartò, an intrando clauſuram incurrerit pœnas impoſitas in legibus noſtræ religioois, vel in decretis Pootificis?

RESPONSIO AVTHORIS,

PRIMO QVÆSITO.

An Prælatus Conventus Religioſorum eiuſdem populi, vbi eſt Conuentus monialium noſtri Ordinis, in caſibus neceſſariis poſſit intrare clauſuram, vel videndum, an clauſara ſit vndequaque firma in caſu, quo intelligat id eſſe neceſſarium, ob aliquod opus de nouo factum in ipſa clauſura?

2 Reſpondi affirmatiuè. Et ratio eſt, quia ab abſentia Prouincialis priores dictorum Conuentuum ſunt veluti præſumpti commiſſarij Provinciales; ergo in caſibus neceſſariis poſſunt intrare clauſuram, & dare aliis licentiam ad eum ingrediendum.
3 Ita expreſsè Mitanda, *de ſacris monialibus, q.2.art.17.* Et cum Rodriguez, Ludouicus à Bertrand.Loth *tract.23. quæſt.3. de clauſura monialium, art.14. poſtulatione* 3. Et probatur ex Tridentino, *ſeſſ.25. de reformat. cap.5.* vbi fit facultas ſuperioribus atque Prælatis, vt poſſint præſtare licentiam ad ingrediendum monaſteria monialium in caſibus neceſſariis, vt notauit Mitanda *ſuprà*.

4 Nec contra hoc eſt, aliquid in conſtitutionibus noſtræ religionis. Nam conſtitutiones dictarum mooialium *cap.* 1. in quo lex committit gubernium temporale, & ſpirituale dictarum monialium prouincialibus non impedit; quod Prior Conoentus eiuſdem oppidi poſſit intrare clauſuram in caſibus neceſſariis, & aliis concedere talem licentiam, imò videtur concedere illis talem licentiam in caſibus præciſè neceſſariis, vt conſtat *ex cap. 3. earumdem conſtitutionum, num.7.* & multo magis probatur ex eodem *cap.1. num.6.* vbi ait quod maximè aduertant Prælati, quod iuxta Tridentinum, & Conſtitutionem Gregorij XIII. nulla perſona, cuiuſque qualitatis, & ſtatus, etiamſi ſit Prælatus, & ſuperior intret in monaſteria monialium, niſi ob cauſam neceſſariam, & cum licentia conceſſa à Prælato in ſcriptis, ſed ſic eſt, quod per hunc Prælatum, qui conceſſurus eſt talem licentiam, de qua loquitur Tridentinum, & Bulla Gregorij XIII. intelligitur non ſolum Prouincialis; ſed etiam Prior Conuentus ſiti io eodem oppido, vbi ſunt moniales, vt docet Mitanda, Rodriguez, & Bertrandum Loth. *loco ſuprà citato*; Ergo eodem modo intelligenda eſt conſtitutio iſtarum mooialium, ſiquidèm illa ſolum refert dicta decreta, & in fine addit, *è tengan centa, què alos dichos decretos, è conſtituiſois Apoſtolicas ſe guarden complidamente, &c.*

Nec faciant dubium illa verba, quod nulla 5
perſona cuiuſcunque ætatis, & qualitatis, quamvis ſit Prælatus, & Superior intret monaſteria monialium, niſi ob cauſam neceſſariam, & vrgentem, & cum licentia in ſcriptis à Prælato ſiquidem illa verba, quamvis ſit Prælatus, & Superior, intelliguntur de Prælatis aliorum Conuentuum, vel de Prælatis ſæcularibus, ſiquidèm his; nec iure ordinario, nec delegato præſumpto competit gubernium dictarum monialium, ſicut competit priori Conuentus religioſorum eiuſdem oppidi, vbi eſt Conuentus dictarum monialium, nam hic quando non habeat dictam facultatem expreſsè delegatam à prouinciali ad caſus neceſſarios, in quibus eſt periculum in mora, habet illam præſumptam, vt aduertit Mitanda *ſuprà*, & eſt conforme bonæ rationi, & bono gubernio.

RESPONSIO AVTHORIS,

SECVNDO QVÆSITO.

An dictus Prior ſuppoſita commiſſione Prouincialis, ad reducendas illas domos ad formam Conventus, & ponendi in illis clauſuram competentem, poſſet ex aliquo titulo, vt ad videndum clauſuram, vel aliquod opus de nouo factum, an maneret firmum, & ſtabile; & ſicut ipſe diſpoſuerat officialibus; intrare clauſuram, quoties ſibi viſum fuiſſet neceſſarium?

Reſpondi affirmatiuè & patet ex Bulla Vr- 6
bani IV. quam refert Mitanda, *quæſt.2. de ſacris Monialibus, art.17. caſu* 7. & tenet cum Col- 7
lectore, Corduba, & aliis idem Miranda *ibi*. Et ratio eſt, quia hæc fuit intentio prouincialis, quando ei præcepit, vt diſponeret dictas domos in formam Conuentus, ne aliquis error, aliquis error, vel circa clauſuram, vel circa cellas, vel alia neceſſaria ad dictas religioſas committeretur, & contrarium aſſerere in caſu præſenti eſt extra rem, ſiquidem quidam Conuentus de nouo fundatus non in vna die totus diſponitur, nec omnia, quæ ſunt neceſſaria ad illius commoditatem, & decentem clauſuram, tam cito perficiuntur. Vnde ſi dictus prior iudicauit ſuum ingreſſum eſſe neceſſarium ad diſponendum aliquod opus neceſſarium ad clauſuram, vel ad officinas, & cellulas dictarum monialium, optimè poterat ingredi, & determinare res faciendas, ſiquidem hæc fuit, & debuit eſſe intentio delegantis; talem commiſſionem, alias eſſe fruſtranea, ſiquidem ſolum extendebatur ad caſus præciſæ neceſſitatis; nam in his habebat prædictus prior præſumptam licentiam, vt tenet Mitanda, *quæſt.2. art.17. de monialibus*, Portel *verbo Clauſura Monialium, num.13.* Villalobos, *tract.35. difficult.47. num.10.* & cum Rodriguez, Bertrandum Loth. *tract.23. quæſt.3. art.14. dicto* 5.

RESPON

RESPONSIO AVTHORIS
TERTIO QVÆSITO.

An fuerit ſufficiens cauſa ad intrandum clauſuram oſtendere Monialibus de nouo Monaſterium ingredientibus interiores domos ad aliqua inconuenientia vitanda, in aliquibus feneſtris, & videre, An officiales clauſuram competenter perfecerint, vt die antecedenti illis diſpoſuerat, an quaſdam feneſtras ſufficienter clauderent, vt maneret clauſura vndequaque firma.

8 AD reſponſionem huius quæſiti, ex qua totalis, & controuerſia huius conſulti pendet,
notandum eſt, Quod ad hoc vt Prælatus det licentiam ad intrandam clauſuram, vel vt ipſe intret clauſuram, requiritur cauſa rationabilis, iuſta, & neceſſaria, vt ſupponit Trident. *ſeſſ. 25. cap. 5. de regularibus, & cap. periculoſo.* Attamen hæc neceſſitas non eſt neceſſe, vt ſit extrema, ſed ſufficit quod ſit neceſſitas moralis, ſiquidem omne præceptum morale, quale eſt præceptum ſeruandæ clauſuræ, ſolum petit neceſſitatem moralem. Ita Bonacina, *de clauſura, q. 4. p. 4. numero 1.* Lezana, Miranda, Barboſa, Rodriguez, quos refert, & ſequitur Delbene, *tom.*
9 *2. cap. 19. dub. 39. num. 6.* Vnde non eſt neceſſaria neceſſitas ſtrictiſſima, ſed ſufficit, quod detur cauſa moraliter neceſſaria, vt quando Miniſte-
10 rium exercendum concernit moralem cœnobij, vel Monialium neceſſitatem, nec per moniales commode exerceri poteſt vt ait Sanchez, *in Decalo-*
11 *gum, lib. 6. cap. 16. n. 42.* Tamburinus, *de iure Abbatum, d. 14. q. 1. n. 5.*
12 Secundo ſuppono, quod hæc cauſa debet eſſe manifeſta ſoli Prælato, quia ſolius Prælati eſt iuſtitiam cauſæ iudicare. Ita cum Lezana, Bonacina, Rodriguez, Delbene, *cap. 19. dub. 39. num. 5.* vbi addit cum Rodriguez ſufficere, quod ſit ma-
13 nifeſta ſoli Prælato moraliter, id eſt vt probabiliter is iudicet illam eſſe iuſtam, quia in moralibus, probabilitas ſufficit ad recte, & prudenter operandum, ſecus ſi cauſa fuerit tantum dubia. Ita & bene Delbene, *ibi, n. 5.* in quibus etiam omnibus concordat Sanchez, *in decalogum lib. 6. cap. 16. n. 19.* Tamburinus, *d. 24. de iure Abbatiſſarum, q. 1. n. 2. & 6.* His ſuppoſitis,
14 Reſpondi, talem cauſam poſitam in narratiua huius quæſiti, eſſe nimium rationabilem, iuſtam, & neceſſariam ad ingrediendum clauſuram. Et ratio eſt, quia ſi dictus Prior in dicto caſu clauſuram non intraret, ipſæ moniales, quæ de nouo ingrediebantur Conuentum, inciderent illa pericula, & inconuenientia, quæ dabantur, ſiquidem ignorabant dictas domos, nec cognoſcebant illa, quæ debebant vitare, & ſic charitas poſtulabat,
15 quod Prior, qui dicta inconuenientia ſciebat, illa dictis monialibus oſtenderet, intrando clauſam ad hunc finem, toties enim quod charitas poſtulat, quod ingrediatur clauſura ad aliquam rem faciendam, quæ Conuentui, vel ipſis monialibus pertineat, quam ipſæ non poſſunt efficere, licitum eſt ingredi clauſuram, vt notauit Delbene, *cap. 19. dub. 39. num. 10.* cum aliis multis Doctoribus.

Tum quia dato, quod hæc cauſa non fuiſſet ſufficiens, ſufficiebat intrare ad oſtendendum ipſis monialibus pericula, quæ erant in clauſura in aliquibus feneſtris, & ad oſtendendum illis domos interiores eis ignotas, & quomodo eis vti debuerant, quæ ſolo verbo non fiunt, præcipuè à monialibus, quæ de nouo habitabant dictas domos, & ſi Prælatus clauſuram ad hunc effectum non intraret facile poſſent euenire aliqua inconuenientia circa clauſuram, quæ omnia ex charitate indigebant ingreſſu dicti Prælati, vt aduertit Delbene *ſuprà*.

Et dato, quod nec etiam hæc cauſa fuiſſet ſufficiens ad ingrediendum clauſuram, abſque du- 16
bio ſufficiebat, quod ipſe Prælatus antea præceperat fieri aliqua opera neceſſaria in dicto Conuentu, quæ facta fuerunt ſine ſua aſſiſtentia, & erat neceſſarium videre, an cum effectu Moniales ſufficienter accommodatæ manerent, & clauſura ſufficienter munita, quam cauſam nemo cum ratione negare poteſt eſſe iuſtam, & moraliter probabilem. Nam vt *ſuprà* diximus perſona, cui commiſſum eſt curare de dictis operibus Monialium poteſt ingredi clauſuram, ad videndum an opera ſint bene & perfecte facta, & clauſura ſufficienter munita, quoties prudenter iudicauerit id eſſe neceſſarium, & quoties detur aliqua cauſa iuſta, quæ ad hoc obliget, vt docet Miranda, *tractatu de monialibus, q. 2. art. 17. caſu 7.* & patet ex bulla Vrbani IV. quam ibi refert Miranda.

Et dato. Quod Prouincialis non commiſiſſet 17
dicto Priori accommodare dictum Conuentum cum clauſura competente, adhuc talis Prior in caſu præſenti habebat talem præſumptam licentiam à dicto Prouinciali. Nam cum Prouincialis abeſſet per ſpatium quadraginta leucarum, & dictæ Moniales deberent intrare dictum Monaſterium, tali Prælato competebat, vtpote vicinioſi, dictis monialibus curare de illarum clauſura, & ingredi clauſuram ad videndum, an ipſæ Moniales accommodatæ eſſent, & Conuentus cum decenti & conuenienti clauſura nec aliud præſumi poteſt de voluntate Prouincialis, ſiquidem non debet de eo præſumi velle Moniales manere ſine clauſura, vel cum defectu aliquarum rerum neceſſariarum ad ſuam commoditatem.

Nec obſtat ſi dicas, quod antequam Moniales 18
ingrederentur dictum Monaſterium poterat prædictus Prior hæc omnia facta habere. Non obſtat inquam, Reſpondetur namque non omnia potuiſſe accommodari ante ingreſſum dictarum Monialium, quia plura dependebant à præſentia illarum. Tum quia poſt ingreſſum illarum facta fuerunt multa opera, quæ antea non potuerunt fieri, ad quæ videnda, an bene facta remanerent, & clauſura bene munita, neceſſarius erat ingreſſus iſtius Prælati, Moniales enim, vtpote fœminæ, de his rebus non intelligunt, vt experientia docet, nec illius committenda eſt ſecuritas clauſuræ, ſed hæc omnia debent videri, & notari à Prælato, vt ex ſe patet.

RESPONSIO AVTHORIS,
QVARTO QVÆSITO.

An dictus Prælatus intrando clauſuram incurrerit pœnas impoſitas in legibus noſtræ religionis, vel in decretis Pontificiis?

RESpondi negatiue ſiquidem cum ſufficienti
cauſa ingreſſus eſt, vt diximus. Difficultas
igitur ſolum eſt, An in caſu, quo cauſa re ipſa
non fuiſſet adeo præciſa, & neceſſaria, ſed ipſe
19 Prælatus eam, vt talem iudicauit; an in hoc ca-
ſu incurrerit dictas pœnas ingrediendo clauſuram.
Et quoad pœnas decretorum Pontificum Reſpon-
deo, quod pro prima, & ſecunda vice, ſatis pro-
babile eſt, quod etiam ſi abſque vlla cauſa neceſ-
20 ſaria, ingrederetur ſolus, vel comitatus, nullo
modo illas incurrerit, ſed ſolum incurrit pro prima
vice interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & pro ſe-
cunda ſuſpenſionem à diuinis, pro tertia vero ſo-
lum incurreret excommunicationem. Ita cum
Llamas, Delbene, *cap.* 19. *dub.* 58. *num.* 8 Bona-
cina, Tamburinus, quos refert, & ſequitur Peli-
zarius, *tract.* 10. *cap.* 5. *n.* 114 Et ratio eſt, quia
conſtitutio Gregorij XIII. cum ſit pœnalis, non
extenditur quoad pœnas in ea impoſitas, quoad
Prælatos regulares habentes poteſtatem ingre-
diendi in caſibus neceſſariis clauſuram Monialium,
vt iſte Prior habebat, ſaltem ex præſumpta li-
centia Prouincialis, ſed quoad Epiſcopos, vt no-
tant prædicti DD.

Dato tamen, quod prædictas pœnas incurrerit
21 pro prima vice, vt vult Sanchez, quem refert Pe-
lizarius, *ſuprà*, *num.* 114. Et vt de facto incurrit
pœnam priuationis ab officio impoſitam in con-
ſtitutionibus harum Monialium, attamen Reſ-
pondeo; quod id debet intelligi, quando ſine
aliqua cauſa intravit clauſuram, ſi tamen ille
cum bona fide, & ignorantia invincibili, pu-
tans habere ſufficientem cauſam intravit dictam
clauſuram; etiamſi talis cauſa fuiſſet nulla, non
incurrit aliquam cenſuram, tam Decretorum
Pontificum, quam conſtitutionum ipſarum Mo-
nialium; vt cum Suario, Nauarro, & aliis
docet Delbene, *cap. decimo nono*; *dub.* 59. *nu-
mero* 2.

Imo addo, quòd etiamſi ignorantia fuiſſet
22 vincibilis, & peccaminoſa, adhuc non incur-
rit prædictas cenſuras, & pœnas, dummodo
ignorantia non fuiſſet craſſa, & ſupina, vel af-
23 fectata. Ita Diana, *part.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 13. &
alij multi; quos refert, & ſequitur Sanchez, *de
matrim. lib.* 9 *diſp.* 32. *num.* 31. Delbene, *ſuprà*,
numero 2. Et hoc; etſi ignorantia fuiſſet con-
comitans Henriquez, *lib.* 11. *cap.* 10. in Vaſquez,
12. *diſp.* 126. *num.* 9. Suarez, *de cenſuris diſp.* 4.
ſect. 8. *num.* 7. Sanchez, *ſuprà*, *numero* 26. Et
quod id debeat intelligi, non ſolum de cenſuris,
ſed etiam de pœnis priuationis, qualis eſt, quæ
habetur in dictis decretis Pontificiis, & in con-
ſtitutionibus harum Monialium docet cum San-
chez, Syluestro, Rodriguez, Cutiel, Auila,
Sairo, & Palao, & aliis multis Delbene, *ſuprà
numero decimo quinto & decimo ſexto*, Bona-
cina, *de cenſuris*, *d.* 1. *q.* 2. *p.* 1. *numero* 15.

Quod ſi quæras, quomodo ſit probanda in
foro externo hæc ignorantia? Reſpondeo, quod
ſi non dentur aliquæ coniecturæ, ex quibus poſ- 24
ſit probari, tunc probanda eſt talis ignorantia
exhibendo iuramentum tali Prælato, an intraverit
bona fide, exiſtimans habere cauſam ſufficien-
tem, aut an ſaltem habuerit ignorantiam vin-
cibilem, & non craſſam, ſupinam, vel affecta-
tam, vt cum Menochio, Maſcardo, & aliis pro-
bat Pelizarius, *tract.* 7. *cap.* 1. *numero quarto*, *&
ſumitur ex cap. præſumitur de reg. iuris in* 6. ibi
dicitur, ignorantia præſumitur, dum ſcientia 25
non probatur, & ex alia regula, melior eſt con-
ditio poſſidentis; & ex altera, in dubiis ſtan-
dum eſt pro poſſeſſione, quæ fuerit ante du-
bium ſed ſic eſt quod hic non poteſt ſciri, an
talis Prælatus habuerit, vel non, ignorantiam ta-
lis cauſæ, niſi ex dictu, iuramento illius; er-
go dum ſcientia non probatur præſumendum eſt
habuiſſe talem ignorantiam, & non eſt detur-
bandus à ſua poſſeſſione abſque probatione cer-
ta in contrarium, ſiquidem in dubio melior eſt
conditio poſſidentis & ſtandum eſt pro poſſeſſio-
ne, quæ erat ante dubium.

Qua propter dico quod talis Prælatus; etiam- 26
ſi peccauerit grauiter intrando dictam clauſu-
ram; attamen ſi habuit ignorantiam vincibilem,
non craſſam, nec ſupinam, aut affectatam, non
incurrit prædictas pœnas, vel cenſuras. Et quod
hic non detur ignorantia craſſa, & ſupina, vel af-
fectata facile probatur, quia ignorantia craſſa, & 27
ſupina eſt; quæ facile ſuperari poteſt, ſed ſic
eſt, quod cauſa, quam iſte Prælatus habuit ad
ingrediendum dictam clauſuram eſt adeò magna,
vt aliquibus, etiam doctis; videatur ſufficiens, &
neceſſaria, vt *ſuprà* diximus; ergo talis Præla-
tus ingrediendo cum dicta cauſa non operatus eſt
cum ignorantia craſſa, & ſupina; & multo mi-
nus affectata.

Tum quia ex virtute huius Prælati, erat enim
homo opinionis ſanctitatis, non poteſt præſu- 28
mi, quod vellet Deum offendere, ob ingreſſum
in Monaſterium, in quam ipſe ſæpe ſæpius in-
trauerat; homo enim præſumetur innocens, quan- 29
diu crimen non probatur, & poſſeſſio ſtat pro
ſua vita anteacta, vt bene, & dilucide probat
Caramuel, *in Theologia fundamentali à numero*
1902. Et ex comitato religioſorum gravium,
quibus ſociatus intravit probatur, quod non in-
travit ex malo fine, ſed ex neceſſitate vrgenti;
& quod poſſet in dicto caſu prædictos religio-
ſos ſecum ferre, docet Miranda, *quæſt.* 2. *de mo-
nialibus artic.* 15. *concluſione* 2. & patet ex bul-
la Vrbani IV. quam ibi refert Miranda ex qui-
bus concludo, & dico, quod talis Prælatus non
incurrit dictas cenſuras decretorum Pontificum, 30
nec pœnam priuationis officij impoſitam in
conſtitutionibus dictarum Monialium, ſiquidem
cum iuſta cauſa intrauit, & hoc ſaluo meliori
iudicio.

CONSVL

CONSVLTVM CXII.

De profeſſione novitiæ factâ in articulo mortis, an fuerit valida; & an, ſi ab infirmitate evaſerit, teneatur illam ratificare, & an, ſi moriatur, Conventus ſuccedat ei in dote, & aliis bonis ſic profeſſæ?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Novitia quando de alicuius medici conſilio de hoc ſæculo tranſitura conſpicitur poteſt profiteri in manibus Abbatiſſæ, ſi alias habeat 16. annum in quocunque tempore novitiatus.*
3 *Hoc privilegio gaudent omnes Moniales communicantes in privilegiis cum Dominicanis.*
4 *Ordo D. Benedicti communicat in Privilegiis cum ordine S. Dominici, & aliis mendicantibus.*
5 *Moniales S. Benedicti, etiam ſubjecta ordinario gaudent hoc privilegio, & aliis privilegiis ordinis S. Benedicti.*
6 *Vbi eſt eadem ratio, eſt eadem iuris diſpoſitio.*
7 *Bonifacius VIII. conceſſit Monialibus S. Claræ ſubiectis ordinario privilegia ſui ordinis, tam conceſſa, quam concedenda.*
8 *Hoc privilegium competit per communicationem aliis Monialibus habentibus communicationem cum ordine Minorum.*
9 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*
10 *Si tales novitia evaderet ab illa infirmitate, non teneretur iterum profiteri.*
11 *Illa profeſſio valida fuit.*
12 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur.*
13 *Papa diſpenſavit in examine Epiſcopi, & conſenſu communitatis, & ſolum petit, quod profeſſio fiat in manibus Abbatiſſæ, in ætate legitima iuxta Trid.*
14 *Defectus examinis Epiſcopi in nullo caſu, etiam extra mortis articulum, irritat profeſſionem.*
15 *Licentia Epiſcopi qui eſt Prælatus harum Monialium ad profitendum non eſt neceſſaria.*
16 *Licentia proprij Prælati requiritur ad ingreſſum religionis.*
17 *Ad profeſſionem non requiritur talis licentia ſed Abbatiſſa, ſine nova licentia id poteſt efficere.*
18 *Caſu, quo talis licentia fuiſſet neceſſaria, Pontifex illam dat per ſuum privilegium.*
19 *Idem quod diximus de novitia non impletum tempus novitiatus, dicendum eſt de ea, qui habet completum annum novitiatus, & eſt in mortis articulo.*
20 *In hoc caſu non requiritur, etiam conſenſus communitatis, vel examen, aut licentia Epiſcopi, ſed quod ſolum fiat profeſſio in manibus Abbatiſſæ.*
21 *Hoc privilegium, cum ſit favorabile, ad omnes novitias extenditur.*

F. Ant. à Spir. Sanct. Conſult. var.

22 *Dato quod talis novitia non gauderet tali privilegio, adhuc poteſt profiteri ſine examine Epiſcopi, de ſolo conſenſu communitatis, & Abbatiſſæ.*
23 *Examen Epiſcopi non eſt ſimpliciter neceſſarium.*
24 *Non pertinet ad ſubſtantiam profeſſionis, ſed ad modum.*
25 *Si ex caſu omittatur, nec erit peccatum, & profeſſio valebit.*
26 *In matrimonio carnali, ſi cum caſu omittuntur denunciationes, nec datur peccatum, & matrimonium validum eſt.*
27 *Si novitia profeſſa ante completum annum novitiatus moriatur, Conventus ſuccedit in dote, & aliis bonis ſic profeſſæ.*
28 *Eo ipſo, quod aliqua perſona profitetur, ſuccedit Monaſterium ipſi.*
29 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur.*
30 *Idem dicendum eſt, quando novitia profeſſa eſt, poſt expletum annum novitiatus, in articulo mortis, ſine examine Epiſcopi.*
31 *Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

ERAT quædam novitia Monialis in Conventu S. Benedicti oppidi Viennæ morti proxima, & deſiderabat profiteri ante mortem. 1

Quæſitum fuit à me primo, An in articulo mortis de conſilio medici, poſſet profiteri in manibus Abbatiſſæ. Secundo, An ſi forte evaderet ab infirmitate, teneretur iterum profiteri. Tertio, An ſi forte moreretur cum illa profeſſione; Conventus ſuccedat in dote, & aliis bonis ſic profeſſæ.

RESPONSIO AVTHORIS, PRIMO QVÆSITO.

An novitia Monialis S. Benedicti in articulo mortis poſſit de conſilio medici profiteri, quocunque tempore anni novitiatus in manibus Abbatiſſæ?

REſpondi affirmatiuè ſi aliàs talis novitia habeat annum 16. ſuæ ætatis completum. Ita 2
conceſſit Pius V. Monialibus S. Dominici in bulla, quæ incipit ſummi ſacerdotis. Et hoc privilegio 3
gaudent omnes Moniales communicantes in privilegiis cum Dominicanis, quales ſunt Moniales, S. Benedicti ex privilegio Eugenii IV. quod refert Fr. Joannes à Cruce *lib. 2. cap. 4. concl. 1.* Et ex aliis privilegiis. Et ita hanc reſolutionem quod Moniales ſubiectas ordini tenent Lezana, *tom. 1. cap. 25.* 4
n. 39 Peirinis; *tom. 2. privilegiorum in conſtitutione Pij V. §. 2.* Sanchez, Megala, Leonardus, Fauſtus, Sa, quos refert, & ſequitur Diana, *p. 3. tract. 2. reſol. 17.* & cum Tamburino, Pelizarius, *tract. 10. cap. 9. num. 38.* Et hoc priuilegium non eſt derogatum per Gregorium XIII. & docent hi Authores, præcipue Pelizarius, loco citato.

Difficultas ſolum eſt, An hæ Moniales, eo quod

 ſunt

5 ſunt ſubjectæ ordinario, gaudeant etiam hoc Pri-
uilegio, & aliis conceſſis Ordini S. Benedicti ?
Cui difficultati Reſpondeo affirmatiuè. Ita Ro-
driguez, *tom.1. q.13. art. 22.* Suarez, *de legibus, lib.
8.cap.10. n. 3.* Palaus, *tract.3. d.4.p.12. n. 1.* Tam-
burinus, *de iure Abbatiſſarum, d.17.q 1.n. 1.* Peli-
zarius, *tract.10 cap.9 n. 1.* Lezana, *tom. 1. cap. 25.*
6 *n.1.* Portel, *p.2 caſuum caſu 4.* Et ratio eſt. Quia vbi
eſt eadẽ ratio, eſt eadem iuris diſpoſitio, *l.illud ff.
ad l. Aquil. l.à Titio ff.de verb.oblig.* Sed eſt eadem
ratio, quoad vſum priuilegiorum ſui ordinis, tam
de monialibus exemptis. & ſubiectis ordini, quam
de non exemptis, & ſubiectis ordinario; ergo tam
exemptis, quam non exemptis competunt eadem
priuilegia.

Confirmatur primo. Quia Sixtus IV. teſte Pe-
lizario *ſuprà, n. 1.* conceſſit monialibus S. Domini-
ci, & S. Franciſci Priuilegia ſuorum ordinum, nec
diſtinxit de ſubiectis ordinario, vel ſubiectis or-
7 dini; ergo vniſque competunt priuilegia ſui or-
dinis. Confirmatur 2. Quia Bonifacius VIII. te-
ſte Roderico in Bullario, bulla 5. dicti Pontificis,
conceſſit Monialibus S. Claræ, vt gaudere poſſent
omnibus Priuilegiis, ac indulgentiis fratrum Mi-
norum, tam conceſſis, quam concedendis in po-
ſterum, & tamen tempore talis conceſſionis, ta-
lea Moniales non erant ſubiectæ ordini Minorum;
vt aduertit Portel, *ſuprà caſu 14. num. 4.* Ergo li-
cet poſtea ſubiectæ fuerint ordini ab Eugenio IV.
ſi poſtea iterum ſubtractæ ſint ab eorum guber-
natione, & ſubiiciantur ordinariis, non ob id
8 amittent tale priuilegium; ſed hoc priuilegium
competit per communicationem aliis Monialibus
habentibus communicationem cum ordine Mi-
norum; ergo tam Moniales ſubiectæ ordini, quam
ſubjectæ ordinario gaudent priuilegiis ſui or-
dinis.

Nec obſtat quod Leo X. & Sixtus IV. conceſſe-
rint Monialibus S. Claræ, quæ fuerint ſubiectæ
9 Prælatis ordinis Minorum priuilegia fratrum Mi-
norum, Ex quo Barboſa *lib.1. de Eccleſ. cap. 41.
n.217.* vult inferre quod priuilegia conceſſa or-
dini Minorum non competere Monialibus ſubie-
ctis Epiſcopo, & idem ait de aliis ordinibus, in
quam ſententiam nimium ſe inclinat Portel, li-
cet doceat contrarium, *p. 2. caſuum caſu* 14. Non
obſtat inquam. Reſpondetur namque, cum Pe-
lizario, *loco citato*, illos Pontifices conceſſiſſe di-
cta priuilegia in ſpecie Monialibus S. Claræ vi-
uentibus ſub obedientia fratrum Minorum, eo
quod forte de illis in ſpecie interrogati fuerunt,
ſed non ideo negaſſe, quin dicta Priuilegia, item
ſuffragari poſſint eiſdem Monialibus, quantumuis
non exiſtentibus ſub regimine dictorum fratrum,
& ita etiam Reſpondet Tamburinus, *ſuprà, q. 2.*
Portel, *ſuprà*, Paſcaligus, *deciſione 179.n.4.*

RESPONSIO AVTHORIS
SECVNDO QVÆSITO.

*An ſi forte euaderet ab infirmitate tenere-
tur iterum profiteri?*

10 RESpondi negatiuè. Et ratio eſt, quia iſta pro-
feſſio valida fuit. & ſolum illi defuit com-
11 plementum nouitiatus, in quo Papa diſpenſauit;
ergo non eſt cur iterum ratificetur. Ita cum Pei-
rino, Lezana, *tom.1. cap.25. num.39.* & cum Tam-
burino, Pelizarius, *tract 10. cap 9.num. 18.* quam-
uis bonum conſilium erit illam iterum ratificare
ad tollendos ſcrupulos, vt cum Gauanto aduertit
Lezana, *loco citato.*

Nec obſtat, quod hæc nouitia profeſſa ſit ſi- 12
ne examine Epiſcopi, vel conſenſu communita-
tis. Nam cum profiteretur ex priuilegio, & in
tali priuilegio, nec poſtuletur examen Epiſcopi,
vel conſenſus communitatis, ſed ſolum quod 13
profiteatur in manibus Abbatiſſæ, vel alicuius
Superioris ordinis non eſt cur tale examen, vel
conſenſus capituli requiratur, cum Papa diſpen-
ſauerit in aliis omnibus requiſitis de iure commu-
ni, excepto quod habuerit ſufficientem ætatem.
Ita cum multis Sanchez, *in Decalogum, lib. 5. cap.
4.num.65.* Tum quia defectus examinis Epiſcopi
in nullo caſu, etiam extra articulum mortis, irritat
profeſſionem, vt cum multis probat Lezana, *tom.* 14
1.cap.25.num.12. Ergo multo minus in articulo
mortis. Nec etiam obſtat quod in hoc caſu de-
ficiat conſenſus capituli, nam hæc omnia ſupplet
Pontifex, vt ait Pelizarius *ſuprà. n. 18. & cap. 3.
eiuſdem tractatus, n. 7. & 37.*

Nec etiam obſtat, quod in hoc caſu deficiat
licentia Epiſcopi ad admittendam profeſſionem,
qui eſt proprius Prælatus harum Monialium. Non 15
obſtat inquam quia licet licentia proprij Prælati
neceſſario requiratur ad ingreſſum nouitiatus, non
tamen requiritur ad dandam profeſſionem, ſed 16
Abbatiſſa valide poteſt dare profeſſionem noui-
tiæ, ſine noua licentia Epiſcopi, ſiquidem ac-
ceptatio profeſſionis non eſt actus iuriſdictionis,
vt eſt receptio ad habitum; ſed tantum eſt actus 17
cuiuſdam Superioritatis. Ita cum Sanchez, Azor,
& aliis Lezana, *tom.1. cap 26. n.17. & 18.* Tum
quia priuilegium Papæ vtpote Prælati Superioris 18
ſupplet hanc licentiam, caſu quo fuiſſet neceſſa-
ria, vt ſupplet conſenſum capituli, & examen
Epiſcopi.

Et idem, quod diximus de noua profitente 19
in articulo mortis ante completum tempus no-
uitiatus, dicendum eſt de nouitia profitente in ar-
ticulo mortis poſt completum annum nouitia-
tus, nam etiam hæc poteſt profiteri ſine exami-
ne Epiſcopi, vel approbatione communitatis, ſed 20
de ſolo conſenſo Abbatiſſæ. Nam cum hoc pri-
uilegium ſit fauorabile, & in bonum animæ, ad
omnes nouitias debet extendi, ſiue compleuerint
annum nouitiatus, ſiue non; ita Peirinis, *de* 21
Priuilegiis ad Conſt. 8. Pij V. num 3. §. 2 Et da-
to quod dictæ Moniales, quæ habent comple-
tum annum nouitiatus non gauderent dicto pri-
uilegio, adhuc ſine examine Epiſcopi poſſent pro- 22
fiteri, de ſolo conſenſu communitatis, & Abba-
tiſſæ. Ita Sanchez, Barboſa, Portel, *tom. 2. ca-
ſuum, caſu 64.* Lezana. *tom.1.cap.25.num.12.* Nam 23
vt *ſuprà* diximus, examen Epiſcopi non eſt ſim-
pliciter neceſſarium, ita vt ſi omittatur in quo-
cunque caſu, profeſſio irritetur, non enim perti- 24
net ad ſubſtantiam profeſſionis, ſed ad modum.

Vnde ſi abſque cauſa omittatur erit peccatum,
profeſſio tamen valida erit, ſi tamen ex cauſa
omittatur, & erit valida profeſſio, & nullum 25
committetur peccatum: patet conſequentia, in ma-
trimonio carnali, in quo ſi omittantur ſine cau-
ſa denunciationes, matrimonium valebit, con-
trahentes tamen peccabunt, ſi tamen omittan-
tur, eo quod aliquis ex contrahentibus ſit in ar- 26
ticulo

ticulo mortis, nec parochus ei aſſiſtens, nec contrahentes peccabunt, vt docet Graſſius, Sarmento, Henriquez, Cenedo, Layman, quos refert, & ſequitur Diana, *p.3. tract.4. reſol.234.* Et idem dicendum eſt de nouitia profitente in articulo mortis, ſine examine Epiſcopi.

RESPONSIO AVTHORIS TERTIO QVÆSITO.

An ſi forte moreretur cum illa profeſſione Conventus ſuccedat in dote, & aliis bonis ſic profeſſa?

27 RESpondi, quod ſi nouitia profeſſa in articulo mortis ante completum annum nouitiatus moreretur, Conuentus ſuccedit in dote, & aliis bonis nouitiæ ſic profeſſæ. Ita Sanchez, *lib 5. Decalogi, cap.4 num.16.* & cum Henriquez, Peirinis. *in conſtitutione* 8. *Pij V. §.2. n.1.* Pelizarius, *tract.*10 *cap.9 n.* 18 Lezana, *tom.1. cap.25. n.39.* contra Rodericum, *tom. 3. q. 15. art. 6.* Ratio eſt, Quia licet conceſſionis Pontificis finis ſit conſolatio nouitiæ ſpiritualis, ergo ipſius fructus, & nulla ſucceſſionis Monaſterij in bona mente ibi fiat, vt vbi ſemel virtute illius priuilegij profeſſa eſt, redditur vere in poſterum profeſſa, nec ad priſtinam ſanitatem reſtituta indiget alia profeſſione, ſed fruitur omnibus profeſſorum priuile-
28 giis; At eo ipſo quod aliqua perſona profitetur, ſuccedit Monaſterium ipſi, & dos illi debetur; ergo cum iſta nouitia vere in mortis articulo profiteretur, eius hæredes ab inteſtato tenentur ſoluere dotem, & alias res pertinentes huic nouitiæ, vt ſuam legitimam, & alia bona, ſi quæ habuerit.

29 Nec obſtat ſi dicas cum Rodriguez Pontificem tantum conceſſiſſe licentiam ad talem profeſſionem ad conſolationem ſpiritualem nouitiæ, vt ipſe Pontifex in eodem motu proprio declarat; ergo non conceſſit talem profeſſionem ad hoc vt Conuentus ſuccederet in dote, & in aliis bonis nouitiæ. Patet conſequentia; quia Pontifex nunquam intendit alterius iuri derogare. Reſpondetur, quod licet finis conceſſionis ſolum fuerit conſolatio nouitiæ, eo ipſo tamen quod profeſſa eſt, ſuccedit Monaſterium in illis bonis, quare Pontifex hac conceſſione nulli iuris alterius derogauit, ius enim venientium ab inteſtato eſt, vt ea Moniali decedente nouitia, & inteſtata, ipſi ſuccedant, quando autem virtute priuilegij profitetur; non decedit nouitia, ſed profeſſa; ergo hæredes ab inteſtato nullum ius habent ad bona illius, ſed tenentur ſoluere dotem promiſſam, & alia bona prædictæ nouitiæ ſic profeſſæ pertinentia.

30 An autem idem dicendum ſit, quando nouitia poſt expletum annum nouitiatus profeſſa eſt in articulo mortis, abſque tamen licentia ordinarij, ſed de ſolo conſenſu Abbatiſſæ? Reſpondeo affirmatiue. Ita cum Sanchez, Pelizarius, *tract.*10. *cap.9. n.*18. Et ratio eſt, quia in hoc caſu profeſſio fuit valida. ſiquidem nihil in ea defuit pertinens ad ſubſtantiam profeſſionis ex iure communi, Abbatiſſa enim ſe ſola poteſt recipere profeſſionem, vt *ſuprà* diximus ſine licentia proprij Prælati; Examen namque Epiſcopi non pertinet ad ſubſtantiam.

Nec obſtat quod profeſſio facta ſit in articulo mortis, ſiquidem hoc non impedit valorem profeſſionis. Tum quia matrimonium carnale, cui æquiparatur profeſſio facta, in articulo mortis eſt validum, & tribuit ius filiis ad ſucceſſionem, vt tenent communiter Doctores; ergo idem dicendum eſt de profeſſione. non enim datur maior ratio, cum etiam profeſſio ſit matrimonium ſpirituale, & Conuentus habeatur loco filij, vt tenent communiter Doctores. 31

CONSVLTVM CXIIII.

De electione cuiuſdam Prælati actualis unius Conventus in Prælatum alterius Conventus nondum exiſtentis, ſed de novo fundandi, An per electionem ad hunc ſecundum Prioratum vacaverit primus ipſo iure, etiamſi ipſe ſecundum acceptauerit, dum Conventus non eſt fundatus.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum.*
2 *Rector noſtri Collegij Conimbricenſis licite, & valide poterat non acceptare Prælatiam Angola, ad quam fuit electus. etiam poſt confirmationem electionis, & etiamſi eſſet verâ Prælatia.*
3 *Melius faciet ſubditus non acceptando Prælatiam, & ſpectando, vt illi imponatur præceptum, vt acceptet, quam ſtatim acceptando.*
4 *Si ſubdito tale præceptum imponatur, & ille non acceptet, non remanet verus Prælatus.*
5 *Conſenſus electi eſſentialiter requiritur, vt ſit verus Prælatus.*
6 *Quoties requiritur conſenſus ad aliquem actum ſi deficiat conſenſus actus eſt irritus.*
7 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*
8 *Si poneretur dicto Priori præceptum, vt acceptaret talem Prælatiam. & ille haberet cauſas ad non acceptandam, tale præceptum non obligaret.*
9 *In caſu quo non habuiſſet cauſam non acceptandi peccaret non acceptando, ſed non maneret Prælatus.*
10 *Talis rector licite poterat non acceptare talem Prælatiam Angola.*
11 *Etiam ſi acceptaret dictam Prælatiam Angola, vel eius acceptatio non eſſet neceſſaria, adhuc non exiſtit prior Angola.*
12 *Tunc non dabatur, nec vnquam fuerat talis Conuentus Angola.*
13 *Antequam detur Conuentus non poteſt dari illius Prælatus.*
14 *Inter prælatum, & ſuam Eccleſiam, & Conuentum celebratur matrimonium ſpirituale.*
15 *Non exiſtente Eccleſia, & Conuentu, non poteſt dari tale matrimonium inter illum, & prælatū.*
16 *Conuentus dicitur propriè locus habitationis capituli.*
17 *Monaſterium eſt territorium Abbatis.*
18 *Conventus formaliter ille vocatur, in quo prior & fratres morantur.*

19 *Sub nomine Conuentus non venit ille, qui eſt in fieri.*

20 *Prioratus regulares ſunt vera prælatia, & rigoroſa dignitates Eccleſiaſtica.*

21 *Prioratus ant prælatia, ſi careat cura, & Conuentu non eſt vera prælatia, aut dignitas.*

22 *Poteſt dari minori 25. annorum.*

23 *Non poteſt dari Conuentus ſine Eccleſia.*

24 *Ab exiſtentia Abbatis, arguitur exiſtentia Conuentus, & è contra.*

25 *Vicarij electi in noſtro definitorio generali ſunt veri Prælati & habent votum in capitulo Prouinciali, ſi iam habuerint Eccleſiam cum Euchariſtia, ſecus ſi illam non habuerint.*

26 *Cum in Angola, nec tunc daretur Eccleſia cum Sacramento, nec Conuentus, non poterat dari Prælatus illius.*

27 *In conuentibus de nouo fundatis dum non habent ædificium domus, & Eccleſia cum clauſura competenti de iure noſtro non poteſt dari Prælatus, ſed ſolum ibi ſunt duo, aut tres fratres ad directionem ædificij.*

28 *Non poteſt dari prioratus, qui ſit vera prælatia, quin habeat adiunctam adminiſtrationem cum iuriſdictione, non ſolum nomine, ſed effectu cum præeminentiis in choro, & capitulo.*

29 *Prælatus qui non habet Conuentum, non habet iuriſdictionem, aut adminiſtrationem, nec præeminentias in choro, vel capitulo.*

30 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*

31 *Non ſufficit quod adſint Clerici in Eccleſia, vt faciant collegium, niſi concurrant requiſita ad faciendum collegium.*

32 *Vt detur collegium requiritur Eccleſia collegiata authoritate Superioris conſtituta.*

33 *Deficiente Eccleſia, & Conuentu authoritate Superioris conſtituto, non datur collegium.*

34 *Hoc verum eſt, etſi dentur fratres cum ſuo præſidente de conſenſu generalis, & definitorij.*

35 *Probatur hoc caſu omnino ſimili.*

36 *Ex illo arguitur efficaciter ad noſtrum caſum*

37 *Fratres deſignati ad Conuentum Angola cum ſuo præſidente ſunt perſonæ ſingulares, nullum conſtituentes collegium, dum non habuerint Conuentum cum Eccleſia, & clauſura competenti.*

38 *Si quidam Conuentus authoritate Superioris deſtructus fuerit ſine ſpe reædificationis, ſtatim Prælatus illius deſinit eſſe Prælatus, & Conuentus deſinit eſſe collegium.*

39 *Dignitas, & prælatia dicit ordinem eſſentialem ad Conuentum.*

40 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*

41 *Ponitur aliud argumentum in contrarium.*

42 *Ponitur prima ſolutio illius.*

43 *Ponitur ſecunda ſolutio illius.*

44 *Cum iſte rector non acceptauerit talem prælatiam Angola non vacauit rectoratus illius, etiamſi talis prioratus Angola eſſet vera prælatia.*

45 *Ex quacumque cauſa confirmatio dicta prælatia Angola non habuerit effectum non vacauit prælatia, vbi rector antea erat Prælatus.*

46 *Beneficium non vacat per ſolam collationem alterius beneficij, nec per acceptationem, ſed requiritur pacifica poſſeſſio.*

47 *Hoc intelligendum eſt non ſolum de beneficiis ſæcularibus, ſed etiam in prælatiis regularibus.*

48 *Ponitur argumentum in contrarium.*

49 *Ponitur illius ſolutio.*

50 *Per adoptionem vnius beneficij non vacat alterum cum eo incompatibile ipſo iure, in ſententia Nauarri.*

51 *Hæc opinio Nauarri eſt probabilis.*

52 *Vt vnum beneficium vacet per adoptionem alterius, requiritur quod ſit beneficium Curatum in actu, & non in habitu.*

53 *Beneficium Curatum in habitu non eſt incompatibile cum alio Curato in actu.*

54 *Iſta Prælatia Angola ad ſummum eſt prælatia in habitu.*

55 *Cum ea non eſt incompatibilis alia prælatia in actu.*

56 *Vt vna prælatia vacet per electionem ad aliam requiritur, quod ſecunda prælatia ſit ſine litigio.*

57 *Adhuc eſt ſub lite, an Prælatia Angola ſit vera Prælatia.*

58 *Per electionem acceptatam cum poſſeſſione ſaltem intentionali ſine litigio vnius beneficij Curati vacat aliud.*

59 *Ponitur breuis reſolutio totius conſulti, & ſententia Authoris.*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

RECTOR noſtri Collegij Conimbricenſis in Prouincia Portugalliæ petiuit licentiam à Definitorio generali proficiſcendi ad Regnum Angolæ, vbi Prælati decreuerant ædificare quoddam monaſterium, & ad hunc effectum renunciauit prælatiam Rectoratus in manibus Definitorij generalis. Noluit Definitorium generale acceptare renunciationem, de facto tamen prædictum rectorem elegit in priorem Conuentus Angolæ de nouo ædificandi, deſignando ei Religioſos quos ſecum delaturus erat, quando iret ad Angolam, & ſtatim ipſum priorem electum confirmauit, cuius rei cum certior factus eſſet dictus Rector Conimbricenſis noluit acceptare dictum prioratum futurum Angolæ. 1

Quæſitum igitur fuit à me primò, An talis rector poſſet non acceptare talem prioratum Angolæ licitè, & validè, & an non acceptando extitit Prior Conuentus Angolæ de nouo ædificandi, ſiquidem iam erat à definitorio confirmatus. Secundò, an in caſu, quo acceptaret dictum prioratum, vel non fuerit neceſſaria dicta acceptatio, extitit verus Prior, & Prælatus Conuentus Angolæ. Tertiò, an in caſu, quo non acceptauerit, vt de facto non acceptauit, an vacauerit ipſo iure Rectoratus, & prælatia, vbi antea ipſe erat Rector, & Prælatus per ſolam electionem Prioratus Angolæ?

RESPON

RESPONSIO AVTHORIS,

PRIMO QVÆSITO.

An talis rector poſſet non acceptare talem Prioratum Angolæ licitè, & validè, & an non acceptando extitit Prior Conuentus Angolæ de nouo ædificandi, ſiquidem tam erat à definitorio confirmatus?

2 FAteor caſum hunc eſſe grauiſſimum, Deo ta-
men adiuuante, quidquid tenuitas noſtri In-
genij adeptus fuerit breuiter dicam. Reſpondi
igitur, quod quamvis talis Prioratus Angolæ
fuiſſet vera prælatia, & verus Prioratus, quod
non eſt, vt infra dicemus, adhuc dictus Rector
poterat licite, & validè illum non acceptare, non
ſolum ante confirmationem, vt cum multis re-
ſoluit Samuelius *de electione tract.* 1. *d.* 7 *contr.* 4.
3 *conclusione* 8 *num.* 14. *& num.* 16. Sed ſaltem
valide, etiam poſt confirmationem. Ita Samue-
lius, *ibi num.* 20. *& concluſ.* 8 *num.* 14. Et quod
poſſet eam non acceptare non ſolum validè, ſed
etiam licitè, docet Lezana, *tom.* 1. *cap.* 15. *num* 23.
Imò addit Leſſius, *lib* 2 *c* 46. *dub* 5 *num* 34. quod
multo melius faciet ſubditos rogando, & pe-
tendo, quod ab eo auferatur prælatia, & ſpe-
ctando quod illi imponatur præceptum, vt ac-
ceptet, quam ſtatim illam acceptando. Et ratio
eſt; quia ſubditus non acceptando prælatiam
non facit contra voluntatem Superioris, niſi
tantum materialiter, dum illi non imponitur
præceptum; quod probat exemplo Moyſis, &
alij.

4 Datò tamen caſu, quo illi imponatur tale
præceptum addo, & dico, quod adhuc, ſi talis
ſubditus non acceptat prælatiam non remanet
verus Prælatus, nec Prior, nec aliquod ius ſibi
acquirit. Ita expreſsè Samuelius; *tractat.* 1. *d.* 7,
controuerſia 4. *num.* 20. & cum aliis Gonzales,
ſuper Regulam 8. *Cancellaria Gloſſa* 47. *num.* 17.
Ratio eſt, quia inter Prælatum, & electores,
qui repræſentant Eccleſiam, vel Congregatio-
nem, quando eligitur Prælatus, contrahitur
5 matrimonium ſpirituale; ſed ſic eſt quod ad
matrimonium, tam ſpirituale, quam carnale,
eſſentialiter requiritur conſenſus ex parte vtriuſque
contrahentis; ergo deficiente conſenſu ex ali-
6 qua parte, ruit electio. Patet conſequentia, quia
quoties requiritur conſenſus cuiuſcumque perſo-
næ, etiamſi ſit minoris, ad aliquem actum, ſi talis
actus celebratus fuerit ſine tali conſenſu, ipſo iure
eſt nullus, vt cum multis reſoluit Gonzales, *ſuprà
num.* 15.

7 Nec obſtat ſi dicas, id ſolum locum habere
in illis, qui habent propriam voluntatem; cum
autem Religioſus non habeat velle, vel nolle,
& dependeat à voluntate Superioris, eo ipſo
quod fuit electus, & confirmatus, abſque alio
conſenſu remanet verus Prælatus. Non obſtat
inquam: Reſpondetur namque quod licet reli-
gioſus non habeat licitè velle, vel nolle, vltra
voluntatem Superioris, attamen non eſt contra
voluntatem Superioris, quod ſubditus non ac-
ceptet prælatiam; Et ratio eſt; quia præſumitur
quod Prælatus vult, quod iura volunt, ſed ius
vult, quod ſicut ſubditus poteſt velle, & acce-
ptare, poſſit etiam nolle, & non acceptare; er-
go id ipſum eſt, quod vult Prælatus in quan-
tum non imponit præceptum in contrarium, vt
cum multis reſoluit Samuëlius, *de electione tra-
ctat.* 1. *d.* 1. *contr.* 4. *num.* 16. Ergo cum huic Prælato
non fuiſſet impoſitum præceptum, ſequitur quòd
non fecit contra voluntatem Superiorum, non ac- 3
ceptando prælatiam, ſed potius cum illa ſe con- 8
formauit.

Et addo, quod dato quod Superiores illi im-
poſuiſſent præceptum, vt acceptaret, ſi talis re-
ctor habuiſſet cauſam ſufficientem ad non acce-
ptandum talem prælatiam, tale præceptum tunc
non obligabat; etiam poſt confirmationem ele-
ctionis. Ita docet cum Caſtelino, Tamburinus,
de iure Abbatum tom. 2 *quæſt.* 2 *d,* 6 *num.* 13. &
patet *ex cap. ſi Religioſus in* 6. *de electione*, vbi
cum Gloſſa, & aliis Samuelius, *tractat.* 3. *d.* 3.
contr. 3. *num.* 5. Et in caſu, quo non habuiſſet 9
cauſam ſufficientem, quæ eum à peccato excu-
ſaſſet, peccaret non acceptando contra præceptum,
ſed non maneret Prælatus, quia Superior non po-
teſt ſupplere conſenſum, qui requiritur eſſentiali-
ter ex parte ſubditi, vt benè aduertit Gonzales,
ſuper reg. 8. *Cancellaria Gloſſa,* 47 *num.* 17. vbi ait,
quod ſi Papa in collatione Abbatiæ non fecerit
mentionem conſenſus electi, electio non tenet,
ob rationem dictam.

Ex quibus omnibus infero, quod talis rector 10
poterat licitè non acceptare talem Prælatiam
Angolæ primo, quia non fuit illi impoſitum
præceptum, vt illam acceptaret, vt conſtat, ſed
ſolum illi dictum fuit quod erat electus, imo
ipſe tenebatur ſe indignum illius reputare. Se-
cundo, quia dato caſu, quod illi præceptum
imponeretur, habebat multas cauſas ad non ac-
ceptandum, quas hic non refero, quia de facto
tale præceptum illi non fuit impoſitum; ergo
cum illi præceptum impoſitum non fuerit, lici-
tè, & validè poterat dictus rector non accepta-
re talem Prioratum Angolæ, & non acceptan-
do, certum eſt, quod non extitit Prior Angolæ,
& manet probatum.

RESPONSIO AVTHORIS

SECVNDO QVÆSITO.

An in caſu, quo acceptaret dictum Prioratum, vel non fuerit neceſſaria dicta acceptatio, extitit verus Prior, & Prælatus Conuentus Angolæ.

REſpondi, quod etiamſi acceptaverit talem 11
prælatiam Conventus Angolæ, vel eius ac-
ceptatio de iure non fuerit neceſſaria, adhuc
non extitit Prior dicti Conventus Angolæ. Et 12
ratio eſt. Quia nec tunc dabatur, nec vnquam
fuerat talis Conventus in Angola; Et antequam
detur Conventus, non poteſt dari verus Præla- 13
tus talis Conventus, ita vt talis prioratus ſit
vera prælatia, & dignitas Eccleſiaſtica, quod ex
multis rationibus probatur.

Primo. Quia inter Prælatum, & ſuam Eccle-
ſiam, & Conventum celebratur matrimonium 14
ſpirituale, vt cum multis notavit Gonzales,
ſuper regulam 8. *Cancellaria Gloſſa.* 47, *num.* 17. Sed
ſic eſt, quod adhuc non exiſtit Conventus, vel 15
Eccleſia,

16 Eccleſia ergo non poteſt dari tale matrimonium
inter Pralatum, & conuentum. Maior eſt certa,
17 minor probatur, quia conuentus propriedicitur
locus habitationis capituli, Sylveſter, *verbo con-*
18 *uentus n.*1.aut vt definit Bordonus *tom.*2. *reſol* 96.
*num.*16. cum Cardinale, Monaſterium eſt terri-
19 torium Abbatis, & conuentus formaliter ille vo-
catur, in quo Superior, & Fratres morantur, vt
decidit ſacra Rota, & cum illa docet Bordonus
*tom.*2.*reſ.*76. *num.*44. Vnde ſub nomine conuen-
tus non venit ille,qui eſt in fieri, vt cum Porte-
lo notauit Bordonus *ibi num.* 85. ergo cum iſte
conuentus, nec adhuc ſit in fieri, ſiquidem ad-
huc ſeptus non eſt, nec de facto exiſtat in rerum
natura & poſſit adhuc non dari.vt ſi rex præcipe-
ret,vt religioſi non irent ad Angolam. non poteſt
iam dari verus Prælatus talis conuentus.

20 Confirmatur 1. Quia prioratus regulares ſunt
veræ prælatiæ, & rigoroſæ dignitates Eccleſia-
ſticæ, vt cum communi Doctorum late probat
Tamburinus *tom.*1. *d.*7. *quæſt.*8. *num.*5. ſed ſic eſt,
21 quod prioratus, & prælatia, ſi careat cura,& con-
uentu, non eſt vera dignitas. aut prælatia; vnde
poteſt dari minori 25. annorum, vt late cum mul-
22 tis Doctoribus decidit ſacra Rota apud Tambu-
rinum *tom.*3. *in deciſionibus, deciſione* 9. *n.*7. &
deciſione 10 *per totam.* & latius docet idem Tam-
burinus *tom.*1.*d.*1.*quæſt.*2.*n.*10.ergo cum talis præ-
latia Angolæ adhuc careat cura,& conuentu non
eſt vera dignitas, & prælatia.

Confirmatur 2. Quia non poteſt dari conuen-
23 tus ſine Eccleſia, vt decidit ſacra Rota, *deciſio-
ne* 204.*part. recent.*vbi ab exiſtentia Abbatis, ar-
guitur exiſtentia conuentus, & Eccleſiæ, vt no-
24 tauit, & decidit ſacra Rota *in alia deciſione*, quam
refert Lezana *in conſiliis, conſilio* 41. *in deciſione
num.*2.ergo à contrario, ab inexiſtentia Eccleſiæ,
& monaſterij, arguitur inexiſtentia prælati, ſunt
enim correlatiua; ſed ſic eſt, quod hic non datur
Eccleſia, nec monaſterium; ergo non poteſt dari
verus prælatus.

Confirmatur 3. ex noſtra *conſtitutione* 3. *part.*
25 *cap.* 4. *n.* 3. vbi declarando prælatos, qui habituri
ſunt votum in capitolo prouinciali dicit, quod
erunt definitores, & priores, & vicarij electi in
definitorio generali. dummodo in ſuo conuentu ſi
Euchariſtiæ Sacramentum, per quod videtur de-
cidere, quod dum non fuerit ſacramentum Eu-
chariſtiæ in aliquo conuentu de nouo fundato
non poteſt dici dari conuentum in facto eſſe, ſed
ſolum dari conuentum in fieri, quod in rigore non
eſt conuentus, vt cum Portel notauit Bordonus
*tom.*2.*reſol.*76. *num.* 85.Et per conſequens eius vi-
carius, vel præſes, non eſt verus,& rigoroſus præ-
latus, quia ſi talis eſſet, non illi denegaret lex,
quod aliis prioribus, & vicariis de iure communi;
& ſpeciali competit; ergo quod conuentus habeat
Eccleſiam eſt omnino neceſſarium,& veluti quid
eſſentiale,vt detur vera dignitas, & prælatia, ergo
26 cum in Angola tunc temporis non fuerit Eccleſia,
vel conuentus, & adhuc tunc fuiſſet nimium con-
tingens, quod non daretur, ridiculum eſt,aſſere-
re. quod iam ſit, & detur verus prælatus, cuius
prælatia ſit vera dignitas.

Confirmatur 4. ex eadem noſtra conſtitutione
*part.*2. *cap.*1. *n.*4.vbi præcepit, quod non commo-
27 rentur religioſi in conuentibus de nouo fundatis,
vſquequo ædificium domus, & Eccleſiæ ſit cum
ſufficienti clauſura competenti, exceptis duobus
vel tribus fratribus, qui poterunt ibi aſſiſtere pro
directione ædificij; ergo iuxta hanc legem, dum
non fuerit ædificium cum Eccleſia, & clauſura
competenti, non poteſt dari conuentus, nec præ-
latus; ſiquidem lex ſolum permittit, quod illic
ſint duo, vel tres religioſi pro directione ædificij,
& non ad conſtituendum conuentum; ergo cum
in noſtro caſu, nec adhuc detur conuentus prin-
cipatus, efficaciter ſequitur. quod non poteſt da-
ri prior illius, iuxta noſtras leges. ſed in ſolum tunc
dari poteſt quando conuentus habuerit Eccleſiam,
& clauſuram competentem.

Confirmatur 5. Quia non poteſt dari abbatia,
vel prioratus; quæ quoad caſum præſentem idem 28
ſunt, qui ſit dignitas, abſque eo quod habeat
adiunctam adminiſtrationem cum iuriſdictione,
non ſolum nomine, ſed effectu, cum præemi-
nentia in choro, & capitulo, vt cum multis Do-
ctoribus decidit Rota in quadam deciſione, quam
refert Lezana *in conſiliis, conſilio* 22. *in deciſione
num.*6. quam etiam refert Tamburinus *tom.* 3. *in
deciſionibus, quæ habentur in fine, deciſione* 5.ſed ſic
eſt, quod talis prælatus dum non habet conuen-
tum. non habet iuriſdictionem, aut adminiſtra-
tionem, nec præeminentias in choro, & capi-
tulo, ſiquidem non habet chorum, nec Eccleſiam,
aut capitulum, vt patet, nec poteſt habere ſuffra- 29
gium in capitulo prouinciali, vt patet ex noſtra
conſtitutione 3. *part. cap.*4. *num.* 3. ergo non eſt
prælatia, nec dignitas.

Nec obſtat, quod hic prælatus fuit poſitus pro
capite octo religioſorum, quos illi deſignarunt, vt
cum eis pergeret ad fundandum hoc monaſterium, 30
& quod inter illos habet præeminentias iuriſdi-
ctionis; & adminiſtrationis, etiamſi non habeat
conuentum, ſiquidem huic obiectioni Reſpon-
deo, cum Rota in deciſione, quam refert Leza-
na *in conſiliis, conſilio* 22. *in deciſione* 2. *n.*2. & apud
Tamburinum *tom.*3. *in deciſionibus, deciſione* 5.
vbi ſic ait. Nec obſtat, quod concurreret requiſi-
tum adminiſtrationis, cum Abbas iſte deputetur
pro præſide. & velut capite beneficiatorum, Gloſſa
*in cap. cum ab Eccleſiarum in verbo Eccleſiaſt. in
fine. verſu, & illum dico Prælatum. de offic. ordin.*
Quia fuit Reſponſum, quod cum iſte Abbas de-
putetur pro præſide, & velut capite beneficiato-
rum non *facientia* collegium, pro vt ſequitur Gloſ-
ſa *in dicto cap. cum ab Eccleſiarum de conſtituto
ab Epiſcopo*, Abbas ab eis deputatus ſequitur di-
gnitatem, nam non ſufficit quod adſint clerici in 31
Eccleſia, vt faciant collegium, niſi concurrant re-
quiſita ad faciendum collegium: huc vſque Rota,
ſed ſic eſt, quod hic non concurrunt requiſita ad
conſtituendum collegium; ergo præſes deſignatus
pro illis religioſis non poteſt dici vera dignitas,
& prælatia.

Minor patet; quia vt detur collegium requiri- 32
tur Eccleſia collegiata authoritate ſuperioris con- 33
ſtituta, vt docet Gloſſa *in eodem capite cum ab
Eccleſiarum, verbo Eccleſiaſtica ſententia in fine*,
ergo deficiente Eccleſia, & conuentu authorita- 34
te ſuperioris conſtituto, non datur collegium, vt
ait Gloſſa *in cap. ſtatutis, de electione in* 6. *verbo
collegiata*, quæ conditiones, etiam requiruntur ex
iure noſtro 2.*part. noſtrarum conſtitutionum cap.*1.
num. vt *ſuprà* diximus. Quod verum eſt, etſi dentur
fratres cum præſidente de conſenſu generalis, & 35
definitorij, vt in ſimili caſu decidit ſacra Rota ex
multis textibus. & Doctoribus, in quadam deci-
ſione

ſione quam refert Tambur. *tom. 3. in deciſionibus de-
ciſ. 112.* vbi ſacra Rota iudicauit quandam commu-
35 nitatem cum ſuo Abbate poſitam à generali cum
ſuo definitorio, veluti perſonas ſingulares, eo quod
talis domus, & conuentus non fuit fundatus iuxta
certam conſtitutionem Pauli V. in qua diſponeba-
tur, quod in tali domo, vel conuentu non eſſet com-
munitas, ſed quod ſolum ibi eſſet quidam religioſus
pro illius conſeruatione, & ad procurandum reddi-
tus ipſius domus, donec poneretur in illa certus nu-
merus religioſorum, & redditus competentes pro
iſtis religioſis, quod decretum cum in omnibus non
obſeruaretur, iudicauit Rota quod religioſi illic
poſiti à generali cum ſuo Abbate, non conſtituere
collegium, & quod Prælatus poſitus à generali non
erat verus Prælatus, ſed quod omnes erant perſonæ
36 ſingulares, ex quo caſu ſic arguo ad noſtrum caſum.
Sicut Pontifex præcepit, quod in eo Conventu
non poneretur communitas religioſa, ſed quod ſo-
lum ibi eſſet vnus religioſus ad curandom de dicta
domo, & de eius redditibus, ſic noſtra conſtitutio
a. p. cap. 1. n. 4. præcipit, quod non ponatur commu-
nitas in nullo conventu de nouo fundato, vſquequo
habeat Eccleſiam, & clauſuram competentem; ſed
quod ſolum illic ſint duo, vel tres religioſi ad diri-
gendum opus; ſed ſic eſt quod Rota iudicauit illos
religioſos, quos generalis præcepit cum ſuo defini-
torio vivere in illa domo conventualiter, tanquam
perſonas ſingulares, nullum conſtituentes colle-
gium nec dignitatem, eo ſolum, quia generalis, &
definitorium non poſuit dictam communitatem
iuxta conſtitutionem Pontificis ſui ſuperioris, abſ-
que illius diſpenſatione; ergo cum noſtrum defini-
torium non etiam obſervaverit formam noſtræ con-
ſtitutionis ſui ſuperioris in eligendo Prælato, &
conſtituendo communitatem, antequam eſſet ædi-
ficium, vel domus cum Eccleſia, & clauſura compe-
tenti, & hoc ſine diſpenſatione legis, cui definito-
rium eſt inferius, & tenebatur eam obſeruare, eui-
denter ſequitur, quod ſicut Rota iudicauit illos re-
ligioſos cum abbate, tanquam perſonas ſingu-
lares, nullum conſtituentes collegium, nec digni-
tatem, eo quod tale collegium fuit inſtitutum con-
37 tra ordinem ſuperioris, ſic nos debemus iudicare
tales fratres deſignatos ad Conuentum Angolæ
cum ſuo priore, tanquam perſonas ſingulares, nul-
lum conſtituentes collegium, dum non habuerint
domum cum Eccleſia, & clauſura competenti, eo
quod talis Prælatus, & collegium fuit inſtitutum
abſque, & contra ſuperioris voluntatem, non enim
38 apparet maior ratio.
Confirmatur tandem 6. Quia ſi de facto deſtru-
ctus fuerit hic Conuentus Matriti authoritate ſu-
perioris, ſine ſpe reædificationis, ſtatim Prælatus
illius deſinit eſſe Prior, & Conuentus deſinit eſſe
collegium, vt cum multis reſoluit Tambur. *to. 3. de
iure abbatum, d. 5. q. 9.* Ergo dignitas, & prælatia dicit
ordinem eſſentialem ad conuentũ, ſiquidẽ illo defi-
39 ciẽte, omnino deſinit eſſe prælatus; ergo cũ hic tali-
ter deficiat conuentus, quod nec fuit nec eſt, & po-
teſt non eſſe, non poteſt iã dari verus illius prælatus.
40 Nec obſtat ſi dicant, quod ſi quidam conuentus
deſtructus fuerit ex caſu fatali, & contingenti, abſ-
que ſuperioris voluntate, nec ob id prior talis Con-
ventus deſinit eſſe verus prælatus; ergo etiamſi non
detur conuentus, non ob id deſinet quidam eſſe præ-
latus; Non obſtat inquam. Reſpondetur namque cum
Tamb. *d. 5. q. 9. to. 1.* Quod id ideo eſt, quia quamuis
deſtructus fuerit cõuentus, locus vbi fuit conuentus
adhuc permanet, & extat, qua anima ſine corpore,

hoc eſt, ſine cõuẽtu materiali, & hoc ſufficit, vt per-
ſeueret dignitas prælati, quæ dicit ordinem ad illud
territorium, vbi fuit cõſtructus conventus, ſuper quẽ
prælatus habet ius in re; quod non datur in caſu præ-
ſenti, ſiquidem nos, non ſolum non habemus conuẽ-
tum in Angola, ſed nec locum deſtinatum, vel terri-
torium ad illum, in quo aliquãdo habuiſſemus ius in
re, & dominium, quod erat neceſſarium nõ ſolum vt
eſſet in re, ſed etiam ad ſe intitulandũ prælatum, vt
probatur ex his, quæ ait Lex, *to. 1. cap. 8. n. 98* vbi ex
eo probat, quod poſſint dari in ſua cõgregatione præ-
lati titulares, quia antiquitus habuerunt verũ, & rea-
le ius, & dominium, & iuriſdictionem in illis locis,
vnde intitulantur prælati; ſed ſic eſt, quod nec hic
noſter nouus prælatus, nec etiam religio, vnquam
habuit, nec habet, verum, & reale ius & dominium
in aliquo loco, aut parte Angolæ; ergo dum illud
non habuerit, nec eſt, nec poſt dici prælatus.
Nec obſtat id, quod poteſt dici de Epiſcopis titu- 41
laribus, qui nec habent adminiſtrationem, aut locũ,
& tamen vocantur, & ſunt veri Epiſcopi, & dignita-
tes; ergo videtur, quod idem poteſt dici de hoc præ-
lato, qui quamuis non habeat domum, vel conuẽtũ,
aut territorium, adhuc poterit dici, & eſſe prælatus.
Reſpondetur namque, quod Epiſcopi titulares ali- 42
quando habuerunt Eccleſias in illis locis vnde deno-
minantur Epiſcopi, quæ fuerũt ab infidelibus deſtru-
ctæ, & cũ iã habuiſſent in re in illis civitatibus ius,
ſunt veri Epiſcopi, & prælati illarũ vt optime probat
Grat. *in diſceptationibus forenſibus c. 295. to. 2. n. 68.*
Secundo Reſpondetur quod dato quod tales Epiſ- 43
copi non habuerint aliquandu, nec de facto habeãt
aliquẽ locum, vel territorium, adhuc dici poſſunt, &
ſunt vere, & realiter Epiſcopi, quia quamuis nõ ha-
beant locum, vel illum renunciaſſent, retiñẽt ordinẽ,
honorem, & dignitatẽ Epiſcopalem, vt notauit Grat.
ſuprà, n. 60. quod non datur in noſtro priori Angolæ,
huius dignitas ſolum conſiſtit in adminiſtratione, &
iuriſdictione, quę abſque territorio non poteſt exer-
ceri, vt ibi late probat Gratian. ergo optime ſequitur, 44
quod quamuis hic prælatus acceptaſſet talem præla-
tiam, vel non fuiſſet neceſſaria illius acceptatio, non
ob id manebat prior Angolæ, ſiquidem nec eſt talis
prælatia, nec dari poteſt, vſquequo fundetur cõvẽtus
cum eccleſia, & tun vſque accipiat illius poſſeſſio-
nẽ, vt manet probatum. Quapropter an potuerit ta-
lis eligi prælatus, ipſi electores viderint, ſolum dico,
quod cum adhuc tunc eſſet dubia fundatio talis cõ-
ventus in Angola, non erat poſſibilis electio condi-
tionalis in caſu, quo extitiſſet cõvẽtus, vnde intel-
ligo, ſalvo meliori iudicio, quod hæc electio huius
prioris facta à noſtris prælatis ſolum fuit quædam
deſignatio præſidentis ad illam miſſionem, & non
electio canonica, vel ad ſummum fuit electio prioris
in habitu, & non in actu, de quo nunc non diſputo,
hanc enim illi gratis concedo.

RESPONSIO AVTHORIS, TERTIO QVÆSITO.

An in caſu, quo non acceptaverit, vt de facto non acceptaverit, an vacaverit ipſo iure rectoratus, & prælatia vbi antea ipſe erat rector, & Prælatus per ſolam electionem prioratus Angolæ?

RESpondi negative. Et ratio eſt: Quia caſu dato,
quod dictus prioratus Angolæ eſſet vera præla- 45
tia, eo ipſo quod ille cũ nõ acceptavit, & confirmatio

ex quocumque caſu non habuit effectum, nō vacauit prælatia, vbi ipſe antea erat Prȩlatus. Ita expreſſe Samuel *de electione, tr.1.d.7.contr. 4 n.22.* & de hoc datur ſtatutum apud Dominicanos, quod refert idē Samuel *ibi*, quod ſtatutum loquitur in caſibus vrgētioribus, ſcilicet quando vnus fuit abſolutus ab officio, vt eſſet electus in alio officio, nam ſi ex quacunque cauſa confirmatio ſecundi officij non ſortita eſt effectum, remanet talis prælatus in prælatia, in qua antea erat, quod non accidit in noſtro caſu, ſiquidem dictus Rector non fuit abſolutus à primo officio, ſed ſolum in alio electus, imo electores noluerunt eius acceptare renunciationem, vſquequo ſcirent, an ille vellet acceptare, vel non dictum prioratum Angolæ, in quo de nouo illum eligebant.

46 Deinde probatur alia ratione. Nam vt ait Tambur. *de iure Abbat. to. 1 d 5.q.24.n.2.* Tunc prima prælatia vacat, quādo aliquis præficitur alteri dignitati, & dignitatem acceptat, iuxta *canonē clericus. & can. ſeq. can. vnū Abbatē. 21.q.1.* [& loquitur de Prælatis regularibus;] Ergo ſi olim vacat prima Prȩlatia per acceptationem ſecundæ, ſequitur euidēter, quod ſi talis Rector non acceptauit ſecundā prælatiam Angolæ, etiamſi ad illam fuiſſet electus, & confirmatus, non vacauit ipſo iure prælatia, vbi antea erat rector.

47 Confirmatur primo. Quia beneficium, vel dignitas non vacat per ſolam collationem, imo nec per acceptationem alterius beneficij, ſed requiritur pacifica poſſeſſio, vt patet *ex cap. de multa de præbendis, & ex cap. licet Epiſcopus de præbendis in 6.* & docet cū Gloſſa, & aliis Fragoſo, *1.p.lib.2.d.9. §.2. n.53. & 54* Tamb. *d.5 de iure Abbat. lib.1.q.5. n.5.* quod verū eſt, etſi per prouiſum ſtet, quod poſſeſſionem, & ius in re non conſequatur, vt docet Garcia, *de benefic. p.11.c.5 n.101.* Ergo cum hic Rector non ſolum non acceptaſſet talem prælatiam Angolæ, ſed nec illius potuiſſet accipere poſſeſſionē, cū de facto conventus re ipſa non exiſteret, vel locus illius ſequitur quod dum poſſeſſionem illius non acciperet, non vacabat illius prima Prælatia.

48 Et quod hoc ſit intelligendum, non ſolum in dignitatibus, & beneficiis ſæcularibus, ſed etiam in regularibus, docet cum multis Fragoſ. *p.2 lib.2.d.9.§.2. n.52.* cui addo, quod eodem modo philoſophandū eſt in Prouincialatibus, & prioratibus, & aliis officiis regularibus, & ſæcularibus, vt docet Suar. *to.4. de relig. tr.8. lib 2. cap.3. n.24* Peirinis, *de Prælato, q.2. c.5 § 3. n.47.* Lezana, *verbo beneficium n.47.* Ergo cū cætera beneficia regularia, & ſæcularia non vacent ſolum per electionem, & collationem illorum, ſed tantum per pacificam poſſeſſionem aliorum, ſic etiā prioratus, & aliæ prælatiæ Regulares.

49 Nec obſtat, quod dicant, quod quamuis hoc ita ſit de iure communi, attamen ex ſtylo Curiæ Romanæ beneficia promoti ad alteram dignitatem ſtatim dicūtur vacare, à quo ſtylo nullatenus eſt recedendū, vt cū aliis notauit Mand. *reg.2.q 4.n.4.* & Rota, *Diuerſarum deciſionum dec.13 p.1.n.1.* Ergo quamuis iſte rector non accepiſſet poſſeſſionem prioratus Angolæ, ſufficit illius promotio, & confirmatio in alia dignitate, vt dicatur, quod prima prælatia, vbi antea erat rector, vacauerit. Non obſtat inquā.

50 Reſpondetur namque cum Stephano Grat. *to.2.c. 295.n.10. diſceptation. forenſium*; quod hic ſtylus Curiæ Romanæ inualuit, quia promoti in Epiſcopis non denegant, ſed conſentiunt, vnde Papa præſumit illum velle promoueri, propter quā præſumptionem cōfert beneficia; ſed ſi diſſenſus adeſſet; ſtylus curiæ nihil operatur, vt declarat Cald. *conſ.1. ad finē verſic. non obſtat de tranſl. Epiſcop.* ſequitur Dec. *in c. cum in cunctis 7.§. cum vero 23. ad finē, verſic. ſtylus tamen de elect.* Barbat. *de præſtant. Card. in fin. colum. vlt. ante medium, n.14. in fine verſu, vel ideo iſte ſtylus, to.3.p.2. fol. 83.* Huc vſque Gratianus; Sed ſic eſt quod in noſtro caſu non poterat eum fundamento præſumi, quod dictus rector vellet relinquere quādam dignitatem meliorem ad acceptandum aliam inferiorem, & dato quod tale quid præſumeretur, eo quod ipſe poſtulabat licentiam ad eundum ad Angolam, & ad hunc finem dictam Prælatiam renunciabat, de facto tamen coo ſenſus, & acceptatio defuerūt ex parte electi; ergo ſtylus curię nihil operatus fuit & talis rectoratus, etiā ſecundum ſtylum curiæ adhuc non vacauit per ſolam electionem, & confirmationē alterius prælatiæ, ſed requirebatur ad vacandum, quod ſaltem ex parte electi daretur acceptatio, hac enim fictione iuris ſufficit ad poſſeſſionem, acceptatio enim inſtrumenti, vel traditio alicuius tituli, fictione iuris, eſt vera poſſeſſio, vt notauit Leſſius, *lib.2.c.3. dub. 15.n.3.* Lug. *de iuſt. d.2. n. 63.* Sed ſic eſt, quod in noſtro caſu omnia hæc defuerunt, ſiquidem prædictus rector in nihilo conſenſit, nec acceptauit; ergo euidenter ſequitur, quod ſua rectoria noo vacauit.

Confirmatur 2. quia quamuis hæc duo beneficia fuiſſent incompatibilia, adhuc probabile eſt per adoptionem vnius, non vacare alterum, vt docet expreſſe Nauarr. *conſilio 13. de præbendis lib. 3. conſiliorum. n.6.* quem refert Bordonus, *to.1. reſ.16. n.15.* quam opinionem Nauarri, etiamſi eam non ſequar, nemo poteſt negare illam eſſe probabilem, & maxime confirmat caſum præſentem; ſiquidem ad illum extenditur, vt aduertit Bordonus *loco citato*, ſiquidem cum in dicto caſu non daretur acceptatio, nec poſſeſſio, non ſolum realis, ſed nec intentionalis. & quamuis hæc omnia darentur, non ſufficiebant in opinione Nauarri, vt ipſo iure vacaret tale beneficium, & prælatia, ſequitur euidēter, quod talis rectoratus non vacauit, & dictus rector adhuc eſt verus rector, & Prælatus. 51 52

Confirmatur 3. quia dato quod talis prælatia vacaret per electionem, vel adeptionem alterius prælatiæ, hoc debet intelligi, quando prælatia, quæ de nouo conſequitur, eſt beneficium curatum, non ſolum in habitu, ſed etiam in actu, ſiquidem beneficium curatum in habitu tantum, non eſt incompatibile cum alio beneficio curato in actu, vt docet cum Gloſſa communiter recepta, & cum Panormitano Nauar. *lib.1. conſiliorum conſil.3. n.1.* Sed ſic eſt, quod hæc prælatia Angolæ ad quam iſte rector fuit electus, & promotus, ad ſummum ſolum eſt prælatia in habitu, & nō in actu, vt manet probatum; ergo talis rector ſimul poterat habere iſtas duas prælatias, ad minus dū ſecūda ad actū nō reduceretur. 53 54 55 56

Confirm. 4. quia caſu dato, quod per ſolā electionem ad aliquā dignitatem vacaſſet prima prælatia, hoc intelligēdum eſt, de dignitate vera, & ſine litigio, & non de dignitate litigioſa, vt cum multis aduertit Garc. *de benef. p.11.c.5.n.100.* Rota, & alij, quos refert, & ſequitur Tambur. *to.1. de iure Abbatū, d.5.q.25 .n.2.* Sed ſic eſt, quod adhuc eſt ſub lite, an hæc prælatia Angolæ ſit vera prælatia, imo pro certo habeo, quod talis non eſt; ergo clarum manet, quod per ſolam electionem, & confirmationem ad talem prælatiam, non vacauit prælatia, quam antea prædictus pater habebat. 57 58

Et in hoc ſenſu videtur mihi intelligendum eſſe Bordonum, *tomo 5. reſolut. 26. numero* 12. vbi dicit, quod per electionem ad ſecundum officium ſtatim ipſo iure electus ſit priuatus priori officio, perſonatu,

perſonam,vel dignitate, hoc eſt, quod per electionem acceptatam cum poſſeſſione, ſaltem intentionali, ſine litigio, vel controuerſia vnius beneficij, vacat aliud,vt conſtat ex verbis, quæ idem Bordonos ſtatim addit in eodem. *n.16.* deductis ex extrauaganti execrabilis. *Decernendo vt per acceptationem poſterioris ipſo iure vacet Prior.* Quod idem ait Tamburin. *to.1. de iure Abbatum,d.5.q.25.n.1.&* x. Vera enim adeptio beneficij non datur, niſi per pacificam poſſeſſionem, abſque controuerſia,vt bene cum Gratiâ, & aliis notauit Tamburin.*ibi n.2,*

Ex quibus omnibus concludo, & dico;quod talis rector optimè fecit non acceptandô talem prælatiam Angolæ. ſi quidem de facto non extabat, nec poterat dari antequam Conuentus conſtrueretur, nec dato quod talis prælatia fuiſſet poſſibilis, & de facto daretur,eo ipſo quod ipſe eum non acceptauit,non extitit illius prælatus,nec vacauit ipſo iure rectoratus, vbi ille erat rector, per ſolam electionem, & confirmationem ſecundæ Prælatiæ,ob rationes dictas, quæ omnia non ſolum reputo probabilia. ſed tanquam certa habeo, & ſine controuerſia, niſi forte fuerit affectata, quia non inueni Authorem, vel textum. qui contrarium diceret in caſu præſenti, imo quos vidi ſunt in confirmationem doctrinæ huius Conſulti, & Bordon.& Tamburinus, qui videntur parti contrariæ fauere,ipſi ſe ſtatim explicant in fauorem noſtræ reſponſionis, vt *ſuprà* vidimus ex ipſorum verbis, quæ abſque violentia aliter intelligi non poſſunt; & dato quod illi partem contrariam defendant, alij quos ſupra retulimus defendunt noſtram ſententiam, quapropter dico, quod dictus rector licite poteſt permanere in ſuo rectoratu, & tenetur in illo reſidere,dũ illum non renunciauerit, & ſuperiores acceptauerint renunciationem, ſiquidem eſt, & ſemper fuit verus, & legitimus rector. & ita factum fuit, & hæc ſaluo meliori iudicio.

CONSVLTVM CXIV.

De quodam Religioſo dubitante de ſuo Baptiſmo, an poſſit iterum ſub conditione baptizari?

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus, ſeu factum,*
2 *Religioſus cui nec ex libro baptiſmi,nec ex alia perſona conſtat an ſit baptizatus, & ſi conſtet illi fuiſſe impoſita ſacra olea, poteſt iterum ſub conditione baptizari.*
3 *Probatur ex variis textibus.*
4 *Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur.*
5 *Liber in quo pater ſolebat ſcribere diem, in qua eius filij nati ſunt, facit integram fidem.*
6 *Non eſt conſuetudo in Luſitania baptizare ſolemniter ſine impoſitione oleorum.*
7 *Datur conſuetudo ſpectandi ante baptiſmum ſolemnem ſaltem per octo dies,*
8 *Certitudine ſaltem morali conſtare debet de baptiſmo alicuius, vt non iteretur.*
9 *Certitudo moralis eſt,qua prudenti non ſinit prudenter formidare.*
10 *Hic baptiſmus ſinit prudenter formidare, quia non conſtat de baptizante.*
11 *Vt quis rebaptizetur ſub conditione non requiritur dubium probabile de baptiſmo, nec dubium negatiuum.*
F. Ant. à Spir. Sanct. Conſult vat.
12 *Sufficit, quod detur ſuſpicio,vel formido de probabilitate baptiſmi.*
13 *Si iſte Religioſus non iterum baptizatur ſub conditione, exponitur grauiſſimo periculo damnationis.*
14 *Neceſſitas veri baptiſmi, & dubium morale antecedentis facit licitum baptiſmũ cõditionalẽ.*
15 *Quædam mulier,cui conſtabat fuiſſe baptizatam eo ſolum, quia ſcrupulis magnis agitabatur, quod non erat baptizata, iterum ſub conditione fuit baptizata.*
16 *Illi ſcrupuli, & dubia, arguebant aliquale dubium,& ſuſpicionẽ de valore baptiſmi ſuſcepti.*
17 *Illa anxietates cordis iudicata fuerunt à doctoribus pro inſpirationibus Spiritus ſancti.*
18 *Eoſdem ſcrupulos,& anxietates, & dubia habet iſte religioſus.*
19 *In caſibus occurrentibus,dum peccatum non interueniat, ſemper inclinandum eſt in fauorem animarum.*
20 *Qui aliquem vere baptizatum rebaptizat manet irregularis.*
21 *Si rebaptizet ſub conditione vere baptizatum non incurrit irregularitatem.*
22 *Qui alium vere baptizatum rebaptizat cum conditione peccat mortaliter.*
23 *Quoties dubium eſt de valore baptiſmi ex quocunque capite oriatur, debet quiſpiam rebaptizari ſub conditione.*
24 *Qui fuit domi baptizatus,à quacunque perſona fuiſſet baptizatus, iterum poteſt baptizari ſub conditione.*
25 *Iudicium alicuius viri docti aliquid exacte examinantis facit opinionem probabilem.*
26 *Ad tollendam dubitationem quod aliquis ſit baptizatus, opus eſt teſtificatione vnius, ſaltem teſtis fide digni affirmantis de viſu,*
27 *Ponitur argumentum in contrarium,& ſoluitur.*
28 *Liber baptizatorum non facit plenam probationem, ſi in eo aliquis error inueniatur.*
29 *In libro baptizatorum, in quo eſt iſte religioſus plures errores inueniuntur.*
30 *Quiſque in adminiſtratione Sacramentorum tenetur ſequi tutiorem partem.*
31 *Baptizandus eſt quidam adultus de quo dubitatur, an ſit mortuus, vnus teſtis etiam paganus dicat baptiſmum petiiſſe.*
32 *Ponitur argumentum in contrarium,& ſoluitur.*
33 *Idem dubium quod datur circa baptiſmum,datur circa chriſma,& ordines ſuſceptos.*
34 *Dubium quod ſufficit ad recipiendum baptiſmum ſub conditione ſufficit ad iterum recipiendum chriſma, & ordines etiam ſacros,*

CASVS, SIVE FACTI SPECIES.

QVIDAM religioſus cum præciperet ſibi 1
afferri teſtimonium ſuæ ætatis ex libro baptizatorum Eccleſiæ vbi fuerat baptizatus forte in libro baptizatorum inventa fuit hæc adnotatio, certifico ego, F. Vicarius talis Eccleſiæ, quod ego baptizavi, dico,quod ego poſui oleum baptizatorum, F.filio F. fuerunt illius patrini F.& F. hodie 8. Auguſti, &c. & non inuenitur alia declaratio, vel nota in dicto libro. Perrexit ergo ſtatim iſte religioſus ad patriam ſuam, & inquiſiuit à patre ſuo, & matre, an fuiſſet domi baptizatus, & quis illum baptizauit, & nec eius pater, nec mater, nec obſtetrix, qui omnes adhuc viuebant, ne-

ſciuot an fuerit domi, vel in Ecceleſia Baptizatus, imo omnes dicent, quod eis videtur, quod fuerit baptizatus in Eccleſia, ſed nec de hoc ſciunt reddere rationem, nec tecordantur quis illum baptizauerit, vel an baptiſmus domi fuerit, vel in Eccleſia, nec inuenitur perſona in dicto oppido, quæ de hoc recordetur, & pattini, & Vicarius Eccleſiæ, qui dictam notam poſuit in libro mortui ſunt. quapropter iſte Religioſus poſitus eſt in tali conflictu, & dubio ſuo baptiſmi, vt in quadam infirmitate, quam habuit, cum delitaſſet, nullam aliam rem dicebat niſi quod ei daretur baptiſmus, quia non erat baptizatus, & cum illi poſt infirmitatem homines docti dicerent ſæpe ſæpius, quod animo quieſceret, quia certo erat baptizatus, numquam ab eo potuerunt id conſequi, ſed perpetua anxietate verſabatur, & nec quieſcit, & ſemper illi conſcientia clamat, vt recipiat baptiſmum, quia non eſt baptizatus, quibus ſuppoſitis,

Quæſitum fuit à me, an ex eo quod nulla ſit perſona, quæ aſſerat, an iſte Religioſus ſit baptizatus, an non, & ex eo, quod non conſtat ex libro baptizatorum, quod fuerit baptizatus, ſed ſolum quod illi fuerint olea impoſita, & ſuppoſita anxiete & dubio, & afflictione, quam iſte patitur Religioſus, poſſit talis religioſus iterum ſub conditione baptiaari, & iterum ſub conditione accipere omnes ordines, etiam ſacros, ſiquidem de facto iam erat Sacerdos.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 Reſpondi, quod poteſt iterum ſub conditione baptizari. Probatur 1. *ex cap. Placuit de conſecra. diſt. 4.* vbi dicitur. *Quoties non inueniuntur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe ſine dubitatione*
3 *teſtentur, neque ipſi ſunt per ætatem idonei de traditis ſibi Sacramẽtis reſpondere, abſque vllo ſcrupulo rebaptizandos, ne iſta trepidatio eos faciat Sacramentorum purgatione priuari. Et idem decernitur cap. cum itaque de conſecratione diſt. 4. in cap. ſi nulla ibi*, Si nulla extent iudicia inter propinquos, aut familiares, nulla inter clericos, aut vicinos, quibus hi de quibus quæritur, an baptizatos fuiſſe doceantur, agendum eſt, vt renaſcantur, ne manifeſte pereant, in quibus quando non oſtenditur geſtum, ratio nõ ſinit, vt videatur iteratum. *Et in ſexta Synodo can. 84. dicitur.* Quoties non inuenientur firmi teſtes, qui illos abſque vlla dubitatione baptizatos eſſe dicant, nec ipſi propter ætatem de tradito myſterio apte reſpondere poſſint, debere baptizari. Sed ſic eſt, quod non datur aliquis teſtis, qui firmiter, & ſine dubio teſtificet, & dicat, an iſte Religioſus fuerit baptizatus, nec conſtat ex libro baptizatorum, quod fuerit baptizatus, ſed ſolũ ex illo conſtat, quod olea ſacra illi impoſita fuere, nec inter parentes illius, clericos, aut vicinos loci eſt memoria talis baptiſmi, nec eſt aliquis, qui dicat, an fuerit baptizatus in Eccleſia, vel domi; ergo talis religioſus iuxta prædictos textus, debet iterum baptizari ſub conditione, ne forte pereat non baptizatus.

4 Nec obſtat ſi dicant, conſtare ex parochi teſtimonio, quod dicto Religioſo impoſuerit ſacra olea, & cum parochus eſſet homo pius, & prudens, & Vicarius ipſius Eccleſiæ, videtur certum quod debebat examinare, an talis puer fuiſſet domi baptizatus, an non, ſiquidem certum eſt, quod non ponendum erat oleum ſacrum cuidam pagano, aut cathecumenó, qui nec domi, nec in Eccleſia fuiſſet baptizatus. Non obſtat inquam: Reſpondetur namque quod ex hoc argumento ſolum infertur, quod parochus fecerit dictam diligentiam, & quod examinauerit perſonam, quæ illum domi baptizauit an fecerit illa, quæ diſponit Eccleſia in adminiſtratione priuata huius Sacramenti, non tamen infertur, quod ille dictum puerum baptizauerit, ſed ſic eſt quod cum ſolo hoc examine, & diligentia parochi, poteſt dari dubium, prudens talis baptiſmi, ergo iterum poteſt talis religioſus ſub conditione baptizari.

Minor patet, quia dentur grauiſſimi Doctores, qui dicunt, quod puer domi baptizatus in caſu neceſſitatis, etiam parochus per examen inueniat, quod obſtetrix, vel perſona, quæ illum baptizauit, eſt prudens, & docta, & optime ſcit formam, & teſtificatur, & iurat quod vere, & rite bapizauit, adhuc dicunt dicti D D. quod ſic baptizatus poteſt iterum baptizari ſub conditione, ſiquidem in illo conflictu ſæpe ſæpius baptizans turbatur, etiamſi optime ſciat formã. & ea quæ debet efficere, quod ſufficit ad formandum dubium prudens talis baptiſmi, vt docet cum Barr. Syluio, Molano, Leand. *de ſacramentis, tr. 5 d. 3. q. 45.* Quintanadu. *tract. 1. ſing. 5 n. 5.* Ergo cum ex hoc libro baptizatorum ſolum colligatur, quod talis parochus fecit examẽ, an baptiſmus priuatus domi præceſſerit, & non conſtet an factum fuerit examen, an talis baptiſmus fuerit ſolemnis in Eccleſia, infertur, quod non fuerit ſolemnis, ſiquidem eſt cõtra ſtatum Eccleſiarum huius Luſitaniæ Regni, imo & totius Eccleſiæ, baptizare pueros abſque oleorum impoſitione immediate poſt baptiſmum, ſequitur quod poſitus talis religioſus in hoc dubio, optime poteſt iterum ſub conditione baptizari, non obſtante dicto parochi teſtimonio de oleorum impoſitione.

Confirmatur hoc. Quia iſte puer natus fuit die tertia Auguſti; vt conſtat ex libro eius patris, in quo ſolebat ſcribere diem, in qua eius filij naſcebantur, qui liber facit integram fidem, etiam contra tertium, vt cum Saliceto, Bart. Baldo, Alexandro Maſc. & aliis docet Quintanadu. *tract. 2. ſingul. 15. n. 4.* & olea prædicto puero fuere impoſita die 8. eiuſdem Auguſti, vt cõſtat ex libro baptizatorum; 5
ergo neceſſario ſequitur, quod non præceſſit baptiſmus ſolemnis in Eccleſia impoſitioni oleorum, ſiquidem in quinque diebus, qui interfuera inter pueri natiuitatem, & impoſitionem oleorum, non eſt credibile, quod duabus vicibus ad Eccle- 6
ſiam aſportaretur, nec eſt conſuetudo baptizare abſque oleorum impoſitione.

Nec poteſt dici, quod defuerint olea, ſiquidem in menſe auguſti, iam omnes Eccleſiæ habent olea eiuſdem anni, & antiqua ſemper reſeruantur, dum non veniũt noua. Tum quia ſi olea defuiſſent non adeo feſtinãtet puer baptizaretur, ſed exſpectaretur ad minus per 8. dies vt olea ſacra venirẽt, præcipue cum omnes pueri, etiã ſi dentur olea, exſpectãt ſine baptiſmo per ſpatium 8 dierum vt eſt conſuetudo totius huius regni, ex quibus omnibus euidenter ſequitur, quod puer iſte non fuit baptizatus ſolemniter, ſed domi per obſtetricem, vel aliam perſonam priuatam; ſed ſic eſt, quod ſi domi fuit baptizatus in caſu neceſſitatis, datur dubium prudens de tali baptiſmo; ergo ſic baptizatus poteſt iterum ſub conditione baptizari, vt tenent prædicti Doctores; ergo talis religioſus habet fundamentum ſufficiens, & valde prudens ad dubitandum de ſuo baptiſmo, & ad illum iterum ſub conditione ſuſcipiendum.

Secundo

Secundo probatur ratione. Quia ex communi
Theologorum conſenſu, certitudine ſaltem mo-
8 rali debet conſtare de baptiſmo alicuius, vt non
iteretur, vt docet cum communi Doctorum Quin-
tanadu *tract.* 1. *ſingulari* 1. *n.* 7. Atqui huic religio-
ſo non poteſt conſtare certitudine morali, quod
ſit baptixatus; ergo poteſt iterum ſub conditione
baptizari. Maior eſt certa, minor probatur quia
certitudo moralis eſt, quæ prudenti non ſinit pru-
denter formidare, vt patet ex *l.* 2. § *idem ff de aqua
pluuia* & cum Ariſtotele 1. & 2. *Ethic* & D Tho-
9 mas docet Quintanadu. *ſuprà*, *n.* 7. Atqui hic bap-
tiſmus ſinit prudenti prudenter formidare, ſiqui-
dē non conſtat de baptizante, etſi domi fuerit mi-
niſtratus, poterat ex aqua turbatione, vel accele-
ratione non dici tota forma, vel eo modo, quo de-
bebat proferri, & ſi fuit in Eccleſia, debebant dari
teſtes, qui de tali baptiſmo ſine dubio teſtifica-
rent. ergo talis religioſus cum dentur hæ dubia,
10 poteſt iterum ſub conditione baprizari.

Tertio probatur, quia vt quidam homo rebap-
tizetur ſub conditione non eſt neceſſe quod detur
dubium probabile, nec etiam eſt neceſſe, quod de-
11 tur dubium negatiuum, hoc eſt quod maneat homo
indiciſus pro vtraque parte in æquilibrio, ſed ſuffi-
cit quædam ſuſpicio, vel formido de prob bilitate
ſui baptiſmi, vt probat Lugo, *in conſiliis lib* 1. *dub.* 1.
n. 12. Atqui iſte Religioſus habet magnam, & ra-
tionabilem formidinem, & ſuſpicionem, & timo-
12 rem ſui baptiſmi, ſiquidem ignorat, an domi fuerit
baptixatus, ab aliqua perſona ignorante quæ neſci-
ret formam baptiſmi, vel etiamſi illam ſciret an ob
celeritatem in aliquo defeciſſet, ita vt illi fuiſſent
olea ſacra impoſita abſque eo, quod præceſſerit
verus, ſed ſolus putatiuus baptiſmus; ergo de-
bet iterum baptizari.

Quarto probatur quod ſi iſte religioſus iterum
ſub conditione non baptixatur grauiſſimo ſe expo-
dit periculo damnationis, ſiquidem non poteſt va-
13 lide aliud recipere ſacramentum, ergo ne ſe expo-
nat huic periculo poterit ſub conditione baptixari.
Patet conſequentia quia hic baptiſmus conditio-
nalis, non ſolum illum facit licitum, ſed omnino ne-
14 ceſſarium, neceſſitas maxima veri baptiſmi, & du-
bium morale antecedentis; ſed ſic eſt, quod in hoc
caſu datur dubium morale, ſiquidem iſte religioſus
non poteſt aſſentire quod vere ſit baptixatus, nec
habet fundamentum probabile, & certum morali-
ter, ex quo inferat dictum baptiſmum, nec cum quo
quieſcat, quod ſufficit ad formandum dubium mo-
rale; vt cum D. Thoma, Durand. Corduba. Navar.
Vaſquio & aliis multis docet Quintanada. *tract.* 1.
ſingulari. 1. *n* 7. ergo iſte religioſus in hoc dubio
morali optime poteſt ſub conditione baptizari.

Quinto probatur quia vt refert Quintanadueñas
15 *ſuprà ſingulari.* 8 quædam mulier cum ex libro
baptizatorum conſtaret, quod fuerit baptizata, &
aqua eo ſolum, quia ſcrupulis magnis agitabatur, &
dubiis interioribus, quod non erat baptixata, multi
DD. in eam fuere ſententiam, quod iterum ſub con-
ditione baptizaretur, vt de facto baptizata fuit; &
16 idem accidit cuidam Patri Societatis Ieſu, vt teſta-
tur ipſe Quintanadueñas, *ibi*, *n* 2. Et ratio fuit, quia
illi ſcrupuli, & dubia, & cordis anxietates, argue-
bant aliquale dubium, & ſuſpicionem de valore
baptiſmi ſuſcepti, quod prædicti Doctores indica-
17 runt pro ſufficienti cauſa ad iterandum baptiſmum
ſub conditione, quia illæ anxietates cordia vide-
bantur inſpirationes Spiritus ſancti; ſed ſic eſt, quod
18 eaſdem anxietates cordis, dubium, ſuſpicionem, &
timorem habet hic religioſus, & habet multo ma-
ius fundamentum ad illud habendum, ſiquidem
non conſtat de baptizante, nec an ſit baptizatus, vt
conſtabat illi mulieri, & patri ſocietatis, ſed ſolum
conſtat illi fuiſſe olea impoſita, cum quo poteſt
eſſe dubium de baptiſmo, vt *ſuprà diximus*; ergo
cum multo maiori fundamento poteſt hic religio-
ſus iterum ſub conditione baprizari.

Sexto probatur. Quia in caſibus occurrentibus,
dum peccatum non interueniat, ſemper inclinan-
dum eſt in fauorem animarum, & præcipue in illis
rebus, quæ ad baptiſmum conducunt, vt pote ad ſa-
lutem ita neceſſarium, vt docet Vaſq *tom.* 4. *q.* 66.
diſt. 22 *ſect.* 2. Suar. *hic d.* 28. *art.* 9 Zambran. *dub.* 1. *de* 19
baptiſmo cap. 1. *n.* 10 Laiman. *lib.* 5. *tract.* 2. *cap.* 4.
Atqui ſi hic baptiſmus ſub conditione iteretur,
non incurretur irregularitas, nec datur peccatum
mortale; ergo cum eius iteratio ſit in fauorem ani-
mæ, conuenit vt iterum iteretur. Minor quoad pri-
mam partem, hoc eſt, quod non incurratur irregu-
laritas probatur, quia hæc ſolum incurritur: quan-
do quis rebaptizat abſque conditione illum, qui
vere eſt baptizatus, non vero quando rebaptizat
eum, qui eſt baptixatus ſub conditione, ſi non eſt 20
baptizatus, ſiquidem hoc non eſt vere rebaptizare,
vt cum Soto, Henr. Valent. Nauarr. & aliis docet
Quintanadu. *tr.* 1. *ſingu ar.* 8 *n.* 5 Et quod non com- 21
mittatur peccatum mortale, etiam probatur, quia
hoc ſolum committitur, quādo vnus rebaptixatur,
etiam ſub conditione, cum alias ſit certus de ſuo
baptiſmo, & non eſt dubium, ſuſpicio, aut ſcrupu-
lus prudens de valore baptiſmi, vt cum Nau. Sot.
Valent. Villalob Suar. docet Quintanad. *ſuprà n* 7.
ſed hic eſt, quo, iſte religioſus habet dubium, ſuſ- 22
picionem, timorem, & ſcrupulum prudentem huius
baptiſmi; ergo ſuſcipiendo iterum baptiſmum ſub
conditione nec incurrit irregularitatem; nec peccat
mortaliter, & multo minus, qui eum ſub conditio-
ne baptizat.

Septimo probatur. Quia vt docet Ioann. Sanc.
in ſelectis d 4 *n* 44. vt quidam rebaptizandus ſub
conditione, quoties de baptiſmo dubiū eſt, ex quo-
cumq; capite oriatur dubitatio, cum ratione dubij
licitè fiant, quæ alias non fierent, & vndequaque 23
oriatur ambiguitas; atqui hic datur dubium, & am-
biguitas orta ex libro baptizatorū, ex quo non con-
ſtat, quod talis religioſus fuiſſet baptizatus, nec da-
tur perſona, quæ recordetur, vel dicat illum fuiſſe
baptizatum, nec eius pater, vel mater, vel obſtetrix
ſciunt, vel recordantur, an ille fuerit baptizatus; er-
go poſitus in hoc dubio, & perplexitate, optimè
poteſt iterum ſub conditione baptizari.

Octauo probatur, quia eſt opinio grauiſſimorum
Doctorum, quod qui fuit baptixatus domi à qua-
cumque perſona fuiſſet baptizatus, iterum poteſt
ſub conditione baptizari. quia de ordinario, cum
celeritate in illo conflictu non fit baptiſmus rite,
vt debet, vt cum Silu. Molano, docet Leander, *de* 24
ſacramentis tom. 1. *tr.* 2. *d* 5 *q.* 14. Quintanad. *tr.* 1.
ſing 5 *n.* 2. & 15. ſed ſic eſt, quod ex libro baptiza-
torum infertur, quod hic religioſus fuit domi ba-
ptixatus vt ſupra probauimus; ergo ſi talis religio-
ſus fuit domi baptixatus, optimè poteſt iterum ſub
conditione baptizari, iuxta hanc opinionem; ergo
cum non poſſit ſciri, an fuerit domi baptizatus, nec à
quo fuerit baptizatus, nec detur perſona, quæ de hoc
vllá habeat notitiam, multo maius dubium datur, &
multo magis poteſt iterum ſub cōditione baptizari.

Nono probatur. Quia iudicium vnius tantum
modi veri docti aliquid exacte examinantis opi-

nionem efficit probabilem, vt ex pluribus Doctoribus probat Sanch.*lib 1.ſumm. c.9. n.7.* ergo à fortiori dubium prudens efficiet, vt ait Quintanadueñas *tract.1.ſingul.9.n 9.* Atqui multi viri docti, quibus hic caſus fuit propoſitus, & qui illum exactè examinarunt, omnes iudicarunt, hic dari dubium prudens huius Baptiſmi; ergo ſi iudicium vnius viri docti ſolius ſufficit ad faciendam opinionem probabilem, aut ſaltem ad faciendum dubium prudens, quod ſufficit ad iterandum ſub conditione baptiſmum, Iudicium hoc tot virorum Doctiſſimorum ſufficiens erit ad faciendum hoc dubium prudens, & ad hoc vt iſte religioſus iterum ſub conditione baptizetur.

26 Decimo probatur: Quia ad tollendam dubitationē, quod aliquis ſit baptizatus opus eſt teſtificatione vnius ſaltem teſtis fide digni affirmātis de viſu, vt cum Ledeſm. Dian. & aliis docet Auſunius, *verb. Baptiſmi ſubiectum. n. 35.* Sed ſic eſt quod in hoc caſu non datur vllus teſtis fide dignus, qui teſtificet de viſu; ergo non poteſt dubium auferri, an iſte Religioſus fuerit, an non baptizatus. Probatur minor quia ſolum inuenitur in libro baptizatorum, quod Parochus poſuit olea hic puero; ſed hic teſtis non teſtificat de viſu baptiſmi, & dato quod teſtificaret, iam talis teſtis eſt mortuus, nec datur teſtis, qui vidiſſet facere hanc notam in libro baptizatorum, quod eſt neceſſarium, vt credatur ſcripturæ particulari, etiamſi ſit ſubſcripta ab aliquo, & recognita à perſonis fide dignis, vt docet cum Caſtro, Socino, Thuſc. Quintanad. *tr. 1. ſingul 9. n.14.* ergo cum nec Parochus teſtificet de viſu baptiſmi, nec detur aliquis, qui viderit facere talem notationem in libro baptizatorum, non poteſt dubium auferri, an iſte religioſus ſit baptizatus; ergo in hoc dubio, & conflictu optimè poteſt iterum ſub conditione baptizari.

27 Nec obſtat, quòd liber baptizatorum faciat plenam probationem, ſiquidem Parochus conſcribens in his libris eſt teſtis omni exceptionē maior, imò notarius publicus, vt cum Socina, Thuſco, & aliis docet Quintana. *tr. 2. ſingul. 12. n.2. & 3.* Nam huic obiectioni Reſpondeo, quod admiſſa hac doctrina, quam alij negant, ex ea ſolum infertur; quod Parochus impoſuit ſacra olea tali infantulo, non tamen quod illum baptizauerit, imò conſtat per quendam notarium publicum, & per teſtem omni exceptione maiorem, quod non fuit baptizatus tempore, quo illi olea ſacra impoſita fuere, ſiquidem ait Parochus, baptizaui, dico impoſui olea ſacra, F, tali die, vt cum non conſtet de perſona, quæ illum baptizauerit, nec quando fuerit baptizatus, nec an fuerit domi, & incredibile ſit, quod fuerit baptiſma ſolemne in Eccleſia, vt *ſupr.* diximus, ex his omnibus circumſtantiis arguitur magnū dubij fundamentum, an
28 talis religioſus ſit vel non baptizatus. Tum etiā, quia liber baptizatorū facit plenā probationem, ſi nō eſt, quod in illo aliquis error inueniatur, vel euidenter oppoſitum probetur, vt notat cum Gonzal. Quintanad. *tr.2. ſingul.12.n.6.* Sed ſic eſt, quod
29 in hoc libro plures errores inueniuntur, ſiquidem nec Parochus in illo impoſuit perſonam, quæ talē religioſum baptizauit, nec an fuerit domi baptizatus, nec poſuit, an patrini fuiſſent ſolū aſſiſtentes impoſitioni oleorum, an verò ſuſcepetent puerum de fonte, quæ omnia tenebatur explicare, iuxta Trid. *ſeſſ.24. de matr. c. 2.* ergo tali libro nulla fides debet adhiberi, & dato quod debeat dari, ex illo ſolum infertur, quod in Eccleſia impoſita fuere olea huic puero, non tamen quod fuerit baptizatus.

Vndecimo probatur: Quia quilibet tenetur in administratione Sacramentorum propter ipſorum valorem ſequi tutiorem partem, omiſſa etiam probabiliori, vt docet cum Vaſq & aliis communiter Quintanad. *tr.1 ſingul.14.n.2.* ſed tutior pars eſt, quam ſi quis ſequatur nullum periculum ſalutis ſi poteſt ei, cui Sacramenta adminiſtrantur, & ipſi, qui adminiſtrat; ergo talis religioſus tenetur ſub conditione iterare hunc baptiſmum dubium, cum ſit pars tutior, & cum ex hac iteratione nullum periculum ſalutis ſuperſit ei, cui baptiſmus adminiſtratur, vel ipſi, qui adminiſtrat. 30

Duodecimo probatur 1. Quia baptizandus eſt quidam adultus, de quo dubitatur, an ſit mortuus, vel viuus ſi vnicus tantum teſtis, etiam paganus dicat baptiſmum petiſſe, etiamſi dubitentur de veritate teſtis, aut ſi audientes non ſatis recordētur, an teſtis aſſeruerit expoſtulatum eſſe, nec compareat teſtis, à quo ſciatur, & in omnibus euentibus, in quibus probabile veſtigium dubij pareat, vt docet cum Ioan. Sanch. Quintanad. *tr. 1. ſingul, 4. n.14* ergo à fortiori dandus eſt iterum baptiſmus ſub conditione huic religioſo. Patet conſequentia, quia ſi quoddā veſtigium dubij, an baptiſmus poſtulatus fuerit à quodā pagano ſufficit, vt illi detur baptiſmus ſub conditione, quanto magis ſufficiet quoddam dubium adeò magnum, an verè ſit datur baptiſmus, vel non huic religioſo, vt iterum ſub conditione detur, fateor me non invenire rationē, cur ei ſub conditione denegetur. 31

Nec contra id facit deſignatio patrinorum, quam Parochus poſuit in libro baptizatorum, quando dicto puero impoſuit olea. Reſpondetur namque, quod ex hoc ſolum infertur, quod talis religioſus fuit domi baptizatus, & quod alij ritus ſuppleti ſunt, vt debuerat, in Eccleſia, vt cū Ledeſm. & aliis docet Palaus, *tr.19.d.vnica p. 22. n.10.* ergo cum ex deſignatione patrinorū, & impoſitione oleorū ſolum inferatur, quod puer domi baptizatus fuit, optimè poteſt iterū ſub conditione baptizari: nā vt *ſup.* diximus, qui domi baptizati ſūt, poſſunt iterū ſub cōditione baptizari. 32

Et hinc infertur, quod idem dubium, quod datur circa baptiſmum, datur etiam circa Sacramentum Chriſmatis, & Ordinis, & quod idem dubiū, quod ſufficit ad iterandum ſub conditione baptiſmum, ſufficit ad iterandum Chriſma, & Ordines, etiam ſacros, ſub conditione, vt latè probat 33
Quintanad. *tract. 1. ſingul. 10. & 12.* vbi ait, quod ſi vnus Sacerdos, vel Epiſcopus dubitaſſet de ſuo Baptiſmo, & dubium tale fuiſſet, vt eum cogeret ad iterum ſub conditione recipiendum baptiſmum, eodem modo debet iterum ſub conditione ordinari, & profiteri, ſi eſt religioſus. Quapropter reſolutorie dico, quod cū detur hoc dubiū adeò prudens de hoc baptiſmo, quod talis religioſus iterum ſub conditione baptizetur, & ordinetur Sacris ordinibus, & quod iterum ratificet ſuam profeſſionem, quod & ita ex hoc meo Conſilio factū fuit, accedente etiam confirmatione aliorum Religioſorū ſapiētum huic meo Conſilio ſubſcribentium Vliſipone, anno Domini 1665. ſed hæc ſaluo ſemper meliori, & doctiori Conſilio, & de tota hac materia Conſiliorum vtinam cedant in laudem Dei & Eccleſiæ cuius correctioni omnia committo. 34

FINIS.

Laus Deo, & B. Virgini Mariæ, de Monte Carmeli.

INDEX

INDEX RERVM INSIGNIVM, QVÆ IN HOC TOMO CONTINENTVR.

Littera N, numerum marginalem P, paginam deſignat.

A

Abbatiſſa.

ABBATISSA poteſt imponere præcepta obligantia ad mortale, ſi materia grauis ſit in ordine ad regimen Monaſterij.n.2.Pag.49.

Quæ erit materia grauis in hoc caſu. num.3.ibid.

Abbatiſſa habet poteſtatem ciuilem, œconomicam, & domeſticam. num. 4. ibid.

Hæc poteſtas Abbatiſſæ eſt ſubordinata Prælato. n. 5. ibid.

Tacita voluntas Prælati eſt, vt talia præcepta non imponat illo inconſulto toti communitati. num 6.ibid.

Mulieris prudentia inſufficiens eſt ad imponenda præcepta ſub mortali toti communitati inconſulto Prælato. n 7. ibid.

Aliqui DD. negant Abbatiſſam poſſe imponere præcepta ſub mortali in ordine ad finem ſupernaturalem. n. 8. ibid.

Contraria ſententia eſt ſatis probabilis. n.9.ibid.

Probatur ratione. n. 10.ibid.

Abbatiſſa non eſt incapax poteſtatis ſpiritualis ex commiſſione ſedis Apoſtolicæ. n.11 p. 50.

Abbatiſſa habet aliquam iuriſdictionem conceſſam à confirmante regulam, & dimanantem à voto obedientiæ ſaltem ad punienda delicta Monialium. num. 12.ibid.

Hæc poteſtas in ſuo exercitio eſt ſubordinata ſuperiori. num.13.ibid.

Hæc poteſtas in ferè omnibus Monaſterijs eſt coarctata, & ſopita à ſuperioribus. n.14.ibid.

Ponuntur aliqua argumenta in contrarium, & ſoluuntur. n 15.ibid.

Præceptum ſub mortali impoſitum ab Abbatiſſa cuidam Moniali fuit nullum, eo quod hæc poteſtas illi coarctata eſſet à Superiori. n.16.ibid.

Abbatiſſæ habent liberam adminiſtrationem bonorum ſuorum Conuentuum. n.5.p.58.

Abbatiſſæ non poſſunt facere contractus circa bona immobilia ſine conſenſu ſui capituli.n 12.p.59.

Adminiſtratio Abbatiſſarum hodie non eſt abſoluta, ſed dependens à conſenſu ſui capituli, & aliquando à conſenſu Prælati. n.10.ibid.

Abbatiſſa poteſt concedere Moniali vſum legati, & redditum illius in vita ſua dependenter à voluntate Prælati. n.9.p.123.

Poteſt ei concedere licentiam ad illud expendendum in vſus licitos. n.10. ibid.

Redditus qui conceduntur à Prælato Moniali ad ſuum vſum non debent eſſe ſuperflui. n.11.ibid.

Quod vni Monialium eſt ſuperfluum, alteri poteſt eſſe neceſſarium. num.12.p 124.

Monialibus quæ non ſtrictam paupertatem profitentur, vt Moniales S.Claræ poſſunt concedi ampliores redditus ad ſuum vſum. n.13.ibid.

Poſſunt etiam ei concedi tales redditus ad faciendas eleemoſynas, ad dicendas Miſſas, & dotandas ſorores, & alia opera pia. n.14. ibid.

Abſolutio.

Quoties Papa concedit licentiam ad abſoluendum à caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis concidit etiam licentiam ad cenſuras ſedi Apoſtolicæ reſeruatas. n.2.p.22.

Idem dicendum de caſibus reſeruatis Epiſcopo cum cenſura. n.3. ibid.

Aliquæ cenſuræ dantur Epiſcopis reſeruatæ ſine caſibus, quæ enumerantur. n.4.ibid.

Aliqui DD.videntur inclinare quod in facultate conceſſa ab Epiſcopis ad omnes caſus ſibi reſeruatos, includere etiam cenſuras illi reſeruatas. n 5.ib.

Facultas conceſſa ab Epiſcopo ad omnes caſus ſibi reſeruatos ſecundum aliquos extenditur, ad cenſuras annexas. n.6. ibid.

Moraliter quando reſeruatur cenſura præſertim excommunicationis, reſeruatur etiam peccatum ob quod imponitur. n.7.p.23.

Licentia conceſſa ab Epiſcopo ad abſoluendum à caſibus ſibi reſeruatis non extenditur ad cenſuras. num.7.ibid.

Licentia conceſſa ab Epiſcopo ad abſoluendum à caſibus ſibi reſeruatis lata interpretanda eſt. n.8.ib.

Quid

Quid ſi licentia ſit ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis. n.10. ibid.

In facultate quam Papa, vel Epiſcopus concedit ad abſoluendum ab omnibus caſibus Epiſcopo reſeruatis non includitur facultas ad abſoluendum à cenſuris Epiſcopo reſeruatis. n.17. ibid.

Facultas conceſſa ab Epiſcopo ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis licet latè ſit interpretanda, debet tamen interpretari intra proprietatem verborum. num.21. p.24.

Quando Epiſcopus concedit totam ſuam authoritatem in tali facultate includetur facultas ad abſoluendum à caſibus, & cenſuris. n.25. ibid.

Hæc facultas extenditur ad diſpenſandum in votis, & irregularitatibus. n.26.ibid.

Illa verba Bullæ Cruciatæ Luſitanæ à caſibus, qui non ſunt reſeruati ſedi Apoſtolicæ eos abſoluant, per ſe & ex propria ſignificatione, non includant facultatem ad abſoluendum à cenſuris. num. 37. p. 25.

Includunt talem facultatem ex verbis antecedentibus, & ſubſequentibus. n.38. ibid.

Ponitur quædam obiectio in contrarium. n.39. ibid.

Contraria ſententia omnibus authoribus eſt deſtituta. num.40. ibid.

Habens facultatem ab Epiſcopo ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis toties quoties; poteſt abſoluere toties quoties ab omnibus caſibus Papalibus occultis, etiam intra Bullam Cœnæ, excepta hæreſi. n.41.p.26.

Probatur id à ſimili ex Bulla Cruciatæ. num.42. ibid.

Epiſcopus reſpectu iſtorum caſuum eſt ordinarius, vt poteſt eos delegare generali, vel ſpeciali delegatione. n.43.ibid.

Poteſtas quam concedit Epiſcopus ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis late eſt interpretanda. n.44.ibid.

Quid ſi Epiſcopus concedat licentiam ad abſoluendum à caſibus ſibi reſeruatis. n.48.p.27.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur num.50. ibid.

Ponitur alia obiectio, & ſoluitur. numer.51. ibidem.

Ponitur alia obiectio, & ſoluitur, numer. 52. ibid.

Ponitur alia obiectio, & ſoluitur. numer. 53. ibid.

In facultate quam Epiſcopus concedit ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis non includitur hæreſis occulta. n.54.ibid.

Facultas ad abſoluendum ab hæreſi ſolum conceditur in Tridentino Epiſcopis, & non ipſorum Vicariis. n.55. ibid.

Confratres S. Antonij Vliſiponenſis poſſunt virtute Bullæ. S. Antonij abſolui toties quoties à caſibus Epiſcopo reſeruatis. n.2. p. 116.

Ponitur quædam obiectio, & ſoluitur. num.3. ibid.

Confirmatur ſolutio. num.4.ibid.

Tale priuilegium non eſt reuocatum ab Vrbano VIII. n.5. ibid.

Decretum Vrbani quod ſolum eſt contra regulares non fuit receptum, nec authenticum, nec intimatum regularibus. n.6. ibid.

Bulla reuocatoria Vrbani, VIII. non fuit recepta in Hiſpania. n.7. ibid.

Non fuit regiſtrata per Senatum Caſtellæ, vel Luſitaniæ quod erat neceſſarium vt obligaret in aliquorum opinione. n.8.ibid.

Licet talis reuocatio fuerit recepta vel promulgata adhuc mendicantes poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis. n.9.p.117.

Hæc reuocatio Vrbani ſolum reuocauit facultatem à caſibus Epiſcopo reſeruatis, quam Tridentinum abrogauerat, n.10 ibid.

Non reuocauit poteſtatem conceſſam per Paulum V. & Gregorium X V. n. 11. ibid

Eodem modo explicandum eſt decretum ſacræ Congregationis de mandato Innocentij. X. n. 12. ibid.

Alexander V I I. damnat hanc propoſitionem, mendicantes poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopis reſeruatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate. n 13. ibid.

Hoc decretum ſolum afficit regulares mendicantes, non vero huiuſmodi confratres, ſi quod ad id habent priuilegium. n. 14. ibid.

Hoc decretum non derogat priuilegia mendicantium. num. 15.ibid.

Pontifex in hoc decreto ſolum damnat opinionem aliquorum Doctorum, qui dixerant mendicantes ſecundum ius commune poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis. n.18.ibid.

Opinio quæ aſſerit mendicantes ex iure communi poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis eſt falſa & vt talis condemnata ab Alexandro VII. nec de ea licet amplius loqui. n.19. ibid.

Hæc propoſitio mendicantes ex vi priuilegiorum Pauli V. & Gregorij X V. poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis non eſt damnata ab Alexandro VII. n.20. p.117.

Pontifex poteſt concedere facultatem mendicantibus ad abſoluendum à caſibus Epiſcopo reſeruatis. n. 21. ibid.

Alexander VII. non damnauit opinionem dicentium talia priuilegia non eſſe reuocata ab Vrbano XIII. & Innocentio X. n.22. ibid.

Probatur id argumento deſumpto ex Tridentino. n.23.p.118.

Quandiu non conſtat legem Pontificiam loqui de prædicta opinione, lex non poſſidet contra mendicantes. n.24.ibid.

Ratione huius Bullæ poſſunt Confratres S.Antonij abſolui ab omnibus caſibus Epiſcopalibus, etiam intra Bullam Cœnæ occultis, excepta hæreſi. n.46 p.121.

Probatur authoritate multorum doctorum. num. 47.ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.48.ibid.

Acceptatio.

Rector noſtri Collegij Conimbricenſis licite, & valide poterat non acceptare Prælatiam Angolæ ad quam fuit electus, etiam poſt confirmationem electionis, & etiamſi eſſet vera Prælatia num. 2. pag.383.

Melius faciet ſubditus non acceptando Prælatiam, & ſpectando vt illi imponatur præceptum, vt accepret quam ſtatim acceptando. numer. 3. ibidem.

Si ſubdito tale præceptum imponatur, & ille non acceptet non tenenet verus Prælatus. num. 4. ibidem.

Si Prælati dicto priori impoſuiſſent præceptum vt acceptaret talem Prælatiam, & ille haberet cauſas ad non acceptandum, tale præceptum eum non obligaret. num.8.ibid.

In caſu quo non habuiſſet cauſam non acceptandi

ptandi peccaret non acceptando,ſed oon maneret Prælatus. n.9 ibid.

Talis rector licite poterat non acceptare talem prælatiam Angolæ. n.10.ibid.

Etiamſi acceptaret ſdictam Prælatiam Angolæ, vel eius acceptatio non eſſet neceſſaria,adhuc non extitit prior Angolæ. n.11.ibid.

Tunc non dabatur, nec vnquam fuerat talis. conuentus Angolæ. n.12.ibid.

Actio.

Duæ actiones pœnales poſſunt exerceri contra eundem ob idem crimen,quando vna tendit ad vindictam,non vero alia. o.8.p.268

Actiones pœnales, quæ contra hunc priorem exercitæ ſunt, vna tendebat ad viodictam, non vero alia. n.9.ibid.

Fur licet ob furtum ſuſpendatur, non tamen ob id liberatur à reſtitutione furti. oumero 10. ibidem.

Priuatio officij data in hoc caſu huic priori non reſpiciebat directe culpam Theologicam. n.11.ibid.

Solum reſpiciebat defectum naturalis talenti, & defectum pacis in communitate. numero 12. p.269.

Definitorium priuando dictum priorem officio hoo cum dupliciter pro eudem delicto condemnauit. num.13.ibid.

Definitorium priuauit dictum priorem ob defectum naturalis talenti. n.14.ibid.

Ob id non erat prior à prouinciali punitus.n.15. ibid.

Prouincialis eum caſtigauit ob culpas graues in eo repertas. n.16. ibid.

Cauſæ ob quas definitorium dictum priorem priuauit non erant per ſe culpabiles. numero 17. ibidem.

Adulterium.

Accedens ad mulierem ignorans inuincibiliter eſſe vxoratam dabat operam rei illicitæ, & tamen non committit adulterium. n.10.p.140.

Si quia volens adulterare cum Maria vxorata excludendo omnes alias fœminas vxoratas,ſi ignorantia inuincibili loco illius cognouit alteram vxoratam non committit adolterium. n 11.ibid.

Peccauit tamen peccato fornicationis.num. 12. ibidem

Ponitur argumentum in contrarium,& ſoluitur. n.13 ibid.

Ponitur alia inſtantia, & ſoluitur. numero 14 ibidem.

Ætas.

Aliqui dixerunt ætatem ad ſuſcipiendos ordines computandam eſſe à die Conceptionis, & non natiuitatis. n.2.p.246.

Probant id ex aliquibus iuris teſtibus. num.3. ibidem.

Quoad honores, & dignitates, & maioratus aliqui admittunt hanc computationem à die Conceptionis. n.4.ibid.

Hæc ſententia quoad ordines communiter reiicitur. n.5.ibid.

Secundum iura canonicum ætas ad ordines computanda eſt à die Natiuitatis. num 6.ibid.

Reſpondetur textibus, qui pro cootraria parte afferuntur. n.7.ibid.

Alienatio.

Iura, & annui redditus cenſentur bona immobilia. n.2 p.160.

Ad alienationem rerum Eccleſiaſticarum immobilium ſufficit iuxta oostra privilegia iuſta cauſa, conſenſus prælati, & Conuentus. num.3. ibid.

Non requiritur conſenſus Apoſtolicus. num. 4. ibid.

Hæc privilegia oon ſunt revocata. numero 5. ibidem.

Revocatio privilegiorum à ſacra Congregatione de mandato Vrbani VIII. noo fuit promulgata in Regno Luſitaniæ. n.6.ibid.

Alienatio poteſt fieri à regularibus ob ſolam vtilitatem Conuentus. n. 13.p.161.

De iure præſumendum eſt in alienatione facta à regularibus interueniſſe talem vtilitatem. n. 16. ibidem.

Quando conſtat interueniſſe in alienatione ſolemnitates iuris, præſumitur interueniſſe iuſtam cauſam. n.17.ibid.

Qui dicit alienationem fuiſſe nullam ex defectu cauſæ, illi incumbit onus probandi talem cauſam noo fuiſſe. n.19. p.162.

Altare Priuilegiatum.

Noſtri Priores poſſunt deſignare vnum altare Priuilegiatum in vnuquoque Conuentu, etiam nunc de oouo fundato. n.2.p. 191.

Priuilegium, vel indulgentia conceſſa vni, vel pluribus ex noſtris Conuentibus extenditur ad omnes, etiam de nouo fundandos, quando ratio conceſſionis eſt generalis. n.3.ibid.

Probatur id variis exemplis numero 4. pag. 192.

Ratio conceſſionis huius Priuilegij eſt eadem in omnibus Conuentibus,tam fundatis,quam fundandis. n.5.ibid.

Eadem ratio conceſſionis militat æqualiter, in omnibus Conventibus conſtructis,& conſtruendis. n. 6. ibid.

Gratia quæ fuit extenſa ad omnes Conventus totius ordinis fuit gratia facta religioni in communi. o.7. ibid.

In generali conceſſione veniant ea quæ quis eſſet conceſſurus, ſi fuiſſet de eo interrogatus. num. 8. ibid.

Quando excluduntur Conventus aliorum ordinum, Cooventus ordinis non cenſentur excluſi. n. 9. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium,& ſolvitur. n. 10. ibid.

Prior noſtri Conventus poteſt mutare altare privilegiatum iam deſignatum ad aliud altare.numero 2.p 213.

Facultas ad aliquid determinare agendum non expirat per vſum ipſius in primo actu. numero 3. ibidem.

Privilegiatus vti ea poterit, & repetere toties quoties ſibi bene viſum fuerit. numero 4. ibidem.

Facultas ad deſignandum prædictum altare in noſtris Eccleſiis non eſt ad ſemel tantum deſignandum illud, ſed abſoluta ad deſignaodum. n.5. ibid.

Quando conceſſio Privilegij eſt abſoluta non eſt cur limitetur ad primum actum. oumero 6. ibidem.

Index Rerum.

Lex, *boues*, non habet vim in privilegiis. n.8 ibid.

Si privilegium haberet clauſulam quod ſemel tantum poſſet vnum altare deſignare, adhuc Prior loco vnius poſſet alterum deſignare. numero. 9. pag 2'4.

Illa dictio, *ſemel*, non ponitur in privilegiis taxative. ſed deſignatiue. n. 10. ibid.

Illa dictio *ſemel*, idem eſt, ac prius & facit hunc ſenſum, altare debet prius deſignari à Priore. n. 11. ibid.

Repetita deſignatio in alio altari non eſt alia deſignatio, ſed mutatio primæ in aliud altare. numero 12. ibid.

Pontifex ſolum intendit quod detur vnum tantum altare deſignatum. n. 13 ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n. 14 ibid.

Priores poſſunt mutare deſignationem vnius altaris privilegiati in noſtris Eccleſiis quando ſibi bene viſum fuerit. n. 15. ibid.

Hæc deſignatio poteſt fieri à quocunque ſuperiore, etiam locali. n. 16. ibid.

Subprior quando abſolute eſt Superior in Conventu, vt quando mortuus, vel priuatus fuit Prior, vel fuit ad capitulum generale, vel Prouinciale, poteſt deſignare, & mutare dictum altare. n. 17. ibidem.

Ambitio.

Ambitio eſt peſtis religionis. n. 22. p. 292.

Ex ambitione oriuntur omnia mala. num. 224. ibidem

Religioſus qui poſtpoſito bono communi ſuo priuato inhæret prætendendo dignitates eſt cauſa multarum diſſenſionum, & diſcordiarum. n. 116. pag. 286.

Affectus proprij commodi, & nón communis eſt origo omnium perturbationum. num. 117. ibidem.

Talis religioſus dicit poteſt tyrannus. num. 118. pag. 286

Religioſus qui dignitates prætendit procurando pro ſe, vel aliis ſuffragia, ſiue directe, ſiue indirecte, precibus. vel donis incurrit pœnam priuationis ipſius officij in quo eſt electus, & inhabilitatem ad quæcunque in futurum. nom. 119, ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n. 120. ibid.

Amentia.

Amentia reddit hominem ſine iudicio, & ratione, quæ neceſſaria eſt de iure naturali ad valida celebrandum. n. 57. p. 315

Amicitia.

Amicitia remouet omnem ſuſpicionem. n. 16. pag. 224.

Ex eo quod pax ſit inita inter duos inimicos non infertur inter eos amicitia. numero 16. pag. 225.

Amicus.

Amicus reconciliatus in horum doctorum ſententia æquipollet inimico. n 5. p. 224.

Non eſt integer teſtis, etiam in criminibus exceptis. n. 6. ibid.

Inimicus ſemper mala cogitat de inimico. n. 7. ibidem.

Appellatio.

Appellatio ab inferiori ad ſuperiorem eſt de iure communi. n. 20. p. 12.

Appellatio, ſi non fiat in ſcripis eſt nulla. numero 38. p. 336.

In appellatione aſſignat lex pro forma ſcripturam. n. 39. ibid.

Io appellatione ſcriptura pertinet ad ſubſtantiam. n. 40 ibid.

In noſtra Religione eſt interdicta appellatio à ſuperioribus. n. 22. p. 360.

Melius faceret hic Prior ſi appellaret à dicto viſitatore, quam eum reuocando. num. 24. pag. 371.

Reus poteſt appellare, quando exceditur modus ſubſtantialis in corrigendo. numero 34. pag. 372.

Licet reus poſſet appellare ab exceſſu in corrigendo, etiam accidentali, non tamen ab exceſſu in modo daodi articulos culparum. n. 35. ibidem.

Exceſſus in corrigendo poteſt infamare, non vero diuerſus modus dandi articulos culparum. n. 36 ibid.

Religioſi non poſſunt appellare, etiam ad ſuperiores ordinis à mandato ſententia, vel pœnitentia, quæ fuerint iuxta conſtitutiones ordinis. n. 38. ibid.

Non poſſunt appellare à ſententiis, quæ non afferunt grauem infamiam, aut pœnas valde rigoroſas, & ſi exceſſus clarus, & manifeſtus inueniatur in illis. numero 39. ibidem.

Probabile eſt quod à nulla ſententia correctionis poſſunt religioſi, etiam intra religionem proprie, & iuridice appellare. nnmero 40. ibidem.

Excipe aliquem caſum grauiſſimum grauiſſimæ iniuriæ, & irreparabilis damni, cui non poſſet obuiari per ſimplicem recurſum. num. 45. ibidem.

Appellatio, præter prædictum caſum, religioſis prohibetur, ob pacem religionis, & ob Prælatorum reuerentiam. numero 42. ibidem.

Prior non potuit appellare, à viſitatore ad definitorium in viſitatione generali. numero 43. pag. 373.

Regularibus non eſt licita appellatio à mandato Prælati, quod fit ſecundum regulam, & conſtitutiones. n. 44. ibid.

Mandatum de reſpondendo articulis culparum datis in ſcriptis eſt iuxta noſtras conſtitutiones. n. 45. ibid.

Conſtitutio non præcipit quod in viſitatione generali dentur grauamina viua voce, vel in ſcripis. n. 46. ibid.

Solum præcipit quod viſitator audiat reum. n. 47 ibid.

Regoiares non poſſunt appellare à ſententia, quæ non afferunt grauem infamiam, vel pœnas valde rigoroſos, etſi exceſſus clarus, & manifeſtus inueniatur in illis. numero 49. ibidem.

Noo poſſunt appellare, etiam à ſententia rigoroſa, niſi grauamen ſit irreparabile, numero 50. pag. 373.

Ab

Ab actibus extra iudicialibus non datur appellatio ſuſpenſiua. n. 51. ibid.

Quædam alterius prioris appellatio reprobatur ob eandem rationem n. 52. ibid.

Etiam quando eſt licitum religioſo appellare, grauamen debet eſſe certum, & notorium. n. 53. ibidem.

A mandato quod ex iudicis arbitrio fertur non datur appellatio. n. 54. ibid.

Auditus.

Auditus ſufficit ad probationem, ſi proueniat à duobus, vel tribus teſtibus. n. 10. p. 361.

Auditum in materia puritatis ſufficit ad plenam probationem. n. 8. ibid.

B

Baptiſmus.

Religioſus cui, nec ex libro baptiſmi, nec ex alia perſona conſtat, an ſit baptizatus, & ſi conſtet illi fuiſſe impoſita ſacra olea, poteſt iterum ſub conditione baptizari, numero 2. p. 389.

Probatur ex variis textibus. n. 3. ibid.

Ponitur, argumentum in contrarium, & illius ſolutio. n. 4. ibid.

Certitudine ſaltem morali conſtare debet de baptiſmo alicuius, vt non iteretur. n. 8. p. 389.

Certitudo moralis eſt, quæ prudenti non ſinit prudenter formidare. n. 9. ibid.

Hic baptiſmus ſinit prudenter formidare, quia non conſtat de baptizante. n. 10. ibid.

Vt quis rebaptizetur ſub conditione non requiritur dubium probabile de baptiſmo, nec dubium negatiuum. n. 11. ibid.

Sufficit quod detur ſuſpicio, vel formido de probabilitate baptiſmi. n. 12. ibid.

Si iſte religioſus non iterum baptizetur ſub conditione exponitur grauiſſimo periculo damnationis. n. 13. ibid.

Neceſſitas veri baptiſmi, & dubium morale antecedentis facit licitum baptiſmum conditionale. n. 14. ibid.

Quædam mulier, cui conſtabat fuiſſe baptizatam, eo ſolum quia ſcrupulis magnis agitabatur, quod non erat baptizata, iterum ſub conditione fuit baptizata. n. 15. ibid.

Illi ſcrupuli & dubia arguebant aliquale dubium, & ſuſpicionem de valore baptiſmi ſuſcepti, n. 16. ibidem.

Illæ anxietates cordis iudicatæ fuerunt à Doctoribus pro inſpirationibus ſpiritus ſancti. num. 17. ibidem.

Eoſdem ſcrupulos, & dubia, & anxietates habet iſte religioſus. n. 18. ibid.

In caſibus occurrentibus, dum peccatum non interueniat, ſemper iudicandum eſt in fauorem animarum. n. 19. ibid.

Qui alium vere baptizatum rebaptizat manet irregularis. n. 20. ibid.

Si rebaptizet, etiam iure baptizatum ſub conditione, non incurrit irregularitatem. num. 21. ibidem.

Qui alium vere baptizatum rebaptizat, cum conditione peccat mortaliter. n. 22. ibid.

Quoties dubium eſt de valore Baptiſmi, ex quocunque capite oriatur, debet quiſque rebaptizari ſub conditione. n. 23. ibid.

Qui fuit domi baptizatus, à quacunque perſona fuiſſet baptizatus, iterum poteſt baptizari ſub conditione. n. 24. ibid.

Iudicium vnius viri docti aliquid exacte examinantis facit opinionem probabilem. numero. 25. pag. 390.

Ad tollendam dubitationem quod aliquis ſit baptizatus opus eſt teſtificatione vnius ſaltem teſtis fide digni affirmantis de viſu. numero 26. ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n. 27. ibid.

Quiſque in adminiſtratione Sacramentorum tenetur ſequi tutiorem partem. n. 30. ibid.

Baptizandus eſt quidam adultus de quo dubitatur, an ſit mortuus, ſi vnus teſtis, etiam paganus dicat baptiſmum petiiſſe. n. 31. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n. 32. ibid.

Beneficium.

Quæ beneficia reſervet Pontifex in 8. regula cancellariæ: n. 2. p. 51.

In hac regula non reſervantur Vicariæ ad nutum, ſive perpetuæ, n. 3. ibid.

Abbatia de Gemeſes, etſi ſit vnita Eccleſiæ Sancti Benedicti da Vargem non eſt Vicaria perpetua, vel ad nutum, ſed vera Abbatia. n. 4. pag. 52.

Beneficium alteri vnitum æque principaliter manet beneficium ſicut antea erat. n. 5. ibid.

Manet in ſuo antiquo ſtatu, & honore, & proprios redditus agnoſcit. n. 6. ibid.

Eccleſia vnita alteri acceſſoriè eſt Vicaria, ſive ad nutum, ſive perpetua. n. 7. ibid.

Beneficia iuris patronatus Eccleſiaſtici comprehenduntur ſub reſeruatione 8. regulæ cancellariæ, n. 8. ibid.

Hæc reſeruatio 8. regulæ cancellariæ in beneficiis patronatus Eccleſiaſtici non eſt recepta in Hiſpania. n. 9. p. 52.

Hæc reſeruatio 8. regulæ cancellariæ pro beneficiis patronatus Eccleſiaſtici recepta eſt in regno Luſitaniæ. n. 13. ibid.

Non eſt recepta in Eccleſia de Gemeſes. num. 14. ibid.

In Eccleſia in quo non eſt recepta non obligat. n. 15. ibid.

Probatur ex quadam ſententia Senatus Bracharenſis. n. 16. ibid.

Eccleſia de Gemeſes exempta eſt ab hac reſeruatione 8. regulæ Cancellariæ ex priuilegio Eugenij IV. & Sixti IV. n. 20. ibid.

Patres de Vilar ſtando in priuilegio Eugenij IV. & aliis rationibus poſſint præſentare Abbatiam de Gemeſes, & ſi vacauerit in menſibus Papæ. n. 30. p. 53.

Collatio beneficij facta ſuſpenſo ob receptionem ordinum ante legitimam ætatem fuit valida, n. 36. p. 248.

Talis collatio eſt irritanda ſecundum ius, n. 37. pag. 249.

Hæc irritatio non habet locum quando caſus eſt occultus, ſed completa ætate poteſt per bullam à ſuſpenſione abſolui. n. 38. ibid.

Collatio beneficij facta irregulari non denunciato non eſt irrita. n. 39. ibid.

Collatio beneficij facta excommunicato tolerato eſt valida. n. 40. ibid.

Index Rerum.

Etiam ſi de irregularitate plublicè conſtaret collatio beneficij facta tali publico irregulari eſt valida. n. 41. ibid.

Nullo iure talis incapacitas conſtat. n 42. ibid.

Dato quod hæc collatio beneficij facta ſuſpenſo, & irregulari fuerit nulla, reſignario illius in favorem tertij cum reſervatione penſionis de licentia Papæ fuit valida. n. 45. ibid.

Probatur ratione. n. 46. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur, n. 47. p. 250.

Reſignans prædictum beneficium poteſt ſumere quotannis penſionem ſine onere reſtitutionis. n. 48 ibid.

Intruſus in beneficium licet ſit inhabilis ad obtinendum idem beneficium, non eſt tamen inhabilis ad obtinendum penſionem. n. 49. ibid.

Religioſi votorum ſimplicium eiecti à religione non ſunt incapaces beneficiorum, aut dignitatum. n. 9. p. 260.

Licite poſſunt promoveri ad beneficium, etiam curatum. n. 10. ibid.

Collatio beneficij facta his eiectis licita, & valida eſt. n. 49. p. 262.

Reſpondetur *ad cap. fin. de reſcriptis*, num. 50. ibid.

Ad ſimplicis beneficij collationem ſufficit prima tonſura. n. 51. ibid.

Beneficij activa receptio, & collatio paſſiua, dari, & exiſtere poteſt, hoc ordine, & ſine exercitio illius. n. 53. ibid.

Beneficium curatum non ſupponit in illud recipiente actualem ordinem, ſed ſolum potentialem, apitudinalem. n. 54. ibid.

Qui eſt ſuſpenſus ab exercitio ordinis, actualiter non eſt incapax beneficij curati. n. 55. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur, n. 57. ibid.

Ponuntur aliquæ confirmationes eiuſdem argumenti. n. 58. p. 263.

Solvitur primum argumentum, n. 59 ibid.

Solvitur prima confirmatio. n. 60. ibid.

Solvitur ſecunda confirmatio. n. 61. ibid.

Beneficium curatum in habitu non eſt incompaſſibile cum alio curato in actu. n. 54. p. 386

Iſta prælatia Angolæ ad ſummum eſt Prælatia in habitu. n. 55. ibid.

Cum ea non eſt incompaſſibilis alia Prælatia in actu. n. 56. ibid.

Beneficiatus.

Beneficiatus qui licite, & valide poteſt renunciare ſuum beneficium, poteſt ei de licentia Papæ ponere penſionem. n. 2. p. 57.

Beneficiatus qui eſt in poſſeſſione beneficij non obſtante aliquo litigio ſuper dictum beneficium, poteſt illud valide, & licite renunciare de conſenſu Papæ. n. 3. ibid.

Quandiu beneficiatus non deturbatur à poſſeſſione beneficij, poteſt illud valide renunciare. n. 4. ibid.

Quando penſio nemini præiudicat, valet talis penſio, abſque conſenſu partis litigantis. num. 5. ibidem.

Paſſim in curia recipiuntur renunciationes litigantium, & cedentibus aſſignantur penſiones. num. 6. ibid.

Beneficiatus qui poſſidet beneficium bona fide, non obſtante litigio, poteſt præſentare beneficia annexa tali beneficio, quod poſſidet. numero 8. ibid.

Poſſeſſor beneficij, ex eo quod litiget ſuper eodem beneficio, non cenſetur eſſe poſſeſſor malæ fidei. n. 9. ibid.

Quando ius beneficiati eſt canonizatum per rem iudicatam valida eſt penſio reſeruata in renunciatione beneficij litigioſi, etiamſi in reſeruatione non fieret mentio litigij. n. 10. ibid.

Bonum commune.

Magis opponitur bono communi inordinata arrogantia, ſuperbia, & ambitio, & Iudaiſmul, quam non obſeruantia legis non obligantis ad mortale. n. 218. p. 292.

Hæc magis opponuntur bono communi, quam non obſervantia legis non obligantis ad mortale. n. 227. ibid.

Prædicta vitia tendunt ad deſtruendam pacem. n. 233. p. 293.

Sunt in damnum tertij. n 234. ibid.

Non obſervantia legis ſolum indirecte lædit bonum commune. n. 235. ibid.

Quilibet iure naturali tenetur ſuccurrere bono communi, etiam cum periculo vitæ, famæ, & diuitiarum. n. 9. p. 303.

Ordo charitatis poſtulat, ut bonum privatum, etiam proprium, bono communi poſtponatur. n. 18. ibid.

Bulla.

An bulla cruciatæ Luſitana concedat licentiam ad abſolvendum à cenſuris Epiſcopo reſervatis, num. 56. pag. 23.

Nullus ordinarius poteſt interpretari bullas Apoſtolicas. n. 28. p. 90.

Hæc interpretatio reſervatur Pontifici. num. 29. pag. 91.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n. 30. ibid.

C

Capella.

CApella non eſt pars Eccleſiæ, ſed quid ſeparatum, & contiguum illi. n. 15. p. 159.

Capella eſt per ſe oratorium, ſeu ædes ſacra. n. 16. ibid.

Capella poteſt fieri in conuentu abſque eo quod ibi ſit Eccleſia perpetuo duratura. n. 17. ibid.

Nomine Eccleſiæ, vel capellæ venit Eccleſia, ſeu capella ſepta authoritate Epiſcopi. n. 18. ibid.

Eccleſia, ſeu capella cœpta gaudet immunitate, & aliis priuilegiis. n. 19. ibid.

Polluitur in caſibus, in quibus polluuntur Eccleſiæ perfectæ. n. 20. ibid.

In ea poſſunt mortui ſepeliri. n. 21. ibid.

Capitulum ſede vacante.

Capitulum ſede vacante cum cauſa poteſt excommunicare ſubditos rebelles. n. 16. p. 200.

Carcer.

Carcer ex magna cauſa tribuendum eſt religioſis. n. 40. p. 201.

Carcer in noſtro ordine eſt magna infamia, n. 41. ibid.

Prædictus Religioſus pro eo tempore non tenebatur Subpriori eum præcipitanti in carcerem obedire. n. 42. ibid.

Sententia carceris lata pro eo tempore à Subpriore fuit lata à non iudice. n 43. ibid.

Caſus reſeruati.

Excommunicatio dicitur caſus reſeruatus. n. 11. pag. 23.

Ponitur

Ponitur definitio caſus reſeruati. num. 12. ibid.
Cui conuenit definitio, conuenit definitum. num. 13. ibid.
Apud Epiſcopum cenſuræ, & caſus ſunt res diuerſæ. n. 18. ibid.
In re morali non eſt facilè recedendum à communi ſententia. n. 19 p. 24.
Nulla eſt cenſura Epiſcopo reſeruata, quæ non habeat caſum ſaltem per accidens reſeruatum. n. 20. ibidem.
Cenſuræ propriè non ſunt caſus reſeruati, ſed pœna caſus. n. 22. ibid.
Cenſura non dicitur propriè caſus, ſed pœna caſus. n. 27. ibid.
Quid ſit caſus reſeruatus explicatur. numer. 28. ibidem.
Illa regula cui conuenit definitio, conuenit definitum, quomodo intelligenda? n. 29. ibid.
Rubricæ, & tituli non poſſunt allegari ad deciſionem caſuum, niſi rationem perfectam contineant. n. 30. ibid.
Cenſura verè, & realiter non eſt caſus reſeruatus. n. 31 p. 25.
Cenſuræ, & caſus ſecundum ius commune ſunt res diuerſæ. n. 34. ibid.
Diuerſitas circa eandem rem non debet induci. num. 35. ibid.
Caſus Papales intra Bullam Cœnæ, excepta Hæreſi, quando ſunt occulti, ſunt caſus Epiſcopales. n. 45. p. 26.
Probatur id argumento deſumpto ex Bulla Cruciatæ. n. 47. ibi:.

Cauſa.

Cauſa iuſta facit licitum, quod alias eſſet illicitum. n. 54. p. 325.
Ex facto negatiuo Pontificum nihil infertur. num. 55. ibid.
Certitudo moralis mortis noſtri Prælati, & deſperatio illius aduentus per multum tempus, vrgentior cauſa eſt ad illum deponendum ab officio. num. 16. p. 357.
Vt Prælati Superiores deponant aliquem Prælatum, ſufficit de iure communi cauſa rationabilis. num. 17. ibid.
Hic dabatur cauſa rationabilis, ne Conuentus per multum tempus careret Prælato. numero 18. ibidem.
Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. num. 19. ibid.
Ponitur aliud argumentum, & ſoluitur. num. 20. ibidem.
Ponitur aliud argumentum, & ſoluitur. n. 21. ibidem.
Occurritur alteri obiectioni. n. 22. p. 358.

Cenſus.

Contractus in quo homo per ſuam ſchedulam ſe obligauit ad ſoluendum certum cenſum dum non ſolueret capitale, & ad aſſecurationem cenſus dedit pignora argentea, in aliquorum ſententia eſt cenſus perſonalis mixtus cum hypotheca. num. 2. pag. 7.
Cenſus perſonalis in aliquorum ſententia eſt licitus, ſi quis accipit cenſum, eſt perſona negotiatrix. num. 3. ibid.
In cenſu perſonali mixto cum hypotheca ſtando in prædicta ſententia obligatio cenſus cadit ſuper perſonam. n. 4. ibid.
Si hypotheca perit, non perit cenſus. num. 5 ibidem.
In cenſu reali ſi perit hypotheca, perit cenſus. num. 6. ibid.
Ad probandam conſtitutionem cenſus requiritur ſcriptura publica manu notarij facta cum teſtibus, &c. num 13. p. 8.
Illa regula communis quod dum res hypothecata non traditur, continuatur cenſus, intelligitur de cenſu reali, & non perſonali, ſeu mixto cum hypotheca. n. 18. ibid.
In cenſu perſonali, mortua perſona, extinguitur cenſus, & hypotheca, ſolum remanet ad ſecuritatem capitalis. n. 19. ibid.
Ad faciendum contractum cenſus requiritur dominium vtile ſuper pecuniam ex parte dantis pecuniam ad cenſum. n. 7. p. 9.
Cenſum perſonalem cum hypotheca in perſona frugifera, & negotiatrice, aliqui dicunt eſſe licitum. num. 2 p. 14.
Imò id aliqui etiam affirmant de perſona inutili, & infrugifera de iure naturæ. n. 3. ibid.
Hanc opinionem non reputo probabilem. num. 4. ibid.
Cenſus perſonalis cum hypotheca, etiam cum perſona negotiatrice probabilius eſt non licere, etiam ſtando in iure naturæ. n. 5. ibid.
Cenſus eſt ius percipiendi annuam penſionem ex re vtili, & fructifera, certa, & deſignata alterius. num. 6 p. 14.
Pignora argentea non ſunt res fructiferæ. num. 7. ibidem.
In cenſu perſonali nihil emitur, niſi debitum perſonale ad aliquid ſucceſſiuè ſoluendum. num. 8. ibidem.
Cenſus perſonalis cum hypotheca licet iure naturæ eſſet licitus, iure tamen Canonico eſt illicitus. n. 9. ibid.
De iure Eccleſiaſtico cenſus debet conſtitui ſuper re immobili, & frugifera. n. 10 ibid.
Decretum Pij V. de cenſibus eſt receptum in Luſitania. n. 11. ibid.

Chorarij.

Chorarij Sedis Bracharenſis non admittunt ad officia, vel Miſſas Defunctorum alios clericos, qui non ſint chorarij. n. 28. p. 85.
Ita facientes non faciunt contra ius Canonicum. num. 29. ibid.
Non eſt credibile ordinarium confirmaſſe ſtatutum iniquum, & contrarium iuri communi. n. 30. ibidem.

Chriſtus.

Chriſtus non celebrauit ſtando. n. 38 p. 324.
Chriſtus omnem adimpleuit legem. num. 39. ibidem.
Chriſtus recumbens celebrauit. num. 40. ibid.
Recumbere eſt quaſi ſedere. num. 41. ibid.
Solum qui ſedet, vel iacet, ſurgit. n. 42. p. 325.

Circunſtantia.

Circunſtantiæ quæ tantum differunt ſpecie in genere entis non ſunt neceſſario explicandæ in confeſſione. n. 18. p. 237.

Clauſula.

Quem effectum habeat hæc clauſula, cæteriſque contrariis quibuſcumque. num. 3. pag. 2.
Hæc clauſula habet effectum omnimodæ derogationis omnium legum, & priuilegium, etſi non nominentur. num. 4 ibid.
Quem effectum habeat hæc clauſula, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non prædicti ordinis, & Prouinciæ? n. 5. ibid.

ſciuot an fuerit domi , vel in Eccleſia Baptizatus, imo omnes dicunt, quod eis videtur , quod fuerit baptizatus io Eccleſia , ſed nec de hoc ſciunt reddere rationem, nec recordantur quis illum baptizauerit, vel an baptiſmus domi fuerit, vel in Eccleſia, nec inuenitur perſona in dicto oppido, quæ de hoc recordetur , & patrini , & Vicarius Eccleſiæ , qui dictam notam poſuit in libro mortui ſunt quapropter iſte Religioſus poſitus eſt in tali conflictu, & dubio ſuo baptiſmi , vt in quadam infirmitate, quam habuit, cum delitaſſet , nullam aliam rem dicebat niſi quod ei daretur baptiſmus, quia non erat baptizatus, & cum illi poſt infirmitatem homines docti dicerent ſæpe ſæpius, quod animo quieſceret, quia certo erat baptizatus, nunquam ab eo potuerunt id conſequi , ſed perpetua anxietate verſabatur, & nec quieſcit , & ſemper illi conſcientia clamat, vt recipiat baptiſmum , quia non eſt baptizatus, quibus ſuppoſitis,

Quæſitum fuit à me , an ex eo quod nulla ſit perſona, quæ aſſerat, an iſte Religioſus ſit baptizatus, an non , & ex eo , quod non conſtat ex libro baptizatorum , quod fuerit baptizatus , ſed ſolum quod illi fuerint olea impoſita, & ſuppoſita anxiete & dubio, & afflictione , quam iſte patitur Religioſus, poſſit talis religioſus iterum ſub conditione baptizari , & iterum ſub conditione accipere omnes ordines , etiam ſacros , ſiquidem de facto iam erat Sacerdos.

RESPONSIO AVTHORIS.

2 Reſpondi, quod poteſt iterum ſub conditione baptizari. Probatur 1. *ex cap. Placuit de conſec. a. diſt. 4.* vbi dicitur. *Quoties non inueniuntur certiſſimi teſtes , qui eos baptizatos eſſe ſine dubita-*
3 *tione teſtentur, neque ipſi ſunt per ætatem idonei de traditis ſibi Sacramētis reſpondere, abſque vllo ſcrupulo rebaptizandos , ne iſta trepidatio eos faciat Sacramentorum purgatione priuari. Et idem decernitur cap. cum itaque de conſecratione diſt. 4. in cap. ſi nulla ibi* , Si nulla extent iudicia inter propinquos, aut familiares, nulla inter clericos, aut vicinos, quibus hi de quibus quæritur , an baptizatos fuiſſe doceantur, agendum eſt, vt renaſcantur , ne manifeſte pereant, in quibus quando non oſtenditur geſtum, ratio nō ſinit, vt videatur iteratum. *Et in ſexta Synodo can. 84. dicitur.* Quoties non inuenientur firmi teſtes , qui illos abſque vlla dubitatione baptizatos eſſe dicant, nec ipſi propter ætatem de tradito myſterio apte reſpondere poſſint , debere baptizari. Sed ſic eſt , quod non datur aliquis teſtis, qui firmiter, & ſine dubio teſtificet, & dicat, an iſte Religioſus fuerit baptizatus, nec conſtat ex libro baptizatorum , quod fuerit baptizatus, ſed ſolum ex illo conſtat , quod olea ſacra illi impoſita fuere, nec inter parentes illius , clericos, aut vicinos loci eſt memoria talis baptiſmi, nec eſt aliquis, qui dicat , an fuerit baptizatus in Eccleſia, vel domi ; ergo talis religioſus iuxta prædictos textus, debet iterum baptizari ſub conditione , ne forte pereat non baptizatus.

4 Nec obſtat ſi dicant, conſtare ex parochi teſtimonio , quod dicto Religioſo impoſuerit ſacra olea , & cum parochus eſſet homo pius , & prudens, & Vicarius ipſius Eccleſiæ , videtur certum quod debebat examinare, an talis puer fuiſſet domi baptizatus, an non, ſiquidem certum eſt, quod non ponendum erat oleum ſacrum cuidam pagano, aut cathecumenō, qui nec domi, nec in Eccleſia fuiſſet baptizatus Non obſtat inquam: Reſponderet namque quod ex hoc argumento ſolum infertur, quod parochus fecerit dictam diligentiam , & quod examinauerit perſonam , quæ illum domi baptizauit an fecerit illa, quæ diſponit Eccleſia in adminiſtratione priuata huius Sacramenti, non tamen infertur, quod ille dictum puerum baptizauerit, ſed ſic eſt quod cum ſolo hoc examine, & diligentia parochi , poteſt dari dubium, prudens talis baptiſmi , ergo iterum poteſt talis religioſus ſub conditione baptizari.

Minor patet , quia dantur grauiſſimi Doctores, qui dicunt, quod puer domi baptizatus in caſu neceſſitatis , etiam parochus per examen inueniat, quod obſtetrix, vel perſona, quæ illum baptizauit, eſt prudens, & docta, & optime ſcit formam , & teſtificatur, & iurat quod vere, & rite bapizauit, adhuc dicunt dicti D D. quod ſic baptizatus poteſt iterum baptizari ſub conditione , ſiquidem in illo conflictu ſæpe ſæpius baptizans turbatur , etiamſi optime ſciat formā. & ea quæ debet efficere, quod ſufficit ad formandum dubium prudens talis baptiſmi, vt docet cum Bart. Syluio, Molano, Leand. *de ſacramentis, tr. 2 d. 3. q. 45.* Quintanadu. *tract. 1. ſing. 5 n. 2.* Ergo cum ex hoc libro baptizatorum ſolum colligatur, quod talis parochus fecit examē, an baptiſmus priuatus domi præceſſerit , & non conſtet an factum fuerit examen, an talis baptiſmus fuerit ſolemnis in Eccleſia, infertur, quod non fuerit ſolemnis, ſiquidem eſt cōtra ſtatuta Eccleſiarum huius Luſitaniæ Regni, imo & totius Eccleſiæ, baptizare pueros abſque oleorum impoſitione immediate poſt baptiſmum , ſequitur quod poſitus talis religioſus in hoc dubio, optime poteſt iterum ſub conditione baptizari , non obſtante dicto parochi teſtimonio de oleorum impoſitione.

Confirmatur hoc. Quia iſte puer natus fuit die tertia Auguſti; vt conſtat ex libro eius patris , in quo ſolebat ſcribere diem , in qua eius filij naſcebantur, qui liber facit integram fidem, etiam contra tertium, vt cum Saliceto, Bart. Baldo, Alexandro Máſc. & aliis docet Quintanadu. *tract. 2. ſingul. 12. n. 4.* & olea prædicto puero fuere impoſita die 8. eiuſdem Auguſti, vt cōſtat ex libro baptizatorum; 5
ergo neceſſario ſequitur, quod non præceſſit baptiſmus ſolemnis in Eccleſia impoſitioni oleorum, ſiquidem in quinque diebus , qui interfuere inter pueri natiuitatem, & impoſitionem oleorum , non eſt credibile , quod duabus vicibus ad Eccle- 6
ſiam aſportaretur , nec eſt conſuetudo baptizare abſque oleorum impoſitione.

Nec poteſt dici, quod defuerint olea , ſiquidem in menſe auguſti, iam omnes Eccleſiæ habent olea eiuſdem anni, & antiqua ſemper reſeruantur , dum non veniūt noua. Tum quia ſi olea defuiſſent non adeo feſtināter puer baptizaretur , ſed exſpectaretur ad minus per 8 dies vt olea ſacra veniret, præcipue cum omnes pueri, etiāſi dentur olea, exſpectāt ſine baptiſmo per ſpatium 8. dierum vt eſt conſuetudo totius huius regni , ex quibus omnibus euidenter ſequitur, quod puer iſte non fuit baptizatus ſolemniter , ſed domi per obſtetricem , vel aliam perſonam priuatam ; ſed ſic eſt, quod ſi domi fuit baptizatus in caſu neceſſitatis, datur dubium prudens de tali baptiſmo ; ergo ſic baptizatus poteſt iterum ſub conditione baptizari, vt tenent prædicti Doctores ; ergo talis religioſus habet fundamentum ſufficiens , & valde prudens ad dubitandum de ſuo baptiſmo, & ad illum iterum ſub conditione ſuſcipiendum.

Secundo

Secundo probatur ratione. Quia ex communi
Theologorum conſenſu, certitudine ſaltem mo-
8 rali debet conſtare de baptiſmo alicuius, vt non
iteretur, vt docet cum communi Doctorum Quin-
tanadu *tract.* 1 *ſingulari* 1. *n.* 7. Atqui huic religio-
ſo non poteſt conſtare certitudine morali, quod
ſit baptizatus; ergo poteſt iterum ſub conditione
baptizari. Maior eſt certa, minor probatur quia
certitudo moralis eſt, quæ prudenti non ſinit pru-
denter formidare, vt patet ex *l.* 2. § *idem ff de aqua
pluuia* & cum Ariſtotele 1. & 2. *Ethic* & D Tho-
9 mas docet Quintanadu. *ſuprà, n.* 7. Atqui hic bap-
tiſmus ſinit prudenti prudenter formidare, ſiqui-
dē non conſtat de baptizante, etſi domi fuerit mi-
niſtratus, poterat ex aqua turbatione, vel accele-
ratione non dici tota forma, vel eo modo, quo de-
bebat proferri, & ſi fuit in Eccleſia, debebant dari
teſtes, qui de tali baptiſmo ſine dubio teſtifica-
rent, ergo talis religioſus cum dentur hæc dubia,
10 poteſt iterum ſub conditione baptizari.

Tertio probatur, quia vt quidam homo rebap-
tizetur ſub conditione non eſt neceſſe quod detur
dubium probabile, nec etiam eſt neceſſe, quod de-
11 tur dubium negatiuum, hoc eſt quod maneat homo
indiciſus pro vtraque parte in æquilibrio, ſed ſuffi-
cit quædam ſuſpicio, vel formido de probabilitate
ſui baptiſmi, vt probat Lugo, *in conſiliis lib* 1. *dub.* 1.
n. 12. Atqui iſte Religioſus habet magnam, & ra-
tionabilem formidinem, & ſuſpicionem, & timo-
12 rem ſui baptiſmi, ſiquidem ignorat, an domi fuerit
baptizatus, ab aliqua perſona ignorante quæ neſci-
ret formam baptiſmi, vel etiamſi illam ſciret an ob
celeritatem in aliquo defeciſſet, ita vt illi fuiſſent
olea ſacra impoſita abſque eo, quod præceſſerit
verus, ſed ſolus putatiuus baptiſmus; ergo de-
bet iterum baptizari.

Quarto probatur quod ſi iſte religioſus iterum
ſub conditione non baptizatur grauiſſimo ſe expo-
nit periculo damnationis, ſiquidem non poteſt va-
13 lide aliud recipere ſacramentum; ergo ne ſe expo-
nat huic periculo poterit ſub conditione baptizari.
Patet conſequentia quia hic baptiſmus conditio-
nalis, non ſolum illum facit licitum, ſed omnino ne-
ceſſarium, neceſſitas maxima veri baptiſmi, & du-
14 bium morale antecedentis; ſed ſic eſt, quod in hoc
caſu datur dubium morale, ſiquidem iſte religioſus
non poteſt aſſentire quod vere ſit baptizatus, nec
habet fundamentum probabile, & certum morali-
ter, ex quo inferat dictum baptiſmum, nec cum quo
quieſcat, quod ſufficit ad formandum dubium mo-
rale; vt cum D. Thoma, Durand. Corduba. Nauar.
Vaſquio & aliis multis docet Quintanadu. *tract.* 1.
ſingulari 1. *n* 73. ergo iſte religioſus in hoc dubio
morali optime poteſt ſub conditione baptizari.

Quinto probatur quia vt refert Quintanadueñas
15 *ſuprà ſingulari.* 8 quædam mulier cum ex libro
baptizatorum conſtaret, quod fuerit baptizata, &
aqua eo ſolum, quia ſcrupulis magnis agitabatur, &
dubiis interioribus, quod non erat baptizata, multi
DD. in eam fuere ſententiam, quod iterum ſub con-
ditione baptizaretur, vt de facto baptizata fuit; &
16 idem accidit cuidam Patri Societatis Ieſu, vt teſta-
tur ipſe Quintanadueñas, *ibi, n* 2. Et ratio fuit, quia
illi ſcrupuli, & dubia, & cordis anxietates, argue-
bant aliquale dubium, & ſuſpicionem de valore
baptiſmi ſuſcepti, quod prædicti Doctores iudica-
17 runt pro ſufficienti cauſa ad iterandum baptiſmum
ſub conditione, quia illæ anxietates cordis vide-
bantur inſpirationes Spiritus ſancti; ſed ſic eſt, quod
18 eaſdem anxietates cordis, dubium, ſuſpicionem, &
timorem habet hic religioſus, & habet multo ma-
ius fundamentum ad illud habendum, ſiquidem
non conſtat de baptizante, nec an ſit baptizatus, vt
conſtabat illi mulieri, & patri ſocietatis, ſed ſolum
conſtat illi fuiſſe olea impoſita, cum quo poteſt
eſſe dubium de baptiſmo, vt *ſuprà diximus*; ergo
cum multo maiori fundamento poteſt hic religio-
ſus iterum ſub conditione baptizari.

Sexto probatur. Quia in caſibus occurrentibus,
dum peccatum non interueniat, ſemper inclinan-
dum eſt in fauorem animarum, & præcipue in illis
rebus, quæ ad baptiſmum conducunt, vt pote ad ſa-
lutem ita neceſſarium, vt docet Vaſq *tom.* 4. *q.* 66.
diſt. 22 *ſect* 2. Suar. *hic d.* 22. *art.* 9 Zambran. *dub.* 1. *de* 19
baptiſmo cap. 1. *n.* 10 Laiman. *lib.* 5. *tract.* 2. *cap.* 4.
Atqui ſi hic baptiſmus ſub conditione iteretur,
non incurritur irregularitas, nec datur peccatum
mortale; ergo cum eius iteratio ſit in fauorem ani-
mæ, conuenit vt iterum iteretur. Minor quoad pri-
mam partem, hoc eſt, quod non incurratur irregu-
laritas probatur, quia hæc ſolum incurritur quan-
do quis rebaptizat abſque conditione illum, qui
vere eſt baptizatus, non vero quando rebaptizat
eum, qui eſt baptizatus ſub conditione, ſi non eſt 20
baptizatus, ſiquidem hoc non eſt vere rebaptizare,
vt cum Soto, Henr. Valent. Nauarr. & aliis docet
Quintanadu. *tr.* 1. *ſingu ar.* 8 *n.* 5 Et quod non com- 21
mittatur peccatum mortale, etiam probatur, quia
hoc ſolum committitur, quādo vnus rebaptizatur,
etiam ſub conditione, cum alias ſit certus de ſuo
baptiſmo, & non eſt dubium, ſuſpicio, aut ſcrupu-
lus prudens de valore baptiſmi, vt cum Nau. Sot.
Valent. Villalob Suar. docet Quintanad. *ſuprà n* 7.
ſed hic eſt, quo, iſte religioſus habet dubium, ſuſ- 22
picionem, timorem, & ſcrupulum prudentem huius
baptiſmi; ergo ſuſcipiendo iterum baptiſmum ſub
conditione nec incurrit irregularitatem; nec peccat
mortaliter, & multo minus, qui eum ſub conditio-
ne baptizat.

Septimo probatur. Quia vt docet Ioann. Sanc.
in Selectis d 4 *n* 44. vt quidam rebaptizandus ſub
conditione, quoties de baptiſmo dubiū eſt, ex quo-
cumq; capite oriatur dubitatio, cum ratione dubij
licitè fiant, quæ alias non fierent, & vndequaque 23
oriatur ambiguitas; atqui hic datur dubium, & am-
biguitas orta ex libro baptizatorū, ex quo non con-
ſtat, quod talis religioſus fuiſſet baptizatus, nec da-
tur perſona, quæ recordetur, vel dicat illum fuiſſe
baptizatum, nec eius pater, vel mater, vel obſtetrix
ſciunt, vel recordantur, an ille fuerit baptizatus, er-
go poſitus in hoc dubio, & perplexitate, optimè
poteſt iterum ſub conditione baptizari.

Octauo probatur, quia eſt opinio grauiſſimorum
Doctorum, quod qui fuit baptizatus domi à qua-
cumque perſona fuiſſet baptizatus, iterum poteſt
ſub conditione baptizari, quia de ordinario, cum
celeritate in illo conflictu non fit baptiſmus rite,
vt debet, vt cum Silu. Molano, docet Leander, *de* 24
ſacramentis tom. 1. *tr.* 2. *d* 5 *q.* 14. Quintanad. *tr.* 1.
ſing. 5 *n.* 2. & 13. ſed ſic eſt, quod ex libro baptiza-
torum infertur, quod hic religioſus fuit domi ba-
ptizatus vt ſupra probauimus; ergo ſi talis religio-
ſus fuit domi baptizatus, optimè poteſt iterum ſub
conditione baptizari, iuxta hanc opinionem; ergo
cum non poſſit ſciri, an fuerit domi baptizatus, nec à
quo fuerit baptizatus, nec detur perſona, quæ de hoc
vllā habeat notitiam, multo maius dubium datur, &
multo magis poteſt iterum ſub cōditione baptizari.

Nono probatur. Quia iudicium vnius tantum
modi veri docti aliquid exacte examinantis, opi-

nionem efficit probabilem, vt ex pluribus Do-
ctoribus probat Sanch.*lib.1.ſumm. c.9. n.7.* ergo
à fortiori dubium prudens efficiet, vt ait Quin-
tanadueñas *tract.1.ſingul.9.n.9.* Atqui multi viri
docti, quibus hic caſus fuit propoſitus, & qui il-
lum exactè examinarunt, omnes iudicarunt, hic
dari dubium prudens huius Baptiſmi; ergo ſi iu-
dicium vnius viri docti ſolius ſufficit ad facien-
dam opinionem probabilem, aut ſaltem ad fa-
ciendum dubium prudens, quod ſufficit ad ite-
tandum ſub conditione baptiſmum, Iudicium
hoc tot virorum Doctiſſimorum ſufficiens erit ad
faciendum hoc dubium prudens, & ad hoc vt
iſte religioſus iterum ſub cnnditione baptizetur.
26 Decimo probatur: Quia ad tollendam dubita-
tionẽ, quod aliquis ſit baptizatus opus eſt teſti-
ficatione vnius ſaltem teſtis fide digni affirmãtis
de viſu, vt cum Ledeſm. Dian. & aliis docet Au-
ſonius, *verb. Baptiſmi ſubiectum. n. 35.* Sed ſic eſt
quod in hoc caſu non datur vllus teſtis fide di-
gnus, qui teſtificet de viſu; ergo non poteſt du-
bium auferri, an iſte Religioſus fuerit, an non ba-
ptizatus. Probatur minor quia ſolum inuenitur
in libro baptizatorum, quod Parochus poſuit
olea hic puero; ſed hic teſtis non teſtificat de
viſu baptiſmi, & dato quod teſtificaret, iam talis
teſtis eſt mortuus, nec datur teſtis, qui vidiſſet fa-
cere hanc notam in libro baptizatorum. quod eſt
neceſſarium, vt credatur ſcripturæ particulari,
etiamſi ſit ſubſcripta ab aliquo, & recognita à
perſonis fide dignis, vt docet cum Caſtro, Soci-
no, Thuſc. Quintanad. *tr.1.ſingul 9.n.14.* ergo cum
nec Parochus teſtificet de viſu baptiſmi, nec de-
tur aliquis, qui viderit facere talem notationem
in libro baptizatorum, non poteſt dubium aufer-
ri, an iſte religioſus ſit baptizatus; ergo in hoc
dubio, & conflictu optimè poteſt iterum ſub
conditione baptizari.
27 Nec obſtat, quod liber baptizatorum faciat
plenam probationem, ſiquidem Parochus con-
ſcribens in his libris eſt teſtis omni exceptione
maior, imò notarius publicus, vt cum Socina,
Thuſco, & aliis docet Quintana. *tr. 2. ſingul. 12.
n.2.& 3.* Nam huic obiectioni Reſpondeo, quod
admiſſa hac doctrina, quam alij negant, ex ea
ſolum infertur; quod Parochus impoſuit ſacra
olea tali infantulo, non tamen quod illum bapti-
zauerit, imò conſtat per quendam notarium pu-
blicum, & per teſtem omni exceptione maiorem,
quod non fuit baptizatus tempore, quo illi olea
ſacra impoſita fuere, ſiquidem ait Parochus, ba-
ptizaui, dico impoſui olea ſacra, F, tali die, vt cum
non conſtet de perſona, quæ illum baptizauerit, nec
quando fuerit baptixatus, nec an fuerit domi, &
incredibile ſit, quod fuerit baptiſma ſolemne in
Eccleſia, vt *ſupr.* diximus, ex his omnibus circun-
ſtantiis arguitur magnũ dubij fundamentum, an
28 talis religioſus ſit vel non baptixatus. Tum etiã,
quia liber baptixatorũ facit plenã probationem,
ſi nõ eſt, quod in illo aliquis error inueniatur, vel
euidenter oppoſitum probetur, vt notat cum Gon-
29 zal. Quintanad. *tr.2.ſingul.12.n.6.* Sed ſic eſt, quod
in hoc libro plures errores inueniuntur, ſiquidem
nec Parochus in illo impoſuit perſonam, quæ ta-
lẽ religioſum baptizauit, nec an fuerit domi ba-
ptizatus, nec poſuit, an patrini fuiſſent ſolũ aſſi-
ſtentes impoſitioni oleorum, an verò ſuſcipetent
puerum de fonte, quæ omnia tenebatur explica-
re, iuxta Trid. *ſeſſ.24. de matr. c. 2.* ergo tali libro
nulla fides debet adhiberi. & dato quod debeat
dari, ex illo ſolum infertur. quod in Eccleſia im-
poſita fuere olea huic puero, non tamen quod
fuerit baptizatus.
Vndecimo probatur: Quia quilibet tenetur in 30
adminiſtratione Sacramentorum propter ipſorum
valorem ſequi tutiorem partem, omiſſa etiam pro-
babiliori, vt docet cum Vaſq & aliis communiter
Quintanad. *tr.1 ſingul.14.n.2.* ſed tutior pars eſt,
quam ſi quis ſequatur nullum periculum ſalutis
ſi poteſt ei. cui Sacramenta adminiſtrantur, & ipſi,
qui adminiſtrat; ergo talis religioſus tenetur ſub
conditione iterare hunc baptiſmum dubium, cum
ſit pars tutior, & cum ex hac iteratione nullum
periculum ſalutis ſuperſit ei, cui baptiſmus admi-
niſtratur, vel ipſi, qui adminiſtrat.
Duodecimo probatur 1. Quia baptizandos eſt 31
quidam adultus, de quo dubitatur, an ſit mortuum,
vel viuus ſi vnicus tantum teſtis. etiam paganus
dicat baptiſmum petiſſe, etiamſi dubitentur de va-
nitate teſtis, aut ſi audientes non ſatis recordẽtur,
an teſtis aſſeruerit expoſtulatum eſſe, nec com-
pareat teſtis, à quo ſciatur. & in omnibus euenti-
bus, in quibus probabile veſtigium dubij pateat,
vt docet cum Ioan. Sanch. Quintanad. *tr. 1. ſingul.
4. n.14* ergo à fortiori dandus eſt iterum baptiſ-
mus ſub conditione huic religioſo. Patet conſe-
quentia, quia ſi quoddã veſtigium dubij, an baptiſ-
mus poſtulatus fuerit à quodã pagano ſufficit,
vt illi detur baptiſmus ſub conditione, quanto
magis ſufficiet quoddam dubium adeò magnum,
an verè ſit datur baptiſmus. vel non huic religio-
ſo, vt iterum ſub conditione detur, fateor me non
invenire rationẽ, cur ei ſub conditione denegetur.
Nec contra id facit deſignatio patrinorum, 32
quam Parochus poſuit in libro baptizatorum,
quando dicto puero impoſuit olea. Reſponde-
tur namque, quod ex hoc ſolum infertur, quod
talis religioſus fuit domi baptizatus, & quod alij
ritus ſuppleti ſunt. vt debuerat, in Eccleſia, vt cũ
Ledeſm. & aliis docet Palaus, *tr.19.d.vnicu p. 12.
n.10.* ergo cum ex deſignatione patrinorũ, & im-
poſitione oleorũ ſolum inferatur, quod puer do-
mi baptizatus fuit, optimè poteſt iterũ ſub con-
ditione baptizari: nã vt *ſup.* diximus, qui domi ba-
ptixati ſũt. poſſunt iterò ſub cõditione baptizari.
Et hinc infertur, quod idem dubium, quod da- 33
tur circa baptiſmum, datur etiam circa Sacramen-
tum Chriſinatis, & Ordinis, & quod idem dubiũ,
quod ſufficit ad iterandum ſub conditione baptiſ-
mum, ſufficit ad iterandum Chriſma. & Ordi-
nes, etiam ſacros, ſub conditione, vt latè probat
Quintanad. *tract. 1. ſingul. 10.& 12.* vbi ait, quod ſi 34
vnus Sacerdos, vel Epiſcopus dubitaſſet de ſuo
Baptiſmo, & dubium tale fuiſſet, vt eum cogeret
ad iterum ſub conditione recipiendum baptiſmum,
eodem modo debet iterum ſub conditione ordi-
nari, & profiteri, ſi eſt religioſus. Quapropter re-
ſolutorie dico, quod cũ detur hoc dubiũ adeò pru-
dens de hoc baptiſmo, quod talis religioſus ite-
rum ſub conditione baptixetur, & ordinetur Sa-
cris ordinibus, & quod iterum ratificet ſuam pro-
feſſionem, quod & ita ex hoc meo Conſilio factũ
fuit, accedente etiam confirmatione aliorum Re-
ligioſorũ ſapiẽtum huic meo Conſilio ſubſcriben-
tium Vliſipone, anno Domini 1665. ſed hæc ſaluo
ſemper meliori, & doctiori Conſilio, & de tota hac
materia Conſiliorum vtinam cedant in laudem
Dei & Eccleſiæ cuius correctioni omnia committo.

FINIS.

Laus Deo, & B.Virgini Mariæ, de Monte Carmeli.

INDEX

INDEX RERVM INSIGNIVM, QVÆ IN HOC TOMO CONTINENTVR.

Littera N, numerum marginalem P, paginam deſignat.

A

Abbatiſſa.

ABBATISSA poteſt imponere præcepta obligantia ad mortale, ſi materia grauis ſit io ordine ad regimen Monaſterij. n.2. Pag.49.

Quæ erit materia grauis in hoc caſu. num.3. ibid.

Abbatiſſa habet poteſtatem ciuilem, œconomicam, & domeſticam. num. 4. ibid.

Hæc poteſtas Abbatiſſæ eſt ſubordinata Prælato. n. 5. ibid.

Tacita voluntas Prælati eſt, vt talia præcepta non imponat illo uiconſulto toti communitati. num 6. ibid.

Mulieris prudentia inſufficiens eſt ad imponenda præcepta ſub mortali toti communitati inconſulto Prælato. n 7. ibid.

Aliqui DD. negant Abbatiſſam poſſe imponere præcepta ſub mortali in ordine ad finem ſupernaturalem. n. 8. ibid.

Contraria ſententia eſt ſatis probabilis. n.9. ibid.

Probatur ratione. n. 10. ibid.

Abbatiſſa non eſt incapax poteſtatis ſpiritualis ex commiſſione ſedis Apoſtolicæ. n.11 p. 50.

Abbatiſſa habet aliquam iuriſdictionem conceſſam à confirmante regulam, & dimanantem à voto obedientiæ ſaltem ad punienda delicta Monialium. num. 12. ibid.

Hæc poteſtas in ſuo exercitio eſt ſubordinata ſuperiori. num.13. ibid.

Hæc poteſtas in fere omnibus Monaſteriis eſt coarctata, & ſopita à ſuperioribus. n.14. ibid.

Ponuntur aliqua argumenta in contrarium, & ſoluuntur. n.15. ibid.

Præceptum ſub mortali impoſitum ab Abbatiſſa cuidam Moniali fuit nullum, eo qood hæc poteſtas illi coarctata eſſet à Superiori. n.16. ibid.

Abbatiſſæ habent liberam adminiſtrationem bonorum ſuorum Conuentuum. n. 5. p. 58.

Abbatiſſæ non poſſunt facere contractus circa bona immobilia ſine conſenſu ſui capituli. n 15. p. 59.

Adminiſtratio Abbatiſſarum hodie non eſt abſoluta, ſed dependens à conſenſu ſui capituli, & aliquando à conſenſu Prælati. n.10. ibid.

Abbatiſſa poteſt concedere Moniali vſum legati, & redditum illius in vita ſua dependenter à voluntate Prælati. n.9. p. 123.

Poteſt ei concedere licentiam ad illud expendendum in vſus licitos. n.10. ibid.

Redditus qui conceduntur à Prælato Moniali ad ſuum vſum non debent eſſe ſuperflui. n.11. ibid.

Quod vni Monialium eſt ſuperfluum, alteri poteſt eſſe neceſſarium. num.12. p 124.

Monialibus quæ non ſtrictam paupertatem profitentur, vt Moniales S. Claræ poſſunt concedi ampliores redditus ad ſuum vſum. n.13. ibid.

Poſſunt etiam ei concedi tales redditus ad faciendas eleemoſynas, ad dicendas Miſſas, & dotandas ſorores, & alia opera pia. n.14. ibid.

Abſolutio.

Quoties Papa concedit licentiam ad abſoluendum à caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis concidit etiam licentiam ad cenſuras ſedi Apoſtolicæ reſeruatas. n.2. p.23.

Idem dicendum de caſibus reſeruatis Epiſcopo cum cenſura. n.3. ibid.

Aliquæ cenſuræ dantur Epiſcopis reſeruatæ ſine caſibus, quæ enumerantur. n.4. ibid.

Aliqui DD. videntur inclinare quod in facultate conceſſa ab Epiſcopis ad omnes caſus ſibi reſeruatos, includere etiam cenſuras illi reſeruatas. n 5. ib.

Facultas conceſſa ab Epiſcopo ad omnes caſus ſibi reſeruatos ſecundum aliquos extenditur ad cenſuras annexas. n.6. ibid.

Moraliter quando reſeruatur cenſura præſertim excommunicationis, reſeruatur etiam peccatum ob quod imponitur. n.7 p. 23.

Licentia conceſſa ab Epiſcopo ad abſoluendum à caſibus ſibi reſeruatis non extenditur ad cenſuras. num.7 ibid.

Licentia conceſſa ab Epiſcopo ad abſoluendum à caſibus ſibi reſeruatis late interpretanda eſt. n.8. ib.

Quid

Quid ſi licentia ſit ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis. n.10. ibid.

In facultate quam Papa, vel Epiſcopus concedit ad abſoluendum ab omnibus caſibus Epiſcopo reſeruatis non includitur facultas ad abſoluendum à cenſuris Epiſcopo reſeruatis. n.17. ibid.

Facultas conceſſa ab Epiſcopo ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis licet latè ſit interpretanda, debet tamen interpretari intra proprietatem verborum. num.21. p.14.

Quando Epiſcopus concedit totam ſuam authoritatem in tali facultate includetur facultas ad abſoluendum à caſibus, & cenſuris. n.25. ibid.

Hæc facultas extenditur ad diſpenſandum in votis, & irregularitatibus. n.26.ibid.

Illa verba Bullæ Cruciatæ Luſitanæ à caſibus, qui non ſunt reſeruati ſedi Apoſtolicæ eos abſoluant, per ſe & ex propria ſignificatione, non includant facultatem ad abſoluendum à cenſuris. num. 37. p. 25.

Includunt talem facultatem ex verbis antecedentibus, & ſubſequentibus. n.38. ibid.

Ponitur quædam obiectio in contrarium. n.39. ibid.

Contraria ſententia omnibus authoribus eſt deſtituta. num.40. ibid.

Habens facultatem ab Epiſcopo ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis toties quoties, poteſt abſoluere toties quoties ab omnibus caſibus Papalibus occultis, etiam intra Bullam Cœnæ, excepta hæreſi. n.41.p.26.

Probatur id à ſimili ex Bulla Cruciatæ. num.42. ibid.

Epiſcopus reſpectu horum caſuum eſt ordinarius, vt poſſit eos delegare generali, vel ſpeciali delegatione. n.43.ibid.

Poteſtas quam concedit Epiſcopus ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis late eſt interpretanda. n.44.ibid.

Quid ſi Epiſcopus concedat licentiam ad abſoluendum à caſibus ſibi reſeruatis. n.48.p.27.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur num.50. ibid.

Ponitur alia obiectio, & ſoluitur. numer.51. ibidem.

Ponitur alia obiectio, & ſoluitur. numer. 52. ibid.

Ponitur alia obiectio, & ſoluitur. numer. 53. ibid.

In facultate quam Epiſcopus concedit ad abſoluendum ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis non includitur hæreſis occulta. n.54.ibid.

Facultas ad abſoluendum ab hæreſi ſolum conceditur in Tridentino Epiſcopis, & non ipſorum Vicariis. n.55. ibid.

Confratres S. Antonij Vliſiponenſis poſſunt virtute Bullæ. S. Antonij abſolui toties quoties à caſibus Epiſcopo reſeruatis. n.2. p. 116.

Ponitur quædam obiectio, & ſoluitur. num.3. ibid.

Confirmatur ſolutio. num.4.ibid.

Tale priuilegium non eſt reuocatum ab Vrbano VIII. n.5. ibid.

Decretum Vrbani quod ſolum eſt contra regulares non fuit receptum, nec authenticum, nec intimatum regularibus. n.6. ibid.

Bulla reuocatoria Vrbani VIII. non fuit recepta in Hiſpania. n.7. ibid.

Non fuit regiſtrata per Senatum Caſtellæ, vel Luſitaniæ quod erat neceſſarium vt obligaret in aliquorum opinione. n.8. ibid.

Licet talis reuocatio fuerit recepta vel promulgata adhuc mendicantes poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis. n.9.p.117.

Hæc reuocatio Vrbani ſolum reuocauit facultatem à caſibus Epiſcopo reſeruatis, quam Tridentinum abrogauerat. n.10 ibid.

Non reuocauit poteſtatem conceſſam per Paulum V. & Gregorium X V. n. 11. ibid

Eodem modo explicandum eſt decretum ſacræ Congregationis de mandato Innocentij. X. n. 12. ibid.

Alexander V I I. damnat hanc propoſitionem, mendicantes poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopis reſeruatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate. n.13. ibid.

Hoc decretum ſolum afficit regulares mendicantes, non vero huiuſmodi confratres, ſi quod ad id habent priuilegium. n. 14. ibid.

Hoc decretum non derogat priuilegia mendicantium. num. 15.ibid.

Pontifex in hoc decreto ſolum damnat opinionem aliquorum Doctorum, qui dixerant mendicantes ſecundum ius commune poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis. n.18.ibid.

Opinio quæ aſſerit mendicantes ex iure communi poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis eſt falſa & vt talis condemnata ab Alexandro VII. nec de ea licet amplius loqui. n.19. ibid.

Hæc propoſitio mendicantes ex vi priuilegiorum Pauli V. & Gregorij X V. poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis non eſt damnata ab Alexandro VII. n.20. p.117.

Pontifex poteſt concedere facultatem mendicantibus ad abſoluendum à caſibus Epiſcopo reſeruatis. n. 21. ibid.

Alexander VII. non damnauit opinionem dicentium talia priuilegia non eſſe reuocata ab Vrbano XIII. & Innocentio X. n.22. ibid.

Probatur id argumento deſumpto ex Tridentino. n.23.p.118.

Quandiu non conſtat legem Pontificiam loqui de prædicta opinione, lex non poſſidet contra mendicantes. n.24.ibid.

Ratione huius Bullæ poſſunt Confratres S. Antonij abſolui ab omnibus caſibus Epiſcopalibus, etiam intra Bullam Cœnæ occultis, excepta hæreſi. n.46 p.121.

Probatur authoritate multorum doctorum. num. 47.ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.48.ibid.

Acceptatio.

Rector noſtri Collegij Conimbricenſis licite, & valide poterat non acceptare Prælatiam Angolæ ad quam fuit electus, etiam poſt confirmationem electionis, & etiamſi eſſet vera Prælatia num. 2. pag.583.

Melius faciet ſubditus non acceptando Prælatiam, & ſpectando vt illi imponatur præceptum, vt acceptet quam ſtatim acceptando. numer. 3. ibidem.

Si ſubdito tale præceptum imponatur, & ille non acceptet non remanet verus Prælatus. num. 4. ibidem.

Si Prælati dicto priori impoſuiſſent præceptum vt acceptaret talem Prælatiam, & ille haberet cauſas ad non acceptandum, tale præceptum eum non obligaret. num.8.ibid.

In caſu quo non habuiſſet cauſam non acceptandi

ptandi peccaret non acceptando, ſed non maneret Prælatus. n.9 ibid.

Talis rector licite poterat non acceptare talem prælatiam Angolæ. n.10.ibid.

Etiamſi acceptaret ſdictam Prælatiam Angolæ, vel eius acceptatio non eſſet neceſſaria, adhuc non extitit prior Angolæ. n.11.ibid.

Tunc non dabatur, nec vnquam fuerat talis conuentus Angolæ. n.12.ibid.

Actio.

Duæ actiones pœnales poſſunt exerceri contra eundem ob idem crimen, quando vna tendit ad vindictam, non vero alia. n.8.p.268

Actiones pœnales, quæ contra hunc priorem exercitæ ſunt, vna tendebat ad vindictam, non vero alia. n.9.ibid.

Fur licet ob furtum ſuſpendatur, non tamen ob id liberatur à reſtitutione furti. numero 10. ibidem.

Priuatio officij data in hoc caſu huic priori non reſpiciebat directe culpam Theologicam. n.11.ibid.

Solum reſpiciebat defectum naturalis talenti, & defectum pacis in communitate. numero 12. p.269.

Definitorium priuando dictum priorem officio non cum dupliciter pro eodem delicto condemnauit. num.13.ibid.

Definitorium priuauit dictum priorem ob defectum naturalis talenti. n.14.ibid.

Ob id non erat prior à prouinciali punitus. n.15. ibid.

Prouincialis eum caſtigauit ob culpas graues in eo repertas. n.16. ibid.

Cauſæ ob quas definitorium dictum priorem priuauit non erant per ſe culpabiles. numero 17. ibidem.

Adulterium.

Accedens ad mulierem ignorans inuincibiliter eſſe vxoratam dabat operam rei illicitæ, & tamen non committit adulterium. n.10.p.240.

Si quis volens adulterare cum Maria vxorata excludendo omnes alias fœminas vxoratas, ſi ignorantia inuincibili loco illius cognouit alteram vxoratam non committit adulterium. n.11.ibid.

Peccauit tamen peccato fornicationis. num. 12. ibidem

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.13 ibid.

Ponitur alia inſtantia, & ſoluitur. numero 14. ibidem.

Ætas.

Aliqui dixerunt ætatem ad ſuſcipiendos ordines computandam eſſe a die Conceptionis, & non natiuitatis. n.2.p.246.

Probant id ex aliquibus iuris teſtibus. num. 3. ibidem.

Quoad honores, & dignitates, & maioratus aliqui admittunt hanc computationem à die Conceptionis. n.4.ibid.

Hæc ſententia quoad ordines communiter reiicitur. n.5.ibid.

Secundum ius canonicum ætas ad ordines computanda eſt à die Natiuitatis. num 6.ibid.

Reſpondetur textibus, qui pro contraria parte afferuntur. n.7.ibid.

Alienatio.

Iura, & annui redditus cenſentur bona immobilia. n.2 p.160.

Ad alienationem rerum Eccleſiaſticarum immobilium ſufficit iuxta noſtra privilegia iuſta cauſa, conſenſus prælati, & Conuentus. num.3. ibid.

Non requiritur conſenſus Apoſtolicus. num. 4. ibid.

Hæc privilegia non ſunt revocata. numero 5. ibidem.

Revocatio privilegiorum à ſacra Congregatione de mandato Vrbani VIII. non fuit promulgata in Regno Luſitaniæ. n.6.ibid.

Alienatio poteſt fieri à regularibus ob ſolam vtilitatem Conuentus. n. 13.p.161.

De iure præſumendum eſt in alienatione facta à regularibus interueniſſe talem vtilitatem. n. 16. ibidem.

Quando conſtat interueniſſe in alienatione ſolemnitates iuris, præſumitur interueniſſe iuſtam cauſam. n. 17.ibid.

Qui dicit alienationem fuiſſe nullam ex defectu cauſæ, illi incumbit onus probandi talem cauſam non fuiſſe. n.19. p.162.

Altare Priuilegiatum.

Noſtri Priores poſſunt deſignare vnum altare Priuilegiatum in vnoquoque Conuentu, etiam nunc de nouo fundato. n.2.p. 191.

Priuilegium, vel indulgentia conceſſa vni, vel pluribus ex noſtris Conuentibus extenditur ad omnes, etiam de nouo fundandos, quando ratio conceſſionis eſt generalis. n.3.ibid.

Probatur id variis exemplis. numero 4. pag. 192.

Ratio conceſſionis huius Priuilegij eſt eadem in omnibus Conuentibus, tam fundatis, quam fundandis. n.5.ibid.

Eadem ratio conceſſionis militat æqualiter, in omnibus Conventibus conſtructis, & conſtruendis. n. 6. ibid.

Gratia quæ fuit extenſa ad omnes Conventus totius ordinis fuit gratia facta religioni in communi. n. 7. ibid.

In generali conceſſione veniant ea quæ quis eſſet conceſſurus, ſi fuiſſet de eo interrogatus. num. 8. ibid.

Quando excluduntur Conventus aliorum ordinum, Conventus ordinis non cenſentur excluſi. n. 9. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n. 10. ibid.

Prior noſtri Conventus poteſt mutare altare privilegiatum iam deſignatum ad aliud altare. numero 2.p 213.

Facultas ad aliquid determinate agendum non expirat per vſum ipſius in primo acto. numero 3. ibidem.

Privilegiatus vti ea poterit, & repetere toties quoties ſibi bene viſum fuerit. numero 4. ibidem.

Facultas ad deſignandum prædictum altare in noſtris Eccleſiis non eſt ad ſemel tantum deſignandum illud, ſed abſoluta ad deſignandum. n.5. ibid.

Quando conceſſio Privilegij eſt abſoluta non eſt cur limitetur ad primum actum. numero 6. ibidem.

Lex *boues*, non habet vim in priuilegiis. n. 8 ibid.
Si priuilegium haberet clauſulam quod ſemel tantum poſſet vnum altare deſignare, adhuc Prior loco vnius poſſet alterum deſignare. numero. 9. pag. 214.
Illa dictio, *ſemel*, non ponitur in priuilegiis taxatiue, ſed deſignatiue. n. 10. ibid.
Illa dictio *ſemel*, idem eſt, ac prius & facit hunc ſenſum, altare debet prius deſignari à Priore. n. 11. ibid.
Reperita deſignatio in alio altari non eſt alia deſignatio, ſed mutatio primæ in aliud altare. numero 12. ibid.
Pontifex ſolum intendit quod detur vnum tantum altare deſignatum. n. 13 ibid.
Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n. 14 ibid.
Priores poſſunt mutare deſignationem vnius altaris priuilegiati in noſtris Eccleſiis quando ſibi bene viſum fuerit. n. 15. ibid.
Hæc deſignatio poteſt fieri à quocunque ſuperiore, etiam locali. n. 16. ibid.
Subprior quando abſolute eſt Superior in Conuentu, vt quando mortuus, vel priuatus fuit Prior, vel fuit ad capitulum generale, vel Prouinciale, poteſt deſignare, & mutare dictum altare. n. 17. ibidem.

Ambitio.

Ambitio eſt peſtis religionis. n. 22. p. 292.
Ex ambitione oriuntur omnia mala. num. 124. ibidem
Religioſus qui poſtpoſito bono communi ſuo priuato inhæret prætendendo dignitates eſt cauſa multarum diſſenſionum, & diſcordiarum. n. 116. pag. 286.
Affectus proprij commodi, & non communis eſt origo omnium perturbationum. num. 117. ibidem.
Talis religioſus dicit poteſt tyrannus. num. 118. pag. 286
Religioſus qui dignitates prætendit procurando pro ſe, vel aliis ſuffragia, ſiue directe, ſiue indirecte, precibus vel donis incurrit pœnam priuationis ipſius officij in quo eſt electus, & inhabilitatem ad quæcunque in futurum. num. 119. ibidem.
Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n. 120. ibid.

Amentia.

Amentia reddit hominem ſine iudicio, & ratione, quæ neceſſaria eſt de iure naturali ad valide celebrandum. n. 57. p. 315

Amicitia.

Amicitia remouet omnem ſuſpicionem. n. 16. pag. 224.
Ex eo quod pax ſit inita inter duos inimicos non infertur inter eos amicitia. numero 26. pag. 225.

Amicus.

Amicus reconciliatus in horum doctorum ſententia æquipollet inimico. n 5. p. 224.
Non eſt integer teſtis, etiam in criminibus exceptis. n. 6. ibid.
Inimicus ſemper mala cogitat de inimico. n. 7. ibidem.

Appellatio.

Appellatio ab inferiori ad ſuperiorem eſt de iure communi. n. 20. p. 12.
Appellatio, ſi non fiat in ſcriptis eſt nulla. numero 38. p. 136.
In appellatione aſſignat lex pro forma ſcripturam. n. 39. ibid.
In appellatione ſcriptura pertinet ad ſubſtantiam. n. 40 ibid.
In noſtra Religione eſt interdicta appellatio à ſuperioribus. n. 12. p. 360.
Melius faceret hic Prior ſi appellaret a dicto viſitatore, quam eum reuocando. num. 14. pag. 371.
Reus poteſt appellare, quando exceditur modus ſubſtantialis in corrigendo. numero 34. pag. 372.
Licet reus poſſet appellare ab exceſſu in corrigendo, etiam accidentali, non tamen ab exceſſu in modo dandi articulos culparum. n. 35. ibidem.
Exceſſus in corrigendo poteſt infamare, non vero diuerſus modus dandi articulos culparum. n. 36 ibid.
Religioſi non poſſunt appellare, etiam ad ſuperiores ordinis à mandato ſententia, vel pœnitentia, quæ fuerint iuxta conſtitutiones ordinis. n. 38. ibid.
Non poſſunt appellare à ſententiis, quæ non afferunt grauem infamiam, aut pœnas valde rigoroſas, & ſi exceſſus clarus, & manifeſtus inueniatur in illis. numero 39. ibidem.
Probabile eſt quod à nulla ſententia correctionis poſſunt religioſi, etiam intra religionem propriè, & iuridice appellare numero 40. ibidem.
Excipe aliquem caſum grauiſſimum grauiſſimæ iniuriæ, & irreparabilis damni, cui non poſſet obuiari per ſimplicem recurſum. num. 41. ibidem.
Appellatio, præter prædictum caſum, religioſis prohibetur, ob pacem religionis, & ob Prælatorum reuerentiam. numero 42. ibidem.
Prior non potuit appellare, à viſitatore ad definitorium in viſitatione generali. numero 43. pag. 373.
Regularibus non eſt licita appellatio à mandato Prælati, quod fit ſecundum regulam, & conſtitutiones. n. 44. ibid.
Mandatum de reſpondendo articulis culparum datis in ſcriptis eſt iuxta noſtras conſtitutiones. n. 45. ibid.
Conſtitutio non præcipit quod in viſitatione generali dentur grauamina viua voce, vel in ſcriptis. n. 46. ibid.
Solum præcipit quod viſitator audiat reum. n. 47. ibid.
Regulares non poſſunt appellare à ſententia, quæ non afferunt grauem infamiam, vel pœnas valde rigoroſos, etſi exceſſus clarus, & manifeſtus inueniatur in illis. numero 49. ibidem.
Non poſſunt appellare, etiam à ſententia rigoroſa, niſi grauamen ſit irreparabile. numero 50. pag. 373.

Ab

Ab actibus extra iudicialibus non datur appellatio ſuſpenſiua. n.51.ibid.

Quædam alterius prioris appellatio reprobatur ob eandem rationem n.52. ibid.

Etiam quando eſt licitum religioſo appellare, grauamen debet eſſe certum, & notorium. n.53. ibidem.

A mandato quod ex iudicis arbitrio fertur non datur appellatio. n 54. ibid.

Auditus.

Auditus ſufficit ad probationem, ſi proueniat à duobus, vel tribus teſtibus. n.10.p 361.

Auditum in materia puritatis ſufficit ad plenam probationem. n.8.ibid.

B

Baptiſmus.

Religioſus cui, nec ex libro baptiſmi, nec ex alia perſona conſtat, an ſit baptizatus, & ſi conſtet illi fuiſſe impoſita ſacra olea, poteſt iterum ſub conditione baptizari, numero 2. p. 389.

Probatur ex variis textibus. n.3.ibid.

Ponitur, argumentum in contrarium,& illius ſolutio. n.4. ibid.

Certitudine ſaltem morali conſtare debet de baptiſmo alicuius, vt non iteretur. n 8 p.389.

Certitudo moralis eſt, quæ prudenti non ſinit prudenter formidare. n 9. ibid.

Hic baptiſmus ſinit prudenter formidare, quia non conſtat de baptizante. n.10.ibid.

Vt quis rebaptizetur ſub conditione non requiritur dubium probabile de baptiſmo, nec dubium negatiuum. n.11.ibid.

Sufficit quod detur ſuſpicio, vel formido de probabilitate baptiſmi. n.12.ibid.

Si iſte religioſus non iterum baptizaretur ſub conditione exponitur grauiſſimo periculo damnationis. n. 13. ibid.

Neceſſitas veri baptiſmi, & dubium morale antecedentis facit licitum baptiſmum conditionale. n. 14 ibid.

Quædam mulier, cui conſtabat fuiſſe baptizatam, eo ſolum quia ſcrupulis magnis agitabatur, quod non erat baptizata, iterum ſub conditione fuit baptizata. n.15. ibid.

Illi ſcrupuli & dubia arguebant aliquale dubium, & ſuſpicionem de valore baptiſmi ſuſcepti, n.16. ibidem.

Illæ anxietates cordis indicatæ fuerunt à Doctoribus pro inſpirationibus ſpiritus ſancti. num. 17. ibidem.

Eoſdem ſcrupulos, & dubia,& anxietates habet iſte religioſus. n.18.ibid.

In caſibus occurrentibus, dum peccatum non interueniat, ſemper iudicandum eſt in fauorem animarum. n.19.ibid.

Qui alium vere baptizatum rebaptizat manet irregularis. n.20.ibid.

Si rebaptizet etiam vere baptizatum ſub conditione, non incurrit irregularitatem. num.21. ibidem.

Qui alium vere baptizatum rebaptizat cum conditione peccat mortaliter. n.22.ibid.

Quoties dubium eſt de valore Baptiſmi, ex quocunque capite oriatur, debet quiſque rebaptizari ſub conditione. n.23. ibid.

Qui fuit domi baptizatus, à quacunque perſona fuiſſet baptizatus, iterum poteſt baptizari ſub conditione. n. 24 ibid.

Iudicium vnius viri docti aliquid exacte examinantis facit opinionem probabilem. numero. 25. pag. 390.

Ad tollendam dubitationem quod aliquis ſit baptizatus opus eſt teſtificatione vnius ſaltem teſtis fide digni affirmantis de viſu. numero 26. ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n. 27. ibid.

Quiſque in adminiſtratione Sacramentorum tenetur ſequi tutiorem partem. n.30.ibid.

Baptizandus eſt quidam adultus de quo dubitatur, an ſit mortuus, ſi vnus teſtis, etiam paganus dicat baptiſmum petiiſſe. n.31.ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n. 32. ibid.

Beneficium.

Quæ beneficia reſervet Pontifex in 8, regula cancellariæ: n.2 p. 51.

In hac regula non reſervantur Vicariæ ad nutum, ſive perpetuæ, n.3.ibid.

Abbatia de Gemeſes, etſi ſit vnita Eccleſiæ Sancti Benedicti da Vargem non eſt Vicaria perpetua, vel ad nutum, ſed vera Abbatia. n. 4. pag. 52.

Beneficium alteri vnitum æque principaliter manet beneficium ſicut antea erat. n 5.ibid.

Manet in ſuo antiquo ſtatu, & honore, & proprios redditus agnoſcit. n 6.ibid.

Eccleſia vnita alteri acceſſoriè eſt Vicaria, ſive ad nutum, ſive perpetua. n.7.ibid.

Beneficia iuris patronatus Eccleſiaſtici comprehenduntur ſub reſeruatione 8. regulæ cancellariæ, n. 8. ibid.

Hæc reſeruatio 8. regulæ cancellariæ in beneficiis patronatus Eccleſiaſtici non eſt recepta in Hiſpania. n. 9.p. 52.

Hæc reſeruatio 8. regulæ cancellariæ pro beneficiis patronatus Eccleſiaſtici recepta eſt in regno Luſitaniæ. n.13. ibid.

Non eſt recepta in Eccleſia de Gemeſes. num.14. ibid.

In Eccleſia in quo non eſt recepta non obligat. n.15.ibid.

Probatur ex quadam ſententia Senatus Brachatenſis. n. 16.ibid.

Eccleſia de Gemeſes exempta eſt ab hac reſeruatione 8. regulæ Cancellariæ ex priuilegio Eugenij IV. & Sixti IV. n.20.ibid.

Patres de Vilar ſtando in priuilegio Eugenij IV. & aliis rationibus poſſint præſentare Abbatiam de Gemeſes, & ſi vacauerit in menſibus Papæ. n. 30.p. 55.

Collatio beneficij facta ſuſpenſo ob receptionem ordinum ante legitimam ætatem fuit valida, n. 36.p. 248.

Talis collatio eſt irritanda ſecundum ius, n. 37. pag. 249.

Hæc irritatio non habet locum quando caſus eſt occultus, ſed completa ætate poteſt per bullam à ſuſpenſione abſolui. n.38. ibid.

Collatio beneficij facta irregulari non denunciato non eſt irrita. n.39. ibid.

Collatio beneficij facta excommunicato tolerato eſt valida. n.40.ibid.

Etiam ſi de irregularitate plublicè conſtaret collatio beneficij facta tali publico irregulari eſt valida. n, 41. ibid.

Nullo iure talis incapacitas conſtat. n 42. ibid.

Dato quod hæc collatio beneficij facta ſuſpenſo, & irregulari fuerit nulla, reſignatio illius in favorem tertij cum reſervatione penſionis de licentia Papæ fuit valida. n. 45. ibid.

Probatur ratione. n. 46. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n. 47. p. 250.

Reſignans prædictum beneficium poteſt ſumere quotannis penſionem ſine onere reſtitutionis. n. 48 ibid.

Intruſus in beneficium licet ſit Inhabilis ad obtinendum idem beneficium, non eſt tamen inhabilis ad obtinendum penſionem. n. 49. ibid.

Religioſi votorum ſimplicium eiecti à religione non ſunt incapaces beneficiorum, aut dignitatum. n. 9. p. 260.

Licite poſſunt promoveri ad beneficium, etiam curatum. n. 10. ibid.

Collatio beneficij facta his eiectis licita, & valida eſt. n. 49. p. 261.

Reſpondetur *ad cap. fin. de reſcriptis.* num. 50. ibid.

Ad ſimplicis beneficij collationem ſufficit prima tonſura. n. 51. ibid.

Beneficij activa receptio, & collatio paſſiua, dari, & exiſtere poteſt, ſine ordine, & ſine exercitio illius. n. 53. ibid.

Beneficium curatum non ſupponit in illud recipiente actualem ordinem, ſed ſolum potentialem, apitudinalem. n. 54. ibid.

Qui eſt ſuſpenſus ab exercitio ordinis, actualiter non eſt incapax beneficij curati. n. 55. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n. 57. ibid.

Ponuntur aliquæ confirmationes eiuſdem argumenti. n. 58. p. 263.

Solvitur primum argumentum, n. 59. ibid.

Solvitur prima confirmatio. n. 60. ibid.

Solvitur ſecunda confirmatio. n. 61. ibid.

Beneficium curatum in habitu non eſt incompaſſibile cum alio curato in actu. n. 54. p. 386

Iſta prælatia Angolæ ad ſummum eſt Prælatia in habitu. n. 55. ibid.

Cum ea non eſt incompaſſibilis alia Prælatia in actu. n. 56. ibid.

Beneficiatus.

Beneficiatus qui licite, & valide poteſt renonciare ſuum beneficium, poteſt ei de licentia Papæ ponere penſionem. n. 2. p. 57.

Beneficiatus qui eſt in poſſeſſione beneficij non obſtante aliquo litigio ſuper dictum beneficium, poteſt illud valide, & licite renunciare de conſenſu Papæ. n. 3 ibid.

Quandiu beneficiatus non deturbatur à poſſeſſione beneficij, poteſt illud valide renunciare. n. 4. ibid.

Quando penſio nemini præiudicat, valet talis penſio, abſque conſenſu partis litigantis. num. 5. ibidem.

Paſſim in curia recipiuntur renunciationes litigantium. & cedentibus aſſignantur penſiones. num. 6. ibid.

Beneficiatus qui poſſidet beneficium bona fide. non obſtante litigio, poteſt præſentare beneficia annexa tali beneficio, quod poſſidet. numero 8. ibid.

Poſſeſſor beneficij, ex eo quod litiget ſuper eodem beneficio, non cenſetur eſſe poſſeſſor malæ fidei. n. 9. ibid.

Quando ius beneficiati eſt canonizatum per rem iudicatam valida eſt penſio reſervata in renunciatione beneficij litigioſi, etiamſi in reſervatione non fieret mentio litigij. n. 10. ibid.

Bonum commune.

Magis opponitur bono communi inordinata arrogantia, ſuperbia, & ambitio, & Iudaiſmus, quam non obſeruantia legis non obligantis ad mortale. n. 218. p. 292.

Hæc magis opponuntur bono communi, quam non obſervantia legis non obligantis ad mortale. n. 227. ibid.

Prædicta vitia tendunt ad deſtruendam pacem. n. 233. p. 293.

Sunt in damnum tertij. n 234. ibid.

Non obſervantia legis ſolum indirecte lædit bonum commune. n. 235. ibid.

Quilibet iure naturali tenetur ſuccurrere bono communi, etiam cum periculo vitæ, famæ, & diuitiarum. n. 9. p. 303.

Ordo charitatis poſtulat, vt bonum privatum, etiam proprium, bono communi poſtponatur. n. 18. ibid.

Bulla.

An bulla cruciatæ Luſitana concedat licentiam ad abſolvendum à cenſuris Epiſcopo reſervatis, num. 16. pag. 23.

Nullus ordinarius poteſt interpretari bullas Apoſtolicas. n. 28. p. 90.

Hæc interpretatio reſervatur Pontifici. num. 29. pag. 91.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n. 30. ibid.

C

Capella.

Capella non eſt pars Eccleſiæ, ſed quid ſeparatum, & contiguum illi. n. 15. p. 159.

Capella eſt per ſe oratorium, ſeu ædes ſacra. n. 16. ibid.

Capella poteſt fieri in conuentu abſque eo quod ibi ſit Eccleſia perpetuo duratura. n. 17. ibid.

Nomine Eccleſiæ, vel capellæ venit Eccleſia, ſeu capella ſepta authoritate Epiſcopi. n. 18. ibid.

Eccleſia, ſeu capella cœpta gaudet immunitate, & aliis priuilegiis. n. 19. ibid.

Polluitur in caſibus, in quibus polluuntur Eccleſiæ perfectæ. n. 20. ibid.

In ea poſſunt mortui ſepeliri. n. 21. ibid.

Capitulum ſede vacante.

Capitulum ſede vacante cum cauſa poteſt excommunicare ſubditos rebelles. n. 16. p. 200.

Carcer.

Carcer ex magna cauſa tribuendum eſt religioſis. n. 40. p. 201.

Carcer in noſtro ordine eſt magna infamia, n. 41. ibid.

Prædictus Religioſus pro eo tempore non tenebatur Subpriori eum præcipitanti in carcerem obedire. n. 42. ibid.

Sententia carceris lata pro eo tempore à Subpriore fuit lata à non iudice. n 43. ibid.

Caſus reſeruati.

Excommunicatio dicitur caſus reſeruatus. n. 11. pag. 23.

Ponitur

Ponitur definitorio caſus reſeruati. num. 12. ibid.

Cui conuenit definitio, conuenit definitum. num. 13. ibid.

Apud Epiſcopum cenſuræ, & caſus ſunt res diuerſæ. n. 18. ibid.

In re morali non eſt facilè recedendum à communi ſententia. n. 19 p. 24.

Nulla eſt cenſura Epiſcopo reſeruata, quæ non habeat caſum ſaltem per accidens reſeruatum. n. 20. ibidem.

Cenſuræ propriè non ſunt caſus reſeruati, ſed pœna caſus. n. 22. ibid.

Cenſura non dicitur propriè caſus, ſed pœna caſus. n. 27. ibid.

Quid ſit caſus reſeruatus explicatur. numer. 28. ibidem.

Illa regula cui conuenit definitio, conuenit definitum, quomodo intelligenda? n. 29. ibid.

Rubricæ, & tituli non poſſunt allegari ad deciſionem caſuum, niſi rationem perfectam contineant. n. 30. ibid.

Cenſura verè, & realiter non eſt caſus reſeruatus. n. 31 p. 25.

Cenſuræ, & caſus ſecundum ius commune ſunt res diuerſæ. n. 34. ibid.

Diuerſitas circa eandem rem non debet induci. num. 35. ibid.

Caſus Papales intra Bullam Cœnæ, excepta Hæreſi, quando ſunt occulti, ſunt caſus Epiſcopales. n. 45. p. 26.

Probatur id argumento deſumpto ex Bulla Cruciatæ. n. 47. ibid.

Cauſa.

Cauſa iuſta facit licitum, quod alias eſſet illicitum. n. 54. p. 325.

Ex facto negatiuo Pontificum nihil infertur. num. 55. ibid.

Certitudo moralis mortis noſtri Prælati, & deſperatio illius aduentus per multum tempus, vrgentior cauſa eſt ad illum deponendum ab officio. num. 16. p. 357.

Vt Prælati Superiores deponant aliquem Prælatum, ſufficit de iure communi cauſa rationabilis. num. 17. ibid.

Hic dabatur cauſa rationabilis, ne Conuentus per multum tempus careret Prælato. numero 18. ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. num. 19. ibid.

Ponitur aliud argumentum, & ſoluitur. num. 20. ibidem.

Ponitur aliud argumentum, & ſoluitur. n. 21. ibidem.

Occurritur alteri obiectioni. n. 22. p. 358.

Cenſus.

Contractus in quo homo per ſuam ſchedulam ſe obligauit ad ſoluendum certum cenſum dum non ſolueret capitale, & ad aſſecurationem cenſus dedit pignora argentea, in aliquorum ſententia eſt cenſus perſonalis mixtus cum hypotheca. num. 2. pag. 7.

Cenſus perſonalis in aliquorum ſententia eſt licitus, ſi quis accipit cenſum, eſt perſona negotiatrix. num. 3. ibid.

In cenſu perſonali mixto cum hypotheca ſtando in prædicta ſententia obligatio cenſus cadit ſuper perſonam. n. 4. ibid.

Si hypotheca perit, non perit cenſus. num. 5 ibidem.

In cenſu reali ſi perit hypotheca, perit cenſus. num. 6. ibid.

Ad probandam conſtitutionem cenſus requiritur ſcriptura publica manu notarij facta cum teſtibus, &c. num. 13. p. 8.

Illa regula communis quod dum res hypothecata non traditur, continuatur cenſus, intelligitur de cenſo reali, & non perſonali, ſeu mixto cum hypotheca. n. 18. ibid.

In cenſu perſonali, mortua perſona extinguitur cenſus, & hypotheca, ſolum remanet ad ſecuritatem capitalis. n. 19. ibid.

Ad faciendum contractum cenſus requiritur dominium vtile ſuper pecuniam ex parte dantis pecuniam ad cenſum. n. 7. p. 9.

Cenſum perſonalem cum hypotheca in perſona frugifera, & negotiatrice, aliqui dicunt eſſe licitum. num. 8 p. 14.

Imò id aliqui etiam affirmant de perſona inutili, & infrugifera de iure naturæ. n. 3. ibid.

Hanc opinionem non reputo probabilem. num. 4. ibid.

Cenſus perſonalis cum hypotheca, etiam cum perſona negotiatrice probabilius eſt non licere, etiam ſtando in iure naturæ. n. 5. ibid.

Cenſus eſt ius percipiendi annuam penſionem ex re vtili, & fructifera, certa, & deſignata alterius. num. 6 p. 14.

Pignora argentea non ſunt res fructiferæ. num. 7. ibidem.

In cenſu perſonali nihil emitur, niſi debitum perſonale ad aliquid ſucceſſiuè ſoluendum. num. 8. ibidem.

Cenſus perſonalis cum hypotheca licet iure naturæ eſſet licitus, iure tamen Canonico eſt illicitus. n. 9. ibid.

De iure Eccleſiaſtico cenſus debet conſtitui ſuper re immobili, & frugifera. n. 10 ibid.

Decretum Pij V. de cenſibus eſt receptum in Luſitania. n. 11. ibid.

Chorarij.

Chorarij Sedis Brachatenſis non admittunt ad officia, vel Miſſas Defunctorum alios clericos, qui non ſunt chorarij. n. 28. p. 85.

Ita facientes non faciunt contra ius Canonicum. num. 29. ibid.

Non eſt credibile ordinarium confirmaſſe ſtatutum iniquum, & contrarium iuri communi. n. 30. ibidem.

Chriſtus.

Chriſtus non celebrauit ſtando. n. 38. p. 324.

Chriſtus omnem adimpleuit legem. num. 39. ibidem.

Chriſtus recumbens celebrauit. num. 40. ibid.

Recumbere eſt quaſi ſedere. num. 41. ibid.

Solum qui ſedet, vel iacet, ſurgit. n. 42. p. 325.

Circumſtantia.

Circonſtantiæ quæ tantum differunt ſpecie in genere entis non ſunt neceſſario explicandæ in confeſſione. n. 18. p. 237.

Clauſula.

Quem effectum habeat hæc clauſula, cæteriſque contrariis quibuſcumque. num. 3. pag. 2.

Hæc clauſula habat effectum omnimodæ derogationis omnium legum, & priuilegium, etſi non nominentur. num. 4 ibid.

Quem effectum habeat hæc clauſula, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non prædicti ordinis, & Prouinciæ? n. 5. ibid.

Per hanc clauſulam derogat Pontifex omnia ſtatuta impeditiua dictæ gratiæ. 6. numero 6. ibidem.

Hæc clauſula, non obſtantibus quibuſcumquæ conſtitutionibus, non derogat ſtatutum particulare. n. 7. ibid.

Quid ſi Papa addat verba æquipollentia, in quibus ſtatutum particulare includatur. numero 8. ibidem.

Hæc clauſula, non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus Apoſtolicis, &c. non derogat priuilegium conceſſum in concilio generali. num.9 p. a.

Quid ſi Papa faciat mentionem talis priuilegij per verba æquipollentia? numero 10. ibidem.

Hæc clauſula, cæteriſque contrariis quibuſcumque, derogat quodlibet priuilegium, etiamſi de illo non faciat mentionem. numero 11. ibidem.

Derogat priuilegium, etiam inſertum in corpore iuris, etſi de illo non faciat mentionem. num 12. ibid.

Per clauſulam, non obſtantibus conſuetudinibus in contrarium facientibus, non tollitur conſuetudo immemorialis. numero 16. pagina 5.

Quid ſi finis, & ratio quam Pontifex habuit ſit efficere, tam conſuetudini memorabili, quam immemorabili? num. 17. ibid.

Clauſula in fine diſpoſitionis non refertur ad capita præcedentia, quæ tali relatione fierent inualida. num.18.pag.43

Clauſula acceſſoria non alterat naturam principalis diſpoſitionis. num.24.p. 44

Clauſula, quotieſcumque importat infinitum. num.17.p.52.

Quomodo intelligatur illa clauſula, quatenus ſunt in caſu, & non ſunt reuocata, nec aliquibus reuocationibus comprehenſa, & ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis non aduerſantur. num. 21. ibid.

Clauſula, in defectu filiorum maſculorum ex fratribus comprehendit etiam maſculos ex ſororibus. n.34. p. 65

Verbum, deſcendentibus, adiectum filiis, operari ſolet, ne appellatione filiorum nepotes veniant. n.41. p. 66

Qui ſunt ſpecifice ſubſtituti prius ſuccedere debeos. n. 42. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.43. ibid.

Clauſura.

Sacerdos qui intrauit clauſuram Monialium ad ponendam reliquiam ſuper infirmam bona fide non incurrit cenſuras poſitas contra intrantes clauſuram Monialium. num.2.p.104.

Ad incurrendas cenſuras contra intrantes clauſuram Monialium requiritur præſumptio, & dolus. num. 3. ibid.

Qui intrat clauſuram ex cauſa iuſta, & cum licentia Prælati non incurrit dictas cenſuras. n. 4. ibidem.

Sacerdos qui intrauit clauſuram ad ponendum reliquiam ſuper Monialem infirmam habuit iuſtam cauſam. n.5. ibid.

Abbatiſſa ſecundum aliquos poteſt dare licentiam ad intrandum clauſuram in caſibus licitis. num. 6. ibid.

Contraria opinio eſt probabilior, & ſequenda. num. 7. ibid.

In caſu manifeſtæ neceſſitatis non requiritur licentia Prælati in ſcriptis, vel in voce. n. 8. ibidem.

Sacerdos qui intrauit clauſuram ex cauſa licita poteſt ibi detineri ad celebrandum abſque incurſu cenſurarum. n.9. p.104.

Si intro dubitauit, an poſſit detineri ad celebrandum, ſi non depoſito dubio, ſe detinuit, peccauit mortaliter, non tamen incurrit cenſuras. n.10. ibid.

Bullæ Pontificiæ ſolum anathematiſant præſumentes, hoc eſt, intrantes clauſuram mala fide. n.11. ibid.

Detinens ſe intrà clauſuram ſine cauſa, & etiam ad malum finem, non incurrit aliquam cenſuram, ſi intrauit bona fide. numero 14. pag. 105

Bullæ Pontificiæ ſolum anathematiſant intrantes illicitè, & non detinentes ibi abſque cauſa. n. 15. ibid.

Confeſſor poteſt intra clauſuram, & ibi detineri ad adminiſtranda ſacramenta Confeſſionis, & Communionis, & Extremæ-Vnctionis infirmis. nu. 16. ibid.

Ad aſſiſtendum in articulo mortis. num. 17. ibidem.

Ad confitendum infirmas, quæ non poſſunt venire ad cratem, etiam ob deuotionem. n. 18. ibidem.

Poteſt intra clauſuram celebrare, vt commodius adminiſtret Communionem. numero 19. ibidem.

Poteſt Sacerdos intrare ad ponendum reliquiam ſuper infirmam. num. 20.p.105

Prælati Superiores poſſunt in aliquibus caſibus intrare. num.27. ibid.

Poſſunt intrare officiales ad faciendum aliquod opus Conuentus. num. 22. ibid.

Poſſunt intrare homines ad deferenda onera, quæ non poſſunt deferre Moniales. numero 23. ibidem.

Hæc onera poſſunt deferri ab hominibus nobilibus, ad per tranſennam videndum Conuentum, vel aliquam Monialem. numero 24. ibidem.

Si aliqua perſona nobilis vlt, vel fœmina ſciat aperire venam infirmis poteſt intrare ad hoc miniſterium exercendum. numero 25. ibidem

Poſſunt intrare Hortulani. n.26. ibid.

Poteſt intrare ſyndicus ad quærendum in archiuo aliquod inſtrumentum. numero 27. pagina 105

Poſſunt aliqui intrare ad expellendum delinquentem ex Conuentu. num. 28. ibid.

Poſſunt intrare Medici, & Chirurgi, & barbitonſores ad aperiendam venam infirmis. num. 29. ibid.

Poſſunt introire tutores ad aptandas veſtes Monialium. n.30. ibid.

Poteſt introiri clauſura quoties neceſſitas iuris naturalis id poſtulauerit, vt incendium, inundatio, &c. num. 31. ibid.

In

in omnibus his caſibus requiritur licentia Prælati in ſcriptis,ſi haberi commode poteſt. num. 32. ibidem.

Si fuerit periculum in mora poſſunt prædicti introire ſine tali licentia. numero 33. ibidem.

Ad introeundum in caſibus vrgentis neceſſitatis, verbi gratia, incendij vel inundationis non requiritur neceſſitas extrema, ſed ſufficit quod ſit moralis. num.34 p 206

In caſibus in quibus vrget ius naturale non eſt neceſſaria licentia Superiorum. numero. 35. ibidem.

Qui in prædictis caſibus intrat clauſuram finito negotio tenetur ſtatim exire. numero. 36. ibidem.

Quid ſi per breue tempus curioſitatis gratia detineatur ad videndas officinas, &c. num. 37. ibidem.

Si per multum tempus, & ad malum finem detineatur licet non incurrat cenſuras peccat mortaliter. num. 38. ibid.

Fœminæ intrantes clauſuram Religioſorum, etiam ſine prætextu priuilegiorum in multorum ſententia peccant mortaliter, &. incurrunt excommunicationem. num. 2. pag. 185.

Probatur ex motu Pij V. numero 3. ibidem.

Talis motus fuit promulgatus. numero 4. ibidem.

Ignorantia etiam affectata in hoc caſu excuſat à cenſura. num. 5. ibid.

Probabile eſt mulieres intrantes clauſuram religioſorum abſque prætextu priuilegiorum, nec peccare mortaliter ſecluſa intentione mali finis, nec incurrere aliquam cenſuram. numero 7. ibidem.

Motus Pij V. non fuit authenticus, neque fuit promulgatus. numer. 8. ibid.

Religioſi admittentes tales fœminas intra clauſuram ſine prætextu priuilegiorum non incurrunt ſuſpenſionem à diuinis, vel priuationem ab officio. num. 9. ibid.

Tales religioſi ſic fœminas intra clauſuram admittentes incurrunt pœnas poſitas in conſtitutionibus ſuæ Religionis. numero 10. ibidem

Noſtri Religioſi admittentes tales fœminas incurrunt pœnam priuationis ab officio, & excommunicationem. num. 11. ibid.

Conuentuales noſtrorum Eremorum peccant mortaliter, & incurrunt excommunicationem fœminas admittentes intra clauſuram Eremi, & ſi non fiat prætextu priuilegiorum. numero. 12. ibidem.

Motus Pij V. caſu quo obligaſſet non comprehendit Imperatrices, vel Reginas, ſed vel earum filias. num. 13. p. 186

Fundatrices poſſunt introire clauſuram religioſorum. n. 15. ibid.

Fœminæ poſſunt introire clauſtra religioſorum in aliquibus caſibus. n. 16. ibid.

Si ingreſſæ diuertantur ad interiora Conuentus non incurrunt excommunicationem. num. 17. ibidem.

Quando Regina, vel alia fœmina ex priuilegio ingreditur clauſuram religioſorum poſſunt eam aliæ fœminæ comitari quantum neceſſarium fuerit ad eius ornatum decentem. num. 19. ibid.

Prælatus Conuentus religioſorum eiuſdem populi, vbi eſt Conuentus eiuſdem ordinis monialium poteſt intrare earum clauſuram in caſibus neceſſariis. n. 2. p. 356.

In abſentia Prouincialis talis Prior eſt commiſſarius Prouincialis. n. 3. ibid.

Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur. n 4. ibid.

Ponitur alia inſtantia in contrarium, & ſoluitur. num 5. ibid.

Talis prior poteſt intrare clauſuram ad dandum ordinem ad aliquod opus faciendum vel ad videnda opera iam facta, vel ad videndam clauſuram. numero 6. ibid.

Hæc fuit, & debuit eſſe intentio Prouincialis committentis prædicto Priori, vt diſponeret dictum Monialium Monaſterium. num. 7. ibid.

Vt prælatus intret clauſuram Monialium, vel det licentiam ad eam ingrediendum requiritur cauſa rationabilis iuſta, & neceſſaria. num. 8. pag 377

Hæc neceſſitas ſufficit quod ſit mortalis. n. 9. ibidem.

Non eſt neceſſaria neceſſitas ſtrictiſſima. n. 10. ibidem.

Sufficit quod detur cauſa moraliter neceſſaria. num. 11. ibid.

Hæc cauſa debet eſſe manifeſta ſoli Prælato. num. 12. ibid.

Sufficit quod Prælatus iudicet cauſam probabiliter eſſe iuſtam. num. 13. ibid.

Oſtendere Monialibus de nouo Monaſterium ingredientibus interiores domos Conuentus ad aliqua inconuenientia vitanda in aliquibus feneſtris. & videre an clauſura ſit vndequaque munita eſt cauſa ſufficiens vt hic Prælatus intraret clauſuram Monialium. pagina 377

Quoties charitas poſtulat vt ingrediatur clauſura eſt cauſa ſufficiens ad eam ingrediendum. n. 15. ibid.

Videre an opera fieri præcepta manerent benefacta, & clauſura bene munita eſt cauſa ſufficiens ad Prælatum ingrediendum clauſuram. n. 16. ibid.

Tali Priori competit in abſentia Prouincialis curare de clauſura, & commodo dictarum Monialium. n. 17. ibid.

Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur. num. 18. ibid.

Prior intrando clauſuram in dictis caſibus non incurrit pœnas legis iſtarum monialium, vel decretorum Pontificum. n. 19 ibid.

Si cauſa non erat ſufficiens ad ingrediendum, pro prima & ſecunda vice, non incurrit prior excommunicationem ingrediendo clauſuram dictarum Monialium. p. 378

Incurrit pœnam priuationis impoſitam in conſtitutionibus dictarum Monialium etiam pro primo ingreſſu ſine cauſa. numero 21. ibidem.

Monialis ob grauem rixam cum alia Moniali, & perſecutionem iniuſtam Abbatiſſæ non habuit cauſam legitimam ad exeundum à ſuo Conuentu furtiue. n. 1. p. 354.

Talis

Talis cauſa non concernit bonum commune ralis Monaſterij, nec eſt expreſſa in Bulla Pij V. numer.5. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.4. ibid.

Moniales eiuſdem Ordinis alterius Conuentus licitè poterant recipere Monialem ab alio Conuentu fugientem abſque licentia Prælati. numer 5 ibid.

Moniales vnius Monaſterij poſſunt licitè recipere intra clauſuram abſque licentia Prælati Monialem eiuſdem Ordinis, ſiue cauſa hoſpitij, ſiue cauſa recreationis, quando Monialis licitè è ſuo Monaſterio egreſſa eſt. num 6 p.454

Etiam poterant eam recipere quando illicitè egreſſa eſt a ſuo Monaſterio. num.7. ibid.

Prohibitio recipiendi aliquem intra clauſuram ſolum eſt contra extraneos. n. 8. ibid.

Hæc Monialis non eſt extranea, ſed eiuſdem Ordinis. num.9. ibid.

Egreſſio è proprio Conuentu licita, vel illicita non facit licitum ingreſſum in alium Conuentum abſque licentia Prælati. n. 10. ibid.

Monialis alterius Ordinis, etiam licitè è ſuo Conuentu egreſſa non poteſt recipi in conuentu alterius Ordinis ſine Prælati licentia. numer. 11. ibidem.

Monialis ſiue licitè, ſiue illicitè egreſſa à ſuo conuentu ingrediens conuentum alterius Ordinis non incurrit vllam cenſuram. num.12. ibid.

Moniales eam recipientes, etiam nullam incurrunt cenſuram. num.13. ibid.

Clericus.

Clericus in Laicum conſanguineum non poteſt. n. 10. pag. 18

Clericus in minoribus, qui deferebat habitum, & tonſuram Clericalem, ſi commiſſo delicto factus eſt miles, non à miniſtro militiæ, ſed à Prælatu Eccleſiaſtico iudicandus eſt. num. 12. p.127.

Hæc opinio eſt communior, & multis authoribus probatur. num.13. ibid.

Per Ordinem Clericatus imprimitur character. num.20. ibid.

Per characterem acquiritur ius, quod Clerici voluntate auferri non poteſt. n. 21. ibid.

Per primam tonſuram deputatur homo ad diuinum cultum. num.22. ibid.

Contrariorum non eſt eadem diſciplina, ſi diuerſa eſt ratio. n 23. ibid.

Si ſæcularis commiſſo delicto fiat Clericus eximitur à iuriſdictione iudicis Laici non tamen è contra n. 24 ibid.

Eccleſiaſticus Ordo eum liberat à iuriſdictione iudicis Laici. n.25 ibid.

Forum quod acquiritur per ordinem non mutatur per mutationem habitus. n.26. ibid.

Cognomen.

Dum quis peculiare cognomen alicuius generis, & familiæ fert præſumitur illius eſſe familiæ, & generis. n 65. p. 363.

Excipe eos qui potius appetunt eſſe filios ſpurios quam naturales, cauſa fugiendi maculam. n.66. ibidem.

Deſcendentes ex Hebræis plerumque mutant cognomina, & aliena ſumunt, vt maculam ſanguinis elidant. n.67. p. 364.

Collegium.

Non ſufficit quod adſint Clerici in Eccleſia vt faciant collegium, niſi concurrant requiſita ad faciendum collegium. n. 31. p.384.

Vt detur collegium requiritur Eccleſia collegiata authoritate Superioris conſtituta. n. 32 ibid.

Deficiente Eccleſia, & conuentu authoritate Superioris conſtituto non datur collegium. numero 33. ibid.

Hoc verum eſt, etſi dentur fratres cum ſuo præſidente de conſenſu generalis & definitorij. numer. 34. ibid.

Probatur hoc caſu omnino ſimili num. 35. p 441.

Ex illo arguitur efficaciter ad noſtrum caſum. num. 36 ibid.

Fratres deſignati ad conuentum Angolæ cum ſuo præſidente ſunt perſonæ ſingulares nullum conſtituentes collegium, dum non habuerint conuentum cum Eccleſia, & clauſura competente. num. 37. ibid.

Si quidam conuentus authoritate Superioris deſtructus fuerit ſine ſpe reædificationis ſtatim Prælatus illius definit eſſe Prælatus, & conuentus definit eſſe collegium. n.38. ibid.

Commiſſarius.

Viſitatores & Commiſſarij de iure communi eis debentur omnes honores, qui debentur eis à quibus mittuntur. n. 60. p. 211.

De iure noſtro debetur eis ſuprêmus locus inter eos, quibus conſtituuntur viſitatores, vel commiſſarij n. 61. ibid.

Debent præcedere Sacerdotes ſacris indutos. num. 62 ibid.

Conceſſa re aliqua à Superiore conceduntur omnia neceſſaria ad illam comparandam, num. 63. ibidem.

Vicarius Prouincialis pro tota Prouincia, vel pro maiori parte illius à ſolo definitorio generali poni poteſt. num.64. ibid.

Viſitatoribus, vel commiſſariis non eis debetur nomenclatura Patris noſtri. num. 65. ibid.

Non poſſunt dicere confeſſionem in Choro, vel impertire benedictionem in prima, vel completorio num. 66. ibid.

Viſitator, & Commiſſarius miſſus à definitorio generali ei debentur omnes præminentiæ prædictæ, ſicut Vicario dicto à definitorio generali. num.67. ibid.

Communio.

Aliqui Doctores affirmarunt poſſe ſæcularem communicare ex deuotione quacumque hora diei, dummodo ſit ieiunus. n. 2. p 35.

Contraria ſententia probabilior eſt. nu. 3. ibid.

Extra noctem natalis Domini Sacerdos non celebrat abſque priuilegio, niſi intra auroram, & meridiem. n. 4. ibid.

Laici extra hoc tempus non poſſunt ex deuotione communicare etſi ieiuni ſint. n. 5. ibid.

Quando dicatur aurora explicatur. num. 6. ibidem.

In quibus caſibus poſſit Sacerdos ante auroram celebrare explicatur. n.7. ibid.

Peccatori publico publicè deneganda eſt communio. n.2. p.35.

Si parochus denegando peccatori publico communionem timeat graue damnum poteſt ei dare communionem, ſi non detur contemptus. n.3. ibid.

Actio dandi communionem ex parte miniſtri eſt bona. n.4. p.36.

Quilibet ad vitandum graue damnum poteſt permittere alterius peccatum ſi non detur contemptus fidei. num.5. ibid.

Caſu

Caſu quo Sacerdos ob timorem grauis damni det communionem peccatori publico debet monere populum de cauſa cur id feciſſet, vt tollatur ſcandalum. n.6.ibid.

Quid ſi nec hoc efficere poſſit ob timorem grauis damni. n.7.ibid.

Communitas.

Poteſt dari communitas adeo reformata, quæ non indigeat exemplo Prælati ad continuandum in obſeruantia. n.136.p.246.

Subditi adeo reformati ſua obſeruantia reprehendunt Prælatum minus reformatum. num. 139. ibidem.

Compenſatio,

Quoties rex non tribuit ſuo officiali iuſtum ſtipendium, poteſt talis officialis ſi non habuerit animum dimittendi, vti occulta compenſatione vſque ad iuſtum ſtipendium. n.2.p.40.

Miniſter qui acceptavit officium minori ſtipendio, quia non eſt auſus reſiſtere regi poteſt occulte compenſari vſque ad iuſtum ſtipendium.num 4 ibid.

Quando rex indiget miniſtro, & nolit eum dimittere, poteſt miniſter compenſari vſque ad iuſtum ſtipendium. num. 6. ibid.

Quoties conſtiterit ſalarium officialibus taxatum non eſſe iuſtum, poſſunt officiales ſibi compenſare. num. 8. ibid.

Quando miniſter, vel famulus inuitus ſervit, poteſt recipere iuſtum ſtipendium vtendo compenſatione occulta, etſi pro minori pactizaverit. n.10. pag. 41.

Miniſter poteſt compenſari in pecunia Regis, quam accepit ad ſolvendum aliis officialibus regis n. 11. ibid.

Quidam qui religioſum occidit ſuppoſita illius morte poteſt occultè compenſari in ſua legitima de bonis Conventus, quæ ſecum deferebat prædictus religioſus. n.16.p. 219.

Probatur ratione. n. 17. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n. 28. p. 210.

Ponitur alia inſtantia, & ſolvitur. numero 29. ibidem.

Conditio.

Conditio impoſſibilis de facto non annullat diſpoſitionem vltimæ voluntatis. n. 11. p.43

Habetur tanquam non adiecta. n. 12.ibid.

Idem dicendum eſt in diſpenſatione. num. 13. ibidem.

Confeſſio.

Seculares qui confitentur, & communicant in Eccleſiis regularium, etiam pro adimplendo præcepto annuæ conceſſionis, & communionis ſine licentia parochi ſatisfaciunt præcepto. num. 4. pag. 36.

Poſſunt tolerari à parocho, & ſi detur excommunicatio quod omnes communicent ad adimplendum præceptum ſine licentia parochi. n.5. ibidem.

Regulares habent priuilegium ad confitendum, & communicandum ſæculares in ſuis Eccleſiis, etiã ad implendum præceptum, ſine licentia parochi. n. 6.ibid.

Ordinarius non poteſt impedire hoc priuilegium regularium. n.7. p. 37

Ordinarius non poteſt præcipere ſuis ouibus vt non confiteantur, etiam pro adimplendo præcepto annuæ confeſſionis cum regularibus. n.8 ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. num 9. ibid.

Confratres.

Confratres confraternitatis Spiritus ſancti populi Vienneuſis in Luſitania poſſunt libere celebrare Miſſas, & officia defunctorum abſque eo quod teneantur vocare parochum, vel canonicos dictæ Eccleſiæ. n.22 p.83.

Naturales Viennæ conſuetodine immemorabili ſoliti ſunt vocare ad hæc officia, & miſſas dictam confraternitatem. n 3. p. 84

In hoc nunquam offenſi ſunt ius parochiale, aut canonicorum. n.4.ibid.

Canonici qui non ſunt confratres huius confraternitatis nullum ius habent vt vocentur. num. 18. pag. 85

Coofratres huius confraternitatis omnes ſunt naturales eiuſdem oppidi Vienneuſis. num. 19. ibidem.

Clerici qui non admittuntur ad prædictas exequias, & miſſas, ſunt extranei, & alienigenæ. num. 20. ibid.

Coniectura.

Æqualiter admittuntur coniecturæ in diſpoſitionibus teſtamentariis, quam in diſpoſitionibus legitimis. n.87.p.80

In iure etiam admittuntur coniecturæ, & fictiones in diſpoſitione hominis. n. 88. ibid.

Conſenſus.

Non minus facto, quam verbo, conſenſus elicitur n.29. p.344.

Plus eſt facto aliquid declarare, quam verbo n. 30. ibidem.

Ex temporis antiquitate in quo dicti Prælati non reclamarunt præſumitur interveniſſe dictum conſenſum. n.31. ibid.

Quotieſcunque conſenſus eſt in aliquo actu neceſſarius, ſi qui illum præſtare debet ſine cauſa denegaverit habetur pro præſtito. n.3.p.345

Conſenſus electi eſſentialiter requiritur vt ſit verus Prælatus. n.5 p. 383.

Quoties requiritur conſenſus ad aliquem actum, ſi deficiat conſenſus, actus eſt irritus. n 6.ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n. 7. ibidem.

Conſuetudo.

Conſuetudines laudabiles ſunt obſervandæ. n 2. pag 37.

Quid requiratur vt aliqua conſuetudo dicatur laudabilis. nume. 3. ibid.

Poſita laudabili conſuetudine datur actio illi in cuius favorem fuit introducta. n. 4. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n. 5. pag. 38.

Legitimæ conſuetudini ſtandum eſt. n.11. p. 59

Conſuetudo generalis vnius religionis debet comprehendere omnes Eccleſias eiuſdem religionis vbi non eſt talis conſuetudo. n. 21. p. 109.

Quando datur eadem ratio, conſuetudo vnius Eccleſiæ extenditur ad alias. n. 22. ibid.

Vt Eccleſia ſit in conſuetudine recipiendi decimam de novalibus non eſt neceſſe quod ex hoc campo numero ſemel iam illas receperit, ſed ſufficit quod detur conſuetudo recipiendi illum ex aliis novalibus. n.13. ibid.

Vt dicatur Eccleſia eſſe in poſſeſſione recipiendi decimas perſonales à Petro, ſufficit quod Petrus habitet vbi eſt talis conſuetudo recipiendi decimas perſonales. n. 23. ibid.

Conſuetudo Religionis eſt optima legum interpres. n.24.p.208.

Non valet conſuetudo quod appelletur ad patem. n.46.p.27 2

In regno Valentiæ datur conſuetudo apud clericos ter celebrandi in die defunctorum. num. 41. pag.310.

Conſuetudo. & præſcriptio præter ius introducta in vna Prouincia, Regno, vel ciuitate, vel oppido poteſt participari ab alia Prouincia, Regno, ciuitate, vel oppido vbi eſt eadem ratio. num.42. ibidem.

Poteſt extendi de perſona in perſonam, vbi eſt eadem ratio. n.43.ibid.

Conſuetudo ter celebrandi in die defunctorum. eſt præter ius. & nullo modo contraria iuri. n.44. pag. 311.

Talis conſuetudo non poteſt ad alia regna extendi. n 85 ibid.

Conſuetudo vniuerſalis dicitur forma, & alterum quaſi ius naturale. n.86 ibid.

Religioſi Valentiæ hodie ter celebrant in die defunctorum, non ex vi priuilegij, ſed ex conſuetudine antiqua. n 87.p.313.

Conſuetudo legitime introducta omne ius præter diuinum, & naturale abrogat. numero 88. ibidem.

Quidquid poteſt princeps concedere, poteſt conſuetudo legitima introducere. n.89. ibid.

Hæc conſuetudo Valentiæ, ter celebrandi in die defunctorum habet omnes conditiones requiſitas ad legitimam conſuetudinem. numero 90. p. 314

Conſuetudo omnia poteſt, quæ non ſunt contra ius naturale & diuinum. n.91. ibid.

Proponuntur conditiones, quæ requiruntur, vt conſuetudo legitime ſit introducta. numero 92. ibidem.

Hæc conſuetudo Valentiæ ter celebrandi in die defunctorum habet omnea conditiones requiſitas, vt ſit legitima conſuetudo. n.93. ibid.

Probatur hoc diſcurrendo per omnes. num.94. ibidem.

Conſuetudo vnius communitatis non obligat alteram diſtinctam. n.95 p.315.

Conſuetudo vnius loci non extenditur ad alium locum, nec de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum. n.96.ibid.

Conſuetudo ter celebrandi in die defunctorum non poteſt extendi de regno Valentiæ ad Luſitaniam, vel alia regna Hiſpaniæ. num. 97. ibidem.

Conſuetudo habet vim conferendi priuilegium. n. 98. ibid.

In generali communicatione priuilegiorum veniunt priuilegia acquiſita per conſuetudinem. ſi detur eadem ratio, vel ſimilis, vel quando gratia non magna difficultate conceditur. numero 99. ibidem.

Hodie in illis regnis licite ter celebratur in die defunctorum ob conſuetudinem introductam. numero 124. p.317.

Conſuetudo contra ius non poteſt extendi de loco ad locum. n 125.ibid.

Hæc conſuetudo ter eadem die celebrandi eſt contra ius commune. n.126.ibid.

Conſuetudo eſt optima legum interpres. n.127. ibidem.

Ponitur quædam obiectio in contrarium. & ſoluitur. n.128.ibid.

Aliqui dicunt poſſe hanc conſuetudinem transferri de Regno Valentiæ ad Regnum Luſitaniæ ex diſpenſatione Eſpicoporum. n 129. p.317.

Ad introducendam conſuetudinem ſufficiunt duo actus. n.2.p.42.

Aſſuefactio eſt quid minus conſuetudine, num.3. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium. & ſoluitur. n.4. ibid.

In pure facultatiuis non poteſt introduci conſuetudo laudabilis, & poſſeſſio etiam immemorialis. n. 15. p. 84.

Quando res non ſunt pure facultativæ, ſed habent aliquos reſpectus in bonum animæ poteſt introduci laudabilis conſuetudo per decennium. num. 16.ibid.

Aſſiſtere exequiis defunctorum non pertinet ad ius parochiale. n. 17. p.85.

Non eſt conſuetudo in Eccleſiis Luſitaniæ baptizare ſolemniter, ſine impoſitione nominum. n. 6. p. 388.

Datur conſuetudo ſpectandi ante baptiſmum ſolemnem, ſaltem per octo dies. n. 7. ibid.

Conſtitutio.

Noſtra conſtitutio non obligat ad culpam mortalem, niſi quando imponitur præceptum formale in ſcriptis. n. 11. p. 294.

Ponitur quædam obiectio in contrarium, & ſoluitur. n.12 p 295.

Ponitur aliud argumentum in contrarium, & ſoluitur. n. 13. ibid.

Contractus.

Contractus fortuos eſt licitus. n.4.p.55.

Contractus debet eſſet æqualis. n.2.p 56.

Vnus ex contrahentibus non eſt decipiendus infra iuſtum pretium ſaltem infimum. numero 31. ibidem.

Contractus poteſt fieri de re actu non exiſtenti in ſe ſi exiſtat in ſpe morali. n.2.p. 157.

Poteſt quis menſe Decembri vendere centum modios tritici ſui agri colligendos menſe Auguſti. n. 3. ibid.

Qui vendit domum quam putabat exiſtere ſi tempore venditionis ruit valet contractus, & ſolum detrahitur de pretio pro ratione damni. n. 4 ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur n.5.p.258.

Conventus.

Antequam detur Conventus non poteſt dari illius Prælatus. n.13. p.383

Conventus proprie dicitur locus habitationis capituli. n. 16. p.384

Conventus formaliter ille vocatur in quo Prior, & fratres morantur. n. 18. ibid.

Non poteſt dari Conventus ſine Eccleſia. numero.23. ibid.

Crudelitas.

Clementiæ opponitur crudelitas. numer.35.p.280

Culpa.

Explicatur quas culpas debet viſitator punire in viſitatione generali, & quas non. numero 6. ibidem.

Si defectus Prælati ſint occulti quomodo viſitator eos debeat punire explicatur. numero 7. ibidem.

Quid ſi fuerint publici, vel notorij. numero 8. ibidem.

Quando

Quando culpæ ſunt graviores formandus eſt proceſſus cum informatione ſpeciali. numero 9. pag 370.

Quando culpæ fuerint graves & notoriæ; debet eas viſitator in capitulo corrigere ex ſola viſitatione generali. ſecus ſi fuerint occultæ. num. 16. ibidem.

Hæ culpæ quando ſunt publicæ poteſt eas Prior in capitulo Conventuali punire de iure noſtro ſine vllo proceſſu. n. 17. p. 371.

Quod articuli culparum, ſive in viſitatione generali, ſive ſpeciali dentur in ſcriptis, vel viva voce, non pertinet ad ſubſtantiam rei geſtæ, niſi quando lex id ſpecificat. numero 28. ibidem.

Nec in iure, nec in noſtra lege dicitur quod culpæ dicantur in viſitatione generali viua voce, vel in ſcriptis. n. 29. p. 372.

Quod culpæ manifeſtentur reo per ſcriptum, vel viua voce, ſiue in viſitatione genſerali, ſiue ſpeciali. id per accidens eſt. numero 30. ibidem.

Si dentur in ſcriptis affert maius commodum reo. n. 31. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium & ſoluitur. num. 32. ibid.

Ponitur alia inſtantia, & ſoluitur. numero 33. ibidem.

Si culpæ multæ fuiſſent, teneretur iudex dare articulos culparum in ſcriptis. numero 37. ibid.

D

Decima.

PArochus qui eſt in poſſeſſione plus centum annorum recipiendi decimam piſcationis in pecunia à quodam miniſtro regio illam colligente in propria ſpecie à piſcatoribus poteſt continuare in ſua poſſeſſione. numero 2. pag. 55.

Si eſt in poſſeſſione plus quindecim annorum recipiendi talem decimam in tanta pecunia manutenendus eſt in illa. numero 3. ibidem.

Parochus, nec eius colonus non tenentur ſoluere decimam de paſcualibus Eccleſiæ. num. 5. ibidem.

Parochus non tenetur ſoluere Eccleſiæ, cuius eſt parochus decimam mixtam, nec prædialem ex terris, quæ titulo patrimoniali poſſidet. num. 6. ibidem

Fructus mixti ſequuntur naturam prædialium. n. 7. ibidem.

Parochus non tenetur ſoluere decimam de fœtibus cuiuſdam equæ, quam pro ſeruitio ſuo habet. n. 8. ibid.

Non datur conſuetudo ſoluendi talem decimam in ſua parochia. n. 9. ibid.

Commendator Equitum Ieſu Chriſti non tenetur ſoluere decimam ex redditibus, vel terris ſuæ commendæ. n. 2. p 88.

Probatur ratione n. 3. ibid.

Eques Chriſti non tenetur ſoluere decimam ex bonis patrimonialibus. numero 4. ibidem.

Probatur authoritate Doctorum, numero 5. ibidem.

Equites Chriſti, etiam vxorati ſunt viri religioſi. n. 6. ibid.

Religioſi exempti ſunt à decimis, tum iure communi, tum ex priuilegiis. numero 7. ibidem.

Hi milites habent multa priuilegia ad non ſoluendas decimas. n 8 p. 89.

Hæc priuilegia competunt, etiam equitibus vxoratis. n. 9. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n. 10. ibid.

Priuilegium habet latam, & latiſſimam interpretationem. intra verborum proprietatem, dummodo mens concedentis non offendatur. n. 11. ibidem.

Hic non offenditur mens concedentis, ſi hæc priuilegia ad bona patrimonialia extendantur. n. 12. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & eius ſolutio. n. 13. ibid.

Secunda ſolutio eiuſdem argumenti proponitur. n. 14. ibid.

Ponitur aliud argumentum in contrarium, & ſoluitur. n. 15 p. 90.

Ponitur ſecunda ſolutio eiuſdem argumenti. n. 16. ibid.

Hæc priuilegia non fuere reuocata per cap. nuper de decimis. n. 17. ibid.

Opinio Temudi in hac parte refellitur. num. 18. ibidem.

Sententiæ latæ contra aliquos milites non offendunt illos contra quos non fuere latæ. num. 19. ibidem.

Milites multas habent ſententias pro ſe in iudicio legati huius Regni. numero 20. pagina 90.

Sententiæ latæ, in iudicio ordinariorum contra equites nihil eis proſunt. numero 21. ibidem.

Hæc priuilegia militum non ſoluendi decimam non ſunt ſublata per non vſum. num. 31. pag. 91.

Renunciatio per non vſum ſolum habet locum in privilegio affirmatiuo. numero 32. ibidem.

Priuilegium negatiuum, vt per non vſum amittatur requiritur vt interveniat prohibitio, & quod talem prohibitionem tranſierint centum anni. n. 34. ibid.

Rota ſolum iudicauit quendam equitem teneri ſoluere decimas, quia non erat in poſſeſſione non ſoluendi. n 46 p. 92.

Hæc reſolutio Rotæ non nocet equiti, qui eſt in poſſeſſione non ſoluendi decimas. num. 47. ibidem.

Iſte eques non tenetur ſoluere decimas de terris patrimonialibus, quas aliis conduxit. n. 48. ibidem.

Probatur id ex variis priuilegiis. numero 49. ibidem.

Hæc priuilegia quæ eximunt equites à ſolutione decimarum ſunt realia. numero 50. ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n. 51. ibid.

Coloni tenentur ſoluere decimas ipſis equitibus quorum terras excolunt. numero 52. ibidem.

Probatur, id ex variis priuilegiis.& doctoribus. n. 53.ibid.

Equites non tenentur ſoluere decimas ex terris alienis, quas ipſi conduxerunt, & ſuis ſumptibus colunt. n.54.p.93.

Probatur id ex variis priuilegiis. numero 55. ibidem.

Conſuetudo dat titulum in conſcientia, & deobligat à ſolutione decimarum. numero 56. ibidem.

In materia decimarum ſtandum eſt conſuetudini. n 57 ibid.

Hæc conſuetudo præſcribit per centum annos contra Papam. n.58.ibid.

Conſuetudo cum titulo colorato ſufficit ad præſcribendum exemptionem à decimis. num.59. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.60.ibid.

Declaratio legis.

Declaratio legis non indiget promulgatione. n.9 p.161.

Declaratio legis ſi continet derogationem priuilegiorum requirit promulgationem. num. 10. ibidem.

Definitorium.

Noſtrum definitorium generale habet iuriſdictionem, & poteſtatem limitatam ad ſolos illos caſus qui illi ſunt expreſſi in noſtris conſtitutionibus, n.2. p. 107.

Electiones intermediæ competunt noſtro definitorio generali. n.4.ibid.

Definitores in ſuis Congregationibus faciunt electiones eorum officiorum, quæ ex tempore fuerint vacua. n.5.ibid.

Lex capituli 8. noſtrarum conſtitutionum, quam poteſtatem in aliquorum opinione det definitorio ad electiones. n.7.ibid.

Quomodo intelligant aliqui hanc legem. num.8. ibid.

Actus agentium quando non faciunt, quod intendunt, faciunt quod poſſunt num.9.ibid.

Definitorium poteſt ponere Vicarios in nouis fundationibus. n.10.p.108

Definitorium generale non poteſt diſpenſare in legibus gubernij. n.11.ibid.

Ponitur punctus controuerſiæ in hoc conſulto. n.13.ibid.

Definitorio generali competit electio prioris noui Conuentus, ſi occurrat eius electio extra capitulum generale. n. 18.ibid.

Definitorium poteſt eligere primum Vicarium vnius Conuentus de nouo fundari. numero 26. pag. 110.

Confirmatio omnium electionum, excepta P. noſtri Generalis competit definitorio generali.n.31. ibidem

Electio primi Prioris pro nouo Conuentu committitur expreſſe à lege noſtro definitorio. n.32. ibidem,

Vt capitulum generale dicatur ſolere efficere electionem Prioris pro uno Conuentu ſufficit, quod ſit in poſſeſſione faciendi tales electiones pro aliis Conuentibus de nouo fundatis, numero 33. ibidem.

Vt dicatur nouus Conuentus non requiritur quod habitatio ſit propria, ſufficit quod habeat alia requiſita ad Conuentum. numero 34 ibid. & ſequent.

Ad hoc vt definitorium priuet aliquem Priorem ſuo officio non eſt neceſſe quod in eo dentur culpæ.ſed ſufficit quod detur cauſa rationabilis. n.18 p.269.

Ad reſtituendum bonum commune poterit definitorium priuare aliquem Priorem ſuo officio. n.24.ibid.

Ponitur argumentum in contrarium. num.25. ibid.

Soluitur prædictum argumentum. numero 26. pag.270.

Definitorium generale non poteſt cognoſcere, an definitorium Pontificium Luſitanum errauerit in danda illa priuatione huic Priori. numero 41. pag.271.

Definitorium Luſitanum quando dedit illam ſententiam habebat æqualem poteſtatem, ac definitorium generale ex Pontificis priuilegio. n.43. ibidem.

Definitorium generale non poteſt ſententiam in hoc caſu latam à definitorio Luſitano reuocare. n.44.ibid.

Definitorium habet cauſam legitimam eligendi ſecundum Priorem pro vno Conuentu; quando conſtat moraliter de morte primi Prioris. num.3. pag.356.

Electio ſecundi Prioris fuit deſtitutio alterius. num 4.ibid.

Etiamſi non conſtaret de morte dicti Prioris, ſi conſtaret de naufragio, & non eſſet ſpes quod in brevi talis Prior appareret, habebat definitorium cauſam legitimam ad illum à Prioratu deponendum. n. 10. p.357.

Si definitorium id fecit primus Prior iam non habet ius ad prioratum. n 11. ibid.

Definitorium in noſtra religione habet poteſtatem deponendi Prælatos, quando recta ratio id poſtulaverit. n.12.ibid.

Recta ratio in hoc caſu poſtulabat, vt fieret novus Prælatus. n. 13. ibid.

Recta ratio dictat, vt Conventus per multum tempus non ſit Prælato orbatus. numero 14. ibidem.

Delictum.

Demittente parte, vel rege delictum manet, ac ſi non fuiſſet deductum ad forum contentioſum. n. 17. p. 30. & ſeq.

Vt delictum dicatur occultum ſufficit, quod delator per annum taceat licet iudicium non abſoluatur. n.18.p.31.

In delictis initium ſpectamus in favorem rei. n. 15 p. 227.

In delictis patrati criminis tempus inſpicitur. n. 16. ibid.

Non eſt neceſſe quod iudex Eccleſiaſticus præveniat iudicem ſecularem. numero 17. ibidem.

Privilegium perſonæ debet attendi quando delictum commiſſum eſt, & non quando iudicium incipit. n. 18. ibid.

Ad fundandum iudicis iuriſdictionem tempus commiſſi delicti inſpiciendum eſt. numero 14. pag. 227.

In multorum ſententia ad ſciendum ad quem iudicem pertinet punire delinquentem accuſationis tempus inſpiciendum eſt. numero 2. pag.226.

Probatur authoritate multorum Doctorum. num.3.ibid.

Omne debitum temporale eſt, & ſolum ratione perſonæ ad hoc, vel illud tribunal pertinet. n.4. ibidem.

Priuilegium perſonæ inſpiciendum eſt qoando Iudicium incipit. n.5.ibid.

Denunciare.

Aliqui Doctores dixerunt filium, non teneri denunciare patrem hæreticum. num.2. p.302.

Alij dixerunt non teneri quempiam denunciare Hæreticum ſi timeat probabiliter amiſſionem vitæ, famæ, aut bonorum ex denunciatione. numero 3. ibidem.

Filius tenetur denunciare patrem hæreticum, vel alium ſanguine coniunctiſſimum. numer. 4. p.303.

Tenetur denunciare Hæreticum, etſi timeat periculum graue vitæ, famæ, vel diuitiarum ſibi imminere num.5.ibid.

Filius tenetur denunciare patrem, qui ſit hoſtis patriæ. n.12.ibid.

Crimen læſæ majeſtatis humanæ denunciandum eſt, etſi delinquens ſit pater. n.14.ibid.

Ideur dicendum eſt de crimine læſæ Maieſtatis diuinæ. numer.15. ibid.

Occurritur obiectioni in contrarium. num. 16. ibidem.

Occurritur alteri obiectioni. n.17.ibid.

Non eſt impietas quod filius patrem hæreticum denunciet, ſed potius eſt quoddam genus pietatis. num. 20. ibid.

Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur. num.21. ibid.

Ponitur alia obiectio, & ſoluitur. num.22.p 304.

Filius denuncians patrem hæreticum bene tractandus eſt à dominis Inquiſitoribus. num. 23. ibidem.

Filius denuncians patrem hæreticum non debet timere minas ipſius patris n. 24. ibid.

Denunciatus pendente denunciatione à teſtimonio repellitur contra denunciantem. n 25.ibid.

Excipe crimen hæreſis propter eius atrocitatem. num.26.ibid.

Teſtes in hoc caſu in crimine hæreſis non ſunt integræ fidei. n.27. ibid.

Domini inquiſitores tunc maximè attendere debent euentum cauſæ. n. 28. ibid.

Notaturi ſunt an denuncians denunciationem procuraſſet ad euitandum denunciati teſtimonium. numer. 29 ibid.

Denuncians non debet timere quod à denunciato occidatur. n.30.p.304

Si forte occidatur, patienter ferat. num.31.ibid.

Filius tenetur patrem hæreticum denunciare nulla præcedente correctione fraterna. num.32.ibidem.

Non excuſatur ob timorem probabilem mortis, vel ob amiſſionem famæ, vel diuitiarum. num.33. ibidem.

Denunciationes.

In matrimonio carnali, ſi cum cauſa omittantur denunciationes, nec datur peccatum, & matrimonium validum eſt. n.26.ibid.

Depoſitarius.

Depoſitarius ſi tantundem habet in promptu ad ſoluendum deponenti poteſt negotiare pecunia depoſita. n.12 p.10.

Secus dicendum ſi non habeat tantundem in promptu. n. 13.ibid.

Dictio.

Dictio, *omnium*, quem effectum habeat.n. 2. pag. 32.

Hæc dictio, *omnium*, nullam admittit reſtrictionem. n. 3. ibid.

Idem operatur, ac ſi de ſingulis eſſet facta ſpecialis expreſſio. n. 4. ibid.

Complectitur ea, quæ alias non includerentur. num. 5. ibid.

Prælata ab homine, nullam reſtrictionem recipit. n,6.p.4

Non ſolum extenditur ad præterita, ſed etiam ad futura. num.7.ibid.

Comprehendit futura, quæ alias non venirent, quando per talem clauſulam confertur, titulus inſtitutionis. num.8 ibid.

In extenſione hujus dictionis debet attendi voluntas mandantis, & verba diſpoſitionis. num.9. ibidem.

Quando Papa alicui concedit collationem omnium beneficiorum vnius ciuitatis continentur, non ſolum erecta tempore conceſſionis, ſed etiam quæ in poſterum erigentur. n.11.ibid.

Dictio vniuerſalis, *omnis*, reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam. n 24. p.24.

Dictio, *omnes*, quæ comprehendat. numero 49. pag.27.

Dictio, *dummodo*, quando coniungitur actui perfecto importat modum, & non conditionem. n.6. pag.42.

Dictio, *Donec*, reſtringit omnia antecedentia, & habet naturam ſuſpenſiuam. n.8.p.166.

Dictio, *ipſi*, eſt perſonaliſſima, & demonſtrat perſonam ad oculum. n.17.p.73.

Dictio, *vel*, diſiunctionem ſignificat in toto rigore. n.17.p.344.

Eſt aduerſatiua illius. quod ſequitur contra id, quod antecedit. n.18.ibid.

Dictio, *vel*, ſumitur pro, ſaltem. n.19.ibid.

Dictio, *Aliàs*, diuerſum innuit modum exercendi rem. n.20.ibid.

Facit quod illud, quod ſequitur, excludat id, quod antecedit. num. 21. ibid.

Significat alterationem in antecedenti. num.22. ibidem.

Diſpenſatio.

Aliqui Doctores exiſtimant diſpenſationem in vnu gradu conſanguinitatis, non explicato duplici vinculo eiuſdem gradus, eſſe nullam. n.2. p.18.

Alij tenent talem diſpenſationem eſſe validam, num. 3. ibid.

Ex duplicitate eiuſdem gradus conſanguinitatis fit vnum tantum impedimentum. num. 4. ibid.

Duplicatio eiuſdem gradus eſt accidentalis reſpectu intentionis Eccleſiæ. num.5.ibid.

Ex pluribus actibus fornicariis eiuſdem ſpeciei cum eadem perſona naſcitur vna tantum affinitas. n.6.ibid.

Diſpenſatio, non explicata duplicitate eiuſdem gradus, eſt valida, & matrimonium ſecurum validum. numer.7.ibid.

Explicato tertio gradu conſanguinitatis, non eſt neceſſe explicare quartum. numer. 8. pag.19.

Opinio quæ defendit valorem matrimonij etiamſi ſit vnius tantum Doctoris claſſici præferenda eſt opinioni multorum. num.9. ibid.

Si in narratiua pro diſpenſatione ponatur tantum pro cauſa, quod præceſſit copula inter contrahentes,

trahendos, ſi ea non præceſſit, diſpenſatio eſt ſubreptitia. num.2. ibid.

Si narratiua non ſolum fuit datum pro cauſa copula habita inter contrahentes, ſed etiam infamia, vel periculum eius, ſi hæc vera ſunt, etſi non præceſſerit copula, diſpenſatio eſt valida. n. 3. ibidem.

Præceſſio copulæ non poteſt eſſe cauſa principalis motiua diſpenſationis. n. 4. ibid.

Cauſa principalis motiua eſt ſcandalum, & infamia, vel periculum illius, & quod mulier maneret innupta. num. 5. ibid.

Quando inter contrahendos interuenerunt aliquæ facilitates, ex quibus reſultauit in vicinia nota, & ſcandalum, hoc ſufficit ad verificandam diſpenſationem, etiamſi non præceſſerit copula, ſi id etiam in narratiua fuit explicatum. numero. 6. ibidem.

Diſpenſatio non poteſt obligare ad actum contrarium illi, in quo fit diſpenſatio. n.14 p.43.

Non eſt præſumendum Pontificem ſibi eſſe contrarium in eadem diſpenſatione, & ſibi contingere in continenti. n.15.ibid.

Pontifex nunquam vult diſpenſare cum præiudicio tertij, niſi dicat id facere ex certa ſcientia. num. 29. p. 64

Si cauſa motiua allegata ad diſpenſationem fuit falſa, nulla fuit diſpenſatio. numero 30 p 65

Si tempore quo primo exequitur diſpenſatio cauſa motiua non ſubſiſtit, nulla fuit diſpenſatio. n. 31. ibidem.

Cauſa debet ſubſiſtere, non ſolum quando poſtulata fuit diſpenſatio, & Papa illam commiſit, ſed etiam quando primo exequitur. numero 32. ibidem.

Ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus. num.33. ibidem.

Qui fecit votum caſtitatis, ſi eſt pauper, & non poteſt recurrere ad Papam pro diſpenſatione, vel ſi poteſt recurrere, eſt tamen periculum in mora, poteſt diſpenſari, ab Epiſcopo. num. 7. pagina 126

Idem poteſt fieri à regularibus in dicto caſu. n.8. ibidem.

Si non eſt periculum in mora, & poteſt recurrere ad Papam, ſi votum caſtitatis factum fuit calore iracundiæ, & ſubiectus eſt iuuenis, poteſt ab Epiſcopo iure ordinario diſpenſari. numer. 9. ibidem.

Idem poſſunt facere in dicto caſu regulares per ſua priuilegia. n.10.p.127

Diſpenſatio ad ducendum conſanguineam, data cauſa, ne fœmina maneat innupta ex defectu dotis verificatur, ſi fœmina actualiter nihil poſſideat, licet expectet magnam hæreditatem patrum. num.2 p 241.

Ius ad hæreditatem poſt mortem patris non tribuit dominium filiæ, viuente patre, quo tempore diſpenſatio fuit conceſſa. num. 3. ibid.

Cauſa huius diſpenſationis verificatur, ſi fœmina ratione copulæ habitæ cum conſanguineo indigeat maiori dote, quam poſſet habere ex hæreditate patris. n 4. ibid.

Iſta fœmina in ordine ad matrimonium vere eſt pauper, & ob defectum dotis maneret innupta, ſi cum conſanguineo à quo deflorata eſt, non contraheret matrimonium. numero 5. ibidem.

Paupertas allegata non eſt abſoluta, ſed reſpectiua ad dotem ad matrimonium. numer. 6. ibidem.

Pontificis mens in hac diſpenſatione eo tendit vt ita fœmina ratione dotis non maneret innupta. num. 9. ibid.

Cauſa finalis in hac deſponſatione eſt, Mariam innuptam fore permanſuram ex defectu dotis ſufficientis. num. 10. ibid.

Poſita tali infamia, hæc fœmina innupta permanſura erat ex defectu dotis, ſi non contraheret cum prædicto conſanguineo. numero 11. ibidem.

Parum refert quod cauſa finalis ex hac, vel illa probatione verificetur. n. 12. p. 243

Qui petit diſpenſationem eam implicat conditionem, ſi quod ago non valet, valeat, vt valere poteſt. num. 13. ibid.

Non eſt neceſſe explicare in narratiua copulam præceſſiſſe n. 14. ibid.

Si Papa in diſpenſatione ponat clauſulam, dummodo copula non interfuerit, ſi diſpenſatio fuit pro foro externo, & de copula tantum datur infamia, vel ſemiplena probatio, & contrahentes interrogati illam licitè, vel illicitè negent, valet diſpenſatio. numero 17. pagina 244

Contrahentes, ſi de copula habita detur infamia, vel ſemiplena probatio, tenetur interrogati fateri illam habuiſſe. numero 18. ibidem.

Si ordinatio in foro externo plene conſtat de copula, & adhuc diſpenſat, diſpenſatio eſt nulla. num. 19. ibid.

Si tantum detur infamia, vel ſemiplena probatio, & contrahentes licitè, vel illicitè negent copulam, valet diſpenſatio. numero 20. ibidem.

Licèt de copula conſtaret ſatis probabile eſt validam eſſe diſpenſationem. num 21. ibidem.

Illa clauſula, dummodo copula non interfuerit, non eſt conditio, ſed modus. num. 22. ibidem.

Si ponatur clauſula, dummodo copula non interfuerit, ſpe facilioris diſpenſationis, & diſpenſatio fuerit pro foro externo, ſi in foro externo plenè non conſtet de copula, valet diſpenſatio. num.23 ibid.

Hæc diſpenſatio de qua eſt præſens conſultum, tam in foro externo, quam interno, fuit valida ſi contrahentes interrogati, licitè vel illicitè negarunt copulam. n.24 p 244.

Si contrahentes celebraſſent matrimonium in loco, vbi copula ignoratur licitè poſſunt copulam negare. n.25.ibid.

Ponitur argumentum in contrarium. num. 26. ibidem.

Soluitur prædictum argumentum. numero 27. ibidem.

Vt diſpenſatio ſit valida, ſufficit quod cauſa tempore, quo Romæ diſpenſatio interpretata fuit, ſit vera. n. 28. ibid.

Diſpenſatio quoad irregularitates.

Si reus à crimine homicidij ſe purgauit, etſi fuiſſet falſis teſtibus, crimen manet inter terminos occulti. num 12.p.50.

In irregularitate ex tali homicidio orta, poteſt Epiſcopus diſpenſare. numero 13.ibidem

Epiſcopus poteſt diſpenſare irregularitate ex homicidio caſuali publico. num. 19. pag. 31.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali deducto ad forum contẽtioſum, ſi iudicium eſt finitum, & reus punitus. n. 20. ibid.

Regulares poſſunt diſpenſare cum ſæcularibus in omnibus irregularitatibus, in quibus poteſt Epiſcopus iure ordinario. num. 21. ibid.

Hæc diſpenſatio data à regularibus etiam eſt pro foro externo. num. 22. ibid.

Vt diſpenſatio data à regularibus proſit pro foro externo, debet acceptari à Prælato. n. 23. ibid.

Dum non fuerit acceptata, reus in foro externo debet ſe habere tanquam irregularis. num. 24. ibid.

Dato quod prædictus conſulens in prædicto caſu ſtando in noſtra ſententia incurrerit irregularitatem cum eo poteſt Epiſcopus diſpenſare. n. 24. pag. 241

Quando delictum eſt publicum in vno loco, & occultum in alio, in quo non eſt ſpes quod publicetur, poteſt Epiſcopus vigore Tridentini diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali, etiam culpabili contractu. num. 25. ibid.

Probatur multorum Doctorum authoritate. n. 26. ibidem.

Hoc homicidium fuit caſuale, culpabile, & eſt occultum in loco, in quo reſidet conſulens, & non eſt timor, quod ibi publicetur num. 27. ibid.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali contracto etiam quando eſt publicum ad maiores ordines, & ſimplex beneficium, & officium curæ. num. 28. ibid.

Tridentinum non abſtulit ab Epiſcopo facultatem quam antea ex iure habebat ad diſpenſandum in irregularitate ex homicidio caſuali culpabili publico. numer. 29. ibid.

Tridentinum circa homicidium caſuale, etiam culpabile nihil diſpoſuit. num. 30. ibid.

In hoc homicidio non interuenit volontarium directum. num. 37. p. 245

Tridentinum ſolum excepit homicidium voluntarium directorium. num. 32. ibid.

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum eo, qui in repentina rixa aliquem, etiam voluntariè occidit, non tamen per inſidias, ſed ex repentina ira. n. 34. ibidem.

In hac irregularitate, etiam irregulares poſſunt diſpenſare. num. 36. ibid.

Regulares poſſunt diſpenſare cum ſæcularibus in omnibus caſibus, in quibus iure ordinario poteſt Epiſcopus. num. 37. ibid.

Epiſcopus iure ordinario poteſt in hac irregularitate diſpenſare. non. 38. ibid.

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum homicida occulto, quando excedit debitum moderamen. n. 68. pag. 236. vide verbum *Homicidium*.

Qui occidit iudicem eum volentem per vim extrahere è loco ſacro cum eo in irregularitate poteſt Epiſcopus diſpenſare. num. 80. p. 357

Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali occulto, quando quis illud fecit in ſui defenſionem abſque moderamine. num. 81. ibidem.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate ex homicidio occulto commiſſo in ſubita rixa. n. 82. ibidem.

Hoc homicidium fuit culpabile, vel quia homicida excedit moderamen, vel quia fuit ex ſubita ira. n. 83. ibid.

Regulares per ſua priuilegia poſſunt diſpenſare in hac irregularitate. num. 85. ibid.

Nullus Prælatus regularis poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito podagra laborante, vt ſedens celebret Miſſæ ſacrificium. num. 2. p. 322.

Qui celebrat ſedendo neceſſario debet omittere plures Miſſæ ceremonias. num. 3. ibid.

Nullus Prælatus regularis poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito abſque aliquibus Miſſalis cæremoniis. num 4 ibid.

Tales cæremoniæ præcipiuntur à Papa ſub præcepto obſeruari. num 5 ibid.

Inferior non poteſt diſpenſare in legibus Papæ, niſi detur implicita voluntas ſuperioris. numer. 6. ibidem.

Nequit inferior reuocare legem Superioris. n. 7. ibidem.

In hoc caſu non datur talis implicita voluntas Superioris. num 8 ibid.

Ponitur argumentum in contrarium. numer. 9. ibidem.

Ponitur illius ſolutio. num. 10. ibid.

Ponitur aliud argumentum in contrarium, & ſoluitur. num 11. ibid.

Inferior ex iuſta cauſa poteſt diſpenſare in lege Superioris, quando non reſeruatur. numer. 11. pag. 323.

Ponuntur cauſæ, quæ requiruntur, vt inferior poſſit diſpenſare in lege Superioris. n. 13. ibid.

Nulla ex dictis cauſis viget in caſu præſenti. num. 14 ibid.

Probatur diſcurrendo per omnes. numero. 15. ibidem.

Prælatus regularis non poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito vt celebret, ſi careat pollice. num. 16. ibidem.

Non poteſt diſpenſare cum omnino cæco, vt celebret. num. 17. ibid.

Prælati regulares poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in irregularitate, quæ prouenit ex corpore vitiato, quando defectus non impedit totaliter vſum aliquarum cæremoniarum, ſecus ſi impediat. num. 20. ibid.

Prælatus irregularis non poteſt diſpenſare, vt ſacrificium ſine cæremoniis præſcriptis celebretur. num. 21. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n. 22. 324.

Non deſuit author, qui dixit, nec Papam poſſe licitè diſpenſare, vt Sacerdos ſedendo celebret. num. 23. ibid.

Ponuntur illius rationes. n. 24. ibid.

Pontifex non poteſt diſpenſare in iure diuino naturali, ſed ſolum illud interpretare ex legitima cauſa. n. 25. ibid.

Pontifex nunquam diſpenſauit, vt quis ſedendo celebraret. n. 26. ibid.

Ex facto negatiuo arguitur illius impotentia. num. 27. ibid.

Pontifex non poteſt diſpenſare vt celebrent perpetuò amentes, omninò cæci, vel priuati pedibus, vel manibus. n. 28. ibid.

Perpetuò amentes, omninò cæci, & carentes pedibus, vel manibus iure naturæ non ſunt habiles ad ſacrificandum. n. 29. ibid.

Pontifex non poteſt diſpenſare, vt Sacerdos jacendo celebret. n. 30. p. 324.

Æquipollentium eadem eſt diſciplina. num. 31. ibidem.

Argumenta

Argumenta huius Doctoris, ſi aliquid probant, non ſolum probant Papam non poſſe licitè diſpenſare vt quis ſciendo celebret, ſed neque validè. num. 32. ibid.

Pontifex poteſt licitè, ſi detur iuſta cauſa, & validè, etiamſi non detur, diſpenſare vt Sacerdos ſedendo celebret. num. 33. ibid.

Præceptum de celebrando ſtando eſt Eccleſiaſticum. n. 34. ibid.

Diſpenſatio Pontificis in iure Eccleſiaſtico etiam ſine cauſa eſt valida. num. 35. ibid.

Solum eſt illicita venialiter, ſecluſo ſcandalo. num. 36. ibid.

Celebrare ſtando non eſt de iure diuino naturali. num 37 p. 324.

Pontifex poteſt diſpenſare cum omnino cæco vt celebret. num. 49. p. 325.

Poteſt diſpenſare cum carentibus manibus, vt celebrent. num. 50. ibid.

Maior indecentia eſt celebrare ſine manibus, quam ſine cruribus. num. 51. ibid.

Papa non poteſt diſpenſare in iure naturali, ſed tantum ex cauſa illud declarare. numero. 52. ibidem.

Ex eo quod Sacerdos ex diſpenſatione Pontificis celebret ſedendo, non deficit in reuerentia debita huic ſacrificio. num. 53. ibid.

Pontifex non poteſt diſpenſare cum omninò amentibus vt celebrent. num. 56. ibid.

Pontifex non poteſt diſpenſare cum omninò ſciente vt celebret. n. 58. ibid.

Talis ſitus omninò repugnat venerationi huius ſacrificij, & cur? num. 59. ibid.

Ponitur cauſa quæ requiritur vt Pontifex diſpenſet, vt quis ſedendo celebret. n. 60. p. 326

Pontifex ob ſolam deuotionem, & affectum celebrandi poteſt ſecum diſpenſare ad celebrandum ſedendo. num. 61. ibid.

Concluſio Authoris circa caſum huius conſulti. num 62. ibid.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio indefinita comprehendi futurum. num. 10. pag. 4

In omnibus diſpoſitionibus finis attendendus eſt, vt contrarium non operetur. num. 14. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. num. 15. ibid.

Quælibet diſpoſitio ita interpretanda eſt, vt vitetur contrarietas, & ſubiecta correctio. n. 16. pagina 43.

Secunda diſpoſitio debet intelligi in eodem ſenſu, & materia, ac prima. num. 9. p. 15

Diſpoſitio quæ aliquam rem ſupponit, non verificatur, niſi in caſu, in quo verificatur ſuppoſitum. num. 10. ibid.

Omnis diſpoſitio intelligitur fieri taliter, vt conueniat actui, qui celebratur. num. 11. p. 16

Omnis diſpoſitio quantumuis generalis reſtringitur ſecundum qualitatem, & naturam rei ſuper quam cadit. n. 12. ibid.

Quælibet diſpoſitio intelligi debet ſecundum ſubiectam materiam. n. 19. p. 52.

Diſpoſitio abſolutè prolata debet intelligi ſecundum ius commune. num. 16. p. 117

Omnis diſpoſitio ſimpliciter prolata intelligitur ſecundum ius commune. n. 17. ibid.

In diſpoſitione Pontificis non eſt admittendum aliquod verbum otioſum, ſuperfluum. n. 37. pag. 66

Commutatio voluntatis teſtatoris facta à Papa in dubio debet interpretari, vt quantum minus fieri poſſit derogetur menti teſtatoris. n. 38. ibid.

Quando diſpoſitio Papæ ſolum vocat deſcendentes non poſſunt ſuccedere aſcendentes. n. 44 p. 67

Cauſa limitata, limitatum producit effectum. num. 45. ibid.

Vnius lineæ incluſio, alterius eſt plena excluſio. num. 46. ibid.

Diſpoſitio de rebus alienis non valet. num. 15. pagina 136

Verba teſtatoris intelligenda ſunt de illo, quòd ſit poſſibile. n. 6 p. 158

Omnis diſpoſitio intelligi debet de habili. n. 7. ibidem.

Verba in diſpoſitione ſecundum vſum communem loquendi intelligenda ſunt. n. 8. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. num. 9. ibid.

Verba diſpoſitionis improprîari debent, vt materiæ de qua agitur conueniant. num. 12. ibid.

Diſpoſitiones morientium in pendenti eſſe non poſſunt. num. 12. p. 72

Diſpoſitiones hominum non ſunt ciuiliter ad perfectionem intelligendæ, ſed verè, & rationaliter. num. 23. p. 73

Contra diſpoſitionem legis non poteſt aliquid opponi. n. 75 p. 79

Diſpoſitio legis potentior eſt diſpoſitione hominis. n. 80. ibid.

Diſpoſitio teſtamentaria, & legitima in iure æquiparantur. num. 81. ibid.

In iure ſemper facienda eſt benignior interpretatio. n. 82. ibid.

Dominium.

Dominium vtile in legatis piis pertinet ad locum pium, cui relicta fuere legata. n. 3. p. 9

Donati.

Donati primæ profeſſionis noſtræ Carmelitanæ excalceatæ familiæ cum tribus votis ſimplicibus, ſunt veri religioſi. n. 2. p. 159

Talis modus viuendi fuit approbatus ab Clemente VIII. & nouiſſimè ab Alexandro VII. n. 3. ibid.

Satisfit Magno magiſtro Araujo in hac parte. num. 4. ibid.

Donatus primæ profeſſionis expulſus à noſtra religione licitè poteſt in ſæculo promoueri ad ſacros ordines, ſi aliàs habeat patrimonium, vel beneficium. num. 5. ibid.

Decretum Sacræ Congregationis de mandato Vrbani VIII. in contrarium ſolum loquitur de religioſis ſolemniter profeſſis. n. 6. ibid.

Prædicti donati primæ profeſſionis non ſunt ſolemniter profeſſi. n. 7. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. num. 8. ibid.

Donati ſecundæ profeſſionis ſunt veri religioſi ſolemniter profeſſi. n. 16. p. 160

De illis idem iudicium faciendum eſt, ac de aliis religioſis ſi à religione eiiciantur. num. 17. ibidem.

Solum ob incorrigibilitatem poſſunt eiici ab Ordine. num. 18. ibid.

Donatio.

Donatio propter nuptias iam non eſt in vſu. num. 6. p. 100

Donatio ob cauſam matrimonij, ſeu ad nuptias facta viro, ſoluto matrimonio morte viri,

tedit ad conſanguineos mariti, quando bona, quæ dantor viro ſunt vinculata, vel non nubunt per chartam medietatis. n.7 ibid.

Sufficit amicitia inter donantem, & recipientem, vt præſumatur quod donatio facta ſit ob amicitiam tanquam finem proximum. numero 16. ibidem.

Donario omnium bonorum facta Conuentui à coniugibus tempore quo filio carebant, nato filio reuocatur, vt inofficioſa, quoad eius legitimam. n. 20.p.119

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.21.ibid

Ponitur alia inſtantia. n.22.ibid.
Soluitur prædicta inſtantia. n. 23.ibid.

Dos.

Per contractum dotis transfertur dominium dotis in dotatum iuxta diſpoſitionem contrahentium. n.2.p.154.

Qui habet ſolum dominium vtile non poteſt alienare proprietatem. n. 3. ibid.

Ponitur quædam aduertentia. n.4 p.155

Qui bona ſua dotauit alteri non poteſt amplius prædicta bona grauare n. 5. ibid.

Contractus dotalis eſt onetoſus. n 6. ibid.

Contractus onetoſi producunt obligationem inuariabilem. n. 7. ibid.

Dotatus poteſt in iudicio obligare dotantem, vt illi aſſecuret dotem promiſſam. numero 9. ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n. 10.ibid.

Pater qui fecit dotem non poteſt ponere conditionem, vt pars dotis tranſeat ad filium primogenitum illius matrimonij via maioratus. numero 12. ibidem.

Qui bona ſua dotauit non poteſt poſtea in teſtamento illi adiungere vinculum maioratus. num. 13. pag.156.

Ille cui bona abſolute fuere dotata non poteſt conſentire, vt dotans in teſtamento bonis libere dotatis coniungat vinculum maioratus, niſi ex ſuo tertio velit integrare legitimas filiorum. num. 17. ibidem.

Is cui bona fuere abſolute dotata tenetur ſub peccato procurare talia bona dotata acquirere ſine vinculo maioratus poſtea eis addito. numero 19. ibidem.

Maritus eſt adminiſtrator bonorum dotalium, & vt talis tenetur curare, vt bona dotata non minuantur. n.20. ibid.

Dos ſolum conſtituitur mulieribus, & non viris n.8.p.100

Dominium ciuile dotis eſt apud virum. n. 9. ibidem.

Dominium naturale dotis eſt apud mulierem. n.10.ibid.

Dominium dotis, mortuo marito, tranſit ad vxorem. n.11.ibid.

Quoties in contractu matrimonij non fit expreſſio dotis præſumendum eſt voluiſſe nubere modo vulgari. n.12.ibid.

Quando non fit pactum dotis non cenſentur bona viro data in dotem. n.13.ibid.

Dos probanda eſt per ſcripturas, vel teſtes. n.14. ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur n.13.ibid.

Dos quæ ante copulam cum conſanguineo ad inducendum eum alio erat ſufficiens poſt copulam, iam non eſt ſufficiens, niſi ad ducendam conſanguineam. n.7 p.245

Quo plura vitia fœmina habet, eo indiget ampliore dote ad nubendum. n 8.ibid.

Si Conuentus libenter accepit Monialem tranſeuntem de primo Conuentu ad ipſum non tenetur primus Conuentus ei dotem dictæ monialis reſtituere. n.21. p. 355.

Dos fuit data primo Conuentui ſolum ſub conditione, ſi profeſſio ſequatur, non vero ſub conditione ſi Monialis in eo vixerit. numero 22. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.23.ibid.

Si ſecundus Conuentus cogatur recipere talem Monialem fugitiuam debet ei ſolui dos a primo Conuentu. n.24. ibid.

Non eſt addenda afflictio afflicto. numero 25. ibidem.

Si nouitia profeſſa ante completum annum nouitiatus moriatur, Conuentus ſuccedit in dote, & aliis bonis ſic profeſſæ n. 27. p. 112

Ponitur obiectio in contrarium, & ſoluitur. n. 29.ibid.

Idem dicendum eſt quando nouitia profeſſa eſt poſt expletum annum nouitiatus in articulo mortis ſine examine Epiſcopi. n.30. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.31.ibid.

Dubium

Verbi proprietas in dubio attendenda eſt. n.18.p.52

In dubio illa præſumptio accipienda eſt, quæ benignior eſt partus. n.4.p.180

Dubium voluntatis teſtatoris ſemper interpretandum eſt in fauorem concepti. numero 83. pag.80

In dubio voluntatis inſtitutoris regulanda eſt illius voluntas per ius commune. numero 84. ibidem.

Semper illa interpretatio fuit ſecurior, quæ ſecuta eſt regulas iuris ciuilis. n.85.ibid.

In dubio ſtandum eſt pro valore actus. num.18. pag.217.

Quoties quis iuriſdictionem ordinariam concedere poteſt in dubio id facere videtur. n 8. pag. 267.

In dubio melior eſt conditio poſſidentis. n. 94. ibidem.

In dubiis & in pœnalibus benignior pars eſt eligenda. n.95 ibid.

Vbi ſunt puritatis ſtatuta iudices in dubio pro puritate prætenſoris debent iudicare. numero 89. ibidem.

In pari dubio fauendum eſt reo, non tamen in opinione probabili. n.106.ibid.

Dubium quod ſufficit ad repetendum baptiſmum ſub conditione, ſufficit ad iterum recipiendum chriſma, & ordines etiam ſacros. numero 34. ibidem.

E

Eccleſia.

Eccleſiæ quæ vacant dicunt Romæ occurrere. n. 6. pag. 107.

Nomine Eccleſiæ loci venit cathedralis. num. 5. pag.111.

Si in aliquo oppido dentur multæ Eccleſiæ, & nulla ſit matrix, nulla poteſt dici Eccleſia parochialis loci, ſed ex loco. n.6.p.51x

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.7.ibid.

Nomine Connentus, vel monaſterij non venit Eccleſia in odioſis. n.14.p.159.

Vna Eccleſia non poteſt habere plures parochos n.9.p.357

Educatio.

Puellæ quæ ſunt in aliquo Conuentu educationis cauſa, ſi exeunt ante finitum tempus conceſſum à Papa, etiam non reuerſuræ incurrunt in excommunicationem. n.4.p.20

Filia quæ eſt in Conuentu Monialium educationis cauſa, etiam ad præceptum parentis non tenetur ab eo exire ſi voluerit. numero 5. ibidem.

Antequam anni conceſſi à Pontifice ad educationem finiantur non poteſt pater per vim extrahere filiam à Conuentu Monialium in quo eſt educationis cauſa. n. 6. ibid.

Pater non poteſt impedire filiæ; vt vtatur diſpenſatione Pontificis. n.7.ibid.

Pater non poteſt abſtrahere filios à bonis ſpiritualibus. n. 10 ibid.

Vna puella non poteſt extrahi à Conuentu in quo eſt educationis cauſa ad alium Conuentum, vt ibi etiam educetur ſine noui Pontificis licentia n. 11. ibidem.

Eiectus.

Sacra Congregatio decreuit nullum religioſum poſſe expelli ab ordine, niſi fuerit vere incorrigibilis. n.2.p 195

Quando cenſeatur quis incorrigibilis. num. 3. ibidem.

Præcipit etiam quod per annum incarceretur & pœnitentiis affligatur, vt ſi reſipuerit non expellatur. n. 4.ibid.

Religioſus qui commiſit atrociſſimum delictum ob quod meretur pœnam mortis poteſt ſtatim expelli abſque eo quod tet ſit punitus, & abſque eo quod per annum ſit incarceratus, vel nolit pœnitentiam acceptare. n. 5. ibid.

Datur incorrigibilis de facto, & incorrigibilis præſumptione iuris. n.6. ibid.

Quid vtrumque ſit. n.7.ibid.

Iſte licet non ſit incorrigibilis de facto, eſt incorrigibilis præſumptione iuris. numero 8. pagina 249

Decreta congregationis præcipiunt expellere incorrigibiles. n. 9. ibid.

Poteſt dari delictum adeo atrox, & ſcandaloſum, vt non poſſit alia pœna puniri, neque alia via ſcandalo ſatisfieri, niſi expulſione. numero 10. ibidem.

Bonum commune ſingulari eſt præferendum. n.11.ibid.

Trina monitio non eſt de forma legis, ſed datur ad ſolennitatem experimenta. num. 12. ibidem.

In hoc caſu magis attenditur ad ſatisfaciendum pro ſcandalo, quam ad emendationem delinquentis. n.13. ibid.

Viſitatores poſſunt expellere rebelles iuxta *cap. fin. de ſtatu monachorum.* numero 14. ibidem.

Qui inter bonos malus eſt, inter malos peior erit. n.15.p.194.

Ad triremes damnatus manet perpetuo infamis. n 16 ibid.

De infami nulla in futurum ſpes emendæ effulget. n. 17. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n 18.ibidem.

Religioſi votorum ſimplicium eiecti à religione aliquam notam incurrunt, non tamen irregularitatem ex infamia. n. 11. p.160.

Eiecti à religione debent poſtponi aliis in petitione beneficij, ob eam ſolum cauſam, quia fuerunt eiecti. n. 14 ibid.

Optime faciunt Prælati Eccleſiarum facientes ſtatutum eos non admittendi ad beneficia, canonicatus, & præbendas. n.15 ibid.

Aliqui Doctores dicunt donatos ſolemniter profeſſos, & alios religioſos eiectos poſſe promoveri ad ordines ſacros. n.19.ibid.

Alij id negant prædictis eiectis ſolemniter profeſſis. n.20.ibid.

Religioſi ſolemniter profeſſi, ſi eis à religione non imponatur ſuſpenſio contra eos lata à ſacra Congregatione poſſunt promoveri ad ordines, & poſſunt exerceri in ordinibus ſuſceptis ante eiectionem. n. 21. p. 161.

Dicta ſuſpenſio lata à ſacra Congregatione eſt ſolum comminatoria & ferenda. numero 22. Ibidem.

Talis eiectus ſi ordinetur non debet ordinari ad titulum religioſi, nec titulo patrimonij proprij. n. 24 ibid.

Debet ordinari titulo aliquorum redditmum ab Epiſcopo aſſignandorum. n.25.ibid.

Talis eiectus debet ordinari ab Epiſcopo ſuæ originis. n. 26. ibid.

Stando in opinione quæ ait eiectos eſſe ipſo iure ſuſpenſos, nec poſſe promoveri ad ordines, talis ſententia non procedit, quando aliquis eiicitur, eo quod eius profeſſio fuerit nulla. numero.27. ibidem.

Idem dicendum eſt de illis, qui iniuſte eiiciuntur. n. 28.ibidem.

Dum non conſtat de iniuſtitia eiectionis ſe debet habere eiectus in foro externo vt vere ſuſpenſus. n.29. p.261.

Idem dicendum eſt quando religioſus licet culpatus non eiicitur, ſervatis conditionibus in decreto de eiectis requiſitis. n 30.ibid.

Conditiones appoſitæ in decreto de eiectis non ſunt obſervandæ in eiectione noſtrorum donatorum primæ profeſſionis. n. 31. ibid.

Cum coadiutoribus formatis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus Societatis Jeſus, nec cum illis, qui tantum vota biennij habent in eorum eiectione non obſervantur dictæ conditiones poſitæ in decreto de eiectis. n. 32.ibid.

Aliqui dicunt donatos, & alios religioſos ſolemniter profeſſos, ſi eiiciantur eſſe incapaces ad recipiendum beneficium cui annexa ſit functio ordinis. n. 33. ibid.

Collatio beneficij ſupponit ordinis exercitium. num. 34.ibidem.

Nequit conferri illi, qui eſt ſuſpenſus ab omni exercitio ordinis, etiam minoris. n.35. p. 262.

Regularis qui ex ordine mendicante tranſit ad non mendicantem eſt ibi incapax officij Prioris, miniſtri, vicarij, &c. numero 36. ibidem.

Taliter tranſlatus etiā ſi fuerit canonicus regularis eſt

eſt incapax beneficij ſæcularis. n.37. ibid.

Maiori pœna dignus eſt qui eiicitur ab ordine, quam qui tranſit ab ordine mendicante ad non mendicantem. n 38.ibid.

Tales eiecti ſi eis non imponatur dicta ſuſpenſio à prælatis religionis ſunt capaces beneficiorum. n.39. ibid.

Si talis ſuſpenſio à Prælatis religionis eis imponatur adhuc ſunt capaces recipiendi beneficia etiam curata. n 40.ibid.

Religioſus approbatus ad confeſſiones in aliqua Diœceſi, ſi à religione eiiciatur ex vi talis approbationis non poteſt audire confeſſiones in ea diœceſi, non ex defectu approbationis, ſed ex defectu iuriſdictionis. n.69.p.320.

Per Iubilæum, vel delegationem parochi, vel per bullam poteſt talis religioſus eiectus eligi ad audiendas confeſſiones. n. 70. ibid.

ſi religioſus eiectus in aliqua Diœceſi ſit approbatus ad audiendas confeſſiones, & prædicandum, de licentia prælati regularis, qui eum eiecit poteſt in ea Diœceſi audire confeſſiones, & prædicare. n.71.ibid.

Electio.

Omnes electiones in noſtra religione competunt capitulo generali. n.5.p. 107.

Omnes electiones ad capitulum generale in noſtra religione expectant. n.20.p.109

Electio vnius, eſt alterius reprobatio. num. 7. pag.196

Qui non obſeruat leges, etiam obligantes ad veniale, & ſanctas ordinationes eſt indignus vt eligatur in Prælatum. n. 12.p.278

Caſu quo electores præter vnum ſint inclinati ad eligendum vnum ex quinque indignis, iſte vnus poteſt ferre ſuffragium in quem maior pars ſuffragiorum inclinauerit. n.192. p. 291.

Iſte elector conformando ſe maiori parti capituli nihil facit, ſed permittit aliorum peccatum. n.193.ibid.

Si prædicti electores præter vnum ſint determinati eligere vnum ex his quem iſte vnus elegerit, talis elector debet inclinare in illum, qui ſolum habet defectum in obſeruantia. num. 194. ibidem.

Quando electio indigni eſt neceſſaria ad impediendum electionem magis indigni, tunc electio indigni eſt licita. n. 195. ibid.

Ex duobus magis minus eſt eligendum. n. 196. ibidem.

Minus indignus eſt qui ſolum habet defectum in obſeruantia citra peccatum mortale, homine iracundo, ſuperbo, ambitioſo, ſiue Iudæo. n. 197. ibidem.

Ex pluribus indignus, ille minus indignis iudicandus eſt, de quo datur maior ſpes emendæ. n. 198. ibid.

Ex prædictis indignis maior ſpes emendæ datur de eo qui eſt parum obſeruans, quam de aliis. n.199. ibid.

Iſte operatur contra legem ex paſſione, alij operantur ex malitia. n.200.p.291.

Minor ſpes emendæ datur de eo, qui operatur ex malitia, quam ex paſſione. numero 201. ibid.

Qui peccat contra legem ex paſſione operatur minori aduertentia impetu, ſluunis. num. 202. ibid.

Qui operatur ex malitia, operatur ex mala inclinatione, & electione voluntatis, & veluti ex habitu. n. 203. ibid.

Habitus, vel conſuetudo eſt altera natura. n.204.ibit.

Homo iracundus ſuperbus, ambitioſus, & Iudæus difficillime à ſuis erroribus emendantur. n.205. ibidem.

Homines parum reformati ſæpe poſiti in dignitatibus emendantur. n.206.ibid.

Honores mutant mores. n. 207. ibid.

Sæpe conuenit eligere potius peccatorem, qui vere pœnituit, quam qui numquam peccauit. n.208. ibidem.

Morum probitas magis ſumitur à ſtatu, & modo ordinario procedendi, quam ab vno, vel altero actu. n.204.p.292.

Iſte religioſus eſt bene morigeratus in obſeruantia legis Dei, & regulæ, quoad res graues. num.210.ibid.

Si nec de hoc detur probabilis ſpes emendæ, & omnes electores ſint determinati eligere vnum ex prædictis indignis, quem iſte elector elegerit, adhuc eligendus eſt iſte defectuoſus in obſeruantia regulæ citra mortale. n.212. ibid.

Quiſque poteſt eligere minus indignum ad impediendam electionem magis indigni. num.213. ibidem.

Iſte religioſus eſt minus indignus, quam alij. n.214 p.292

Ille cenſetur minus indignus, quis poſitus in Prælatia minus lædet bonum commune. num. 215. ibidem.

Iſte religioſus poſitus in prælatia minus lædet bonum commune aliis. n 216.ibid.

Si loco Prioris qui ex morali certitudine probatur mortuus, alius Prior electus eſt, electio ſecundi Prioris eſt valida, & prioris caſſanda, etſi iam ſit in ſuo Prioratu. n.2 p.356

Electio ſecundi Prioris fuit diſſolutio alterius. n.4.ibid.

Electio vnius eſt deſtitutio alterius. numero 7. p 357.

Captiuitas cuiuſdam Prouincialis ſimul cum deſperatione eum per breve tempus redimendi iudicata fuit cauſa ſufficiens ad eum deponendum. n.15.ibid.

Emphyteuſis.

In emphyteuſi conceſſa pro maſculis & fœminis ſuccedit ab inteſtato fœmina ſenior, & præfertur fratri iuniori. n.2. p.5.

Quando emphyteuſis conceditur pro maſculis, & fœminis; fœminæ æqualiter ſunt vocatæ cum maſculis. n.3.ibid.

Quid ſi emphyteuſis conceſſa ſit pro eo, qui nominabitur. n.4.ibid.

Quomodo ſit intelligenda ordinatio noſtra, *lib.4.tit.62.§.3.* n.5.ibid.

Secunda diſpoſitio in inſtitutione emphyteuſis intelligenda eſt iuxta formam Prioris. numero 6. ibidem.

Emphyteuſis in hoc caſu non eſt diuidenda. n.7. ibid.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica ad certas vitas præſcribitur per 40.annos bona fide, & quomodo id intelligendum ſit. n.1.p.6.

Qui emphyteuſim ad vitas præſcripſit valide poteſt eam vendere, & quando id intelligendum ſit. n 7.ibid.

Emptor non tenetur à proprietario accipere

 emphy

emphyteuſim ad certas iuſtas, poteſt ſe ei opponere, ſi velit. n.8.ibid.

Emphyteuta licet non poſſit contra dominum præſcribere proprietatem, poteſt tamen præſcribere vſumfructum. n.9.ibid.

Prælatus ſiue ſæcularis, ſiue regularis poteſt concedere licentiam nominandi emphyteuſim liberæ oominationis, ſine conſenſu capituli. num. 2. pag.58

Aliquæ conditiones ad id requiruotur, quæ ibi ponuntur. n.3.ibid.

Si detur aliqua alteratio in dictis conditionibus requiritur conſenſus capituli. numero 4 ibidem.

Nominatio emphyteuſis liberæ nominationis facta de ſolo conſenſu Abbatiſſæ abſque Coouentu oon valet. n. 6. ibid.

Conſenſus domini directi, & aliæ ſolemnitates non poſſunt vltra terminum conceſſum protogari. n.7.pag.59

Actus agentium noo operantur contra eorum intentionem. n.8.ibid.

Renouatio emphyteuſis eſt nouus contractus, & non extentio eiuſdem. n.9 ibid.

Renouatio emphyteuſis, & nouus contractus. n. 13.ibid.

In caſibus magni momenti diſponere de bonis Conuentus pertinet ad Abbatiſſam cum diſcretis, vel capitulo. n.14.ibid.

Dominus directus in caſu, quo deuoluatur ad eum nominatio emphyteuſis liberæ nominationis poteſt nominare quem voluerit etiam eatra ſaoguinem vltimi poſſeſſoris, etiam ſtando in iure Luſitano. n.15. ibid.

Dominus directus poteſt efficere illud, quod de eius conſeuſu facit Empbyteuta. numero. 16. ibidem.

Dominus directus non eſt peioris conditionis, ac emphyteuta. n.17.ibid.

Caſu quo dominus directus teneatur nominare aliquem de generatione, tenetur nominare proximiorem conſangoineum vltimo poſſeſſori. n.18 p.60

In caſu quo concurrant ad nominstionem conſanguinei æquales in gradu poteſt dominus directus eligere quem voluerit. numero 19. ibidem.

Emphyteuſis quæ conceſſa eſt deſcendentibus non poteſt venire aſcendentibus ratione formæ conceſſionis. n.47.p.67

Nominatio emphyteuſis, & ſi fiat in teſtamento eſt actus meri facti inter inter viuos. num.7. pag.207

Nominatio emphyteuſis facta io teſtamento nullo valet probato teſtamento. numero 8. ibidem.

Nominatio ad petendam renouationem emphyteuſis, ſi probetur tribus teſtibus valet. n. 9. ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.10 p 208

Quomodo intelligatur noſtra ordinatio Regia. *lib.4 tit.37.§.4.* quæ videtur noſtræ reſolutioni oppoſita. n. 11. ibid.

Ponitur argumentum in cootrarium, & ſoluitur. n.12.ibid.

In emphyteuſi liberæ oominationis non attenditur quod ſucceſſor ſit de ſanguioe primæ lineæ, quæ emphyteuſim obtinuit. n. 13. ibid.

Solum attenditur quod ſit nominatus ab vltimo poſſeſſore, vel proximior conſanguineus illius. n.14. ibid.

In emphyteuſi liberæ nominationis non ſolum poſſunt petere renouationem deſcendentes, ſed & tranſuerſales. n. 15. ibid.

Conſanguineus, proaimior eſt ille, qui eſt in gradu proximiori vltimæ vitæ. n.16.p.153

Dominus directus tenetur eligere qui eſt in gradu proximiori vltimæ vitæ. numero 17. ibidem.

Quando non dantur teſtes ad probandam nominationem emphyteuſis proaimior vltimæ vitæ habet ius petendi renouationem. numero 18, ibidem.

Si vltima vita nominauit coram ſufficieotibus teſtibus ius petendi renouationem remotiori conſanguineo, hic præferendus eſt proximiori in renouatione emphyteuſis. numero 19. ibidem.

Dominus directus tenetur ſequi in renouatione emphyteuſis liberæ nominationis electionem, & voluntatem vltimæ vitæ. oumero 20. ibidem.

Ponitur argumentum in coottarium, & ſoluitur. n.21.ibid.

Quid ſi vltima vita dicat coram teſtibus ſe relicturum ſuam emphyteuſim Franciſco verbi gratia. n.22.ibid.

Si domino directo certò conſtet per teſtes vltimam vitam aliquem nominaſſe tenetur in hoc renouare emphyteuſim. n.23.ibid.

Si de hoc ei non conſtet, tenetur oominare perſonam proaimiorem vltimæ vitæ. numero 24. pag.154

Emptor.

Quoties emptor cognouit deceptionem tenetur reſcindere contractum, aut reducere illum ad æqualitatem. n 4.p.56.

Qui emit campum vbi erat theſaurus ignotus ab emptore non tenetur aliquid venditori reſtituere. n.5.ibid.

Quid de eo qui emit ſaccum plenum puluere tormentario, in quo erat abſcondita lamina aurea. n.6. ibid.

Quid dicendum de ruſtico qui vendit faſciculum herbarum in quo erat mixta cum aliis herba pretioſa magni valoris. n.7.ibid.

Luſitani emendo aurum, & margaritas à nigris tintinnabulis, &c. non tenentur eis aliquid reſtituere. n.9.ibid.

Epiſcopus.

Epiſcopi poſſunt cognoſcere de propriis cauſis, quando cauſa mouetur cum ſibi ſubditis, ſecus cum eaemptis. o.21.p.90

Epiſcopus non poteſt ſuum Vicarium punire in his quæ deliquit circa ſuum officium. p.32.p.104

Epiſcopi poſſunt in ſua Diœceſi quidquid Pontifex in tota Eccleſia, niſi à Pontifice aliquid eis reſeruetur. n.130.p.317

Non datur lex reſeruans Pontifici trinam in eadem die celebrationem iuxta aliquorum Doctorum opinionem. n.131.ibid.

Etiamſi detur lex probibens trinam celebrationem in eadem die, adhuc Epiſcopus poteſt in tali præcepto ſecundum aliquos diſpenſare. n.132.ibid.

Proponitur cótraria ſententia authoris. n.133.p.318

Inferior oon poteſt in lege ſuperioris diſpenſare. n.134.ibid.

Diſpenſatio eſt actus iuriſdictionis. n.135.ibid.

Datur præceptum Pontificium non celebrandi ter in eadem die. n.136.ibid.

Dantur aliqui caſus in quibus Epiſcopi poſſunt diſpenſare in legibus Papæ. n.137.ibid.

Referuntur prædicti caſus. n.138.ibid.

Hic caſus de quo eſt quæſtio non includitur in caſibus in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare. n.139 ibid.

Ponitur quoddam argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.140.p.317

Ponitur aliud argumentum, & ſoluitur. n.141. ibidem.

Occurritur alteri obiectioni. n.142.ibid.

Laudabilis eſt deuotio animarum. num. 143. ibidem.

Magis laudabilis eſt amicitia veritatis. n.144. ibidem.

Authoris vltima concluſio. n.145.ibid.

Equites.

Equites Chriſti, etiam vxorati ſunt veri religioſi. n.6 p.88

Equites ſunt exempti à iuriſdictione Epiſcoporum. n.23.p.90

Equites habent ſuum iudicem priuatiuum à ſede Apoſtolica. n.26.ibid.

Cognitio an equites teneantur ſoluere decimas pertinet ad hunc iudicem. n.27.ibid.

Error.

Error, vel dolus dans cauſam contractui, etiam in qualitatibus vitiat contractum. n.19.p.18

Talis contractus, licèt ſit validus, poteſt reſcindi ex parte decepti. n.10.ibid.

Quando conſtat Pontificem voluiſſe diſpenſare, error notarij præter mandantis intentionem non annullat diſpoſitionem. num.19.p.43

Intentio potius, quam verba attendenda eſt. num.20.ibid.

Quando clauſula appoſita in diſpoſitione non poteſt de facto perſonis ſubſtitutis conuenire intelligitur appoſita non de mente diſponentis, ſed ex notarij errore, & conſuetudine. n.23.p 44

Examen.

Defectus examinis Epiſcopi in nullo caſu, etiam extra mortis articulum irritat profeſſionem. num.14.ibid.

Examen Epiſcopi non eſt ad profeſſionem Monialis ſimpliciter neceſſarius. n.23.ibid.

Non pertinet ad ſubſtantiam profeſſionis, ſed ad modum. n 24.ibid.

Si ex cauſa omittatur non erit peccatum, & profeſſio valebit. n.25.ibid.

Excommunicatio.

Aliqui dixerunt propinantem venenum Sacerdoti, etiamſi ancto veneno Sacerdos moreretur, non incurrere excommunicationem ſi quis ſuadente Diabolo. n.2.p 327

Ponitur illorum fundamentum. n.3.ibid.

Alij dixerunt propinantem venenum clerico non incurrere excommunicationem, ſi quis ſuadente, etſi mors ſubſequatur, ſi poſt propinationem veneni pœnituit facti ante mortem propinati. n.4.ibid.

Ponitur illorum ratio. n.3 ibid.

Idem dicunt aliqui de irregularitate. n.6.ibid.

Religioſus propinans venenum ſuo Prælato, ſi mors ſecuta fuit, & incurrit excommunicationem ſi quis ſuadente & irregularitatem. n.7.ibid.

Propinatio veneni eſt iniect o violenta manuum ex qua mors ſequitur. n 8.p.328

Propinans venenum habet ſe vt explodens ſtlopetum. num 9.ibid.

Occurritur cuidam obiectioni. n.10.ibid.

Mandans, aut conſulens occiſionem clerici incidit in excommunicationem ſi quis ſuadente, & in irregularitatem ſecuta morte. n.11.ibid.

Ponitur quædam obiectio in contrarium, & ſoluitur. n.12.ibid.

Ponitur aliud argumentum in contrarium. n.13. ibidem.

Reſpondetur eidem argumento. n.14.ibid.

Ponitur aliud argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.15.ibid.

Qui propinauit venenum, fecit violentiam naturæ, & perſonæ. n.16.p.329

Quoad hoc non poteſt ſeparari perſona à natura. n.17.ibid.

Eccleſia poteſt punire peccata præterita, etſi per pœnitentiam ſint retractata. n.18.ibid.

F.

Fama.

Fama eſt Superioris Ordinis quam pecunia. n.51.p.144

Nemo tenetur ſuum graue delictum pandere. n.52.ibid.

Nemo tenetur cum iactura famæ alienas diuitias reſtituere. n.53.ibid.

Mulier quæ ſuppoſuit filium non tenetur marito tale crimen reuelare. n.54.ibid.

Fama communis aliquem eſſe mortuum ſimul cum enim naufragij, ſi perſona aliqua per multum tempus diſpareat eſt probatio ſufficiens ad credendum eius mortem. n 5.p.356

Fama plene probat in his quæ ſunt difficillimæ probationis. n.3.p.360

Fortior eſt probatio, quæ ex fama prouenit, quam ex auditu. n.7.p.361

Fama eſt aſſertio plurium & totius populi. n.9. ibidem.

Nulla maior probatio eſſe poteſt puritatis, vel impuritatis, quam publica vox, & fama. num.12. ibidem.

In antiquis fama pleniſſimè probat. num. 13. ibidem.

Aliquem oriri ex gente Hebræa ex ſola fama, & communi reputatione probatur.nu.14.& n.102. pag.366. & num.107. ibid.

Vt fama plenè probet maculam, vel puritatem debet eſſe antiqua, & non recens. n.15. ibid.

Fama recens non habet pro ſe præſumptionem ſtabilitatis, & conſtantiæ. n.16.ibid.

Probatio quæ deficere, & adeſſe poteſt, iure eſt nulla. n.17.ibid.

Si fama eſt antiqua, & conſtans velut vera amplectitur. n.18 ibid.

Perſeuerantia conſtans per plurimos annos veritatem eius arguit. n.19.ibid.

Fama falſa cito opprimitur. n.20.ibid.

Fama quæ diu firmatur habet pro ſe iuris, & veritatis præſumptionem. n.22.ibid.

Vt fama dicatur antiqua ſufficiunt centum anni. num.13.ibid.

Vt fama plenè probet debet aliquibus veſtiri circunſtantiis. n.24. ibid.

Prima debet eſſe antiqua. n.25.ibid.

Secunda debet habere initium à bona origine. num.26. p.361

Fama ſine cauſa dicitur vanus rumor, cui attendi non debet. n.27.ibid.

Fama orta ab inimicis prætenſoris; ſeu ab aliquo ex ſua familia nihil probat. n.28 p.362.

Si à prætenſore vel ab eius conſanguineis ſpargatur vox, ſeu cauſa. qua purgare intendant labem iam diu contractam, ſeu præſumptam, aſſignando aliquam bonam originem, ſeu æquivocationem, talis fama non meretur fidem, nec eſt attendenda. n.29.ibid.

Præſumitur in antiquis cauſam famæ præceſſiſſe. n.32.ibid.

Quoties effectus apparet, præſumitur cauſam præceſſiſſe. n.33.ibid.

Fama antiqua his circunſtantiis ornata plenam facit probationem. n.38.ibid.

Per accidens in eodem populo. & de eadem re poſſunt dari duæ famæ contrariæ. n.39 ibid.

Non poſſunt dari tales famæ realiter veræ. n.40. ibidem.

Quando agitur de puritate, vel macula probanda per famam, non eſt neceſſe, vt fama ita conſtanter probetur, vt à nemine contrarietur. num.42 ibid.

Si duæ famæ contrariæ appareant. vna prior poſterior altera, in materia puritatis præferri debet prior, dummodo ſuo tempore recepta fuerit, nec poſtea conſtiterit eſſe falſam. n.43.ibid.

Fictio.

Fictio non poteſt fieri in præiudicium tertij, qui interim ius acquiſiuir. num.25 p.74.

Fictio veritati præualere non debet. num. 26. ibidem.

Si quis ex concubina habeat filium, & poſteà ducat vxorem, & ex ea habeat filiam, ſi mortua vxore nubat cum concubina licet filius anteà habitus ex concubina legitimetur per ſubſequens matrimonium non excludit tamen filium, qui legitimus natus eſt à ſucceſſione maioratus. num.27. ibidem.

Fictio retrotractiua, qua filius naturalis per ſubſequens matrimonium factus eſt legitimus non poteſt nocere legitimo vero, cui ante fictionem erat ius quæſitum. n.28.ibid.

Filius.

Filius Clerici, licèt ſit Laicus gaudet priuilegio patris. n.11.p.18.

Filij in electione ſtatus ſunt ſui iuris. n.2.p.20.

Poſſunt qualemcumque ſtatum eligere inuitis parentibus. n.3. ibid.

Filius adolterinus reputatus legitimus non tenetur credere matri ei dicenti eſſe adulterinum. n.55.p 144.

Filius adulterinus non poteſt cogi dimittere hæreditatem ex ſolo dicto matris confitentis illum eſſe adulterinum, etſi hoc dicat in articulo mortis. num.57.ibid.

Nemo tenetur credere teſti fide digno in ſui præiudicium. n.58.ibid.

Quando non conſtat an filius ſit ſpurius, vel naturalis, potius præſumitur naturalis, quàm ſpurius. n.68.p 364.

Ad probandum quod filius ſit naturalis, ſufficit quod concubina ſit domi retenta. n.69.ibid.

Filius natus in domo, v. g Petri, ſi non conſtet certo de alio patre præſumitur illius in cuius domo natus eſt. n.73.ibid.

Filius præſumitur procreatus ab eo qui ad libitum ſuum mulierem tenebat. n.74.ibid.

Si mulier in domo vnius amaſij nunquam concepit, & cum peruenit ad domum alterius amaſij ſtatim concepit. & peperit, illius præſumitur filius. in cuius domo filius natus eſt. n.75.ibid.

Hæc præſumptio magis roboratur, ſi is in cuius domo natus eſt filius eum alimentat, domi retinet, & hæredem bonorum ſuorum inſtituit. n.76. ibid.

Hæc niſi veris filiis raro fiunt. numero 77. ibidem.

Quæ magis filij conueniunt, quam aliis veram filiationem inducunt. n.78.ibid.

Forma.

Non obſeruata forma, vel conditione diſpenſationis non poteſt commiſſarius diſpenſare. num.5. pag.42.

Ponuntur quædam obiectiones in contrarium, & ſoluuntur. n.7.ibid.

Fundatio Monaſterij.

Iure communi prohibetur mendicantibus fundare noua Monaſteria ſine licentia ſedis Apoſtolicæ. num.2.p.342.

Mendicantes habent varia priuilegia ad fundandum noua Monaſteria ſine Pontificis licentia de ſola licentia ordinarij. num.3.ibid.

Concilium Tridentinum determinat quod noua loca à Regularibus non recipiantur ſine licentia Epiſcopi. n 4.p 343

Vltra hanc licentiam alias conditiones poſtulat Clemens VIII. in quadam conſtitutione. num.5. ibid.

Vrbanus VIII. abrogauit omnes licentias conceſſas regularibus erigendi noua Monaſteria, & præcepit quod in erigendis nouis Conuentibus obſeruarentur ſacri Canones, & Trident. & conſtitutio Clementis VIII. & Gregorij XV. numero 6. ibid.

Stando in decreto Vrbani hodie ſecundum aliquos non poteſt fundari aliquis Conuentus Regularium ſine conſenſu Apoſtolico. numero 7. ibidem.

Noſtri Carmelitæ qui in Luſitania de ſola licentia Ordinarij fundarunt vnum Monaſterium ſine conſenſu Apoſtolico non ſunt intruſi. num.8. ibidem.

Mendicantes habent priuilegia Sixti IV. & Iulij II. fundandi noua Monaſteria de ſola licentia Ordinarij. n 9.ibid.

Prædicta priuilegia non ſunt abrogata ab Vrbano VIII. n.10.ibid.

Vrbanus ſolum abrogauit priuilegia conceſſa mendicantibus ad fundanda noua Monaſteria poſt Concilium Tridentinum, & Clementem VIII. num.11 p.343.

Noſtri Carmelitæ ante Tridentinum, & decretum Clementis VIII. habebant dicta priuilegia. num 12.ibid.

Vrbanus VIII. non reuocauit priuilegium Pauli V. conceſſum Trinitariis ad fundandum in Regnis Hiſpaniæ. n.13.ibid.

Vrbanus VIII. ſolum reuocauit priuilegia fundandi vbique conceſſa poſt Trident. n.14.ibid.

Quando maiori derogatur, non eſt viſum minori derogari. n.15.ibid.

Si conſtet Ordinario Conuentum de nouo fundandum poſſe ſuſtentari ſine detrimento aliorum ibi exiſtentium non eſt neceſſe vocare Prælatos aliorum Conuentuum, nec illorum conſenſum ad dandum licentiam ad fundandum. n.16.p.344

Licentia fundandi noua Monaſteria non ſolum poteſt concedi ab Epiſcopo, ſed & à Vicario

Capituli

Capituli ſedis vacantis. num.33.ibid.

Fundatio noſtrorum Religioſorum in Brachara Luſitaniæ de ſola licentia Ordinarij fuit legitima. num. 26. ibid.

Clemens IX. ad inſtantiam noſtrorum Carmelitarum Hiſpaniæ confirmauit motum proprium Gregorij XV. & Pauli V. ad noſtros Carmelitas fundandos noua Monaſteria de ſola licentia Ordinarij. numero 32.p 345

Refertur Bulla Clementis IX. num.33. ibid.

De hoc etiam datur declaratio ſacræ Congregationis quæ ibi refertur, in qua declarat ſacra Congregatio Carmelitas à nemine poſſe impediri, vt de ſola licentia Ordinarij vbique fundent noua Monaſteria. num. 34. ibid.

Ponitur quædam obiectio in contrarium, & ſoluitur. num.35. ibid.

H

Hereſis.

In nullo priuilegio cenſetur data poteſtas ad abſoluendum ab Hæreſi, niſi de illa fiat expreſſa mentio. n.56 p 27

Facultas quam habebant Epiſcopi abſoluendi ab Hæreſi ablata eſt ab his per Bullam Cœnæ. num.57.ibid.

Quilibet Confeſſor poteſt abſoluere ab Hæreſi tantum externa, & materiali. numero 58. ibidem.

Quid ſi Hæreticus tantum externus ſit etiam idololatra. num.59.p.28

In caſu impotentiæ recurrendi ad Papam, vel ad Inquiſitores, à quo debeat pœnitens ab Hæreſi occulta abſolui. n.60.ibid.

Quid dicendum ſit de aliis caſibus Bullæ Cœnæ. num.61.ibid.

Quæ dicantur Impedimenta ad recurrendum ad Papam, vel Inquiſitores pro abſolutione Hæreſis occultæ. num.62.ibid.

Quid ſi pœnitens poſſit recurrere ad Papam, vel Inquiſitores per chartam, vel nuncium. n.63. ibidem.

Abſolutus ab inferiore præter prædicta impedimenta ſemper habet obligationem comparendi coram Pontifice, vel eius delegato, quando commode potuerit. n.64.ibid.

Crimen Hæreſis tendit in damnum commune. num.11.p 303

Quid ſi denunciator non poſſit crimen probare tenebiturne dilatare crimen Hæreſis. n. 12. ibidem.

Hæreticus æquiparatur hoſti patriæ imò peior eſt illo. n.13.ibid.

Homicidium.

Homicidium ſimpliciter voluntarium illud dicitur, quod fit ex intentione occidendi. num.2. pag.29

Homicidium vt ſit ſimpliciter voluntarium debet fieri per inſidias, & per induſtriam. n. 3. ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. num.4 ibid.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali publico non deductum ad forum contentioſum? n.5.ibid.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate ex homicidio voluntario deducto ad forum contentioſum, finito iudicio, & reo iam punito. n.6.ibid.

Homicidium quod non eſt deductum ad forum contentioſum dicitur occultum in hac materia. num.7.p.30

In irregularitate ex homicidio caſuali publico deducto ad formam contentioſum, ſi adhuc lis pendet non poteſt Epiſcopus diſpenſare. numero 8. Ibidem.

Quid ſi iudicium iam ſit finitum, & reus abſolutus falſis, & veris probationibus? numero 9. ibidem.

Quid ſi reus fuit punitus? n.10.ibid.

Ponitur argumentum in contrarium. numero 11. ibidem.

Iſte adoleſcens occidens prædictum religioſum vt ab eo acciperet pecuniam quam deferebat grauiſſimè peccauit. num.25.p.219

Occidens amicum reconciliatum in aliquorum ſententia non eſt proditor, ac per conſequens gaudet immunitate. n.1 p.228

Probatur authoritate multorum Doctorum.n.3. ibidem.

Bulla Gregorij XIII. non debet extendi ad alios caſus præter expreſſos. n.8.p 224

Occidens inimicum reconciliatum per inſidias, & de induſtria in aliorum Doctorum ſententia eſt vere proditor. n.9 ibid.

Probatur authoritate multorum Doctorum. num.10.ibid.

Qui amicum reconciliatum per inſidias occidit fidem datam in eius perniciem fregit. num. 12. ibidem.

Qui ſub promiſſione de non offendendo pacem iniit, & alterum nihil tale cogitantem occidit eſt proditor. n.13.ibid.

Reconciliatio extinxit rancorem. numero 14. ibid.

Per reconciliationem cauſa ad non cauſam eſt redacta. n.15.ibid.

Homicidium voluntarium directè ſolum dicitur quod fit de propoſito, & induſtria, & per inſidias. num.33.p.142

Homicidium in ſubita rixa eſt caſuale, licèt fuerit culpabile & volitum; non ſolum in cauſa, ſed in ſe. n 35.ibid.

Vt homicidium ſit occultum, ſufficit quod non ſit publicum, notorium, vel famoſum. num. 69. pagina 256.

Vt tale ſit requiritur, vt ſciatur à maiori parte viciniæ, quæ ad minus conſtet decem perſonis, vel quod non ſit deductum ad forum contantioſum, aut ſi eſt, quod ibi non ſit probatum. num.70.ibid.

Quando reus abſoluitur in iudicio ex defectu probationis non dicitur crimen deductum ad forum contentioſum. n.71.ibid.

Hoc homicidium non fuit ſcitum, niſi à quinque perſonis in magno populo. n.72.p.257

Honor.

Honores mutant mores. n.207.p.291

I

Ieiunium.

Si pœnitens bona fide exiſtimat ſe habere cauſam ad non ieiunandum cum reuera illam non habeat abſoluendus eſt. n.2.p 265

Quando quis exiſtimat bona fide adeſſe cauſam iuſtam non ieiunandi non peccat non ieiunando. n.3.ibid.

Si Confeſſor poſt examen inueniat non adeſſe

causam

cauſam iuſtam, & id oſtendat pœnitenti, ſi pœnitens adminendo rationes Confeſſoris ex aliis rationibus ſibi perſuadeat, licet ſpeculativo errore ſe habere iuſtam cauſam non ieiunaodi adhuc tunc non ieiunando abſolvendus eſt à Confeſſario. num.4.ibid.

Pœnitens operans ex bona fide non eſt in mala fide à Confeſſario ponendus. n 5. ibid.

Si pœnitens noluerit examinare cauſam demittendus eſt. num.6 ibid.

Si pœnitens dicat ſe non poſſe ieiunare ob magnam difficultatem quam ſentit ieiunando, ſi talis difficultas proveniat ex habitu vitioſo guloſitatis non eſt abſolvendus, ſi non proponat ieiunare. num.7.ibid.

Si t.l s difficultas proveniat ex aliis cauſis; pota ex debilitate ſtomachi,&c. excuſandus eſt à ieiunio. num 8. ibid,

Si pœnitens dicat ſe non poſſe ieiunare niſi cum aliqua circunſtantia in omni opinione oppoſita ſubſtantiæ ieiunij non eſt abſoluendus, niſi proponat omittere talem circuoſtantiam, numero 9. ibidem.

Si talis circunſtantia in aliqua opinione probabili non opponatur ſubſtantiæ ieiunij abſoluendus eſt, etſi non proponat eam demittere. o.10. p.265

Confeſſor debet ſe accommodare opinioni probabili pœnitentis. n.11.ibid.

Si pœnitens dicat ſe non poſſe ieiunare niſi ſumendo ter in die magnam potionem chocolatis poteſt abſolui. n.12. ibid.

Idem dicendum eſt ſi dicat non poſſe ieiunare niſi ad reficiunculam ſumat piſciculos paruos, vel partem piſcis magni in debita quantitate. num.13. ibidem.

Idem dicendum eſt ſi dicat ſe non poſſe ieiunare, niſi ad reficiunculam ſumat duo oua, vel butyrum, vel caſeum, aut quandam almendradam, vel aliquas herbas, vel legumina decocta, vel aliquam ex ſacchato conſeruam. nomero 14. ibidem.

Potionem chocolatis ter in die ieiunij in magna quantitate concedunt aliqui Doctores; qui ibi referuntur ſine fractione ieiunij. numaro 15. ibidem.

Piſciculos paruos, vel partem piſcis magni concedunt alij in debita quantitate, qui ibi referuntur. n.16. ibid.

Oua, ſi ieiunans habeat Bullam Cruciatæ concedunt alij. qui ibi referuntur. num. 17 p.166

Lacticinia ſi jejunans habeat Bullam concedunt alij, qui ibi referuntur. n.18.ibid.

Iuſcula ex herbis concedunt alij, qui ibi referuntur. n.19. ibid.

Electuaria concedunt alij, qui ibi referuntur. num. 20.ibid.

In collatione ſerotina non ad qualitatem, ſed ad quanotatem attendendum eſt. o.21.ibid.

Ignorantia.

Qui operatus eſt cum dubio, & ignotantia craſſa, & ſupina non dicitur præſumens. n.12. pagina 104.

Si quis ignotantia invincibili intravit clauſuram Monſalium putans habera iuſtam cauſam, etſi de facto talis non fuiſſet, nullam incurrit pœnam. n.22.p.111.

Hoc verum eſt etſi ignorantia fuiſſet vincibilis dummodo non fuiſſet craſſa, ſupina, vel affectata. num.53.ibid.

Quomodo ſit probanda in foro externo hæc ignorantia oſtenditur. num. 24. ibid.

Ignorantia præſumitur dum ſcientia non probatur. num. 25. ibid.

Talis Prælatus ſi habuit ignorantiam, etiam vincibilem, dummodo non fuiſſet craſſa, vel ſupina, licet peccauerit, non incurrit tamen alias pœnas. num. 26.ibid.

Ignorantia craſſa. & ſupina eſt quæ facile ſuperari poteſt. num.27. ibid.

Homo præſumitur innocens quandiu crimen non probatur. num.28.ibid.

Ponitur reſolutio totius conſulti. num. 30. ibidem.

Immunitas.

Domus Abbatis contigua Eccleſiæ, & ad quam per atrium Eccleſiæ eſt aditus gaudet eadem immunitate Eccleſiæ. num.2.p.222.

Priuilegia immunitatis ad omne quod Eccleſiæ inhæret extenditur. n. 3. ibid.

Monaſterium contiguum Eccleſiæ gaudet eadem immunitate Eccleſiæ. n 4.ibid.

Priuilegium. conceſſum Eccleſiæ extenditur ad cæmeterium connexum Eccleſiæ. numero 5.ibidem.

Extenditur ad ædes ſæcolarium poſitas in atrio Eccleſiæ, vel infra eius fines ad 40. paſſus. n.6. ibid,

Eutnus Seminarij gaudet eadem immunitate, ac ſeminarium. n.7.ibid.

Palatium Epiſcopi vbicumque ſit gaudet hac immunitate. n.8.ibid.

Apotheca hoſpitalis, ſi habeat oſtium in via publica non gaudet immunitate. n.9 ibid.

Hoſpitale Epiſcopi authoritate conſtitutum gaudet immunitate. n.10.p.222

Oratorium in domo priuata non gaudet immunitate. n.11.ibid.

Domus Abbatis coniuncta Eccleſiæ eſt acceſſoria Eccleſiæ. n.12.ibid.

Acceſſorium ſequitur naturam principalis. n.13. ibidem.

Qui per inſidias occidit proximum ſuum iuxta cap.21. Exodi caret immunitate. numero 18. pagina 324

Hæc lex Exodi, eſt recepta, & viget hodie in Eccleſia. n.19.p 325

Non eſt credendum Pontificem velle occidentem inimicum reconciliatum per inſidias gaudere immunitate. n.20 ibid.

Pontifex nec iuri diuino, nec Canonibus per anteceſſores factis intendit derogare. numero 21. ibidem.

Hæc ſecunda ſententia in opinione Authoris eſt magis conformis loco Exodi; & ordinationi Luſitanæ,& bonæ rationi. n.22.ibid.

Romani gentiles dedecori habebant occidere inimicum per inſidias. num.23.ibid.

Prima ſententia fauet magis immunitati Eccleſiæ, & vt talis in ſententia Authoris tenenda.n.14. ibidem.

Occidens inimicum dormientem, vel à tergo, vel per inſidias, vel veneno non eſt proditor, nec priuatur immunitate Eccleſiæ. num.27.p.325

Quomodo intelligatur locus Exodi, cap. 21. num.34.ibid.

Occidere inimicum reconciliatum per inſidias maximum

peccatum eſt, & abominabile à gentilibus, non tamen caret immunitate. n.35.ibid.

Sodomia maxime abominabilis eſt gentilibus, & tamen non caret immunitate. n. 36. ibid.

Aliqui DD. docent occidentem clericum non gaudere immunitate Eccleſiæ. n.1. p.129

Qui occidit clericum commiſit ſacrilegium. n.3. ibidem.

Committens ſacrilegium non gaudet immunitate Eccleſiæ. n.4. ibid.

Qui occidit clericum eſt excommunicatus. n.5. ibidem.

Excommunicatus non gaudet immunitate Eccleſiæ. n.6. ibid.

Committens crimen læſæ Majeſtatis diuinæ non gaudet immunitate. n.7.ibid.

Qui occidit clericum commiſit crimen læſæ Majeſtatis diuinæ. n.8.ibid.

Delinquentes in Eccleſia non gaudent immunitate Eccleſiæ. n.9.ibid.

Qui in Eccleſia occidit ex multis iuribus, & ex conſtitutione Gregorij XIV. non gaudet immunitate. n.10.p 129

Bulla Gregorij excipit homicidium, etiam in ſubita rixa in Eccleſia. n.11.ibid.

Homicidium ex propoſito, & proditorie in omni loco commiſſum eſt exceptum à Gregorio XIV. n. 12.ibid.

In quo quis deliquit debet puniri. numero 14. ibidem.

Qui in Eccleſia occidit eam ſpernere videtur. n.15.ibid.

Occidens in Eccleſia Eccleſiam iniuria affecit. n. 16. ibid.

Contraria ſententia in vtroque caſu ſuſtinenda eſt. n.17.ibid.

Referuntur plures DD. pro hac ſententia. n.18. ibidem.

Homicidium factum à clerico in Eccleſia in ſubita rixa per nullum textum eſt exceptum. num.19. ibidem.

Verba conſtitutionis Gregorij XIV. debent intelligi de homicidio plene voluntario, & deliberato. n.20.ibid.

Homicidium factum in ſubita rixa calore iracundiæ non eſt plene deliberatum. n.21.ibid.

Ita fuit Romæ iudicatum. n.22.p 130

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.23.ibid.

Committens ſacrilegium gaudet immunitate. n.27.ibid.

Excommunicatus non amittit forum, nec Eccleſia Interdicta priuilegium protegendi reum. n.28. ibidem.

Occidens clericum, etiamſi lædat Eccleſiam gaudet immunitate. n.29.ibid.

Eccleſia diligit inimicos. n.30.ibid.

Non datur ius decernens excommunicatos non gaudere immunitate. n.31.ibid.

In conſtitutione Gregorij non excipiuntur omnes rei læſæ Majeſtatis, ſed qui in perſonam principis deliquit. n.32.ibid.

Bulla Gregorij ſolum excipit occidentes, vel mutilantes in Eccleſia animo plene deliberato, & ex propoſito. n.33.ibid.

Cap. fin. de immunitate Eccleſiæ intelligitur de homicidio plene deliberato, & propoſito. n.34. pagina 133

Quid ſit homicidium proditorium, quid homicidium ex propoſito, & plene deliberatum. num.35. ibidem.

Bulla Gregorij excipit homicidium ex propoſito, & plene deliberatum in Eccleſia commiſſum, & proditorium commiſſum extra Eccleſiam. num.36. ibidem.

In hoc ſenſu intelligenda eſt noſtra ordinatio Luſitana. n.37 ibid.

Occidens in ſubita rixa non contemnit legem. n.38 p.133

Qui ex ſubita rixa in Eccleſia occidit non deliquit proprie in Eccleſiam. n.39 ibid.

Occidens ex ſubita rixa non intendit ſpernere Eccleſiam, ſed ſolum intendit vindicari. num.40. ibidem.

Cap. de vero & cap. quia fruſtra intelligenda ſunt de eo, qui occidit animo deliberato, & ex propoſito. n.41.ibid.

Hæreticus qui furatus eſt pixidem cum diuina Euchariſtia recurrens ad locum vbi eam habebat, & pixidem apprehendens gaudet immunitate Eccleſiæ reſpectu iudicum ſecularium, non tamen Eccleſiaſticorum. n.2. p 134

Qui confugit ad domum vbi forte eſt Euchariſtia pro communicando infirmo gaudet immunitate in criminibus non exceptis. n.3 ibid.

Qui confugit ad ſacerdotem deferentem Euchariſtiam gaudet immunitate in criminibus non exceptis. n.4 ibid.

Reus qui in caſtris confugit ad altare portatile, & dum caſtra mouentur manibus portat gaudet immunitate. n.5.ibid.

Crimen quod iſte hæreticus commiſit non eſt exceptum. num.6.ibid.

Non eſt exceptum, ex eo quod ſacrilege furatus ſit Euchariſtiam. n.7. ibid.

Non eſt exceptum, eo quod ille ſit hæreticus. n.8 ibid.

Non eſt exceptum eo quod furatus ſit Euchariſtiam in Eccleſia. n 9.ibid.

Hæreticus ſi crimen quod commiſit non fuit hæreſis non caret immunitate. n.10.p.234

Qui furatus eſt pixidem Euchariſtiæ non caret immunitate. num.11. ibid.

Hic hæreticus furatus fuit Euchariſtiam, non ob Euchariſtiam, ſed ob argentum pixidis. n.12. ibidem.

Qui occidit actu confitentem in Eccleſia, non animo hæretico, contra Sacramentum, ſed vindictæ in inimicum gaudet immunitate. num. 13. ibidem.

Iſte hæreticus non furatus eſt pixidem cum Sacramento animo hæretico circa Sacramentum, ſed cupiditate argenti. num.14.ibid.

Suſpectus de hæreſi non gaudet immunitate. num. 15. ibid.

Non conſtat hunc hæreticum animo hæretico furatum fuiſſe Euchariſtiam. num. 16.ibid.

Hoc à Dominis inquiſitoribus diſcutiendum eſt, & non à iudice laïco. n.17. ibid.

Cauſa Eccleſiaſtica ab Eccleſiaſticis iudicibus tractanda eſt. n.18.p.135

In dubio an reus animo hæretico furatus ſit Euchariſtiam non eſt priuandus à iudice laïco immunitate Eccleſiæ n.19 ibid.

Sacrilegium gaudet immunitate. n.20 ibid.

Sacrilegium eſt mixti fori, quando reus non confugit ad Eccleſiam, ſecus ſi ad Eccleſiam confugiat. num.21.ibid.

Scandalum in materia fidei non à iudice laïco, ſed à dominis inquiſitoribus, probato ſcandalo, debet iudicari. n.25. ibid.

Committens crimen læſæ Maieſtatis in perſonam principis non gaudet immunitate. num 23. ibidem.

Iſte hæreticus proprie non deliquit contra perſonam Chriſti. n.14 p.235.

Nihil volitum quin præcognitum. num. 25. ibidem.

Iſte hæreticus non credebat Chriſtum eſſe in Euchariſtia. n.26. ibid.

Hæreticus licet ſit indignus beneficio immunitatis, Eccleſia ob ſuam pietatem illum non vult ab immunitate excludere. n.27. ibid.

Iſte hæreticus à quo per vim è manibus erepta fuit Euchariſtia reſtituendus eſt loco ſacro, quouſque à iudice Eccleſiaſtico iudicetur ſua cauſa. n.28. ibid.

Reus per vim, vel dolum extractus ab Eccleſia reſtituendus eſt loco ſacro n.29. ibid.

Hic hæreticus reſtitutus fuit Eccleſiæ, & ordinarius certior factus eſt, & domini inquiſitores, qui de hoc caſu indicarunt. numero 30. ibidem.

Occidens clericum iniuſte, non tamen proditorie gaudet immunitate Eccleſiæ. n. 77. p.257.

Oratoria authoritate Epiſcopi fundata gaudent immunitate. n.78. ibid.

Ad gaudendum immunitate ſufficit quod reus portam, vel muros Eccleſiæ tangat. numero 79. ibidem.

Imperator.

Imperatores, Reges & Imperatrices, & earum filij, & filiæ poſſunt intrare clauſuram Monialium. n.24. p. 86.

Inceſtus.

Inceſtus habitus cum conſanguinea non eſt impedimentum dirimens. n. 15. p. 243

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n. 18. p.244

Incertitudo.

Si incertitudo qualitatum ex parentum proueniat incertitudine, ſi vnus ex illis quo aſſignantur pro parentibus prætenſoris ſit ſanguine maculatus; prætenſor velut incertæ qualitatis admitti non debet. n.60. p.363

Ex diuerſis duorum qualitatibus certum quid colligi non valet. n.61. ibid.

Vnum extremum inhabile totum medium corrumpit. n.62. ibid.

Ex parentum incertitudine oritur ſuſpicio eorum infamiæ. n.63. ibid.

Interpretatio ſemper facienda eſt contra eum qui ſe fundat in probatione dubia. numero 64. ibidem.

Quando datur incertitudo ex parte patris an filius ſit naturalis, vel ſpurius, potius præſumendus eſt naturalis, quam ſpurius. num. 103. pag. 366

Ponitur argumentum in contrarium. num.104. ibidem.

Ponitur illius ſolutio. n.105. ibid.

Inclinationes.

Inclinationes naturales ſemper præſumuntur durare, dum contrarium non probatur. num.211. pag.292.

Infamia.

Infamia iuris non incurritur, niſi poſt ſententiam iudicis. n.15. p.30.

Infamia facti incurritur, quando delictum eſt publicum, & famoſum. numero 16. ibidem.

Infamatio.

Qui iniuſte alterum infamavit tenetur dicere in iudicio ſe mentitum fuiſſe, ſi poteſt abſque gravi præiudicio. n.13. p.125.

Perſonæ quæ tale quid audierunt ab vxore inimica contra virum ſuum tenentur iurare in iudicio tale quid non audiviſſe vtendo amphybologia. n.14. ibid.

Qui rem audivit à perſona non fide digna poteſt dicere in iudicio ſe talem rem non audiviſſe, etiam in caſu fidei. numero 15. ibidem.

Perſona quæ repellitur à teſtimonio non eſt fide digna. n.16. ibid.

Inimicus.

Inimicus non poteſt eſſe teſtis contra inimicum. num. 11. p.125.

Ex dicto illius non ſolum non reſultat probatio in iudicio, ſed nec iudicium. numero 12. ibidem.

Licet inimici ſint reconciliati ſemper ex inimicitia præhabita remanet rancor. numero 28. pag.225

Rancor includit inimicitiam, & amicitiam excludit. n.29. ibid.

Ad conſtituendam amicitiam non ſufficit quod detur promiſſio de non vltra offendendo, ſed requiritur quod ſequatur arctior amicitia, vt ſi ſimul comedant, dormiant, ambulent, &c. n. 30. ibidem.

Non ſufficit quod inter eos dentur communes ſalutationes. n. 31. ibid.

Salutationes ſunt ſigna communia. numero 32. ibidem.

Raro inter inimicos reconciliatos tollitur inimicitia, & rancor. n.33. ibid.

Injuſtitia.

Ex iniuſtitia oriuntur ſeditiones. numero 223. pag.292

Inquiſitio.

Inquiſitio ſpecialis regulariter fit in ſcriptis. n. 16. pag. 335

Dare capitula culparum in ſcriptis in viſitatione ſpeciali nulli fert iniuriam, imo ordinariè ita dantur. n.27. ibid.

Viſitator in viſitatione ſpeciali poteſt dare articulos culparum, vel ſcriptis, vel viua voce. n.28. ibidem.

Excipe ſi culpæ multæ ſint, nam tunc debent dari in ſcriptis. num.29. ibid.

Prouincialis licet in viſitatione ſpeciali non teneatur dare capitulo culparum in ſcriptis, melius faciet ea dando in ſcriptis. numero 54. pag.336

Occurritur cuidam obiectioni, & ſoluitur. num. 55. ibid.

Si aliquis in viſitatione generali ex malitia vel ignorantia peccatum occultum Prælati, vel alterius manifeſtavit, ſi peccatum non eſt in damnum publicum, vel in damnum tertij, vel nimis atrox non debet Provincialis ex tali notitia procedere ad inquiſitionem ſpecialem. num. 56. p. 337.

In hoc caſu ſolum debet reum fraternaliter corrigere. n.57. ibid.

Solum

Solum debet Prouincialis ex generali inquiſitione deſcendere ad ſpecialem in aliquo crimine, quando rumor ſparſus eſt per maiorem partem Conuentus, vel quando crimen ita eſt publicum, vt de illo publice ſine detractione loqui poſſit. n.58 ibid.

Si peccatum eſt in damnum commune, vel tertij, vel nimis atrox, in his ad deſcendendum ex inquiſitione generali ad ſpecialem ſufficiunt indicia, vel ſuſpiciones non leues vel aliqua ſemiplena probatio. n.59.ibid.

Iracundia.

Qui impetu iracundiæ alterius crimen occultum propalauit, vel falſum impoſuit, ſi iracundia talis fuit vt libertatem abſtulerit non peccauit. n. 2. pag. 122

Impetus iracundiæ comparatur dementiæ. n. 3. ibidem.

Qui tale crimen impoſuit tenetur dicere in iudicio ſe id ex impetu iracundiæ falſo dixiſſe. n. 4. ibidem.

Idem tenetur dicere, ſi res quam dixit vera erat, erat tamen occulta. n. 5. ibid.

Non eſt præſumendum quempiam dicere quod prius non præmeditatus eſt. n.6.ibid.

Geſta calore iracundiæ non valent. n.8. ibid.

Religioſus maxime iracundus, & qui contra rationem iraſcitur contra ſubditos eſt indignus vt eligatur in Prælatum regularem. n. 25. p. 281

Qui inordinate eſt iracundus, deſtruit pacem communitatis. n.26. ibid.

Perturbator pacis communitatis eſt indignus vt eligatur in Prælatum. n. 27.ibid.

Rixa eſt filia iræ inordinatæ. n. 32.p 282

Manſuetudini opponitur iracundia. n.34.ibid.

Prælatus iratus, & nimis rixoſus non conſequitur amorem ſubditorum. n. 37. ibid.

Vbi prædominatur ira non eſt miſericordia, & ille in quo ira ſuperat rationem, appetit vindictam iniuſtam. n.39.ibid.

Qui appetit vindictam ſine miſericordia eſt indignus quod eligatur in Prælatum. n.40 ibid.

Qui appetit vindictam ſine miſericordia non poteſt eſſe Dei Vicarius, vel miniſter numero 41. ibidem.

Miniſter Dei non eſt iracundus. n.43. ibid.

Miniſter Dei debet Deum ipſum imitari. n.44. ibidem.

Qui habet animum ferum, & inhumanum non conſeruat ſigna, & notas bonitatis, quæ in parte cœleſti eſt. n.45.p 282

A Diuina nobilitate ſecedit. n 46.ibid.

Non eſt Dei miniſter, & fidelis diſpenſator.n.47. ibidem.

Eſt taurus ſaltans vel aſinus calcitrans. num. 48. ibidem.

Miniſter Dei, & ſcit punire, & parcere. n. 49. ibidem.

Qui neſcit punire, neſcit parcere n.50.ibid.

Qui ſolum ſciunt punire, debent eſſe cum miniſtris Tartariæ regionis. n. 51. ibid.

Qui caret prudentia neceſſaria ad ſuum munus exercendum eſt indignus vt eligatur in Prælatum. n.52.ibid.

Homo nimis iracundus omni prudentia, & ſapientia caret. n. 53. ibid.

Vnus ex effectibus iræ eſt impedire vſum rationis. n. 64. ibid.

Vbi non eſt vſus rationis, non poteſt dari prudentiæ. n. 55. ibid.

Prudentia proprie eſt in ratione. n.56.p.283

Ille cenſetur indignus ad Prælatiam, qui poſitus in illa ſuo gubernio deſtruet communitatem. n.57. ibidem.

Homo iracundus non attendit ad iuſtitiam. n.58. ibidem.

Deficiente iuſtitia in Prælato communitas ſtare non poteſt. n.59.ibid.

Finis principalis Prælati eſt obſeruantia iuſtitiæ. n.60.ibid.

Ponitur argumentum in contrarium. numero 61. ibidem.

Soluitur prædictum argumentum. n.62.ibid.

Ira inordinata appetit vindictam iniuſtam.num.219. pag.292.

Religioſus nimis iracundus, vel ſuperbus, vel ambitioſus, aut Hebræus inducit ſubditos ad ſimilia peccata mortalia. n.235.p293

Interdictum.

Mendicantes non tenentur obſeruare interdicta generalia, quando cathedralis, eſt matrix, vel parochialis loci illa non obſeruant. numero 2. pag 111

In materia pœnali non eſt facienda extenſio.n.3. ibidem.

Nulla parochia poteſt dici parochialis loci, ſi ibi dantur aliæ parochiæ, vel cathedralis. num. 4. ibidem.

Mendicantes non tenentur obſeruare niſi illa interdicta, quæ obſeruat matrix, vel cathedralis, vel parochialis loci. n.8.p.112

Referuntur plura exempla, in quibus regulares, non obſeruarunt interdicta, quia cathedralis ea non obſeruabat. n.9.ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.10 ibid.

Quid dicendum quando in pago non eſt niſi vna Eccleſia, & interdicitur Eccleſia, non vero ambitus illius. n. 11. ibid.

Inſtrumentum.

Notarius faciens inſtrumentum falſum peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem. n. 2. pag.183

Si priuatim inſtrumenta deperdita efficiat, etſi deperditis ſint omnino & in omnibus ſimilia peccat mortaliter. n. 3. ibid.

Probabile eſt hominem particularem conficientem inſtrumentum publicum omnino ſimile deperditio non peccare mortaliter. n. 4 ibid.

Sententia authoris eſt contraria; & probabilior. n. 5.ibid.

Contraria non caret probabilitate. numero 6. ibidem.

Referuntur DD. pro hac ſententia. numero 7. ibidem.

Iſte homo conficiendo tale inſtrumentum non commiſit crimen falſi. n.8.p.183

In quo conſiſtat crimen falſarij. numero 9. ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium, & eius ſolutio. n.10.ibid.

Ponitur aliud argumentum, & illius ſolutio. n. 11. ibid.

Ponitur aliud argumentum, & ſoluitur. n. 12. pag. 184

Conficiens tale inſtrumentum, ſi illius delictum ſciatur puniendus eſt. numero 13. ibidem.

Præſumendus eſt in foro exteriori falſarius.n.14. ibidem.

In foro conſcientiæ ſolum veritas attenditur. numero 15.ibid.

Si tale inſtrumentum fiat aliis ſcientibus continebit malitiam ſcandali. n.16.ibid.

Si caute fiat. & à nemine ſciatur,ab his extrinſecis malitiis denudabitur. n.17.ibid.

Conficiens tale inſtrumentum non tenetur reſtituere maioratum ſibi ob tale inſtrumentum adiudicatum. n.18.ibid.

Qui in compenſatione occulta omiſit aliquam circonſtantiam poſtulatam à doctoribus,licet peccauerit, non tenebitur tamen rem compenſatam reſtituere. n.19.ibid.

Irregularitas.

Propter homicidium caſuale inculpabile non incurritur irregularitas. n.25. p.51

Quid ſi occiſor dederit operam rei illicitæ quando aliquem occidit caſualiter. n.26.p.52

Irregularitas non incurritur, niſi ad mortem detur concurſus poſitiuus. n.4.p 186

Pater qui occidit filium petendo diſpenſationem ſuper irregularitate, non tenetur declarare occiſum fuiſſe ſuum filium. n.5. p. 187

Qualitas perſonæ quoad irregularitatem eſt quid accidentale. n.6.ibid.

Si plures de communi conſilio aliquem aggreſſi ſunt, & occiderunt,ſiue agreſſus vno, ſiue pluribus vulneribus mortuus ſit, omnes ſunt rei homicidij, & irregulares. n.21.p.177

Si plures in repentina rixa abſque communi conſenſu contra vnum inſurrexerunt, ſi vnum tantum vulnus lethale fuit, & ignoratur à quo illatum ſit probabile eſt nullum in foro conſcientiæ manere irregularem. n.3 ibid.

In foro externo poſt ſententiam iudicis omnes habendi ſunt irregulares. n.4.ibid.

In dubio melior eſt conditio poſſidentis num.5. ibidem.

Textus de irregularitate loquentes videntur loqui in foro externo. n.7.p 178.

In dubio iuris tamen poſt ſufficientem diligentiam cenſendus eſt irregularis n.11.ibid.

Qui in pugna emittit ſagittas in hoſtes,& dubitat an aliquem occiderit, nec de hoc facta diligentia poteſt conſtare. non tenetur, nec in foro externo, vel interno ſe habere tanquam irregularem. n.12.ibid.

Qui conſulit, vel mandauit fieri abortum, in dubio an fœtus fuerit animatus probabile eſt non incurrere irregularitatem, ſi poſt moralem diligentiam adhuc perſeuerat dubium. n.13.ibid.

Quando plures non inito conſilio, ſed ex negligentia culpabili ſinguli proiecerunt lapides per feneſtram,& pertranſiens ictu vnius lapidis mortuus eſt,nullus ex illis incurrit irregularitatem, ſi ignoratur quo lapide fuerit occiſus. n.14. ibid.

Contraria ſententia,quæ eſt authoris, eſt probabilior. n.15.ibid.

Probatur authoritate doctorum iuris & ratione. n.16.17.18 .ibid.

Textus loquuntur in vtroque foro. numero 21. ibidem.

In dubio facti cenſendus eſt quis irregularis, ſecus in dubio iuris. n.24.p.179

Quando non conſtat de homicidio nemo cenſendus eſt irregularis. n.25.ibid.

Qui iuſſit fieri abortum, licet dubitetur an fœtus ſit animatus incurrit irregularitatem. num. 26. ibidem.

Quando plures eiecerunt lapides per feneſtram, & tranſiens ex vno lapide mortuus eſt omnes qui eiecerunt lapides manent irregulares. numero 27. ibidem.

Quid ſi vnus ſolus eiiceret vnum lapidem, & hic ignoratur. n.28.ibid.

Occidens religioſum occultiſſime, ita vt à nemine fuerit viſus, non incurrit irregularitatem. n.30.p.220

Probatur authoritate doctorum. n.31.ibid.

Irregularitas ſolum incurritur in caſibus iure expreſſis. n.32.ibid.

Ponitur obiectio,& ſoluitur. n. 33.ibid.

Dato quod talis adoleſcens occidendo occultiſſime dictum religioſum incurreret irregularitatem poteſt ab Epiſcopo diſpenſari. n.34 p.225

Poteſt etiam diſpenſari à regularibus per ſua priuilegia. n.36.ibid.

Si quis poſt ordines mala fide ſuſceptos ante legitimam ætatem celebrauit, incurrit irregularitatem. n.22.p.248

Si delictum promotionis ante legitimam ætatem fuit occultum, poteſt Epiſcopus in irregularitate diſpenſare, licet celebratio fuerit publica. num. 25. ibidem.

Per bullam cruciatæ non poteſt tolli irregularitas contracta ob celebrationem poſt dictam ſuſpenſionem. n.27.ibid.

Contraria ſententia probabilis eſt. n.28.ibid.

Si caſus deductus fuit ad forum contentioſum, & ibi non fuit probatus,adhuc Epiſcopus poteſt in hac irregularitate diſpenſare,& à ſuſpenſione abſoluere. n.29.ibid.

Lex Tridentini cum ſit odioſa debet reſtringi, ad irregularitatem,& ſuſpenſionem probatus in foro contentioſo. n.30.ibid.

Illa quæ non probantur manent occulta.num. 31. ibidem.

Si caſus fuit deductus, & probatus in foro contentioſo.finito iudicio,& punito delicto, poteſt Epiſcopus tollere ſuſpenſionem, & irregularitatem. n.32. p.248

Tridentinum quando reſeruat hos caſus deductos ad forum contentioſum intelligitur ante finitum iudicium. n.33.ibid.

Poſſunt regulares diſpenſare in hac irregularitate in caſibus.in quibus diximus id poſſe Epiſcopum? n.35.ibid.

Irregularitas ex delicto in aliquorum ſententia eſt cenſura. n.6. p.252

Irregularitas ex delicto in aliquorum ſententia non incurritur,niſi detur peccatum mortale ex contemptu,& dolo. n.7. p. 259

Iſte conſulens licet mortaliter peccauerit alterum proditorie occidendo, non tamen peccauit ex contemptu cenſuræ, ſed ex vindicta inimici. num. 8. ibidem.

Qui hominem occidit ignorando tali delicto impoſitam eſſe irregularitatem illam non incurrit. n.9. ibid.

Iſte puer ignorabat talem irregularitatem eſſe impoſitam tali delicto, n.10.ibid.

Dato quod iſte puer per illum homicidium incurreret irregularitatem aliqui dicunt talem irregularitatem tolli poſſe per bullam cruciatæ, ſtando in ſententia aſſerente irregularitatem ex delicto eſſe cenſuram. n.11.ibid.

In

In bulla non excipitur aliqua cenſura. n.12.ibid.

Stando in prædicta ſententia, etiam à regularibus per ſua privilegia poteſt tolli hæc irregularitas. n. 13. ibid.

Per hoc homicidium non incurritur irregularitas ex defectu lenitatis. n. 14. ibid.

Irregularitas ex defectu lenitatis ſolum incorritur à publicis miniſtris. n.15.ibid.

Irregularitas ex defectu lenitatis tolli poteſt ab Epiſcopo. n.16 p.253

Poteſt etiam tolli à regularibus per ſua priuilegia, quæ ibi referuntur. n.17. ibid.

Hæc ſententia quoad abſolutionem ab irregularitate per Bullam Cruciatæ non placet authori. num.18 ibidem.

Ex ea ſequitur omnem irregularitatem etiam ex delicto per induſtriam, & proditorie poſſe tolli per Bullam in quacunque perſona, & per priuilegia regularium. n.19.ibid.

Si talis ſententia eſſet tolerabilis fruſtra Tridentinum exciperet irregularitatem ex homicidio voluntario, etiam occulto in conceſſione facta Epiſcopis. n. 20. ibid.

Etiam ſtando in ſententia aſſerente irregularitatem ex delicto eſſe cenſuram, nec per Bullam, nec per priuilegia regularium poteſt talis irregularitas tolli. n.21.ibid.

Per Bullam, vel priuilegia ſolum poteſt tolli irregularitas in prædicta ſententia, quæ eſt pura pœna peccati, non verò quæ eſt pœna, & inhabilitas. n.22.p.254

Irregularitas ex homicidio voluntario non ſolum eſt pura pœna, ſed & inhabilitas ob ſignificationem. n.21.ibid.

Doctrina Ludouici à Conceptione in hac parte reiicienda eſt. n.24. ibid.

Talis adoleſcens dato quod per tale homicidium incurrerit irregularitatem non poteſt in ea diſpenſari, niſi à Papa. n.25.ibid.

Aliqui dixerunt occidentem clericum inuentum in adulterio cum vxore ſua non incurriſſe excommunicationem, nec irregularitatem, num.26. ibid.

Hic homicida ſaltem incurrit irregularitatem ex defectu lenitatis. n.43. p.255

Irregularitas ex defectu lenitatis poteſt tolli ab Epiſcopo, & à confeſſoribus regularibus. num.44. ibidem.

Irregularitas, & excommunicatio ex delicto parificantur quoad pœnam. n.62.p.256

Qui occidit clericum inuentum cum ſua vxore non incurrit irregularitatem. n. 63. ibid.

Eccleſia non vult ſuo obligare præcepto in hoc caſu. n.64. ibid.

Dato quod per tale homicidium incurreretur irregularitas, cum ſit occultum in ea poteſt Epiſcopus diſpenſare. n.65.ibid.

Hoc homicidium non fuit factum proditoriè. n. 66. ibid.

Solum homicidium voluntarium de propoſito, & proditoriè excipitur à Tridentino. n.67. ibid.

Qui occidit iudicem volentem eum extrahere per vim è loco ſacro vbi tanquam ad aſylum recurrit non incurrit irregularitatem. n.75.p.257

Iſte homicida non incurrit irregularitatem ex defectu lenitatis. n.75.ibid.

Irregularitas ex defectu lenitatis ſolum contrahitur à publicis miniſtris. n.76.ibid.

Irregularitates non incurruntur niſi expreſſæ ſint in iure. n. 12. p.260.

In iure non imponitur electis irregularitas. num.13.ibid.

Qui occidit Petrum clericum putans inuincibiliter eſſe Franciſcum clericum in multorum ſententia non incurrit excommunicationem, aut irregularitatem. n 2. p.239

Probatur Doctorum authoritate, & ratione.n.3. ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium. numero 4. ibidem.

Occiſio Petri non fuit peccatum æternum quia inuoluntaria. num.8.ibid.

Non ſufficit dare operam rei illicitæ, vt quis dicatur reus illius quod ignorabat. n.9. ibid.

Qui occidit Petrum clericum putans inuincibiliter eſſe Franciſcum clericum melior ſententia tenet incurriſſe excommunicationem, & irregularitatem. numero 16.p.240

Probatur authoritate, & rationibus. n.17.& 18. ibidem.

Conſulens poteſt ſequi opinionem contrariam tuta conſcientia cum non ſit periculum quod tale crimen ſciatur in loco in quo reſidet. n.20. pag. 241.

Reſpondetur argumentis contrariis. num. 22. & 23.ibid.

Aliqui dixerunt irregularitatem ex homicidio ſimpliciter voluntario poſſe tolli in foro conſcientiæ per bullam cruciatæ. n.19.p 327

Ponitur illorum ratio. n.20 ibid.

Idem poſſent prædicti Doctores dicere de priuilegiis regularium. n 21.ibid.

Probatur ratione. n.22.ibid.

Qui alteri propinauit venenum ex quo mors ſecuta eſt non poteſt diſpenſari in irregularitate per bullam cruciatæ, vel per priuilegia regularium.n.23. ibidem.

Nomine cenſuræ non venit Irregularitas, etiam ex delicto. n.24 ibid.

Irregolaritas ex delicto irrogatur per modum pœnæ priuatiuæ ex ſe perpetuæ. n.25. ibid.

Non tollitur per abſolutionem, ſed per diſpenſationem. num.26. ibid.

Ita tenet ſtylus curiæ, qui facit Ius. n.27.ibid.

Sub nomine cenſuræ nulla venit irregularitas. numero 29.p.330

Etiam ſtando in opinione dicente irregularitatem ex delicto eſſe cenſuram, adhuc irregularitas ex homicidio voluntario non poteſt tolli per Bullam Cruciatæ. num.30.ibid.

In omni conceſſione ad diſpenſandum in irregularitatibus, ſemper irregularitas ex homicidio voluntario cenſetur excluſa. n.31.ibid.

In generali conceſſione non veniunt ea quæ quis veroſimiliter non eſſet conceſſurus,n.32.ibid.

Idem dicendum eſt de priuilegio regularium. n 33.ibid.

Iudicium authoris circa probabilitatem prædictæ opinionis exprimitur. n.34. ibid.

Religioſus poteſt diſpenſari à ſuo Prælato in irregularitate ex homicidio voluntario, ſiue homicidium fuerit occultum ſiue publicum.numero 35. pag.380

Referuntur varia ad id priuilegia. numero 36 ibidem.

Ponitur ſpecialiſſimum, & notandum priuilegium in hac materia. n.37.ibid.

Ponitur argumentum in contrarium. num. 38. ibidem.

Ponitur illius ſolutio. num.59.ibid.

Iubilaum.

Ad conſequendum Iubilæom ſufficit quod opera præcepta fiant intra duas hebdomadas aſſignatas ad illum lucrandum. n.2 p.149

Hæc opinio eſt probabilis, licet detur etiam opinio probabilis in contrarium. n.3.ibid.

Qui ad conſequendum Iubilæum ſecutus fuit opinionem probabilem illud conſequitur. num.4. ibidem.

Si Bulla Iubilæi dicat quod opera fiant intra duas hebdomadas, vt fuit Iubilæum in aſſumptione Innocentij X. hoc eſt extra quæſtionem. numero 5. ibidem.

Si poſtulet vt opera fiant in vna hebdomada, adhuc eſt probabilis opinio, quod ſi fiant in duabus, hebdomadibus ſufficiunt. n.6.p.150

Confeſſor poteſt communia opera Iubilæi quæ intra eandem hebdomadam non fecit pœnitens. n.7.ibid

Qui vſque ad vltimum diem Iubilæi nullum fecit opus aſſignatum pro Iubilæo, ſi à confeſſore opera commutentur in alia, quæ poſſit facere ipſa vltima die conſequitur Iubilæum. numero 8. ibidem.

Iudæus.

Religioſus de quo eſt fama, & rumor quod ſit ex ſanguine Hebræorum, etſi ſit virtuoſus, eſt indignus vt eligatur in Prælatum regularem. n.12. pag 286.

Deſcendentes ab infidelibus, ſi à natiuitate, vel decennio baptizati ſunt de iure communi non ſunt incapaces dignitatum. n.122 ibid.

Deſcendentes ex hæreticis ſolum ſunt de iure incapaces vſque ad ſecundam generationem per lineam paternam, & vſque ad primam per lineam maternam. n.123 ibid.

In ordine Minorum deſcendentes ex Iudæis quorum oſſa, vel ſtatuæ combuſtæ fuere vſque ad 4. gradum incluſiue non poſſunt eligi ad Prælatias. n.124. ibidem.

Similes prohibitionem habent Hieronymiani. num. 125. ibid.

Rigidiorem prohibitionem habent Benedictini. n. 126.ibid.

Inter Benedictinos ſufficit quod aſcendentes vſque ad 4. gradum fuerint confeſſi, vel conuicti, aut ab inquiſitoribus inquiſiti, vel puniti. num. 127. ibidem.

Probabile eſt hæc priuilegia omnibus religionibus communicantibus communicari. numero 128. ibidem.

In Regno Luſitaniæ ex priuilegio Clementis VIII. & Pauli V. deſcendentes ex Hebræis per lineam paternam, vel maternam vſque ad 7. gradum non poſſint eligi ad præbendas, canonicatus, beneficia ſimplicia, ſiue curata, ſiue ſæcularia, ſiue regularia. n.129. ibid.

Hæc diſpoſitio Pauli V. in Regno Luſitaniæ extenditur ad Prælatias regulares. numero 130. ibidem.

Appellatione Eccleſiæ venit Monaſterium. n.131. pag. 287

Prælati regulares vere, & proprie habent curam animarum. n. 132. ibid.

Verba diſpoſitionis ſunt intelligenda in propria ſignificatione. n.133. ibid.

Eadem inconuenientia dantur in parocho, quam in Prælato regulari. n.134 ibid.

Impugnatur Fragoſus in hac parte. numero 135. ibidem.

In noſtra religione Carmelitana ſunt inhabiles ad habitum, & profeſſionem deſcendentes ex Iudæis vſque ad 4. gradum, & vltra. numero 136. ibidem.

In noſtro ordine deſcendentes ex Hebræis in quocunque gradu ſunt inhabiles ad Prælatias. n.137. pag. 288.

Per profeſſionem non fiunt habiles ad dignitates. n.138 ibid.

Si ingredientibus fiat proteſtatio in noſtro ordine quod religioſi non habent intentionem eos recipiendi, ſi deſcendant in quocunque gradu ex ſanguine maculato, ſi de facto ex tali ſanguine deſcendant, profeſſio eſt nulla. numero 139. ibidem.

Hæc proteſtatio fit nouitiis in noſtra Prouincia Luſitaniæ. n.140. ibid.

Si non fiat illis talis proteſtatio adhuc multi DD. dicunt talem profeſſionem eſſe nullam. num.141. ibidem.

Si clare conſtet aliquem eſſe de ſanguine Hebræorum vſque ad 4 gradum talis eſt incapax vt eligatur in quocunque beneficio, etiam ſæculari, vel Prælatia aliqua regulari. num.142. ibid.

Hæc doctrina eſt valde conformis iuri communi. n.144.p.288.

Hi homines habentes hanc maculam in Hiſpania reputantur veluti infames. numero 144. ibidem.

Vilior eſt ſanguis Iudæorum inter catholicos, quam ſanguis ſpuriorum. n.145 ibid.

Iudæi ſunt doloſi, ſuperbi, inſolentes, ambitioſi, rixoſi, mendaces, procaces, tenaces, auari. n. 146. ibid.

Tales homines vt infames relegandi ſunt à dignitatibus. n.147.ibid.

Per crimen læſæ Majeſtatis Diuinæ perditur omnis nobilitas. n. 148. ibid.

Deſcendentes ex ſic infectis excluduntur ab honoribus, & dignitatibus in multis iuris capitibus, quæ ibi referuntur. n. 159.ibid.

Iudæi commiſerunt crimen læſæ Majeſtatis diuinæ in Chriſtum Dominum. n.150.ibid.

Quotidie idem crimen in eum repetunt. n. 151. ibidem.

Vt infames relegandi ſunt à dignitatibus. n.152. ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n. 153. p. 288

Negare eſſe licitum deſcendentes ex Hebræis excludere à dignitatibus eſt temerarium. num. 154. ibidem.

In noſtra religione Carmelitana excalceata, ſi conſtet aliquem eſſe ex ſanguine Iudæorum in quocunque gradu inhabilis vt eligatur in Prælatum. n.155.ibid.

Deſcendentes ex Hebræis in noſtra religione vſque ad quartum gradum, vel vltra ſunt inhabiles ad habitum, & profeſſionem. numero 156. ibidem.

Multo à fortiori ſunt inhabiles ad Prælatias. n.157.ibid.

Maior habilitas requiritur, vt quis in Prælatum eligatur, quam religioſus fiat. numero 158. ibidem.

Illegetimi licet per profeſſionem, vbi non eſt ſtatorum irritans, fiant religioſi, non tamen fiunt habiles ad Prælatias. n.159.ibid.

Deſcendentes ex Hebræis ſunt veluti infames. n.160. p. 289.

Tales eos reputat noſtra conſtitutio Pontificis authoritate confirmata. n.161 ibid.

Infames, ſiue iuris, ſiue facti ſunt inhabiles ad Prælatias. n.162.ibid

Probabile eſt profeſſionem deſcendentium ex Hebræis in noſtra religiooe in quocunque gradu eſſe nullam. n.163.ibid.

Nullus poteſt eligi in Prælatum alicuius religionis, ſi non ſit verè profeſſus illius. numero 164. ibidem.

Illa dictio, vltra importat infinitatem, & omnes gradus ſequentes in infinitum excludit. n.165. ibidem.

Religioſus de quo certo non conſtat ex ſanguine Hebræorum, datur tamen rumor, & fama eſſe ex eo ſanguine maculato eſt inhabilis vt eligatur in Prælatum regularem. numero 166. ibidem.

Poteſt aliquis eſſe indignus non tamen inhabilis. ibidem.

Indignus poteſt fieri dignus, ſi emendetur, inhabilis non poteſt fieri habilis, niſi diſpenſetur. n.168.ibid.

Deſcendentes ex genere Hebræorum, ſiue ad 4. gradum, ſiue ad 7. in regno Luſitaniæ, ſiue in quocunque, vt in noſtro ordine ſunt inhabiles ad Prælatias regulares. n.169.ibid.

Hic religioſus de quo datur talis rumor, & fama vt vere Hebræus debet reputari. num. 170. p.589 ibid.

Ad probandam conſanguinitatem non reſtrictam ad certum gradum ſufficit communis reputatio, & fama. n.171.ibid.

Quando conſanguinitas eſt antiqua excedens memoriam hominum probatur per teſtes ex auditu, etiam ſine fama, & adminiculis. num. 172. ibidem.

In antiquis excedentibus memoriam hominum teſtes ex auditu probant plene. numero 173. ibidem.

Conſanguinitas huius religioſi eſt antiqua excedens memoriam hominum, de ea datur fama, & rumor. n.174.ibid.

Quid ſi fama explicatur. n.175. p. 290

Quid ſit rumor explicatur. n.176.ibid.

Ponuntur aliquæ conditiones requiſitæ ad famam, & rumorem. n. 177. ibid.

Licet talis rumor, & fama fuerit falſa, adhuc ſufficit talis rumor, & fama vt talis religioſus ſit indignus, vt eligatur in Prælatum, numero 178. ibidem.

In electionibus regularibus præcipue in ordine noſtro digniores eligendi ſunt. numero 179. ibidem.

Talis religioſus habens talem famam non eſt dignior illis, qui eam non habent. numero 180. ibidem.

Falſus rumor, licet non ſoleat obeſſe, poteſt obeſſe. n. 181. ibid.

Rumor publicus quantumuis falſus maxime denigrat perſonam. n. 182. ibid.

Homo denigratus, & tiznatus in fama non eſt tam dignus Prælatia, quam ille, qui nullam nigredinem habet in fama, etſi iunior ſit. num. 183. ibidem.

Sæpe oportet prætermitti ſeniorem, & eligere dignum, vt paulatim aptus fiat. num. 184. ibidem.

Non eſt quis dignior ad Prælatiam eo quia antiquior. n.185.ibid.

Ille cenſendus dignior ad Prælatiam, qui aptior eſt ad vtilitatem Eccleſiæ, & maiorem animarum profectum. n.186. p.590.

Religioſus qui non habet talem nigredinem aptior eſt ad Prælatiam. n.187.ibid.

Religioſi numquam habebunt plenam fiduciam cum eo, qui habet famam licet falſam eſſe ex ſanguine Iudæorum. n 188. ibid.

Ab eo maxime fugient in receptione Sacramentorum. n. 189. ibid.

Multos vidimus comprehenſos à ſancto officio de quibus erat ſimilis rumor falſus reputatus, qui tamen erat verus. n. 190. ibid.

De hoc religioſo datur talis rumor, & contrarium certo ſciri non poteſt. n.191 p.291

Sanguis maculatus eſt periculoſiſſimus in fide. n.522.ibid.

Ex ſanguine maculato oritur infidelitas n. 256. ibidem.

Iudex.

Quando vna opinio circa ius eſt minus probabilis quam alia poteſt iudex in iudicando ſequi minus probabilem relicta probabiliori. num. 64. pag.352

Probabile eſt iudicem in iudicando, ſiue probabilitas verſetur circa ius, ſiue circa factum poſſe ſequi opinionem probabilem quam voluerit, non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus. n. 65. ibidem.

Hic verſatur probabilitas circa ius ſcilicet an negando ſine cauſa iſta monialis ſuffragium peccet contra iuſtitiam, vel charitatem; an non. n.66. ibid.

Prælatus in iudicando poteſt ſequi opinionem quæ dixit eam deliquiſſe non vero eam quæ eam à peccato excuſat. n 67 ibid.

Talis monialis ex odio denegando ſuffragium omni fœminæ in omni opinione peccat contra charitatem, & contra iuſtitiam. numero 68. ibidem.

Oſtenditur hec veritas ratione efficaci. n. 69. ibidem.

Iuriſdictio.

Iuriſdictio quæ conuenit alicui per electionem collegij ad aliquod officium eſt ordinaria. num.5. pag.206

Ad fundandam iudicis iuriſdictionem ad tempus commiſſi delicti inſpiciendum. eſt numero 14. pag.557.

L

Liber.

Liber in quo pater ſolebat ſcribere diem, in quo eius filij nati ſunt facit integram fidem. n.5. pag.388

Liber baptizatorum facit plenam probationem, ſi in eo aliquis error non inueniatur. numero 28. pag.389

In libro baptizatorum in quo eſt iſte religioſus plures errores inueniuntur. numero 29. ibidem.

Legatarius.

Legatarius poteſt præcipere celebrare miſſas minori

ſtipendio

ſtipendio quam reliquit teſtator, dummodo det iuſtum ſtipendium, retento ſibi exceſſu. numero 8. pag. 98.

Quando conſtat teſtatorem noluiſſe inſtituere capellam pinguem, ſi reliquit maiorem quantitatem quam ſtipendium ordinarium debet numerus miſſarum augeri. n.9 ibid.

Legatum.

Legatum relictum Moniali pertinet ad Conventum, & à Conventu ſumenda eſt illius poſſeſſio. n.5.p. 23.

Legatum relictum Moniali omnibus viis pertinet ad Conventum. n.8.ibid.

Legatus à latere.

Legatus de latere non poteſt geſta per ſuum antecellorem revocare. n.45. p. 272.

Legitima.

Patet non poteſt ponere vinculum maioratus, vel capellæ in legitima filiorum. n.11. p.155.

Pater non poteſt inſtituere maioratum defraudando legitimas filiorum. 2.18. p.156.

Legitimatio.

Patet qui filium ſpurium legitimavit in Luſitania poteſt ex teſtamento inſtituere hæredem quem voluerit. n. 2. p.17.

Filius legitimatus in forma Regni Luſitaniæ non ſuccedit parentibus, niſi ab inteſtato, vel ex teſtamento. n.3. ibid.

Patet qui habet filium legitimatum poteſt in vita ſua dare ſua bona, ſive Eccleſiaſtica ſive patrimonialia, cui voluerit. num. 4. ibid.

Si filius, vel filia fuit legitimata vt ſuccedat neceſſatio in legitima debet præcedere acceptatio ex parte filij, vt de facto ſuccedat. n.5. ibid.

Filius per legitimationem amittit libertatem, & remanet in dominio patris. n.6.ibid.

Legitimatio eſt privilegium. n.7.ibid.

Ad valorem legitimationis requiritur patris conſenſus. n 9. p. 18.

Legitima filiorum debet regulari per bona, quæ pater poſſidet tempore mortis. n.16.ibid.

Legitimus.

Adoleſcens natus ex fœmina vxorata, extante matrimonio vero præſumitur legitimus. num. 2. pag. 180.

Hæc procedunt, etſi matet illius convicta ſit de adulterio. n.3.ibid.

Excipienti de legitimitate incumbit onus probandi. n.5 ibid.

Delictum non præſumitur, donec probetur. n.6. ibidem.

Eſſe illegitimum eſt infamia facti. numero 9. ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſolvitur. n.10.& 11 ibid.

Etiamſi vxor continuo habitet in domo adulteri, & ibi concipiat, & pariat, & ſi alias maritus habebat acceſſum ad illam quando volebat partus præſumitur legitimus. n.11.p 181.

Quid ſi mulier poſt mortem viri intra decem menſes peperit cum antea non peperit per annum. n. 13.ibidem.

Etiamſi filius naſcatur poſt novem, aut decem menſes à morte mariti cenſetur legitimus. num.14. ibidem.

Quid ſi mulier vidua ſtatim poſt mortem viri nubat alteri, & intra novem menſes pariat, cui marito tribuendus eſt fœtus. n 15.ibid.

In caſu dubij actualis poſſeſſio matrimonij poſſidet. n 16.ibid.

Quid ſi dentur contrariæ veroſimiles coniecturæ. n.17. ibid.

Ponuntur plures coniecturæ, ob quas filius natus præſumi poteſt adulterinos. n. 18. p 202.

Ponitur reſolutio quæſtionis. n.19.ibid.

Contra ſic conceptum in domo adulteri ſemper remanet apud cordatos ſuſpicio, quod ſit illegitimus. n.20.ibid.

Religio non tenetur recipere hunc adoleſcentem de quo eſt talis ſuſpicio. n.21. ibid.

Si ſit receptus in religione, debet manuteneri in ſua poſſeſſione. n.22. ibid.

Filius progenitus ex valido matrimonio eſt legitimus. n.6.p.217

Si maritus, & coniux poſt matrimonium ratum profiteantur ſolemniter religionem, ſi poſtea ſacrilege coniungantur proles nata eſt legitima licet ſacrilega. n.3.ibid.

Probatur multorum authoritate. n.4.ibid.

Filius ex prædictis coniugibus genitus, ſi caſus eſt occultus poteſt ſine diſpenſatione ſuper illegitimitate ordinari. n.15.p.218.

Proles legitima non indiget diſpenſatione vt ordinetur. n 16 ibid.

Ponitur obiectio & ſolvitur. n.17.& 18 ibid.

Hæc opinio non eſt deſtituta ductoribus. n. 19. p.219.

Lex.

Qui legis tempus non obſervat non dicitur formam legis obſervare. n.13.p.2.

Lex, & præceptum humanum non obligat quando ſubditus abſque gravi nota, & periculo honoris non poteſt illud adimplere. n. 3. p. 36.

Lex vſu non recepta non obligat. n.10 p.96.

Hoc procedit, etſi lex habeat decretum irritans, num. 11.ibid.

Procedit etiamſi deroget conſuetudini. n.12. ibidem.

Vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. n. 27. p.110.

Ponitur obiectio, & ſolvitur. n.28.ibid.

Verba generalia ſtatutorum ſecundum ius commune debent intelligi. num.29.ibid.

Conceſſum cenſetur quod expreſſe non invenitur prohibitum. n.30.ibid.

Lex quæ importat obligationem ſtricte eſt interpretanda. n. 29.p.118.

Quando lex eſt odioſa in eius interpretatione benignior pars eſt complectenda. numero 30. pag.119.

Lex imponens aliquod gravamen non obligat, niſi expreſſe & clare illud imponat. n.31.ibid.

Leges, & decreta Pontificia non obligant ante illatum promulgationem in omnibus Provinciis. n.32.ibidem.

Ponitur argumentum, & ſoluitur. n. 33.ibid.

Decretum Alexandri VII. licet ſit promulgatum nihil facit contra hoc priuilegium Confratrum S. Antonij. n.34. ibid.

Decretum Alexandri VII. ſolum eſt contra mendicantes. n. 35. ibid.

Decretum reuocatorium Vrbani ſolum eſt contra regulares, num.36. ibid.

Non eſt extendendum ad priuilegia conceſſa ſæcularibus. num.37 ibidem.

Reuocatio priuilegiorum eſt odioſa, & reſtringenda. n.38.ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n.39.ibid.

Pontificiæ leges vt obligent requiritur promulgatio illaruru. n. 7. p.160

Requiritur vt in omnibus Prouinciis publicentur. n.8. p. 161

Deciſio concilij Prouincialis non obligat totam Eccleſiam, ſi talis deciſio non fuit recepta in Eccleſia. n.18. ibid.

Lex de nouo lata non extenditur ad præterita. n.103.p.81

Quoties lex aliquid prohibet nulla adiecta pœna pro tranſgredientibus quamuis lex non apponat clauſulam annullantem, quidquid contra illam prohibitionem fit eſt nullum. n.18.p.200

Secus dicendum eſt quando lex imponit pœnam. n.19. ibid.

Lex noſtra prohibens Subprioribus, ne aliquid Innouent in abſentia Prioris nullam imponit pœnam. n. 20. ibid.

Quando lex aliquem ad vniuerſitatem cauſarum deſignat, ſiue alicui conuentum, vel Prouinciæ præfecturam, aut loco Prouincialis demortui præſidentiam concedit, conſtituitur ordinarius. n. 7. pag.207

Legis auxilium fruſtra inuocat, qui legem contemnit. n.13 p.229

Quando lex tradit formam ſubſtantialem ſeruandam in aliquo actu, ſi illa forma non ſeruetur ruit actus. n 43.p.336

Licentia.

Licentia conceſſa Epiſcopo ad teſtandum non ceſſat ex vſu primi actus. 0.7.81.

M

Maioratus.

Bona maioratus non poſſunt hypothecari, vel oppignorari. n.7. p. 7.

Si poſſeſſor maioratus bona maioratus hypothecauit, vel oppignorauit ſucceſſor non tenetur ſoluere illud, ob quod ſunt oppignorata. numero. 8. ibidem.

In aliquibus caſibus de iure Luſitano tenetur ſucceſſor in maioratu ſoluere debita anteceſſoris. o. 9. ibidem.

Quid dicendum ſit in foro conſcientiæ. num. 10. ibidem.

Bona maioratus non poſſunt hypothecari. u. 20. pag.8.

Succeſſor in maioratu non tenetur debita ſui anteceſſoris in conſcientia ſoluere. numero 21. ibidem.

Conſanguineus propinquior vltimi poſſeſſoris maioratus non ſuccedit in maioratu, ſi non eſt de ſanguine inſtitutoris. n. 2. p.99

Quando inſtitutor maioratus vocauit familiam non ſentit de familia grauari, ſed de propria familia. n.3.ibid.

Quando inſtitutor maioratus vocauit aliquem ad maioratum, dummodo nuberet cum tali fœmina, non inſtituit maioratum per modum dotis, vel donationis propter nuptias, vel ob finem matrimonij. n.4.ibid.

Illud præceptum teſtatoris quod nubat cum tali fœmina, alias amittat maioratum, eſt pura conditio, vel modus. n.4. ibid.

Quando teſtator inſtituit aliquem in ſucceſſorem alicuius maioratus cum conditione, quod nubat cum tali fœmina, ſi talis fœmina noluerit eum eo nubere remanet vir inſtitutus dominus maioratus, cum per eum non ſteterit. n. 17. pag.101

Vocatus ad maioratum in vno caſu cenſetur excluſus, illo caſu deficiente. n.20.ibid.

Deficiente conditione, deficit diſpoſitio. n. 21. pag.102

In conditionalibus attendendum eſt ad principium primæ exiſtentiæ, & non ad id, quod ex poſt factum ſucceſſerit. n. 23. ibid.

In maioratibus ſucceditur ſicut in hæreditatibus ab inteſtato. n. 24. ibid.

Inſtitutor maioratus non reſtringit ſucceſſionem ad ſolos vocatos, ſed relinquit maioratum toti familiæ ſuo ordine. numero 25, ibidem

Ponitur obiectio, & ſoluitur. numero 26. & 27.ibid.

Nemo poteſt inſtituere maioratum, niſi de propriis bonis, de quibus libere poteſt diſponere, vel illa legare. numero 13. pagina 155 & ſequent.

Maioratus nec etiam per momentum poteſt eſſe in pendenti, ſed mortuo poſſeſſore defertur perſonæ habili, quæ habeat qualitates à teſtatore requiſitas. n.29.p.74

Quando inſtitutor vocat aliquem ad maioratum poſt mortem ſucceſſoris idem eſt ac dicere, ſi extet & reperiatur vivus. numero 34. ibidem.

Proximitas ad ſuccedendum conſideratur non in vita vltimi poſſeſſoris ſed ex tempore quo ſucceſſio maioratus defertur. n.35.p.75

Qualitates requiſitæ ad ſuccedendum adeſſe debent tempore quod ſucceſſio defertur. num. 36. ibidem.

Ponitur contraria ſententia Authoris. num. 37. ibidem.

Probatur ex verbis inſtitutionis huius maioratus. n 38.ibid.

Confirmatur ex verbis ipſius inſtitutionis. n. 39. & 40. ibid.

Melior explicatio alicuius verbi dubij inſtitutionis ſunt ſimilia verba in eadem inſtitutione. n.41. ibidem.

Mentio mortis facta in verbis conditionalibus, ex quibus reſultat conditio, ſi liberos habuerit, impletur in poſthumo. n. 42. ibid.

Illa verba, *ſe ó ouuer, ou ahi ò naon ouuer*, ſunt demonſtratiua temporis, & non realis conditio ſuperexiſtentiæ illius qui ſuccedendus eſt. n. 43. ibidem.

Illa verba, *à ſa morte*, ſunt idem ac vſque ad mortem. n. 44. p. 76.

Vt diſpoſitio dicatur conditionalis debet eſſe talis formaliter. n.45. ibid.

Omnis actus in dubio ſecundum ius præſumitur purus, & non conditionalis. numero 46. ibidem.

Clericus ſuccedere poteſt in maioratu, ſi in inſtitutione non excludatur, etiamſi inſtitutio excludat fœminas. n. 47. ibid.

Si inſtitutor volebat excludere poſthumum ab hac ſucceſſione id debebat declarare. numero 48. ibidem.

Quæ teſtator doctus ſciebat, & non expreſſit, ea noluit. n. 49. ibid.

Etiamſi in hac inſtitutione daretur conditio nati tempore mortis vltimi poſſeſſoris, adhuc poſthumus ad hanc ſucceſſionem admittendus eſt. n. 50. ibidem.

Malus.

Nemo præſumitur malus, niſi probetur. n. 5. pag. 6.

Mandans.

Mandans eſt cauſa principalis, & efficax damni. n. 2. p. 215.

Longitudo temporis non eſt cauſa ſufficiens revocationis voluntatis. n. 3. ibid.

Vnuſquiſque vult quod eius voluntas ſit mandatum perpetuum. n. 4. ibid.

Tempus non eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis. n. 5 ibid.

Mandans occidere Petrum ſæcularem, ſi Petrus factus ſit religioſus, & mandatarius illum occiderit, mandans non incurrit irregularitatem, aut excommunicationem. n. 6. ibid.

Maior deliberatio requiritur ad occidendum religioſum, quam ſæcularem. numero 7. ibidem.

Si occidendus factus eſſet Papa, mandans non cenſeretur perſiſtere in mandatu. numero 8. ibidem.

Mandatarius.

Mandatarius quando perſona quæ præcipitur occidi mutata eſt de ſæculari in Eccleſiaſticam tenebatur conſulere mandantem. numero 9. pag. 215.

Mandatarius tenebatur iterum in hoc caſu recurrere ad mandantem. n. 18. ibid.

Mandatarius in hoc caſu, & non mandans pœnas homicidij incurrit. n. 19. ibid.

Idem dicendum eſt, quando is qui iubetur occidi factus eſt Epiſcopus, vel Sacerdos. num. 20. ibidem.

Epiſcopatus perfectior ſtatus eſt quam ſtatus religioſus. n. 21. ibid.

Mandatum.

Mandatum cenſetur revocatum, ſi mandans tempore paſchatis confeſſus eſt Sacramentaliter. n. 10. p. 215.

Revocatum eſt mandatum, ſi mandans factus eſt religioſus, vel Sacerdos. numero 11. ibidem.

Mandatum cenſetur revocatum quando occidendus factus eſt religioſus, vel Epiſcopus, vel Sacerdos. n. 12. ibid.

Mutatio ſtatus ex parte mandantis, vel occidentis cenſetur virtualis revocatio mandati. n. 13. ibidem.

Hæc reſolutio multis viſa fuit intolerabilis, & improbabilis. n. 14. ibid.

Hæc opinio fuit Romæ prædicata à viris doctis propter eaſdem rationes. numero 14. ibidem.

Per ingreſſum in religionem Paulus Petro, & omnibus pro iniuria, & ſcandalo ſatisfecit. n. 16. ibidem.

Illa ingreſſio religionis fuit virtualis revocatio mandati. n. 17. ibid.

Maritus.

Multorum ſententia fuit marito licere occidere adulterum inventum cum ſua vxore in adulterio, dummodo zelo iuſtitiæ id faciat. numero 27. p. 254.

Hæc propoſitio, non peccat maritus occidendo propria authoritate vxorem in adulterio deprehenſam, damnata eſt ab Alexandro VII. vt ſcandaloſa. n. 28. ibid.

Pontifex non damnauit hanc propoſitionem, licet marito occidere adulterum inuentum cum ſua vxore, ſed illam, licere marito occidere vxorem inuentam in adulterio. numero 29. ibidem.

Iſte homicida non occidit vxorem, ſed adulterum. n. 30. ibid.

In pœnis non eſt facienda extenſio ob paritatem rationis de caſu ad caſum. numero 31. ibid.

Pontifex non condemnauit dictam propoſitionem vt falſam, ſed vt ſcandaloſam. numero 32. ibidem.

Bene poteſt dari propoſitio damnata ſub anathemate vt ſcandaloſa, & probabilis. numero 33. ibidem.

Reductio ad practicam illius propoſitionis damnatæ à Pontifice eſt peccatum mortale. num. 34. ibidem.

Facta ſuppoſitione quod iſte homicida velit talem propoſitionem, practicare, peccaret quidem in ea opinione, non tamen incurrit irregularitatem. n. 35. ibid.

Non conſtat de tali decreto Alexandri, nec fuit promulgatum in Hiſpania, aut Luſitania, nec receptum. n. 36. p. 255.

Matrimonium.

Quando coniuges de communi conſenſu profitentur religionem non diſſoluitur vinculum matrimonij, ſed ratum manet. numero 3. pagina 217

Quando coniuges de communi conſenſu profitentur religionem poſt matrimonium ratum nullus vinculo matrimonij renunciat, ſed ſolum renunciant ſæculo. n. 7. ibid.

Non eſt contra ſubſtantiam religioſi ſtatus, quod cum eo detur vinculum matrimonij. n. 8. ibid.

Ponuntur aliquæ obiectiones in contrarium. & ſoluuntur. num. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. pagina 217. & 218.

Si quis voluerit contrahere cum Maria primogenita Petri, & invincibiliter contraxit cum Antonia ſecundo genita Petri, non contraxit matrimonium. n. 6. p. 239.

Tale matrimonium fuit nullum quia inuoluntarium. n. 7. ibid.

Inter Prælatum & ſuam Eccleſiam, & conuentum celebratur matrimonium ſpirituale. num. 14. pag. 383

Non exiſtente Conuentu, & Eccleſia non poteſt dari tale matrimonium inter illum & Prælatum. n. 15. ibid.

Metus.

Metus reuerentialis, ſi cum eo non coniungantur minæ, verbera, aut ictus, non eſt ſufficiens ad annullandum aliquem contractum. numero 3. pag. 146.

Metus illatus cenſetur ſublatus quando fuit oportunitas illum fugiendi, & qui illum paſſus eſt noluit. n. 9. p. 147.

Quando metus facile repelli poteſt non cenſetur grauis. n. 12. ibid.

Metus cenſetur purgatus, quando perſona

cui

cui illatus fuit metus poſita eſt in ſua libertate. n. 13. ibidem.

Animus ab operibus dignoſcitur, & talis præſumitur qualem facta demonſtrant. numero 14. ibidem.

Ex verbis dignoſcitur animus, & intentio hominis. n. 15. ibid.

Ponitur ſufficientes cauſæ metus cadentis in virum conſtantem. n. 2. p. 167

Metus cadens in virum conſtantem ad annullandam profeſſionem debet durare tempore poſeſſionis. n. 3. p. 168

Qui profeſſus eſt ex metu cadente in virum conſtantem, etſi interius conſenſerit, profeſſio eſt irrita iure Eccleſiaſtico. n. 4. ibid.

Religioſus qui profeſſus eſt ex metu non reclamans viuente eo, qui metum intulit non eſt in mora. n. 5. ibid.

Adoleſcens qui ex metu cadente virum conſtantem profeſſus eſt eius profeſſio fuit nulla. n. 6. ibidem.

Proteſtatio facta Paulo ante profeſſionem eſt clarum indicium, quod in profeſſione defuit conſenſus. n. 7. ibid.

Ponuntur aliquæ obiectiones. & ſoluuntur. n 8. ibidem.

Ex querimoniis continuis illius, qui profeſſus eſt per metum, metus cenſetur probatus. n. 9. ibid. & ſeq.

Profeſſio facta per metum cadentem in virum conſtantem, etſi fuerit intentio profitendi ex parte profitentis iure Eccleſiaſtico eſt irrita. n. 10. pag 169

Ordinatio facta per metum cadentem in virum conſtantem, ſi ordinatus in ea conſenſit eſt valida. num. 11. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 12. ibid.

Ordinatus per metum cadentem in virum conſtantem non tenetur ad continentiam obſeruandam, ſed poteſt inire matrimonium. numero 13. ibidem.

Obligatio caſtitatis non eſt annexa per ſe ordini ſacro ſed ex lege Eccleſiæ, vel ex voto. num. 14. ibidem.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. numero 15. pag. 170

Qui ex metu graui fuit baptizatus tenetur ad fidem ſeruandam, & alias leges Eccleſiæ. num. 17. ibidem.

Ordinatus per metum ſi noluerit vti ordine, nec continere non gaudet priuilegiis clericorum. n. 19. ibidem.

Vxoratus qui violenter fuit ordinatus ſi contineat non petendo debitum, & clericorum more viuat, & non fuerit bigamus, gaudet priuilegiis clericorum. n. 1. p. 171

Sic per vim ordinatus poſt matrimonium, etiam non conſummatum poteſt ſi velit vti matrimonio, ac ſi nunquam fuiſſet ordinatus. numero 21. ibidem.

Ordinatus per metum cadentem in virum conſtantem, etſi multoties Miſſam dixerit, durante metu, poteſt poſtea contrahere matrimonium. num 22. ibid.

Si ceſſante metu ſemel ſciens, & volens celebrauit, iam non poteſt contrahere matrimonium. n. 23. ibid.

Geſta per metum per ratificationem poſtea conualeſcunt n. 24. ibid.

Quid ſi ſublato metu, errore ductus credens teneri ad continentiam iterum celebrauit. num. 25. ibidem.

Qui ordinatus fuit ex metu leui, ita vt ſi ille non fuiſſet non ordinaretur in foro externo tenetur abſtineri à matrimonio, & viuere modo clericali. n. 2 pag 172

Si conſtet iudici Eccleſiaſtico illum contraxiſſe matrimonium ſeparandus eſt, & puniendus pœnis ſtatutis contra eos, qui ordinati in ſacris ducunt vxores. n. 3. ibid

Metus leuis, etſi ſit cauſa principalis actus, actum non annullat in foro externo. numero 4. ibidem.

Qui ex metu leui ordinatus eſt in loco vbi eſt ignotus, poteſt licite ducere vxorem. numero 5. ibidem

Omnes actus humani præter matrimonium geſti per metum leuem iniuſte incuſſum tanquam propter cauſam principalem iure naturæ, & in foro conſcientiæ ſunt nulli, nullamque obligationem inducunt. n. 6. ibid.

Probabile eſt metum leuem, & reuerentialem in foro conſcientiæ, imo & in foro externo annullare profeſſionem. n. 7. ibid.

Qui poſt talem ordinationem factam per metum leuem duxit vxorem in loco, in quo ignotus eſt, poteſt perſeuerare in matrimonio. num. 8. ibidem.

Bonum conſilium erit, ſi poſtulet diſpenſationem. n. 6. ibid.

Quæ metu, & vi fiunt de iure debent in irritum reuocari. n. 69. p. 337.

Qui per metum cadentem in virum conſtantem renunciauit beneficio repetere poteſt. num. 71. ibidem.

Quid vi, & metu cadente in virum conſtantem fiunt vt irrita debent declarari. numero 72. ibidem.

Timor amiſſionis famæ, & honoris eſt cadens in virum conſtantem. n. 73. p. 338.

Metus concuſſionis eſt cadens in virum conſtantem. n. 74 ibid.

Renunciatio officij facta ex metu extrinſeco iniuſto cadente in virum conſtantem eſt valida, poteſt tamen irritari ad petionem illius, qui metum paſſus eſt. n. 75. ibid.

Metus iſtius Prioris ob quem officio renunciauit non fuit iniuſtus, ſed iuſtus. numero 76. ibidem.

Renunciatio officij ab illo facta fuit valida, nec poteſt irritari. n. 77. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n. 78 ibid.

Vt metus ſit cadens in virum conſtantem requiritur vt incutiens potens ſit, & præſumatur probabiliter executurus rem minatam. numero 79. ibidem.

Requiritur vt metum patiens non poſſit recurrere malis ſibi minatis. n. 80. ibid.

Metus illatus ab eo, qui rem minatam non poteſt dare executioni non eſt probabilis. num. 81. pag. 338

Renunciatio officij facta ex metu non cadente in virum conſtantem eſt valida, nec poteſt irritari. n. 82 ibid.

Profeſſio facta ex timore amiſſionis rei grauis

ignoranter à profitente concepta eſt valida. n. 83. pag.339.

Metus illatus ex culpa metu patientis non debet illi prodeſſe. n. 84. ibid.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.85.ibid.

Quid per metum cadentem in virum conſtantem ſuo officio, vel beneficio renunciauit talis renunciatio eſt nulla. n.86.ibid.

Timor amiſſionis bonoris, & famæ eſt cadens in virum conſtantem, quando illatus eſt ab eo, qui tali honore. & fama poteſt priuare. num. 87. ibidem.

Qui ignoranter putauit metum incutientem poſſe rem minatam dare execution, cum alias non poſſet, ſibi imputet. n.88.ibid.

Metus concuſſionis eſt cadens in virum conſtantem, quando illum incutiens poteſt dare executioni rem minatam. n. 89. ibid.

Minæ.

Minæ ſolum non ſufficiunt ad annullandum actum, ſi ille qui minatus eſt, non eſt ſolitus minas exequi. n.4.p.146

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n.5.ibid.

Preces importunæ, & blanditiæ, non ſufficiunt ad annullandum teſtamentum. num.6.ibid. & ſeq.

Miſſa.

Qui abſque graui nota, & periculo honoris non poteſt ire ad Miſſam in die feſto excuſatur à præcepto, & cenſura, ſi detur de audienda Miſſa n. 3. pag.36.

Sacrificium Miſſæ ex Chriſti inſtitutione offertur pro toto populo. n.19. p. 129.

In Regno Valentiæ eſt priuilegium dicendi tres Miſſas in die commemorationis defunctorum. n. 2. pag 307

Hoc priuilegium conceſſum fuit Dominicanis Regni Valentiæ. n. 3. ibid.

Illo communicant alij religioſi illius Regni, qui cum Dominicanis habent communicationem n. 4. ibid.

Sacerdotes ſæculares in regno Valentiæ poſſunt bis in eadem die celebrare. n. 5. ibid.

In regno Nauarræ vtitur eodem priuilegio. n.6. ibidem.

Hoc priuilegium fuit viuæ vocis oraculum Pauli III. n.7. ibid.

In Catalonia Sacerdotes vtuntur dicto priuilegio. n 8. p.308

Quam varie locuti ſint authores de hoc Priuilegio explicatur. n. 9 ibid.

Datur vera notitia huius priuilegij. numero 10. ibidem.

Hæc trina celebratio incepit in regno Valentiæ ſine priuilegio. n.11.ibid.

Iulius II. ad ſuccurrendum ſcrupulis ter in ea die celebrantibus conceſſit Dominicanis, vt licite poſſent illa die ter celebrare. n.12. p. 308

Hoc priuilegium participatum, & datum executioni fuit à Religioſis Cataloniæ, & Aragoniæ, n.13. ibid.

In Archiepiſcopatu Cæſaraugustano inuoluit eadem conſuetudo. n. 14. ibid.

Idem ad alios Epiſcopatus peruenit. num. 15. ibidem.

Hæc trina celebratio apud clericos ſæculares illorum regnorum ortum duxit à conſuetudine. numero 16. ibid.

In religionibus ortum duxit ex oraculo Iulij III. & Pauli III. n. 17. ibid.

In nullo caſu licet Sacerdoti ſine veſtibus ſacris celebrare, etiam ad vitandam mortem. num. 70. pag.313

Non poteſt Sacerdos celebrare in vna ſpecie ad dandum viaticum infirmo. n. 71. ibid.

Noui ritus circa Miſſæ celebrationem non ſunt propria authoritate admittendi. numero 72. ibidem.

Celebrare ſtando non eſt iure diuino naturali. n.37.p.324

Chriſtus non celebrauit ſtando. n.38. ibid.

Chriſtus recumbens celebrauit. n.40.ibid.

Recumbere eſt quaſi ſedere. n.41.ibid.

Solum qui ſedet, vel iacet, ſurgit. num. 42. pag.325

Maior indecentia eſt celebrare cooperto capite, quam ſedendo. n.43.ibid.

Sacerdos de Pontificis licentia poteſt celebrare cooperto capite. n.44.ibid.

Orans velato capite deturpat caput ſuum n.45. ibidem.

Maior honor eſt loqui cum rege capite cooperto quam ſedendo. n.46. ibid.

Aliqui Pontifices celebrarunt ſedendo, qui referuntur. num.47.ibid.

Occurritur cuidam obiectioni. n.48. ibid.

Miſericordia.

Amor inter Prælatos, & ſubditos acquiritur miſericordia, clementia, & benignitate. numero 38. pag.282

Modus.

Quando clauſula, quæ in bulla opponitur tantum eſt modus, & non conditio, diſpenſatio facta ſine tali modo valet. n.8 p.43

Modus contrarius ſubſtantiæ diſpenſationis non illam annullat. n.6 ibid.

Talis modus habetur tanquam non adiectus. n. 10.ibid.

Mollities

Committens mollitiem cum iuuene, & in confeſſione ſolum declarans commiſiſſe mollitiem cum tertia perſona non declarando, an fuerit mas, vel fœmina, in probabili ſententia facit validam confeſſionem. n.2. p. 236

Quod mollities ſit commiſſa cum maſcolo, vel fœmina, non habet maiorem malitiam, quam ſi furtum fuiſſet commiſſum cum maſculo, vel fœmina. n.3.ibid.

Quod cooperans ad furtum, vel mollitiem ſit mas, vel fœmina, eſt quod accidentale. num. 4. ibidem.

Species quæ ſolum differunt in genere entis non eſt neceſſe explicare illas in confeſſione. num. 5. ibidem.

Quod mollities ſit commiſſa cum maſculo, vel fœmina ſolum datur diuinitas in genere entis. n.6. ibidem.

Sodomita non tenetur explicare an ſodomiam commiſerit cum mare, vel fœmina. numero 7. ibidem.

Quod patiens ſit mas, vel fœmina, per accidens eſt. n.8. ibid.

In mollitie per accidens eſt quod ſocius ſit mas, vel fœmina. n.9.ibid.

In Sodomia ſufficit quod ſodomita dicat in confeſſione toties commiſi Sodomiam. n.10. ibid.

In mollitie id non ſufficit,ſed debet dicere toties commiſi mollitiem cum tertia perſona. n.11. pag.237

Ponitur obiectio, & ſoluitur. numero 12.& 13. ibidem.

Qui commiſit mollitiem tactu pueri nondum doli capacis, vel iuuenis dormientis, vel beſtiæ citra concubitum, ſecundum aliquos DD. non tenetur dicere in confeſſione ſe tactibus alienis fuiſſe pollutum. n. 14.ibid.

Sufficit ſi dicat ſe habuiſſe pollutionem. n.15. ibidem.

Illæ circunſtantiæ ſolum differunt in genere entis, & noo in genere moris. n.16. ibid.

Cooperatio pueri nondum doli capacis, vel iuuenis dormientis non fuit peccatum ex parte illorum, ſed ſolum entitatiue concurrerunt ad peccatum, vt tactus ſtatuæ. n.17.ibid.

Hæc opinio etiam ſtante decreto Alexandri VII. aliquam habet probabilitatem. n 19 ibid.

Qualitas perſonæ cum qua fuit commiſſa mollities, vel Sodomia, an ſcilicet ſit mas, vel fœmina in mea ſententia explicanda neceſſario eſt in confeſſione. n.20. ibid.

Probatur prima ratione. n.21. ibid.

Prædictus pœnitens ſecutus ſententiam contrariam bene operatus eſt. n.22. ibid.

Ratio noſtræ ſententiæ non reddit improbabilem contrariam ſententiam. n.23. ibid.

Reſpondetur noſtræ rationi ſatis probabiliter. n.24. ibid.

Monialis.

Monialis profeſſa non poteſt habere proprium. n.5.p.213.

Monialis poteſt ſumere poſſeſſionem legati de conſenſu Prælatæ, & nomine Conuentus. num.6. ibidem.

Quod monachus acquirit,non ſibi ſed monaſterio acquirit. n. 7. ibid.

Moniales ſi non habeant ſtatutum in contrarium, poſſunt habere annuos reditus ad ſuos vſus honeſtos & neceſſarios. n.2. pag. 124.

Decretum Tridentini in contrarium contrario vſu eſt abrogatum vel non fuit vſu receptum.n.3. ibidem.

Hi reditus poſſunt poni à Monialibus ad cenſum nomine ſuo de licentia ſuperioris,vel de licentia Conventus. n.4.ibid.

Pecunia quæ non eſt incorporata Conventui poteſt Superior dare licentiam vt imponatur ad cenſum redemibilem. n.5. p. 125.

Poteſt Prælatus dare licentiam, vt Monialis ponat mille aureos, ſive ex labore, hæreditate, vel donatione acquiſitos ad cenſum vitalitium. num.6. ibidem.

Pecunia dum non eſt deſtinata ad aliquid immobile, vel mobile pretioſum non eſt res pretioſa, quæ ſervando ſervari poſſit. n.7. ibid.

Prælatus poteſt concedere moniali vt mille aureos in ſuos vſus conſumat. n.8.ibid.

Poteſt ei dare licentiam,vt ponat eos ad cenſum vitalitium. n.9. ibid.

Si mille aurei relinquantur moniali vt vtatur redditibus illius in vita ſua, & poſt mortem maneant Conventui, non poteſt monialis etiam de licentia Prælati ponere eos ad cenſum vitalitium. n.10. ibidem.

Poteſt Conventus in hoc caſu de licentia Prælati renunciare illi iuri, & ſic Monialis emere cenſum vitalitium. n.11. ibid.

Si Moniali relinquatur res immobilis vt ex redditibus illius in vita ſua vtatur & poſt mortem maneat Conventui, non poteſt Conventus, vel Prælatus cedere huic iuri, niſi cum ſolemnitatibus requiſitis ad alienandum res immobiles. num. 12. ibidem.

Hæ res ex natura ſua ſunt immobiles, & pertinent ad conventum. n 13.ibid.

Hoc verum eſt, etſi monialis ſit gravata ære alieno. n.14.ibid.

Conventus tenetur ſolvere debita monialis, niſi contracta ſint illius intuitu,vel quia moniali non tribuit alimenta neceſſaria. numero 15. ibidem.

Motus proprius.

Quem effectum habeat motus proprius, ſi ſit taxativus temporis cum derogatione omnium ſtatutorum. n.2. p. t.

N

Naturales.

Iuxta ius commune & canonicum ad bona Eccleſiaſtica prius admittendi ſunt naturales digni, quam alienigenæ. n.21.p 85.

Probatur ex iure divino. n.22.ibid.

Probatur ex iure cannoico. n.23.ibid.

Pobatur ratione. n.24.ibid.

Proviſio beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſi fiat extraneis exiſtentibus clericis naturalibus dignis eſt nulla iuxta plurimorum ſententiam. num. 25. ibidem.

Patronus qui inſtituit aliquam capellam, vel teſtator qui reliquit aliquas Miſſas poteſt præcipere, vt prius vocentur naturales,& conſanguinei digni, quam extranei. n.26.ibid.

Intentio omnium teſtatorum in opido Viennæ eſt, quod ad ſuas exequias,& miſſas vocentur confratres Spiritus ſancti. n.27.ibid.

Novitius.

Novitius ſi tempore novitiatus committat delictum gaudet privilegio fori, & canonis.num. 9. pag. 227.

A ſolo ſuo Prælato puniendus eſt. numero 10. ibidem.

Si dimittatur antequam ſit punitus à ſeculari iudice pro delicto puniendus eſt. numero 11. ibidem.

Novitius qui commiſit delictum tempore novitiatus, etiamſi expellatur a ſuo Prælato regulari apud quem deliquit puniendus eſt. numero 18. pag.228.

Nuncius.

Nuncius poteſt concedere fœminis licentiam ingrediendi clauſuram religioſorum. numero 18. pag.185.

Quando Regina, vel alia fœmina ex privilegio ingreditur clauſuram religioſorum poſſunt eam aliæ fœminæ comitari quantum neceſſarium fuerit ad eius ornatum decentem.numero.19. ibidem.

O

Obedire.

NOlle obedire Prælato in facie eius in re gravi eſt peccatum mortale & contemptus obedientiæ. n.67.p.337

Occaſio proxima.

Nolle obedire Prælato in facie eius in re gravi eſt

optime tractat, & optimè omnibus inſervit, ita vi difficulter alia ſimilis inveniatur, ſi cum ea habeat occaſionem proximam peccandi aliqui voluere aſſerere non teneri illam è domo eiicere. n. 2. pag. 173.

Proponuntur pro hac ſententia aliquæ rationes. n. 3. & 4. p. 134.

Talis clericus tenetur eiicere ſtatim talem ancillam. n. 5. ibid.

Omnis occaſio proxima peccandi dimittenda eſt etſi ex ea maxima vtilitas ſequatur. numero. 6. ibidem.

Charitas obligat ad præferenda bona potiora bonis inferioris ordinis. n. 7. ibid.

Si detur cauſa vrgens, & neceſſaria, & quaſi moraliter impellens, non tenetur quis eiicere occaſionem proximam. n. 8. p. 175.

Qui ex cauſa vrgenti, & neceſſaria ponit ſe in periculo proximo peccandi non commutat bona potiora cum bonis inferioris ordinis. num. 9. ibidem.

Solum permittit occaſionem per accidens perdendi bona potiora ob bona inferioris ordinis. n. 10. ibid.

Bona inferioris ordinis ſunt neceſſaria ad conſervationem vitæ, vel boni communis. numero. 11. ibidem.

Adoleſcens qui verſatur inter fœminas laborando, &c. ad lucrandam vitam non tenetur relinquere hoc exercitium, etiamſi fœminæ ſint ſibi occaſio peccandi. n. 12. ibid.

Concubinarius poteſt abſolui, ſi non dimittit concubinam ob magnum detrimentum vitæ, honoris, vel famæ. n. 13. ibid.

Hoſpita poteſt abſolui, ſi non dimittit hoſpitium, quod ſibi eſt occaſio peccandi cum hoſpitibus, ſi alias id non poteſt facere ſine gravi, & magno detrimento. n. 14. p. 175

Qui frequenter labitur in periurium poteſt toties quoties abſolui. n. 15 ibid.

Qui multoties relabitur in fornicationem, ſi domi non habeat concubinam, nec eam in alia domo habeat ſuis expenſis vbi quorie voluerit poſſit accedere. ſed ex fragilitate ad domum illius multoties tendit, poteſt toties quoties abſolui, ſi alias proponat, & pœniteat de præteritis. numero 16. pag. 176.

Concubinarius qui iam nihil babet cum concubina, ſi eam adhuc cum ſcandalo domi babeat non poteſt abſolui. n. 17. ibid.

Opinio Ioannis Sanchis de non dimittente occaſione proxima peccandi ob vtilitatem oblectamenti in epulis deleta eſt a ſacra Congregatione. n. 18. ibidem.

Alij Doctores qui dicunt ob vtilitatem poſſe domi retinere concubinas explicandi ſunt de vtilitate vrgenti, & neceſſaria, alias illorum opinio reiicienda. n. 19 ibid.

Bonum vtile non neceſſarium non dat ius ad perſeverandum in occaſione proxima peccandi. n. 20. ibidem.

Ex petitione mutui ſub vſuris ab vſurario parato, & ex ornatu fœminæ ſolum per accidens ſequitur aliorum peccatum ex illorum malitia. n. 21. ibid.

Occaſio proxima, & periculum peccati in ſe non eſt peccatum, niſi libere, & voluntarie aſſumantur. n. 61. p. 133.

Occidere.

Vnicuique licitum eſt occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ invaſorem iniuſtum rerum ſuarum nec hæc opinio eſt à Papa damnata. numero 45. pag. 255

Clericus dormiens cum alicuius vxore invadit illius pretioſiorem rem. n 46. ibid.

Vnuſquiſque ob defenſionem ſui honoris poteſt licite abſque metu cenſuræ, vel irregularitatis invaſorem iniuſtum occidere. num. 47. ibid.

Pontifex non damnauit propoſitionem aſſerentem licite poſſe maritum occidere adulterum deprehenſum cum ſua vxore, ſed ſolum propoſitionem aſſerentem poſſe licite occidere vxorem deprehenſam in adulterio. n. 48. ibid.

Mulier non eſt aggreſſor, ſed patiens. num. 49. ibidem.

Adulter eſt aggreſſor honoris homicidæ. n. 50. ibidem.

Homo nobilis poteſt occidere licite eum publice appellantem Iudæum, cornutum. numero 51. ibidem.

Homo nobilis non poteſt licite occidere invaſorem rerum ſuarum, & ſui honoris, niſi quando invaſor nolit deſiſtere ab invaſione, vel invaſus aliter non poteſt res ſuas, & ſuum honorem recuperare. n. 52. p. 256

Iſte invaſus poteſt recuperare res ſuas, & honorem accuſando clericum apud iudicem. num. 53. ibidem.

Iſte invaſus omittendo hæc, & clericum occidendo, & peccat, & incurrit excommunicationem, & irregularitatem. n. 54. ibid.

Iſte invaſus accuſando clericum adulterum apud iudicem non videtur habere ſuam vxorem liberam ab invaſione clerici. n. 55. ibid.

Per accuſationem apud iudicem non recuperatur honor apud homines. n. 56. ibid.

Hæc ſententia ad excludendum hunc homicidam ab excommunicatione, & irregularitate non eſt neceſſaria. n. 57. ibid.

Aliquo modo opponitur decreto Alexandri VII. n. 58. p. 256

Iſte homicida occidendo clericum adulterum cum ſua vxore peccauit, non tamen incurrit excommunicationem, aut irregularitatem. num. 59. ibidem.

Iſte homicida occidendo clericum in dicto caſu non incurrit excommunicationem capitis ſi quis ſuadente Diabolo. n. 60. ibid.

Eccleſia reputat hanc occiſionem fuiſſe factam ex vehementi paſſione. n. 61. ibid.

Vnuſquiſque poteſt ius ſuum defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ iniuſtum invaſorem occidere. n. 74. p. 257

Iſte homicida non incurrit irregularitatem ex defectu lenitatis. n. 75. ibid.

Irregularitas ex defectu lenitatis ſolum contrahitur à publicis miniſtris. n. 76. ibid.

Officium.

Quid per officia intermedia in noſtra conſtitutione intelligatur. n. 16. p. 18

Officium manuale poteſt auferri ſine cauſa ab eo, qui illud dedit. n. 35. p. 111.

Offendere.

Animus offendendi ex inſolito armorum geneſe probatur. n. 24. p. 250.

Hoc axioma intelligitur quando reus non eſſet ſolitus talia arma ſemper afferre. numero 25. ibidem.

Opinio

Index Rerum.

Opinio.

Opinio quæ defendit valorem matrimonij etiamſi ſit vnius tantum doctoris claſſici præferenda eſt opinioni multorum. n. 9. p. 19.

Quod multis, & doctis placet probabile iudicatur. n. 1. p. 298

Particularis qui rem actu poſſidet, non poteſt ab ea priuari publice ex ſola opinione probabili abſque iudicis ſententia. numero 67. pagina 305

Opinio probabilis ſufficit ad contraueniendum iuri communi, quando ius non eſt in certa poſſeſſione. n. 68. ibid.

Dari poteſt compenſatio occulta cum ſola opinione probabili contra actu rem poſſidentem. n. 69. ibidem.

Quæcunque præcepta Eccleſiæ quæ caſu communi obſeruantur non ſunt tollenda ex ſola opinione probabili. n. 73. p. 313

Nullus Epiſcopus audebit præcipere quod non ieiunentur feriæ quatuor temporum ex ſola opinione aliquorum doctorum, qui dixerunt in talibus feriis non dari præceptum ieiunij. n. 74. ibidem.

Si non detur dubium negatiuum ſed opinio pro vtraque parte aliqui dicunt poſſe iudicem ſequi opinionem quam maluerit, ſi vtraque probabilis ſit, & ſpoliare poſſidentem ſi contra ſe habet opinionem probabilem. n. 91. p. 364

Ponitur authoris opinio. n. 92. ibid.

Si opiniones in præſenti caſu ſunt æque probabiles tenetur iudex fauere reo. n. 93. ibid.

In pari caſu melior eſt conditio poſſidentis. n. 94. ibidem.

Si opiniones ex parte facti non ſint æqoe probabiles, ſed vna probabilior tenetur iudex iudicare ſecundum probabiliorem. n. 95 p. 365

Si detur melior opinio prætenſorem habere maculam in puritate iudex debet eum ſtatu religioſo ſpoliare, ad hoc enim ſufficit opinio probabilior. n. 96. ibid.

Opponitur obiectio, & ſoluitur. numero 97. ibidem.

Ponitur alia obiectio, & ſoluitur. n. 98. ibid.

Quando opiniones verſantur circa factum tenetur iudex ſequi opinionem probabiliorem, etiam in matrimonio carnali illud nullum declarando. num. 99. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. numero 100. & 101. p. 366

Religioſus poteſt deiici à profeſſione quam poſſidet ex probabiliore opinione, vel ſaltem cum probatione certa moraliter. n. 108. p. 367

Ponitur reſolutio totius conſulti. num. 190. ibidem.

Oraculum.

Oracula quæ ſunt religioni fauorabilia veniunt in communicatione priuilegiorum. n. 22. pag. 309

Ponuntur obiectiones, & ſoluuntur. n. 23. & 24. ibidem.

In reuocatione oraculorum facta à Gregorio XV. & Vrbano VIII. non fuere comprehenſa oracula confirmata per bullas. n. 25. ibid.

Hoc oraculum iam erat confirmatum per bullas. num. 26. ibid.

Omnia oracula conceſſa vſque ad annum 1610. fuere confirmata per bullas. n. 27. ibid.

Nemo in foro externo poterit probare oraculum concedens licentiam ter celebrandi in die defunctorum non eſſe reuocatum. n. 78. p. 313

Omnia oracula in multorum ſententia fuere reuocata à Gregorio XV. & Vrbano VIII. n. 64. p. 312

Hoc priuilegium ter celebrandi in die defunctorum fuit oraculum. num. 65. ibid.

Tale oraculum hodie non exiſtit. numero 65. ibidem.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 66. ibid.

Oracula veniunt in communicatione privilegiorum. n. 105. p. 315.

Reuocatio oraculorum facta à Gregorio XV. non comprehendit oracula ſignata manu alicuius Cardinalis. n. 106. ibid.

Reuocatio oraculorum facta ab Vrbano VIII. non comprehendit oracula, quæ in ſuo effectu principali vnicum tantum habent actum, licet ſucceſſiue tranſeuntem. n. 107 ibid.

Plura oracula in ſuo effectu principali vnicum tantum habent actum, licet ſucceſſiue tranſeuntem. n. 108. ibid.

Proponuntur aliqua exempla. n. 109. ibid.

Aliter dicendum eſt de oraculis, quæ plures effectus independentes habent. n. 1. 0. p. 316.

Reuocatio oraculorum non includit oracula confirmata per bullas, ſi dentur executioni ſine abuſu, & ſcandalo. n. 111. ibid.

Oracula conceſſa Prælatis pro bono regimine, religioni non ſunt reuocata. n. 112. ibid.

Idem dicendum eſt de oraculis concedentibus indulgentias. n. 113. ibid.

Probabile eſt Gregorium, & Vrbanum reuocaſſe oracula, etiam confirmata per bullas ex quorum vſu dabatur ſcandalum. n. 114. ibid.

Melior opinio docet omnia oracula confirmata per bullas non eſſe reuocata. n. 115. ibid.

Oraculum ter in eadem die celebrandi non poteſt à communitatibus, quæ illo nunquam vſæ ſunt executioni mandari. n. 116. ibid.

Perſonæ priuatæ non poſſunt priuilegio tantum probabili contra ius commune poſſidens actu operari cum ſcandalo ſine iudicis ſententia. num. 117. ibidem.

Omnia oracula confirmata per bullas non fuere reuocata à Gregorio XV. nec ab Vrbano VIII. num. 118. ibid.

Hoc oraculum ter celebrandi in die defunctorum non fuit reuocatum à Gregorio, nec Vrbano. n. 119. ibid.

Ex vi illius per communicationem, non poſſunt regulares Luſitaniæ ter in die defunctorum celebrare. n. 120. p. 317.

Ratio conceſſionis huius priuilegij non poteſt aptari regno Luſitaniæ, vel aliis regnis Hiſpaniæ. n. 121. ibid.

Hoc priuilegium eſt veluti priuilegium locale, vel perſonale. n. 121. ibid.

Tale priuilegium quando fuit conceſſum conuentui Dominicanorum Valentiæ non poterat ab aliis Conuentibus eiuſdem ordinis, etiam regni Valentiæ communicari. n. 123. ibid.

Quod fuit motivum conceſſionis hujus oraculi ad ter celebrandum in die defunctorum explicatur. n. 100. p. 315

Ratio ob quam fuit conceſſum hoc oraculum Conuentibus Valentiæ non poteſt aptari, etiam inadæquate conuentibus Luſitaniæ. numero 101. ibidem.

Ordo.

Ordo.

Regularis qui ordinatus fuit 22. anno ſuæ ætatis ordine presbyteratus. ſi caſus ſit occultus poteſt abſque ſcrupulo miniſtrare in ſacris, numero 2. pag. 44.

Regulares ante Tridentinum poterant recipere ordinem presbyteratus anno 22. ſuæ ætatis ex priuilegio Benedicti III. n.3. ibid.

Prælati regulares poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis vt anno 22. ſuæ ætatis ſuſpiciant ordinem presbyteratus. n. 4. ibid.

In aliquibus textibus variæ ponuntur pœnæ ordinariis ſine ſufficienti titulo. n.2. p.163

Prima tonſura non eſt ordo. n.52. p. 262

Beneficij actiua receptio, & collatio paſſiua dari, & exiſtere poteſt ſine ordine, & ſine exercitio illius. n.53. ibid.

Beneficium curatum non ſupponit in illud recipiente actualem ordinem, ſed ſolum potentialem ſeu aptitudinalem. n. 54. ibidem.

Qui eſt ſuſpenſus ab exercitio ordinis actualiter non eſt incapax recipiendi beneficium curatum. n. 55. ibidem.

Idem dubium quod datur circa baptiſmum, datur circa chriſma, & ordines ſuſceptos. numero 33. p. 390.

Ordinarius.

Ordinarius poteſt facere ſtatutum, quod in funeribus non vocentur niſi tot religioſi, vel clerici, vt ſumptus ſint moderati. numero 36. pagina 86.

P

Pactum.

OMne pactum in materia beneficiali eſt prohibitum iure Eccleſiaſtico. n.6.p.35

Pactum quod inducit obligationem poſitiuam, & oneroſam eſt pretio æſtimabile. numero 7. ibidem.

Poteſt abſque ſimonia dari pactum quod qui recipit beneficium tribuat aliquid indeterminatum ex gratitudine illi qui ei procurauit beneficium. num.8.ibid.

Secus ſi detur pactum de aliquo taxato, vel determinato. n.9.ibid.

Si pactum de dando aliquid determinatum, etiam ex gratitudine eſſet licitum, nunquam daretur ſimonia. n.10.ibid.

Pœna.

Pœnæ ſunt molliendæ. n.6.pag.177.

Iniuſtum eſt pro facto peccaminoſo dubio certam pœnam imponere. num.9.p.178.

Sanctius eſt impunitum relinquere factum nocentis, quam innocentem damnare. numero 10. ibidem.

Pœna eſt emollienda, ſi non detur præſumptio iuris in contrarium. n.20.ibid.

Pœna non irrogatur, niſi expreſſe in iure cum imponatur. n.56.p.261.

Pœnæ non ſunt augendæ præter in iure expreſſas. n.43. p. 249

Ponitur obiectio, & ſolvitur. n.44.ibid.

Contra appellantes à ſuis ſuperioribus, vel eos recuſantes non datur pœna in iure taxata.n.62.p.354

Id relinquitur arbitrio iudicum. n.63.ibid.

Pœna debet commenſurari cum ea, quæ ponitur in tribunalibus ſæcularibus recuſantibus ſine cauſa ſufficiente iudices, vel ab eis apellantibus.num.64. ibid.

De iure noſtro recuſantes Prælatos, vel ab eis appellantes debent privari officio irremiſſibiliter. n.65.ibid.

Qui contra ordinis ſuperiores ſe erexerint eorum officium impedire conantes voce & loco & officio privantur. n.66.ibid.

Recuſantes, & appellantes à viſitatore ſine iuſta cauſa ſe contra eum erexerunt procurantes eius officium impedire. n.67. ibid.

Quando lex noſtra non declarat pœnam quæ alicui culpæ imponenda eſt, debet iudex ſervare proportionem cum aliis pœnis in eadem conſtitutione taxatis. n.70.ibid.

Hæc pœna privationis officij habet magnam proportionem cum aliis pœnis pro ſimilibus culpis in noſtris conſtitutionibus taxatis. n.71.ibid.

Papa.

Papa non poteſt cogere vnum religioſum vt tranſeat ad aliam religionem ſtrictiorem.n.13.p.20

Papa extra locum territorium ſolum poteſt commutare voluntates teſtatorum quoad legata pia. n. 2.p.61.

Papa non poteſt auferre dominium ab aliquo, qui illi non fuerit ſubiectus temporaliter.n. 3.ibid.

Nec ab aliquo clerico qui vixerit extra terras temporaliter Pontifici ſubiectas, quoad bona patrimonialia. n.4. ibid.

Papa non habet in terris Chriſtianorum dominium actu neque iuriſdictionem quoad temporalia. n.5. pag.61.

Papa etiam de poteſtate abſoluta non poteſt mutare voluntates teſtatorũ etiam quoad legata pia, abſque cauſa iuſta publica, & vniverſali. n.6. ibid.

De iure naturali eſt, quod, voluntas teſtatoris in ſpecifica forma impleatur. num.7. ibid.

Papa non poteſt diſpenſare in iure naturali. n.8. ibid.

Papa non poteſt auferre ordinem iudiciarium, niſi quoad ſuum forum. n.9. ibid.

Papa non poteſt ſine iniuria tertij auferre dominium privatum, niſi ex cauſa fidei, vel Eccleſiæ n.10. ibid.

Papa non poteſt aliquem legitimare extra terras vbi habet iuriſdictionem ad bona temporalia. n. 11. ibid.

Papa non poteſt legitimare in præiudicium tertij. n.12.ibid.

Ponitur obiectio, & ſolvitur. num.13.ibid.

Papa nec reſpectu ſui ſubditi poteſt exercere ſuam iuriſdictionem temporalem reſpectu rei quæ eſt extra ſuum territorium temporale. n.14. ibid.

Papa non poteſt legitimare filium ſæcularem clerici, vt ſuccedat in bonis patrimonialibus patris ſui clerici extra terras ſibi temporaliter ſubiectas.n. 15.ibidem.

Ponitur obiectio, & ſolvitur. n.16.p.63.

Papa non poteſt privare regno perſonam, cui venit regnum per ſucceſſionem, vel electionem niſi ad bonum Eccleſiæ. n.17.ibid.

Papa non poteſt valide, nec licite agere contra iuſtitiam communitativam. n.18. ibid.

Ponitur obiectio, & ſolvitur. n. 19. ibid.

Noſtra voluntas dupliciter accipi poteſt, vel quoad finem naturalem vel ſupernaturalem. n.20. ibidem.

Papa non habet poteſtatem ſuper noſtram voluntatem quoad finem temporalem, & naturalem, ſed ſolum quando ordinatur ad finem ſupernaturalem. num. 21. ibidem.

Papa non poteſt mutare contractus ciuiles, vel in eis diſpenſare. n. 22. p. 63

Quomodo Papa poſſit legitimare ad bona temporalia diſpenſando in radice matrimonij. num. 23. ibidem.

Ponitur obiectio & ſoluitur. n. 24 p. 64.

Diſpoſitio teſtamenti perſonæ Eccleſiaſticæ, quoad bona hæreditaria extra terras Papæ non ad Papam, ſed ad Regem ſpectat. numero. 25. ibidem.

Papa dato quod poſſet mutare voluntatem teſtatoris extra ſuum territorium quoad bona profana debet eſſe cum cauſa publica, & probata, quæ ad bonum publicum ſpectet. n. 26 ibid.

Nec in legatis piis de poteſtate ordinaria poteſt Papa mutare voluntatem teſtatoris ſine iuſta cauſa. n. 17. ibid.

Vt cauſa probetur debet citari pars, vt talis mutatio voluntatis teſtatoris præiudicet. num. 28. ibidem.

Papa in dubio non videtur velle derogare iuri tertij. n. 39. p. 66.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 40. ibid.

Papa ſe obligans cum iuramento non facere Cardinales, niſi concurrant vota omnium Cardinalium non ligatur iuramento. n. 33 p. 350.

Par.

Par in parem non habet imperium. n. 45. pag. 272.

Pater.

Pater non poteſt cogere filiam vt fiat monialis in hoc, vel illo Conuentu, in quo illa non vult. num. 12. p. 20.

Pater non poteſt cogere filiam vt ſumat religionem ſtrictiorem quam illa vult. n. 14. ibid.

Pater tenetur dotare filiam, quæ vult fieri religioſa in Conuentu laxiori. n. 15 ibid.

Dum non dotat tenetur ei alimenta præſtare. n. 16. ibid.

Pater de iure Luſitano non poteſt negare filiis alimenta, niſi in caſibus in quibus eos poteſt exhæredare n. 17 p. 21

Pater denegans filiæ alimenta vel dotem vt eam cogat profiteri in conventu in quo illa non vult, incurrit excommunicationem. n. 18. ibid.

Pater denegans alimenta filiæ, vt illa tranſeat ad ſtrictiorem Conuentum educationis cauſa, incurrit excommunicationem. numero. 19. ibidem.

Pater qui valide legitimauit filium, vt ſuccedat neceſſario in legitima poteſt efficere opera pia in vita. n. 12. p. 18.

Poteſt inſtituere capellam miſſarum. num. 13. ibidem.

Quid ſi tales donationes fuiſſent exceſſiuæ n. 14. ibidem.

Bona patris non ſunt bona filij, niſi in ſpe. n. 15. ibidem.

Parochus.

Exequiæ, & Miſſæ pro defunctis de iure non pertinent ad parochos, vel canonicos. num. 5. pag. 84

Ad hæc officia, & miſſas poſſunt teſtamentarij vocare clericos ſibi bene viſos. numero 6. ibidem.

Quæ de iure communi competunt parochis in ſuis Eccleſiis referuntur. n. 7. ibid.

Parochus de iure non tenetur aſſiſtere exequiis defunctorum. n. 8. ibid.

Caſu quo eis velit aſſiſtere non debet dari eis aliqua portio Eleemoſinæ, quæ datur aliis clericis exequias celebrantibus. n. 9. ibid.

Poſſunt hæredes illi aliud ſtipendium dare ſi voluerint. n. 10. ibid.

Tenentur eis tale ſtipendium dare, ſi detur laudabilis conſuetudo introducta. n. 11. ibidem.

Parochi Eccleſiæ Viennenſis non ſunt in poſſeſſione quod vocentur ad tales exequias, vel Miſſas; nec quod eis detur aliquod ſtipendium pro ſua aſſiſtentia. n. 12. ibid.

Heredes defunctorum in Oppido Viennæ ſolent à tempore immemorabili vocare ad tales exequias, & Miſſas Confratres Spiritus Sancti. n. 13. ibidem.

Hodie non poſſunt vocare alios. num. 14. ibidem.

Aſſiſtere exequiis defunctorum non pertinet ad ius parochiale. n. 17 p. 85.

Patrimonium.

Qui ordines ſuſcipit patrimonio vero, ſed cum promiſſione illud reſtituendi, nullam pœnam ex prædictis incurrit. n. 3. p. 163.

Probatur diſcurrendo per omnes. numero 4. ibidem.

Conſtitutio Sixti V. in hac materia, fuit abrogata à Clemente VIII. n. 5. ibid.

Pœnæ contra ſimoniace ordinantes, & ordinatos in ſua vi permanſerunt. n. 6. ibid.

Ordinatus cum patrimonio vero, ſed cum promiſſione illud reſtituendi non poteſt dici ordinatus ſine titulo. n. 7. ibid.

Ordinatus cum ficto patrimonio non incurrit prædictas pœnas, etſi omnes in ſua vi perſiſterent. n. 8. ibid.

Peccauit mortaliter, & incurrit pœnas poſitas ſic ordinatis in ſuo Epiſcopatu per conſtitutiones ſynodales. n. 9. ibid.

Clericus qui ficto patrimonio accepit dimiſſorias, vt ab alieno Epiſcopo promoueretur, & de facto promotus fuit non incurrit pœnas, *in cap. 8. ſeſſ.* 24. Tridentini. n. 10. p. 164

In pœnalibus non fit extenſio præſertim vbi eſt diſſimilis ratio. n. 11. ibid.

Ordinatus qui ante ordinationem iniit pactum de non petendo, vel reſtituendo patrimonio non incurrit pœnas, *in cap.* per tuas, *& cap. penultimo* de ſimonia. n. 12. ibid.

Probatur ratione. n. 13. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. numero 14. ibidem.

Ordinatus qui accepit patrimonium cum pacto poſt ordinationem illud reſtituendi tenetur illud reſtituere. n. 15. ibid.

Epiſcopus ſic ordinatum cum promiſſione reſtituendi patrimonium non tenetur alere. num. 16. ibidem.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. numero 17. ibidem.

Clericus qui poſt conſtitutionem patrimonij promiſit illud in dotem ſuæ ſorori poteſt ad titulum illius ordinari. n. 2. p. 165.

Patrimonium non eſt ſubiectum ſolutioni debiti poſt conſtitutionem patrimonij contracti. num. 3. ibidem.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 4. ibid.

Si res ante conſtitutionem patrimonij erat alteri pro debito obligata non eſt ſufficiens titulus ad

patrimonium. n.5.ibid.

Si clericus tali patrimonio bona fide ordinatus fuit non iocurrit pœnas, *cap. 2.ſect.21.* Tridentini de formatione. n.6.ibid.

Si clericus poſt ordinationem habet unde congrue vivat, poteſt dare ſuæ ſorori in dotem ſuum patrimonium. n.7.ibid.

Ante Tridentinum de iure communi poterat patrimooium alienari. n.9.p.166.

In dubio ius commuoe non cenſetur correctum per Tridentinum. n.10.ibid.

Ceſſante cauſa ceſſat diſpoſitio ob prædictam cauſam facta. n.11.ibid.

Donaos patrimonium alicui ad ordines poteſt ei apponere conditionem de eo reddendo cum habuerit beneficium vel vnde congrue vivat. numero 12. ibidem.

Ponitur obiectio, & ſolvitur. n.13.ibid.

Patrimonium gaudet privilegiis bonorum Eccleſiaſticorum. n.14.ibid.

Ante Tridentinum patrimonium his privilegiis gaudebat, tamen poterat ſine licentia Eſpiſcopi alienari. n.15. p.166

Ponitur obiectio, & ſolvitur. n.16. ibid.

Clericus qui habens vnde ſufficienter viveret dedit in dotem ſorori ſuæ ſuum patrimonium, ſi ea quæ habebat prodige conſumpſit, non poteſt repetere patrimonium. n.17.ibid.

Epiſcopus antequam ille conſumat prodige ea bona poteſt illi prohibere diſtractionem illorum. n.18.ibidem.

Tridentinum prohibet Sacerdotibus alienare patrimonium ad cuius titulum ordinati ſunt. n.43. pag.132.

Pax.

Turbatio pacis, & publica communitatis relaxatio directe opponuntur bono communi. num.23. pag.269.

Sine pace nulla religio ſubſiſtere poteſt. num.30. pag.281.

Vnitas eſt forma eſſentialis congregatiotis. n.31. ibidem.

Qui pacem torbant diſſipandi ſunt. numero 29. ibidem.

Cum homine multum iracundo, ſuperbo, vel ambitioſo, vel hæretico, non poteſt dari pax. n.140. pag. 293.

Peccatum.

Peccatum veniale multitudine operum bonorum obruitur. n.237.ibid.

Per ſolum peccatum mortale redditur homo indignus dignitate. n.238.ibid.

Penſio.

Penſio non poteſt abſque ſimonia poni beneficio abſque licentia Papæ. n.2.p.32

Quid ſi ponatur non beneficio, ſed perſonæ beneficiati pro vita ſua. n.3.p.33

Ponitur ſententia Sanchez. n.4.ibid.

Non poteſt imponi penſio, etiam pro vita beneficiati in beneficio ſine licentia Papæ abſque ſimonia. n.5. ibid.

Grauamen, vel penſio non poteſt poni beneficio ſine licentia Papæ. n.11.ibid.

Proponuntur obiectiones, & ſolvuntur. num.12. ibidem.

Qui tantum habet ius ad rem in beneficio poteſt redimere vexationem quando vexatio eſt immediate circa ipſum beneficium. numero 13. pag.34

Beneficiarius promittens pro vita ſua aliquam donatiooem reddituum beneficij abſque licentia Papæ præter pœnas impoſitas ſimooiacis incurrit pœnas extravagantis, *Ambitioſa, de rebus Eccleſiæ non alienandis.* n.14 ibid.

Ius recipiendi fructos Eccleſiæ computatur inter bona immobilia eiuſdem Eccleſiæ. numero 15. ibidem.

Hypothecario reddituum Eccleſiæ per decem annos eſt prohibita ſub pœnis extrauagantis ambitioſæ. num.16.ibid.

Poſſeſſio.

In pari caſu melior eſt conditio poſſidentis. n.43.p.95

Dum non conſtat de veritate fauendum eſt poſſeſſori. n.44 p.92.

Quando dantur duæ opiniones probabilis ſequenda eſt opiuio poſſidentis, etſi ſit minus probabilia. n.45.ibid.

Quando poſſeſſio rei eſt publica, Conueotus non tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis. n.11.p.161

Nemo tenetur probare titulum ſuæ poſſeſſiotis. n.12 ibid.

Stante legitima poſſeſſione ſufficienter conſtat de titulo. n.13.ibid.

Quando res eſt publica, & notoria non indiget probatione. n.14.ibid.

Poſſeſſio quam habebat quidam Prior ſine titulo ſolum ei proderat dum erat in bona fide. n.23.p.358

Poſtquam ei conſtitit de ſecunda electione tenetur dimittere poſſeſſionem. n.24 ibid.

Qui ſine titulo poſſidet eſt intruſus. numero 25. ibidem.

Poſſeſſio ſine titulo licet non ſit nulla, eſt tamen iniuſta, & mala. n 26.ibid.

Talis poſſeſſio ſolum poterit prodeſſe tali Priori vt non poſſit amoveri ſine citatione. numero 27. ibidem.

Si citatus noluerit dimittere poſſeſſionem poteſt à iudice violenter expelli. numero 28. ibidem.

Non poteſt in hoc caſu à parte expelli à ſua poſſeſſione. n.29.ibid.

Qui eſt io puritatis poſſeſſione actuali vt ſi ſit in religione vbi dantur puritatis ſtatuta vt deiiciatur à ſua poſſeſſione requiruntur veræ probationes de macula. n.79.p.364

Talis poſſeſſio reiicit probationes priuilegiatas, & præſomptas. n.80.ibid.

Sicut poſſeſſio eſt certa, ita per certas, & veras probationes tolli debet. n.81.ibid.

Poſſeſſio eſt cauſa vt præſumatur verum dominium, & puritas ſanguinis. numero 82. ibidem.

Quando agitur de ſpoliando profeſſo à profeſſione quam actu poſſidet, requiruntur pleniores probationes. n.83.ibid.

Plus requiritur ad repellendum iam admiſſum quam ad non admittendum. numero 84. ibidem.

Turpius reiicitur, quam non admittitur hoſpes. num.85.ibid.

Ad non admittendum ad habitum ſufficit vnus teſtis, & levis ſuſpicio. n.86.ibid.

Ad reiiciendum iam admiſſum ad profeſſionem maior, & plenior requiritur defectuum probatio. num.87.ibidem.

Religioſus profeſſus ius habet ad rem ſeu in re. n. 88. ibid.

Quilibet debet in ſua poſſeſſione manu teneri, niſi ſit aperta, & iuſta ratio in contrarium. num. 90. ibidem.

Poſſeſſio ſtat pro vita anteacta. n.29.p.378.

Poſthumus.

Poſthumus non eſt ſuccedendus in maioratu, ſi in illius inſtitutione dicatur, quod ſucceſſor exiſtat tempore mortis vltimi poſſeſſoris. n. 5. p.135

Si ad fideicommiſſum ſubſtituatur is qui tempore mortis grauati reperiatur ille admittendus eſt, qui talem qualitatem habet, non vero alius. numero 4. ibidem

Qui in vtero eſt non exiſtit realiter in humanis, nec in rerum natura. n.6. p.116.

Fœtus dum in vtero eſt portio viſcerum matris eſt. n. 7. ibid.

Qualitas requiſita ad ſucceſſionem debet adeſſe in ſucceſſore tempore quo ſucceſſio defertur. n.8. ibidem.

Illa verba, ſe *ahi ouuer, ou ahi naon ouuer*, quæ reperiuntur in inſtitutione huius maioratus reſpiciuntur tempus, quo ſucceſſio defetenda. eſt. n. 9. ibidem.

Dictio, *tum*, vel *tunc*, reſtringit diſpoſitionem ad perſonas extantes cum qualitate requiſita. n.10. ibidem.

Verba quæ ponuntur poſt diſpoſitionem factam pro demonſtratiuis reputantur. numero 11. ibidem.

Is qui in vtero eſt, demonſtrari, & oſtendi non poteſt ad oculum. n.18.p.73.

Ille qui in vtero eſt, nullam habet qualitatem. n. 19. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 20. ibid.

Poſthumi ſolum admittuntur ad ſucceſſionem maioratuum in maioratibus ſimplicibus, & ordinariis. n. 30. p. 74.

Secus dicendum eſt in maioratibus qualificatis, & extraordinariis in quibus inſtitutor certam aliquam qualitatem, & certo ac determinato tempore requirit. n.31. ibid.

Poſthumus iam anima rationali animatus adimplet conditionem nati tempore mortis vltimi poſſeſſoris. n. 51.p.76.

Probatur multis textibus, & authoritatibus. n.52. ibidem.

Hæc reſolutio procedit, etiam contra libertatem datam ſub conditione, ſi tempore mortis non fuerit filius. n.53.ibid.

Probatur reſolutio ex lege duodecim tabularum. n. 54. p. 77.

Probatur ex edito Prætoris, *idem pretor.* n. 55. ibidem.

Probatur ex ſubſtitutione patris familias filiis, quos ſub ſua poteſtate habet. n.56. ibid.

Si inſtitutor diceret quod alienante ſucceſſore bona maioratus ſtatim ſuccedat conſanguineus proximior, qui tunc inueniatur poſthumus ſuccedendus eſt. n. 57.ibid.

Conceptus in vtero habetur pro nato. num. 58. ibidem.

Probatur ex multis locis Scripturæ. numero 59. ibidem.

Ignorantia illius qui naſciturus eſt nihil facit, vt conceptus excludatur a ſucceſſione maioratus. n. 60. ibidem.

Succeſſio ſequitur rei veritatem & non dubium hominem. n.61.p.78

Dubium præſens facit iuſtum illud, quod accidere poteſt, quod ſit iniuſtum de futuro. n. 62. ibidem.

Monſtrum, neque abortus nunquam iure præſumeodum eſt. n. 63. ibid.

Omnes leges, & Doctores ad omnes hæreditates, ſiue extraordinarias, ſiue legitimas ſiue teſtamentarias, etiamſi habeant conditionem nati tempore mortis vltimi poſſeſſoris admittunt poſthumum, ſi tempore mortis vltimi poſſeſſoris iam conceptus erat. n 64. ibid.

Probatur ex ſucceſſiune Regi Franciæ. num. 65. ibidem.

Probatur ex ſucceſſione in bonis Coronæ in Regno Portugalliæ iuxta noſtram ordinationem, lib. 2. tit. 35. n.66. ibid.

Probatur ex ſucceſſione Regum Luſitaniæ. n. 67. ibid.

Probatur aliis exemplis. n.68 ibid.

Non datur fictio vbi eſt realitas. n 69.p.79.

Qui conceptus eſt in vtero homo realiter eſt. n 70. ibidem.

Conceptus, ſi eſt vir poſt quadraginta dies habet animam rationalem. n. 71. ibid.

Qui habet animam rationalem vere, & realiter eſt homo. n. 72. ibid.

Poſthumus non indiget fictione, vt ſuccedat in hoc maioratu ex huminis diſpoſitione. num. 73. ibidem.

Si reguletur ſucceſſio ab inteſtato lex reputat natum poſthumum. n. 74.ibid.

Lex quæ reputat poſthumum natum quando agitur de eius commodo non poteſt tantum dici fingere, quantum quod diſponit. numero 77. ibidem.

Lex *in vtero.* & lex *qui in vtero* procedunt in omnibus diſpoſitionibus, tum legis dum in ſucceſſione teſtamentaria ab homine, vel quando ſucceſſio defertur ad tempus natiuitatis, vel quando eſt ab inteſtato. n.78. ibid.

Ius ciuile taliter ampliavit privilegia conceptis vt in omnibus caſibus illis vtilibus vtilitatem eis reſervauit ad tempus natiuitatis. numero 79. ibidem.

Ius civile, & commune reſervavit poſthumis omnem vtilitatem ad tempus natiuitatis abſque differentia ſucceſſionis per legem, vel ex teſtamento. n. 86. p.80.

Poſthumi ſunt tacite vocati in hac inſtitutione. n.89.p.80.

Probantr ex verbis inſtitutionis. n.90.ibid.

Ponuntur aliquæ coniecturæ. n.91.92.93.94. & 95 ibid.

In hac inſtitutione expreſſe vocatus eſt poſthumus. n 96.ibid.

Probatur ex verbis inſtitutionis. n.97. ibid.

Si inſtitutor præciperet in hac inſtitutione quod poſthumus non admitteretur ad illud talis conditio eſſet nulla. n.98.p.81.

Hæc conditio eſſet contra ius. n.99.ibid.

Conditio contra ius habetur vt non appoſita. n.100.ibid.

In quocunque actu debet quis ſe reſtringere ad leges de eo loquentes. n.101.ibid.

Ponitur obiectio, & ſolvitur. n.102.ibid.

Noſter poſthumus ex eo quod conceptus iam erat exiſtebat in humanis tempore ſucceſſionis. n. 104.ibid.

Lex cum inter veteres non dicit conceptum non eſſe hominem, ſed non eſſe hominem perfectum. n.105.ibid.

In poſthumo exiſtunt omnes qualitates requiſitæ ad ſucceſſionem. n.106.ibid.

Illa verba, *ſe abi ouver, ou abi naon auver*, verificantur in poſthumo. n.107.ibid.

Non eſt idem, *ſe abi auver; au que ſe achar*, nam prima verba dicunt ſolum exiſtentiam in terum natura, ſecunda exiſtentiam extra vterum matris. n.168. ibidem.

Vocatio maſculi vere exiſtentis verificatur in poſthumo. n.109.ibid.

Dictio, *ipſi*, non demonſtrat perſonam ad oculum, ſed refert eandem. n.110.ibid.

Demonſtrat etiam in veutre; & non ad oculum. n.111.ibid.

Probatur ex loco ſacræ Scripturæ. n.112.p.82.

Illa verba *à ſa morte*, ſolum volunt dicere per ſuam mortem. n.113.ibid.

Idem dicendom eſt in ſucceſſiona teſtamentaria, ac ex lege. n. 114 ibid.

Non eſt neceſſe quod diſpoſitio hominis expreſſe vocet poſthumum. n.115.ibid.

Poſthumi per legem ſunt comprehenſi. n.116. ibidem.

Excipe. niſi expreſſe excludantur. n. 117. ibid.

Hic non datur fictio retrotractiua, ſed realitas. n. 118. ibid.

Poſthumus in ventra vere, & realiter exiſtit. n.119.ibid.

Hic non datur retrotractio in præiudicium tertij. n.120. p.82.

Solum præiudicat tertio quod ſit contra ius. n. 121 ibid.

Exemplum de filio concubinæ non venit ad tem cum tempore, quo ius fuit quæſitum filio legitimo filius concubinæ erat incapax ſucceſſionis. n. 122. ibidem.

Si datur poſthumus conceptus maioratus non eſt in pendenti cum ſtatim illi deferatur. numero 123. ibidem.

Poſthumum haberi pro nato non eſt fictio ioris ſicut repræſentatio. n. 124. ibid.

Poſthumum haberi pro nato eſt priuilegium iuris, non tamen fictio iuris. n. 125. ibid.

Si in ſucceſſione detur conditio quod ſolum ſuccederet ille qui tempore mortis vltimi poſſeſſoris exiſteret, adhuc cenſeretur vocatus poſthumus. n. 126. ibid.

Præceptum.

Præcepta ſub mortali non ſunt imponenda ſine graui fundamento. n.3.p.54.

Soluitur argumentum in contrarium. n.6. ibid.

Prædicare.

Eiecti non poſſunt exercere munus prædicandi, nec audiendi confeſſiones. n. 67. p.164.

De licentia Prælatorum Regularis à quibus eiecti ſunt ſi ſint ab Epiſcopo approbati poſſunt prædicta monera exercere. n.68. ibid.

Præeminentia.

Lex noſtra præeminentias loci, & patris noſtri ad certos Prælatos reſtrinxit. n. 59. p. 204.

Vicarius electus à Definitorio eandem poteſtatem & præeminentias habet, ac ſi eſſet Prior. num. 40. ibidem.

De iure communi omnes præeminentiæ, & honores Prouinciali debitæ debentur præſidi Prouinciæ nominato à lege loco Prouincialis demortui, numero 3. pag. 206.

Probatur textibus, & doctoribus. n.4.ibid.

Talis præſes habet totam iuriſdictionem ordinariam Prouincialis. n. 6.ibid.

Præſes Prouinciæ deputatus à lege loco Prouincialis demortui ſolum gaudet ſupremo loco Prouinciæ, tam in choro, quam in aliis locis. n. 13. pag. 207

Debet ſedere inchoro ante Sacerdotes ſacris indutos. n.14.ibid.

Non poteſt exire à domo in qus eſt donec veniat Prouincialis electus à Definitorio. n.15. ibidem.

Non poteſt alia efficere, quæ à lege diſponuntur. n. 16. ibidem.

Non poteſt impertire benedictionem in completorio, nec prima, nec dicere confeſſionem. n. 17. ibid.

Hæc ſolum concedantur certis Prælatis, qui à noſtro ceremoniali nominantur. n.18.ibid.

Hæ præeminentiæ omnes conceduntur vicario electo à Definitorio. n.19. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n.20.ibid.

Præſes Prouinciæ poſitus à lege loco Prouincialis demortui habet omnem iuriſdictionem ordinariam Prouincialis. n. 21. p. 208.

Præſes loco Prouincialis demortui gaudet loco Prouincialis, & ſedet ante Sacerdotes ſacris indutos. n. 26. ibid.

Benedictio, & confeſſio in prima debet etiam in eius præſentia fieri à Priori, vel ab hebdomadario abſente Priore. n. 27. ibid.

Vicarius poſitus à Definitorio gaudet omnibus prædictis præeminentis. n.28 p. 209.

Nomen Vicarij improprie competit Vicario poſito à Definitorio loco Prælati demortui. num. 29. ibidem.

Vicarius eſt alteri principali ſubordinatus. n. 30. ibidem.

Iſte Vicarius poſitus à Definitorio nemini ſubordinatur. n.32.ibid.

Idem inuenitur in præſidente poſito à lege. n. 32. ibidem.

Præſidi Prouinciæ poſito à lege loco Prouincialis demortui non debentur dictæ præeminentiæ, licet debeantur Vicario electo à Definitorio. num. 33. ibidem.

Si lex id voluiſſet expreſſiſſet. n. 34. ibid.

Lex correctoria iuris communis nullatenus extendi poteſt. n. 35. ibid.

Noſtra lex prædictas præeminentias denegat prædictis præſidentibus. n.37. ibid.

Primus Definitor generalis quando loco generalis demortui præſidet in præſentia Prioris non poteſt dicere confeſſionem, vel impertire benedictionem in completorio, vel prima. n. 38.ibid.

Abſente Priore id poteſt efficere eo quod ſit Definitor generalis. n.39. ibid.

Si hoc durum alicui videbitur legi imputet non mihi. n. 40.ibid.

Locus Prioris, & aliæ præeminentiæ Prioris debentur Vicario electo à Definitorio. numero. 42. ibidem.

Nomenclatura Patris noſtri non debetur Superiori in nullo caſu. n. 43. p.210.

Non poteſt vnquam impertire benedictionem, vel dicere confeſſionem in prima vel completorio. n. 44. ibidem.

Non poteſt ſedere ante Sacerdotes ſacris indutos.

ductos. numero 45. ibidem.

Vicarij poſiti à generali, Prouinciali, vel Priore gaudent loco Prioris, non tamen aliis præeminentiis. n.46. ibid.

Non gaudent loco Superiori Definitoribus generalibus Vicariis electis à Definitorio, vel Prælatis hoſpitibus, vel procuratoribus generalibus vtriuſque curiæ. n. 47. ibid.

Non ei debetur nomenclatura patris noſtri. n. 48. ibid.

Non poſſunt facere confeſſionem, vel dicere benedictionem in prima, vel completorio. num. 49. ibidem.

Vicarius poſitus à Priore non poteſt aliquid innouare. n.50. p.280.

Vicarij poſiti à generali, vel Prouinciali non eis eſt prohibitum innouare, quæ ſibi bene viſa fuerint. n. 51. ibid.

Idem dicendum eſt quando Subprior præſidet eo, quod mortuus ſit Prior, vel priuatus, vel ierit ad capitulum, vel deſignatur Vicarius à Generali, vel Prouinciali. n.52. ibid.

In his caſibus Subprior debet ſedere in loco Prioris. n. 53. ibid.

Si Prior ſuum Subpriorem faciat Vicarium Conuentus debetur ei locus Prioris. n. 54. ibid.

Quando Subprior præſidet ex vi legis non debet mutare locum. n. 55. ibid.

Præſes Prouinciæ loco Prouincialis demortui gaudet loco Prouincialis in tota prouincia. n. 56. ibidem.

Debet ſedere ante Priores, & Sacerdotes ſacris indutos. n.57. ibid.

Non ei debetur nomenclatura patris noſtri. n.58. ibid.

Non poteſt impertire benedictionem, nec facere confeſſionem in prima; &c. n.59. p.280.

Prælatus.

Prælatus non poteſt impedire ſubditum vt vtatur diſpenſatione Pontificis ad recipiendum presbyteratum ante 25. annum ætatis. n.8. p.280.

Prælatus maxime intendere debet ad pacis conſeruationem, n.28. p.281.

Prælatus eſt Dei miniſter. n 41. p. 282.

Prælatus ſi aliquid faciat, etiam indifferens, quo ſit occaſio ſubditis peccandi, peccat mortaliter. n. 14. p.280.

Prælatus qui regulam relaxat in ſe ipſo deponi debet. n. 15. ibid.

Turpius reiicitur, quam non admittitur hoſpes. n. 16. ibid.

Ad recte imperandum quæ requirantur explicatur. n. 17. ibid.

Præcipuum quod requiritur in eligendo in prælatum eſt rectitudo morum. n.18. p.281.

Si in Prælato deficit legum obſeruantia inde ſumit initium rei ratio. n.19. ibid.

Vt aliquis cenſeatur dignus ad aliquam dignitatem non ſufficit quod ſit aptus ad illam. num. 20. ibidem.

Aliud eſt eſſe aptum, aliud eſſe dignum. n. 21. ibid.

Ineptus ad beneficium quis dicatur. n.22. ibid.

Sæpe malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali. n.23. ibid.

Quando ſunt alii probatæ vitæ non licet eligere in Prælatum hominem vitæ ſcandaloſæ, etiamſi detur ſpes quod poſitus in officio emendetur. n. 24. ibidem.

Prælatus debet eſſe benignus. n. 67. p.283.

Ponitur exemplum regis Antigoni. n.68. ibid.

Prælatus debet inſtruere ſubditos in ſpiritu lenitatis. n.69. p.284.

Deus non dedit Prælatis ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis. n.70. ibid.

Prælatus humilis, & affabilis facile religioſos ad ſe attrahit. n.71. ibid.

Prælatus debet magis procurare amari, quam timeri. n. 72. ibid.

Moïſes fuit mitiſſimus ſuper omnes homines. n. 73. Ibid.

Deus dereliquit Petrum peccare quia erat conditione durus, vt poſtea de aliis compateretur. n. 74. ibidem.

Qui eſt nimis iuſtus perit in Iuſtitia ſua. n.75. ibidem.

Prælatus qui quærit potius timeri verberibus, quam verbis ab officio eſt priuandus. n.76. ibid.

Subditi non acceperunt ſpiritum ſeruitutis iterum in timore. n.77. p.284

Prælati tenentur ad conſeruationem, & vtilitatem communitatis. n.78. ibid.

Qui multum in ſe confidit, & ſapientum conſilia ſpernit non attendit ad conſeruationem, & vtilitatem communitatis. n. 79. ibid.

Prælatus in omni negotio ſemper debet eſſe pauidus, timens, & tremens, atque formidoloſus, ne decedat a tramite iuſtitiæ. n.82. ibid.

Qui omnia per ſe ſolum poſſe autumat, in ſua ſapientia decipietur. n.83. p.285.

Prælatus ne plus ſapiat quam oportet ſapere, nec ſibi plus credat quam expedit. n 84. ibid.

Maior tentatio Prælati eſt proprio ſenſui nimis inniti. n.85. ibid.

Prælatus debet conſilia ſeniorum libenter audire, & humiliter quærere. n. 86. ibid.

Aliqui Prælati ita ſe repletos ſpiritu ſapientiæ reputant vt anteceſſorum facta omnia calumnient. n. 8 . ibidem.

Alij quando abſoluuntur ab officio omnia quæ agunt ſucceſſores condemnant, & deprimunt. n. 88. ibidem.

Prælatus habens conſilium bonum à ſenioribus non debet ſuam potius ſequi ſententiam. num.89. ibidem.

Prælatus nunquam ſui ipſius tantum conſilio debet operari in rebus grauibus. n.90. ibid.

Maior tentatio Diaboli eſt perſuadere Prælatis, quod ſpretis ſeniorum conſiliis ſuo tantum ductu gubernet. n.91. ibid.

Prælati nimis anxij in delictis ſubditorum conquirendis à conſortio hominum ſunt arcendi. n 92. pag. 139.

Prælatus debet eſſe vigilans non tamen quæſtor, nec occultor. inſidiator. n. 93. ibid.

Non ſemper pœna, ſed aliquando etiam in grauibus delictis pœnitentia contentus eſſe debet. n. 94. ibidem.

Prælatus qui leues culpas venenatis verbis mordet indignus eſt vt eligatur in Prælatum. num. 95. ibidem

Nihil pernicioſius eſt regimini regularium quam quod rectores nimium ſuo iudicio confidant. n.96. ibidem.

Rigidus in puniendis defectibus, & exequendis mandatis indignus eſt vt eligatur. num.97. ibidem.

Nihil magis turbat amicam Societatem, quam

nimius rigor, aſpera, & arguta facies, verborum aſperitas, & actionum incomitas. numero 98. pag. 286.

Plures in religione perdet nimius rigor, quam ſuauitas. n. 99. ibid.

Etiam bruta ſuas proprias matres derelinquunt, ſi nimio rigore ab eis tractentur numero 100. ibidem.

Plus volunt mori, vt in notabili caſu expertus ſui, quam tyrannidem propriæ matris tolerare. n. 101. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 102. ibid.

Religioſus nimium ambitioſus indignus eſt vt eligatur in Prælatum. n. 103. ibid.

Ambitioſus, etli alias eſſet ſanctus ex ambitione redditur indignus Prælatia, numero 104. ibidem.

Qui appetit prælatias per ſubornationes, dolos, & fraudes, eſt grauiter ambitioſus. numero 105. ibidem.

Qui appetit Prælatias quarum indignus eſt, vel minus dignus, eſt grauiter ambitioſus. num. 106. ibidem.

Ambitio eſt ſecretum venenum, peſtis occulta, doli artifex, virtutum erugo, & tinea ſanctitatis. n. 107. p. 284.

Quos capit ambitio ſunt inuidi, contentioſi, inſimulatores. n. 108. ibid.

Elector qui omnes prælatias procurat efficere ex certa Prouincia, vel oppido, eo quod ſint ſibi naturales, vel amici vt ipſe ab eis poſtea eligatur, & ſuſtentetur in Superiori Prælatia, vt caput Prouinciæ eſt in graui peccato ambitionis, num. 109. pag. 285.

Inter Apoſtolos concitatæ fuere murmurationes, eo quod aliqui procurabant primatum ſedium. n. 110. ibid.

Primus Angelus de cœlo, & primus homo de Paradiſo eiecti ſunt, eo quod volebant plus quod eis debitum erat. n. 111. ibid.

Qui murmurationibus etiam legibus procurat alienare animos electorum, ne ſuffragia præſtent in fauorem alicuius religioſi, ſed ſibi ipſi peccat grauiſſime. n. 112. ibid.

Iſte ſua murmuratione, licet leui intendit graue nocumentum proximi. n. 113. ibid.

Intendit perpetuare regimen in propria perſona, vel factione, ſcindendo pacem, & vnitatem religionis. n. 114. ibid.

Factionum capita penitus ſunt euertenda. n. 115. ibidem.

Religioſus qui poſtpoſito bono communi ſuo priuato inhæret prætendendo dignitates, eſt cauſa multarum diſſenſionum, & diſcordiarum. n. 116. ibidem.

Prælatiæ inſtituendæ ſunt ad conſulendum bono communi. n. 117. ibid.

Prælatus frangens legem non intendit quod id ſubditi faciant. n. 231. p. 293.

Non obſeruans legem ſolum ſibi directe malum facit. n. 232. ibid.

Defectus contra legem huius Prælati non inducunt ſubditos ad peccandum mortaliter. n. 233. ibidem.

Cauſa exemplaris non poteſt plus mouere, quam habet virtutis, & malitiæ. n. 234. ibid.

Prælatus tenetur ex iuſtitia ſuas miſſas & ſuorum ſubditorum applicare pro religioſis defunctis ſui ordinis, quando id lex præcipit. n. 4. p. 294

Si Prælatus negaret ſubdito rem grauem, quam lex religionis ei concedit ſine cauſa peccaret grauiter contra iuſtitiam. n. 7. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 8. ibid.

Prælatus poteſt moniali concedere licentiam ad tranſeundum ad alium conuentum. numero 14. pag. 355.

Prælatus ſecundum aliquos poteſt dare licentiam moniali ſtando in iure communi, & in Tridentino ad tranſeundum ad conuentum alterius religionis laxioris, ob dictam cauſam. num. 15. ibidem.

Hæc opinio eſt contra communem & ab omnibus reiicitur. n. 16. ibid.

Probabile eſt Prælatum poſſe dare licentiam moniali ad tranſeundum ad ordinem æqualem. n. 17. ibid.

Cauſa quæ ſufficit vt Prælatus poſſit dare licentiam moniali vt tranſeat ad aliam religionem æqualem melius ſufficiet ad dandum tranſitum ad alium conuentum eiuſdem ordinis. n. 18. ibid.

Cauſa aſſignata eſt ſufficiens ad concedendum tranſitum ad ordinem æqualem. n. 19. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 20. p. 355.

Electio vnius Prælati eſt deſtitutio alterius. n. 7. pag. 357

Prælatiæ religioſæ inſtitutæ ſunt ad bonum commune, & non ad commodum priuatorum. n. 21. p. 269

Cum boni communis maxime pertinet ad ſupremos religionis Prælatos. n. 22. ibid.

Prælatiæ inſtitutæ ſunt ad conſulendum bono communi. n. 217. p. 292.

Prælatus qui non habet conuentum non habet iuriſdictionem, aut adminiſtrationem, nec præeminentias in choro, vel in capitulo. num. 29. pag. 384.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 30. ibid.

Dignitas, & prælatia dicit ordinem eſſentialem ad conuentum. n. 39. p. 385.

Ponuntur obiectiones, & ſoluuntur. num. 40. 41. 42. & 43. ibid.

Adhuc eſt ſub lite an prælatia Angolæ ſit vera prælatia. n. 58. p. 386.

Præſcriptio.

Ignorantia iuris ſufficit ad præſcribendum. n. 3. ibid.

Mala fides non præſumitur, niſi oſtendatur. n. 4. p. 6.

Ad præſcribendum contra Eccleſiam requiruntur quadraginta anni. n. 6. ibid.

Contra Regulares non poteſt præſcribi, niſi per poſſeſſionem 100. annorum n. 6. p. 15

Quando Eccleſia ex ſua fundatione eſt exempta, laici non poſſunt præſcribere in illa ius patronatus, vel ius cedendi contra voluntatem prælatorum. n. 16. p. 16.

Præſcriptio immemorialis, etiam contraria iuri communi habet eum priuilegiis. n. 30. p. 86

Sufficit allegare hoc priuilegium etſi titulus non probetur. n. 32. ibid.

Sufficit allegare tempus ſine titulo, num. 33. ibidem.

Præſcriptio matrimonialis habet vim priuilegij ex certa ſcientia. n. 34. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 35. ibid.

Præſcriptio realis cauſata à iure extenditur ad omnes illos aduerſus quos præſcriptum non fuit. n. 55. p. 109. & ſeq.

Præſumptio

Præſumptio.

Præſumptio validitatis actus eſt fortior, & efficacior cæteris præſumptionibus. n.17.p.43

Dubium an ſit contra præceptum non eſt ſufficiens ad incurrendas cenſuras caſu quo præceptum poſtulet præſumptionem. n.13.p.104

Quando concurrunt duæ præſumptiones contrariæ, efficacior elidit minus efficacem. numero 7. pag.122

Qui habet contra ſe præſumptionem iuris non eſt in poſſeſſione ſuæ immunitatis. numero 19. pag.178

Cauſa certa præſumptione iuris poteſt certum producere effectum. n.24.ibidem.

Omnes irruentes in vnum hominem cenſentur præſumptione iuris nocentes, etſi non irruerent inito conſilio. n. 25. ibid.

Honeſta coniectura inhoneſtam præſumptionem excludit in fauorem innocentis. numero 7. pag.180.

Extantibus contrariis famis vna de legitimitate altera de illegitimitate, bona fama præualere debet. n.8 ibid.

Non poteſt aliquid opponi contra præſumptionem iuris, & de iure. n.47.p.79

Contumax contra ſe habet præſumptionem malæ cauſæ. n. 55.p. 351

Si reus inquiſitus recuſet præſtare iuramentum calumniæ contra eum oritur grauis præſumptio. n.56. ibid.

Quando reus interrogatus à iudice nolit illi reſpondere, vel ei parere grauiſſima contra eum oritur præſumptio delicti. n. 57. ibid.

In hoc caſu poterit Prælatus præcipere tali reo cum præcepto. n.58.ibid.

Si noluerit obedire poteſt eum priuare voce actiua. n. 59. ibid.

Idem poteſt efficere Prælatus ſi dentur duo teſtes de delicto. n. 60. ibid.

Pretium.

Iuſtum pretium rei ſumitur ex communi hominum æſtimatione.& non præciſe ex maiori vtilitate rei. n.8.p.56

Prioratus.

Prioratus regulares ſunt veræ Prælatiæ, & rigoroſæ dignitates Eccleſiaſticæ. n.20,p. 384.

Prioratus aut prælatia, ſi careat cura, & conuentu non eſt vera Prælatia, aut dignitas. num. 21. ibidem.

Poteſt dari minori 25. annorum. n.22. ibid.

Non poteſt dari prioratus qui ſit vera prælatia quin habeat adiunctam adminiſtrationem cum iuriſdictione non ſolum nomine, ſed effectu cum præeminentiis in choro, & capitulo. num. 28. ibidem.

Priorissa.

Prioriſſa quæ compleuit triennium in ordine noſtro, ſi detur iuſta cauſa poteſt poni à Prouinciali pro vicaria eiuſdem Conuentus per triennium. n.2. pag.94

Non datur lex religionis vel ius, aut decretum Pontificium in contrarium. n. 3. ibid.

Aliquæ bullæ Pontificiæ quæ dantur in contrarium non militant in noſtris monialibus. num. 4. ibidem.

In noſtra religione ſolum datur lex quod non reeligantur in Prioriſſas, vel Subprioriſſas. n. 5. ibidem.

Idem ſtatuit bulla Gregorij XIV. n.6.ibid.

Officium Vicariæ conſtitutæ à Prouinciali multum differt ab officio Prioriſſæ. n.7.p.95

Conſtitutiones quæ loquuntur de reſolutione Prioriſſæ non ſunt extendendæ ad officium Vicariæ poſitæ à Prouinciali. n. 8. ibid.

Ponitur obiectio,& ſoluitur. n.9 ibid.

Non datur aliqua lex obligans Prouincialem ad ſtatim faciendum electionem Prioriſſæ. num. 10. ibidem.

Ad Definitorium, vel Capitulum generale non ſpectat electio Prioriſſarum. n.11.ibid.

Prouincialis data legitima cauſa poteſt per tres annos dilatare electionem Prioriſſæ. numero 12. ibidem.

Ita factum fuit multoties in noſtra religione. n.13. ibid.

Abbatiſſæ S.Claræ quæ triennium expleuerunt ex iuſta cauſa poſſunt eligi in Vicarias ad breue tempus. n.14.ibid.

Aliquando pertinet ad bonum regimen monialium ita efficere. n. 15. ibid.

Conſtitutiones Pontificiæ in contrarium benigne poſſunt interpretari. n.16 p.96.

Multo melius id poteſt effici in noſtris monialibus. n.17.ibid.

Prima iuſta cauſa ad id faciendum eſt poſtulatio totius communitatis. n. 18. ibid.

Secunda cauſa eſt, ſi non ſit alia perſona conueniens ad pacem, & quietem, & bonum regimen conuentus, eo quod Monaſterium ſit de nouo fundatum. n.19 ibid.

Tertia cauſa eſt,ſi Prioriſſa fuerit fundatrix Monaſterij. n.20.ibid.

Abbatiſſa fundatrix in conuentibus S.Claræ poteſt eligi per 20. annos continuos. numero 21. ibid.

Prior.

Priores noſtri etiam abſentes habent omnem iuriſdictionem non ſolum habitualem, ſed actualem in ſuos ſubditos. n.28.p 200

Prior etiam abſens poteſt exercere omnem iuriſdictionem voluntariam in ſubditos, dummodo poſſint ſcripta mandari. n 31. ibid.

In aliis Religionibus deuoluitur omnis iuriſdictio ad Subpriores, & ſolum remanet habitualis in prioribus. n.32. ibid,

Prior nolens recipere articula culparum ſine cauſa data à Prouinciali cum ſcandalo, tranſgreſſus fuit votum obedientiæ. n 65.p.337

Hoc verum eſt, etſi cum articulis culparum non fuiſſet impoſitum præceptum formale. num. 66. ibidem.

Priuilegium.

Priuilegium per quod conſuetudini derogatur eſt fauorabile, & recipit latiſſimam interpretationem. n. 13. p. 4.

Priuilegium non fertur in inuitum, numero 8. pag. 17.

Priuilegium circa modum ſeruandi interdictum non extenditur ad ceſſationem à diuinis,niſi exprimatur. n.32.p.25

Regulares poſſunt vti in foro conſcientiæ ſuis Priuilegiis contrariis Tridentino. n.5.p 44.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n.6.ibid.

Omnia oracula vſque ad Gregorium XV. ſunt confirmata per Bullas. n.7.p.45.

Bulla Eugenij conceſſa certis religioſis derogat regulis Cancellariæ, & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis. n.24.p.52.

Index Rerum.

Privilegium derogans regulis cancellariæ non cenſetur revocatum per ipſas regulas cancellariæ. n.23.p.53.

Quid ſi regulæ cancellariæ ſint publicatæ in tempore alterius Pontificis ſucceſſoris illius, qui tale privilegium conceſſit. n.24.ibid.

Privilegia quæ per modum legis, & pacti conceduntur non cenſentur incluſa in revocatione facta à Pontificibus ſucceſſoribus illorum, qui talia privilegia conceſſere, niſi id exprimant. numero 25. ibidem.

Pontifex per clauſulam derogatoriam non cenſetur derogare privilegio conceſſo ex cauſa oneroſa. n.26.ibid.

Privilegium remuneratorium non derogatur per regulam 8. cancellariæ. n.27. ibid.

Octava regula cancellariæ non derogat privilegia, quæ transierunt in vim pacti, & contractus. n.28.ibid.

Hæc 8. regula cancellariæ non derogat privilegia inſerta in corpore iuris. numero 29. ibidem.

Privilegium habet latam & latiſſimam interpretationem intra verborum proprietatem, dummodo mens concedentis non offendatur. num. 11. pag. 89.

Privilegium, non ſolvendi decimam eſt negativum n.33.p. 91.

Privilegium negativum vt per non vſum amittatur requiritur vt interveniat prohibitio, & quod poſt talem prohibitionem tranſierint centum anni. n 34.ibid

Privilegia regularium non amittuntur per non vſum. n. 35 ibid.

Contra illa ad ſummum ſolum poteſt præſcribi per non vſum centum annorum. n.36.ibid.

Ponitur obiectio, & ſolvitur. n.37.ibid.

Magnus magiſter non poteſt per ſe ſolum renunciare privilegiis ordinis. n. 38. ibid.

Id debet fierit in capitulo generali. numero 39. ibidem.

Generalis, nec capitulum generale non poteſt renunciare privilegium exemptionis. numero 40. ibidem.

Renunciatio magni magiſtri ſolum eſt reſpectu Eccleſiarum, quæ ſunt in poſſeſſione recipiendi decimas à talibus militibus. n.41. ibid.

Hæc Eccleſia non eſt in tali poſſeſſione reſpectu noſtri Equitis. n.42.ibid.

In dubio privilegium non cenſetur revocatum. n.25. p.118.

In dubio melior eſt conditio poſſidentis. n. 26. ibidem.

Quod Pontifex non excepit, dicere noluit. n. 27.ibid.

Exceptio firmat regulam in contrarium. n. 28. ibidem.

Religio D. Ioannis militenſis gaudet omnibus privilegiis, quibus gaudet religio, S.Auguſtini. n.2. p.148.

Religio S. Auguſtini, & alij mendicantes habent privilegium ad erigendum altare & celebrandum in caſtris, & arcibus, & in cameris, & plateis, ſi opus ſit. n. 3. ibid.

Ponitur obiectio, & ſolvitur. n.4. ibid.

Privilegium conceſſum vni, vel pluribus Conventibus mendicantium extenditur tam fundatis, quam fundandis quando ratio conceſſionis eſt propter generalem rationem. n.18.p 308

Quando privilegium conceditur alicui monaſterio ob titulum qui aptari poteſt ſaltem inadæquate omnibus aliis monaſteriis eiuſdem ordinis communicatur ab aliis conuentibus. n. 19. ibid.

Idem dicendum eſt quando eſt gratia, & favor facta Monaſterio, aut eius religioſis, vt talibus, non ad eorum ſupplicationem. n.20. ibid.

Probatur id multis priuilegiis. n. 21. ibid.

Vt priuilegium conceſſum vni ordini non cenſeatur amiſſum per non vſum, ſufficit quod ſit in vſu apud aliquam Prouinciam, ſeu Conuentuum ipſius ordinis. n. 28. p.310

Tacita renunciatio ex non vſu negatiuo, ſeu priuatiuo priuilegiorum regularium mere gratioſorum, & quæ aliis oneroſa non ſunt, ſiue iuri alterius non nocent, nunquam inuenitur. numero 29. ibidem.

Tacita renunciatio deducitur ex quadam iuris interpretatione. n.30. ibid.

Non habet locum, niſi in caſibus iure expreſſis. n. 31. ibid.

Non vſus non inducit tacitam renunciationem, quando nulli nocet. n.32.ibid.

Priuilegium, quod dat facultatem ad agendum non neceſſitat vſu priuilegij. numero 33. ibidem.

Priuilegia regularium, etiam negatiua non amittuntur per non vſum. n.34. ibid.

Contra ea non poteſt præſcribi. n. 35. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. numero 36. ibidem.

Communicatio priuilegiorum non extenditur ad eas gratias, quæ raro, & cum magna difficultate conceduntur. n. 90. p.311.

Priuilegium ter celebrandi in die defunctorum ſolum regno Valentiæ fuit conceſſum. numero 51. ibidem.

In Eccleſia nullibi alibi invenitur. numero 52. ibidem.

Vſus talis privilegij eſt quid exorbitans à iure communi. n.53. ibid.

Exorbitantia à jure communi non extenduntur. n. 54.ibid.

In generali communicatione non veniunt ea, quæ cum magna difficultate conceduntur, nec ea quæ quis veroſimiliter interrogatus non eſſet conceſſurus. n.55.ibid.

Privilegium ter celebrandi in die defunctorum nec per communicationem poteſt extendi ad alios religioſos aliorum regnorum. n. 56. ibid.

Privilegia conceſſa aliquibus conventibus vnius religionis ob maximam populi illius loci devotionem, quæ circa illos habetur non communicatur ab aliis conventibus eiuſdem, vel alterius ordinis. n. 57. pag.312.

Hoc privilegium ter celebrandi in die defunctorum fuit conceſſum illi conventui Dominicano, & communicatum ab aliis illius Regni ob ſpecialem devotionem illorum populorum ſuccurrendi animabus in illa die. n. 58. ibid.

Hæc ſpecialis devotio numquam fuit in aliis regnis. n.59.ibid.

Si aliqua gratia ex his quæ raro cōceduntur conceſſa ſit aliquibus conventibus, vel alicui religioni ob aliquam ſpecialem rationē non poteſt communicari ab aliis conventibus eiuſdem, vel alterius ordinis, in quibus eadem ratio non invenitur. n.60. ibidem.

Probatur id variis exemplis. n.61.ibid.

Ratio

Ratio conceſſionis huius priuilegij non inuenitur in alijs regnis. n. 61. ibid.

Declaratio priuilegij in foro externo & iudiciali pertinet ad ſolum Papam. n. 79. p. 313.

Sine Pontificis declaratione non poteſt fieri trins celebratio in die defunctorum. numero 80. ibidem.

Gratia, vel priuilegium conceſſum vni Monaſterio, aut religioſis vt talibus participatur ab aliis Monaſteriis quando eſt ex illis quæ ſolent concedi, non verò quando raro, & cum magna difficultate conceduntur. n. 102. p. 315.

Hoc priuilegium ter celebrandi in eadem die eſt ex illis quæ raro conceduntur. num. 103. ibidem.

Priuilegium conſuetudine acquiſitum venit in communicatione priuilegiorum, quando datur eadem, vel ſimilis ratio. n. 104. ibid.

Priuatio.

Si detur cauſa boni communis poſſunt Prælati regulares abſque vlla culpa ab officiis priuari. n. 19. pag. 269.

Priuatio officij aliquando poteſt eſſe iuſta pœna. n. 20. ibid.

Pœna priuationis officij de iure noſtro imponitur cuicumque trangreſſioni votorum cum ſcandalo. n. 64 p. 337.

Proceſſus.

Ad priuandum priorem ſufficit proceſſus factus à Prouinciali. num. 27. p. 270.

De iure noſtro proceſſus vſque ad ſententiam definitiuam excluſiue pertinet in prima Inſtantia ad Prouincialem, vel Priorem localem, etiam in caſibus pertinentibus ad definitorium generale. n. 28. ibidem.

Probatur ex noſtra lege, & ex variis priuilegiis. n. 29. ibid.

Quid ſit citatio rei explicatur. numero 30. ibidem.

Proceſſus incipit ab Informatione ſummaria. n. 31. ibidem.

Ponuntur aliquæ obiectiones, & ſoluntur. n. 32. 33. 34. 35. 36. & 37. ibid. & p 371

Quando ſunt plura petita in eodem libello diuerſa, & ſeparata iudex poteſt ferre ſententiam ſuper vno petito, & non ſuper alio diuerſo, & ſeparato. n. 38. p. 372.

Prælati regulares poſſunt procedere contra ſuos ſubditos ſummario, & de plano, & ſola facti veritate inſpecta. n. 39. ibid.

De iure noſtro ad priuandos Priores requiritur proceſſus. n. 40. ibid.

In caſu nimis graui melius faciet Prouincialis, ſi formet proceſſum diſtinctum à viſitatione generali. n. 50. p. 334

Non eſt in noſtra religione formandus proceſſus, niſi ob delicti atrocitatem. numero 18. pagina 372.

In aliis religionibus vnuſquiſque conſulat ſua ſtatuta. n. 19. ibid.

In aliis religionibus, ſi culpæ fuerint leues non eſt neceſſe formare proceſſum, ſed ex viſitatione generali eos poteſt viſitator punire, ſecus ſi ſint graues, ſecluſis ſpecialibus ſtatutis. num. 50. ibidem.

Proditio.

Proditio eſt deceptio contra fidem in alterius perniciem. n. 11. p. 254

Proditio eſt deceptio contra fidem in perniciem alterius ſi fiat ſub colore amicitiæ. num. 251. pag. 255.

Proditor.

Quis cenſeatur, & dicatur proditor in horum Doctorum ſententia explicatur. numero 4. pagina 523.

Si cum inimico inita ſit pax, qui illum ſub pacis fide viuentem occidit proditor homicida eſt. n. 17. pag. 524.

Profeſſio.

Per profeſſionem ſolemnem omnia iura monialium tranſeunt in Conuentum. numero 4. pag. 123.

Profeſſio religioſa eſt quidam contractus inter religionem, & religioſum. n. 5. pagina 294.

Ad quid obliget hic contractus tam religioſum profitentem, quam religionem. numero 6. ibidem.

Profiteri.

Nouitia quando de alicuius medici conſilio de hoc ſæculo tranſitura conſpicitur poteſt profiteri in manibus Abbatiſſæ, ſi alias habeat annum 16. in quocumque tempore nouitiatus. numero 2. pag. 379.

Hoc priuilegio gaudent omnes Moniales communicantes in priuilegiis cum Dominicanis. n. 3. ibidem.

Ordo D. Benedicti communicat in priuilegiis cum ordine S. Dominici, & aliis mendicantibus. n. 4. ibid.

Moniales S. Benedicti, etiam ſubiectæ ordinario gaudent hoc priuilegio. numero 5. pagina. 380

Vbi eſt eadem ratio, eſt eadem iuris diſpoſitio. n. 6. ibid.

Bonifacius VIII. conceſſit Monialibus, S. Claræ ſubiectis ordinario priuilegia ſui ordinis. n. 7. ibidem.

Hoc priuilegium competit per communicationem aliis communicantibus. n. 8. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n 9. ibid.

Si talis nouitia euaderet ab illa infirmitate non teneretur iterum profiteri. n. 10. ibid.

Illa profeſſio valida fuit. numero 11. ibidem.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. numero 15. ibidem.

Papa diſpenſauit in examine Epiſcopi, & conſenſu communitatis, & ſolum petit quod profeſſio fiat in manibus Abbatiſſæ in ætate legitima iuxta Tridentinum. numero 23. pagina 380.

Dato quod talis nouitia non gauderet tali priuilegio adhuc poteſt profiteri ſine examine Epiſcopi de ſola licentia Abbatiſſæ, & de ſolo conſenſu communitatis. n. 52. ibid.

Promiſſio.

Quando quis rem aliquam liberaliter promiſit in dubio ſtandum eſt intentioni promittentis. n. 12. pag. 8.

Promiſſio liberalis accepta tanquam ex iuſtitia eſt nulla. num. 52. ibid.

Si quis alteri fecit promiſſionem, & promiſſarius acceptauit, qui promiſit non poteſt amplius ponere aliquod grauamen dictæ promiſſioni. n. 8. pag. 155

Prouincialis.

Prouincialis an poſſit ſine cauſa auferre Vicarium, quem poſuit in vna fundatione. num. 12. pag. 108.

Prouincialis puniendo Priorem vnius Conuentus in viſitatione ordinaria ob culpas, quæ ad ſuam iuriſdictionem pertinebant, & culpas quæ ad definitorium pertinebant ei remittendo non exceſſit ſuam iuriſdictionem. n. 2. p. 267

Prouincialis tenetur ſecundum noſtras leges culpas inuentas in priore vſque ad culpam grauem incluſiue punire. n. 3. p. 268.

Tenetur proceſſum à ſe formatum in aliquo caſu pertinente ad definitorium, eidem definitorio remittere vt ab eo iudicetur. numero 4. ibidem.

Proceſſus formatus à Prouinciali in hoc caſu continebat culpas pertinentes ad iuriſdictionem Prouincialis, & defectus pertinentes ad definitorium. n. 5. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 6. ibid.

Correctio legum in omni interpretatione vitanda eſt. n. 7. ibid.

Prouincialis poteſt ſuſpendere officio Priorem quando Prior talem pœnam meretur iuxta ordinis conſtitutiones. n. 60. p. 337

Publicum.

Quinque teſtes in magno populo non ſufficiunt ad faciendam rem publicam, vel notoriam. n. 84. pag. 257.

Pueri.

Adoleſcens antequam perueniat ad annos pubertatis proditorie occidens hominem in aliquorum ſententia non incurrit irregularitatem. num. 2. pag. 251.

Nulla cenſura, nec irregularitas ex delicto incurritur ante annos pubertatis. numero 3. ibidem.

Odia ſunt reſtringenda. n. 4. ibid.

Pueri ante annos pubertatis non ligantur cenſuris, nec à iure, nec ab homine. numero 5. ibidem.

Puritas.

Puritas ſanguinis eſt difficillimæ probationis. n. 4 p. 361.

In informationibus puritatis ex ſtatutis præcipuè quæritur circa proprietatem, & poſſeſſionem prætenſoris. n. 5. ibid.

Proprietas, & poſſeſſio vniuſcuiuſque rei per famam concludenter probatur. numero 6. ibidem.

Puritas ſanguinis plene, & concludenter probatur per famam, & communem reputationem. num. 2. pag. 360.

R

Reclamatio.

Religioſi poſſunt reclamare in tempore habili à quacunque licentia conceſſa à Prælatis antecedentibus. n. 13. p. 16.

Prælati regulares intra 40. annos poſſunt reclamare etiam contra eos qui aliquid ius præſcripſerunt in ſuis Eccleſiis. n. 27. p. 27.

Recuſatio.

In viſitatione generali quæ ſolet fieri à Prouincialibus in conuentibus non poteſt Prælatus, nec fratres viſitatorem recuſare. numero 2. pag. 331.

Prædictus Prior optime poterat recuſare Prouincialem, quando ei dedit articula culparum in ſcriptis, ſi alias habebat iuſtam cauſam eum recuſandi. num. 11. pag. 334

Illa exhibitio articulorum culparum eſt effectus viſitationis ſpecialis contra dictum Priorem. n. 12. ibidem.

Viſitator poteſt recuſari à religioſis, ſi habeant legitimam cauſam, quando contra eos procedit ſpecialiter. n. 13. ibid.

Quando viſitator ex generali viſitatione deſcendit ad inquiſitionem ſpecialem dando alicui articula culparum in re graui poteſt licite à quolibet recuſari, ſi habeat legitimam cauſam, & ab eo appellare. n. 22. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. num. 23. & 24. ibidem.

Viſitator ex eo ſolum quod in viſitatione ſpeciali dederit articula culparum in ſcriptis, vel in voce non poteſt recuſari. n. 25. p. 335

Reus non poteſt reuocare iudicem, eo quod in viſitatione ſpeciali ei det articula culparum ſine ſcriptis ore tenus. n. 33. ibid.

Dare ſcriptis, vel voce tenus articula culparum in viſitatione ſpeciali eſt liberum viſitatori, exceptis duobus caſibus ibi relatis. numero 34. ibidem.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. numero 35. ibidem.

Recuſatio non eſt nulla, eo quod fiat viua voce, & non in ſcriptis. n. 36. p. 336

Recuſans ſolum tenetur coram recuſato aſſignare cauſas recuſationis, quod poteſt fieri voce tenus. n. 37. ibid.

In recuſatione requiritur expreſſio cauſæ. n. 41. ibidem.

Lex præcipit vt in recuſatione exprimatur cauſa recuſationis. n. 42. ibid.

Si cauſa aſſignata pro recuſatione non fuerit iuſta, ruit recuſatio. n. 44 ibid.

Si cauſa fuerit ſufficiens, debet viſitator remittere cauſam alicui perſonæ graui, & ſine ſuſpectione, vt eam iudicet. n. 45. ibid.

Poteſt etiam viſitator aſſociatus alicui religioſo graui ſine ſuſpectione cauſam iudicare. num. 47. ibidem.

Poteſt etiam nominare vnum iudicem arbitrum & reus alium, qui eam iudicent. numero 46. ibidem.

Si cauſa recuſationis fuerit dubia, an ſit iuſta, vel friuola tenetur iudex vocare arbitros qui illam iudicent. n. 48. ibid.

Melius faciet viſitator ſi eam mittat Superiori, vt ipſe iudicet an cauſa recuſationis ſit iuſta, vel non. n. 49. ibid.

Si cauſa recuſationis certo ſit friuola tunc iudex recuſatus debet eam reiicere. numero 50. ibidem.

Tunc cauſa recuſationis cenſetur friuola, quando non allegat ſpecialem inimicitiam viſitatoris contra recuſantem, vel aliam cauſam ſufficientem. num. 51. ibid.

Prouincialis poteſt reiicere appellationem, quando ſolum aſſignatur pro cauſa, quod dederit articula culparum in ſcriptis. numero 52. ibidem.

Idem dicendum eſt quando reus recuſauit viſitatorem, eo quod dederit ei articula culparum in ſcriptis, & ob alias cauſas. numero 53. ibidem.

Quando

Quando recuſatio ſine cauſa ab aliquo intentatur eam poteſt reiicere prouincialis. numero 61. pag. 337.

Poteſt caſtigare recuſantem propter intentatam recuſationem ſine cauſa, vel cum cauſa non probata. n. 62 ibid.

Iuxta noſtras leges poteſt viſitator caſtigare Priorem pro recuſatione friuola intentata pœna ſuſpenſionis ab officio. n. 63. ibid.

Viſitator non poteſt recuſari in viſitatione generali, ſi ex ea ſolum procedat contra aliquem in culpis, quæ ſecundum noſtras conſtitutiones præcipiuntur puniri in viſitatione generali. num. 2. pag. 369.

Probantur id textibus, & ratione. n. 3. & 4. ibid.

Occurritur cuidam obiectioni. n. 5. p. 370.

In viſitatione ſpeciali poteſt reus recuſare iudicem, ſi habuerit cauſam legitimam. n. 10. ibid.

In noſtra religione id raro conceditur. num. 11. ibidem.

In noſtra religione eſt interdicta recuſatio. n 13. ibidem.

Solum in caſu grauiſſimo, & raro, & quando grauamen eſt certum contra noſtras conſtitutiones eſt licita in noſtra religione appellatio, & reuocatio. n. 14. ibid.

Tunc melius faciet religioſus ſi recurrat ab Superiorem abſque appellatione, & recuſatione per ſimplicem ſupplicationem. n. 15. ibid.

Dato quod viſitator poſſet recuſari in viſitatione generali, hic prior non poterat illum recuſare, eo quod dederit ei articula culparum in ſcriptis. n. 21. pag. 371.

Recuſatio fit ob præſumptionem claram quod iudex in proceſſu poterit lædere ob inimicitiam, & ob alias cauſas. n. 22. ibid.

Propter grauamen illatum non datur recuſatio ſed appellatio. n. 23. ibid.

Exhibitio culparum in ſcriptis non eſt cauſa recuſationis. n. 25. ibid.

Suſpenſiones, & recuſationes ſunt impedimentum iuris. quod iure ipſo impedit iuriſdictionem. n. 68. pag. 374.

Ille proprie dicitur impedire officium iudicis ordinarij. qui eſt cauſa cur dictus iudex Inuitus deſiſtat ab opere quod intendebat. numero 69 ibidem.

Regimen.

Exordium recti regiminis eſt amor inter Prælatos & ſubditos. n. 36. p 280.

Religioſi.

Religioſi habent priuilegium Minorum ad reclamandum, etiam contra eos qui contra illos præſcripſerunt, ſi intra 40. annos reclament. numero. 20. pag. 16.

Religioſi exempti non tenentur reſpondere coram Epiſcopo ſuper decimis. num. 24 pag. 90.

Valet argumentum de rebus ad perſonas. n. 25. ibidem.

Religioſus S. Ioannis militenſis qui reſidet in quadam arce vbi ſunt multi milites tenetur ex charitate in dicta arce erigere altare, & Miſſam celebrare, vt milites Miſſam audiant in die feſto. num. 5. pag. 148.

Si id noluerit efficere poteſt id efficere quilibet Sacerdos ſæcularis in diebus feſtis. numero 6. ibid.

Religioſus particularis non obſeruando leges obligantes tantum ſub veniali, excluſo contemptu, vel graui ſcandalo. non peccat mortaliter. n. 13. p. 280.

Religioſi tranſgredientes mandatum conſtitutionis non peccant mortaliter n. 9. p. 35.

Religioſi non vouent abſolute obedientiam, vt caſtitatem, & paupertatem, ſed iuxta declarationes ſuarum legum. n 10. ibid.

Religioſi renunciarunt in profeſſione vt in rebus leuibus cum eis obſeruetur ordo iudicialis. n. 18. pag. 334.

Religioſi non ſecundum iuxta ſed iuxta eorum conſuetudines, & generalia ſtatuta debens puniri ſi delinquant. n 19. ibid.

Regulares non tenentur ſeruare apices iuris, ſed ſolum illud quod eſt de ſubſtantia. n. 31. p. 335.

Quod culpæ dentur in ſcriptis, vel viua voce pertinet ad apices iuris, & non ad ſubſtantiam, excepto quando lex id ſpecificat, vel culpæ multæ ſunt. n. 32. ibidem.

Renunciatio.

Renunciatio omnium bonorum facta Conuentui contra formam Tridentini non valet. num. 24. pag. 219.

Renunciatio beneficij facta ad terrorem laïcorum, niſi forte iuramento ſit confirmata, non valet. n. 70. p. 337.

Qui per metum cadentem in virum conſtantem renunciauit beneficio illud repetere poteſt. num. 71. ibidem.

Reuocatio renunciationis facta à renunciante, ſi non peruenit ad manus ſuperioris ante illius acceptationem non valet. n. 90. p. 339

Impedito non currit tempus. n. 91. ibid.

Si reuocatio renunciationis non peruenit ad manus Superioris ante illius acceptationem ob culpam alicuius acceptatio renunciationis eſt nulla. n. 92. ibidem.

Reuocatio procurationis ad matrimonium annullat matrimonium, ſi facta fuit ante contractum matrimonium, etiamſi non peruenerit ad manus procuratoris ante contractum matrimonium. n. 95. pag. 340

Reuocatio renunciationis facta per procuratorem, ſi non peruenit ad manus ſuperioris ante illius acceptationem eſt nulla. n. 96 ibid.

In hoc caſu ius ſupplet conſenſum renunciantis. n. 97. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 98. ibid.

Quando qui renunciauit officio ob ſuam ignorantiam, vel culpam fuit cauſa quod eius reuocatio renunciationis non perueniret ad manus procuratoris eius nomine renunciantis ante acceptationem renunciationis reclamatio facta non valet. num. 99. ibidem.

Si renunciatio facta fuit per chartam miſſam ad Superiorem aliqui docent inualidari per reuocationem illius, etiamſi non fuerit intimata ante renunciationis acceptationem. numero 100. ibidem.

Contraria ſententia probabilior eſt. num. 101. ibidem.

Probatur ratione. n. 102. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. numero 103. pag. 397.

Repræſentatio.

Repræſentatio, & poſthumum haberi pro nato ſunt fictiones iuris. n. 32. p. 74

Reſidentia.

Parochus, etſi beneficium ſit litigioſum tenetur reſidere. n. 2. p. 46

Parochus poteſt ab Eccleſia abeſſe ſi eius abſentia

neceſſaria fuerit ad occurrendum litigio ſuper iura eiuſdem beneficij. n. 3. ibid.

Ad hoc non requiritur licentia ordinarij. n. 4. ibidem.

Parochus qui non reſedit abſque alia cauſa approbata ab ordinario, & de eius licentia vltra duos menſes tenetur reſtituere fructus beneficij pro rata abſentiæ ante ſententiam iudicis. numero 5. ibidem.

Solum tenetur reſtituere fructus correſpondentes reſidentiæ. n. 6. ibid.

Pars fructuum correſpondens reſidentiæ eſt æqualis parti correſpondenti recitationi D. officij n. 7. pag. 47.

Quæ ſit pars fructuum correſpondens recitationi diuini officij. n. 8. p. 16.

Abbas qui ex legitima cauſa de licentia Epiſcopi abfuit ab Eccleſia facit fructus ſuos, etſi nõ habuerit licentiam Epiſcopi in ſcriptis. n. 9. ibid.

Quomodo ſint expendendi fructus debiti ob defectum reſidentiæ n. 10 ibid.

In eis non poteſt dari compoſitio per bullam cruciatæ. n. 11. ibid.

In parte fructuum quæ reſtituenda eſt ob defectum culpabilem recitationis poteſt dari compoſitio per bullam cruciatæ. n. 12. ibid.

Reſtitutio.

Quidam neotericus aſſerere voluit quod ſi Sacerdos plura ſtipendia Miſſarum accepit ad illas dicendas, ſi eis non ſatisfecit non teneri ad reſtitutionem ſtipendiorum. n. 2. p. 139.

Quoties aliquid abſolute donatur animo alliciendi aliquem ad aliquid in commodum donatoris non tenetur donatarius acceptum reſtituere, & ſi non faciat id quod donans intendit. n. 3. ibid.

Reſtitutio non obligat ſemper ſed ſuo tempore, & certis circumſtantiis concurrentibus. num. 59. pag. 153.

Paupertas non eſt titulus ſuſcipiendi alienum, niſi ſit in extrema, vel graui neceſſitate. num. 60. ibidem.

Qui eſt cauſa principalis furti tenetur in defectu aliorum, qui de furto participarunt totum damnum reſtituere. n 2. p. 87

Quando vnus ſolum fuit ſocius furti & non cauſa principalis ſolum tenetur reſtituere partem quam furatus fuit. n. 3. ibid.

Tota ratio obligationis reſtituendi eſt cauſalitas, & influxus in damnum. n. 4. ibid.

Non debet eſſe maior obligatio reſtituendi, quam influxus in damnum. n. 5. ibid.

Poteſt dari caſus quod plures concurrant ad aliquod damnum, & nullus ſit cauſa principalis. n. 6. pag 184.

Perſuaſio eſt iterata ſuaſio cum inſtantia & quadam improbitate. num. 7. ibid.

Cauſalitas in effectum ita poteſt diminui vt fere non ſit cauſa illius. n. 8. ibid.

Vnuſquiſque ſolum tenetur reſtituere id in quo alterum damnificavit. n. 9. ibid.

Ponitur obiectio, & ſolvitur. n. 10. ibid.

Vtilius eſt domino à quo res furata fuit vt ſinguli fures ad ſolam partem quam furati ſunt teneantur reſtituere. num 11. ibid.

Ponitur obiectio, & ſolvitur. numero 12. ibidem.

Ponitur iudicium authoris. n. 13. p. 185.

Revocatio.

Revocatio privilegiorum facta à Clemente VIII. non derogat certum priuilegium ibi relatum. n. 40. pag. 119

Debebat de eo fieri expreſſa mentio, vt in ipſo poſtulatur. n. 41. p. 120.

Reuocatio priuilegiorum facta à Clemente VIII. ſolum obligat intra Italiam. n. 42. ibid.

Tridentinum non reuocat hoc priuilegium. n. 43. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 44. ibid.

Quæ oracula reuocata ſint ab Vrbano VIII. n. 45. ibid.

Reus.

Reus qui non eſt ſolitus fugere non eſt ſuſpectus de fuga. n. 9. p. 11.

Incarcerato ad cuſtodiam non poteſt negari commercium cum aliis religioſis, nec miſſæ auditio, & alia quæ denegantur vere carceratis. num. 10. ibidem.

Carcer inter regulares eſt grauiſſimum, & irreparabile dedecus. n. 11. ibid.

Viſitator qui in puniendo aliquo delicto non citauit reum, nec dedit ei defenſionem conuenientem; nec leges religionis in dicta punitione obſeruauit poteſt à reo recuſari vt ſuſpectus, eo quod exceſſerit ſuam iuriſdictionem. n. 12. ibid.

Poteſt etiam reus ab eo appellare ad generalem, & à generali ad ſanctam ſedem. n. 13. ibid.

Rumor

Poſſunt in eodem populo dari duo rumores contrarij. num. 41. p. 362.

S

Sacrificium.

Sacrificium in genere eſt de iure naturali. num. 2. pag. 54.

Sacrificium Miſſæ eſt de iure poſitiuo. num. 1. ibidem.

Sacerdos.

Simplex Sacerdos ſecluſo contemptu, & ſcandalo in multorum ſententia non tenetur vnquam celebrare in tota vita. n. 4. p. 54

Sacerdos communicando in Paſchate more laicorum, ſecluſo ſcandalo, & contemptu, ſatisfacit præcepto annuæ communionis. n. 7. ibid.

Sententia quæ aſſerit Sacerdotem teneri ſub mortali ſaltem ſemel in anno celebrare probabilior eſt, & conſulenda. n. 8. ibid.

Parochus tenetur celebrare iure diuino naturali quoties fuerit neceſſarium ad ſatisfaciendum muneri ſuo. n. 9. ibid.

Tenetur celebrare omnibus dominicis, & feſtis, vt populus Miſſam audiat. numero 10. ibidem.

Huic obligationi poteſt ſatisfacere per alium Sacerdotem. n. 11. ibid.

Parochus ſi diebus feſtis proponat Sacerdotem qui parochianis Miſſam celebret non tenetur in prædicta ſententia celebrare. n. 12. ibid.

Parochus numquam celebrans difficillime poterit vitare populi ſcandalum, etſi per alium celebret diebus feſtis. n. 13. ibid.

Iure naturæ non eſt prohibitum quod Sacerdos qui accepit dicendas centum Miſſas pro tanto ſtipendio eas præcipiat dicere minori ſtipendio, ſi inueniat qui illas illo velit celebrare. numero 5. pag. 67.

Contrarium diſpoſuit ſacra congregatio. num. 6. ibidem.

Decretum Sacræ Congregationis non loqui-

tur

tut de teſtamentario. n.7.ibid.
Sacerdos celebrans ſedendo non poteſt multas efficere ceremonias. n. 18.p.323.
Ponitur obiectio,& ſoluitur. numero 19. ibidem.

Scandalum.

Scandalum in materia fidei non à iudice Laïco, ſed à dominis inquiſitoribus, probato ſcandalo, debet iudicari. n.22. p.235

Scriptura.

Scriptura non eſt de ſubſtantia rei geſtæ,niſi quando lex ſpecificat vt fiat per ſcriptum. n. 30. pag. 336.
Regulares poſſunt ſedile conceſſum alicui ſæculari in ſua Eccleſia per aliquot annos ab eo iterum auferre. n. 2.p.15.
Non obſtat poſſeſſio per aliquot annos ad dandum ius ſæculari. n.3. ibid.
Non obſtat tolerantia Prælati & religioſorum. n. 4. ibidem.
Non obſtat quod talis homo in eodem loco haberet ius ſepulcri. n. 5. ibid.
Habere certum locum & ſedile in Eccleſia in loco meliori eſt dignum pretio. n. 14. p. 16.
Poteſt vendi abſque ſimonia. n.15.ibid.
Conuentus vendens ſepulturam non præſumitur vendere ius habendi ſedile ſuper talem ſepulturam, niſi exprimatur. n. 16. ibid.
Si religioſi tale ſedile conſenſerunt à principio, poſſunt reclamare, quia contractus fuit in præiudicium Conuentus. n. 17.ibid.
Idem dicendum eſt, ſi fuit factus ſine licentia Prouincialis. n. 18. ibid.
Quid ſi tranſacti ſint anni ſufficientes ad præſcribendum. n. 19. ibid.
Gratia conceſſa à Prælato ſedendi in ſua Eccleſia in certo loco poteſt ab eo tolli quando voluerit, n.25. ibidem.

Sententia.

Sententia quæ tranſit in iudicatum facit ius. n.47. pag. 272
Sententia à qua non fuit appellatum tranſit in iudicatum. n.48. ibid.
Prædictus Prior ſi ſe ſentit grauatum debet recurrere ad capitulum generale. numero 49. pag. 373
Ponuntur aliquæ obiectiones, & ſoluuntur. n.50. 51 52. 53. & 54. ibid.

Sepultura.

Prælatus concedendo ſepulturam non transfert dominium illius in ſeculares. n.21.p. 16.
Solum eis concedit ius ſepulcri ad ſepeliendos mortuos. n.22.ibid.
Ille cui conceditur vſus alicuius rei non poteſt excedere vſum, qui illi conceditur. numero 25. ibidem.
In damnum Eccleſiæ negligentia Prælatorum nullum poteſt inferre præiudicium. numero 24. ibidem.

Societas.

Quando aliqui inierunt ſocietatem miſcentes quilibet ſuam partem frumenti in quodam cumulo vt aliò aſportaretur dominium illius cumuli pertinet ad illos qui talem Societatem inierunt. n. 2. pag.113.
Si aliquod frumentum ex tali cumulo naufragio, vel alio accidenti deperditum fuit amiſſio diuidenda eſt inter illos pro rata. n.3.ibid.
Si aliquis ex illis qui inierunt ſocietatem extraxit aliquam partem illius frumenti ex naufragio, vel incendio, tenetur illam deponere in manu fideli, vt inter omnes diuidatur, deductis expenſis. n.4. pag.114.
Socij debent æqualiter participare lucrum, & damnum. n.5. ibid.
Res quæ eſt pro derelicto eſt primi occupantis. n. 6. ibid.
Fures qui aliquam partem frumenti illius furati ſunt,ſi illam reſtituant debet diuidi inter ſocios.n.7. ibid.
Vnus ex creditoribus non poteſt petere monitorium à Prælato dicendo à ſe furatum fuiſſe tantum frumentum. & quod ibi reſtituatur, num. 8. ibid.
Poteſt illud petere tanquam vnus ex creditoribus,vt reſtituatur in manu fideli, vt inter ſocios diuidatur. n. 9. ibid.
Qui rem ſuam miſcuit cum re alterius iam non habet dominium ſuper certam partem mixti, ſed pro tanta parte indeterminata. n. 10.ibid.
Cenſura debet eſſe de re certa, & determinata, vt obliget. n. 11. ibid.
Ad hoc vt detur actio in rem requiritur res determinata. n. 12. ibid.
Cenſura prolata de re incerta non valet. n.13. ibid.
Valet ſi poſtuletur ab vno ex creditoribus pro toto cumulo ablato, vt ſi reſtituatur inter omnes diuidatur. n.14 p. 115.

Statutum.

Statutum alicuius religionis non confirmatum à Papa non valet contra ius commune. numero. 21. pag. 12.
Statutum poſtulans vota omnium monialium in receptione alicuius nouitiæ eſt nullum. num. 35. p. 350.
Statuta puritatis duo copulatiue requirunt, primum quod prætenſor non deſcendat à Iudæis, ſecundum quod non ſit vt talis habitus. numero 48. pag. 363.
Noſtra lex magis excludit macula puritatis diffamatos, quam alios. n. 49. ibid.
Idem eſt eſſe talem, & communiter haberi pro tali. n 50. ibid.
Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 51. ibid.
Stilus Curiæ facit ius. n. 7. p. 57

Status.

Homo liber quoad electionem ſtatus nulli alteri homini, ſiue regi, Papæ, &c. ſubditur. numero 2. p.38.
Poteſt eligere ſtatum quem voluerit præcipuè ſi fuerit ſtatus perfectionis. n. 3. ibid.
Milites poſſunt inuitis ſuis generalibus eligere ſtatum clericalem. n.4.ibid.
Vnicuique licitum eſt eligere perfectiorem ſtatum, etiam repugnante Rege, Papa, vel proprio patre. n.5.ibid.
Miles relicto cingulo militari poteſt ſumere ſtatum monachi n. 6. p 39.
Status clericalis perfectior eſt ſtatu monachi non Sacerdotis. n. 7. ibid.
Ponitur obiectio, & ſoluitur. n.8.ibid.
Generalis militiæ qui directe, vel indirecte impedit ſuos milites, ne ſuſcipiant ſtatum clericalem, vel monachalem peccat contra iuſtitiam. num. 9. ibidem.
Incurrit excommunicationem in Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.*9. de reformatione. n.10.ibid.

Incurrit canonem 15. bullæ cœnæ. num. 11. ibidem.

Generalis militiæ qui vexauit patrem ſui militis, eo quod miles factus eſt Sacerdos peccauit contra iuſtitiam. n.12. ibid.

Tenetur ad omnia damna reſarcienda. num. 13. ibidem.

Incurrit excommunicationem Tridentini ſupra citati. n. 14. ibid.

Incurrit canonem 15. bullæ cœnæ. n.15.ibid.

Ponitur obiectio. & ſoluitur. n.16. ibid.

S. Gregorius procedit contra Mauricium eo quod prohibebat milites fieri monachos. num.17. ibidem.

Ponitur argumentum in contrarium, & ſoluitur. n. 18. ibid.

Ad perſonæ ſtatum, & non commiſſi delicti tempus inſpiciendum eſt. n.6.p.126.

Mutato ſtatu mutatur forus. n.7.ibid.

Qui commiſſo delicto factus eſt Cardinalis gaudet Cardinalis indultis. n.8. ibid.

Mutatio ſtatus operatur multa, non tamen in præiudicium iudicis Eccleſiaſtici, cui ius acquiſitum eſt. n. 19 p.127.

Per mutationem ſtatus non mutatur forus, ſi delictum fuit commiſſum tempore quo habebat ſtatum clerici. n. 17. ibid.

Stipendium.

Stipendium dicitur iuſtum, iuxta æquitatem meritorum. n.3. p. 40.

Illud cenſetur iuſtum ſtipendium quod ſimilibus miniſtris ob idem ſeruitium a rege tribuitur. n.5. ibidem.

Iuſtum ſtipendium debitum cuidam miniſtro eſt illud quod ſimilibus perſonis ſolet tribui. num. 7. ibidem.

Illud eſt iuſtum ſtipendium quod lege, vel conſuetudine taxatur. n. 9.p.41.

Multi DD ante decretum Vrbani VIII. dixerunt poſſe Sacerdotem pro vna Miſſa ſumere plura ſtipendia ad congruam ſuſtentationem, quæ ibi referuntur. n.2. p. 128.

Poſt decretum Vrbani VIII. aliqui idem non verentur aſſerere, qui ibi referuntur. n.3.p. 127.

Probant id ex ſacra ſcriptura. n.4. ibid.

Probant ex eo quod Sacerdos ſit publicus miniſter Eccleſiæ. n.5.ibid.

Probant ex Chriſti inſtitutione. n.5. ibid.

Probant ex aliis rationibus, quæ ibi referuntur. n.7.8.9.10.11.12.13.14.15.ibid.& p.184.

Ex prædictis rationibus formant unum argumentum ad probandum ſuum intentum. n.16. pag. 186.

Aliqui voluere aſſerere Conuentus religioſorum poſſe ſumere ex eleemoſynis Miſſarum notam congruam ſuſtentationem. n. 18. ibid.

Sacerdos in vrgenti neceſſitate non poteſt ſumere ex ſtipendiis Miſſarum totam congruam ſuſtentationem. n. 20. ibid.

Probatur authoritate Doctorum. num.21. ibidem.

Ex iure diuino ſolum poſſunt Sacerdotes ſuſtentari ex eleemoſynis, quas fideles libere offerunt pro Miſſæ ſacrificiis. n.22. ibid.

Nullus fidelis dat ſtipendium, niſi cum pacto, quod nullus alius admittatur ad participandum fructum medium ſacrificij cum illo. n.23. ibid.

Fideles per decimas ſatisfaciunt iuri diuino alendi Sacerdotes. n.24.ibid.

Obligatio quam habent fideles ſuſtentandi Sacerdotes ſacrificantes non eſt ad integram ſuſtentationem, ſed ad partem. n.25. ibid.

Alia pars ſuſtentationis ſumenda eſt ex decimis, vel patrimonio. n. 26. ibid.

Sacerdos ſumens multa ſtipendia pro vna Miſſa non efficit ſua ſtipendia. n. 27. ibid.

Dominium non poteſt acquiri contra voluntatem dantis. n. 28. ibid.

Intentio Chriſti non eſt quod Sacerdos viuat ex ſola Miſſa, ſed ex ea, & ex aliis miniſteriis Sacerdotis. n. 29.p. 130

Exhibens maius miniſterium eſt dignus maiori ſtipendio. n. 30.ibid.

Maius ſtipendium debetur parocho, quam Sacerdoti qui ſolum celebrat. n. 31.ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. num.32. & 33. ibidem.

Paupertas non dat titulum violandi iuſtitiam. n. 34. p. 131.

Nec ad exigendum pro miniſterio plus quam debitum ſtipendium. n. 35. ibid.

Stipendium Miſſæ non reſpicit maiorem, aut minorem Sacerdotis neceſſitatem, ſed ſolum reſpicit miniſterium exhibitum. n. 36. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 37. ibid.

Sacerdos ſumens plura ſtipendia pro vna Miſſa ſumit alienum, inuito domino. n.38. ibid.

Paupertas non dat ius decipiendi, vel aliter accipiendi, aut ſub alia forma alienam pecuniam quam à domino exhibetur. n. 39. ibid.

Ponitur obiectio. & ſoluitur. n. 40. ibid.

Ex vi miniſterij non eſt debita tota congrua ſuſtentatio Sacerdoti. n. 41.p.132.

Decreta ſacræ Congregationis ſupponunt ſtipendia Miſſarum non debere eſſe ſufficientia pro tota ſuſtentatione. n. 42. ibid.

Sacerdos non poteſt ſumere, niſi vnum ſtipendium pro vna Miſſa, iuxta decreta ſacræ Congregationis. n. 44. ibid.

Refellitur opinio contraria, & illorum Authores reiiciuntur. n. 45.ibid.

Ex iure D. naturali non tenetur poſtulans Miſſam dare totam ſuſtentationem Sacerdotis, ſed iuxta menſuram miniſterij. n. 46.ibid.

Eccleſia prouidit de ſuſtentatione Sacerdotum. n. 47. ibid.

Sacerdos cui perit patrimonium debet accipere unum ſtipendium Miſſæ, & ad cætera quæ ſibi ſunt neceſſaria debet vti aliquo miniſterio honeſto. n. 48. ibid.

Si nec hoc miniſterium poteſt efficere, melius illi eſt mendicare, quam ſurripere alienum. n. 49. ibidem.

Poterit etiam colore celebrandi ratione extremæ neceſſitatis accipere plura ſtipendia ad ſuam ſuſtentationem, ſicut alius in ſimili neceſſitate poteſt ſumere alienum, non tamen poteſt pluribus ſtipendiis una Miſſa ſatisfacere. n. 50.ibid.

Sacerdos qui poſitus in extrema, uel graui neceſſitate plura ſtipendia colore celebrandi accepit, & conſumpſit, etſi ad meliorem fortunam deueniat non tenetur pro ſtipendiis ſic conſumptis Miſſas applicare. n 51.p.103.

Bonum conſilium erit Miſſas quas dicit pro illis ſtipendiis, & de nouo receptis applicare. n. 52. ibid.

Tacitus conſenſus Eccleſiæ ſolum eſt quod Sacerdos habeat ſuſtentationem iuxta menſuram miniſterij.

niſterij. n.53. ibid.

Sacerdos ex Chriſti inſtitutione habet viuere ex ſumptibus fidelium ioxta meoſuram miniſterij ſui. n. 54. ibid.

Sacerdos à nemine prohibens poteſt quod accipiat ſuſtentationem ſuam ex miniſteriis ſuis iuxta menſuram miniſterij. n.55.ibid.

Miſſa ooo eſt totum miniſterium Sacerdotis. n. 56. ibid.

Eccleſia ſtatuit quod omnes Sacerdotes habeant ſuum patrimonium vnde viuant. n.57 ibid.

Datur decretum ſacræ Congregationis quod ſolum vnicum ſtipendium ſumatur pro vna Miſſa. n. 58. ibid.

Suſceptio plurium ſtipendiorum pro vna Miſſa ex cauſa vrgenti ex ſe eſt peccatum. oumero 62. ibidem.

Siue ſacrificium ſit finiti, ſiue infiniti valoris nullo modo Sacerdos poteſt ſumere plura ſtipendia pro vna Miſſa. n.63. p.134.

Sacerdoti de iure diuino non eſt debitum ſtipendium, niſi iuxta menſuram ſeruitij. numero 64. ibidem.

Fideles dando eleemoſynas pro Miſſis non ſolum intendunt quod pro eis fiat in ſacrificio commemoratio, ſed quod eis applicetur fructus medius, ſine alterius conſortio, n. 95. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n.66.ibid

Ex neceſſitate vrgenti oon habet Sacerdos ius ad ſuſcipiendam totam ſuſtentatiooem ex ſtipendiis Miſſarum. o. 67. ibid.

Declaratio ſacræ Congregationis de mandato Vrbani VIII. eſt declaratoria iuris naturalis. n.68. ibidem.

Dato, & non conceſſo, quod Sacerdos poſſet ſumere totam ſuſtentationem ex ſacrificio pro ſe, non tamen poteſt ſumere ad ſuſtentandum parentes. filios, & ſorores. n.69.ibid.

Suſtentatio miniſtri altaris eſt perſonalis. n. 70. p.135

Si Sacerdos non habet vnde Patrem, vel filios ſuſtentet vtatur poteſtate ſibi conceſſa à natura, non tamen poteſt ſatisfacere vno ſacrificio pluribus ſtipendiis. n. 71. ibid.

Religioſi non poſſunt ſumere, niſi vnum ſtipendium pro vna Miſſa. n.72. ibid.

Aliqua priuilegia conceſſa regularibus ad recipienda plura ſtipendia pro vna Miſſa hac tempeſtate dormiunt. n. 73. ibid..

Sacerdos nec ad ſubueniendom ſibi ipſi poteſt ſumere plura ſtipendia pro vna Miſſa. numero 74. ibidem.

Ponuutur quæ ſam obiectiones, & ſoluuntur. n. 75. 76. 77.& 78. p.137.& 138

Eleemoſynæ quæ dantur ad Miſſas dantur abſolute ad alliciendos Sacerdotes ad illas celebrandas. n. 4. p. 139.

Probatur id multiplici authoritate D. Thomæ & aliorum doctorum. n. 5.ibid.

Id qood ex deuotione datur abſolute donatur. n. 6. ibid.

Eſſe aliquid gratis donatum, & eſſe debitum ex iuſtitia opponuntur. n. 7. ibid.

Secerdotes nequeunt recipere pitantias pro Miſſis, niſi earum donatio ſit gratuita. numero 8. pag. 140.

Fideles ſtipendia pro Miſſis donant abſolute in eleemoſynas. n. 9. ibid.

Sacerdos qui plura ſtipendia ad Miſſas dicendas accepit, ſi eas noo celebrauit peccauit grauiſſime, & tenetur ſtipeodia accepta reſtituere, ſi habeat vnde reſtituat. n. 12.ibid.

Probatur id authoritate doctorum. n. 13.ibid.

Sacerdos ex debito naturali iuſtitiæ tenetur ſatiſficare pro eo, qui dedit ſtipendium. num.14. ibidem.

Ponitur quoddam argumentum cum variis ſolutionibus, & cum ſolutione authoris. num. 15.16. 17. 18. 19. 20. ibid. & p. 141.

Omnia ſtipendia data pro Miſſis ſunt liberales donationes abſolute, & ooo ſub conditione n. 21. ibid.

Dicta ſtipendia non ſolum dantur Sacerdotibus ad eos alliciendos ad dicendas Miſſas, ſed ad eos ſuſtentandos. n.22.p.142

Donatio ſtipendij pro vt refertur ad Miſſam eſt liberalis,& abſoluta donatio. n.23.ibid.

Qui vult ſacrificium ex ſuppoſitione quod illud vult teoetur ex iuſtitia alere Sacerdotem. n. 24. ibid.

Celebrans eo ipſo quod ei datur ſuſtentatio tenetur ex iuſtitia celebrare pro eo qui eum ſuſtentat. n.25.ibid.

Io huc ſenſu intelligendus eſt D.Thomas. n.26. ibid.

Eleemoſyoa ſolum datur pauperi ad alliciendum eum ad orandum pro dante. n.27.ibid.

Pitantiæ Miſſarum dantur in ſuſteotationem Sacerdotis. n.28.ibid.

Explicatur hoc ex authoritate D. Thomæ. n.29. ibid.

Stipendium tranſit in dominium Sacerdotis ſub obligatione celebrandi pro dante illud. num. 30. ibidem.

Stipendium reſpicit Sacerdotem celebrantem pro dante illud. n.31.ibid.

Quando error verſatur circa perſonam contrarij donatio non ſubſiſtit. o.32.ibid.

Donatio ſtipendij ſolum dirigitur ad Sacerdotem celebrantem pro dante ſtipendium. numero 33. ibidem.

Eſſe gratis donatum & eſſe debitum ex iuſtitia reſpectu eiuſdem opponuntur, non vero reſpectu diuerſorum, & ſub diuerſa ratione formali. n. 34. ibidem.

Idem ſtipendium eſt pura, & liberalis donatio pro ſacrificio,& debitum ex iuſtitia reſpectu perſonæ ſacrificantis quatenus reſpicit illius ſuſtentationem. num 35.ibid.

Stipendia non exiguntur vt pretia Sacrificij, ſed vt ſuſtentatio debita iure naturæ Sacerdoti. n.36. pag. 143

Sacerdos accipiens ſtipendia ad celebrandas Miſſas ſtatim fit dominus illorum cum obligatione celebrandi Miſſam. n.37.ibid.

Qui donatione à Sacerdote accipit pecuniam quam Sacerdos colligerat ex ſtipendiis Miſſarum, ad eas celebrandas in aliquorum ſententia oon tenetur reſtituere prædicta ſtipendia, ſi per inductionem non fuit cauſa illius donationis.numero 38. ibidem.

Hoc verum eſt in illorum ſententia, etſi accipiens donationem ſciret eſſe ex ſtipeodiis Miſſarum, & quod Sacerdos ea dando reddebatur impotens ad ea reſtituenda caſu, quo non celebraſſet. num.39.ibid.

Sacerdos habebat verum dominium illius pecuniæ donatæ; & illa oon erat ſubiecta alicui

hypothecæ

hypothecæ reali. n. 40. ibid.

Si quis aliquid dedit in præiudicium creditorum quibus bona defuncti ſatisfacere non poſſunt donatio eſt valida. n. 41. ibid.

Donatio ſtipendiorum facta à clerico per ea non fuit damnificatiua creditorum, ſed per accidens. n. 42. ibidem.

Qui dono bona fide à fure accepit pecuniam quam fur habebat iam cum ſua permixtam non manet obligatus ad reſtitutionem. n. 43. ibid.

Fur per mixtionē acquiſiuit dominium pecuniæ. n. 44. ibid.

Sacerdos per acceptationem ſtipendij ad Miſſas dicendas acquiſiuit illorum Dominium. num. 45. ibidem.

Ponitur ſententia authoris. n. 46. ibid.

Probatur ratione. n. 47. p. 244.

Ponitur Confirmatiu ſententiæ authoris. n. 48. ibidem.

Reſpondetur argumentis contrariorum. n. 49. ibid.

Ponitur quædam aduertentia. n. 50. ibid.

Prælati recipientes ſtipendium pro Miſſis quas religioſi tenentur ea lege dicere pro ſuis religioſis defunctis peccant mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem. n. 2. p. 294.

Sacerdos non poteſt duplici obligationi ea iuſtitia vnica Miſſa ſatisfacere. n. 3. ibid.

Religioſi accipientes ſtipendia pro Miſſis quas ex conſtitutione religionis tenentur applicare pro defunctis ordinis, ſi talia ſtipendia conſumant ſine licentia tacita vel expreſſa Prælati peccant mortaliter contra paupertatem. n. 15. p. 296

Quid ſi religioſus applicet dictas Miſſas pro ſtipendiis, quæ iam conſumpſit ſiue licite, ſiue illicite. n. 16. ibid.

Quid ſi applicet illas pro religioſis defunctis ſecundum legem, & ſimul pro ſtipendiis ab aliis acceptis. n. 17. ibid.

Ponitur aliquorum ſententia. n. 18. ibid.

Ponitur contraria ſententia authoris n. 19. ibid.

Prælatus applicando dictas Miſſas pro religioſo defunctis, & ſimul pro ſtipendio peccat contra iuſtitiam. n. 20. ibid.

Religioſi particulares applicantes dictas Miſſas pro aliis religioſis defunctis. & ſimul pro dantibus ſtipendium tenentur dicta ſtipendia reſtituere. n. 21. ibidem.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 22. ibid.

Ponitur alia obiectio, & ſoluitur. n. 23. p. 297.

Prælatus ſiue applicet dictas Miſſas pro ſolis dantibus ſtipendium, ſiue ſimul pro dantibus ſtipendium, & pro religioſis defunctis ſemper peccat mortaliter & tenetur ad reſtitutionem. n. 24. ibid.

Quid ſi illas applicat modo dicto ex ignorantia. n. 25. ibid.

Subrogatus.

Subrogatus in locum alterius in eius quoque iura, & priuilegia ſubrogatus cenſetur, ſi lex aliter non diſputat. n. 36. p. 209.

Suffragium.

Si monialis in receptione nouitiæ aptæ iniuſte ſuffragium denegauit habetur pro conceſſo. num. 2. p. 347.

Quotieſcunque conſenſu eſt in aliquo actu neceſſarius ſi qui illum præſtare debet ſine cauſa denegauerit habetur pro præſtito. n. 3. ibid.

Si lex poſtulet ſuffragia omnium monialium ad receptionem alicuius nouitiæ, & aliqua monialis votum iniuſte denegauit cenſetur habere omnia vota. numero 4. ibidem.

Non tantum debet attendi ſuffragiorum numerus, quam zelus, & meritum ſuffragantium. n. 5. p. 348.

Si maior pars capituli ea odio, & paſſione dederit votum reprobatiuum nouitiæ ſtandum eſt minori parti capituli, quæ votum approbativum ex zelo dedit. n. 6. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 7. & 8. ibid.

Ponitur alia obiectio, & ſoluitur n. 9. ibid.

Ponitur alia obiectio, & ſoluitur. n. 10. ibid

Ponitur alia obiectio, & ſolvitur. n. 11. ibid.

Monialis ea odio, & paſſione denegans votum volenti ingredi in loco vigeſimo primo peccat contra iuſtitiam & tenetur ad reſtitutionem. num. 12. ibidem.

Prælatus dictatum Monialium non tenetur ſtare eius voto, ſed poteſt nouitiam recipere ad habitum. n. 13. ibidem.

Talis monialis defecit abſque cauſa in eo ad quod tenebatur ea officio. n. 14. ibid.

Eo ipſo quod à religione deputatur ad recipiendos nouitios tenetur habiles approbare & inhabiles reprobare. n. 15. ibid.

Non fuit fidelis diſpenſator bonorum Chriſti. n. 16. ibid.

Sine cauſa impedit conuentum ne poſſit habere monialem vigeſimam primam. n. 17. ibid.

Conuentus habet ius ad recipiendam monialem vigeſimam primam fundatum in lege. n. 18. ibid.

Qui impedit ſine cauſa aliquem à conſecutione rei ad quam habet ius peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem. n. 19. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. num. 20. p. 349.

Si aliquis vocalis in electione canonica nolẽs neminem eligere ſine cauſa dederit ſuffragium indifferens, vel miſerit ſchedulam albam per hoc non irritatur electio. n. 21. ibid.

Tale ſuffragium habetur, ac ſi non eſſet de Capitulo. n. 22. ibid.

Si in receptione nouitiæ vigeſimæ primæ aliqua Monialis nullam fœminam voluerit approbare, & ob id ſemper dederit votum nigrum ſine alia cauſa tale ſuffragium debet reputari, ac ſi non eſſet de corpore capituli, & receptio ex aliis debet fieri. n. 23. ibid.

Si aliqua monialis clauſis oculis aſſumeret fabam albam, vel nigram, quæ acciderit miſit in approbatione nouitiæ, cognito errore, tale votum, etſi ſit reprobatiuum, habetor pro non præſtito. n. 24. ibidem.

Monialis quæ ſine diſtinctione omnibus fœminis, dat votum reprobatiuum eius votum habetur pro præſtito. n. 25. ibid.

Votum non debet dari cæco modo, ſed modo humano, & rationali. n. 26. ibid.

De iure communi ad receptionem nouitiæ ſolum deſideratur conſenſus Prælati, & maioris partis capituli. n. 27. p. 350

Statuto religionis petenti in aliquo caſu vota omnium monialium ad receptionem alicuius nouitiæ, ſatisfit per conſenſum maioris partis capituli. n. 28. ibidem.

In iure factum à maiore parte capituli ab omnibus fieri dicitur. n. 29. ibid.

Illa particula omnium intelligenda eſt iuxta ſubiectam materiam, id eſt, maioris partis. n. 30. ibid.

Mulieres ſunt nimia faciles ad diſſentiendum. n. 32. ibid.

Statutum poſtulans ſuffragia omnium Monialium

in

in recepóooe nouitiæ debet intelligi ſecundum iuſtitiam,hoc eſt, quando non iniuſte denegant n. 34. ibidem.

Votum ſine ratione, & iniuſte denegatum habetur pro conceſſo. n. 35. ibid.

Quomodo poterit ſciri inter vota ſecreta data vnum eſſe datum ab aliqua certa moniali contra iuſtitiam ex odio, & paſſione demonſtratur. n.36.ibid.

Vt omne dubium tollatur Prælatus moniali de qua præſumitur, quod iniuſte dat uotum nigrum recipiendæ ad habitum debet præcipere vt manifeſte ſuffragetur coram Prælata, & duabus teſtibus. n. 48. pag. 351.

In receptione nouitiorum non eſt neceſſe de iure communi vt vota occulte dentur. n.49. ibid.

Lex Religionis præcipiens quod talia vota dentur ſecrete ſaluatur, ſi aliarum vota monialium ſint ſecreta. n.50.ibid.

Per hoc quod in electione canonica vnum votum,etiam conſentiente capitulo, publicetur non deſinit eſſe ſecreta, nec electio irrita. n. 51.ibid.

Votum datum coram tribus teſtibus adeo dicitur ſecretum, n. 51.ibid.

Si talis monialis noluerit coram Prælata ſuffragari maior contra eam oritur ſuſpicio. num.53. ibidem.

Cum quis non facit id ad quod tenetur, cenſetur facere aduerſus id, ad quod tenetur. numero 54. ibidem.

Poteſt Prælatos dictam Monialem priuare voce actiua ob peccatum iuſtitiæ quod commiſit negando iniuſte votum omni fœminæ volenti ingredi religionem. n. 61.p.352

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n.62.& 63.ibid.

Superbia.

Religioſus incorrigibilis in ſuis dictaminibus, rigidus in exequendis mandatis, & puniendis delictis eſt indignus vt eligatur in Prælatum. num.63. pag. 283.

Homo in quo regnat elatio, & ſuperbia eſt indignus vt eligatur in Prælatum. n.64.ibid.

Homo qui in ſuis dictaminibus multum confidit, & qui amoueri non poteſt à ſuo conceptu eſt ſumme ſuperbus. n.65.ibid.

Superbus procul abiiciendus eſt à Prælatia ex ſententia D. Pauli. n.66. ibid.

Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. num. 80. pag. 284

Qui agunt omnia cum conſilio, reguntur ſapientia, n. 81. ibid.

Subprior.

Subprior in noſtra Religione, licet per priuationem officij,vel mortem Prioris ſuccedat in omni iuriſdictiooe Prioris, non ſuccedit in loco illius. n. 2. 196.

Non poteſt impertire benedictionem in prima,vel completorio. n.3. ibid.

Subprior licet habeat totam iuriſdictionem Conuentus non poteſt dicere confeſſionem, vel impertire benedictionem in prima, vel completorio.n.12. pag. 197.

Idem dicendum eſt de Vicario, etiam poſito à Generali. n. 13. ibid.

Subprior etſi præſideat in Conuentu ſedet io choro poſt Sacerdotes veſtibus ſacris, indutos. n. 14. ibidem.

Idem dicendum eſt de Vicariis etiam electis à definitorio. o.15. ibid.

Quid per Prælatoa intelligatur de Iure noſtro. num. 16. ibid.

Subditus qui percuſſit Subpriorem præſidentem io Conuentu idem delictum commiſit, ac ſi Priorem percuteret. n. 2. p.197

Subprior quando habet eandem iuriſdictionem ac Prior, eadem reuerentia tractandus. numero 3. ibidem.

Subprior in abſentia Prælati poteſt imponere præcepta. n. 4. ibid.

Subditi in abſentia Prælati tenentur obedire Subpriori, ac Priori. n.5. ibid.

Conſtitutio correctiua iuris communis ſolum in caſibus aſſignatis obſeruanda eſt, & minime ad alios ſimiles extrahenda. n.6.ibid.

Vicario non eſt tribuendus tantus honor ſicut principali, quando Vicarius actualiter ſubditus eſt principali, & iuriſdictione caret. numero 7. ibidem.

Secus quando vices Prælati exercet. num. 8. ibidem.

Honor non debetur Subpriori quando præſidet io Conuentu ratione perſonæ, ſed officij. num.9. ibidem.

Si in aliqua religiooe detur certa pœna contra offendentem Prælatum, eadem pœna mulctandus eſt offendens Subpriorem, quando actu præſidet in Conuentu. n.10. ibid.

Ponitur obiectio. & ſoluitur. n. 11.ibid.

Qui in Prælatos iniicit manus puniendus eſt de iure noſtro conſiderata Prælatorum qualitate, n. 12. pag. 198.

Subprior cum præſidet in conuentu non eſt minor Prælatus, quam Prior. n. 13.ibid.

In Subpriorem non deuoluitur iuriſdictio ordinaria in abſentia Prioris, niſi transſactis 24. horis, dummodo aliud lege non ſit ſancitum. num.2. pag. 199.

Pro noſtratibus datur de hoc lex. n. 3. ibidem.

Per hanc legem non habent locum variæ opinioocs quæ de hoc dantur. n. 4.ibid.

Noſtra lex quando diſponit quod Subprior non poſſit imponere in abſentia Prioris præcepta in Conuentu, niſi poſt 24. horas idem diſponit in aliis actibus iuriſdictionis. n. 5.ibid.

Caſus præcepti exempli gratia expreſſus fuit, & non reſtringit legem generalem. n.6. ibidem.

Subprior in abſentia Prioris antequam ſint transſactæ 24.horæ non poteſt oſtiarium poſitum à Priore amouere ab officio ipſo renitente. numero 7. ibid.

Subprior in abſentia Prioris nequit aliquid innouare. n.8. ibid.

Dictio, *aliquid* pro minima etiam re ſupponit, n. 9. ibid.

Remouere officialem ab officio in quo eum poſuit Prælatus, eſt magna innouatio. numero 10. ibidem.

Si ſit periculum in mora poteſt Sobprior remouere officialem ab officio in quo erat poſitus à Priore. n. 11. ibid.

Lex ſolom prohibet ne ſubprior in abſentia Prioris aliquid innouare præſumat. numero 12, ibidem.

Qui ex iuſta cauſa operatur, non temere vel fraudulenter operatur. n: 13. ibid.

Præſumptio dolum & temeritatem profert. n. 14. ibidem.

Talis remotio ab officio ex cauſa eſt conformis legi. n. 15. ibid.

Subprior in abſentia prioris antequam tranſeant 24. horæ non poteſt formare proceſſum contra religioſum. n.21.p.200.

Non poteſt probato crimine illum incarcerare. n. 21.ibid.

Subprior antequam tranſeat 24.horæ nullam habet iuriſdictionem in conventu. n. 23 ibid.

Formare proceſſum, iniicere in carcerem eſt actus iuriſdictionis coactivæ. n.24.ibid.

Caſtigare religioſum pertinet priuativè ad illius prælatum, vel ad Papam. n.25. ibid.

Suprior antequam tranſeant 24. horæ ab abſentia prioris non eſt prælatus conventus. num.26. ibidem.

Quod non inuenitur conceſſum expreſſe intelligitur prohibitum. n.27.ibid.

Lex non abſolute concedit iuriſdictionem ſubprioribus in abſentia prioris, ſed cum limitatione, vt nihil innovare poſſit. n 29.ibid.

Pro tempore abſentiæ prioris dandus eſt prælatus, qui abſolute habeat totam iuriſdictionem conuentus. n. 30. ibid.

Subprior pro eo tempore quoad eum iuriſdictio non eſt devoluta non eſt prælatus conventus, etſi in eo præſideat. n. 33. p. 201.

Solum eſt coadiutor prioris, & habet ius præcipiendi intra limites domeſticæ gubernationis. n.34. ibid.

Subditi in prædictis rebus domeſticis tenentur ei obedire ex vi voti obedientiæ. n.35.ibid.

Si ſubprior excedat limites ſuæ iuriſdictionis, quæ ſolum eſt ad res leves, & ad gubernationem dumus concernentes ſubditi non tenentur ei obedire. n. 36. ibid.

Si culpæ religioſorum ſint graves, ſubprior dum ad eum iuriſdictio devoluta non eſt non poteſt eos corrigere, & caſtigare. n. 37. ibid.

Excipe niſi periculum ſit in mora, nam tunc poteſt carcerare religioſum ne fugiat, non tamen formare proceſſum. n.38.ibid.

Subprior incarcerando religioſum præter prædictum caſum incurrit cenſuram ſi quis ſuadente Diabolo. n.39.ibid.

Subprior, vel vicarius in abſentia prioris cuius vices gerunt nihil poſſunt innovare. numero 2. p. 202.

Lex in hoc intendit pacem inter priorem, & ſubpriorem. n.3.p.203

Multa pro pace conſervanda conceduntur de iure, quæ aliàs non licebant. n.4. ibid.

Subprior in abſentia prioris neque minimum poteſt innovare. n. 5. ibid.

Non poteſt mutare officiales conventus quos prior reliquit. n. 6. ibid.

Non poteſt aliquid præcipere contrarium illi quod prælatus præcepetat. n.7.ibid.

Non poteſt aliquid conſiderabile emere, vendere, alienare, ſeu contractus efficere. numero 8.ibid.

Solum poteſt efficere quæ ſunt omnino neceſſaria, & cedunt in commodum conventus. num.9. ibid.

Quiquid ſecus fecerit eſt irritum, & nullum. n. 10.ibid.

Excipe niſi cauſa rationabilis ſuperveniat quæ non patere tur ad priorem abſentem recurſum. n.11. ibid.

Poteſt vendere ſepulturas pro humandis aliquibus defunctis. n.12.ibid.

Poteſt vendere capellos Eccleſiæ de conſenſu conventus ad aliquem defunctum tumulandum, ſi cedat in euidentem vtilitatem conventus. num.13. ibid.

Poteſt in abſentia prioris corrigere, & punire ſubditos. n. 14. p.203

Poteſt vota irritare, & in eis diſpenſare. num.15. ibid.

Poteſt diſpenſare in ieiuniis Eccleſiæ. n. 16. ibid.

Poteſt ſecum diſpenſare in caſibus in quibus poteſt diſpenſare cum ſubditis. num.17.ibid.

Poteſt ſubditorum confeſſiones audire, & eos à reſeruatis abſoluere, cenſuris ligare, & ab eis abſoluere. n. 18.ibid.

Poteſt corporalia, cætera pro cultu diuino benedicere. n. 19. ibid.

Super eis non cadit vlla prohibitio, ne aliquid innovare præſumant. n. 20. ibid.

Prædicta non cedunt in præiudicium prioris, vel conventus. n. 21. ibid.

Prædicta non procedunt quando prior tendit vt ſocius ad capitulum generale, vel ad provinciale. n.22.ibid.

Pro hoc tempore concedit lex totam iuriſdictionem conventus ſubpriori. n.23.ibid.

In hoc caſu non poteſt prior vicarium ponere in conventu. n. 24. ibid.

Pronomina, hi, & illi, ſunt demonſtrativa rei ad oculum. n.25. ibid.

Pro hoc tempore poteſt ſubprior mutare officiales relictos à priore. n 26.p.204.

Poteſt contractus efficere. n. 27. ibid.

Propter hoc non poteſt reprehendi, vel puniri à priore redeunte. n. 28. ibid.

Pro eo tempore ſubprior erat abſolutus prælatus conventus. n. 29.ibid.

Par in parem non habet imperium. n. 30.ibid.

Pro eo tempore non erat ſubditus prioris, ſed prælatus ei æqualis. n.31. ibid.

Pro delictis quæ ſubprior pro eo tempore tanquã privatus commiſit poteſt eum prælatus caſtigare. n.34.ibid.

Idem dicendum eſt quoties ſubprior in locum prioris privati, vel demortui ſubrogatur. num.35. ibid.

Lex noſtra in his caſibus non reſtringit poteſtatem ſubprioris. n.37.ibid.

In his caſibus licet ſubprior ſuccedat priori com omni poteſtate, & iuriſdictione, non ſuccedit tamen cum præeminentiis debitis priori. n.38.ibid.

Subprior quando præſidet in conventu eo quod prior mortuus eſt, habet totam iuriſdictionem ordinariam conventus. n.22.p.209

Subpriori loco prioris demortui denegantur à noſtra lege præeminentiæ tituli patris noſtri. num.23. ibid.

Denegatur etiam ei dare benedictionem in completorio, & prima, & dicere confeſſionem, & ſedere ante ſacerdotes ſacris indutos. n. 25.ibid.

Suſpenſio.

Ordinatus ante legitimam ætatem, ſi eum bona fides non excuſauit, incurrit ſuſpenſionem ab exercitio ordinum ſuſceptorum ante legitimam ætatem non vero quoad alios. n.8.p.246.

Ad incurrendam hanc ſuſpenſionem requiritur

tur

tur dolus, & temeritas. n. 9. p. 247.

Ab incurſu illius excuſat bona fides, & ignorantia, etiam culpabilis, dummodo non ſit affectata. n. 10. ibid.

Iſte conſulens ſequendo opinionem ſupra relatam, licet fuerit cum formidine, & timore, non incurrit hanc ſuſpenſionem. n. 11. ibid.

Non dicitur temerarie agere, qui ſecundum aliquorum doctorum ſententiam operatur. num. 12. ibidem.

Si durante hac bona fide miniſtrauit in ordinibus ſuſceptis non incurrit Irregularitatem. num. 13. ibidem.

Etiamſi celebrauerit poſtquam cognouit dictam opinionem eſſe falſam non incurrit irregularitatem. n. 14. ibid.

Qui bona fide ſine peccato ante legitimam ætatem ordinatus eſt, habet ius exercendi ordines quos ſine peccato ſuſcepit. n. 15 ibid.

Stando in hac doctrina omnes caſus ſequentes huius conſulti corruunt. n 16. ibid.

Si iſte conſulens mala fide ſuſcepit ordines certum eſt incurriſſe dictam ſuſpenſionem. numero. 17. ibidem.

Suſpenſio contracta ab hoc ordinato ante legitimam ætatem non fuit ad tempus vt aliqui voluere aſſerere, ſed abſolute, & debet tolli per abſolutionem. n. 20. ibid.

Quando quis bona fide ſuſcepit ordines ante legitimam ætatem ſolum incurrit ſuſpenſionem vſque ad legitimam ætatem. n. 21. ibid.

Si delictum fuit publicum ſolus Papa poteſt tollere hanc ſuſpenſionem, & irregularitatem. n. 25. ibidem.

Si hæc ſuſpenſio fuerit occulta poteſt tolli per bullam cruciatæ. n. 56. ibid.

Regulares per ſua priuilegia poſſunt abſoluere ab hac ſuſpenſione, etſi delictum ſit publicum deductum ad forum contentioſum. n. 34. ibid.

Diverſæ & ſeparab les pœnæ ſunt ſuſpenſio ab officio, & ſuſpenſio à beneficio & vna non includit aliam. n. 41 p. 262.

Vna ſine altera poteſt executioni mandari. n. 42. ibidem.

Compati poteſt fruitio beneficij etiam curati ſine ordinis exercitio. n. 43 ibid.

Suſpenſus ab ordinis exercitio, ſi ei confertur beneficium curatum intra debitum tempus debet procurare ſuſpenſionis abſolutionem, vt poſſit frui beneficio. n. 44. ibid.

Suſpenſio ab officio per ſe non includit ſuſpenſionem à beneficio. n. 45. ibid.

Suſpenſus à beneficio non eſt ſuſpenſus ab officio n. 46. ibidem.

Suſpenſus ab officio, ſeu ordinum exercitio non eſt ſuſpenſus a beneficio. n. 47. ibid.

Collatio beneficij facta ſuſpenſo ab officio valida, & licita eſt. n. 48. ibid.

Si Prælati religioſis, eiectis profeſſis ſolemniter non imponant ſuſpenſionem ab exercicio ordinum non indigent aliqua diſpenſatione vt miniſtrent in ſacris. n. 62. p. 263.

Si talis ſuſpenſio eis imponatur, vel in ſententia, quæ dicit ab eis incurri ipſo iure, talis ſuſpenſio tollenda eſt à Romano Pontifice, vel à Prælatis regularibus à quibus expulſi. n. 63. ibid.

Non poteſt tolli ab Epiſcopo. numero 64. ibidem.

Res per quas cauſas naſcitur per eaſdem diſſolui-

tur numero 65. ibid.

Prælati regulares poſſunt abſoluere à ſuſpenſione Papæ reſeruata, etiam ſæculares. numero 66. ibidem.

T

Tempus.

Temporis limitatio ſicut continet certam incluſionem quoad eos quibus eo tempore qualitas requiſita conuenit, ita continet excluſionem quoad eos qui eam qualitatem non habent. n. 13. p. 190

Tempus facit creſcere veritatem, & ſubmergit mendacium. n. 21. p. 361

Teſtator.

Teſtator qui antequam inciperet teſtamentum ſcriptum declarauit totam ſuam voluntatem coram ſex teſtibus, & tabellione fecit teſtamentum nuncupatiuum validum. n. 4. p. 151.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n 5. ibid.

Quando teſtator agnoſcit nullitatem ſui teſtamenti, & non curat illud reſcindere, & aliud efficere, cum commodum poſſit, cenſetur illud ratificare, & velle. n. 10. p. 147.

Ponitur obiectio, & ſolvitur. n. 11. ibid.

Teſtamentum.

Preces importunæ non ſufficiunt ad annullandum teſtamentum, etiamſi iunguntur cum metu reuerentiali. n. 2. p. 146.

Preces importunæ, & blanditiæ non ſufficiunt ad annullandum teſtamentum. n. 6. ibid.

Mulier quæ per multum tempus potuit rumpere teſtamentum quod vi vel metu fecit, & illud conſervauit cenſetur illud ratificare. numero 7. pag. 147.

Lætitia, hilaritas, & iocunditas poſt factum teſtamentum eſt ſignum illud vt validum reputare qui illud fecit. n 8. ibid.

Ad teſtamentum noncupativum iure Luſitano requiruntur ſex teſtes, ſiue viri, ſiue fœminæ. n. 2. pag. 156.

Teſtamentum nuncupatiuum in quo non fuerunt ſex teſtes eſt nullum. n. 3. p. 151.

Teſtamentarius.

Teſtamentarius non eſt hæres teſtatoris, ſed merus executor teſtamenti. n. 2. p. 9.

Teſtamentarius habet ius vendendi bona teſtatoris ad exequenda legata. n. 4. ibid.

Teſtamentarius nullum habet dominium vtile ſuper bonis teſtatoris. n. 5. ibid.

Teſtamentarius non poteſt pecuniam relictam à teſtatore ad aliquod legatum pium ponere ad cenſum, & facere redditus ſuos. n 6. ibid.

Teſtamentarius in foro exteriori tenetur intra ſex menſes exequi voluntatem teſtatoris. num. 8. ibidem.

In foro conſcientiæ tenetur exequi voluntatem teſtatoris quam primum potuerit. n. 9. ibid.

Teſtamentarius qui quam primum potuerit, vel ſolum intra ſex menſes non exequitur teſtamentum ſi poteſt, peccat mortaliter contra iuſtitiam, & charitatem. n. 10. ibid.

Si teſtamentarius vtatur pecunia teſtatoris tempore quo non poteſt exequi teſtamentum, ſi tantundem habeat in promptu ad exequendum quod præcipit teſtator caſu quo pro eo tempore contingat poſſe exequi teſtamentum, facit redditus dictæ pecuniæ ſuos. numero 15. pagina 10.

Teſtamentarius cui relictum fuit à teſtatore vt

 ſibi

ſibi tot Miſſas præciperet celebrare,ſi inueniat qui illas Minori ſtipendio celebret quam reliquit teſtator poteſt ſibi retinere reſiduum pecuniæ. n.2.p 97.

Hoc lucrum eſt fructus induſtriæ ſuæ. n.3.ibid.

Ponitur obiectio, & ſolvitur. n.4.ibid.

Teſtamentarius non poteſt diſponere aliquid de bonis teſtatoris contra voluntatem teſtatoris. n. 18. p 101.

Non poteſt ponere aliquod gravamen in legato, vel maioratu relicto. n.19.ibid.

Teſtamentarius legatum mille aureorum relictum ad eleemoſynas quotannis faciendas ab ipſo teſtatore poteſt illud dare totum ſimul vni hoſpitali. n. 30.p.165.

Poteſt teſtamentarius pervenire tempus reſtituendæ hæreditatis. n.20.ibid.

Teſtis.

Quando donator tenetur de euictione rei donatæ repellitur in iudicio à teſtificando contra donatarium. n.56.p.151

Filius adulterinus non poteſt cogi ad demittendam hæreditatem ex ſolo dicto matris confitentis illum eſſe adulterinum, etſi hoc dicat in articulo mortis. n.57.ibid.

Nemo tenetur credere teſti fide digno in ſui præiudicium. n.58.ibid.

Teſtis etſi fide dignus de facto proprio deponens in præiudicium tertij non plene probat. n.59.ibid.

Quid ſi dentur aliæ coniecturæ vltra dictum teſtis deponentis de proprio facto. n.60.ibid.

Teſtes teſtificantes de fama non tenentur exprimere originem, nec authores famæ quando res eſt antiqua. n.30.p.362

Sufficit quod dicant quod ſic publice audierunt. n.31.ibid.

Teſtes de puritate teſtantes non debent eſſe inimici, vel æmuli prætenſoris. n.34.ibid.

Debent dicere quod credunt id, quod fama dicit. n.35.ibid.

Debent dicere ſic audiuiſſe à maiori parte ciuitatis, vel dicere ſe audiuiſſe à duabus vel tribus perſonis nominatis & publicè ab aliis. n 36.ibid.

Sufficit ſi dicant, ſic audiuiſſe à ſuis maioribus vſque nunc, & antea ab omnibus accepiſſe. n.37. ibidem.

Præſtantior fides adhibenda eſt teſtibus diſtinguentibus coniunctiones, qualitates, & cognomina aſcendentium prætenſoris. quam mille aliis teſtibus contradicentibus. n 44 ibid.

Teſtes maculam firmantes, & ſi pauciores ſint præferendi ſunt pluribus puritatem affirmantibus. n 45.ibid.

Si teſtes pauciores teſtantes de macula dent rationem ſui dicti æqualem pluribus deponentibus de puritate ſunt illis præferendi, ſi omnes teſtentur de fama. n.46.ibid.

Ex paucorum numero ſaltem ſeptem genus prætenſoris maculatum apparet in parte oppidi conſiderabili. n.47.ibid.

Quando ſeptem aut octo teſtes teſtantur de macula prætenſoris non eſt dubium quod prætenſor apud illos & alios quos nominant maculatus exiſtat. n.12.p 363

Idem dicendum eſt quando manetet pro vtraque parte par teſtium numerus, & ratio. numero 53. ibidem.

Teſtes vt probent famam debent eſſe ad minus ſeptem. n.54.ibid.

Debent deponere in loco originis. n.55.ibid.

Teſtes pauciores qui maculam aſſerunt debent eſſe exceptione maiores. n.56.ibid.

Debent loqui de fama, & auditu antiquorum. n.57. ibid.

Debent dare rationes, & cauſas veroſimiles, & ſufficientes ad mouendum animum iudicum. n.58. ibidem.

Ratione contrariorum teſtium non debent eſſe talis naturæ, vt deſtruant rationes illorum qui maculam aſtruunt. n.59 ibid.

Titulus.

Titulus patris noſtri, nec Supriori, nec Vicario electo à definitorio tribuendus eſt. n.8.p.196

Ponuntur Prælati quibus talis titulus de iure noſtro tribuendus eſt. n.9.ibid.

Probatur id ex conſuetudine Religionis. num.10. ibidem.

Probatur ex pluribus capitibus iuris. numero 11. ibidem.

Tolerantia.

Tolerantia approbatiua indicat tacitum conſenſum. n.27.p 344

Prælati religionum illius ciuitatis aſſiſtentes dictæ fundationi, & non contradicentes illam approbarunt. n.28.ibid.

V

Vacare.

CVm iſte rector non acceptauit Prælatiam Angolæ non vacauit rectoratus illius, etiamſi talis Prioratus Angolæ eſſet vera Prælatia. numero 44. pag.345

Ex quocunque caſu confirmatio dictæ Prælatiæ Angolæ non habuit effectum non vacauit Prælatia vbi rector antea erat Prælatus. n.45.ibid.

Tum prima Prælatia vacat, quando electus ad aliam dignitatem eam acceptat. n.46.p 346

Beneficium non vacat per ſolam collationem, nec per acceptationem. ſed requiritur pacifica poſſeſſio. n.47.ibid.

Hoc intelligendum eſt, non ſolum in beneficiis ſæcularibus. ſed etiam in Prælatiis regularibus. n.48.ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. num 49. & 50. ibidem.

Per adeptionem vnius beneficij non vacat alterum cum eo incompatibile ipſo iure in ſententia Navarri. n.51.ibid.

Hæc opinio Navarri eſt probabilis. n.52.ibid.

Vt vnum beneficium vacet per adeptionem alterius requiritur quod ſit beneficium curatum in actu, & non tantum in habitu. n 53.ibid.

Cum eo non eſt incompatibilis aliud beneficium in actu. n.56.ibid.

Vt una Prælatia vacet per electionem ad aliam requiritur quod ſecunda Prælatia ſit ſine litigio. n.57. ibidem.

Per electionem acceptatam cum poſſeſſione ſaltem intentionali ſine litigio vnius beneficij vacat aliud. n.59.p.347

Ponitur brevis reſolutio conſulti. n.60.ibid.

Vectigalia.

Fraudantes vectigalia, & tributa iuſta non peccant mortaliter, nec tenentur ad reſtitutionem. n.2. pag.45

Nemo tenetur ſoluere aliquod tributum iuſtum, ſi tale tributum ab eo non petatur. n.3 ibid.

Quiſque poteſt occultare titulum fundantem debitum tributi, vt ab eo non petatur. n.4.ibid.

Index Rerum.

Leges tributorum non obligant ad non occultandum tributum, nec ad declarandum contractum fundantem debitum tributi. n. 5.ibid.

Leges ſolum obligant ad ſoluenda tributa, ſi exactor ea petat, vel ad non decipiendum illum, ſi interroget cum iuramento. n.6. ibid.

Tributa ita recipiuntur à republica, vt exacta ſoluuntur. n.7. p. 46.

Decimæ regiæ in Luſitania quando intelliguntur, & ſint à populo acceptatæ. n.8 .ibid.

Venatio.

Venari in loco à Rege probibito, quod Luſitanicè dicitur *Coutada* ſolum eſt veniale. n.2. p 189

Lex prohibens venationem in locis venationi principum iuſte aſſignatis non obligat pluſquam venialiter. n. 3. ibid.

Hæc lex tantùm obligat ex obedientia non vero ex iuſtitia. n. 4. p. 189.

Venator qui feras venatus fuit in prædicto luco prohibito non tenetur ad reſtitutionem ferarum, vel illarum pretij. n.8 p 190

Iſte venator non peccauit contra iuſtitiam commutatiuam n 9. ibid.

Dominus illius loci qui dicitur *Coitada*, non erat Dominus ferarum ſed ſolum babebat ius venandi. n. 10. ibid.

Venator venando non abſtulit à Domino ius venandi. n.11. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n.12.ibid.

Ius venandi occulte, & cum periculo ſoluendi pœnas non eſt pretio æſtimabile. n. 13. ibid.

Cuſtodes permittentes verſari in prædictis locis non peccarunt mortaliter, nec tenentur ad reſtitutionem ferarum. n.14.ibid.

Probatur ratione. n.15.ibid.

Cuſtodes tenentur ſub mortali impedire venationem grauiter iniuſtam. n.16. p.191.

In aliis caſibus, ſi venationem non impediant tenentur reſtituere pretium acceptum pro cuſtodia in parte, vel in totum iuxta eorum negligentiam.n.17. ibidem.

Ponitur obiectio,& ſoluitur. n 18 ibid.

Veritas.

Veritas potius,quam ſcriptura percipi debet.n.22. pag. 43.

Verba.

Verba generalia, & indefinite prolata ab eo qui aliquid excipere potuit, & non excepit, accipiuntur in lata verborum ſignificatione. n.12.p.4.

Verba in dubio accipienda ſunt in propria ſignificatione. n.13.p.24.

Verba ambigua ſemper debent explicari attento iure communi, & non ſpeciali. n.33 ibid.

Verba accipienda ſunt cum effectu. n.14.p.15.

Non ſunt æſtimanda verba, quæ ſolita ſunt apponi ex ſtylo notariorum, ſed ſolum attendendum eſt ad intentionem concedentis. n.21. p.43.

Verbum, facere, aliquando ſumitur pro perficere, & ornare, & conſumare, id quod cœptum eſt. n.10. p. 158.

Facere non dicitur,qui cauſam ad finem non perduxit. n. 11.ibid.

Verba reſtringuntur, ne abſurdum ſequatur. n.13. ibidem.

Illa verba, *ſe abi ouver. ou abi naon ouver* includunt conditionem exiſtentiæ tempore mortis vltimi poſſeſſoris. n. 14. p. 72.

Hæc verba, *ſe abi ouver*, ſunt ſimilia bis *ſe ſe albare.* n. 15. ibid.

Hæc verba includunt dictam conditionem ſuper exiſtentiæ tempore mortis. n.16.p.73.

Verba multoties in diſpoſitione repetita non debent dici otiuſa, ſed omnia cum effectu ſuſcipienda. n. 19. ibid.

Quando teſtator vocauit maſculum exiſtentes tempore mortis vltimi poſſeſſoris idem eſt,ac ſi proprio nomine vocaret. n. 20.ibid.

Si verba ad duplicem ſenſum trahi poſſunt ſcilicet ciuilem, & naturalem, tunc potius ad naturalem trahenda ſunt. n.4. p.118.

Verbum, ſit, eſt futuri temporis. n. 23.p. 265.

Verbum alius, regulariter comprehendit ſolum ſimilia, at ſi illi addatur ſignum vniuerſale quiuis comprehendit maiora expreſſis. n.40. p. 430

Verbum, ſufficit, aliquando importat præceptum. n. 84. p. 313.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 85. 314.

Vicarius

Vicarius perpetuus, etſi habeat paruum ſtipendium tenetur recitare. n.2. p.12.

Vicarius qui propter infirmitatem vltra duos menſes bona fide ſine licentia Epiſcopi abfuit non tenetur aliquid reſtituere. num. 3.ibid.

Si reliquit curam, & abſque licentia, & ſint cauſa, & mala fide abfuit vltra duos menſes aliqui dixerunt de iure naturæ facere fructus ſuos. n.4. ibid.

Contraria ſententia communior, & certa eſt.n.5. ibidem.

Aliqui dixerunt talem parochum non teneri reſtituere ante ſententiam iudicis. n. 6. ibid.

Contraria ſententia eſt certa & vera. n. 7. ibid.

In communi ſententia quæ ait teneri reſtituere ante ſententiam iudicis, non tenetur reſtituere omnes fructus. n.8.ibid.

Solum tenetur reſtituere quintam partem fructuum. n.9.ibid.

Hæc quinta pars non eſt ſumenda pro toto anno, ſed pro decem menſibus. n.10. ibid.

Ex quinta parte auferendum eſt quod dedit cogitori, qui loco illius inſeruiuit Eccleſiæ. n. 11. ibidem.

Priuatus voce paſſiua non poteſt eligi in Vicarium, vel præſidentem alicuius Conuentus. n. 36. p. 111.

Multa dicit paſſio, quæ mens ab ea expers exhorret. n.37.ibid.

Prior ſuſpenſus ab officio antequam excipiat ſuſpenſionem non poteſt deſignare Vicarium pro ſuo Conuentu, cui vices ſuas deleget pro tempore ſuæ penſionis. n.2.p.174

In noſtra religione pro tempore ſuſpenſionis Prioris præſidendus eſt Subprior,niſi Vicarios à Prouinciali ponatur. n. 3.ibid.

Iuriſdictio data à Priore Vicario à ſe electo pro tempore ſuæ ſuſpenſionis finitur ſtatim ac Prior incipit ſuſpenſionem. n. 4 ibid.

Extincto iure authoris, extinguitur ius ſucceſſoris. n.5. ibid.

Nullus actus incipere poteſt, vbi finem accipere debet. n. 6. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 7.ibid.

Idem dicendum eſt quoties ceſſat iuriſdictio Prioris, ſiue per mortem, vel priuationem. n.8.p.195

Idem dicendum eſt quando Prior eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus denunciatus. num.9.ibid.

Quando Prior eſt in ſeparata ædicula iuxta ſepta Monaſterij iuriſdictio Prioris non deuoluitur ad Subpriorem. n.10. ibid.

Index Rerum.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 11. ibid.

In caſibus vrgentis neceſſitatis, in quibus eſt periculum in mora, & non poteſt Prior adiri, tunc deuoluitur iuriſdictio prioris in talibus caſibus ad Superiorem. n. 12. p. 195.

Vicarius electus à definitorio ſuccedit in loco Prioris. n. 4. p. 196.

Vicarij electi ſiue à generali Prouinciali, vel Priore habent eminentiorem locum Subpriore conuentus. n. 5. ibid.

Qui de vno dicit de alio negare videtur. n. 6. ibidem.

Vicarius electus à generali, Prouinciali, vel Priore ſolum eſt delegatus. n. 41. p. 209

In noſtra Religione poteſtas eligendi Prælatos reſeruatur capitulo, & definitorio generali. n. 45. ibidem.

Vicarius Epiſcopi quoad iuriſdictionem & ea quæ poteſt ratione officij non dicitur ſubditus Epiſcopo. n. 33. p. 204.

Vicarius deputatus definitorio gaudet omni iuriſdictione, & præeminentiis illius cuius vices gerit. n. 10 p. 207

Gaudet exemptione ab examine pro concionibus, & confeſſionibus. n. 11. ibid.

Magis eſt eſſe deputatum à lege in præſidentem Prouinciæ, quam à definitorio. n. 12. ibid.

Vicarius generalis capituli ſedis vacantis eſt, & dicitur ordinarius. n. 24. p. 344.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 25. ibid.

Vicarij electi à noſtro definitorio ſunt veri Prælati, & habent votum in capitulo Prouinciali, ſi iam habeant Eccleſiam cum Euchariſtia, ſecus ſi illam non habuerit. n. 25. p. 384.

Cum in Angola non detur Conuentus, nec Eccleſia non poterat dari Prælatus illius. num. 26. ibidem.

In conuentibus de nouo fundatis dum non habent ædificium domus, & Eccleſiæ cum clauſura competenti de iure noſtro non poteſt dari Prælatus, ſed ſolum ibi ſunt duo, vel tres fratres ad directionem ædificij. n. 27. ibid.

Violentia.

Grauatus iniuſte à iudice Eccleſiaſtico poteſt recurrere ad iudicem regium vt tollat violentiam iniuſtam. n. 48. p. 67.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n. 49 p 68

Viſitator.

Viſitator qui excedit terminos ſuæ commiſſionis nulliter procedit. n. 2 p. 10.

Viſitator in exercitio ſuæ iuriſdictionis debet ſe legibus religionis accommodare. n. 5 p. 11.

Antequam aliquem puniat debet eum citare, & audire, & dare illi articula culparum. n. 6. ibid.

Et hoc etiam in caſibus notoriis. n. 7. ibid.

Carcer ad cuſtodiam non datur niſi ſuſpecto de fuga. n. 8. ibid.

Viſitatores ordinarij iuxta Tridentinum non poſſunt recuſari, nec ab eorum ſententia datur appellatio. n. 14. p. 12.

Hoc intelligitur, ſi viſitator non excedit terminos viſitationis paternalis, nec formet proceſſum in ſcriptis. n. 15. ibid.

Si excedat terminos viſitationis paternalis, vel formet proceſſum in ſcriptis, poteſt recuſari, & ab eo appellari, ſi dentur ſufficientes cauſæ. n. 16. ibidem.

Quid ſi in aliqua religione detur ſtatutum, quod de iniuſtitiis viſitatorum nemo cognoſcat, niſi Congregatio generalis. n. 17. ibid.

Non obſtanti hoc ſtatuto poteſt reus appellare ab iniuſtitiis viſitatorum ad generalem ex bulla Clementis VIII. conceſſa huic religioni. n. 18. ibidem.

Tale ſtatutum non excludit generalem, ſed alios Prælatos. n. 19. ibid.

Viſitator qui excedit terminos ſuæ iuriſdictionis incurrit infamiam iuris, & ſuſpenſionem ab officio per vnum annum. n. 22. ibid.

Si excedit ſuam iuriſdictionem, vſurpando iuriſdictionem aliorum Prælatorum Superiorum incurrit excommunicationem 17. bullæ cœnæ. n. 23. ibid.

Tenetur etiam ſatisfacere ſi poſſit omnia damna religioſo contra quem ſine iuriſdictione procedit, & ei ſuam famam reſtituere. n. 24. ibid.

Viſitator vt poſſit aliquem Prælatum punire debet ſecundum noſtras leges illum prius audire. n. 26. ibid.

Si viſitator ob aliquam cauſam dedit in viſitatione articula culparum in ſcriptis proteſtando ſe non facere proceſſum, nec procedere iuridice nullam iniuriam intulit ei, cui tales culpas in ſcriptis dedit, vt ſe defenderet. n. 27. ibid.

Viſitator poteſt audire reum viua voce, vel in ſcriptis, prout voluerit. n. 48. p. 373.

Prouincialis poteſt ſuſpendere Priores non ſolum ob culpas, quibus hæc pœna in noſtris conſtitutionibus imponitur, ſed quando grauitas culpæ id poſtulauerit iudicio Prouincialis. n. 54. ibid.

Viſitatio.

Ex viſitatione generali nemini poteſt reſultare infamia. n. 3. p. 333.

In viſitatione generali ſolum poteſt viſitator caſtigare culpas leues. n. 4. ibid.

Si ex viſitatione generali reſultauerint graues culpæ, debet viſitator procedere ad inquiſitionem ſpecialem, & citare reum, & dare articula culparum. n. 5. ibid.

Non tenetur viſitator in inquiſitione ſpeciali facere nouum proceſſum ad procedendum contra grauiter culpatum, ſed ex probationibus viſitationis generalis poteſt procedere contra reum nullo alio proceſſu facto. n. 6. ibid.

Cauſæ religioſorum reſoluuntur de plano, & non ſeruatis apicibus iuris. n. 7. ibid.

Teſtes qui cum iuramento depoſuerunt in viſitatione generali non eſt neceſſe quod ratificent ſuum dictum in inquiſitione ſpeciali. n 8. ibid.

Teſtes in generali inquiſitione debent deponere cum iuramento, etiam de iure noſtro, quando deponunt de re graui. n. 9. ibid.

In viſitatione generali non poteſt viſitator inquirere de culpis alicuius in particulari. n. 14. p. 334.

Vbi etiam reſpondetur cuidam obiectioni. n. 15. ibid.

Viſitatio generalis non fit ad damnandum, nec ad decidendum in rebus grauibus, ſed ad inueniendum, & præparandum. n. 16. ibid.

In rebus leuibus, quæ non afferunt infamiam religioſis poteſt viſitator ex viſitatione generali procedere ad ſupplicium religioſorum ſecundum conſtitutiones, & conſuetudinem approbatam religionis, ſola audita parte, ſine proceſſu, &c. nec admittendo recuſationes, aut appellationes. n. 17. ibidem.

Quando viſitator ex generali viſitatione deſcendit ad viſitationem ſpecialem dando alicui articula culparum in re graui poteſt licite à quolibet recuſari, ſi habeat legitimam cauſam, & ab eo appellare, num. 21.

numero 22. ibidem.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n.23. & 24. ibid.

Viſitator ex eo ſolum quod in viſitatione ſpeciali dederit articula culparum in ſcriptis, vel in voce, non poteſt recuſari. n.25. p. 335.

Votum.

Quando eſt dubium de materia ad quam ſe extendit votum attendenda eſt intentio vouentis. n.2. pag. 47

In materia pœnali benignior pars amplectenda eſt. n.3 p.48.

Religioſus qui fecit polluere ſæcularem in aliquorum ſententia non tenetur exprimere ſuum votum, ſi in ſe non habuit pollutionem. n.4. ibid.

Religioſus ex voto caſtitatis tenetur vitare omnem actum turpem in ſe, & in alio. numero 5. ibidem.

Qui fecit votum non habendi pollutionem cum altero non tenetur ex vi voti vitare omnem actum turpem in ſe, ſed tantum pollutionem. num. 6. ibidem.

Quid ſi talis homo anceps ſit de ſua intentione in vouendo. n.7. ibid.

Dubitans de voto, non tenetur ad votum. n.8. ibidem.

Quid ſi vouens ſuſpicetur ſe votum cum tali extenſione feciſſe. n.9. ibid.

Votum conditionale, etiam poſita conditione, poteſt commutari, vel diſpenſari a regularibus. n.10. ibidem.

Idem dicendum eſt de voto pœnali. num. 11. ibidem.

Quid ſi votum ſit in fauorem Eccleſiæ, vel tertiæ perſonæ. n.12. ibid.

Quæ obſeruanda ſint in diſpenſatione, vel commutatione horum votorum. n.13 ibid.

Votum ſolum eſt annexum ordini ſacro, quando ordo libere fuit receptus, & non ex metu cadente in virum conſtantem. n.16. ibid.

Fortior eſt obligatio voti, quam promiſſionis. n. 10. p. 140.

Quando materia voti eſt actio propria vouentis, & votum eſt perſonale, vouens non tenetur per alium adimplere votum perſonale quando factus eſt impotens, adimplendi votum. numero 11. ibidem.

Vſura.

Referuntur aliquæ opiniones in materia vſuræ, n.3. p. 299.

Mercator poteſt licite vendere merces, quas habet ſummo pretio iuſto. n.4. ibid.

Poteſt eas iterum emere ab emptore pretio infimo iuſto, ſi non intercedat factum de retrouendi minori pretio, nec cognitio ex parte venditoris, quod emptor eas iterum vellet vendere. numero 5. ibidem.

Quid ſi intercedat tale pactum. n.6. ibid.

Merces vltroneæ vileſcunt per dimidium. n. 7. ibidem.

Venditio pretio ſummo iuſto tamen eſt licita. num. 8. ibid.

Emptio pretio infimo iuſto eſt licita. num.9. ibidem.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n.10. ibid.

Vendens credito ratione periculi committendi capitale poteſt aliquid vltra capitale petere abſque vſura. n. 11. ibid.

Periculum amittendi principale eſt pretio æſtimabile. n.12. ibid.

Non tenetur quis illud gratis ſubire. num. 13. ibidem.

Ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis poteſt aliquid accipi vltra ſortem. n. 14. ibid.

Mutuans ratione periculo admittendi mutuum poteſt aliquid petere ſupra ſortem. numero 15. ibidem.

Vendens ad creditum ratione lucri ceſſantis poteſt accipere ab emente id, quod illa pecunia lucraturus erat. n. 16. ibid.

Pro obligatione quam vendens ad creditum accipit non petendi principale vſque ad certum tempus poteſt aliquid exigere ſine vſura. num. 17. ibidem.

Venditor ſuarum mercium, ſi rogatus vendiderit ad creditum poteſt ſtatim emere eaſdem merces ab emptore minori pretio quam vendidit vſque ad dimidium. n. 18. ibid.

Poteſt inſuper ab eo petere lucrum ceſſans. n.19. pag 300

Poteſt petere aliquid pro periculo admittendi principale. n 20. ibid.

Poteſt aliquid exigere ſupra ſortem pro obligatione non petendi debitum vſque ad certum tempus. n. 21 ibid.

Cenſura authoris circa has omnes opiniones recenſitas. n.22. ibid.

Venditor ad creditum poteſt aliquid pro lucro ceſſante vltra ſortem exigere, ſi in promptu habeat, vel moraliter certo ſperet. qui res ſuas numerata pecunia emerat, ſecus ſi non haberet. n.23. ibid.

Venditor non poteſt merces ſuas vendere credito ſummo pretio cum pacto eas iterum emendi pretio infimo. n. 24. ibid.

Hic contractus continet vſuram palliatam. n. 25. ibidem.

Si talis contractus liceret tolleretur de medio vſura, & omnes vſuræ honeſtarentur. n.26. ibid.

Venditor vendens rem ſuam credito pretio ſummo ignorans emptorem iterum illas venditurum poteſt eas ab eo emere pretio infimo iuſto pecunia numerata. n.27. ibid.

Venditor credito poteſt aliquid accipere vltra ſortem ratione periculi cui exponitur perdendi pretium illarum cum certis conditionibus. num. 28. ibidem.

Ponuntur conditiones, quæ vt id licitum ſit requiruntur. n.29. p.301

Venditor ad creditum poteſt petere ab emptore fideiuſſorem. n 30. ibid.

Venditor ad creditum non poteſt ſine vſura aliquid accipere ſupra ſortem pro obligatione non petendi debitum vſque ad certum tempus. num. 31. ibidem.

Dilatio ſolutionis eſt quoddam implicitum mutuum. n. 32. ibid.

In mutuo nihil ſupra ſortem recipi poteſt abſque labe vſuræ. n. 33. ibid.

Qui ſuſcipit obligationem mutuandi ad libitum mutuatarij poteſt aliquid ſupra ſortem accipere ſine vſura. n.34. ibid.

Qui priuat ſe inſtrumento quo laborat ad aliquod tempus poteſt ob id aliquid accipere. n.35. ibidem.

Venditor ad creditum ſummo pretio iuſto non poteſt res ſuas vendere cum pacto redimendi illas pretio infimo, nec ſciendo emptorem id intentare poſt celebratum contractum venditionis. num. 36. ibidem.

Poteſt

Poteſt poſtulare ab emptore lucrum ceſſans, ſi certo habeat numerata pecunia tales res emat, ſecus ſi non habeat, nec de proximo ſperet habendam. n.37.ibid.

Poterit aliquid poſtulare pro periculo vero non recipiendi pretium quanti ipſe daret pro tali periculo, ſi pecuniam ab alio mutuatam poſtulaſſet, niſi venditor alium fideiuſſorem aſſignet. n.38.ibid.

Non poteſt aliquid ſupra ſortē recipere pro obligatione non petendi pecuniam debitam per tantum tempus. n.39.ibid.

Non poteſt aliquid pro hac obligatione gratis oblatum recipere ex obligatione civili. n.40.ibid.

Ponitur reſolutio totius conſulti. n.41. ibid.

Vxor.

Vxor non tenetur ſoluere debita viri ſui ex dote ſua, vel arrhis. n.11. p.7.

Vxor non tenetur ſoluere cenſus perſonales viri ſui, ſi nihil ab eo hæreditavit. n.14.p.8.

Mulier quæ liberaliter promiſit cenſus, & iura debita viri ſui per ſenſum perſonalem, ſolum tenetur ſoluere cenſus vſque ad mortem viri. n.15.ibid.

Ad ſe obligandam ad ſolvendum iura, & cenſus etiam poſt mortem viri, requirebatur ſcriptura publica ab ea facta. n.16. ibid.

Ponitur obiectio, & ſoluitur. n.17. ibid.

Vxor non admittitur vt teſtis contra virum ſuum nec in defenſionem illius. n.9. p. 122.

Talis teſtis etiam in caſu fidei non habetur vt teſtis integra, nec eſt exceptione maior. n.10.ibid.

Vxor non tenetur adimplere teſtamentum nullum viri ſui. n.14.p.156

F I N I S.

PRIMA

PRIMATVS,
SIVE
PRINCIPATVS
ELIÆ,

In quo toti orbi oſtenditur tum Sanctorum Patrum, tum Summorum Pontificum authoritatibus, tum rationibus, Eliam Prophetam illum Dei magnum fuiſſe Principem, Auctorem, & primum Inſtitutorem Religionis Carmelitanæ in Lege ſcripta,

Cum vero monachatu, cum tribus votis ſimplicibus; & inde Religionem hanc continuatam fuiſſe ſine vlla interruptione vſque ad Legem Gratiæ, & inde vſque ad hæc tempora.

Auctore P. FR. ANTONIO A SPIRITV SANCTO, *quondam Theologiæ moralis primario Lectore, Prouinciæ Luſitaniæ, Carmelitarum Diſcalceatorum Diffinitore, & Pontificia authoritate Conſiliario, & pro diffiniendis cauſis Patri noſtro Generali pertinentibus vno ex Iudicibus à Pontifice deſignato,*

EX ILLVSTRI OPPIDO DE MONTE MOR O VELHO.

INDEX
PARAGRAPHORVM,
Quæ in hoc primatu continentur.

§. I. *IN quo oſtenditur Carmelitas poſſe recitare ſingulis menſibus prima die non impedita feſta nouem Lectionum de ſuo fundatore, & Patriarcha S. Elia.* pag. 5
§. II. *In quo oſtenditur Eliam Patrem noſtrum fuiſſe authorem, & inſtitutorem Religionis Carmelitarum, quæ hodie eſt in Eccleſia, & totius ſtatus monaſtici.* p 6
§. III. *In quo oſtenditur Eliam fuiſſe Authorem, Inſtitutorem, & Fundatorem ſtatus monaſtici in lege ſcripta cum tribus votis eſſentialibus, ſcilicet Obedientiæ, Paupertatis, & caſtitatis, & quomodo id fuerit.* p. 9
§. IV. *In quo oſtenditur Eliam fuiſſe authorem, & inſtitutorem ſtatus monaſtici, & religionis Carmelitanæ cum tribus votis Eſſentialibus Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis, probando hoc per ſingula vota.* p. 11
§. V. *In quo oſtenditur authoritate SS. Patrum, & grauium Doctorum, in lege veteri fuiſſe votum caſtitatis.* p. 16
§. VI. *Proponuntur plures obiectiones contra votum caſtitatis in lege ſcripta, & reſoluuntur.* p. 17
§. VII. *In quo oſtenditur Eliam fuiſſe authorem, & inſtitutorem ſtatus monaſtici ſeu monachatus in lege veteri.* p. 21
§. VIII. *Infertur ex hucuſque dictis concluſio ſtatus monaſtici cum tribus votis in lege ſcripta ab Elia fundati.* p. 24
§. IX. *Refertur continuatio, & hæreditaria ſucceſſio Carmelitarum ab Elia vſque ad Chriſtum.* p. 25
§. X. *Refertur hæreditaria ſucceſſio Religionis Carmelitanæ in lege gratiæ à S. Ioanne Baptiſta vſque ad S. Bertoldum.* p 29
§. XI. *Refertur hæc hæreditaria ſucceſſio Religionis Carmelitanæ in lege gratiæ à S. Bertoldo primo Generali Latinorum vſq; ad hæc tẽpora.* p. 30
§. XII. *Probatur hæc ſucceſſio hæreditaria Religionis Carmelitanæ cum vero ſtatu monachali cum tribus votis obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, ab Elia parente noſtro, vſque ad hæc tempora, per Religionis Carmelitanæ traditionem.* p. 33
§. XIII. *In quo oſtenditur Carmelitas poſſe recitare Diuinum Officium de ſuo Patriarcha S. Eliæ, non obſtanti, quod adhuc ſit viuus.* p. 35

AD PIVM LECTOREM.

AMICE LECTOR, cum à me quidam caſus fuiſſet interrogatus circa recitationem D. Officij magni noſtri Protoparentis Eliæ, neceſſarium mihi fuit totam Carmeli venerandam antiquitatem euoluere, vt cuiuſdam neoterici difficultatibus ſatisfacerem. Non erunt autem tibi hæc omnia faſtidioſa; nam licet non tam neceſſaria videantur ad rem moralem, maximè tibi proficient ad cognitionem hujus antiquiſſimæ familiæ Carmelitanæ, & rerum quæ hucuſque ſub antiquitatis latebris erant. Quod ſi nec hæc tibi arriſerint, parce meæ digreſſioni, nam cum filiorum ſit patris honorem tueri, libuit aliquantum diuertere calamum à rebus moralibus ad has res Hiſtoricas; vt ſic magni Parentis Eliæ honori ſuccurreremus. Faxit Deus vt tibi, & cunctis proficiat. Vale.

FR. ANTONIVS à Spiritu ſancto.

Cenſura P. FR. ANDREÆ A REGIBVS quondam Theologiæ ſpeculatiuæ primarij Lectoris, & nunc Prouinciæ Luſitaniæ Diffinitoris, & authoritate Apoſtolica Conſiliarij integerrimi.

EX commiſſione noſtri Diffinitorij huius Prouinciæ Luſitaniæ, quod authoritate Pontificia vices gerit Diffinitorij Generalis, hunc Eliæ Primatum, ſeu Principatum à N.P. Fr. Antonio à Spiritu ſancto huius Provinciæ Luſitaniæ Diffinitore, & Conſiliario compoſitum, qua potui diligentia euolui: & perlegi; in quo cùm nihil quod Orthodoxæ, Catholicæque fidei, ac moribus Chriſtianis obeſſe, bene tamen quod vtrique plurimum prodeſſe poteſt repererim, opus dignum cenſeo, vt typis mandetur, vt cunctis fidelibus innoteſcat antiquitas Religionis Carmelitanæ, quæ cum ipſa nimia ſenectute à pluribus dignoſcitur. Datum in noſtro Carmelo Vlyſiponenſi 30. die Octobris anni Domini 1667.

FR. ANDREAS A REGIBVS.

Cenſura Patris Fratris GASPARIS A REGIBVS quondam vtriuſque Theologiæ, ſpeculatiuæ ſcilicet, & moralis Lectoris primarij, nunc authoritate Apoſtolica Conſiliarij Carmelitanæ Prouinciæ digniſſimi.

EX commiſſione noſtri Definitorij huius Prouinciæ Luſitaniæ, quod authoritate Pontificia vices gerit Definitorij Generalis, hunc Eliæ Primatum, ſiue Principatum à N.P. FR ANTONIO à Spiritu ſancto huius Prouinciæ Luſitaniæ Definitore, & Conſiliario compoſitum vidi, & magna animi propenſione, ac mentis attentione perlegi, & verè primatum reputaui, quia inter plura, & magna volumina, quæ de hac materia edita ſunt primatum, ſiue principatum judico fuiſſe conſecutum; elegantia enim, mira breuitate conjuncta res hominibus, etiam doctis nimium difficiles patefacit, & quæ in obſcuro antiquitatis omnino recondita erant in lucem prodit, & incredibili claritate illuſtrat. Quapropter vt typis mandetur non ſolum dignum, ſed neceſſarium judico, vt nobilitas, & antiquitas Carmelitanæ Familiæ omnibus innoteſcat. Sic cenſeo in hoc noſtro Carmelo Vlyſiponenſi 20. die Nouembris anni Domini 1667.

FR. GASPAR A REGIBVS.

APPROBATIO.

FRater Franciſcus à Chriſto Prouincialis Prouinciæ S. Philippi in Luſitania Ordinis Fratrum Diſcalceatorum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmeli. De conſenſu ſex Patrum Conſiliariorum pro rebus Definitorio Generali pertinentibus, Apoſtolica authoritate deſignatorum. Vt tractatus cuius titulus eſt. *Primatus, ſiue Principatus Eliæ*, à P. FR. ANTONIO à Spiritu ſancto olim Theologiæ moralis primario Lectore, nunc Definitore huius Prouinciæ, ac Conſiliario noſtri conſeſſus accuratè compoſitus & à grauioribus doctiſque viris (quibus ipſum videndum & examinandum commiſimus) recognitus & approbatus typis mandetur, & in lucem prodeat, debitis aliis obtentis facultatibus, tenore præſentium licentiam & facultatem concedimus, datis Brachatæ Kalendis Decembris Anno Domini M. DC. LVII.

FR. FRANCISCVS à Chriſto, Prouincialis.

FR. EMANVEL à Sancto Antonio
Diffinitor & Secretari.

PRIMA

PRIMATVS,
SIVE
PRINCIPATVS
ELIÆ.

ARGVMENTVM OPERIS.

CVM Fratres Minores ſemel in Menſe prima die non impedita recitent de ſuo Patriarcha Sancto Franciſco ex priuilegio Pauli V. Bulla edita Romæ die 10. Martij anno 1617. dubitatum fuit inter aliquos ex noſtratibus Carmelitis, an per communicationem eiuſdem priuilegij poſſent de ſuo Fundatore, & Patriarcha S. Elia ſemel in menſe prima die non impedita recitare; quæ dubitatio cum mihi fuerit propoſita, & ei benigne annuerem affirmatiuè, quidam Anonymos ſe meæ reſolutioni oppoſuit, deceptus doctrina P. Franciſci Salinas in ſuo ſecundo tomo ſuper Ionam Prophetam in quo defendit Eliam non fuiſſe verum authorem ſtatûs monaſtici, nec fundatorem Religionis Carmelitanæ, quæ hodie eſt in Eccleſia Dei. Quapropter operæ pretium duxi huic Anonymo reſpondere, qua reſponſione etiam ſatisfaciam cuidam promiſſioni, quam in noſtro Directorio Regularium *p.* 2. *tr.* 3. *d.* 1. *num.* 33. feci P. Franciſco Salinas ſatisfaciendi omnibus, quæ contra Primatum Sancti Patris noſtri Eliæ attulit in illo ſuo inſulſo tomo 2. ſuper Ionam Prophetam, ſed quia eorum argumenta aliqualem poſtulant digreſſionem; ideò vt clarius procedamus *primo* § proponam Reſponſionem, quam dedi caſui, qui huius Operis fuit occaſio, an ſcilicet Carmelitæ poſſint ſingulis menſibus de ſuo Fundatore, & Patriarcha Elia recitare prima die non impedita. Deinde primum huius Anonymi argumentum in contrarium proponam, & §. *ſequenti* dabo illius exactam ſolutionem, deinde alia ſuo ordine. Sit igitur

§. I.

In quo oſtenditur Carmelitas poſſe recitare ſingulis menſibus prima die non impedita feſto nouem lectionum de ſuo Fundatore, & Patriarcha Sancto Elia.

SVMMARIVM.

1 *Carmelitæ poſſunt recitare ſemel in menſe prima die non impedita de ſuo Patriarcha S. Elia.*
2 *Probatur id ex variis priuilegiis.*
3 *Probatur ex authoritate Doctorum.*
4 *Ponitur argumentum in contrarium.*

1 POſſe Carmelitas recitare quolibet menſe prima die non impedita feſto nouem lectionum de ſuo fundatore, & Patriarcha S. Elia apud me extra controuerſiam eſt, cuius ratio eſt, quia minores ex priuilegio Pauli V. poſſunt recitare de ſuo Patriarcha S. Franciſco, vt ſupra diximus; ſed noſtra Religio Carmelitana participat hoc priuilegium, ac ſi ei fuiſſet ſpecialiter conceſſum; ergo ſicut illi recitant de ſuo Fundatore, ita nos idem poſſumus facere de noſtro Fundatore S. Elia. Major eſt certa, & patet ex prædicto priuilegio Pauli V. quod refertur à Cherubim, vbi ait Pontifex: *De Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. Eccleſiæ Cardinalium ſacris ritibus præpoſitorum conſilio eiſdem Fratribus Minoribus Conuentualibus, vt Officium de eodem Sancto Franciſco ſemel in menſa prima die non impedita feſto nouem lectionum, prout ab ipſis recitatur in die feſto* 2

ſancti

ſancti Franciſci recitare ... *pterno concedimus, & impartimur, non obſtantibus. &c.* Minor verò etiam probatur ex priuilegio Iulij I I. in bulla quæ refertur a Manuale *tom. 1. q.55. art. 19.* Vbi ait Pontifex; *Et quod de Prælatis ad Prælatos dictum eſt, ita de feſtiuitatibus ad feſtiuitates alterius Ordinis aliquid conceſſum eſt, nunc & pro tempore reſpectiuè conceſſum intelligatur, ita quod ea quæ in honorem Sanctorum Dominici Petri Martyris, Thomæ de Aquino fratribus, vel locis Prædicatorum ſunt conceſſa, omnia illa fratribus Minoribus profectis, eorumque locis, & feſtiuitatibus ſanctorum Franciſci & Antonij. Ludonici, ac in aliis feſtiuitatibus dicti Ordinis Minorum, licet ſint maiori numero quam feſta ipſorum fratri Prædicatorum ſint conceſſa.* Atqui prædicto Ordini Minorum conceſſum fuit à Paulo V. poſſe quolibet menſe prima die non impedita feſto nouem lectionum de ſuo Patriarcha S. Franciſco recitare; ergo idem cenſetur conceſſum noſtro ordini Carmelitarum, & aliis Ordinibus communicantibus.

Confirmantur hæc omnia ex Bulla Leonis X. hanc communicationem omnibus mendicantibus concedente, quam refert Lezana *ad §. 52. Maris magni Prædicatorum n. 166.* & pro nobis Carmelitis excalceatis patet ex Bulla Clementis V I I I. quæ incipit, Cum &c. quam refert P.Fr. Petrus ab Angelis, *in ſuo ſpeculo priuilegiorum, d.s. ſect. 1 n.4.*
Deinde probatur ex Doctoribus concedentibus
3 hanc communicationem in feſtorum celebratione, vt ſunt Suar. *lib 8. de leg. c.17.n.7.* Portel. *p.3. caſuum caſu 28. n.3.* Palans *tom. 2. tr. 3. de priuil. d. 4. p. 1. §.9.n.5.* Emanuel *q.55 tam.1.art.1.* Hieronymus Rodrig. *reſol. 65. n. 2.* & in propriis terminis noſtri caſus docet Quintanadueñas *tract. 2. ſingulari. 14. n.1.*

Dices cum prædicto Anonymo, Elias non fuit
4 verus Fundator, & Patriarcha Carmelitarum; ergo de eo tanquam de Fundatore non poſſunt Carmelitæ per communicationem priuilegiorum ſemel in quolibet menſe prima die non impedita feſto nouem lectionum recitare. Antecedens patet, quia Religio Carmelitarum multis poſtea ſæculis incepit poſt Eliam; ergo Carmelitæ de Elia tanquam de Fundatore, & Patriarcha ſemel in menſe non poſſunt recitare, vt alij Religioſi communicantes de ſuis Fundatoribus.

§. II.

In quo oſtenditur Eliam Patrem noſtrum fuiſſe authorem, & inſtitutorem Religionis Carmelitarum, quæ hodie eſt in Eccleſia, & totius ſtatus monaſtici.

SVMMARIVM.

5 *Elias fuit Author Religionis Carmelitanæ.*
6 *Probatur authoritate B. Virginis Mariæ.*
7 *Probatur authoritate totius Eccleſiæ.*
8 *Probatur authoritate Pontificum.*
9 *Probatur authoritate Sanctorum Patrum.*
10 *Probatur authoritate grauium Doctorum.*
11 *Probatur ratione.*
12 *Probatur ex inconſequentia contrariorum.*
13 *Probatur ex facto Pontificum.*
14 *Ponitur quædam obiectio contrariorum.*
15 *Monachi poſſunt teſtificari in cauſa ſui monaſterij.*
16 *Probatur Eliam eſſe Authorem Religionis Carmelitanæ ex præſcriptione.*
17 *Maximè iuuat ad confundendos hæreticos concedere Eliam fuiſſe authorem ſtatus monaſtici.*
18 *D. Antonius non fuit author ſtatus monaſtici.*
19 *Eſſeni antiquiores fuere D. Antonio.*
20 *Antonius per quendam Eſſenum fuit inſtructus.*
21 *Ponitur quædam aduerſariorum obiectio.*

PRo reſolutione propoſiti argumenti, *in fine §. præcedentis*, multa a nobis attingenda ſunt, quamuis ea breuiſſimè attingam quæ ad illius ſolutionem neceſſaria ſunt, cætera Chroniſtis Ordinis relinquendo.

Reſpondeo igitur negando patrem noſtrum 5
Eliam non fuiſſe authorem, & inſtitutorem religionis Carmelitanæ, quæ hodie datur in Eccleſia Dei. Et primum teſtem pro hac veritate enucleanda ſit Beatiſſima Virgo Maria Dei genitrix.
Hæc enim vt aſſerit authoritas Eccleſiæ con- 6
ceſſioni ſubnixa Vrbani V I I I. in officio S. Petri Thomæ martyris. Carmelitæ lectione 5. ſub die 21. Februarij; cum D. Petrus Thomas inſtantiſſimè oraret in nocte una Pentecoſtes pro ſui Ordinis conſeruatione ei reſpondit B. Virgo. *Confidito Petre: religio enim Carmelitarum in finem vſque mundi eſt perſeueratura, Elias namque eius inſtitutor iam olim etiam hoc à filio meo impetrauit.* Quid illuſtrius afferri poſſet pro noſtro themate probando? quod teſtimonium maius afferri poteſt, niſi ſummæ veritatis? eo præſertim quod vt S. Rota in vna Cæſaraugustana Cathedralitatis coram Coccino anno 1630. decidit, hiſtoriæ in præfatis Breuiariis contentæ, veluti canonizatæ ab Eccleſia cenſeantur *cap. licet cauſam de prob, cap. in noſtra. de teſtibus.* Mariana in tractatu aduentus S. Iacobi in Hiſpaniam, Ambroſius de Morales *in Chronic. lib.9 c.14. & lib.8. fol.513.* 7

Accipe tamen aliud teſtimonium ſanctiſſimæ Matris noſtræ Eccleſiæ quo maius dari teſtimonium non poteſt; nam vt ait Trithemius *lib. 1. de laudibus Carmel.* quidquid approbauerit illa, alterius teſtimonio non amplius indigebit. Hæc ergo in feſto S. Spiridionis die 14. Decembris in oratione feſti eandem veritatem probat, & firmat his verbis, *Sancti Spiridionis confeſſoris tui atque Pontificis nos Domine feſta tueantur, vt ſicut ille Religionis à Propheta Elia inſtituta orationibus, & operibus fuit Fidelis imitator, &c.*

Tertium teſtimonium accipe à Summis Pon- 8
tificibus Eccleſiæ: nam Sixtus V. ſic loquitur in Bulla quæ incipit, Dum attenta. *Ordinem ipſum, ac illius perſonas inter cæteros regularium ordinum profeſſores in catholica Eccleſia militantes tanquam Religionis exemplar ſpeciale charitatis fulgentes, ſanctorum Patrum Eliæ, & Eliſæi, & Enoch, nec non aliorum SS. Patrum, qui montem ſanctum Carmeli iuxta Eliæ fontem inhabitarunt ſucceſſionem hæreditariam tenentes, &c.* Eadem eiuſdem ferè verbis affirmarunt Iulius II. Pius V. Greg. X I I I. Sixtus V. Clemens V I I I. Paulus V. Item Iulius II. approbauit Ordinis Breuiarium anno 1584. in quo habentur officia ſanctorum Eliæ, & Eliſæi veluti Ducum, & fundatorum Religionis, quæ officia etiam approbauit Sixtus V. in Bulla, Eximium, quod in vobis, ex quo etiam firmitatem Apoſtolici teſtimonij Patronatus Eliæ in ordinem noſtrum accepit.

Approbauit etiam hanc Ordinis Succeſſionem

ab Elia

ab Ella parente noſtro Clemen. VIII. *anno 1604. en Bulla quam refert Fr. Franciſcus à ſancta Maria in Hiſtoria prophetica lib. 1. cap. 10.* in qua Pontifex ſcribit ad Sciabam potentiſſimum Petiatum Regem anno 1604. hæc verba. *Ha habuerunt olem Religionis huius profeſſores ſicut à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris memoria proditum eſt ſui inſtituti authores ſanctos Prophetas Eliam, & Eliſaum omnibus nationibus, & gentibus natos.* Quæ majora poſſemus de hac veritate teſtimonia afferre? Si B. Virgo, ſi Ecclesia, ſi Pontifices ſummi Eliam proclamant noſtrum authorem, religionis noſtræ Fundatorem, Inſtitutorem, & Patriarcham, quorum teſtimonia afferre poſſemus, quæ his minora non ſint? ſed ne hæc noſtra probabiliſſima ſententia authoritatibus ſanctorum Patrum, & gravium Authorum deſtituta videantur plures huius veritatis Authores referemus.

9 Primus ſit S. Hieronymus *epiſt. 13.* ad Monachus vbi ait: *Noſter Princeps Elias, noſter Eliſaus, noſtri Duces filij Prophetarum*, & S. Iſidorus *lib. 8. offi. cap 9.* ait: *Huius propoſiti Principes Elias, & diſcipulus eius Eliſaus fuerunt, ſive ſi ij Prophetarum.* & Caſſaneus *lib. 1. inſtit. monaco. cap. 1.* ait: *Hoc enim ambitu illos ambulaſſe, qui in veteri teſtamento profeſſionis huius fundauere primordia Eliam ſcilicet & Eliſaum diuinarum Scripturarum authoritate monſtratur.* Et S. Cyrillus *lib. ad Euſeb.* ait: *Veruntamen prouatiſſimi monachi noſtræ Religionis permanſerunt ſub diciplina monaſtica vita per Eliam prophetam inſtituta.* Et S. Bernardus *in expoſitione cap. 1. regula S. Benedicti*, ait: *Attende bene quod in veteri teſtamento Elias, & Eliſaus, in nouo vero S. Ioannes Baptiſta, poſtea tandem tempore Apoſtolorum horum monachorum inventores extiterunt.*

Et S. Macharius ſermone ad monachos ait: *Duos viros magnificos exordium monaſtici Ordinis protuliſſe credimus; vnus igneis equis in cælos raptus legitur, alter vero prophetaſſe antequam natus ſit, Primus Elias pater noſter extitit, alter vero Ioannes Baptiſta.* Et S. Antoninus *2. p. ſumma tit. 16. cap. 1. §. 4.* ait: *Hi ſub Eliſao ſumpſerunt principium, iſti ab Elia exordium habent, cuius imitator Ioannes Baptiſta erat.* Ioannes vero Hieroſolymitanus Patriarcha 44. *in toto ſuo libro de inſtit. monach.* nihil aliud contendit quam Eliam Carmelitanæ Religionis oſtendere principem, etenim *cap. 1.* ſic ait: *Hic propheta Dei Elias monachorum Princeps primus extitit, à quo ſancta eorum primana inſtitutio ſumpſit exordium.* Idem docet Trithemius *de laudibus Carmeli cap. 2.* vbi ait: *Elias propheta Domini eximius rectè, & catholicè fundator Carmelitana Religionis dicitur.*

Deinde ad aliorum Doctorum teſtimonia deueniamus, & primus ſit Ioannes Molanus in
10 martyrologio *die 17. Iulij*, vbi ait: *In Arabia raptus S. Elia propheta Domini Carmelitana Religionis Patriarcha.* Et Philippus Hieroſolimytanus, ad illud Ioannis miſerunt Iudæi, ait: *O Carmelitarum Religio quam magna facta es in domo Domini; nunquid olim à modico fonte Eliâ Dei propheta principium non habuiſti, & ecce nunc in magnum flumium excreuiſti; tu olim planta a in eremo facta es ciuitas plena populo.* Et Genebrardus *lib. 4. Chron. ad annum 1180.* ait: *Sed eorum origo altius repetenda eſt, nempè à Propheta Elia, & Eliſao.* Et Clitoueus *tom. concion. de ſanct. ſerm. en capitiis prouincialibus Carmel.* ait: *Memoria proditum eſt Eliam primum huius Religionis fuiſſe authorem.* Et Eraldus Carthuſianus *faſc. temp. in anno Chriſtò 300. & 450. & ab orbe condito 1294.* ait: *Elias propheta origo Religionis Carmelitana* Ægidius Camartus de Elia Thesbites *cap. 9 ſect. 2.* ait: *Elias fuit Religioſorum omniũ Patriarcha, & Carmelitarum parens* Et Carthagena *tom. 4. homil. 1. de laudibus Carmel. lib. 17.* ait: *Prophetam Eliam primum ſacra huius Religionis Carmelitana inſtitutorem fuiſſe probatione non indiget.* Et Baſilius Pontius de Leone *de matrim. lib. 7. cap. 1.* ait: *Ad Eliam, & Eliſaum, & filios prophetarum Carmelitana Religionis primordia, & immobilia fundamenta refert merito Hieronymus.*

Idem confirmat Commas Antonius Montecatinus conſiſtorialis aulæ aduocatus coram Vrbano VIII. qui in publico conſiſtorio anno 1629. pro S. Andreæ Carſini canonizatione hæc verba protulit. *Sapienter ille quidem hanc ſibi præ cæteris religioſam familiam ſelegit, qua tam originis antiquitate, quam vel ab ipſis prophetis Elia atque Eliſaa repetit tum inſtitutis integerrimi ſanctitate, tum illuſtrium vita doctrinaque virorum copia in Chriſtiana republica floruit ſemper ac magis magiſque florebit in dies.* Non omittam etiam teſtimonium Cardinalis Bellarmini *lib 2. de monach. cap. 5.* vbi ait: *Vitam eremiticam ſanctam, & perfectam eſſe probatur primo teſtimonio ſcriptura, qua vehementer laudat Eliam, & Ioannem qui eremitarum Principia fuerunt.* Et quod vita huiuſmodi ad verum monachatum pertineat his verbis affirmat idem Author. *Vita Eremitica eſt columen, & faſtigium ſtatus religioſi.* Eandem ſententiam docet Suarius *tom. 3. de relig. lib. 3. cap. 1.* vbi ait: *Eſt autem valde recepta & ſatis antiqua traditio Religionem hanc Carmelitarum à temporibus prophetarum ſignatim ab Elia inſtitutione ſuam dicere originem, & quaſi hæreditariam ſucceſſionem, quam traditionem ſuſcipimus vt veram.* Et Iacobus Salianus annal. ante Baronium ad annos mundi 3131. §. 4. *Ne quis noſtrum hoc beneuolentia potius gratia erga religioſiſſimum Carmelitarum Ordinem, quam veritatis teſtimonium putet, quod eos ſanctiſſimi Elia diſcipulos atque inſtitutores agnoſcamus audiatis, &c.*

Et Ludouicus Alcazar in Apocalipſim c. 11. v. 3. de Elia ait: *Quippe non Virginitatis pudicitia, ſed vita etiam religioſa fuit, & parens, & author.* Et Gregorius de Valentia *2. 2. tom. 3. d. 10. quæſt. 4.* ait: *At ipſe etiam Elias peculiari habitu ſuccinctus huiuſmodi inſtitutum profitebatur, & adducit Hieronymi locum, noſter Princeps Elias.* Et Gaſpar Sanchez *in lib. 3 Reg. cap 17. num. 12.* ait: *Accedit ad hoc Pontificum ſummorum iudicij grauiſſimum pondus, qui ſacrum hunc ordinem ab Elia diſciplina atque inſtituto exordium habuiſſe teſtantur.* Et Antonius Fernandius *de viſion. vet. teſtam. viſion. 9.* ait: *Hinc eſt quod hos duos, Eliam ſcilicet, & Eliſaum agnoſcunt plurimi Patres, appellantque principes, ac primos parentes religioſa vita.* Et Ioannes Bonifacius *in Mariali lib. 2. cap. 1.* ait: *Hanc autem Carmeli receſſus antiquiſſimam eſſe familiam, eiuſque primum patrem Eliam fuiſſe facile ſibi perſuadebit, qui illius libri authorem leget, quem ipſe fratri ſuo Carpatio nuncupauit.*

Et ſi plures Authores deſideres qui Eliam principem, Patronum, & Authorem noſtræ Religionis Carmelitanæ proclament conſule Carthagenam homil.

*homil.2. de l audib Carmel lib.*17. Idem docet Polydo-
rus Virgilius *de inuentoribus rerum lib.*7. c. 3. Dums
Ioannes Soterus in Commentariis ad Regulam
S. Alberti Michaël Galbinus in Epiſtolis Wer-
nerus Rovelinchus *lib.* 7. c 13. Vincentius Ro-
nelinchus *in Faſciculo temporum.* Carolus Fer-
nandius *lib. de laudibus Carmelit.* Gillel. Eſſengre-
nius *centuria* 1. *tractatu de cælibatu.* Anton. Abbas
Vercellenſ. *Comment. ad cap.* 7. *Cantic.* Timotheus
Bottoni *in vita S. Vgoni* Palynodonis *lib.* 3. c. 6.
Trimerico de *antiquitate Carmelitar.* Fernandus Ca-
ſtillus 1. *p. Chronic. Ordin. Prædicat. lib.*6. c.65. Guil-
lot. Poſtellus. *lib. de Vniuerſ. tit. de Syria.* Paulus
Morogia *de orig. Relig. lib.*1. c. 30. Baptiſta Glanus
in Hiſt. Pontif. in vita Deodati 1. *ad ann.* 615. &
in vita Honorij III. ad ann. 1216. Ioann. Baptiſta
Confectius *in ſumma priuilegiorum* c. 7. Iacobus
Middendorpius *in hiſtor. aromatic.* c. 1. Oliuarius
Bonartius *Comment. in Eccl. ad* c.48. *v.* 1. Petr. Wa-
ſtelius *Apologia pro Ioann. Patriarcha* 44. c.47.

Eandem ſententiam tenent Maturinus Pigno-
tonius *in Anagraphe Carmelit.* Aubertus Miræus *in
Prolegomenis ad lib. de origine ordinis S. Auguſt.*
Auguſt Torniellus *tom.* 2. *annal ad ann.* 3139. *quin-
ta mundi ætatis ann.* 117. *n.* 2. Auguſt. Barboſ. *lib.*1.
iuris Eccleſ. vniuerſ. c.41. *n.*24. Carillus *in Chrono-
logia lib.* 6. *ad ann.*1582. Ioann. Gaxus *in Sermone
S. Thereſia.* Iacob. Rebulloſa *in ſermone S. Thereſia.*
Angelus Manrique *in vita V. Anna à Ieſu lib.*1. c.1.
Syluester Marcellus in Mari Ocean. *religio. lib.* 4.
Honophr. Marezcal. *tom.* 1. *concion. in concion. B.
Maria Virginis de monte Carmeli.* Laurentius Beyer-
linck *in Theatro vita humana tom.* 6. *litt. B. verbo
Religioſus.* Petrus Valderana *in Theatro Religionum
in concione S. Elia.* Petrus Oxeda *in informatione
pro immaculata Virginis Maria conceptione.* Leander
de Granata *in lib S. Geriradis.* Mitto alios plures, &
doctores noſtri ordinis Carmelitani, qui omnes vno
ore S. Eliam primum inſtitutorem noſtræ Carmeli-
tanæ familiæ proclamant.

11 Deinde aſſumptum probamus ratione. Nam,
vt ait Hieronymus ad Paulinum: *Habet vnum-
quodque propoſitum, ſiu inſtitutum principes ſuos.*
Nulla enim eſt Religio quæ non agnoſcat ſuum
authorem, ſed Religio Carmelitana nullum vn-
quam Authorem recognouit, quam ſanctiſſi-
mum Parentem noſtrum Eliam: ergo nemo, ni-
ſi nemo ſit, & cum ipſa velit pugnare ratione
12 id poterit negare. Confirmatur, primo. Quia an-
tiquitùs inoleuit mos in Religionibus ſæpe ap-
pellationes ſuas à ſede ſui deſumere ortus in
quo primitus fuit obſervatum propoſitum vitæ,
vt inde ad cæteras partes mundi efflueretur, vt
à Ciſterio Ciſtercienſes, à Cartuſia Cartuſien-
ſes, &c. Sed Religio Carmelitana à Carmelo
monte Phœniciæ ſumpſit appellationem, ergo
& in illo ſumpſit exordium à magno Parente
Elia, & inde in alias mundi partes deriuata eſt.
Confirmatur 2. Quia Sixtus V. de conſilio Car-
dinalium Eliam vt Patronum toti Carmelitano
13 Ordini propoſuit, vt patet ex eius Bulla quam
ſupra retulimus, ſed nemo dicere poteſt Ponti-
ficem errare poſſe in approbando pro Patrono,
& fundatore alicuius Religionis, qui reuera, nec
fundator vnquam, nec Patronus extitit; ergo
ſignum eſt Eccleſiam, & Pontificem Eliam vt
fundatorem Carmelitici Ordinis ſemper agnouiſ-
ſe, non enim in rebus Eccleſiæ diſcernendis Pontifex
errare poteſt.

Confirmatur 3. Quia nullus ex aduerſariis no-
ſtris poteſt aſſignare alium Authorem huius ſacræ
Religionis: ergo ſignum eſt fuiſſe Eliam Ante-
cedens pater: nam, qui dicunt fuiſſe Albertum
Patriarcham Hieroſolymitanum ex titulo ipſius
regulæ conuincuntur. Vnde ipſimet fatentur
Albertum ſolum Ordinem ſua tantum regula
reformaſſe. Qui vero dicunt Ordinem iſtum ab
Aimerico duxiſſe principium, ipſi fatentur hunc
tempore Alexandri III. Carmelitas per nemora,
& Carmeli eremos diſperſos in vnum cœnobium
congregaſſe, & ad commodiorem vnam viuendi
normam redigiſſe. Qui vero dicunt incepiſſe à
Ioanne Patriarcha Hieroſolymitano circa annum
Domini 400. ab ipſomet Ioanne conuincuntur,
nam *in lib. de inſtit. Monach. cap.*1. ait ad Carpa-
tium. *Nequaquam poſſet hac ratio plene verborum
doctrina, niſi ab experto tradi.* Quo loco confite-
tur ſe per experientiam huius Carmelitanæ vitæ
didiciſſe, quæ in ſuo libro tradit; ante illum er-
go iam Carmelitana Religio exiſtebat. Alij tan-
dem qui Carmelitici ordinis initium ad Apoſto-
lorum tempora referunt, nullum certum autho-
rem aſſignant; ergo cum hæc Religio aliquem
debuerit habere Authorem, & cum nullum alium
ipſa agnouerit, niſi magnum Prophetam Eliam.
manifeſtum eſt Authorem huius Carmelitanæ
familiæ fuiſſe Eliam; non enim dicendum eſt tam
claram, & illuſtrem familiam caruiſſe Authore.

Nec obſtat ſi dicas hæc non alia nixa eſſe fir- 14
mitudine, quam ea, quam accipiunt à Carmelitarum
authoritate, & aſſertis: non obſtat, inquam; nam 15
ſecundum ius 14. *q.* 2. *ſuper prudens.* Monachi poſ-
ſunt teſtificari in cauſa ſui Monaſterij; quia illi
potiſſime in teſtes aſſumendi ſunt, qui eadem ne-
gotia tractauerunt, maximè quod cum de hac an-
tiquitate immemorialis ſit in toto ordine Carme-
litarum traditio, prudenter eſt ei ſtandum, vt ra- 16
tiones multæ præſcribunt. Nam ſi cum quis poſ-
ſidet rem aliquam bona duntaxat fide per trien-
nium perpetuo illius præſidio gaudet, vt habetur
16. *q.*6. c. *præſcription.* multo rationabilibus Reli-
gio habens præſcriptionem à prædeceſſoribus
ius de antiquitate Fundatoris, & fundationis il-
lius per ſæcula multa, præſidio talis antiquitatis
gaudere, debet, præcipue cum hæc traditio, non
ſolum fundetur in authoritate ipſorum Carme-
litarum, ſed in quadam reuelatione B. Virginis
Mariæ approbata à Ioann. XXII. qui ann. 1322. in
bulla ſacratiſſimo, quam confirmauit Alexander
V. ſui Pontificatus anno 1. refert, & approbat
quandam reuelationem B. Virginis in qua dicitur
hunc ordinem fuiſſe per Eliam, & Eliſæum in
monte Carmelo inchoatum, vt refert Lezana *in
ſuis annalibus in apparat. ad annal.* c.6. *num.*6. & ex
alia Reuelatione facta B. Petro Stomæ Patriar-
chæ Conſtantinopolitano, in qua B. Virgo ait,
Eliam fuiſſe huius ordinis inſtitutorem, quam
reuelationem approbauit ſacra Rituum congre-
gatio in officio eiuſdem Beati, ſub Vrbano VIII.
anno 1628. vt *ſuprà* diximus.

Si ergo B. Virgo Eliam proclamat inſtitutorem
Carmelitici Ordinis, ſi id approbat Eccleſia in
ratione S. Spiridionis, vt *ſupra* diximus: ſi id tot
Pontifices ſuis bullis approbant, & confirmant
ſi tot Patres ſanctiſſimi id atteſtantur: ſi tot
Authores, grauiſſimi id in ſuis libris profiten-
tur quis poterit nos ab hac poſſeſſione detru-
dere? Audite ergo Carmelitæ antiquitatis veſtræ
defenſores

deſenſores D. Bernardum cap. ad Patres de mente
Dei dicentem. *Quoſdam eſſe qui cum manifeſtum
lumen veritatis obnubilare nõ queant de ſolo nouita-
tis nomine concilianiur.* Et infrà, *ſileant ergo qui in*
17 *tenebris lucem indicantes vos arguunt nouitatis ex
abundantia mala voluntatis*, hæc Bernardus. Caueant
igitur nouitatum amatores, ne in foueas incidant,
& in laqueos hæreticorum aſſerentium, nouum
eſſe, & inuentum quoddam in Ecclelia Dei ſtatum
Religioſum, cùm adeò ſit antiquus, quòd non
ſolum à tempore Apoſtolorum, ſed ante à Paren-
te noſtro Elia ortum duxerit. Quæ ſola ratio vt
ora hæreticorum oblatrantium obtueterentur ſuffi-
ciebat, vt omnes orthodoxi hanc noſtram probabi-
liſſimam ſententiam amplecterentur, ſiquidem
illius probabilitate hæretici conuincuntur de an-
tiquitate religioſi ſtatus.

18 Et hinc colliges quam ſine fundamento Baro-
nius *tom. 2. ann.* 161. Monachatus primas tribuit
Antonio magno Abbati, & non Eliæ magno Pro-
phetæ; cum ſit manifeſtum ante Antonium qui
floruit anno Chriſti 300. plures in Eccleſia Dei
monachos fuiſſe, primum quod ex monachis ſum-
mum Pontificem aſſumptum, & electum anno
267. vt tradit Euſebius *in Chronic. ad ann.* 267. Imò
Caſſianus *collat.* 18. *cap.* 5. & Genebrardus *lib.* 3 *ad
ann.* 139. affirmant à tempore primitiuæ Eccleſiæ
fuiſſe vera monaſteria Cœnobitarum, qui in com-
munitate degebant, quæ perſtitere vſque ad tem-
pus Antonij & Pauli. Vnde S. Athanaſius in vi-
ta S. Antonij Abbatis refert ipſum Antonium à
quodam illorum monaſteriorum Sene petiiſſe, vt
ſub eius illuio diſciplina coaptaret. Tum quia Hie-
ronymus in vitis Patrum affirmat S. Eugeniam
mentito fœminco in virilem habito propè Ale-
xandriam monaſterium fuiſſe Cœnobitarum in-
19 greſſam, quod contigit anno Chriſti 188. Et in-
ſuper addit ipſe monachos illos fuiſſe Eſſenorum
ſucceſſores, quos multo antiquiores Antonio fuiſſe
ipſe Baronius teſtatur; Antoniumque per quen-
dam ex Eſſenis ſucceſſorem monachum inſtru-
20 ctum in monaſticis fuiſſe Vnde ipſe Baronius
non audens ipſum Antonium inſtitutorem vitæ
Cœnobiticæ dicere eum reſtitutorem appellat. Sed
nos eum Reformatorem appellamus. cum ſucceſ-
ſio hæreditatis nunquam ab Elia vſque ad hæc
tempora ceſſauerit. nec in finem mundi ceſſare
ſperamus, vt verba Beatæ Virginis atteſtantur.

21 Dices omnes prædictæ reuelationes, & Eccle-
ſiæ, & Pontificum, & Doctorum locutiones ſo-
lum conuincere Eliam fuiſſe impropriè, & accom-
modatitiè Patronum huius Carmelitanæ familiæ,
quatenus quia in Eremum ſecedens iuxta Tor-
rentem Carith, & in monte Carmelo ab homi-
num conſortio abſtractus vixit, & alieno modo
vitam eremiticam inchoauit, Carmelitæ eum de
conceſſione Sedis Apoſtolicæ in patronum acce-
perunt, non vero quia verum ſtatum religioſum
inſtituerit cum tribus votis eſſentialibus; ergo Car-
melitæ ſingulis menſibus prima die non impedita
feſto nouem lectionum non poſſunt de eo, tan-
quam de ſuo fundatore recitare. Antecedens eſt
certum quia ante Chriſtum non fuit verus ſtatus
religioſus cum tribus votis. Conſequentia vero
patet, quia verba priuilegiorum non in ſenſu im-
proprio, ſed proprio accipienda ſunt. ergo cum Elias
tantum impropriè, & accommodatitiè, vt diximus,
ſit electus à Carmelitis in ſuum Patriarcham, non
poſſunt de eo tanquam de ſuo fundatore recita-
re, vt faciunt Minores, & alij communicantes de
ſuis veris. & propriis fundatoribus.

§. III.

*In quo oſtenditur Eliam fuiſſe authorem, in-
ſtitutorem, & fundatorem ſtatus monaſti-
ci, in lege ſcripta cum tribus votis eſſen-
tialibus, ſcilicet obedientiæ, paupertatis,
& caſtitatis, & quomodo id fuerit.*

SVMMARIVM.

22 *Elias fuit Author ſtatus monaſtici cum tribus
votis ſimplicibus.*
23 *Probatur id authoritate Patrum exemplo Chriſti.*
24 *Probatur ab exemplo Apoſtolorum.*
25 *Probatur ex eo quod Elias princeps monacho-
rum à ſanctis Patribus appellatur.*
26 *Probatur ex eo quod religioſus à ſanctis Patribus
appellatur.*
27 *Probatur multiplici D. Thom. authoritate.*
28 *Elias obedientiam obſeruauit.*
29 *Obſeruauit paupertatem.*
30 *Obſeruauit caſtitatem.*
31 *Elias obſeruauit obedientiam, paupertatem &
caſtitatem ex voto.*
32 *Quodcunque opus bonum melius fit ex voto, quam
ſine illo.*
33 *Melius eſt obſeruare obedientiam, paupertatem,
& caſtitatem ex voto, quam ſine illo*

HOc eſt præcipuum contrarium fundamen-
tum, & ſilex quam infringere non poſ-
ſunt, ſed immerito, cum id quod eos maximè tor-
quet, nos facillimè ſuperemus. Reſpondeo ergo 22
negando Eliam non fuiſſe vere, & proprie autho-
rem ſtatus monaſtici cum tribus votis eſſentiali-
bus, non cum ea ſolemnitate, quam hodie habet
in Eccleſia, ſed cum tribus votis ſimplicibus, eo
modo, & ea perfectione, qua illa Eccleſia capax
erat, quod ſic probo de omnibus tribus votis in
communi, & deinde ad vnumquodque in particu-
lari maioris claritatis gratia deſcendam, Sit ergo pri-
mum pro probanda noſtra aſſertione fundamentum.

Concors omnium Patrum, & Doctorum ſen- 23
tentia eſt, Chriſtum ſtatum religioſum cum tribus
votis conſuluiſſe in illis verbis: venite poſt me,
qui ſtatim relictis retibus ſecuti ſunt eum, cum
tamen in prædictis verbis nulla fiat expreſſio vo-
torum; ſed ſimilibus verbis vocauit Elias Eliſæum
mittens ſuper illum pallium, qui ſtatim relictis bo-
bus cucurrit poſt Eliam, vt conſtat *ex* 3. *Reg. c.* 19.
ergo licet ibi nulla fuerit expreſſio votorum; ibi
fuere imbibita. vt eleganter ait D. Hieron. epiſtola
ad Lucinum: *Eliſæus boues, & iuga prioris Operis
vertit in vota.* Et Hugo Cardinalis *in cap.* 9. *Lucæ*
ait: *Eliſæus in aratro coxit carnes, mactauit boues. id
eſt, religionis fecit votum; ergo in prædicto loco Elias
ſtatum religioſum cum tribus votis inſtituit.*

Confirmatur, quia Abulenſis 3. *Reg.* 19. *q.* 23. *&* 24
26. ait: *Eliſæum in ſequela Eliæ receſſiſſe ab amicis,
& cognatis non reuerſurum ad ſtatum illorum, quem-
admodum Apoſtoli Petrus, & Andreas, Iacobus, &
Ioannes, ac Matthæus ſecuti ſunt Chriſtum.* At qui
ex mente omnium Theologorum Apoſtoli ſequen-
tes Chriſtum veri religioſi fuere cum tribus votis
obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis; ergo idem di-
cendum eſt de Eliſæo ſequente Eliam, non cum
eadem proportione, ac Apoſtoli fecere vota, ſed ea

perfectione, qoia illa antiqua lex capaz erat. Vnde Gaſpar Sanchez 3.*Reg* 19. *n*.66.ait : *Iniecto itaque pallio in ſuam ſibi ſocietatē deſcribit, quaſi eiuſdē ſectū inſtituti participem, vnctio igitur fecit Prophetā Eliſæum, pallium autē contubernalē, & monachum.*

25 Secundo probatur ; Quia multi Sancti Patres vocant Eliam, & Eliſæum, & filios Prophetarum monachos veteris teſtamenti, & duces monachorum, ergo neceſſario dicendum eſt ipſos veros monachos eum tribus votis fuiſſe. Antecedens patet eſt teſtimoniis ſanctorum Patrum, & primus, ſit D. Hieron.*epiſt*. 13.*ad Paulinum*, vbi ait : *Noſter princeps Elias noſter Eliſæus, noſtri duces filij Prophetarum*, & *epiſtola ad Ruſticum* ait : *Filii prophetarum quos monachos in veteri teſtamento legimus*. Secundus ſit Ioan. Ierosolymit.*in cap*.2. vbi ait : *Propheta Dei Elias monachorum primus extitit*. Et *cap*.9. addit ; *Monachus enim vere deinceps ipſe fuit*. Tertius ſit Rupertus Abbas *lib*.3.*in cantica cap*.3. vbi loquens de Elia ait : *Hæc dixit, & hæc fecit ille primus Author, & inſtitutor eorum, qui dicti ſunt fily Prophetarum, quos fuiſſe monachos in veteri teſtamento conſētit authoritas Patrum venerabilium*. Quartus ſit Vvaldenſis *lib*.3.*doctr.fidei cap*.4. vbi loquens de filiia Prophetarum ait : *Beatus Hieronymus audacter appellat eos monachos*. Conſequentia vero recte infert, & admittitur à Suario *tom*.3 *in* 3. *p.d*.24.*ſect*.6. vbi hoc argumento probat Ioan. Baptiſtam virginitatē voviſſe, quia inquit Suar. *id indicant Patres cū dicunt Ioannem monaſticam vitam egiſſe, & monachorum principem fuiſſe* ; ergo eum idem ſancti Patres de Elia, & Eliſæo, & aliis Prophetis dicant fuiſſe monachos, vel duces, aut principes monachorum neceſſario dicendum eſt feciſſe tria vota eſſentialia, ſine quibus monachatus ſtare non poteſt.

26 Tertio probatur ; Quia multi DD. appellant Eliam, & Eliſæum Religioſos, vt ſunt Ioannes Ieroſolymitanus *in lib. relato cap*. 21. 22. 23. & 24. Liranus 1. *Reg*. 10. & 4. *Reg*. 1. Vgo Cardinalis 1. *Reg*.10. Dionyſ. Carthuſian. *ibi*, Waldenſis *tom*. 1. *lib*.3.*art*.1.*c*.4. Caſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi* 4 *p. conſider*. 53. Abulenſ. 1.*Reg*. 19.31. & *Reg*.2.*q*. 13. Gaſpar Sanchez. 4.*Reg*. 17. *n*.7. & *cap*.19.*n*.66. & 68. Salian. *in annalibus anno* 3133. *n*. 2. & *anno* 3139. Anton.Fernand. *in lib.de viſionibus veteris teſtamenti ſeſſione* 9. & alij ; ſed nullo modo ſtare poteſt Eliam, & Eliſæum, & filios Prophetarum fuiſſe religioſos, ſine tribus votis eſſentialibus, ſiquidem ſunt de eſſentia ſtatus religioſi, ergo ſi fuerunt religioſi vt aſſerunt dicti Doctores ; euidenter ſequitur tria, vota ſubſtantialia religionis emiſiſſe.

Confirmatur ex authoritate D. Thomæ, quæ
27 tanti ponderis eſt in Eccleſia Dei. Ipſe enim 2.2. q. 187. *art*. 2. quærit, Vtrum Religioſis liceat ſæcularia negotia tractare ? Et reſpondit in ſolutione ad 3. *Adire palatia propter pias cauſas competit Religioſis, vnde dicitur* 4.*Regum, quod Eliſæus dixit ad mulierem numquid habes negotium, & vis vt loquar Regi vel Principi militia*. Ex quibus verbis D. Thomæ ſic argumentor. Ex eo probat D.Thomas licere religioſis adire palatia, quia Eliſæus id facere promittebat : Ergo D. Thom. reputauit Eliſæum verum Religioſum. Alias eius exemplum quod affert ad probandum ſuum intentum eſſet ineptum & inſulſum. Et idem argumentum deſumitur ex *eadem*, *q*. 187. *art*.6. vbi dum quæreret S.Doctor, vtrum liceat Religioſis vilioribus veſtibus vti quam exteri? Reſpondet affirmatiuè, & rationem aſſignat, *Quia ad Hebræos* 11. *Apoſtolus dicit circuierūt in melotis & pellibus caprinis, Gloſſa, vt Elias, & alij*. Probat ergo licere religioſis vti vilioribus veſtibus, quia Elias, & alij ſic fecerunt: ergo exiſtimauit Eliam fuiſſe verum religioſum veteris teſtamenti cum tribus votis, alias eius argumentum eſſe inſulſum, & non ad rem; ſiquidem ad probandum id licere religioſis cum tribus votis, aſſertet exemplū de non habente votum, quod non eſt dicendum de ingenio, & conſequentia ineffabili D.Thomæ. 28

Quarto probatur. Quia tam Elias, quam Eliſæus obſervarunt tota vita obedientiam, paupertatem, & caſtitatem ; ergo id fecerunt ex voto. Antecedens ad obedientiam patet Eliæ, eo modo, quo in ſupremo ordinis capite obedientia potuit eſſe, vt infra dicimus ſcilicet eminenter [vt ait Suarez *tom*.4. *relig. tit*. 9. *lib*. 2. *num*. 12. vel in præparatione animi, vt ait D.Thom.2.2. *q*. 188. *art*.8.*ad* 3.] Probatur à Ioanne Ieroſolymitano *in præfato lib. cap*.9. vbi ait. *Qui ſemetipſum prorſus abnegans, & voluntati propria renuntians, ſemper ſuperioris nempè Dei voluntatem prorſus ſecutus fuit, quemadmodum de eo ſcriptum eſt abiit quocunq; eum ferebat voluntas, ſcilicet Dei*. Quod etiam probat perfecta Dei ſequela; quæ ſine dubio in tam perfecto viro fuit, hæc enim vt ait Bellarm. *lib.de monach*. *c*.21. in perfecta obedientia conſiſtit. De Eliſæo autem id probat illud 3.*Reg*.19.*n*.*v* 21. ſecutus eſt Eliam, & miniſtrabat ei. Quod & indicat illud, oſculer oro patrem meum, & matrem meam, & ſic ſequar te, vt enim ait Abulenſ. 3. *Reg*. 19. *q*. 24. *Petiuit ſententiam. quia putauit quod non poterat iam aliquid agere contra præceptum Eliæ*. De aliis autem filiis prophetarum id conſtat, ex 4.*Reg*.14. & 16 vbi dicitur, & adorauerunt eum; Vbi Nicolaus de Lira. 4. *Reg*.2.*v*.15.ait : *Adorauerūt Eliſæum adoratione duliæ tanquam ſuperiorē ſuum, eo quod eſſet ſubſtitutus loco Eliæ, ſub cuius regimine vixerunt*. Et Caiet.ibid. ait : *Honoris ſignum tanquam novo patri loco Eliæ exhibuerunt*. Et Franc.Somnius *in lib.demonſtr. Euang.c*.2. ait, *In hac perfecta obedientia filij autem prophetarum illuſtres facti ſunt in Scripturis*.

Deinde quoad paupertatis obſeruantiam, quod Eliam ipſum id probat Chryſoſt. *lib*.3.*de provid*.dū ait: *Nihil illi terrenū præter melotam erat*, & *hom*.1. *ad popul. Antioch*. ſic ; *Quid enim dic mihi Elia pauperius*. Et infra, *Ipſam vero paupertatē ex mentis opulentia elegit*. Et Crauina *in lib. vox turturis p*. 1. *c*. 1. cum paupertatis prototypum vocat. De Eliſæo vero ad comprobat illud 3.*Reg*. Et ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Eliam, quod eſt idem, ac omnia reliquiſſe, ſicut Chriſti Apoſtoli fecerunt. Vnde Salian. *ſub ann*.3244. non ſolum ipſius paupertatē commendat, vt faciunt Abulenſ. *ad* 4.*Reg*.6. *v*.23. & Gaſpar Sanch.*n*.68. Sed eam fuiſſe voluntariam probat, quod cum valeret gratia apud Regem tamen eleemoſynis vivere voluit. Et ſub anno 3145. *n*. 6. ex Theodoreto de filiis prophetarum ait : *Chorus prophetarum extremam amplectabatur paupertatem*. Et idem ait Bellarm. *lib*.3.*de monach.cap*. 5. Abulenſis c. *reg*.6.*quæſt*.94. 19

Deinde de caſtitate, ſeu virginitate quoad Eliam patet, nam Eliam virginitatem, & caſtitatem coluiſſe tenet Ignatius martyr. *Epiſt. ad Philadelp*. ſequitur S. Ephrem. Syrus *exhort ad monach. tom*. 2. *de ſermon.de transfigur*. Habet & id S.Hieron. *ad Euſtochium* dicens, *Virgo Elias, Eliſæus virgo, Virgines multi filij prophetarum*. Item Chryſoſt *lib.de virgin*, Ambr. *de virg.lib*.1. *de laud.virginit*, *in tom. Bibliothecæ novæ*. Iſid. *lib*.2.*de offic.Eccleſiaſt*.*c*.17. Caſſian. 30

lib.2.

lib. 2 de inſt. monach. c. 1. & *lib. de Spiritu fornicat.*
cap 4. S. Thomas *in 4. diſt.* 49. *q.* 5. *art.* 3. *q.* 1. *ad* 3.
Gloſſa ordinaria *in Ieremiam* 35. Gaſpard Sanchez
3. *Reg.* 17. *n.* 6. vbi ait, *Virginitatem voluiſſe perpe-*
tuam communis eſt veterum Patrum conſtans ſen-
tentia; & Grauina relatus ait, *Quem primū colenda*
virginitatis authorē Patres, & Doctores appellant.
De Eliſæo autem & filiis Prophetarum id aſſerunt
Ignatius Martyr, & Hieronymus relati, & idem af-
firmant Bellarminus *lib. 2. de monachis cap.* 5. Suar.
tom. 3. *de relig. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 6. Ægidius Camartus
de rebus Eliæ cap. 6. *ſect.* 8. Cornelius *in* 3. *reg.* 17.
31 Antecedente igitur ſic probato, probo conſe-
quentiam noſtri propoſiti enthimematis, ſcilicet
obſervantiam obedientiæ, paupertatis, & caſtita-
tis in his ſanctis Prophetis fuiſſe ex votis, quod
ſic probo. Elias & Eliſæus, & multi filij Prophe-
tarum per totam vitam obſervarunt obedientiam,
paupertatem & caſtitatem, vt probatum manet,
nec in hoc eſt diſſidium inter nos, & recentiores
ſive aliquos novatores; ſed id non poterant facere
abſque voto; ergo dicendum eſt prædictas virtu-
tes firmaſſe ex voto. Antecedens manet proba-
tum, & amittitur à contrariis, minor vero patet:
nam vt ait D. Thomas 2. 2. *q.* 186. *art.* 6. *ad.* 2. *Non*
aliter homo poteſt totam vitam ſuam Deo exhibere
niſi per voti obligationem. Quia vt bene Suarez *to.*
3. *de relig. lib.* 1. *cap* 3. *n.* 2. inquit, *Cum hoc ſit date*
valde difficile, & de ſe nō neceſſaria, ſed voluntaria,
niſi aliquo morali vinculo firmata ſit, facile ſin-
ctuabitur. Vnde vt ait idem Suarius *dicto to.* 3. *lib.* 8.
c. 2. *n.* 14. *Ex eiſdem locis, & verbis quibus Chriſtus*
Dominus paupertatem conſuluit votum hoc etiam
conſuluiſſe colligendum eſt, quia ſi paupertatē con-
ſuluit, ergo & paupertatē eius; ergo & immobilita-
tem, ſeu firmitatem, propter quam votū adhibetur.
Si ergo ſancti hi Patres, & Prophetæ totam vi-
tam ſuam exhibuerunt in obſervantia obedien-
tiæ, paupertatis, & caſtitatis, vt ſupra diximus, id
fuit ex aliquo voto, hoc enim argumento pro-
bat Suarius *tom* 2. *in* 3 *part. d.* 24 *ſect.* 6. §. *quæret*
vero. Ioannem Baptiſtam voto emiſſo virginita-
tem, obſeruaſſe, quia ſcilicet vitam cœlibem, ac
ſolitariam perpetuo agere decreuit, quæ ratio
eandem vim habet in Prophetis noſtris.
Quinto probatur: Certum, & indubitatum eſt,
Eliam, & Eliſæum, & multos filios Prophetarum
fuiſſe ſanctiſſimos viros, & à Deo illuminatiſſi-
mos, & perfectionis ſtudioſiſſimos, vt vel eorum
egregia facta, ſigna, miracula, & prophetiæ in ſa-
cra pagina expreſſa manifeſtant; Conſtat etiam
32 lumine naturali viros ſanctitatis inſignes nō igno-
raſſe opus bonum quodcumque fieri melius, &
gratius Deo, & magis meritorium, ſi voto fiat,
quam ſine illo, ſi ergo dicti Patres obedientiam,
paupertatem, & caſtitatem perpetuo ſeruarunt, vt
ſupra diximus, non id abſque voto fecerunt; patet
conſequentia, quia melius, & Deo gratius eſt
33 obedientiam, paupertatem, & caſtitatem ex voto
ſeruare, quam ſine illis: ergo cum in hoc nulla
implicatio detur, nulla indecentia, nullumque in-
conueniens reperiatur, quinimo maximè id de-
cens videatur, vt iſto modo propoſitum ipſorum
immobilius eſſet, & Deo gratius procul dubio ita
eos feciſſe credendum eſt. Et hac ratione vtitur
Suarez loco citato ad probādum cœlibatum Ioan-
nis Baptiſtæ voto firmatum fuiſſe, vt & immobi-
lius inquit eſſet, & Deo gratius. Deinde deſcen-
dendo ad quodlibet ex his votis in particulari id
probo tum rationibus, tum Patrum, & authorum
authoritate.

§. IV.

In quo oſtenditur Eliam fuiſſe Authorem, & inſtitutorem ſtatus monaſtici, & Religionis Carmelitanæ cum tribus votis eſſentialibus obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, probando hoc per ſingula vota.

SVMMARIVM.

34 *Elias vovit obedientiam Deo.*
35 *In eo fuit ſtatus religioſus eminenter.*
36 *Habuit obedientiam in præparatione animi.*
37 *Probatur habuiſſe obedientiam ex voto, ex eius ſanctitate.*
38 *Eliſæus perfectiſſimam habuit obedientiam.*
39 *Habuit obedientiam ex voto, vt Apoſtoli, ſed cum minori perfectione.*
40 *Habuit neceſſitatem ſequendi Eliam ex voto, & præcepto Eliæ.*
41 *Recabitæ habuerunt votum obedientiæ.*
42 *Probatur authoritate Concilij Senonenſis.*
43 *Recabitæ fuere diſcipuli Eliæ & Eliſæi.*
44 *Recabitæ etiam in minimis obediebant Recab.*
45 *Hæc obligatio oriebatur in illis ex voto.*
46 *Non datur præceptum naturale, vel poſitiuum de rebus conſilij.*
47 *Parentes non poſſunt filiis præcipere conſiliorū.*
48 *Eſſeni habuerunt votum obedientiæ confirmatum iuramento.*
49 *Eſſeni fuerunt filij, & diſcipuli Eliæ.*
50 *in lege veteri fuit verum votum obedientiæ.*
51 *In quo conſiſtat votum obedientiæ.*
52 *Elias, & Eliſæus fuere primi homines, qui fecerunt votum obedientiæ.*
53 *Elias fuit exemplar voti paupertatis.*
54 *Elias reliquit omnia quæ poſſidebat ex voto paupertatis, vt fecere Apoſtoli, ſed cum minori perfectione.*
55 *Non poterat relinquere omnia propter Deum abſque voto.*
56 *Probatur authoritate D. Thomæ.*
57 *Probatur ex paupertate Eliſæi & exemplo Apoſtolorum.*
58 *Probatur ex præcepto Recabitarum.*
59 *Probatur ex ſupplicio Gieſi.*
60 *Elias habuit votum caſtitatis.*
61 *Quid per Eunuchos intelligatur, tam in veteri quam novo teſtamento.*
62 *Eſaias locutus fuit de illis Eunuchis ſpiritualibus de quibus loquitur Chriſtus in Evāgelio.*
63 *Elias, & Eliſæus fuere Eunuchi ſpirituales.*
64 *Eunuchi ſpirituales obſervant caſtitatē ex voto.*
65 *Chriſtus vocavit Eunuchos, qui caſtitatem ex voto obſervabant.*
66 *Chriſtus non ſolum locutus fuit de Eunuchis legis gratiæ, ſed de Eunuchis legis veteris.*
67 *Stando in verbis Chriſti plures fuere in lege veteri, qui caſtitatem ex voto obſervarunt.*
68 *In lege veteri votum caſtitatis magnum nuncupabatur.*
69 *Nazaræi obſervabant caſtitatem ex voto.*
70 *Votum caſtitatis Nazaræorum fuit perpetuum.*

71 *Elias & Eliſæus virginitatē perpetuo ſeruarūt.*
72 *Virginitatem ſeruarunt ex voto.*
73 *Elias dicitur à Patribus virgo conſecratus propter votum caſtitatis.*
74 *In lege veteri venerata fuit virtus continentia.*
75 *Multi Patres legis veteris continentiam ſeruarunt ex voto.*

SVperiori §. id probauimus in communi de
34 prædictis votis, nunc maioris claritatis gratia, ad vnumquodque particulari deſcendemus.
Et in primis ſuppono, Eliam ſolum voluiſſe obedientiam Deo iuxta illud, abiit Elias vbi eum ferebat voluntas, & fecit iuxta verbum Dei; Nam
cum Elias fuiſſet ſupremus pater, & inſtitutor
Religionis, ſemper in ea fuit ſuperior, & ſic in
ea non habuit ſuperiorem, cui promiſiſſet actualem obedientiam, niſi ſoli Deo. Vnde de eo
dicere poſſumus id quod Suarez tom. 4. de relig.
tit. 9. lib. 1. cap. 2. n. 12. ait. de D. Paulo primo
Anachoreta, & aliis qui tempore illo antiquo in
deſerta recedebant; nam ſicut Suarez ibi ait, *In*
35 *eis fuiſſe ſtatum religioſum quaſi eminenter*, ex eo
quod non haberent cui, niſi Deo promitterent
obedientiam, ita nos idem dicimus de Elia: vel dici-
36 mus Eliam habuiſſe obedientiā prælato in præparatione animi, vouēdo ſe obedientiam præſtiturū
ſummo ſacerdoti Synagogæ, quem ille vt ſuperiorem eligeret. quod ſufficit ſaluo iure eccleſiaſtico ad conſtituendum verum ſtatum religioſum
vt ait D. Thomas 2. 2. q. 186. *art.* 5. *ad* 3. *& art.* 8.
ad 3. Suarez *tom.* 3. *de relig. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 10.
& lib. 2. *cap.* 4. *n.* 14. *& lib.* 10. *cap.* 2. *n.* 10.
37 Confirmatur: Quia cum ſanctitas Eliæ fuerit
magna vt apud omnes indubitatū eſt, & egregia
ipſius miracula, & geſta, & quæ in fine mundi
facturus eſt ſufficienter oſtendunt, non eſt credendum ignoraſſe, vel neglexiſſe aliquid, quod ad
perfectam Dei ſequelam neceſſario tequiritur:
ſed ad perfectam ſequelā Domini neceſſario requiritur votum obedientiæ, vt ait Bellarm. *lib.* 2. *de
monachis cap.* 11. vbi ait, *Perfecta ſequela Domini,
quæ in abnegatione ſui ipſius, id eſt, in perfecta obedientia conſiſtit, neceſſario includit votum quo quis
ita ſe abneget, vt non poſſit retrocedere, non enim
perfecta eſt abrogatio ſui obedire alteri ad tempus;*
Ergo cum Elias fuerit in ſequela Domini perfectiſſimus, vt patet ex illis verbis 3. *reg.* 17. Et abiit,
& fecit iuxta verbum Domini, & ex illius verbis
cap. 18. Iuxta præceptum tuum feci omnia verba
hæc, euidenter ſequitur, illum tantam perfectionem voto obedientiæ confirmaſſe.
De Eliſeo autem id clarius conſtat, tum ex fa-
38 cto Eliſæi, qui vocatus ab Elia ſtatim relictis
bobus cucurrit poſt Eliam, in quo perfectiſſima
cernitur obedientia, ſicut in diſcipulis Chriſti,
quamuis non cum tanta perfectione, vt ait Chryſoſtomus *homil.* 14. *in Matthaum*, vbi loquendo,
de Apoſtolis ait. *Perpende obedientiam vocatorum,
cuncta illico relinquētes fecerunt, quod Eliſæus quoque ſub Elia legitur impleſſe, talem quippe obedien-*
39 *tiam à nobis Chriſtus efflagitat*, ſed obedientia
Apoſtolorum, & quam Chriſtus à nobis efflagitat eſt cum voto, vt omnes patres aſtruunt; ergo
ſi Eliſeus ſequendo Eliam id impleuit, vt ait
Chyſoſtomus obedientiam ex voto, vt Apóſtoli
licet nō cum tāta perfectione obſeruauit. Confirmatur ex licentia, quam petiuit ab Elia oſculandi patrem, & ex reſponſione Eliæ, vade & reuertere Vbi ait Abulenſis 3. *Reg.* 19. *q.* 24. *reuertere
quia ſi veneris aut moratus fueris peccabis.* Et 40
Salianus anno mundi 3127. *n.* 26. ait. *Poſtulatio
iſta ſignificat iniectam à Deo nouo Propheta neceſſitatem ſequendi Eliam.* Atqui ſi non præcederet
votum obedientiæ nulla eſſe culpa in Eliſæo, & ſi
non reuerteret, ſiquidem reuerſio ad Eliam ſecluſo voto ei erat voluntaria; ergo ſi hi, & alij
Patres & Authores dicunt Eliſæum peccaturum,
niſi eſſet reuerſus, ideo eſt, quia in Eliſeo præceſſerat votum obedientiæ.
De Recabitis vero id etiam liquet. Nam Con- 41
cilium Senonenſe in Decreto 19. de votis monaſticis proponit pro exemplo Relegioſis legis
gratiæ votum obedientiæ Recabitarum his verbis: *Si quis votum aliquid huiuſmodi voverit Domino, etiam ſi perpetuum fuerit, non faciet irritum* 42
verbum ſuum, ſed Deipara Virginis, Anna Samuēlis matris, & Recabitarum exēplo, omne quod promiſit implebit. Ex quo loco ſic conficio argumentum. Concilium ad compellendum monachos legis gratiæ ad obſervantiam voti obedientiæ proponit eis exemplum B. Virginis, Annæ, &
Recabitarum; ergo ſicut Beata Virgo obſervavit
obedientiam ex voto, ita & Anna, & Recabitæ
patet conſequentia, quia ſi Anna, & Recabitæ
non obſervarent ex voto obedientiam, vt fecit
B. Virgo, inepte à Concilio illorum obedientiæ
obſeruantia proponeretur, vt exemplar imitandum à monachis legis gratiæ; ſiquidem illi ex
voto illam obſeruant; ergo ne dicamus Concilium exemplum monachis legis gratiæ extra rem
adduxiſſe, dicendum eſt Annam, & Recabitas, obedientiam ex voto obſeruaſſe, vt fecit B. Virgo
quamuis cum multa minori perfectione.
Hos autem Recabitas fuiſſe diſcipulos Eliæ;
& Eliſei nullum eſt dubium. vt ait D. Hieronymus *in Epiſtola ad Paulinum*, vbi loquens de filiis Prophetarum Eliæ, & Eliſei, addit, *De hic
ſunt & illi filij Recab, qui per Ieremiam voce laudantur:* & Boulducas *lib.* 3. *de Eccleſia ante legem
cap.* 6. ait *Elia, & Eliſeo ſucceſſit in officio Ionadab,
qui paſſim in ſcripturis dicitur filius Recab.* Ergo ſi
Recabitæ qui diſcipuli fuere Eliæ, & Eliſei votum obedientiæ emiſerunt, vt ſupponit Concilium Senonenſe, multo à fortiori Elias. & Eliſeus
illud emiſerunt, qui fuere ipſorum Patres. & Archimandritæ, & à quibus ipſi Recabitæ votum
iſtud acceperunt. vt patet ex *illo Ieremiæ* 35. *v.* 8.
vbi Recabitæ dixerunt, obediuimus voci Patris
noſtri in omnibus, quæ præcepit nobis, vnde ait.
Valentia 2. 2. *d.* 10. *q.* 4. *p.* 1. §. 1. ſine controuerſia
conſtat, Recabitas exactam obedientiam ſuis ſuperioribus præſtitiſſe.
Confirmatur, quia Recabitæ in omnibus rebus etiam minimis obediebant patri ſuo Ionadab 44
filio Recab, vt patet ex illo loco *Ieremiæ* 35. Non
bibimus vinum, quia Ionadab filius Recab pater
noſter præcepit nobis dicens, non biberis vinum
vſque in ſempiternum; obediuimus ergo cæci Ionadab filij Recab patris noſtri in omnibus quot
præcepit nobis; ſed hæc obligatio non poterat
procedere niſi ex voto, quod Recabitæ fecerant
Ionadab filio Recab, ei in omnibus obediendi; 45
ergo filij Recab, & diſcipuli Eliæ in lege veteri
habebant votum veræ obedientiæ. Minor probatur, quia hæc obligatio quam Recabitæ in ſe
ipſis agnoſcebant obediendi in rebus adeò minimis Ionadab non oriebatur ex aliquo præcepto
natu

naturali, vel poſitiuo humano, vel diuino, ergo
oriebatur ex voto. Patet conſequentia, quia talis
obligatio ex nullo alio capite, quam à voto, vel
præcepto poterat oriri. Antecedens vero proba-
tur, quia non eſt præceptum naturale, vel diui-
num de rebus adeo minimis, & quæ ſunt de con-
ſilio. Præceptum vero humanum de rebus tan-
46 tum conſilij dari etiam non poteſt non ſolum à
principe ſupremo, ſed nec etiam à proprio pa-
rente reſpectu filij. vt ait Cornelius ſuper hunc
47 locum his verbis: *Reſpondeo ſecundo parentem tam
ardua non poſſe præcipere filio, ſicut non poteſt præ-
cipere Religioni ingreſſum*, ergo ſi Recabitæ in ſe
agnoſcebant obligationem obediendi, & hæc
obligatio non proueniebat ex præcepto naturali,
vel diuino, aut poſitiuo humano, euidenter ſequi-
tur fuiſſe ex voto; cum ex alio capite oriri non
poſſet, quare Abraham Bzobio *in Theſ. Deipara
ſerm.* 34. concludit loquendo de hoc præcepto
Recab. *Quod verum præceptum votum faceris, quo
illos ligaueras: pater ſuus apud patres pluſquam
certiſſimum eſt.*

Confirmatur 1. Quia Eſſeni idem votum iu-
ramento firmatum emittebant, vt ait Ioſephus
48 *lib. 2. de bello Iudaico cap. 7.* & clarius Cedrenus *in
compend. hiſtor. in Claudio Imperatore*, vbi lo-
quens de Eſſenis ait: *Iurant hunc diuinæ Religioni
vnice vſque ad ſanguinem ſe pio, ac reuerentio operam
nauaturos.* Quod votum Eſſenorum admit-
tunt etiam Beauxunis *in Harmon. Euang. tom.* 1.
ad cap. 3. Matthæi, Lucæ 3. & Marcij 1. Suarez
49 *tom. 3. de relig. lib. 6 cap. 1. n. 3.* Sed Eſſeni fuerunt
filij, & diſcipuli Eliſæi, vt ait Genebrardus *lib.
Chronolog. circa ann. mundi* 3272 vbi ait: *Eliſæus
cõſtruxit cellas Prophetis in Iereconntis ſolitudine,
manaais inſtitutum, & loci religio ad poſteros fuit
quod deſertum hoc vſque ad Engaddi ab Eſſenis ha-
bitatum hominibus continentia incredibilis.* Idem
ait Adrianus Ieſuita *in lib. de vita Monaſtica origine
cap.* 2 vbi ait *Eſſenos eſſe ex filiis Prophetarũ me-
liores Eliæ, & Eliſæi diſcipulos.* Cartagena 4. *tom.
homil. lib.* 17. *homil. 2. obiect. 8.* vbi ait *Eſſenos vi-
tam propheticam æmulatos eſſe, eam ſcilicet, quam
Elias, & Eliſæus, filijque prophetarum coluere* Gra-
uina in libro de ore *Turturis p. 2. cap.* 15. ait *Suc-
ceſſerunt eis illi qui ſupra Eliæ inſtitutione aliae ſu-
peraguerunt forte ab Eliſeo propheta eorum ma-
giſtro, & authore acceptas, hi fuerant Eſſeni.* Et
Onuphrius Mareſcal. tom. 1. in Concione B. Mariæ
de monte Carmeli loquens de religione Eliæ in-
quit. *Continuata eſt per prophetarum filios, vt per
religioſos, qui Eſſeni vel Eliſeal ab Eliſeo appellati
ſunt.* Ergo cum hi Eſſeni votum prædictum obe-
dientiæ iuramento firmatum emiſerint, à fortiori
eorum pater, & magiſter Elias, & Eliſæus illud
50 emiſerunt.

Secundo probatur, quia in lege veteri fuit ve-
rum votum obedientiæ; ſed non erant in illa lege,
quibus proprius hoc votum conueniret, quam
Eliæ, & Eliſeo, & filiis prophetarum, Recabitis
& Eſſenis; ergo omnes illi habuerunt prædictum
votum obedientiæ religioſæ. Maior probatur,
quia votum obedientiæ conſiſtit in eo; quod ho-
51 mo ita animam ſuam ſacrificet Deo, vt non pro-
pria, ſed Dei & prælati loco eius voluntate, & nu-
tu dirigatur, vt ait D. Thomas. 2. 2. q. 186. *art.* 7.
his verbis: *Tertium bonum eſt anima, quod aliquis
totaliter offert Deo per obedientiam.* Sed in lege ve-
teri dabatur votum; per quod homo offerebat
Deo animam ſuam, vt patet ex illo loco *Numero-
rum* 30. Si quis virorum votum Domino voverit.
Vbi Septuaginta legunt: Homo homo, quicun-
que voverit votum Domino, aut iuraverit iura-
mentum, aut definierit definitione de anima ſua.
Hoc eſt animam ſuam Deo per votum obedien-
tiæ dedicaverit, vt ex Auguſtino, & Origene ex-
plicat Vvaldenſis tom 1. lib. 3. doctrinalis fidei art.
1. cap. 4. his verbis. *Et ideo notatur ab vtroque Do-
ctore, quod hæc voti profeſſio contingit in animam
hominis, quando animã ſuam, & voluntatis arbitrũ
per voti profeſſionẽ, Domino dedicauit, quod propriũ
eſt obedientia.* Ergo cũ in lege veteri iuxta tranſla-
tionẽ LXX. & intelligentiam Auguſtini, Origenis,
& Vvaldenſis, daretur votum obedientiæ, & in ea
lege non fuerit alij, quibus proprius adaptari poſ-
ſet, quam Eliæ, & Eliſæo, & filiis Prophetarum
euidenter ſequitur tale votum fuiſſe apud illos.

Confirmatur ex eodem loco iuxta tranſlatio- 52
nem LXX. Homo homo, quicunq. voverit de ani-
ma ſua. Nam licet iſte locus intelligatur de dupli-
ci homini, interiori ſcilicet & exteriori, vt ait
D. Auguſtinus hic intelligi etiam poteſt de Elia,
qui homo in ſacris literis dicebatur, vt patet ex
illo Eccleſiaſtici: Elias homo erat, facitque hunc
ſenſum, Elias purus homo, fuit primus homo, qui
in lege veteri votum de anima ſua Deo fecit: vel
dicito, illa verba; homo homo, intelligit de Eli-
ſeo, quia erat duplex homo, vnus ratione ſui ſpi-
ritus, & alius ratione ſpiritus Eliæ, qui in eo re-
quieverat, iuxta illud: Requievit ſpiritus Eliæ,
ſuper Eliſæũ, iſte ergo homo homo, hoc eſt Elias
& Eliſæus fuere primi, qui tam arduum obedien-
tiæ votum in lege adeo imperfecta emiſerunt.

De voto vero paupertatis, id etiam evidentius
probatur. Nam vt ait D. Iſidorus *lib. 2. de offic.* 53
*c. 9. Vade ad monachos ſtudium fluxit paupertatis,
vel quis huius conuerſationis extitit Author quan-
tum attinet ad authoritatem veterum ſanctorum,
huius propoſiti princeps eſt Elias;* Si ergo in ſen-
tentia Iſidori, Elias fuit exemplar paupertatis, quo
ad monachos legis gratiæ, ſi author fuit pauper-
tatis eorum, cum hæc apud illos obſeruetur ex vo-
to, euidenter ſequitur talem debere inueniri in
authore, & exemplari illius.

Confirmatur ex illo loco 3. *Reg.* 17. vbi Deus
dixit Eliæ. Recede hinc & vade contra orientem 54
& abſcondere in torrente Caribt, vbi ait Ioannes
Ieroſolymitanus dicto lib. cap. 9. *Receſſit vnus Dei
de terra, & de cognatione ſua, relinquens munda-
nas diuitias, non ſolum mente, ſed etiam opere.* Ex
quo loco ſic argumentor. Omnes DD. & ſancti PP.
concedunt in illo loco. Ecce nos reliquimus om-
nia, & ſecuti ſumus te, includi votum paupertatis,
vt ait D. Ambroſius *lib. de offic. cap.* 30. Tum quia,
vt ait Bellarminus *lib. 2. de monachis cap.* 21. *Perfe- 55
cta ſequela Domini neceſſario includit votum.* Sed
Elias audita voce Domini receſſit in Torrentem
Caribt. relictis diuitiis, patria, & gente ſua: ergo
in hac rerum omnium demiſſione, & perfecta ſe-
quela Domini emiſit votum paupertatis; nam, vt
ſupradiximus ex Bellarmino, perfecta ſequela Do-
mini, qualis fuit hæc Eliæ, neceſſario includit
votum.

Confirmatur 2 ex eiſdem verbis: Recede hinc,
& vade contra orientem. Nam in prædictis ver-
bis conſuluit Deus Eliæ, vt relinqueret domum,
patriam, & parentes, & omnia, quæ poſſidebat,
vt ait Ioannes Ieroſolymitanus ſupra; ſed hoc

conſilium non poteſt ſtare ſine voto paupertatis:
ergo Deus præcipiendo Eliæ, vt recedente ab om-
nibus, quæ poſſidebat, & in torrente Carith ab-
ſconderetur ſuppeditando à corvis victum ei cō u-
luit votum paupertatis: maior eſt certa, & ſuppo-
nitur à Ioanne Ieroſolymitano loco citato, vbi ait:
*Receſſit nutu Dei de terra, de cognatione ſua, de
domo patris in ſolitudinem relinquens de cætera
mundanas diuitias non ſolum mente ſed etiā opere.*
Minor verò probatur à Suar. *to.3 de relig. lib.*8 c.2.
n. 14. vbi ait, *Ex eiſdem locis & verbis, quibus
Chriſtus Dominus paupertatem conſuluit, votum
hoc, etiam conſuluiſſe colligendum eſt; quia ſi pau-*
56 *pertatem conſuluit, ergo & paupertatem cius: ergo
& immobilitatem ſeu firmitatem, propter quā vo-
tum adhibetur.* Quæ confirmatur ex verbis D. Tho-
mæ 2.2.q.186. *art.* 6. *ad.* 2. vbi ait: *Non aliter poteſt
homo totam vitā ſuam Deo exhibere, niſi per voti
obligationem.* Deinde conſequentia rectè refert,
nam ſi ea eo quod Chriſtus conſuluit paupertatē,
neceſſario conſuluit votum, vt ait Suarez, & D.
Thomas euidenter ſequitur, quod cōſulendo Deus
ipſe Eliæ paupertatem, eodem modo cōſuluiſſe vo-
tum, nam vt ait idem Suarez *tom.3. de relig. lib.*2.
*cap.*3.*n.*2. cum hoc ſit de re valde difficili, & de ſe
57 non neceſſaria, ſed voluntaria, niſi aliquo morali
vinculo firmata ſit, facile fluctuabitur.

Secundo probatur; quia omnes DD. aſtruunt in
illis verbis *Matthæi* 19. *v.* 21. Si uis perfectus eſſe,
vade, & vende omnia, quæ habes; & da pauperi-
bus, & veni & ſequere me, conſuluiſſe Chriſtum
illi adoleſcenti votum paupertatis: Sed eiſdē ver-
bis 3. *reg. cap.* 19. vſus fuit Elias cum Eliſæo mit-
tens pallium ſuum ſuper illum, qui ſtatim reli-
ctis, & in eleemoſynis mactatis bobus cucurrit
poſt Eliam; ergo ſicut in illis verbis Chriſti in-
cluditur conſilium voti paupertatis, ita & in his
verbis Eliæ reſpectu Eliſæi. Vnde S. Hieronymus
Eccleſ. iubar. *epiſt.* 18. ait. *Eliſæus boues, & iuga
prioris operis vertit in vota.* Et Hugo Cardinalis
cap. 9. *Lucæ* ait: *Eliſæus in aratro coxit carnes, ma-
ctauit boues, religionis fecit votum.*

58 Tertio probatur ea præcepto Recabitarum,
quod non ſolum erat obediendi, ut diximus de
voto obedientiæ, ſed etiam de non habendi vineas,
domos, &c. quæ obligatio, vt ibi diximus, cum
fuerit de rebus conſilij à præcepto Ionadab non
poterat oriri, niſi ſuppoſito voto paupertatis, ex
parte Recabitarum, vt ex argumento ibi facto
euidenter concluditur. Confirmatur ex pœna.
qua Eliſæus puniuit Gieſi 4. *Reg.* 5. Nā ea eo pro-
bat Suarius *tom.* 3. *de relig. lib.* 8. *cap* 2. *n.* 17. fuiſſe
59 votum paupertatis in primitiua Eccleſia, quia
Anania, & Sapphira act. 5. *grauiſſima pœna, & modo
miraculoſo puniti ſunt, eo quod de pretio agri quem
vendiderant clam ſibi reſeruarunt.* Sed etiam Gieſi
punitus fuit grauiſſima pœna, lepræ ſcilicet perpe-
tuæ, quæ morti æquiualebat & modo miraculoſo
ob pecuniam & veſtes ſibi à Naaman datas clam
reſeruat: ergo ſicut illa inflictio pœnæ reſpectu
Ananiæ & Sapphiræ in primitiua Eccleſia argue-
bat votum paupertatis, ita & hæc pœna Gieſi in
lege veteri. Patet conſequentia, quia ſicut occul-
tatio pretij in Anania, & Sapphira non erat pecca-
tum ſublato voto, quia erat diſpoſitio de re pro-
pria, ita receptio, & occultatio pecuniæ à Gieſi
non erat peccatum, ſublato voto paupertatis, cum
eam liberè donaret Naaman.

60 Quod ad votum vero Caſtitatis, in quo eſt car-
do totius difficultatis, & quod eſt petra ſcandali
Neotericorum, hoc evidētiſſimè probatur ea illo
loco Iſaiæ *cap.* 56. *v.* 3. *Non dicat Eunuchus, vel
ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunu-
chis, qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ
ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo
mea, & in muris meis locum, & nomen melius à fi-
liis & filiabus nomē ſempiternū dabo eis quod non
peribit.* In quo loco loquitur Eſaias de Eunuchis
ſpiritualibus, illis ſcilicet qui caſtitatem volunta-
riam ex voto obſervabant, vt docent D. Hierony-
mus, & Cyrillus ibi, & D. Auguſtinus *de ſancta* 61
Virginitate cap. 24. D. Baſilius *in lib. de vera Virgi-
nitate* D. Ambroſius *in exhort. ad Virg.* & D. Greg.
4. *parte paſtor. cap.* 29, quos refert, & ſequitur Bel-
larminus *lib.* 2. *de monachis cap.* 9. Medina *in quod-
libeto* 4. *expoſit. n.* 5. Suarez *tom.* 3. *de relig. cap.* 1.
n. 3. & *lib.* 9. *cap.* 1. *n.* 17. Baſilius de Leone *lib.* 1.
de matrim. cap. 19. *n.* 2. Spinellus *lib. Deipara
cap.* 32.

Et ratio eſt. quia vt ait Michaël de Medina *de
ſacrorum hominum continentia, lib.* 3. *capit.* 32. 62
Communis ſenſus Patrum eſt, Iſaiam de eiſdem
Eunuchis locutum fuiſſe. de quibus Chriſtus
Matthæi 19. Sunt Eunuchi qui ſe ipſos caſtraue-
ſant propter regnum cœlorum, quem locum de
Eunuchis ſpiritualibus, eis ſcilicet. qui voto ali-
quo caſtitatis ligati ſunt, intelligendum docet
Gloſſa interlinearis, quæ hunc locum intelligit
de eis, qui voluntariè deuouerunt ſe caſtitati. Et
Gloſſa ordinaria intelligit eundem locum de eis
qui propter Chriſtum continent. Et idem probat
Bellarminus *dicto lib. cap.* 23. ea Epiphanio hæreſi
58 & ea Hieronymo ibi. ex & D. Auguſt. *de ſan-
cta Virginit. cap.* 30. & Fulgentio *lib. de fide ad Pe-
trum cap.* 3. Pro quo refert etiam Suarius Tertul-
lianum *lib. de pœnit. cap.* 7; Clementem Alexan-
drinum *lib.* 2 *ſtromat. circa principium.* Fulgentium
epiſt. 3. *ad Probum.* Et ratio eſt, quia ut ait Bellar-
minus *ibidem*, ipſa Eunuchorum appellatio præ-
cipuè indicat votum non enim eſt Eunuchus, qui
ſolum continet, ſed qui non poteſt non continere:
quemadmodum enim Eunuchus corporalis eſt
ille, qui in carne habet aliquod impedimentum ad
coniunctionem carnalem, ſic Eunuchus ſpiritua-
lis erit ille, qui in ſpiritu, & voluntate habet illud,
nempe votum. Legatur Pamelius in Tertullia-
num *in ſcholiis ad cap.* 9. *lib. de cult. fœmin. & ad
cap.* 6. *lib.* 1. *ad uxor.*

Ea hac ergo doctrina ſic formo meam rationē. 63
In lege veteri fuere Eunuchi ſpirituales, ea qui-
bus illuſtriores fuere Elias, & Eliſæus, vt ait Epi-
phanius *hæreſi* 58. & Anaſtaſius Synaita *in quæſt.
Scrip ſacr. q.* 66. Robertus Athoricenſis, *tom.* 1 *de
cœlibatu*, & Franciſcus Turrianus *in Demonſtr. tract.*
12. *cap.* 5. Quibus addit Recabitas, & Eſſenos,
& multos Prophetarum filios Bouldus *in lib. de
Eccleſia poſt legem cap.* 12. §. *nihil igitur*; Sed Eu-
nuchi ſpirituales ſunt, qui caſtitatem ſeruant ea 64
voto; ergo in lege veteri Elias, & Eliſeus, & mul-
ti filij Prophetarum fuere Eunuchi ſpirituales ſer-
uantes ea voto caſtitatem. Maior patet ea prædi-
cto loco Iſaiæ, & interpretatione ſanctorum Pa-
trum, quibus conſonant illa verba Sapientiæ, *cap.*
3. *v.* 14. *Felix ſpado.* Minor vero probatur ea Eu-
nuchis legis gratiæ, ea interpretatione ſancto-
rum Patrum, qui omnes dicunt illos Eunuchos,
de quibus loquitur Chriſtus eſſe illos, qui ex vo-
to caſtitatem ſervant; ergo in lege veteri Elias, &
Eliſæus

Eliſæus, & multi filij Prophetarum , & aliæ per-
ſonæ caſtitatem ſervarunt ex voto.

Confirmatur;Quia in ſententia ſanctorum Pa-
trum , quos *ſuprà* retulimus, Chriſtus in illo loco
65 *Matthæi* 19. Eos vocat Eunuchos, & qui caſtitatem
ex voto obſervant ; ſed Chriſtus non ſolum lo-
quebatur de Eunuchis , qui futuri erant in lege
gratiæ , ſed etiam de illis , qui actu exiſtebant , &
tempore antecedenti extiterant , vt ait Salianus
tom. 3. *annalium anno mundi* 3031. *in ſcholio* 1. di-
cens. *Videtur Dominus non de re tantum futura,ſed
iam vſitata loqui, nam octingentis,& amplius annis
dixerat Iſaias cap.* 56. *& non dicat Eunuchus* : Ergo
non ſolum locutus fuit de eunuchis legis gra-
66 tiæ, ſed etiam legis veteris : major eſt certa apud
ſanctos Patres , vt ſuprà monſtrauimus: Minor ve-
ro quod ſcilicet Chriſtus loquatur non ſolum de
Eunuchis , futuris , ſed etiam de illis , qui actu ex-
ſtabant , & antea extiterant , probatur ex eiſdem
verbis Chriſti. *Sunt Eunuchi , qui ſe ipſos caſtra-
uerunt.* Quæ verba referuntur ad tempus præſens ,
& præteritum conſequentia vero rectè infert,
nam eo tempore , quo Chriſtus loquebatur, nulli
alij erant , nec extiterant Eunuchi , niſi Eunu-
chi legis veteris , cum pro eo tempore , adhuc
lex vetus vigeret , & lex Evangelica ſolum poſt
Chriſti mortem cœperit obligare : ergo ſi hunc
& antea erant Eunuchi , vt ait Chriſtus *Sunt Eu-
nuchi qui ſe ipſos caſtrauerunt*. Hi ad legem vete-
67 rem pertinebant : ergo in illa lege ex verbis
Chriſti euidenter colligitur fuiſſe Eunuchos ſpi-
rituales : ergo Chriſtus non ſolum locutus fuit de
Eunuchis legis gratiæ ; ſed etiam de Eunuchis le-
gis veteris ; Sed hi Eunuchi de quibus loquitur
Chriſtus ſunt illi qui caſtitatem ex voto obſer-
vant , vt etiam ipſi adverſarij admittunt ; ergo
ſtando in verbis Chriſti , in lege veteri plurimi
fuere qui caſtitatem ex voto obſervabant ; ſed ex
his principaliores , & magis noti fuere Elias , &
Eliſæus , & Recabitæ , Eſſeni , & Aſidei, & alij filij
Prophetarum , vt ſuprà diximus : ergo Elias & Eli-
ſæus & multi filij Prophetarum in lege veteri
caſtitatem ex voto obſervarunt , non ea perfectio-
ne & ſolemnitate , quæ in lege gratiæ ; ſed ea,quæ
illi legi conveniens erat.

Secundo probatur *ex Numerorum* 6. *v.* 2. Ibi
enim vbi Vulgata dicit , vir ſiue mulier cum fece-
rit votum , vt ſanctificetur , &c. Legunt Septua-
ginta , qui magno voverit Domino , vt ſanctificetur
ſanctificationem coram Domino , ſeu vt alij dicunt
magno voverit votum purificandi puritatem Do-
mino : Sed hoc magnum votum, quod Chryſoſto-
68 mus *tom.* 2. *homil.* 4. *de vigilia Epiphaniæ*, inſigne,
& Damaſcenus *lib.*4.*de fide ortodoxa cap.* 25. in-
gens appellant, eſt votum caſtitatis , vt ait Chry-
ſoſtomus *loco citato* his verbis . *Nazaræi ſecundum
legem nuncupabantur, qui caſtitatem Deo inſigni vo-
to mancipabant* , quod etiam docuit Damaſcenus *loco
citato his verbis*. An non denique lex ingens vo-
tum caſtitatem nuncupavit. Quod etiam ait Cor-
nelius *in cap.* 4. *Threnorum v.*7. *ex Epiphanio hæreſi*
29. & ex Auguſtino *ſermone* 107. Quod etiam col-
ligitur ex Vgone Cardinali; qui *n.*6.loquens de Na-
zaræorum voto inquit *in voto eorum erant multi ar-
ticuli religionis,inter quos amplexibus mulierum non
vacabant* ; Ergo in lege veteri iuxta mentem ſan-
ctorum Patrum fuit votum inſigne , ſeu ingens
caſtitatis , quod propter ſui magnam arduitatem
his nominibus nuncupabatur. Vnde Claudius Spin-
cens *lib.* 1. *de continentia c.* 1.expreſſe ait:*Nazaræi* 69
*quoque caſtitatis Deo magni inſigni que voto cõſecrati
ac emancipati*. Et Auguſtinus Eugubinus *in recogn.
veter. teſtam.cap.*6. idem amplectitur , nec diſſen-
tit Lorinus ibi : Fuiſſe autem quorundam ex illis
votum perpetuum , & non tantum ad tempus do-
cent expreſsè Liranus , Vgo adductus , Abulenſis 70
ibi *q.* 2.*&* 3.& *in Iudic.* 13.*q.*12.*&* 17. *&* 18. quos
plures alij ſequuntur ſpecialiter Thena ad Hebræos
11.*diff.*17.imò ex eo quod perpetuo aliqui ſe Deo
in Nazaræorum ordinem obtuliſſent colligi poteſt
id ex voto feciſſe,nam vt ait, S. Thomas 2.2.*quæſt*,
186.*art.*6.*ad* 2. *Non aliter homo poteſt totam vi-
tam ſuam Deo exhibere , niſi per voti obligationem:
ergo in lege veteri fuit inſigne votum caſtitatis.*

Tertio probatur quia Elias , & Eliſæus virgini-
tatem perpetuo ſervarunt , vt ſuprà diximus , &
clare ait Hieronymus ad Euſtochium dicens. *Virgo* 71
*Elias , virgo Eliſæus, virgines multi filij Propheta-
rum*. Et quod hæc ſit ſententia ſanctorum Patrum
teſtatur Sanches 3.*reg. num.*6. vbi ait , *Eliam per-
petuo coluiſſe virginitatem communis eſt veterũ Pa-
trum, conſtanſque ſententia, quod idem de diſcipulis
illius dicendum eſt*. Ergo id fecerunt ex voto; pa-
tet conſequentia : quia vt ait D.Thomas 2. 2.*quæſt*.
152. *art.* 3. *ad* 4.*Virginitas ſecundum quod eſt vir-* 72
*tus importat propoſitum voto firmatum integritatis
perpetuò ſervandum*. Sed virginitas , quam coluit
Elias , & Eliſæus , & alij filij Prophetarum erat
virtus. [Contrarium enim aſſerere ſolum inſen-
ſati , & malevoli poſſunt aſſerere.] Ergo eorum
virginitas perpetuo voto erat conſecrata.

Confirmatur 1. Quia Patres ipſum Eliam vir-
ginem conſecratum , aut dedicatum , vel virgini-
tatis ſacræ , aut ſacratæ authorem agnoſcunt,inter
quos eſt vnus S. Iſidorus *lib.* 2. *offic. cap.* 17. vbi
ait : *Quæ ſit ſacra virginitatis integritas,vel à quo* 73
*tã ſancti propoſiti ſtudium ſit exortum breviter in-
timabo quantum attinet ad vetus teſtamentum,Elias
Ieremias , & Daniel, caſtitatis,& continentiæ bono
primi ſtuduiſſe noſcuntur*. Et Aldelmus *in lib.* 1. *de
laudib. virginit.* ait : *Elias vates , quem terna volu-
mina Regum inſignem memorant virtutum virgo ſa-
cer ſacrat fama per ſæcula notus*. Sed hæ locu-
tiones denotant Eliam virginem ex perpetuo vo-
to fuiſſe ; votum enim eſt quod Deo ſacrat , ſeu
dedicat rem ; ſic enim ſanctimoniales noſtræ ob
votum Deo ſacræ aut dedicatæ ſtilo Eccleſiæ di-
cuntur : ergo Elias & Eliſæus , & multi filij Pro-
phetarum caſtitatem ſuo virginitatem ſuam voto
conſecrarunt.

Confirmatur 2. Ratione : quia in lege veteri
venerata fuit continentiæ virtus , vt videri eſt 74
apud Chryſoſtomum *homil.* 75. *in Matthæum*, &
patet *ex illo loco Sapientiæ cap.*3. *num.*14. *Felix
Spado* ; & ex illis locis in quibus multæ benedi- 75
ctiones Eunuchis permittuntur ; ſed incredibile eſt
nullum ex tot ſanctis Patribus ex illa lege eum
veneratum fuiſſe voto ; ergo dicendum eſt ex illis
continentiam voto conſecraſſe.

§. V.

libus punctis voluntaria paupertate, obedientia, & caſtitate inſtitonis. Vigeſimus nonus ſit Didacus Coriaſa *Chronic. Carmelit. lib. 1. cap. 7* vbi ait: *Elias reformauit Samuelis ordinem trium votorum eſſentialium religionis in eum introducens obſeruanciam.* Trigeſimus ſit Petrus Saracenus *in Monologio Carmelitar. in vita S. Eliæ* vbi ait: *Theologi noſtri cueneur monaſtica diſciplina formam trium votorum nexu à magno parente noſtro Elia primordialiter promanaſſe.* Trigeſimos primus ſit Corneius *in Concluſionibus Romæ habitis, & impreſſis anno 1631 concluſione 10.* vbi ait: *Forma monaſtica diſciplina ſub obſeruantia trium votorum ab Elia primordialiter emanauit.* Trigeſimus ſecundus ſit Ioannes de Molina *lib. de inſtitutione Carmelitarum cap. 1.* vbi loquendo de Elia, & Carmelitis ait: *Ad imitationem eius caſtitatem Deo vouenets.* Trigeſimus tertius ſit Petrus Muños *in propugnaculo Eliæ lib. 2. tit. 1. cap. 2. art. 5. num. 4.* vbi ait, *Elias & Eliſaus caſti, obedientes, & pauperes ex inſtituto voti diſciplinam monaſticam à Deo traditam induxerunt.* Qui liber approbatus fuit Romæ à Magiſtro ſacri Palacij Nicolao Richardo.

His accedunt Ioannes Hieroſolymitanus *in toto ſuo libro de inſtitutione monachorum*, Thomas de Ieſu *in lib. de antiquitate ordinis*, & ſuper *Regulam Carmelit. cap. 1. § 1.* Valerius Ximenes Embun *in ſtimulo de voto ad ordin. Carmelit. 1. part. cap. 2. §. 4.* Thomas Aquinas *de Patriarchatu Eliæ 3. part. ſect. 3.* N. P. Franciſcus à ſancta Maria *in hiſtoria prophetica ſæpè.* Ioannes Sylueira *lib. 2. in Matthæum capit. 9. numer. 2.* Lezana approbatus Romæ à Magiſtro ſacri Palatij *in apparatu ad annales Carmelit. cap. 4. n. 20.* Marcus Antonius Alegre *de paradiſo Carmelitici decoris præambulatione*, 4. Ego ipſe *in noſtro Directorio Regularium part. 2. tract. 3. d. 1. num. 33.* Et tandem ex noſtris cuncti hiſtorici, & Theologi, qui prælo opera ſua mandarunt, quos breuitatis cauſa omitto.

§. VI.

Proponuntur plures obiectiones contra Votum caſtitatis in lege ſcripta, & reſoluuntur.

SVMMARIVM.

79 *In lege veteri non fuit præceptum de non obſeruanda caſtitate.*
80 *Proponitur, & ſoluitur caſus filiæ Iephte.*
81 *Chriſtus adimpleuit omnia præcepta legis.*
82 *Virginitas Beatæ Virginis Mariæ plurimis encomiis ſanctorum Patrum extollitur quæ ibi referuntur.*
83 *Virginitas in Maria, & Chriſto eminentiſſimo modo ſuper omnes alias creaturas.*
84 *Beata Virgo Maria fuit prima, quæ vouit caſtitatem in nouo teſtamento.*
85 *Fuit prima etiam in lege veteri ordine dignitatis, non tamen temporis.*
86 *Virginitas Mariæ fuit cauſa exemplaris voti caſtitatis in lege veteri.*
87 *Quod ante B. Virginem nullus prius voverit caſtitatem, id ad illius prærogatiuam non refert.*
88 *B. Maria fuit prima in vouenda virginitate, non ordine temporis, ſed ordine dignitatis, eminentia, & perfectionis.*
89 *In quo conſiſtat hæc eminentia virginalis Mariæ ſuper omnes creatures.*
90 *Beata Maria fuit prima, quæ vouit virginitatem inter fœminas.*
91 *Quomodo fuerit prima quæ Deo placuit ſine exemplo.*
92 *Ad ſpecialem dignitatem Eccleſiæ Euangelicæ non pertinet, vt ante ipſum non fuerit votum caſtitatis.*
93 *Pertinet ad authoritatem Eccleſiæ Euangelicæ quod ante illam hæc vota non fuerint perfecta vt modo ſunt.*
94 *In lege veteri perfectiſſima chariſmata prophetiæ miraculorum, Martyrij, &c. fuere.*
95 *Perfectius eſt martyrium, quam ſtatus religioſus.*
96 *In lege veteri vota ſolum fuere ſimplicia.*
97 *Solemnitas votorum cœpit ab Apoſtolis.*
98 *Votum caſtitatis in lege veteri non dirimebat matrimonium raptum precedens, nec impediebat ſubſequens.*
99 *Quomodo lex vetus fuerit figura legis gratiæ.*
100 *Tempore legis naturæ fuit ſtatus religioſus adumbratus.*
101 *Tempore Samuëlis fuit delineatus.*
102 *Tempore Eliæ fuit inchoatus cum tribus votis.*
103 *Chriſtus perfecit ſtatum religioſum.*
104 *Enoch, de quo loquuntur Pontifices in ſuis bullis fuit quidam diſcipulus Chriſti.*
105 *Proponitur quoddam argumentum aduerſariorum contra monachatum Eliæ.*

ALiqui neoterici videntes vim, & pondus huius noſtræ ſententiæ, & illius eximiam probabilitatem, cum eam neſcio ob quid, non poſſint deglutire, cum tamen adeo deglutibilis ſit, & à probatiſſimis Doctoribus, & ſanctis Patribus nimio ſapore deglutiatur, plura argumenta congerunt contra votum caſtitatis, hoc enim eſt illis petra ſcandali, quam non poſſunt dentibus conterere, quaſi hoc votum maiorem excellentiam, vel impoſſibilitatem haberet in illa lege, ac alia vota obedientiæ, & paupertatis. Sed nos abſolutè ſuſtinendi ſumus in lege veteri fuiſſe votum caſtitatis, & ſi, vt ait Robertus Arboriſenſ. *de cœlibatu, folio mihi 3. Rumpantur ilia ſtupido Iuueniano.*

Obiiciunt ergo primo: In lege veteri extitit præceptum Diuinum de non ſeruanda caſtitate, & per conſequens multo magis de non vouenda; ergo non eſt credibile Eliam virum ſanctum hoc præceptum legis non obſeruaſſe; ſed oppoſitum illius feciſſe. Antecedens patet ex *Exod. 23. v. 26.* vbi dicitur. *Non erit infœcunda, nec ſterilis in terra tua.* Et rurſus Deut. 7. v. 14. *Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus.* Propterea etiam filia Iephte dum ſe virginem morituram audiuit *Iudic. 11. v. 37.* dixit ad patrem. *Demitte me vt duobus menſibus plangam virginitatem meam:* ergo in lege veteri non fuit votum caſtitatis.

Reſpondetur negando antecedens, nullum enim
præceptum fuit in lege veteri de non ſeruanda ca- 79
ſtitate, ita enim docent non ſolum S. Ignatius martyr, S. Hieronymus, Epiphanius, Damaſcenus, Iſidorus, & alij Patres in ſuperioribus relati, dum plures cœlibes in ea lege commendant, ſed ex poſterioribus Abulenſis *in Leuit. cap. 30. q. 32.* Sotus *in 4 diſt. 30. q. 2. art. 1.* Molina *3. p. q. 18. art. 4.* Et ibi Siluius, & Suarius *d. 6. ſect. 5.* Vaſquius *d. 124. c. 3.*

Baſilius de Leone *lib.* 1. *de matrim.c.*19.*n.* 2. Men-
doſa *q.* 2. *poſit.in.* D. Thom. *in* 4. *diſt.*33 *q.*3. *art.*2. *ad*
2. Neque oppoſitum *docuit* 3. *part.q.*28 *art.*4. *ad* 1.
Quia ibi ſolum dicit quod videbatur, intellige iux-
ta mores illius temporis prohibitum. Vnde *verba
illa Exodi* 23. Non erit infœcunda, nec ſterilis in
terra tua, ſolum continent benedictionem Dei illi
populo promiſſam, ſi cuſtodiret legem illi datam,
& ita immediate ſubiungitur, numerum dierum
tuorum implebo, quod etiam ſignificat benedictio-
nem longævæ ætatis. Clarius hoc cernitur *in illo
Deuter.* 7. Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus,
ſubiungitur enim tam in hominibus, quam in gre-
gibus tuis, quo euidenter demonſtratur, non præce-
ptum, cum illius capacia non ſint pecora, & greges,
ſed benedictionem, ac promiſſionem Dei illis ver-
bis contineri.

80 Ad illud de filia Iephte facile reſpondetur cum
Abulenſi ibi, planctum illum non fuiſſe, niſi de eo,
quod cum in tam teneris annis mortem ſubitura
eſſet. Dato tamen, quod ipſa ploraſſet Virginem mo-
ri, non ideo erat, quia eſſet præceptum de non ſer-
uanda virginitate, ſed quia deſiderabat, ſicut & to-
tus ille populus filios procreare, vt Meſſias deſide-
ratus ex ſemine ſuo naſceretur. Imo aliqui Hebræi
apud Abulenſem *in Iudic.* 11. *q.* 36. dicunt, quod
mors, quam Iephte filiæ dedit, non fuit corporalis,
ſed ſpiritualis, & ciuilis, includendo illam in colle-
gio fœminarum, vt ibi virginitatem ſeruaret cum
aliis virginibus Tabernaculi, vel templi, quod non
omnino reprobat Suar. *tom.* 2. *in* 3. *part.d.*6. *ſect.*3.
Vaſq. *d.*1. 24. *c.*5. Thena *in c.*11. *ad Hebræos diffic.*1.
81 *n.* 14. Ouandus *in* 4. *diſt.*3. Sed quidquid de hoc
ſit, certum eſt in lege non fuiſſe tale præceptum,
quod clarius hoc exemplo confirmatur, nam ſi ta-
le præceptum eſſet in lege magnam difficulta-
tem paterentur illa verba Chriſti, non veni ſolue-
re legem, ſed adimplere; nam cum Chriſtus caſti-
tatem, & virginitatem ſeruaret, & illum ex voto
conſuluerit, iam eius verba non verificarentur. ſi-
quidem hoc præceptum non obſeruauit, ſed con-
trarium, & fecit, & docuit: cum ergo Chriſtus legẽ
non ſoluerit, ſed adimpleuerit, vt ipſe ait, ſequitur
euidenter in lege veteri tale præceptum non fuiſſe.

Obiicies 2. Prima perſona, quæ in mundo ſerua-
uit virginitatem ex voto fuit B. Virgo Maria. hæc
enim eſt ſpecialis prærogatiua illius, vt ante illam
nullus alius ſiue vir, ſiue fœmina id fecerit, poſt eam
vero, qui primus ſeruauit Virginitatẽ fuit Chriſtus
Ieſus eius filius, id enim indicant S. Patres S. Am-
broſ. namque *lib.*1. *de inſtit. virgin. c.*5. loquens de B.
82 Maria ait: *Sacra Virginitatis ſignum extulit, & in-
temerata virginitatis primum Chriſto vexillũ leua-
uit.* Origenes vero *c.* 13 Matth. ait. *Virilis quidem
puritatis in caſtitate primitias fuiſſe Ieſum.* Et Epi-
phan. *hereſi* 87. Mariam appellat *Initium & princi-
pium virginitatis.* Et Auguſt. *ſerm.* 146. eam vocat.
Reginam Virginum. Et Damaſc. *Reginam. matrem, &
gloriam virginum.* Et Iſid. *Virginum caput.* Bernard.
vero. *Signum magnum virginitatis primicerium.* Et
Idiota *Virginitatis primipilam.* Et S. Iacob. in lithur-
gia eam appellat *Virginum gloriam.* Et Cyril. Ale-
xand. *Virginitatis Coronam.* Et S. Ildephonſus *Faſti-
giam omniũ Virginum caput, & exemplar virginita-
tis.* Et S. Petrus Chryſol. *Reginam totius caſtitatis.* Et
S. Ephrem *Coronam Virginum, & ſanctorum omniũ.*
Et S. Anſelm. *Matrem virginitatis.* Et S. Bonau. *Si-
gniferum, florem & decus virginum.* Albert. Magnus.
Virginum matrem. Et tota ipſa Dei Eccleſia eam
appellat *Virginem Virginum.* Mitto alia loca ſan-
ctorum Patrum, quorum aliqua referunt Suarez
tom 2. *in* 3. *part.d.*6 *ſect.* 2. Et Ioan. Baptiſt. Noua-
tus *in lib. de eminentia B. Virginis c.*7. *q.*30. Franciſc.
Salinas. 2. *tom. ſuper Ionam Prophetam q.*33. *& ſe-
quentibus.* Qui ſimilibus encomiis, & titulis eam
appellant, quæ omnia recenſere eſſet prolixum, &
nullo modo neceſſarium, cum ea omnia, & alia
habeant eandem ſolutionem:) ergo Elias & Eli-
ſæus ante Virginem ſanctiſſimam & eius filium
Ieſum Chriſtum non vouerunt caſtitatem ſeu vir-
ginitatem in lege veteri & hoc eſt præcipuum ar-
gumentum & Achilles contrariorum.

Reſpondetur tamen, quod ſi Patrum encomia,
quibus Chriſti, & Deiparæ Virginis virtures ce-
lebrant ſedulo attendantur proculdubio conſtabit
ſimilia epitheta aliis eiuſdem Chriſti, & Virginis
donis, & chariſmatibus, obedientiæ videlicet, hu-
militatis, & præſertim charitatis tribuere; cum er- 83
go pro comperto cunctis ſit has virtutes in aliis
iuſtis præceſſiſſe, manifeſtum erit ea ſolum de cauſa
ita Patres locutos, quod in Chriſto Domino præ-
cipue, deinde in Deipara Virgine eminentiſſimo, &
perfectiſſimo modo ſuper alios quoſcunque cer-
nerentur: pari ergo modo in præſenti de epithetis
virginitatis ipſi conceſſis exiſtimandum.

Addendum ſecundò, quod Patrum teſtimonia
vel ſolum loquuntur de nouo teſtamento non
de veteri. Propterea enim Iſidorus *lib.* 1. *de offic.*
*Eccl. c.*17. dixit *quantum pertinet ad vetus teſtamen-* 84
*tum Elias, Ieremias, & Daniel caſtitatis, & conti-
nentiæ bono primi ſtuduiſſe dignoſcũtur, quamuis vero
ad nomen virorum Virginum caput eſt Chriſtus fœ-
minarum virginum caput eſt Maria.* Vel catenus
intelligenda erunt, quatenus licet ordine temporis
alij ante Chriſtum, & Deiparam virginitatem ſer-
uauerint, ordine tamen dignitatis, & excellentiæ, 85
Chriſti, & Deiparæ virginitas aliorum omnium
virginitati præfertur. Chriſti namque virginitas
cauſa finalis, efficiens, moralis, ſeu meritoria, &
exemplaris fuit virginitatis aliorum etiam in lege
veteri. Mariæ quoque virginitas, cauſa etiam exem-
plaris fuit, & ſpeculum virginitatis ſanctorum
cunctorum, etiam in lege veteri, & aliquo modo
finalis, & moralis, de qua ſolutione Suar. *tom.* 2. *in* 86
3. *p. d.*6. *ſect.* 3. inquit. Hunc primatum Mariæ in
virginitate ſeruanda ſufficienter ſaluari in eminen-
tia, & ſpeciali prærogatiua, qua in ipſa eluxit hæc
virtus, de quo Nicol. Richard. *ſerm.* 1. *ſuper litanias.*

Ad illud vero quod addit argumentum hanc eſ-
ſe ſpecialem prærogatiuam Deiparæ. Reſpondeo
cum Suario, *ſuprà. Quod B. Virgo perfectum votum* 87
*virginitatis emiſerit ad perfectionem eius pertinet,
quod vero ante ipſam nullus hoc fecerit, ad eius com-
mendationem non admodum refert.* Adde ſecundo
cum eodem Suario ibi. *Deinde etiam dici poteſt
qua propoſita eſt tanquam dux, & exemplar huiuſ-
modi voti, & hunc exiſtimo eſſe ſenſum ſanctorum* 88
Patrum. Eſſe ergo in ſentẽtia Suarij mentem Patrum
aſſerentium B. Virginem primam fuiſſe in vouen-
da caſtitate, ſeu virginitate non eſſe de ordine
temporis, ſed ſolum de ordine dignitatis, eminen-
tiæ, & perfectionis, quia ſcilicet vt inquit Suares
*Propoſita eſt vt dux, & exemplar huiuſmodi
voti.*

Quod ſi quæres in quo conſiſtat huiuſmodi maior
dignitas, eminentia, & perfectio virginitatis, & voti
Deiparæ? Id explicat inferius ſtatim Suares his ver- 89
bis. *Virginitas Mariæ, quoad propoſitum, & animum*

fuit

fuit tanto efficacior, & vehementior, quanto ex majori
charitate, & gratia procedebut, quo ad immobilitatem
habuit hoc propoſitũ perfectiſſimo voto confirmatũ, quo
ad intentionem ex perfectiſſime Dei, & puritatis amo-
re hoc fecit. Quoad executionem vero tam perfectè il-
lud ſeruauit, vt omni prorſus motu contrario, re-
pugnante caruerit, imò alios ad caſtitatem prouocaue-
rit, &c. In prærogatiuas ſpeciales vnti Mariæ ſan-
ctiſſimæ, quas nec Eliæ ipſi, nec Eliſæo, aut aliis tri-
buere poſſumus.
90 Tandem addo teſtimonia ſanctorum Patrum,
etiam intelligi poſſe, Beàtam Virginem fuiſſe pri-
mam quæ caſtitatem inter fœminas vouit, nam
nos id non contradicimus, nam inde nihil detoga-
tur Eliæ, & diſcipolis eius, cui ſolutioni clarè fauet
Bonau. *in 4. diſt.* 30. *q.* 2. Caniſius *lib.* 1. *de Deipara*
c. 12. Rupertus *in cantic.* 3. & alij, qui ſolum dicunt
B. Virginem fuiſſe primam in emittendo hoc voto
inter fœminas, quod nihil facit contra nos, ſed po-
tius iuuat, vt diximus, quos etiam ſenſu intelligi
debent D. Antoninus, Richardus, & quidam alij à
Salinas citati: Quamvis probabile etiam ſit in le-
ge veteri fuiſſe fœminas, quæ caſtitatem ex voto
ſeruauerint, vt patet ex illa Anna matre Samuelis,
de qua loquitur Concilium Senonenſe, & de S.
Emerentiana matre S. Annæ de qua dicit S. Cyril.
in lib. de ortu B. Annæ habuiſſe votum caſtitatis, ſi
id Deo placuiſſet. quod etiam colligitur *ex illo Nu-*
merorum 3. *Mulier, ſi quippiam voverit,* ſuper quem
locum S. Auguſt. q. 57. ait: *Merito quæritur, hoc loco,*
etiã de voto virginitatis, mulieres enim in ſcripturis,
etiam virgines ſolent appellari, & Rubertus Abbas,
ſuper eundem locum, Mulier ſi quippiam voverit ait.
Id eſt ſi continentiam voverit, mitto alia loca, quæ in
probationem huius ſententiæ afferri poterant, id eſt
illud *n.* 6. vit, ſive mulier cum fecerit votum, vt ſan-
ctificetur, & alia quæ probando voto caſtitatis
virorum attulimus, quæ hic etiam poſſent deſerui-
re, cum ſub maſculino fœmineum comprehenda-
tur, præſertim quando res eſt fauorabilis Raligoni,
vt ait Suar. *tom.* 4. *de relig. tit* 9. *lib.* 1. c. 11. *n.* 3. de qui-
bus vide Apologiam N. Franciſci à ſancta Maria
propoſitione 2. *per totam.* In hac igitur ſententia ſo-
lutio data habet locum; in contraria tamen ſen-
tentia, quam etiam probabilem reputamus, ſiqui-
dem hoc votum non tam expreſſum eſt in fœmi-
nis, quam viris, optime procedit.
Dices has explicationes eſſe oppoſitas ſenſui
Eccleſiæ quæ de B. Virgine canit. Tu ſola ſine exem-
plo placuiſti Domino noſtro Ieſu Chriſto; patet
aſſertum, quia ſi Elias, & Eliſæus, & alij prius vo-
uerunt, quam illa caſtitatem, iam non poſſet de ea
dici, tu ſola ſine exemplo placuiſti, quia iam illa
haberet exemplum in illis ſanctis patribus; ergo
ne dicamus Eccleſiam errаſſe, dicendum eſt; ante
Mariam non fuiſſe votum caſtitatis. Confirmatur
ex teſtimonio S. Bartholomæi Apoſtoli relato ab
Abdia Babylonico in vita huius ſancti Apoſtoli
vbi ait: *Hæc virgo ſervandæ virginitatis votum pri-*
ma Deo vovit; primam autem ideo dixi, quia ex quo
homo factus eſt ab initio ſæculi, nulla hoc votum Deo
obtulit; Virgo hoc conſtituit in corde ſuo cum hoc à
nullo homine, nec verbo didiciſſet, nec exemplo. Sed
ſi aliquis homo ante illam vouiſſet caſtitatem iam
ab eo didiciſſet verbo, & exemplo; ergo ne hoc di-
camus contra aperta verba S. Apoſtoli, & ſenſum
totius Eccleſiæ, dicendum eſt ante B. Virginem nul-
lam creaturam, ſiue marem, ſiue fœminam vouiſſe
caſtitatem.

Fr. Ant. à Spir. Sanct. Primatus Eliæ.

Reſpondetur ad argumentum. Illam Eccleſiæ 91
Intentionem poſſe intelligi de perfectione gratiæ,
& omnium virtutum, quibus ſuper omnes creatu-
ras hæc ſanctiſſima Virgo Deo placuit. Dato ta-
men quod intelligatur de voto caſtitatis, vt con-
tendunt aduerſarij, Reſpondetur ſanctiſſimam Vir-
ginem ad nullius exemplum emiſiſſe votum caſtita-
tis, ſed potius Eliam, & alios patres veteris teſta-
menti ad illius exemplum illud emiſiſſe, vnde li-
cet votum Virginale B. Virginis fuere poſterius in
tempore, fuit tamen primum in cauſalitate, dignitatē,
excellentia, & perfectione. Tum quia coniunctũ fuit
cum fœcunditate, quod tanquam viſum eſt, nec
habuit exemplum, nec habebit ſequentem. Et in
hoc eodem ſenſu debet explicari illa D. Bartholo-
mæi Apoſtoli authoritas relata ab Abdia, præter
quam quod non eſt certum talem authoritatem eſſe
D. Bartholomæi, cum liber ille Abdiæ ſit apocri-
phus, admiſſo tamen tali teſtimonio Reſpondetur,
Virginem dici ab Apoſtolo primam, quæ vovit ca-
ſtitatem, id eſt, inter mulieres, vt colligitur ex ver-
bis ipſius Apoſtoli; *Nulla hoc votum Deo obtulit.*
Hoc eſt fœmina. Vel dicito, intelligi de prioritate
excellentiæ, cauſalitatis, dignitatis, & perfectionis,
illud vero quod addit, quod hoc à nullo homine
didicit, nec verbo, nec exemplo Reſpondeo, ita
fuiſſe, nam ipſa B. Virgo omnibus fuit exemplar
virginitatis, nam illius virginitas reuelata illis ſan-
ctis Patribus veteris teſtamenti fuit motiuum, vt
ipſi etiam votum emiſerunt caſtitatis, vnde licet in
tempore B. Virgo non fuerit prima, quæ votum
caſtitatis emiſit, hoc ab ea non tollit prærogatiuam
primæ, ſicut non tollit à Chriſto quod ſit primo-
genitus omnis creaturæ, eo quod poſt multas crea-
turas in tempore natus eſſet, vt ſuprà diximus.
Obiicies 3. Ad ſpecialem dignitatem Eccleſiæ
Euangelicæ pertinet, vt ante ipſam non fuerit vo-
tum virginitatis, nec ſtatus religioſus, ſed quod A-
poſtoli fuerint primi religioſi; ergo in lege veteri
non fuit votum caſtitatis, nec ſtatus religioſus, an-
tecedens patet *ex illo Matthæi* 16. *v.* 24. *Si quis vult*
poſt me venire abneget ſemetipſum. Nam in hoc loco
ſtatum Religioſum Chriſtus conſuluit, vt plures
DD. aſtruunt; ergo in lege veteri nullo modo
fuit ſtatus religioſus. Reſpondetur negando an- 92
tecedens. Nam quemadmodum ad ſpecialem di-
gnitatem legis Euangelicæ non ſpectat quod ante
ipſam non fuerint in lege veteri vera Sacramenta,
vera ſacrificia, verusque cultus Dei, quo ad eſſen-
tiam, & ſubſtantiam ipſorum, ſed ſolum quod ante 93
illam non fuerint perfecta, & conſummata, multo
minus ad eandem Evangelicæ legis dignitatem
ſpectabit, quod ante ipſam non fuerit vetus ſtatus
religioſus cum tribus votis, ſed ſolum quod ante illã
non fuerint perfecta, & conſummata, neq; illis priui-
legiis ornata, quibus decoratur in lege Evangelica.
Nec aſſignari poteſt ratio, cur in hominibus perfe-
ctis illius legis fuerint perfectiſſima dona, & cha-
riſmata Prophetiæ, miraculorum, martyrij, & ſimi-
lium, non tamen aliqualis raligionis, etiam imper- 94
fectæ ſtatus, & cui hoc ſolum reſeruatum ſi legi
Evangelicæ, & non alia, præſertim cum martyrem
eſſe perfectius quid videatur, quam raligioſum eſſe, 95
iuxta illud; maiorem charitatem nemo habet, vt ani-
mam ſuam ponat, &c. Dicendum igitur eſt, in lege
veteri vota illa ſolum fuiſſe ſimplicia, & non cum
ea ſolemnitate, quæ modo viget in Eccleſia, & quæ 96
ab Apoſtolis cœpit, *vt habet S. Thom.* 22. *quæſt.* 88.
art. 7. *& cum traditione ſub poteſtate ſuperioris* ha-
C 2 bentis

bentis iuriſdictionem ſpiritualem clauium in ſub-
97 ditos, quæ non fuit in lege veteri: Tum quia tunc
vota non habebant eas prærogatiuas, quæ hodie
habent per profeſſionem religioſam, ſiquidem tunc
98 non ſoluebant matrimonium ratum præcedens, nec
irritabant matrimonium ſubſequens, non aliis pri-
uilegiis. De hoc igitur ſtatu perfecto religioſo in-
telligendi ſunt Patres, Doctores, qui dicunt
Chriſtum primo ad illum homines inuitaſſe, &
Apoſtolos fuiſſe primos religioſos, ſicut etiam di-
cimus Chriſtus, & Apoſtoli fundamenta fuiſſe
Eccleſiæ, cum tamen certum ſit Eccleſiam fuiſſe
ante illos, etſi non cum ea perfectione, ac excel-
lentia, quam ab ipſis accepit.

Obiicies 4. Tota lex vetus figura fuit legis Euan-
gelicæ iuxta illud 1. *ad Corint.* 10. *v.* 11. *Omnia in fi-
gura contingebant illis*; Nihil ergo in ea lege fuit
perfectum, iuxta illud ad Hebræos 7. *v.* 19 *Nihil ad
perfectum adduxit lex*: Ergo contra rationem vide-
tur ponere in illa verum ſtatum religioſum, & non
ſolum figuram ipſius: Eliæ ergo inſtitutum non
99 vera religio, ſed figura Religionis fuit. Reſponde-
tur concedendo antecedens, deinde negatur conſe-
quentia. Ratio eſt quia ſicut obedientia Iſaac, ca-
ſtitas Ioſeph, patientia Iob, & aliæ virtutes in an-
tiquis Patribus repertæ fuere figuræ ſimilium vir-
tutum in Chriſto Domino, & ob eminentiam, &
perfectionem maiorem, qua in ipſo extulſerunt; per
hoc tamen non deſierunt eſſe virtutes, quoad eſ-
ſentiá, ſic ratio religioſi ſtatus in lege veteri, licet
fuerit figura ſtatus religioſi legis Euangelicæ ob
prærogatiuas, & excellentias quas ex Chriſti, &
Apoſtolorum inſtitutione participat, vt dictum eſt,
non tamen ob id deſiit eſſe vetus ſtatus religioſus,
etiam in ea lege, licet imperfectus, quo ſenſu tota
ipſa lex vetus, Sacramenta, & ſacrificia ipſius dici
poſſunt figura legis gratiæ, Sacramentorum, & ſa-
crificij illius, quantumvis illa rationem, & eſſentiam
talium participauerint, etſi imperfecte, quia gratiam
non continebant, vt docet D. Thom. 1.2. q 98. *art.* 1.

Obiicies 5. Pari etiam ratione poſſet dici ſtatum
religioſum incepiſſe ab Enoch in lege naturæ, quam
à tempore Eliæ. Nam de Enoch dicitur Geneſ. 4.
iſte cœpit inuocare nomen Domini, quod fuit, vt
plures volunt, quia vniuerſitatem inſtituit ad ve-
ram Dei ſcientiam docendam, vt propterea filij
Seth inter quos vnus erat Enoch, appellarentur
filij Dei, id eſt, Religioſi, ſuper alios communiter vi-
uentes Tam quia ab Enoch æqualiter á ſummis
Pontificibus dicitur procedere Carmelitas per
hæreditariam ſucceſſionem, ac ab Elia, vt patet *ex
Bulla Iulij II.* vbi ait: *Non igitur ordinem ipſum, illaſq;
perſonas, tanquam religionis exemplar ſpeciali cha-
ritate fulgentes, ſanctorumque Patris Eliæ & Eliſæi,
& Enoch, qui montem ſanctum Carmeli iuxta fontẽ
Eliæ inhabitarũt hæreditariam ſucceſſionem tenentes.*
Quod etiam merito poſſent dicere de Samuële; nam
de eo habetur 1. *Reg.* 1. *&* 19. feciſſe cuneos Propheta-
rum quorum Author fuit ipſe Samuel, vt patet *ex
actibus Apoſtolorum c.* 3. ex illis verbis Petri *Omnes
Prophetæ à Samuële & deinceps*: Et tamen nec E-
noch, aut Samuël verum ſtatũ religioſum cum tribus
votis inſtituerunt, etiam in noſtra ſententia, aliàs
iam Elias primus author ſtatus monaſtici non eſ-
ſet: ergo licet Carmelitæ dicantur ſucceſſionem
hæreditariam trahere ab Elia, non idem dicendum
eſt Eliam ſtatum religioſum cum tribus votis, &
vero monachatu inſtituiſſe, ſicut non dicitur de
Enoch, aut Samuële.

Reſpondetur hoc argumentum ſolum probare 100
tempore legis naturæ fuiſſe ſtatum religioſum de
longe adumbratum, quatenus Enoch inſtituit ali-
quem peculiarem cultum Dei, & ſubblimiorem,
quam erat religio vulgi, & veluti præludium, &
initium vitæ religioſæ, & monaſticæ, vt ait Lauren-
tius Begerlinck. *in Theat. vit. hum. tom.* 6. *lib.* 16. *ver-
bo Religioſus*, §. *de Enoch.* Boulducus *de Eccl. ante le-
gem lib.* 1. *c.* 13. vbi ait: Hunc Enoch fundaſſe quandã
ſodalitatem Prophetarum qui dicebantur Enoſ-
cei, & poſtea Eſſeni, vel Aſſei, quod etiam confir-
mari poteſt *ex Gen.* 6. *n.* 4. vbi enim Vulgat. legit.
iſti ſunt potentes a ſæculo viri famoſi ex Hebræo
legi poteſt, ſi ſunt illi heroes, à ſæculo Enoſ- 101
cei nomine. Tempore vero Samuëlis clarius fuit
delineatus ſtatus religioſus, quia tunc fuerunt ab eo
inſtituta cœnobia, ſeu collegia Prophetarum, vt patet
ex 1. *reg.* 19. *v.* 20, vbi dicitur in Naioth Ramata
fuiſſe cuneum prophetarum, & Samuelem ſtantem
ſuper eos, id eſt, vt exponit Lira. præſidentem eis.

Quia tamen tempore Eliæ, vltra hoc, quod eſt 102
in Carmelo, & aliis locis congregari tria puncta
religionis ex voto obſeruari cœperunt, quod an-
tea non fecerat Enoch, aut Samuel, ideo dicimus ve-
rum ſtatum religioſum non ab Enoch, vel Samuële,
ſed ab Elia ſumpſiſſe exordium; poſſumus tamen
dicere, quod Enoch ſtatum religioſum adumbra-
uit, Samuel delineauit, Elias inchoauit, & Chriſtus
conſummauit, quod & Bellarminus eiſdem ferè 103
verbis expreſſit *tomo* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. §. *nos ergo*, vbi
ait: *Diximus itaque primam vitam religioſam adeò
eſſe antiquam, vt quadam eius adumbratio fuerit in
lege natura, ante diluuium, maior quadam expreſſio
in lege Moyſis, perfectio autem Apoſtolorum tem-
pore.* Ergo expreſſio maior Religionis, etſi non per-
fectio, Eliæ tempore potuit eſſe, etiam ex mente
Bellarmini eminentiſſimi Cardinalis, & eximij
Doctoris.

Et ex his colliges illum Enoch, de quo loquitur
Iulius II. in prædicta bulla non fuiſſe illum Enoch 104
Patriarcham, qui cœpit inuocare nomen Domini,
vt claré patet ex verbis ipſius bullæ; Non enim
dicit ſanctorumque Patrum Enoch, Eliæ, & Eliſæi,
vt ordo antiquitatis inter ipſos poſtulabat, ſed
prius poſuit Eliam, & Eliſæum, & poſtea Enoch,
quia prædictus Enoch fuit quidam Chriſti Diſci-
pulus, qui cum eſſet ex ordine prophetico, & au-
diſſet Ioannem Baptiſtam de regno Dei diſputan-
tem, & monſtrantem digito Chriſtum, aliis ſe
Ioannis diſcipulis iungens Authorem vitæ cum
S. Andrea & S. Ioanne Euangeliſta, & aliis diſci-
pulis ſecutus eſt, & fuit ſeptimus diſcipulus Chriſti
& ſucceſſor in generalatu ordinis Carmelitici, &
Prophetici, S. Ioann. Baptiſtæ, vt infra dicemus,
& docet Marcus Antonius Alegre de Caſſanate
in Paradiſo Carmelitici decoris, *cap.* 22. *Anno Chriſti*
64. Lezana *in apparatu ad annales cap.* 6. *num.* 9. &
Ioannes Paleonidorus *lib.* 2. *c.* 2. Didacus Coria *de
laudibus Carmelitarum lib.* 13. *& lib.* 7. *c.* 1. & alij.

Obiicies 6. Licet in lege veteri fuerint tria
vota obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, adhuc 105
dici non poteſt in ea lege fuiſſe verum monacha-
tum; ergo licet Elias tria vota emiſerit, & eius
diſcipuli, non ideò dici poteſt author ſtatus mo-
naſtici. Antecedens patet, quia ad verum mona-
chatum vltra tria vota requiritur traditio; & dona-
tio perpetua, & acceptatio à perſona habente po-
teſtatem ſpiritualem acceptandi prædicta vota, &
traditionem; Et inſuper requiritur approbatio
illius

illius modi viuendi, vt eſt certum apud Theologos: Atqui in lege veteri, nec fuit, qui ſtatum illum, & modum viuendi approbaret, nec qui vota, & traditionem reciperet: ergo in ea lege nec fuit, nec potuit eſſe verus ſtatus monaſticus.

§. VII.

In quo oſtenditur Eliam fuiſſe authorem, & inſtitutorem ſtatus vere monaſtici, ſeu monachatus in lege veteri.

SVMMARIVM.

106 *Tempore legis ſcripta fuit verus monachatus cum omnibus requiſitis, qua ad verum monachatum requiruntur.*

107 *Probatur id facto Chriſti, & exemplo Apoſtolorum*

108 *Probatur authoritate Patrum, qui Eliam principem monachatus appellant.*

109 *Proponitur quadam obiectio contrariorum, & eius ſolutio.*

110 *Non eſt contra Chriſti excellentiam, quod Elias ſuo tempore ſit primus author monachatus.*

111 *Non repugnat imperfectioni legis veteris quod in ea fuerit verus monachatus.*

112 *Quomodo aliqui Sancti legis veteris operati ſunt ſecundum perfectionem legis Euangelica.*

113 *Non inde aquatur lex vetus cum lege gratia, ſed multo illa inferior eſt.*

114 *Elias, & Ioannes Baptiſta fuere primi principes monachatus.*

115 *Qui dicunt Ioannem verum monachatum habuiſſe non vero Eliam, inconſequenter loquuntur.*

116 *Elias fuit exemplar ſtatus monaſtici in lege gratia.*

117 *Probatur authoritate ſanctorum Patrum.*

118 *Monachatus Elia fuit verus monachatus cum tribus votis, & aliis requiſitis.*

119 *Elias in lege veteri habuit Chriſtum, vt exemplar ſtatus monaſtici, quod inſtituit in ſuo tempore.*

120 *Solvitur argumentum in contrarium aduerſariorum.*

121 *Probatur Eliam fuiſſe authorem ſtatus monaſtici ex variis Patrum teſtimoniis.*

122 *Ad verum monachatum in lege veteri ſufficiebat approbatio negatiua.*

123 *Quid ſit approbatio negatiua.*

124 *In lege veteri fuit approbatio monachatus poſitiua ſpeculatiua.*

125 *Modus viuendi Nazaraeorum, & Recabitarum cum tribus votis fuit approbatus in Synagoga.*

126 *In lege veteri fuit approbatio monachatus cum tribus votis practica.*

127 *Monachatus Elia cum tribus votis fuit approbatus immediatè à Deo.*

128 *In lege veteri fuit vera donatio, & traditio, qua eſſentialiter requiritur ad verum monachatum.*

129 *Ad acceptandam hanc traditionem non requiritur ex parte pralati acceptantis poteſtas clauium.*

130 *Sufficit poteſtas dominatiua œconomica.*

131 *Hac poteſtas dominatiua fuit in lege veteri.*

132 *Religioſus ſtatus conſtare poteſt pralato exiſtente merè laico.*

ARgumentum poſitum *in fine §. pracedentis nos cogit*, vt oſtendamus tempore legis ſcriptæ fuiſſe verum monachatum ab Elia parente noſtro inſtitutum cum omnibus requiſitis, quæ ad verum monachatum requiruntur; quod ſic probo.
Ex eo colligunt AA. & Sancti PP. in Apoſtolis 106
fuiſſe verum Monachatum; quia conſulente eis
Chriſto, vt omnia relinquerent, & ſequerentur
eum, iuxta illud veni, & ſequere me, Apoſtoli relictis omnibus ſecuti ſunt eum, vt dixit Petrus,
ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te;
Nam in Chriſti vocatione inuenitur approbatio 107
illius ſtatus, & acceptio votorum, & traditionis,
in facto vero Apoſtolorum inueniuntur obedientia in ſequela Domini, paupertas in derelictione bonorum, & caſtitas in ſequela Chriſti; Atqui hæc omnia inventa ſunt in vocatione Eliæ. Nam Deus 3. *Reg.* 17. ei dixit: *Recede hinc, & vade contra Orientem & abſcondere in torrente Carith, coruiſque pracepi vt paſcant te ibi*, ille autem abiit, & fecit iuxta verbum Domini; Vbi vt vides, in Dei iuſſu inuenitur approbatio illius ſtatus, & acceptio traditionis, & promiſſionis ex parte Dei, in ſequela vero Eliæ inuenitur obedientia; in receſſu in Torrente Carith inuenitur paupertas, ſiquidem non ſolum ei præcepit vt iret in torrentem Carith, in quo eſt obedientia; ſed quod ſecum nihil deferret, vt colligitur ex promiſſione prouidentiæ coruorum, nam ſi Elias ſecum aliquid deferret, non indigeret coruorum eleemoſynis, caſtitas vero inuenitur in illis verbis, abſcondere in Torrente Carith, vbi non ſolum à mulieribus conſuluit receſſum, ſed etiam fugam illarum viſus, & conſpectus: ergo cum Elias hæc omnia fecerit; Abiit ergo & fecit iuxta verbum Domini, evidenter ſequitur quod ſicut ex illa vocatione Chriſti, & ſequela Apoſtolorum colligitur in eis fuiſſe verum monachatum, etſi ibi nulla fiat expreſſio votorum, ita & in vocatione Dei facta Eliæ, & in ſequela Eliæ, non enim apparet maior ratio.

Secundo probatur; quia multi S. PP. dicunt
Eliam fuiſſe Principem, fundatorem, & principium 108
ſtatus monaſtici, etiam in lege gratiæ, ſed non cum eadem perfectione: ergo in lege veteri fuit verus ſtatus monaſticus, cum omni perfectione eſſentiali, quæ ad illum requiritur, antecedens probatur, omnibus illis Patrum authoritatibus quibus §. 1. probauimus, Eliam fuiſſe authorem, & fundatorem Carmelitanæ Religionis, quibus adde Iodocum *ſuper Eglog.* 10 vbi ait, *Monaſtica vita Princeps eſt Elias, cuius filij primi fuerunt, qui religioſorum more ſimul viuere, & monaſticam vitam in Carmelo agere cœperunt.* Secundus ſit D. Fr. Didacus à Iepes Epiſcopus Tarraconenſis in vita S. M. noſtræ Thereſiæ *cap.* 10. vbi ait: *Nacio eſta Religion en el monte Carmelo, tuuo por Padres à los ſanctos Elias è Eliſeo.* Tertius ſit Ludouicus Tenas, *in ſermone S. Thereſia Matriti impreſſo anno* 1615. vbi ait, *El inſtituto monaſtico de la ſagrada Religion del Carmen tiene ſu principio en el Propheta Elias.* Quartus ſit S. Cyrillus *de geſtis Carmelitarum ad Abbatem Ioachim, qui habetur in Speculo ordinis lib.* 8. *cap.* 1. vbi ait: *Inducebat ad perfectionem acquirendam ſecundum propheticam diſciplinam vita monaſtica per*

Eliam inſtitute. Quintus ſit venerabilis Ioannes Soret. *in præambulo regulæ*, vbi ait: *Elias cœpit facere, & docere regulam huius ſacræ religionis, & quidem perfectè, ſcilicet quod ſuum eſſe eſſentiale diuina reuelatione ductus.* Conſequentia vero probatur, nam ſi omnes hi Authores, & alij quos §. 1. retulimus; dicunt Eliam fuiſſe authorem, principium, & principem ſtatus monaſtici, euidenter ſequitur monachatum Eliæ habuiſſe omne illud, quod eſſentialiter ad verum monachatum requiritur; ergo cum non poſſit dari verus monachatus ſine tribus votis, ſine approbatione, traditione, & acceptatione, euidenter ſequitur hæc omnia reperiri in monachatu Eliæ.

Confirmatur ex *D. Thoma 2. 2. q. 184. art.* vbi quærit, An ſtatus parochorum ſit perfectior ſtatu religioſorum. Et poſtquam reſpondit negatiuè, ſibi obiicit quandam authoritatem D. Ioannis Chryſoſtomi, *tom. 5. in Dialog. lib. 6.* vbi ait Chryſoſtomus, *ſi talem mihi adducas monachum, qualis* [*vt ſecundum exaggeratione dicant.*] *Elias fuit, non tamen illi comparandus eſt, qui traditus populis, & multorum peccata ferre.* Cui authoritati reſpondet D. Thomas. *Ad primum ergo dicendum, quòd non loquitur de ſacerdote curato minoris ordinis, ſed de Epiſcopo qui dicitur ſummus ſacerdos.* Ex quo loco ſic argumentor. Diuus Thomas ex Chryſoſtomo ait ſtatum monachalem Eliæ perfectiorem fuiſſe ſtatu ſacerdotali parochi, non vero Epiſcopi, ergo ſenſit Eliam verum fuiſſe monachum cum tribus votis, patet conſequentia, quia ſi Elias non haberet verum ſtatum monachalem cum tribus votis eſſet ridicula comparatio, comparare hominem mere laicum ſine vllo voto, nec ſtatu religioſo, cum ſtatu ſacerdotali, qui ſtatus proculdubio perfectior eſt ſtatu mere laico, & non religioſo cum tribus votis, ſiquidem presbyteratus includit votum, vel præceptum continentiæ quod tamen aduerſarij negant in Elia: ergo vel dicendum eſt ſolutionem D. Thomæ non eſſe ad rem, quod eſt ridiculum, vel dicendum D. Thomam exiſtimaſſe Eliam eſſe, non ſolum qualemcunque monachum cum tribus votis, & vero monachato, ſed perfectiſſimum monachum, vt etiam ait Chryſoſtomus eodem loco.

Dices prædictos ſanctos Patres, & Authores ſolum velle dicere Eliam fuiſſe authorem ſtatus monaſtici, quoad aliquas obſeruantias, non vero quoad vota, & alia eſſentialia ſtatus monaſtici. Sed contra, quia hoc eſt miſerum aduerſariorum effu-
109 gium. Nam idem poſſent hæretici reſpondere illis, qui dicunt monachatum incepiſſe ab Apoſtolis, vnde ad eos conuincendos ſumpſit Guillelmus Eſengrenus *in hiſtor. Eccleſiaſt. centuria 1. tit. de relig.* argumentum ab Elia dicens. *Elias Propheta primus Carmelita, en hæretice, Eliæ poſteritatem dici monachos Carmelitas.* Tum quia locutiones patrum, & doctorum propriè accipiendæ ſunt, quando inde nullum inconueniens ſequitur, ſed ex hoc quod in vero, & rigoroſo ſenſu accipiantur nullum inconueniens ſequitur, ſed potius hoc noſtro monachatu facilè conuincuntur hæretici huius temporis, qui dicunt monachatum eſſe quid nouum inuentum in Eccleſia; ergo non eſt cur
110 in ſenſu improprio accipiantur; maior eſt certa. Minor vero probatur, quia inconueniens quod aduerſarij aſſignant, eſt, quia hoc aufert à Chriſto excellentiam eſſendi primum fundatorem ſtatus monaſtici; ſed hoc inconueniens eſt nullum, ergo probatur minor. Quia per hoc quod Chriſtus non fuerit primus in tempore, qui inſtituit ſtatum monaſticum, quoad ſuam eſſentiam nulla ab eo tollitur perfectio primatiæ in dignitate, & cauſalitate, vt patet ex illo Pauli ad Coloſſenſes 1. vbi vocat Chriſtum primogenitum omnis creaturæ, non obſtanti, quod ille fuerit poſt innumerabiles creaturas in tempore natus, vnde D. Hieronymus explicando hunc locum ait: *Chriſtum fuiſſe primogenitum omnis creaturæ, non tempore, ſed honore*; ſic ergo dicimus Chriſtum fuiſſe primum inſtitutorem, & authorem ſtatus monaſtici, non tempore ſed honore, quia Chriſtus per fidem à ſanctis illis patribus cognitus fuit cauſa exemplaris, & motiua omnium virtutum, quas exercuerunt, iuxta illud Pauli *ad Hebræos* 11. & iuxta illud *Ioannis* 8. Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauiſus eſt, & iuxta illud *Iob.* 23. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus: ergo per hoc quod Elias in lege veteri in tempore inſtituiſſet ſtatum verè monaſticum, nulla à Chriſto tollitur excellentia, cum Elias id fecerit ſequendo veſtigia Chriſti cogniti per fidem, & per eius gratiam illum imitauit, imo potius augetur gloria Chriſti, quem facimus cauſam motiuam, & exemplarem, non ſolum omnium virtutum, quæ fuere & ſunt in lege gratiæ, ſed & in lege ſcripta, & naturali.

Dices id repugnaſſe imperfectioni illius legis, 111
nam vt ait D. Paulus *ad Hebræos* 7. nihil ad perfectum adduxit lex; Sed contra, quia hi Patres licet viuerent in lege imperfecta, non ſunt operati ſecundum illam, ſed ſecundum legem Euangelicam, nam vt *ait* ex Auguſtino Angelicus Doctor 1. 2. *q.* 107. *art.* 1. *ad* 2. *fuerunt aliqui in ſtatu veteris teſtamenti habentes charitatem, & gratiam Spiritus* 112
ſancti, qui principaliter ſpectabant promiſſiones ſpirituales, & externas, & ſecundum hoc pertinebant ad legem nouam; ergo licet Elias, & eius diſcipuli viuerent in lege imperfecta, poterant operari, & de facto operati ſunt, ſecundum perfectionem legis euangelicæ, vnde Suarez *lib.* 19. *de legibus cap.* 2. ait *perfectionem voti caſtitatis non repugnare cũ imperfectione ſtatus legis veteris.* Nec inde ſequitur 113
nos æquare legem ſcriptam cum perfectione legis gratiæ, quia illi ſancti Patres, qui fidem, obedientiam, martyrium, & alias inſignes virtutes in lege ſcripta habuere, non id fecerunt, vt quid proprium illius legis, ſed habentes Chriſtum vt cauſam exemplarem, magiſtralem, meritoriam, & motiuam illarum virtutum: ergo ſicut illas virtutes ad Chriſti imitationem, & ex illius meritis ſine vlla diminutione legis gratiæ potuerunt exercere, vt omnes fatentur, ita eodem modo poterant illi ſancti Patres obſeruare ſtatum monaſticum, cum omni eſſentiali perfectione abſque diminutione legis Euangelicæ, eum id non vt proprium illius legis operarentur, ſed vt proprium legis gratiæ, & ex Chriſti meritis, & ex illius gratia, habentes eum cognitum per fidem, tanquam cauſam exemplarem, & meritoriam.

Tertio probatur, quia Bellarminus *lib.* 2. *de mo-*
nachis cap. 3. Suarez *tom.* 2. *in* 3. *p. d.* 14. *ſect.* 6. Baro- 114
nius *tom.* 1. *ann.* 31. *n.* 35. & alij DD. ex eo probant contra hæreticos huius temporis verum monachatum incepiſſe à Ioanne Baptiſta, quia Sancti PP. illum vocant principem monachorum, ſed eodem contextu, & eiſdem verbis, quibus ſancti PP. dicunt Ioannem principem monachorum, eodem vocant Eliam principem monachorum, ergo vel

argumen

argumentum horum Doctorum contra hæreticos
nihil probat, vel abſolutè dicendum eſt, mona-
chatum non ſolum à Ioanne, ſed ab Elia ſumpſiſſe
exordium; conſequentia rectè infert; minor vero
115 probatur, ex authoritate ſanctorum Patrum, &
primus ſit S. Iſidorus *lib. 2. cap. 20. n. 4* vbi ait: *Quis
huius converſationis extitit author, quantum attinet
ad authoritatem veterum ſcripturarum, huius propo-
ſiti princeps Elias. huius etiam propoſiti in Euan-
gelio Baptiſta Ioannes auctor extitit.* Secundus S.
Odilon Abbas *in vita S. Maiol apud Lipomanum*
vbi ait: *Tempore Apoſtolorum cœpit monaſticus or-
do poſtulare, ſeu vt melius dicam reuiuiſcere, quem
à beato Elia, & Ioanne Baptiſta nouimus proceſſiſſe.*
Vbi nota obiter, tempore Apoſtolorum non in-
cepiſſe ſtatum monaſticum, ſed renouatum fuiſſe,
quod etiam ait S. Antonius 3. *p. tit. 16. §* 4. vbi
ait; *Monachi videntur exorti ſub Elia, & fuerunt
renovati à Chriſto qui diſcipulos habuit pariter in
cōmunè viuētes.* Tertius ſit Bernardus *in expoſitione
cap. 1. regula S. Benedicti* vbi ait: *In veteri teſta-
mento Elias in novo vero S. Ioannes Baptiſta horum
monachorum inventores extiterunt.* Quartus ſit S.
Macharius *in ſermone ad monachos*, vbi ait: *Duos vi-
ros exordium monaſtici ordinis protuliſſe credimus,
primus Elias extitit, alter vero Ioannes Baptiſta.*
Quintus ſit S. Antoninus 2. *p. ſumma tit. 16. cap. 1.
§. 4.* vbi ait: *Iſti ab Elia exordium habent, cuius
imitator Ioannes Baptiſta erat.* Sextus ſit Caſſianus
collat. 18. cap. 2. vbi ait: *In veteri teſtamento profeſ-
ſionis huius fundavere primordia Elias, & Eliſæus, ac
deinceps principes authoreſque teſtamenti noui Ioan-
nes, Petrus, & Paulus, cæterique eiuſdem ordinis viri.*
Septimus ſit Caſſiodorus, *in vita D. Antonij apud
Lipomanum*, vbi ait: *Huius elegantiſſima philoſo-
phia princeps fuit, ſicut quidam dicunt, Elias pro-
pheta, & Ioannes Baptiſta.* Octavus ſit Baronius,
lib. 2. de monachis cap. 39. vbi ait: *Veteres patres
Eliam, & Ioannem Baptiſtam eremitas, & eremita-
rum principes faciunt*; Si ergo ex authoritate ho-
rum, & aliorum Patrum Baronius, Bellarminus,
Suarez, & alij colligunt contra hæreticos Ioan-
nem fuiſſe authorem veri ſtatus monaſtici, idem
neceſſario debent dicere de Elia, cum Patres eo-
dem modo loquantur de Ioanne, ac de Elia, alias
inconſequentiæ conuincentur.
116 Quarto probatur, quia multi Patres recognoſ-
cunt Eliam, vt exemplatem vitæ monaſticæ in le-
ge gratiæ: ergo neceſſario concedendum eſt Eliam
veram vitam monaſticam egiſſe. Patet conſe-
quentia, quia ſi ſtatus Eliæ non fuiſſet verus ſta-
tus monaſticus cum tribus votis, & omni illo,
quoad verum ſtatum monaſticum requiritur, iam
Elias non poſſet eſſe exemplar ſtatus monaſtici
in lege gratiæ, in quo hæc omnia reperiuntur, ſi-
quidem vt ait D. Thomas *q. 8. de veritate art. 8 &
3. p. q. 59. art 1. ad 3. & tom. 3. contra gentes cap. 19.*
Exemplar debet eſſe æqualis, vel maioris perfe-
ctionis cum exemplato; ergo vel dicendum eſt,
Eliam non fuiſſe exemplatem ſtatus monaſtici in
lege gratiæ. vel concedendum Eliam verum ſta-
tum monaſticum cum tribus votis habuiſſe. Ante-
cedens in quo eſt difficultas, ſcilicet Eliam fuiſſe
exemplatem vitæ monaſticæ in lege gratiæ pro-
117 batur authoritate multorum Sanctorum Patrum,
& primus ſit S. Athanaſius Alexandrinus, *in vita
S. Antonij*, vbi ait: *Igitur S. Antonius ſecum repu-
tans oportere Dei famulatū, ex inſtituto Eliæ exem-
plum capere, & ad illud ſpeculum vitam ſuam debere
componere.* Secundus ſit S. Baſilius *homil. 19. in
Gord. Martyr.* Vbi loquendo de Gordio qui ex
milite factus eſt monachus ait: *Eliæ Prophetæ ſe-
cutus exemplum ad vaſta deſerta, & hominibus inuia
conceſſit.* Tertius ſit Iſidorus, *lib. 7. Etymolog. cap.
24.* vbi ait: *Anachoretæ Eliam, & Ioannem Cœ-
nobitæ apoſtolos imitantur.* Quartus ſit Caſſianus,
collatione 18. cap. 2. vbi ait: *Anachoretæ ad imitatio-
nem Ioannis Baptiſtæ, Eliæ quoque, &c.* Quintus ſit
Baronius *tom. 4. ann. 440. n. 8.* vbi ait: *Erat quidem
in oriente ſummum illud vivendi genus inſtar Eliæ,
& Ioannis Baptiſtæ.* Sextus ſit Pater Suarez *tom. 4. re-
ligionis lib. 2. cap. 10. n. 4* vbi ait: *Patres apertè po-
nunt Eliam exemplar monachorum.* Si ergo Suarez
fatetur Patres ponere Eliam exemplar monacho-
rum, & id tot Patres, & Authores; vt vidimus at-
teſtantur, cur in exemplari deficiet, quod in 118
exemplato invenitur? Si de ratione exemplaris
eſt, vt ait Diuus Thomas quod ſit ad minus
æqualis perfectionis cum exemplato; ſi in
exemplato inueniuntur tria vota, & quidquid ad
verum monachatum requiritur, cur non id repe-
riendum eſt in exemplari, ſi non cum tanta per-
fectione accidentali, ad minus cum omni perfe-
ctione eſſentiali? Fateor me non intelligere con-
ſequentias horum Authorum, qui fatentes Eliam
exemplatem ſtatus monaſtici in lege gratiæ, ne-
gant Eliam verum monachatum cum tribus votis,
& aliis ad illud neceſſariis habuiſſe.
Nec obſtat ſi dicas, Eliam per nos habuiſſe
Chriſtum, vt Authorem ſtatus monaſtici in lege
gratiæ, vt exemplar ad incipiendum ſtatum mona- 119
ſticum in lege veteri, vt *ſuprà* diximus; ergo
Elias non poteſt eſſe exemplar ſtatus monaſtici in
lege gratiæ, Alias ſimul eſſet exemplar, & exem-
platus. Non obſtat inquam, Reſpondetur nam-
que Eliam habuiſſe Chriſtum vt exemplar prima-
rium, quoad ſtatum monaſticum, quem inſtituit;
Ipſe tamen Elias exemplatus à Chriſto fuit exem- 120
plar ſecundarius reſpectu monachorum in lege
gratiæ, ſicut Iob, Habraham, & Ioſeph, habuere
Chriſtum vt exemplar patientiæ, fidei, & caſtita-
tis, ipſi tamen exemplati a Chriſto fuere in exem-
plum aliis fidelibus, etiam in lege gratiæ patien-
tiæ, fidei, & caſtitatis, ſed de his vide Apologiam
P. Fr. Franciſci à ſancta Maria, *propoſitione 5. p. 2.
§. 5. n. 36.* Tandem probatur hæc veritas omnibus 121
illis authoritatibus ſanctorum Patrum, in quibus
Elias appellatur Monachus, & Religioſos, ſiqui-
dem ratio monachi, Religioſi ſtare non poteſt
ſine vero monachatu cum tribus votis, vt latius
probauimus, *ſupra § 3. n...*
Vnde ad Argumentum *in fine § 6. adductis*. Re- 122
ſpondetur, temporibus legis ſcriptæ, imo & legis
gratiæ ante decreta. Innocentij III. & Gregorij
X. non requiri ad eſſentiam ſtatus religioſi ali-
quam approbationem poſitiuam, ſed ſufficere ne-
gatiuam, quæ conſiſtit in eo, quod Eccleſia talia
vota, vel donationem & traditionem non irri-
taret, aut eis contradiceret, vt latè probat Baſilius
de Leone *lib. 7. de matrim. cap. 11.* Bellarminus *tom.
2. lib. 2. de monachis cap. 4.* Medina *lib. 4. de continent.
cent. 7. cap. 38.* Sanch. *lib. 7. de matrim. d. 25. n. 10.* 123
Azor. *tom 1. lib. 11. cap. 13. q. 1.* Tritemius *de laudi-
bus Carmelitarum cap. 5.* Carthagena *tom. 3. homil.
2. lib. 17.* Caſtro Palao *tit. 16. d. 1. p. 1. n. 7.* Arqui in
illa lege nec illa traditio irritabatur, nec illi ſta-
tui, aut votis contrariabatur, vt patet; ergo hoc
ſufficiebat, vt monachatus in illa quantum eſt ex
hac

hac parte babetet quidquid requiritur ad verum
ſtat.m teligioſum.
124 Deinde dato quod requireretur, etiam appro-
batio poſitiua, ſpeculatiua, vel practica, hæc etiam
fuit in lege veteri. Et ratio eſt, quia in lege veteri
fuit poteſtas ad determinandas res fidei, vt teneor
communiter DD. quos larga manu refert. N. Fran-
ciſcus à S Maria *in Apologia Hiſtoriæ propheticæ*
propoſitione 5. p. 1. §. 6. n. 29. ergo etiam fuit pote-
ſtas ad approbandam vt bonam quandam Reli-
gionem, vnde Albertus Magnus *in 4. diſt. 38 art.*
13. docet ab initio fuiſſe modis approbatis à Syna-
goga, vel Eccleſia vt inſtitutum Recabitarum, &
Nazaræorum his verbis. *Ab initio fuere modi ap-*
125 *probati à Synagoga, vel Eccleſia, ſicut modus iuris*
Nazaræorum, qui votum vouerunt perpetuum. &
Recabitarum, & huiuſmodi illi modi erant loco regu-
læ. Sed huiuſmodi Recabitæ, & Nazaræi de qui-
bus loquitur Magnus Albertus erant, eiuſdem pro-
feſſionis, ac filij prophetarum, vt infra dicemus;
ergo illorum modus viuendi approbatus fuit ſpe-
culatiuè ab illa Eccleſia.
Quod autem etiam daretur approbatio practi-
ca patet, quia in illa Eccleſia erat poteſtas ſpiri-
126 tualis condendi leges de rebus ſpiritualibus in or-
dine ad finem ſupernaturalem, vt cum communi
Doctorum probat N. Franciſcus à S. Maria, *ſuprà*
§. 7. n. 37. Ergo etiam fuit poteſtas ad approban-
dam practice aliquam religionem dando ei pote-
ſtatem ad condendas leges, eligendi prælatos, ad-
mittendi ad profeſſionem, in qua conſiſtit appro-
batio practica Religionum Confirmatur quia da-
to, & non conceſſo, quod in illa lege talis poteſtas
approbatiua, tam ſpeculatiua, quam practica non
daretur, in noſtro caſu negari non poteſt, quod ſic
euidenter probo. Deus præcepit Eliæ, vt ordinem
127 ſuum Carmeliticum fundaret, vt patet ex illis ver-
bis; Recede hinc, & vade contra Orientem, & ab-
ſcondere in Torrente Carith. vt ſupra probaui-
mus, & clarius patet ex illo loco, Eliſæum filium
Saphat vnges Prophetam pro te: ergo communi-
cauit Eliæ omne quod neceſſarium erat, vt reli-
gionem veram fundaret, nam ſecundum ius cano-
nicum, cui iuriſdictio data eſt, ea quoque conceſ-
ſa cenſentur ſine quibus iuriſdictio explicari non
poteſt, vt patet *ex cap. præterea de offic. & poteſt.*
iudi. deleg. & ex l. 2. ff. de iuriſdict. omni. iudic. Ergo
ſi hæc approbatio erat neceſſaria, à Deo facta eſt
immediatè quod eſt magna Carmelitanæ Reli-
gionis prærogatiua, & excellentia. An autem ex
hoc ſequatur hanc religionem eſſe de iure Diui-
no; late diximus *in noſtro Directorio Regularium*
loco citato.
Deinde quod in illa lege non ſolum fuerint
128 vota, ſed etiam donatio, & traditio ex parte re-
ligioſi, quæ neceſſario requiruntur ad verum ſta-
tum religioſum, vt ait D. Thomas 2. 2. q. 184. *art.* 4.
Patet, quia ad hanc traditionem acceptandam
non requiritur ex parte prælati poteſtas clauium,
129 vel iuriſdictio, ex ea dimanans, ſed ſufficit pote-
ſtas dominatiua, & œconomica, quæ prouenit ex
traditione perpetua; quam religioſus ſui ipſius
fecit Religioni, & prælato illam acceptanti, in
130 quem transfert dominium ſui ipſius, vt ait Baſi-
lius Pontius *lib. 7. de matrimonio cap. 5. num. 22.*
Sed hæc omnia poterant eſſe, & de facto fuere
in lege veteri; ergo de facto ibi fuit verus ſtatus
monaſticus: vnde concludit Baſilius *loco citato;*
131 *Cur ergo Religioſus ſtatus conſtare poſſit prælato*
exiſtente mere laico, cui pleno iure ſubiecti monachi
ſint, non eſt cur dicamus eum iuriſdictionem deriuari
ex poteſtate clauium, vnde & in lege ſcripta, quod 132
multi concedunt ſtatum Religionis eſſe poſſe, nihil eſt
quod impediat. Et hanc ſententiam probabile
iudicat Suarez, *tom. 3. de religion. lib. 2. cap. 15.*
num. 10.

§. VIII.

Infertur ex hucuſque dictis concluſio ſta-tus monaſtici cum tribus votis in lege ſcripta ab Elia fundati.

SVMMARIVM.

133 *Infertur in lege veteri fuiſſe verum monachatum*
cum tribus votis, & aliis ad illum neceſſa-
riis.
134 *Solum minus affecti Carmelitis id negare poſ-*
ſunt.
135 *Os inſulſi Salinas Decreto ſanctæ Inquiſitionis*
Hiſpaniæ obtunditur.
136 *Domini Inquiſitores Hiſpaniæ iudicarunt in iu-*
dicio contradictorio in lege ſcripta fuiſſe vo-
tum caſtitatis perpetuæ.
137 *Fuiſſe votum obedientiæ perpetuæ.*
138 *Fuiſſe votum paupertatis.*
139 *Fuiſſe verum monachatum religioſum.*
140 *Monachatus legis ſcriptæ non fuit cum ea ſo-*
lemnitate, perfectione, & poteſtate clauium
prout eſt in lege gratiæ.
141 *In lege veteri fuit verus ſtatus religioſus cum*
tribus votis eſſentialibus.
142 *Illius Author, & inſtitutor fuit Parens noſter*
Elias.
143 *Proponitur quædam aduerſariorum obiectio.*

SI ergo Amice lector, tot ſancti Patres, ſi tot
grauiſſimi DD, fatentur in lege veteri fuiſſe 133
ſtatum verè monaſticum cum tribus votis eſſen-
tialibus obedientiæ, paupertatis & caſtitatis, cum
vera traditione, & acceptatione ex parte præla-
torum, cum ſufficienti ad id poteſtate, & iuriſdi-
ctione, cum vera approbatione ipſius ſtatus mo-
naſtici in ea lege, quantum ea lex capax erat, quis
hanc ſententiam improbabilem iudicabit, quis
eam non nimium probabilem confitebitur, nullus
equidem, niſi aliquis minus affectus Carmelitano 134
ordini, qualis fuit inſulſus Pater ille Salinas, de
quo aliqua dixi *in noſtro Directorio Regularium lo-*
co citato. Sed vt eius contra ſtatum monachalem
Carmelitanum in lege ſcripta, & eius continua-
tionem, & hæreditariam ſucceſſionem vſque ad 135
hæc tempora omnino obturetur, obiicio illi De-
cretum ſanctæ Inquiſitionis Hiſpaniæ editum
Martiri 9. Decembris anno Domini 1639. coram
Illuſtriſſimo Epiſcopo Inquiſitore generali, aliiſ-
que iudicibus in ſupremo illo Senatu fidei cenſo-
ribus ſubſcribente Sabaſtiano de Huerta eiuſdem
Tribunalis ſecretarij: In eo enim poſt magnam
grauiſſimorum Theologorum conſultationem, &
re maturiſſime in iudicio contradictorio examina-
ta ſequentes propoſitiones approbantur.
Prima. *Que en la lei ſcrita huuo voto de vir-* 136
ginidad ò Caſtidad perpetua.

Secunda,

137 Secunda. *Que in la lei ſc-ita hnno voto d: obedientia perpetua.*

138 Terceira. *Que hnno voto de pobreſſa voluntaria.*

139 Quarta. *Que hnuo en la lei ſcrita verdadeiro monnchoto religioſo.*

Additur tamen in prædicto Decreto prædictas pro-
poſitiones ita declarari debere, vt ſcilicet denote-
140 tur, non fuiſſe monachatum in lege ſcripta cum
ea ſolemnitate perfectione, & poteſtate clauium,
provt in lege gratiæ, quod nos etiam dicimus
imo ad maiorem cautelam, & vt ſcrupulis quo-
rundam, vtcumque morem geramus addimus,
hunc veteris legis monachatum, illiuſque vota
talia ſolum fuiſſe, qualia illius legis imperfectio
poſtulabat, & veluti ad formam Monachiſmi, ſeu
votorum legis Evangelicæ.

Ex quibus omnibus de primo ad vltimum con-
141 cluditur, in illa lege fuiſſe verum ſtatum religio-
ſum, quoad ſubſtantiam cum tribus votis eſſen-
tialibus, & illius Authorem fuiſſe ſanctiſſimum
Patrem noſtrum Eliam, & illius ſucceſſorem Eli-
142 ſæum, & alios filios prophetarum, vſque ad tem-
pus Chriſti, & inde ad noſtrum tempus, vt infra
oſtendimus, per quod patet ad argumentum, ob quod
hæc dicta ſunt, ſolutio; Non enim Elias ſolum im-
propriè eſt patronus noſtræ religionis, ſed verus
author illius, quia. ſtatum illius cum tribus votis
eſſentialibus, & aliis ad verum monachatum ne-
ceſſariis inſtituit, vt ſuprà diximus.

Obiicies tandem: Quamvis Elias fuerit pri-
143 mus prophetici Ordinis fundator cum vero mo-
nachatu, illius tamen inſtitutum non permanſit
vſque ad Chriſti æuum: ergo Religio Carmeli-
tana, quæ hodie eſt in Eccleſia, non ab Elia
ſumpſit exordium; patet conſequentia, quia ſi ab
illo ſumeret exordium deberet continuari ab Elia
vſque ad Chriſtum, & à Chriſto vſque ad hæc
tempora; ſed hoc oſtendi non poteſt, nec eſt ve-
riſimile; ergo: Antecedens vero probatur, quia
ille ordo propheticus ab Elia inſtitutus omnino
extinctus eſt tempore quo Hieroſolyma à Chal-
dæis obſidebatur, vt ait Baronius *tom.1. annal. ſub anno 64.*

§. IX.

Refertur continuatio & hereditaria ſucceſſio Carmelitarum ab Elia vſque ad Chriſtum.

SVMMARIVM.

144 *Proponitur quam difficile ſit ſucceſſionem Carmelitana Religionis ab Elia vſque ad Chriſtum adducere ob temporum varietates.*

145 *Succeſſio Carmelitana familia ab Elia vſque ad hac tempora nunquam interrupta fuit.*

146 *Anno mundi 3114 Dedit Elias principium ſuo Religioni in Monte Carmelo.*

147 *Anno mundi 3117. vnxit Elias Eliſæum in ſuum ſucceſſorem.*

148 *Primi Elia diſcipuli erant ordinis Nazorai,*

149 *Vocabantur propheta, quia Deo pſallebant.*

150 *Anno mundi 3139. Raptus eſt Elias in cælum, & ei ſucceſſit Eliſæus in ordinis generalatu.*

151 *Anno mundi 3143. ſuſcepit ſtatum noſtra Religionis Ionadab filius Recab.*

152 *Anno mundi 3159. Recabita ſuſceptum inſtitutum Eliſæi,*

153 *Recabita obedientiam, & paupertatem, obſervabant, caſtitatem vero non omnes, benè tamen multi illorum.*

154 *Recabita ex conſilio Eliſæi obedientiam, paupertatem, & caſtitatem obſervarunt ex voto.*

155 *Recabita etiam appellabantur ſcriba, id eſt, legis Doctores.*

156 *Ex his ſcribis multi apoſtatarunt ab ordine prophetico tempore Chriſti.*

157 *Anno mundi 3204. die 14. Iunij mortuus eſt Eliſæus.*

158 *Eodem anno ei ſucceſſit in ordinis generalatu Ionadab filius Recab, vel vt alij dicunt Obed propheta.*

159 *Huic Generali reliquit Eliſæus pallium Elia, quod adhuc hodie obſervatur in Arca Ovetenſi in Hiſpaniis.*

160 *Anno mundi 3279. Multa Collegia Carmelitarum periere in illa tranſlatione Iſraelis ad Aſſyrios.*

161 *Collegium Carmeli ſpeciali prouidentia intactum remanſit.*

162 *Carmelita tranſlati ad Aſſyrios ibi multa Collegia conſtruxere.*

163 *Anno mundi 3294. Ingreſſus fuit Ionadab cum ſuis filiis prophetarum Ciuitatem Hieruſalem fugientes à facie Chaldæorum obſidentes ciuitatem.*

164 *Hoc anno eis fecit Ieremias illam celebrem promiſſionem quod non deficeret vir de ſtirpe Ionadab ſtans in conſpectu Dei.*

165 *Quomodo hæc promiſſio fuerit impleta vſque ad hæc tempora.*

166 *Anno mundi 3447. Tranſlati ſunt Carmelita cum populo à Chaldæis in Babylonem.*

167 *Aliqui demiſſi ſunt in Hieruſalem cum Ieremio.*

168 *Qui Carmelo habitabant immunes permanſerunt ab hac tranſlatione, nec eis aliquam iniuriam Chaldæi intulerunt.*

169 *Ex his Carmelitis qui tranſlati ſunt cum populo aliqui ad Hiſpaniam pervenerunt.*

170 *Malachias ſenior propheta pervenit ad Bracharum, & ibi mortuus & ſepultus, poſtea veniente D. Iacobo Apoſtolo Bracharam eum à mortuis ſuſcitauit, & conſtituit primum Bracharæ Epiſcopum mutato nomine Malachia in Petrum.*

171 *Toto tempore captiuitatis non defuere cultores Ordinis prophetici.*

172 *Tempore captiuitatis ſucceſſit Daniel in generalatu ordinis Ionadab filio Recab, quo autem anno ignoratur.*

173 *Eodem tempore ſucceſſit Aggæus propheta in generalatu Danieli.*

174 *Anno 3543 Aggæus propheta generalis ordinis in reductione populi in Hieruſalem facta à Dario congregauit Carmelitas, qui cum populo diſperſi erant, & relicto nomine Recabitarum, & prophetarum eis impoſuit nomen Eſſenorum, vel Aſſydæorum.*

175 *Eodem Anno mundi 3543. ſucceſſit Aggæo in*

generalatu ordinis Malachias propheta.

176 *Eſſeni obedientiam, caſtitatem, & paupertatem obſeruabant.*

177 *Eſſeni idem inſtitutum Elia profitebantur, ac Recabita.*

178 *Aliqui pſeudo-Eſſeni fuere hæretici, non tamen noſtri Eſſeni.*

179 *Eſſeni poſt mortem Aggai ſui generalis relicto nomine Eſſenorum vocati ſunt Aſſidei.*

180 *Anno mundi 3608. ſucceſſit in generalatu ordinis Aggao Eſdras.*

181 *Hic reformauit Eſſenos iam nominatos, Aſſideos, & impoſuit eis nomen ſcribarum, quod iam antea habuerant.*

182 *Anno mundi. 3887. ſucceſſit in generalatu ordinis Eſdra, Iudas Machabæus.*

183 *Aſſidæi ſubditi Iuda fugientes ſæuitiam Antiochi habitarunt in ſyluis, & aliqui in ea perſecutione martyrium paſſi ſunt, qui ibi enumerantur.*

184 *Anno mundi 3895 ſucceſſit in generalatu ordinis Iuda Machabæo Ionathas frater eius.*

185 *Succeſſit in generalatu ordinis Ionatha; Iudas non ille Machabæus, ſed alius, quo autem anno ignoratur.*

186 *Anno 3976. reuelata fuit incarnatio filij Dei noſtris Carmelitis.*

187 *Anno mundi 4037. concepta fuit Virgo Maria ſine labe peccati originalis.*

188 *Myſterium immaculata conceptionis reuelatum fuerat Elia in illa nubecula parua.*

189 *Beata Virgo in die quo in templo fuit præſentata fecit votum virginitatis.*

190 *Anno mundi 4051. deſponſata fuit B. Virgo Maria S. Patri noſtro Ioſepho.*

191 *Anno mundi 4052. Incarnatus fuit, & natus filius Dei in vtero B. Virginis Mariæ.*

192 *Eodem anno 24. Iunij natus fuit Ioannes Baptiſta.*

193 *Ioannes Baptiſta ſecutus eſt per omnia vitam Elia.*

194 *Ioannes Baptiſta ſucceſſit in generalatu ordinis Iuda, quo autem anno ignoratur.*

195 *Chriſtus non ſuſcepit vitam Eſſenorum, vt aliqui voluere aſſerere.*

196 *Beata Virgo multoties Carmelum viſitabat, & cum Carmelitis loquebatur.*

197 *Anno mundi 4081. cœpit Ioannes Baptiſta iam factus ordinis generalis prædicare, & baptizare.*

198 *Eſſeni eius ſubditi ſuſceperunt ab eo baptiſmum.*

199 *Poſt mortem Chriſti cum plurimi Carmelita eſſent in cœnaculo cum Apoſtolis ſuper eis deſcendit Spiritus ſanctus.*

200 *Promulgata lege Euangelica multi Carmelita illam ſuſceperunt.*

PRæcedens argumentum nos cogit, vt ſucceſſionem Carmelitanæ Religionis ab Elia vſque ad Ioannem Baptiſtam, in lege gratiæ, & in-
144 de ad hæc tempora oſtendamus, quod quam difficillimum ſit ob temporis vetuſtatem, ob varias temporum mutationes, nemo eſt qui non videat. Verum Deo auxiliante quantum ſat eſt, hanc nunquam interruptam ſucceſſionem per tot ſæcula monſtrabo, ea breuitate, qua materia tam prolixa capax eſt; Vnde ad argumentum in for-
145 ma, Reſpondeo negando antecedens. Ad probationem ex Baronio negatur etiam antecedens; nam ſucceſſio Carmelitanæ familiæ ab Elia vſque ad hæc tempora numquam interrupta fuit, quod ſic oſtendo diſcurrendo per ſingulos annos ab Elia vſque ad hæc tempora, iuxta meliorum, & magis probatorum Doctorum, tam ex noſtris, quam ex extraneis ſententiam.

Anno igitur mundi 3124. & ante Chriſtum 146
919. Factum eſt verbum Domini Eliæ dicens;
Recede hinc, & vade contra Orientem, & abſcondere in Torrente Carith. Audito Elia verbo Domini, ſtatim relictis omnibus, vt Apoſtoli fecerunt, licet non cum tanta perfectione, receſſit in Torrentem Carith. Illuc ſtatim aliqui viri deuoti, & pij ad Eliam acceſſerunt, & cum his inchoauit Elias in Torente Carith vitam monaſticam cum tribus votis, ita Ioannes Ieroſolymitanus, *lib. de inſtit. monachi. cap.* & præſertim 10, Lezana *tom.1. anno mundi* 3124. *num.* 2. Anno autem mundi 3117. ante Chriſtum 916. iuſſit Deus
Eliæ, vt egrederetur de quadam ſpelunca mon- 147
tis Dei Oreb, quo iuſſu Dei fugerat metu Iezabel, & quod pergeret in Damaſcum, & vngeret Eliſæum in propheram poſt ſe, quod & fecit Elias, nam cum eum inueniſſet in agro arantem, miſit pallium ſuum ſuper illum, prophetam poſt ſe ipſum declarans, & ſucceſſorem in ſtatu monachali, vt teſte Gaſpar Sanchez *in* 3. *Regum* 19. *verſ.* 19. Erat autem tunc cum Elia etiam Ionas Propheta filius viduæ Sareptanæ, quam Deus precibus Eliæ à mortuis ſuſcitauit, vt tradit Lira *cap* 1. *in Ioann.* Hunc autem ad ordinem propheticum receperat Elias, vt ait Abulenſis, 3. *Regum* 17. *verſ.*31. Erat etiam cum eo Michæas filius Semblæ, Abulenſis 3. *Regum cap.* 10. *q.* 6, *&* 8. His adde Abdiam. Hi autem primi Eliæ diſcipuli erant ordinis Nazaræi vt ait Gloſſa or-
dinaria 1.*Reg.*19 *Iſti religioſi viri erant dicti Na-* 148
zaræi. Vocabantur tamen prophetæ, non quia omnes prophetarent futura, ſed quia Deo pſallebant muſicis inſtrumentis, ita Salianus, *ſub anno mundi* 2962. *num.*101. Gaſpar Sanchez 3. *Reg.*
*cap.*10.*num* 32. Poſtea iſti diſcipuli Eliæ incepe- 149
runt inde vocari filij prophetarum, hoc eſt, prophetarum diſcipuli, vt tradit Vatablus 4.*Reg.*5. Theodoretus ibidem.

Cum igitur Elias per 12. annos ſuam religionem in monte Carmeli gubernaſſet raptus fuit
in cœlum, & gubernium illius tradidit Eliſæo an- 150
no 3139. mundi ante Chriſtum vero 914. vt tradunt Abulenſis *quaſt.* 1. *in cap.* 2. *in* 4 *Reg.* & alij. Eliſæo autem Filij prophetarum dederunt ſtatim obedientiam tanquam ſuo generali, vt ait Abulenſis 4.*Reg.*4.*quaſt.*15. *&* 4 *Reg.* 2. *quaſt.* 31. & patet ex iſto textu; Adorauerunt eum proni in terram. Anno autem mundi 3143. Suſcitauit Eli-
ſæus filium Sunamitidis, quod miraculum videns 151
Ionadab filius Recab vir inſignis in Iſraël ſuſcepit ſtatum religioſum Eliſæi, ita Ioannes Ieroſolymitanus *lib. relato cap.* 25. Fr. Franciſcus à ſancta Maria, *in Hiſtoria prophetica lib.* 2. *cap.*19. Hic autem Recab fuit alio nomine vocatus Ioab filius Ierro, vnde de eis dicitur *Paralipom.*2. *v.*55. Hi ſunt Sinai, qui venerunt de calore Patris Recab. Hic autem Sinai ſeu Recabitæ anno mun-
di 3159. ſuſceperunt inſtitutum Eliſæi, quod Io- 152
nadab filius Recab, & illorum magiſter iam antea acceperat, ita Lezana *anno mundi* 3154. Hic autem Ionadab ſucceſſit Eliſæo in generalatu ordinis, *vt infrà dicemur*, vt ait Boulduens *In lib.* 3. *de Eccleſia ante legem cap. decimo ſexto.* vbi ait:

Elia,

Elia, & Eliſao ſucceſſit in officio Ionadab, qui paſſim
in Scriptura dicitur filius Recab.
153 Hi autem Recabitæ obedientiam, & paupertatem ſtrictiſſimam obſeruabant, caſtitatem vero
non omnes multi tamen inter eos eam obſerua-
bant, vt ait S. Gregorius Nazianzenus in poëma-
te de vita ſua, Valentia 2. 2. d. 10. q. 4. p. 1. §. 1.
vbi ait: *Inter omnes controuerſiae conſtat Recabitas*
Diuino cultui ſe ipſos obdixiſſe, à coniugio abſtine-
bant, exactam obedientiam ſuis ſuperioribus præſta-
154 *bant.* Has autem obſeruantias ex conſilio Eliſæi
voto obſeruabant, vt patet ex Concilio Seno-
nenſi, vbi pro exemplo proponit monachis le-
gis gratiæ votum Recabitarum, & ait Lezana
anno mundi 3159. *n.* 5. Hi autem Recabitæ, etiam
appellabantur ſcribæ, hoc eſt legis Doctores,
etiam enim præcipui legis interpretes, vt ait Ge-
nebrardus, *in Chronolog. lib.* 1. *ſub anno mundi* 3272.
vbi loquens de Recabitis ait: *Vocantur Scribæ, ſi-*
155 *ue Doctores.* Multi autem iſtorum ſcribarum tem-
pore Chriſti adiuncti ſunt Phariſæis, & eorum
156 prorſus mores exhibenrt apoſtatauıcs ab ordine
prophetico, quod non eſt mirum, cum hodie
etiam in multis religionibus, & Apoſtatas, & hæ-
reticos videamus.
Poſtquam ergo Eliſæus per multos annos Re-
157 ligionem propheticam gubernauit mortuus eſt
anno mundi 3204. *die* 15. *Iunij.* Ante autem mor-
tem ſuam propoſuit Carmelitis pro Generali eius
158 loco Ionadab filium Recab vt ſupra diximus. Alij
dicunt propoſuiſſe Obed prophetam, ita Caietan.
in 2. *Paralipomen.* 28. Lezana *anno mundi* 3204.
159 *n.* 9. Hinc generali reliquit Eliſæus pallium Eliæ,
quod ei ceciderat quando raptus fuit Elias, quod
pallium conſeruatum fuit à Carmelitis vſque ad
hæc tempora, nam vt ait Sebaſtianus Salmanti-
cenſis Epiſcopus in ſua hiſtoria, huius Pallij pars
in Arca Ouetenſi in Hiſpaniis opera S. Fulgentij
conſeruata, reſeruatur, ita etiam ait Lezana, *ſupra*
num. 10. Pallium autem album fuiſſe conſtat ex
Ioanne Ieroſolymitano *lib. relato cap.* 40.
160 Cum igitur Religio prophetica plus in dies
augeretur, *anno mundi* 3279. *& ante Chriſtum*
774. Accidit illa Iſraelis tranſlatio in Aſſyrios
facta à Rege Aſſyriorum, vt patet *ex* 1. *Paralipom.*
v. 26. In qua tranſlatione multa Collegia Car-
161 melitarum periere, Speciali tamen prouidentia
remanſit Collegium Carmeli, vt ait Ioannes Ie-
162 roſolymitanus. *cap.* 26. Imo ipſi Religioſi Car-
melitæ tranſlati cum populo ad Aſſyrios ibi alia
Collegia conſtruxerunt, ſuam religionem obſer-
uantes, quibus non nocebant Aſſyrij, vt ait An-
bertus Miræus *in tractatu de origin. Carmelitan.*
ſub anno 3279. Florebat autem adhuc *anno mundi*
3394. Obed propheta, qui vel immediatè ſucceſ-
163 ſit Eliſæo, ſiue Ionadab, vt *ſupra* diximus. Hic
autem cum Nabuchodonoſor Rex Babylonis ve-
niſſet ſuper Iudam, & Hieruſalem ingreſſus fuit
cum aliis filiis prophetarum ciuitatem fugientes
à facie Chaldæorum, & eum ibi habitarent fecit
eis Ieremias illam promiſſionem inſignem nomi-
164 ne Dei, ſcilicet; *Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab*
filij Recab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus;
165 Quæ prophetia adimpleta eſt in continuatione,
& perpetuitate inſtituti Recabitarum per ipſos
Recabitas, Eſſenos, & alios monachos Carmeli-
tas legis gratiæ, qui ab ipſis emanarunt, vt ſuis
locis dicemus, ita Ioannes Hieroſolymitanus *lib.*
relato cap. 17. Thomas Waldenſis, *in doctrinali*
fidei lib. 1. *art.* 1. *cap.* 6. Fr. Franciſcus à S. Maria
in hiſtoria prophetica lib. 2. *cap.* 20. *n.* 11.
Anno igitur mundi 3447. & ante Chriſtum
600. capta eſt Hieroſolyma à Chaldæis, & om-
nes habitatores traduxerunt in Babylonem cum 166
Sedecia Rege ſuo. Noſtri tamen Carmelitæ Re-
cabitæ aliqui dimiſſi ſunt in Hieruſalem cum Ie- 167
remia à Nabuzardan principe militiæ Chaldæorum.
Hi videlicet, qui Hieroſolymis habitabant. Alij 168
vero conuentus tranſlati ſunt cum populo in Ba-
bylonem, illi tamen qui Carmelum habitabant
illic permanſerunt, nec eis Chaldæi aliquam iniu-
riam intulerunt, vt ait Ioannes Hieroſolymitanus
dicto lib. cap. 26. & ad confuſionem aliorum Iudæo-
rum, nam eis parcebant inimici, quia vero Deo
ſeruiebant. Ex his autem diſcipulis Eliæ, qui
tranſlati ſunt cum populo poſtea diſperſi ſunt 169
cum populo per totum orbem, vnde aliqui ex
his tranſlati ſunt in Hiſpaniam, vt ait Luitprandus
pagin. 49. *num* 263. vbi ait: *Magna pars eorum*
qui ex Iudæa traiecerant in Hiſpaniam tempore Na-
buchodonoſoris erat ex diſcipulis Sanctorum Eliæ, &
Eliſæi. Imo Diuus Athanaſius prout refert Pru-
dentius de Sandoual *de antiquitate Tudenſis Eccle-* 170
ſiæ in principio. ait hæc verba; *Ego nouι S. Petrum*
primum Bracharenſem Epiſcopum, quem antiquum
prophetam ſuſcitauit S. Iacob Zebedæi filius magiſter
meus. hic venerat cum duodecim tribubus miſſis à Na-
buchodonoſor in Hiſpaniam à Hieroſolymis. Duce
Nabuzardan, vel Pyrrho Hiſpaniarum præfecto, di-
ctus eſt hic propheta Samuel iunior, vel Malachias
ſenior Vriæ prophetæ filius qui factus Epiſcopus mul-
tos Iudæorum ad fidem conuertit dicens eo veniſſe cum
eorum maioribus, & prædicaſſe tranſmigratis, obiiſſe
vero viginti annos poſt aduentum eorum in Hiſpa-
nias. Hic vir Apoſtolicus, acceptis à Iacobo inſtitu-
tionibus Apoſtolicis, &c. Quem caſum mirabilem,
etiam refert Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, tit.* 3.
cap. 8. *n.* 21. & alij.
Toto autem tempore captiuitatis non defue- 171
re ordinis prophetici cuſtodes in Iſraël, vt con-
ſtat de Carmeli incolis, quos diximus ibi re-
manſiſſe. Sed etiam de aliis prophetis exiſten-
tibus in captiuitate, ſcilicet Daniel, qui in ge-
neralatu ſucceſſit Ionadab filio Recab; Et erat 172
cum eo Aggæus, Zacharias, Malachias, Habacuc,
qui obiit anno mundi 3514. ante Chriſtum 539.
Poſtquam autem populus multis annis fuit in
captiuitate, reſtitutus fuit à Dario Rege in Hie-
ruſalem anno mundi 3543. ante Chriſtum 519. 173
Et templum reædificatum fuit ad id inſtantibus
prophetis Aggæo, qui iam ſucceſſerat in genera-
latu Danieli, cum Zacharia, qui erat de ordine
prophetico, qui etiam curarunt, vt ordo pro-
pheticus, qui multam ruinam paſſus fuerat ex-
citaretur, & promoueretur, vt fecerunt, non
tam prophetarum, & Recabiatum nomine,
vt prius, quam ſub Eſſenorum, vel Aſſidæo- 174
rum, vt ait Scaliger relatus à Serario *in Mi-*
neruali lib. 5. *cap.* 10. Lezana *anno mundi* 3535.
num. 1. Hoc autem tempore ſucceſſit in ge-
neralatu ordinis Malachias de quo *Eſdra* 3. vt
ait Vilalpandus *in apparatu vrbis, & templi lib.* 3. 175
cap. 1. Fanet Boulducus, *lib. de Eccleſia ante le-*
gem cap. 17.
Iſti autem Eſſeni caſtitatis obſeruantiſſimi
erant, vt ait Ioſephus *lib.* 2. *de bello Iudaico c.* 7. vbi 176
etiam ait ipſos paupertatem maximè colere, & obe-
dientiam, ſic enim ait Ioſephus *loco citato Veneratio.*

quoque apud eos magna legiſlatoris erat. Et inſts:
177 *Nihil ſine præcepta curatores.* Vnde iſti Eſſe-
ni vtpote filij & ſucceſſores Recabitarum cum
eiuſdem inſtituti fuerint eodem pari titulo Reli-
gioſorum illius legis potiri debent, vnde illorum
inſtitutum Religionem appellant Philaſtrius de
hæreſibus vbi ait: *Eſſeni ſunt qui monachorum vi-
tam exercent.* Caſſaneus *in catalogo gloriæ mundi
p.4.co ſid.53.* vbi ait: *Eſſeni ferè in omnibus vitam
monaſticam ducebant.* Iſti autem Eſſeni idem in-
ſtitutum profitebantur Eliæ, ac Recabitæ, ſiqui-
dem ab eis ortum duxerunt, vt *ſuprà* diximus.
Tum quia in Carmelo, & aliis locis, in quibus
antea Recabitæ habitabant ſucceſſerunt, ita Ioan-
nes Ieroſolymitanus *in dicta. lib. cap.* 11. Tambu-
rinus *de iure Abbatum d. 2.q.* 1. & alij multi, quos
refert. & ſequitur Lezana *anno mundi* 3545. *n.* 41.
178 Vnde id quod aliqui dicunt Eſſenos fuiſſe hære-
ticos, non de noſtris Eſſenis intelligendum eſt;
ſed de aliquibus pſeudo-Eſſenis, vel non de om-
nibus, ſed de aliquibus, qui doctrinam Chriſti
amplecti renuerunt, vt bene Fr. Franciſcus à S. Ma-
ria *in ſua Apologia ad hiſtoriam propheticam p.2.
§ 11. n.99.*
179 Perſeverarunt igitur iſti Eſſeni etiam poſt mor-
tem Aggæi, & Zachariæ, quos promotores ipſo-
rum ſupra diximus, quibus ſucceſſere Aſſidei, qui
ex illis Eſſenis erant, ſiquidem poſt plures annos
illorum commemoratur Scriptura 1. *Machabæo-
rum* 2. *v.* 42. Tum congregata eſt ad eos Synago-
ga Aſſideorum, & 1 *Machabæorum* 7. *v.* 12. Item
2. *Machabæorum* 1. *v.* 6 Hos autem Eſſenos, ſiue
Aſſideos poſtea reformavit Eſdras, qui ſucceſſit
Malachiæ *anno mundi* 3608. & ante Chriſtum
180 445 imponendo eis nomen ſcribarum, quod no-
men antea habuerant. vt *ſuprà* diximus. Ipſe ta-
181 men Eſdras fuit princeps & veluti generalis reli-
gionis propheticæ, ita Serarius in *Trihæreſca lib.* 2.
*c.*7. & latius Lezana *anno mundi* 3608. Quod autem
huiuſmodi Aſſidei, qui ab aſſiduitate orandi Aſſi-
dei dicti ſunt, quos poſtea appellauit Eſdras Scri-
bas fuerint ex ordine prophetico patet, quia erant
iidem cum Eſſenis, vt ait Genebrardus *lib.* 2.
Chronolog. ſub anno mundi 3911. & alij multi
quos refert, & ſequitur Lezana *anno mundi* 3847.
*num.*5.
182 Eſdræ autem ſucceſſit in generalatu Aſſideorum
anno mundi 3887. & ante Chriſtum 166. Iudas
Machabæus, vt patet ex 2. *Machabæorum* 14. *v.* 6.
vbi impius Alcimus ad Regem Demetrium ve-
niens dicebat. *Ipſi qui dicuntur Aſſidei Iudæorum,
quibus præeſt Iudas Machabæus, bella nutriunt, & ſe-
ditiones mouent, nec patiuntur Regnum eſſe quietum.*
Quo loco cum prælatus Aſſideorum vocetur,
clare etiam ipſum Aſſideum fuiſſe denotatur. Vn-
de merito cum, & Aſſideos ordinis prophetici
cultores recenſent Serarius *in cap.* 7. *lib.* 1. *Macha-
bæorum* & *cap.* 14. *lib* 2. Et de illis intelligit illud
Apoſtoli *ad Hebræos* 11. Circuierunt in melotis,
in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, quibus di-
gnus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes,
in montibus, & ſpeluncis, & cauernis terræ. Quo-
rum ratio eſt quia hi ſubditi Iudæ fugientes ſæuł-
183 tiam Antiochi habitabant in ſylvis. & come-
debant veluti pecora, vt ait Ioſephus Gorioni-
des *lib* 3. *cap.*3. Vnde inter multos, qui in ea per-
ſecutione mortui ſunt, vnus fuit Eleazarus vt pa-
tet *ex cap.* 6. *lib.* 2. *Machabæorum.* Qui erat Eſſe-
nus & ex noſtra familia Prophetica & vnus ex
principalioribus illius, vt ait Lezana *anno mun-
di* 3887. *num* 5. Mortuus etiam fuit Bazias, qui
Eſſenus, ſiue Aſſideos erat, vt patet ex *Macha-
bæorum* 14. vbi ait textus, *Hic multis temporibus
continentiæ propoſitum tenuit in Iudaiſmo, corpuſ-
que, & animam tradere contentus pro perſeueran-
tia, quibus verbis denotatur votum quod habebat ca-
ſtitatis.*
Anno autem mundi 3895. & ante Chriſtum 184
138. mortuus eſt Iudas Machabæus, Ei ſucceſſit in
generalatu ordinis prophetici Ionathas pater eius.
vt ait Genebrardus *lib.* 2. *Chronolog. ſub Ionatha
principatu*, Lezana *anno mundi* 3895. *n.* 5. Mortuo
autem Ionatha ei ſucceſſit in generalatu ordinis
prophetici Iudas, qui Hircani tempore viuebat, de
quo Ioſephus *lib.* 1. *de bello Iudaico c.* 3. de quo
etiam Salian *ſub ann.*3930.*n.*8. vbi ait: *Eum eſſe ex* 185
*ſecta Eſſenum, & virum religione, & prophetia gra-
tia celebrem, ideoque magna apud Iudæos omnes Au-
thoritatis, præſertim circa ea, quæ ad Religionem, &
Dei cultum pertinerent.* Non erat autem hic Iudas
Machabæus, ſed alius Iudas. vt patet ex 2. *Machab.*1.
& latè probat Lezana *anno mundi* 3920. *n.* 7. &
3952. *n.*2. Anno autem mundi 3976. & ante Chriſtum
77. reuelata fuit incarnatio filij Dei noſtris Car- 186
meliris in Carmelo habitantibus, vt teſtatur Petr.
Morales *in Matth. cap.*1. *lib.* 1. *tract.* 6. & multi
alij Authores quos larga manu refert Lezana,
anno mundi 3976. *n.* 6. Vbi etiam refert quo-
modo id acciderit, quod nos breuitatis cauſa omit-
timus,
Rebus ſic ſtantibus & Eſſenis habitatoribus
Carmeli pace fruentibus toto tempore Imperij
Iulij Cæſaris, & Octauiani Augoſti, qui anno mun-
di 4011. Ante Chriſtum vero 42. ſuſcepit clauum
Imperij Romani, & regnante in Iudæa Herode, 187
anno mundi 4037. & ante Chriſtum 15. Imperij
vero Roman.31. Auguſti Cæſaris 26. & Herodis
regni 32. concepta fuit Virgo Maria ſanctiſſimá
ſine labe peccati originalis, vt latè probat Lezana,
anno mundi 4037. *n.*6. Hoc autem myſterium im-
maculatæ conceptionis antea Patri noſtro Eliæ
reuelatum fuerat in Carmelo in illa nubecula par-
ua vt ait Ioannes Ieroſolymitanus *dicto lib.cap.*32. 188
Ex quo tempore inter diſcipulos Eliæ hoc myſte-
rium puriſſimæ conceptionis celebratum fuit. Vn-
de Petrus Oxella Ieſuita *in informatione pro imma-
culata Virginis conceptione fundamento* 1. congratu-
latur noſtræ Religioni Carmelitanæ, quod à duo-
bus millibus quingentis, & ſupra annis huius ve-
luti traditionis teſtimonium proferre poſſit; ſed
de his vide latius Lezanam *anno mundi* 4037.
*num.*8.
Hæc autem ſanctiſſima Virgo tempore quo 189
fuit in templo præſentata, votum fecit virginita-
tis, quod Pontifici, & Eſſenis noſtris indicauit,
vt notat cum aliis Lezana *anno mundi* 4042. *num*
1. & 3. Imo aliqui dicunt ſanctiſſimam Virgi-
nem ſumpſiſſe inſtitutum Eſſenum, & Elianum,
ita Carthagena 4. *tom. homil. homil. de Carmel.*
Muñoſius *in propugnaculo Eliæ lib.* 1. *titul.* 2. *cap.*
3. *num.* 4. Quod tamen eatenus ſolum accipien-
dum videtur, quatenus eminentiſſima ſuæ vi-
tæ ratione quidquid in Eſſeno, & Eliano inſtitu-
to probitatis, & perfectionis erat amplexata ſit,
iuxta modum quo ſimiliter de Chriſto dicemus
intelligendos eos, qui ipſum vitam Eſſenorum æmu-
latum fuiſſe dixerunt, de quo inferius. Anno au- 190
tem mundi 4051. & ante Chriſtum 2. deſponſata
fuit

fuit B. Virgo Maria Ioſeph. vt late probat Lezana *ibi*. hoc tempore floruit in Carmelo S. Aggabus, vt ait Durlandus *in vita S. Anna c.6.*

Anno autem mundi 4052. incarnatus fuit filius
191 Dei in vtero B. Virginis Mariæ & eodem anno 24. Iunij natus fuit Ioannes Baptiſta præcurſor Domini, qui venit in ſpiritu, & virtute Eliæ, nam vt ait Abulenſis 4. *Reg. 1. quæſt.* 24. Secutus eſt per
192 omnia vitam Eliæ, ita vt à Iudæis putaretur eſſe Eliam, vnde illius inſtitutum accepit, & fuit verus monachatus Carmelita, & princeps monachorum
193 noſtri ordinis in lege gratiæ vt infra dicemus, & patet ex teſtimonio Bellarm. *lib. 2. de monachis c.5.* vbi ait: *Denique Ioannem Baptiſtam monachorum, & Eremitarum principem fuiſſe ſubſcribant ferè omnes Patres.* Cum ergo tempore Ioannis nulli fuiſſent
194 monachi, vel eremitæ, quam Carmelitæ, dare euidenter ſequitur Ioannem Baptiſtam fuiſſe in lege gratiæ primum illorum principem, & generalem, & relictis innumeris teſtimoniis, quos poſſem afferre, accipe vnum tantum Dominici Soti *in 4. ſentent. quæſt. 2. art. 1.* vbi ait: *Ante Chriſti aduentum Eſſenorum collegium in deſerto Iudææ more monachorum anachoretarum ſanctiſſimam degiſſe vitam, ab vxoribus prorſus & omni fœmineo conſortio ſemotiſſimam, quorum inſtitutum ſecutus eſt Ioannes Baptiſta.* Vide alia multa pro probanda hac veritate apud Lezanam *anno mundi* 4052. *num.* 31.

Adduntque aliqui, etiam Chriſtum Eſſenum vocari poſſe, quia vita ipſius Eſſenorum inſtitutum ſapiebat, ita multi quos refert Lezana *anno mundi* 4065. *num.* 5. Verum cum communis ſenſus Ec-
195 cleſiæ ſit, Chriſtum communem vitam cum aliis hominibus fuiſſe ſecutum, vtpote omnium magiſtrum nullo modo eſt dicendum vitam Eſſenorum, tam à communi vita hominum ſeparatam egiſſe, quamuis quidquid in Eſſeno inſtituto probatis, & perfectionis erat, eminenter in vita
196 Chriſti, etiam contineretur, vt diximus de Beata Virgine. Hæc autem Sanctiſſima Virgo multoties ad Montem Carmelum venerat, & cum Carmelitis ſæpe ſæpius conuerſabatur, vt patet ex lectionibus Feſti commemorationis ſolemnis eiuſdem Beatiſſimæ Virginis de monte Carmelo, vbi dicitur. *Ipſius colloquiis, & familiaritate frui potuere.* Quæ lectiones approbatæ ſunt à Congregatione Rituum. Tum quia ita docent Ioannes Hieroſolymitanus *in dicto lib. cap. 25.* vbi ait: *Dei genitrix à profeſſoribus huius religionis multoties fuit viſa.* Et Ioannes Groſſus *in ſuo viridario clauſ. 1.* ait: *Ipſa virgo glorioſa mater, tanquam ſuos ipſos filios Prophetarum viſitauit ſæpius, vt fratres, & ipſi primi ad honorem glorioſa Virginis Cappellam fabricarunt.* mitto alia teſtimonia, quæ affert Lezana *anno* 4065. *num.* 7.

Anno autem mundi 4081. & Chriſti 17. cœpit
197 Ioannes Baptiſta iam factus ordinis Carmelitani Generalis prædicare, & baptizare, & inter eos, qui eius prædicatione baptiſmum ſuſceperunt fuere Eſſeni, vt patet *ex lectionibus officij B Virginis*
198 *de monte Carmeli*, vbi dicitur: *Viri plurimi, qui veſtigiis ſanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſei inſtiterant Ioannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti aduentum comparati fuerant.* Mortuo igitur Domino noſtro
199 Ieſu Chriſto, in die Pentecoſtes ſequenti, multi Carmelitæ erant in cœnaculo cum Apoſtolis; ſuper quos deſcendit Spiritus Sanctus, vt patet *ex Actor. 2. v. 5. Erant autem in Ieruſalem habitantes Iudæi viri religioſi ex omni natione quæ ſub cœlo eſt.* Vt latè probat Lezana *anno mundi* 4086. Hæc igitur fuit ſucceſſio Carmelitarum ab Elia vſque ad finem legis veteris. Promulgata autem lege Euangelica, multi Carmelitæ ſecuti ſunt illam, vt
patet *ex officio Commemorationis ſolemnis B. Vir-* 200
ginis lectione 4. vbi dicitur, *Viri plurimi qui veſtigiis ſanctorum Patrum Eliæ & Eliſei inſtiterunt verum veritate perſpectu, atque probatu, Euangelicam fidem confeſtim amplexi ſunt.* Et latè probat Lezana *anno mundi* 4086. *& Chriſti* 34. Quomodo autem Carmelitarum ordo ex tunc proceſſerit, & quæ fuerit illius continuatio iam explico.

§. X.

Refertur hæreditaria ſucceſſio Religionis Carmelitanæ in lege gratiæ à Ioanne Baptiſta vſque ad S. Bertoldum.

SVMMARIVM.

201 *Anno Chriſti 64. ſucceſſit Ioanni Baptiſtæ in generalatu Ordinis Carmelitani S. Enoch ab Amatim.*
202 *Anno Chriſti* 110. *ſucceſſit S. Enoch S. Ignatius martyr.*
203 *Anno Chriſti* 168. *ſucceſſit S. Frontonius.*
204 *Anno Chriſti* 179. *ſucceſſit S. Serapionus.*
205 *Anno Chriſti* 190. *ſucceſſit S. Elanas martyr.*
206 *Anno Chriſti* 264. *ſucceſſit S. Samonias.*
207 *Anno Chriſti* 272. *ſucceſſit S. Dionyſius.*
208 *Anno Chriſti* 276. *ſucceſſit S. Speredion.*
209 *Anno Chriſti* 357. *ſucceſſit S. Antonius Abbas.*
210 *Anno Chriſti* 380. *ſucceſſit S. Eathitius.*
211 *Anno Chriſti* 386. *ſucceſſit S. Cyrillus.*
212 *Anno Chriſti* 432. *ſucceſſit Ioannes Hieroſolymitanus.*
213 *Anno Chriſti* 455. *ſucceſſit S. Carpuſius.*
214 *Anno Chriſti* 520. *ſucceſſit S. Sabbas.*
215 *Anno Chriſti* 536. *ſucceſſit S. Theotitas.*
216 *Anno Chriſti* 540. *ſucceſſit S. Theodoſius.*
217 *Anno Chriſti* 556. *ſucceſſit S. Ioannes Sylenciarius.*
218 *Anno Chriſti* 557. *ſucceſſit S. Quiriacus.*
219 *Anno Chriſti* 600. *ſucceſſit S. Ioannes Calebita.*
220 *Anno Chriſti* 615. *ſucceſſit S. Alypius.*
221 *Anno Chriſti* 635. *ſucceſſit S. Melito.*
222 *Anno Chriſti* 714. *ſucceſſit Sanctus Theodorus.*
223 *Anno Chriſti* 780. *ſucceſſit S. Nicetas.*
224 *Anno Chriſti* 854. *ſucceſſit S. Petrus.*
225 *Anno Chriſti* 990. *ſucceſſit S. Simon Armenus.*

EXplicata iam continuata ſucceſſione Religionis prophetiæ in lege veteri ſupereſt, vt explicemus ſucceſſionem, & continuationem in lege Euangelica. Primus igitur Generalis in lege gratiæ fuit S. Ioannes Baptiſta, etiam ante Chriſti mortem ita Paleonydorus *lib. 2. cap. 1.* vbi ait: *Tunc primum, & præcipuum Carmelitarum caput Ioannes apparuit Baptiſta.* Ita etiam Ioannes Hieroſolymitanus, & alij, quos lata manu refert Caſſanate in Paradiſo Carmelitici decoris anno Chriſti 1. *cap.* 2.
Secundus generalis fuit S. Enoch ab Amatim anno 201

Chriſti 64 ita ex Coria Caſanate, *ætate 2. poſt Chri-*
203 *ſtam cap* 12. Tertius generalis fuit S. Ignatius mar-
tyr, anno Chriſti 110. ita Caſanate, *ætate 3. poſt*
Chriſtum cap. 24. Quartus generalis fuit S. Fron-
tonius anno Chriſti 168. ita ex Coria Caſanate,
203 *ætate 3. poſt Chriſtum cap.* 27. Quintus generalis,
204 fuit S. Serapionus anno Chriſti 179. ita ex Coria
Caſanate, *ætate 3. poſt Chriſtum cap.* 30. Sextus ge-
205 neralis fuit S. Elanus martyr anno Chriſti 190. ita
Caſanate, *ætate 3. poſt Chriſtum cap.* 31. Septimus
generalis fuit S. Samonius natione Græcus anno
206 Chriſti 264. ita Caſanate, *ætate 4. poſt Chriſtum*
cap. 38.

Octauus generalis fuit S. Dionyſius natione Sy-
207 rus, anno Chriſti 1/1. ita ex Coria Caſanate, *æta-*
te 4. poſt Chriſtum cap. 39. Nonus generalis fuit
208 S. Spiridion anno Chriſti 276. ita Caſanate; *ætate*
4 poſt Chriſtum cap. 40. Decimus generalis fuit S.
209 Antonius Abbas magnus nuncupatus anno Chri-
ſti 357. ita Caſanate, *ætate 5. poſt Chriſtum cap.* 77.
220 Vndecimus generalis fuit S. Euthicius Græcus an-
no Chriſti 380. ita Caſanate, *ætate 5. poſt Chriſtum*
211 *cap.* 102. Duodecimus generalis fuit S. Cirylles na-
tione Græcus, anno Chriſti 386. ita Caſanate,
ætate 5. poſt Chriſtum cap. 115. Decimus tertius ge-
neralis fuit Ioannes Hieroſolymitanus anno
212 Chriſti 432. ita Caſanate, *ætate 6. poſt Chriſtum*
cap. 1 Decimus quartus, generalis fuit S. Carpaſius
anno Chriſti 455. ita Caſanate, *ætate 6. poſt Chri-*
213 *ſtum cap.* 15. Decimus quintus generalis fuit S. Sab-
bas anno Chriſti 510. ita Caſanate, *ætate 7. poſt*
214 *Chriſtum cap.* 13. Decimus ſextus generalis fuit S.
215 Theotiſtus Græcus anno Chriſti 536. ita Caſanate;
ætate 7. poſt Chriſtum cap. 36.

Hic Caſanate *ætate* 13. *poſt Chriſtum cap.* 1. ait
ſe non inuenire in authoribus ſequentes Genera-
les, & ideo ſuſpicari per illud tempus gubernaſſe
religionem Patriachas Hieroſolimitanos facul-
tate ad id à ſummis Pontificibus, quod poſſe eſſe
admittit Vaſques 1. 2. *quæſt. 6. art. 4. d.* 195. & nul-
lam habet difficultatem, cum id hodie in monia-
libus ſubiectis Epiſcopis videamus. Verum ergo
non contentus hac ſolutione, licet eam improba-
bilem non teneam, perquirendo in noſtris Au-
thoribus continuationem huius ſucceſſionis inue-
216 nio, quod Theotiſto ſucceſſit S. Theodoſius in ge-
neralatu anno Chriſti 540. qui vixit 140. annis
217 ita Coria *lib. 9. c.* 22. Teodoſio vero ſucceſſit S. Ioã-
218 nes Sylenciarius, anno Chriſti 556. ita Coria *ibi*:
Huic vero ſucceſſit S. Quiriacus anno Chriſti 557.
219 ita Coria *eodem loco*. Huic ſucceſſit S. Ioannes Ca-
220 lebita anno Chriſti 600. ita Coria *eodem loco*. Huic
ſucceſſit S. Alypius anno Chriſti 615. ita Coria
221 *ibidem*. Huic ſucceſſit S. Theodorus Studita anno
222 Chriſti 714. ita Lippomanus *tom.* 5. Antonius de
225 lepe *tom. 3. hiſtoria S. Benedicti anno* 826. Huic ſuc-
ceſſit S. Nicetas Græcus anno Chriſti 780. ita
224 S. Angelus *Catalog.* 85. Huic ſucceſſit S. Petrus an-
no Chriſti 854. ita Coria Delucid. *lib. 9. cap.* 29.
225 Huic ſucceſſit S. Simon Armenus anno Chriſti
990. ita Pr. Marcus à Guadalaxara in *Catalogo*
Sanctorum Carmelitarum.

§. XI.

Refertur hæreditaria ſucceſſio Religionis Carmelitanæ in lege gratiæ à S. Bertoldo primo Generali Latinorum vſque ad hæc tempora.

SVMMARIVM.

226 *Anno 1096. Aimericus reduxit Eremitas Carmelitas ad vitam cœnobialem, extra tamen ciuitates.*
227 *Edificauit cœnobium in Carmelo, & illi poſuit generalem S. Bertoldum, qui ſucceſſit Simonê Armeno anno Chriſti 1121. & fuit primus generalis Latinorum.*
228 *Anno Chriſti 1166. ſucceſſit S. Brocardus.*
229 *Anno Chriſti 1171 S. Brocardus petiit regulam à S. Alberto.*
250 *Anno Chriſti 1225 ſucceſſit in generalatu ordinis S. Cyrillus Græcus.*
231 *Anno Chriſti 1229. ſucceſſit S. Bertoldus.*
232 *Anno Chriſti 1237. ſucceſſit S. Albanus.*
233 *Anno Chriſti 1250 ſucceſſit S. Simon Stokio.*
234 *Anno Chriſti 1266. ſucceſſit Nicolaus Gallicus*
255 *Anno Chriſti 1272. ſucceſſit Venerabilis Rodulphus Tudeſcus.*
236 *Anno Chriſti 1275. ſucceſſit Petrus de Emiliano.*
237 *Anno Chriſti 1297. ſucceſſit Raymundus de Inſulis.*
258 *Anno Chriſti 1307. ſucceſſit Gerardus à Bononia.*
239 *Anno Chriſti 1317. ſucceſſit Simon de Spiera.*
240 *Anno Chriſti 1318. ſucceſſit Guidus de Terrena.*
241 *Anno Chriſti 1321. ſucceſſit Ioannes de Merlo.*
242 *Anno Chriſti 1342. ſucceſſit Petrus Raymondus.*
245 *Anno Chriſti 1356. ſucceſſit Ioannes Baliſtarius.*
244 *Anno Chriſti 1375. ſucceſſit Bernardus Olinarias.*
245 *Anno Chriſti 1381. ſucceſſit Michaël Angrianus.*
246 *Anno Chriſti 1387. ſucceſſit Ioannes à Raude.*
247 *Anno Chriſti 1405. ſucceſſit Matthæus à Bolonia.*
248 *Anno Chriſti 1412. ſucceſſit Ioannes Groſius.*
249 *Anno Chriſti 1425. ſucceſſit Bartholomæus Rocolius.*
250 *Anno Chriſti 1430. ſucceſſit Ioannes Faco.*
251 *Anno Chriſti 1451. ſucceſſit B. Ioannes Soretas.*
252 *Anno Chriſti 1472. ſucceſſit Chriſtophorus Brixienſis.*
253 *Anno Chriſti 1482. ſucceſſit Pontius Raymondus.*
254 *Anno Chriſti 1503. ſucceſſit Petrus Terraza.*
255 *Anno Chriſti 1513. ſucceſſit Baptiſta Mantuanus.*
256 *Anno Chriſti 1517. ſucceſſit Bernardus Landucius.*
257 *Anno Chriſti 1524. ſucceſſit Nicolaus Audithius.*
258 *Anno Chriſti 1564. ſucceſſit Ioann. Bapt. Roſta.*

259 Hic

259 *Hic generalis anno Chriſti 1567. dedit facultatem S. M. noſtra Thereſiæ erigendi conuentus monialium, & Religioſorum diſcalceatorum ſub regula primitiua.*

260 *Anno Chriſti 1580. ſucceſſit Ioannes Baptiſta Gaſardus.*

261 *Anno Chriſti 1593. ſucceſſit Ioannes Stephanus Chyzola.*

262 *Eodem anno in Capitulo generali Cremonæ facto ſub eodem Generali ſeparati ſunt excalceati ab obſeruantibus.*

263 *Anno Chriſti 1593. Electus fuit primus generalis diſcalceatorum Congregationis Hiſpaniæ, Nicolaus à Ieſu Maria.*

264 *Anno Chriſti 1594. ſucceſſit Elias à S. Martino.*

265 *Anno Chriſti 1600. ſucceſſit Franciſcus à Matre Dei.*

266 *Anno Chriſti 1607. ſucceſſit Ildephonſus à Ieſu Maria.*

267 *Anno Chriſti 1613. ſucceſſit Ioſephus à Ieſu Maria.*

268 *Anno Chriſti 1619. ſucceſſit Ildephonſus à Ieſu Maria ſecunda vice.*

269 *Anno Chriſti 1625. ſucceſſit Ioannes à Spiritu Sancto.*

270 *Anno Chriſti 1631. ſucceſſit Stephanus à S. Ioſeph.*

271 *Anno Chriſti 1637. ſucceſſit Ioannes à Spiritu Sancto ſecunda vice.*

272 *Anno Chriſti 1643 ſucceſſit Ioannes Baptiſta.*

273 *Anno Chriſti 1649. ſucceſſit Hieronymus à Conceptione*

274 *Anno Chriſti 1655. ſucceſſit Didacus à Præſentatione.*

275 *Anno Chriſti 1661. ſucceſſit Gabriël à Matre Dei.*

276 *Anno Chriſti 1664. ſucceſſit Stephanus à S. Ioſeph.*

277 *Carmelitana Religio, quæ hodie viget eſt ipſamet, quam parens Elias in Carmelo inſtituit ſine vlla interruptione.*

278 *Solum differt ab ea quam parens Elias inſtituit accidentaliter ob ſolemnitatem, quam ex Chriſti inſtitutione habet.*

279 *In re nimis antiqua ſufficiunt ſcriptorum teſtimonia ad probandam antiquitatem.*

280 *Probatur Carmelitana ſucceſſio ex variis iuris regulis.*

FLoreſcente igitur toto hoc tempore Carmelitano ordine in Tebaida, Egypto, & Paleſti-
256 na, Carmelo, & aliis Eremis, anno Chriſti 1096. Aimericus Patriarcha Antiochenus videns Carmelitanum ordinem in Eremis habitare, non tam commodum eſſe populis, ad cœnobialem vitam, extra tamen ciuitates, qua populo eſſent vtiliores reducere inſtituit & in Carmelo celebre cœnobium ædificauit, quo collegialiter in vnum intra clauſtra, & dormitoria communia, communem diu, noctuque vitam monaſticam more Latinorum peragerent, & ei præpoſuit anno Chriſti 1121. S. Bertoldum, qui erat monachus Carmeli, quem ipſi Carmelitæ more Latinorum generalem
257 appellarunt, antea namque Abba nomine more Græcorum prælatus generalis appellabatur. Voluit tamen Aimericus hanc monachorum Eccleſiæ Latinæ conſuetudinem noſtrates habere quapropter vetuſtiſſima ordinis omnia monimenta S. Bertoldum primum priorem generalem ordinis inter Latinos annumerant; Ex quo facto aliqui voluere aſſerere, Aimericum fuiſſe inſtitutorem noſtræ Religionis, quod quidem falſum eſt: Aimericus enim nunquam dedit regulam Carmelitis, ſed tantum collegialiter viuere inſtituit, ita cum multis Caſanate, *ætate 13. poſt Chriſtum cap. 5.* & alij ſcriptores noſtri ordinis, & multi exteri, à quibus referendis breuitatis cauſa abſtineo.

Secundus generalis Latinorum fuit S. Brocardus
Hieroſolymitanus anno Chriſti 1166. ita Caſanate, *ætate 13. poſt Chriſtum cap. 111.* Hic generalis 228
videns nouam ſibi viuendi regulam neceſſariam
eſſe, ſiquidem Ioannis Patriarchæ regula, iam
pridem in ordine ſuſcepta, non ſufficere tunc iudicabat, cum anachoreticæ vitæ propoſitum, de
quo ipſa ferebat iam eſſet abſolutum, Albertum
Patriarcham addit, vt ſibi iuxta nouum vitæ propoſitum, nouam viuendi traderet normam, quod
equidem fecit ipſe Albertus Patriarcha Hieroſolymitanus anno Chriſti 1171. eam reducens ex 229
illa regula Ioannis Hieroſolymitani, & ſatis indicant priora verba regulæ Alberti. *Verum quia
requiritis à nobis, vt iuxta propoſitum veſtrum tradamus vobis vitæ formulam, quam tenere in poſterum debeatis &c.* Ceteros generales qui ſequuntur
cum de eis non ſit dubium inter Authores ſuo ordine proponam, ſicut illos proponit Caſanate. *in
ſuo paradiſo Carmelitico decoris ad ann. Chriſti
1225. ætate 24. poſt Chriſtum.*

Tertius igitur generalis inter Latinos fuit S. Cy-
rillus Græcus anno Chr. 1225. Quartus B. Bertoldus 230
anno Chriſti 1229. Quintus S. Albanus Britonus 231
anno Chriſti 1237. Sextus S. Symon Stokio anno 232
Chriſti 1250. Septimus Nicolaus Gallicus anno 233
Chriſti 1266. Octauus V. Redulphus Tudeſcus 234
anno Chriſti 1272. Nonus Petrus de Emiliano 235
anno Chriſti 1275. Decimus Raimundus de Inſu- 236
lis anno Chriſti 1297. Vndecimus Gerardus à Bo- 237
nonia anno Chriſti 1307. Duodecimus Simon de 238
Spiera anno Chriſti 1317. Decimus tertius Gui- 239
dus de Terrena anno Chriſti 1318. Decimus quar- 240
tus Ioannes de Alerbo anno Chriſti 1321. Deci- 241
mus quintus Petrus Raymundus anno Chriſti
1341. Decimus ſextus Ioannes Babſtatius anno 242
Chriſti 1356. Decimus ſeptimus Bernardus Olle- 243
rius anno Chriſti 1375. Decimus octauus Michaël 244
Angrianus anno Chriſti 1381. Decimus nonus 245
Ioannes à Raide anno Chriſti 1387. Vigeſimus 246
Matthæus à Bolonia anno Chriſti 1405. Vigeſi- 247
mus primus Ioannes Groſſius anno Chriſti 1411. 248
Vigeſimus ſecundus Bartholomæus Raccolius
anno Chriſti 1425. Vigeſimus tertius Ioannes Fa- 249
co anno Chriſti 1430. Vigeſimus quartus B. Ioan- 250
nes Soretus, anno Chriſti 1451. Vigeſimus quin- 251
tus Chriſtophorus Brixienſis anno Chriſti 1472. 252
Vigeſimus ſextus Pontius Raymundus anno 253
Chriſti 1482. Vigeſimus ſeptimus Petrus Terræ 254
za anno Chriſti 1503. Vigeſimus octauus Bapti- 255
ſta Mantuanus anno Chriſti 1513. Vigeſimus no- 256
nus Bernardinus Landucius anno Chriſti 1517.
Trigeſimus Nicolaus Audithius anno Chriſti 257
1524. Trigeſimus primus Ioannes Baptiſta Roſſo 258
anno Chriſti 1564. Hic generalis veniens Hiſpaniam, & viſitans ſanctiſſimam Matrem noſtram
Thereſiam dedit ei facultatem erigendi conuentus monialium Carmelitarum excalceatarum Abulæ die 27. Aprilis anni 1567. & poſtea ei dedit 259
facultatem pro patribus Carmelitis diſcalceatis

erigendi

erigendis in conuentu Valentiæ. Trigeſimus ſe-
260 cundus fuit Ioan Baptiſta Gaſſardus anno Chriſti
261 1580. Trigeſimus tertius fuit Ioannes Stephanus
Chyzola anno Chriſti 1593. qui ſolum poſt ſuam
electionem per duas horas vixit in generalatu.

Tempore huius generalis in Capitulo genera-
262 li Cremonæ inito anno Chriſti 1593. communi
Patrum applauſu Diſcalceatorum noſtrorum, feli-
ciſſima Congregatio omnino ſe ab antiqua Car-
meli obſeruantia congregauit, annuente diplomate
Clem. VIII. in duos nobiliſſimos, & fertiliſſimos
palmites multiplicata eſt, illa Carmeli arbor an-
tiqua numquam tantorum temporum procellis la-
befactata, ſed ſemper inconcuſſa manens quaſi
arbor vitæ in medio Paradiſi ſituata, quæ Eliæ
fonte irrigata taliter in dies pullulauit, vt & ter-
tium palmitem procreauerit fertiliſſimum, ſcili-
cet Congregationem noſtrorum Carmelitarum
Diſcalceatorum Congregationis Italiæ; Verum
quia hi tres nobiliſſimi Palmites, hi tres huius ar-
boris rami, hæc tria Eliæ fontis flumina, infini-
tos ferunt fructus odoris, nec ego in tam breui
faſciculo tot heroas, tot inſignes viros poſſum
contexere, ſucceſſionem generalium, tam Obſer-
uantium, quam noſtræ Congregationis diſcalcea-
torum Italiæ ſuis relinquo Authoribus; qui illo-
rum memoriam in ſuis ſcriptis in Eccleſiæ viri-
dario proponent, ego vero ſolum noſtræ congre-
gationis Hiſpaniæ Carmelitarum diſcalceatorum,
quæ prima fuit quæ arborem illam antiquam Car-
meli nouo decore, nouis virgultis, pomis, & fru-
ctibus decorauit è qua poſtea congregatio diſcal-
ceatorum Italiæ pullulauit inecrupto calamo prio-
res generales enumerabo.

Primus igitur huius Carmelitanæ excalceatæ
familiæ Generalis poſt ſeparationem factam anno
263 Chriſti 1593. fuit P. Fr. Nicolaus à Ieſu Maria co-
gnomine Doria, quem Clemens VIII. eodem an-
no ſuo diplomate ex motu proprio omnibus Hiſ-
264 paniæ Excalceatis generalem propoſuit. Secundus
265 fuit Elias à S. Martino anno Chriſti 1594. Tertius
266 fuit Franciſcus à Matre Dei anno Chriſti 1600.
Quartus fuit Ildephonſus à Ieſu Maria anno
267 Chriſti 1607. Quintus fuit Ioſephus à Ieſu Maria
268 anno Chriſti 1613. Sextus fuit Alphonſus à Ieſu
Maria, ſecunda vice, anno Chriſti 1619. Septi-
269 mus fuit Ioannes à Spiritu Sancto, anno Chriſti
270 1625. Octauus fuit Stephanus à S. Ioſeph anno
271 Chriſti 1631. Nonus Ioannes à Spiritu Sancto
272 ſecunda vice, anno Chriſti 1637. Decimus Ioan-
273 nes Baptiſta anno Chriſti 1643. Vndecimus Hie-
ronymus à Conceptione anno Chriſti 1649. Duo-
274 decimus Didacus à Præſentatione anno Chriſti
275 1655. Decimus tertius Gabriël à Matre Dei an-
276 no Chriſti 1661. Decimus quartus Stephanus à
S. Ioſeph. anno Chriſti 1664. Qui hodie noſtrum
excalceatum, Carmelum Hiſpanum ſingulari vi-
gilantia, & ſpeciali ſapientia, & charitate quaſi
è cœlo elapſus dirigit, tuetur, & regit, cuius gu-
bernium, hæc noſtra Luſitana familia nimium
exoptat; ſed proh dolor! bella inter Iberos, & Lu-
ſitanos hac nos felicitate penitus priuant, faxit
Deus, vt pace cuncta compoſita, prout vtraque
nobiliſſima natio ſumme exoptat, bella remouean-
tur, vt hæc noſtra Luſitana prouincia ſuo capi-
ti, à quo abhinc viginti & ſeptem annis eſt ſe-
parata authoritate Pontificia iterum annectatur,
quod ſi fuiſſet ſub illo generali, magni facerent
noſtri Luſitani Carmelitæ, audio etiam illum ma-
xime diligere Luſitanos; eſt enim natione Na-
uarrus, vir literis, & virtute eximia præditus, ſi-
leo ab aliis huius inſignis Patris virtutibus, & do-
tibus referendis, ne ipſius venuſtatem offendam, &
ne noſtris Luſitanis fidelitatis Luſitanæ appaream
ſuſpectus, quod abſit.

Hæc igitur fuit Carmelitani ordinis nunquam
interrupta ſucceſſio ab Elia vſque ad hoc noſtrum
tempus. Exeat nunc neſcio quis mendoſus ille
P. Salinas. & dicat, quia Carmelitana Religio ab
Elia non ſumpſit exordium. Quomodo poteſt fie-
ri, vt Religio Carmelitana ab Elia non proceſſe-
rit., ſi tot ſacri textus teſtimonia, ſi tot Sancti Pa-
tres, ſi tot Pontifices, ſi tot Authores omnium
Religionum, & etiam ſuæ ſocietatis id procla-
mant, ſi Ratio, & ipſamet continuata ſucceſſio id
demonſtrant? crede ergo, ſi non Sanctis Patribus,
vt ſoles, & Pontificibus, ad minus ſacris textibus,
& authoribus tuæ ipſius ſocietatis; ipſi enim ſunt
præcipui patroni, qui hanc noſtram veritatem
defendunt, vt hucvſque monſtramus. Per quod
reſponſum manet argumento, ob quod hæc
adducta ſunt, nam ſi oſtenſum manet ex tot gra-
uiſſimis Authoribus, & Patrum teſtimoniis, Or-
dinem Propheticum ſine interruptione continua-
tum fuiſſe ab Elia vſque ad S. Ioann. Bapt. primum
legis gratiæ Carmelitarum Generalem. Et inde vſ-
que ad S. Brocardum ſecundum generalem Latino-
rum, qui Alberti regulam recepit. Et inde vſ-
que ad hæc tempora, vt ipſi etiam adverſarij fa-
tentur, quis poterit dubitare hanc eandem Reli- 277
gionem Carmelitarum, quæ hodie cum tam exi-
mio decore floret in Eccleſia Dei, eſſe ipſiſſimam
cum ea, quæ floruit in lege veteri ab Elia parente
ſanctiſſimo vſque ad Ioannem Baptiſtam, & ſo-
lum ab ea differre accidentaliter, ob perfectiones, 278
quas illi Chriſtus, & Apoſtoli addiderunt, vt ſu-
prà diximus.

Anno quia in tanta temporum varietate, de
aliquibus Præpoſitis generalibus dubitatur, An
qui proponuntur, vel alij loco ipſorum fuerint,
ideo Religio deſiit eſſe, cum alias tantos, & tot
eximios aſſeclas in omnibus ætatibus oſtendamus,
& Religionis continuationem in Carmelo, & in
omnibus locis, in quibus priora collegia ab Elia,
& Eliſæo fuere primitùs in lege veteri fundata?
Abſit. In re enim tam obſcura, & antiquiſſima,
& de qua nulla extant vetuſta monumenta, cum 279
Carmelus ipſe, qui erat veluti commune Prom-
ptuarium ſub Barbarorum manibus ſæpius ve-
nerit, qui oratorium, cuncta, quæ in eo erant
combuſſerunt, & fratres ibi aſſiſtentes interfece-
runt, non requiritur maior demonſtratio, quam
ea, quæ per teſtimonia relata nos adduximus,
præcipuè cum in tot rationibus non contemnen-
dis, & in ipſa poſſeſſione & præſcriptione Re-
ligionis fundatur, quæ patent ex pluribus dog-
matibus iuris prudentum, quæ refert Bertachi-
nus *in Repertorio part. 4. verbo poſſeſſio*, præcipua
ſunt hæc.

Primum eſt. Poſſeſſio præſumitur ex titulo præ- 280
cedenti. Secundum Poſſeſſio continuata probatur,
probatis extremitatibus temporis, quia medio
tempore præſumitur. Tertium Poſſeſſio præſumi-
tur continuata per eum, qui in præteritum poſſe-
dit, niſi contrarium probetur, ſcilicet quod alius
poſtea poſſederit. Quartum Poſſeſſio Authoris, &
ſucceſſoris præſumitur continuata. Quintum Poſ-
ſeſſio præſumitur continuata tempore turbationis,
& litis

& litis conteſtationis , quando Authot probat de antiquiori. Atqui hæc omnia in hac noſtra cauſa concurrunt , vt hucvſque; latè ex tot patrum Authoritatibus , & poſſeſſione ipſa & præſcriptione probauimus , & ſtatim ex communi & antiqua ordinis traditione monſtrabimus , & nemo eſt qui non videat ; ergo ſolum ille qui non viderit , probabilitatem huius noſtræ ſententiæ non introſpiciet.

§. XII.

Probatur hæc ſucceſſio hæreditaria Religionis Carmelitanæ cum vero ſtatu monachali cum tribus votis obedientiæ , paupertatis, & caſtitatis ab Elia parente noſtro vſque ad hæc tempora per Religionis Carmelitanæ Traditionem.

SVMMARIVM.

281 *Continuata ſucceſſio Ordinis Carmelitana cum vero monachatu ab Elia vſque hæc tempora probatur Religionis traditione.*

282 *Hæc traditio ſine magno fundamento negari non poteſt.*

283 *Hæc traditio probatur plurimorum ſummorum Pontificum authoritate.*

284 *Probatur authoritate Clementis VIII.*

285 *Probatur authoritate multorum SS. Patrum Religionis.*

286 *Probatur authoritate Doctorum exteriorum præcipuè ſocietatis Ieſu.*

287 *Pater Sulinus refellitur.*

288 *Os illius obruditur teſtimonio Academiæ Cantabrigenſis in Anglia.*

289 *Dubitare an ordo Carmeli deſcenderit ab Elia eſt dubium puerile.*

290 *Propoſitio damnata in aliqua Academia catholica poteſt habere ſuſpecta de hæreſi.*

291 *Traditiones particularium prouinciarum habent eximiam authoritatem.*

292 *Traditio Diuum Iacobū veniſſe ad Hiſpaniā eſt vera, & ab Vrbano VIII. vt talis fuit recepta.*

293 *Noſtra traditio eſt vera , & à Pontificibus recipitur.*

294 *Noſtra traditio maximè fauet fidei contra hæreticos huius temporis.*

295 *Teſtimonium domeſticorum admittitur in cauſis ſuorum religioſorum , & communitatum.*

296 *In canonizatione ſanctorum alicuius religionis, Religioſi eiuſdem Religionis aſſumuntur vt teſtes.*

297 *Argumentum contrarium contra hanc noſtrum traditionem poſſunt hæretici facere contra aliquas traditiones Eccleſiaſticas in ordine ad plures articulos fidei.*

298 *Proponitur quoddam cuiuſdam Anonymi argumentum contra hucuſque dicta.*

QVamvis quæ hucuſque diximus ſatis oſtendunt hanc celebrem continuationem , & non interruptam ſucceſſionem , Religionis Carmelitanæ ab Elia Parente auctore , & fundatore cum vero ſtatu monachali , cum tribus votis obedientiæ , paupertatis & caſtitatis , id tamen tandem confirmo ex conſtanti , & perpetua Ordinis traditione , qua ſemper quæ dicta hucvſque manent, fuere in illo recepta , quod ſolum argumentum, ad totum hoc conſilium probandum ſufficiebat , ſiquidem traditio in rebus quæ conſiſtunt in facto , & vetuſtiſſimis, eſt irrefragabile argumentum. Probatur igitur noſtra aſſertio.

Conſtans traditio eſt in tota religione Carme- 281
litana à temporibus immemoralibus , Eliam , &
Eliſæum fundaſſe hanc Carmelitanam religio-
nem , cum vero monachatu , cum tribus votis
eſſentialibus obedientiæ , paupertatis , & caſtita-
tis , & ſic ab Elia fundatam continuatam fuiſſe
per filios Prophetarum , per Recabitas , Eſſenos,
& Aſſideos vſque ad mortem Chriſti , & inde in
lege gratiæ per ipſos Eſſenos , qui legem Euange-
licam ſuſceperunt , & per alios ſanctos eremitas,
qui vſque ad tempus Brocardi in Eremis habita-
runt , & inde per ipſos Carmelitas , qui cœnobi-
ticè in conuentibus vixerunt , vſque ad hæc tem- 282
pora ; ſed huiuſmodi traditio , ſine aliquo ma-
gno fundamento in contrarium negari non po-
teſt ; ergo dicendum eſt Religionem Elianam ab
Elia vſque ad hæc tempora prædicto modo con-
tinua ſucceſſione perduraſſe.

Maior præterquam quod ſit certa , vt patet 283
ex teſtimoniis tantorum Patrum , & Doctorum
quæ hucvſque retulimus probatur , non ſolum
authoritate ſeptem ſummorum Pontificum , qui
de hac hæreditaria ſucceſſione teſtificantur , quæ
ſuprà retulimus , & ex conceſſione officiorum
in toto Ordine Carmelitarum recitandorum pro
prædictis Sanctis , tanquam de Fundatoribus , &
Patronis , ſed etiam authoritate Clementis VIII. 284
in quadam Epiſtola , quam ſcripſit ad Regem
potentiſſimum Perſarum anno 1604. in re-
commendationem priorum Carmelitarum , qui
ad conuerſionem illius Regni abierunt , vbi ait
Pontifex : *Habuerunt olim Religionis huius profeſſo-
res, ſicut à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus
noſtris memoriæ proditum eſt , ſui inſtituti Authores
Sanctos Prophetas Eliam, & Eliſæum , omnibus na-
tionibus , & gentibus notos.*

Deinde probatur authoritate Ioannis Hiero- 285
ſolymitani *in lib. inſtitutionis Monachorum per to-
tum* , qui vixit circa annum Domini 400. & au-
thoritate Sancti Cyrilli Conſtantinopolitani Epi-
ſtola ad Abbatem Ioachim , qui vixit per annos
Domini 1200. Et authoritate Waldenſis in ſuis
ſcriptis contra Wiclefum hæreticum cuius doctri-
na fuit approbata à Sanctiſſimo Papa Martino V.
cum decreto ſuo , & totius Congregationis Car-
dinalium in Bulla eiuſdem ſanctiſſimi quæ incipit,
Placuit nobis , vt refert Coria de antiquitate Ordi-
nis Carmelitani *lib.* 1. *cap.* 12. verſu Non par.
Sed ne aliquis dicat huiuſmodi Authores , etſi
grauiſſimos eſſe proprios. Probatur authoritate
multorum etiam extraneorum ; & primus ſit Pa- 286
ter Suarius *tom.* 3. *de relig. lib.* 2. *cap.* 10. vbi ait:
*Eſt autem valde recepta traditio Religionem hanc
à temporibus Prophetarum , & ſignanter ab Elia in-
ſtitutione ſuam ducere originem , & quaſi hæredita-
riam ſucceſſionem in monte Carmelo , à qua nomen
etiam accepit , quam traditionem vt veram ſuſci-
pimus.*

Et Gaſpar Sanchez *lib.* 3. *reg. cap* 17 *num.* 12. ait:
Ab Elia opinor ortum habuerunt antiquum & nobi-

*lem, qui noſtro nuc Carmelitu dicuntur, viri Reli-
gionis gloria, & vitu ſunctitate conſpicui, quod, vt
credam. fucit non ſolum illius Ordinis, ſed omnium
penè gentium conſtuns, & perpetuu trudicio, & quidem
ſi pro huc mea cogitutione nibil ſturet præter truditio-
nem, omni memoriu ſuperiorem, ſatis puturetur hu-
bere præſidij, quia communis, conſpirunſque conſeſ-
ſio nullo interrupta tempore eam habet uuthoritutem,
quam nullu, niſi mugna fides infirmare poſſis.* Quid
illuſtrius poterat hic grauiſſimus Aothor dicere?
Vbi ergo iſta magna fides in contrarium, qua
287 hæc communis omnium gentium traditio infir-
metur? Erit ne fides Patris Salinas; qui hanc tra-
ditionem ſuis fallaciis; & mendaciis intendit in-
firmare, vt dixi in noſtro Directorio Regularium
part. 2. truct. 3 d... n... Abſit: illius enim fallaciæ, &
mendacia, clariſſimo teſtimonio totius Academiæ
Cantabrigenſis in Anglia elidunnit, & conterun-
tur.

Hæc enim Academia anno Domini 1374. vt
288 habetur in ſpeculo ordinis fol. 81. & teſtatur Le-
zana in Apparatu ad Annales *cap. 6. num. 8.* cum in
ea eſſet diſſidium inter ſcholaſticos (hoc enim
289 dubium puerorum eſt.) An ordo Carmelitarum
deſcenderit ab Elia per hæreditariam ſucceſſio-
nem, connocatis per illius Cancellariam Acade-
miæ Doctoribus, in Iudicio contradictorio, in
clauſtro pleno, hoc decretum ededit: *Auditis al-
legutionibus, viſiſque priuilegiis, eorum regula, &
uliis huiuſmodi monomentis, & antiquis ſcripturis, ac
diligenter rimatis, & diſcuſſis, de conſilio diſcreto-
rum, & iuriſperitorum dicta Vniuerſitatis nobis uſ-
ſiſtentium decidimus, & declarumus prædictos Patres
dicti ordinis B. Muriæ de monte Curmelo, prout
ſufficienter upparuit per præmiſſa exhibitu, productu,
& ullegutu, Eliæ & Eliſæi Sanctorum Prophetarum
fore imitatores, & ſucceſſores, &c.*

Quod illuſtrius teſtimonium pro probanda
hac traditione afferri poteſt. Nam vt ex *cap.* ad
290 abolendum extra de hæreticis infert Valentia
tom. 1. d. 4. quæſt. 1. part. 3. ſuſpecta haberi poteſt de
hæreſi ea propoſitio, quæ in aliqua Academia ca-
tholica condemnata fuerit. Atqui propoſitio, quæ
aſſerit Carmelitas non eſſe veros ſucceſſores Eliæ,
damnata fuit ab hac illuſtri catholica Academia.
Videant ergo ipſius authores, an in opinione Pa-
tris Valentiæ, & an ex *cap.* Abolendum extra de
hæreticis, dici poſſit ſuſpecta de hæreſi hæc ſua
propoſitio: Ego enim non hæc dixi, vt vel le-
uem aliquam noſtris aduerſariis notam inurerem,
ſed vt maiorem firmitatem aſſertionis noſtræ iniiciā.

Dices, hanc traditionem eſſe particularem ipſius
Carmelitanæ Religionis, quæ cum ex ea commo-
dum, & intereſſe recipiat, ſcilicet gloriam anti-
quitatis, in hac parte non ſunt credendi. Sed con-
tra qui præterquam, quod hæc traditio non eſt ſo-
lum particularis Carmelitarum, ſed omnium gen-
291 tium vt teſtatur Gaſpar Sanch. *ſuprà* traditiones
particulares Prouinciarum habent eximiam au-
thoritatem, vt patet ex traditione. qua prouincia
Hiſpaniæ habet veniſſe ad eam D. Iacobum, quæ
traditio, licet à Baronio, & aliis contrarietur, tantæ
authoritatis eſt, vt Vrbanus VIII. iuſſerit, quod
in lectionibus eiuſdem S. Iacobi non ponerentur
illa verba, *Mox Hiſpaniam veniſſe, Eccleſiarum il-
lius Prouinciæ traditio eſt, vt antea ponebuntur, ſed
quod abſolute diceretur: Mox in Hiſpaniam profectus;
292 ibi aliquos ad fidem conuertit.* Et Baronius *tom. 1. an-
nalium anno 54. n. 54.* vt certum aſſerit B. Bernabi-
tum veniſſe in Italiam, & prædicaſſe in Lithurgia
in ciuitate Mediolanenſi, eo quod: vt ipſe ait, fidæ
traditiones, eiuſdemque Eccleſiæ monimenta fi-
dem certam, atque indubitatam faciunt; Atqui
huiuſmodi traditiones ſunt ipſarum Prouinciarum,
quæ intereſſe recipiunt gloriæ habendi tales pa-
tronos, & fundatores, ſi ergo ipſis habitatoribus
illarum provinciarum tanta fides adhibetur, non
obſtanti illorum intereſſe, illorum teſtimonium,
& traditio ab Vrbano VIII. vera, & indubitata 293
habetur, & ab ipſo Baronio, cur noſtra traditio
ita non erit, cum habeat in ſuum fauorem tanto-
rum Pontificum approbationem, & authoritatem,
quæ reſultat ex officiis approbatis à ſacra rituum
Congregatione.

Nunquid hanc firmam traditionem labefacta-
bit aliquorum inuidorum contrariatio? Abſit, vt
ait D. Hieronymus Epiſtola ad Lucinum Bethicum 294
his verbis. *Sed ego illud breuiter admonendum puto,
traditiones Eccleſiaſticus præſertim, quæ fidei non offi-
ciunt itu obſeruundas, vt à muioribus traditæ ſunt,
nec aliorum conſuetudinem aliorum contrario more
ſubuerti.* Sed hæc noſtra traditio tantum abeſt, vt
officiat fidei, quin potius maximè ei fauet contra
hæreticos huius temporis, qui ſacrilege dicunt, ſta-
tum religioſum nouum quid inventum eſſe in Ec-
cleſia Dei: ergo licet aliqui inferioris notæ Autho-
res contrarium autument, non ideo talis traditio, vt
falſa, ſed vt probabiliſſima reputanda eſt.

Nec etiam obſtat, ſi dicas teſtes de hac traditio-
ne teſtantes eſſe domeſticos. Nam idem poſſumus 295
dicere de traditione prædicationis S. Iacobi in
Hiſpania, & S. Barnabæ Mediolani. Tum quia etiam
habemus teſtes extraneos, vt ſunt Suar. & Sanchez,
& teſtimonium vnius Academiæ Catholicæ. Tum
quia etiam teſtimonium domeſticorum admittitur
in cauſis ipſorum collegiorum, & communitatum, vt
habetur *cap.* inſuper *cap.* cum nuntius de teſtibus,
& eſt commune inter DD. vt notat Conrado in
Praxi §. 2. *de teſtibus n. 55.* Quod de religioſis in
cauſis ſuorum conventuum, & Religionis clarius
patet ex Gloſſa *in authentic. de monach. §. cogitandum
& in l. idonei, ff. de teſtibus*, & tenent Decius ſuper
cap. *citatum num.* 20. Quod clarius patet ex *c. veniens*
2. *de teſtibus, &c. Abbas cap. ſuper prudentiam 14. q.
cap.* & ſi Chriſtus de iureiurando, & ſic videmus,
quod in canonizationibus ſanctorum alicuius Reli- 296
gionis, religioſi ipſius religionis aſſumuntur vt te-
ſtes, vt reſoluunt Auditores Rotæ in canonizatio-
ne S. Thereſiæ matris noſtræ *Relut. 1. de miraculis
in vita art. 2. fol.* 8. & in canonizatione S. Franciſ-
cæ Romanæ *p. 1. art. 7.* ſi ergo Religioſi eiuſdem
Ordinis ad canonizationem ſanctorum, vt teſtes
idonei aſſumuntur, cur non aſſumuntur ad teſtifi-
candum de hac traditione? Tandem concludo, & 297
dico, quod idem poſſunt hæretici dicere de traditio-
nibus Eccleſiaſticis in ordine ad plura articula fidei,
cum teſtes huius traditionis ſint ipſi catholici Roma-
ni. Vt ergo eis non detur anſa tam ſacrilegæ propo-
ſitionis, nullus catholicus hanc noſtram traditionem
negare debet, eo quod ab ipſis Carmelitis teſti-
ficetur, per quod patet ad argumentum, ob quod
hæc adducta ſunt.

Obiicies tamen: Dato quod Elias fuerit funda-
tor Religionis Carmelitanæ cum tribus votis, &
vero monacharum, & quod eadem religio hucuſq;
ab Elia continua ſucceſſione perſeverauerit, adhuc
Carmelitæ non poſſunt ſingulis menſibus prima 298
die, feſto nouem lectionum non impedita, tanquam
de

de ſuo fundatore recitare ergo omnia quæ hucvſque dicta ſunt ad hoc intentum corruunt: Antecedens patet, quia non datur bulla aut Pontificium privilegium, ex quo conſtet Carmelitas poſſe de S. Elia recitare cum quia Elias adhuc vivus perſiſtit; ſed Eccleſia non ſolet cultu publico ſanctos vivos celebrare tum quia Elias in loco in quo eſt non audit eum deprecantes nec ſcit quæ fiunt in mundo ergo non poteſt officio canonico, & publico ab Eccleſia deprecari, patet conſequentia, quia talis deprecatio eſſet inanis, & vacua, cum ab ipſo non poſſit exaudiri. Vnde & ipſe Elias eludebat prophetis Baal, eo quod Baal, qui eos nec audiebat, nec audire poterat exorabant, vt mitteret ignem ſuper ſacrificium dicens, clamate voce maiori, ſi ergo Elias, nec audit, nec exaudire poteſt eum deprecantes, ridiculum erit illum ſaltem cultu publico deprecari: ergo de Elia non poteſt officium Diuinum recitari: ergo multo minus poterit ſemel in menſe de eo tanquam de fundatore à Carmelitis recitari.

§. XIII.

In quo attenditur Carmelitis poſſe recitare Diuinum officium de ſuo Patriarcha Elia non obſtanti, quod adhuc ſit viuus.

SVMMARIVM.

299 *Senes non ſunt vocandi in iudicium, ſine venia.*
300 *Aliqui Neoterici huius ætatis, nec ipſis ſanctis canonizatis parcunt.*
301 *Facultas recitandi D. officium de S. Elia conceſſa ab Eccleſia Carmelitis immemorialis eſt.*
302 *Probatur Pontificum priuilegiis.*
303 *Probatur ex variis ſacræ congregationis approbationibus.*
304 *Probatur authoritate plurium miſſalium antiquorum, in quibus miſſa de S. Elia reperitur.*
305 *Solus hæreticus poteſt dubitare de ſanctitate magni patris Eliæ.*
306 *Qualibet religio iuxta rubricas poteſt recitare de ſuo Patrono, etſi non ſit in Calendario.*
307 *Feſtum Eliæ in omnibus Calendariis reperitur.*
308 *Carmelitæ ex antiqua conſuetudine poſſunt hodie de S. Elia recitare, etſi non daretur alius titulus.*
309 *Conſuetudo antiqua habet vim legis, & priuilegij.*
310 *Sacra Congregatio vltimo declarauit Carmelitas poſſe de S. Elia recitare, & quæſtioni in contrariam factæ perpetuum ſilentium impoſuit.*
311 *Elias eſt confirmatus in gratia.*
312 *Et ab Spiritu ſancto canonizatus.*
313 *Poteſt ab Eccleſia venerari, etſi ſit viuus.*
314 *Aliquibus ſanctis adhuc viuis aliquæ Eccleſiæ, & aræ dedicatæ ſunt à fidelibus.*
315 *Probabile non eſſe de fide S. Ioannem Evangeliſtam non eſſe mortuum.*
316 *Eccleſia eum celebrat cultu publico, & cur.*
317 *Elias canonicatus eſt ab Eccleſiaſtico.*
318 *Cognoſcit per revelationes orationes, quæ ei fiunt.*
319 *In Elia datur ſpecialis ratio ad hoc vt viuus ab Eccleſia colatur, quæ non invenitur in aliis ſanctis.*
320 *Beati in cœlo quomodo cognoſcant orationes ad eos factas.*
321 *Ad ſtatum Eliæ pertinet orationes ad eum factas cognoſcere.*
322 *Eccleſia certo ſupponit Eliam cognoſcere preces ad eum factas.*
323 *Elias in loco in quo eſt habet curam de ſuis devotis.*
324 *Eliſæus invocavit Auxilium Eliæ.*
325 *Synagoga tenuit Eliam poſſe invocari.*
326 *Theologi, & SS. PP. ſupponunt Eliam invocari & intercedere poſſe pro hominibus.*

ARgumentum poſitum in fine § præcedentis nos cogit oſtendere titulo quibus Carmelitana Religio abhinc tot annis feſtum S. Eliæ cum officio canonico, cum octaua, & Miſſa celebrat. Nam licet ſenes in ius ſine venia non debeant vocari iuxta l. Generaliter. ff. de in ius voc. huc ab aliquibus Neotericis huius ætatis non ſolet obſervari, qui non ſolum contra Carmelitanam Religionem non verentur opponi, ſed & ipſum ſanctiſſimum, & venerabiliſſimum ſenem Eliam, longæuum, annoſum, probatum, quaſi in ius vocant, quæ cum ſit cauſa Paterna, de illa cura habenda eſt a nobis vſque ad vltimum ſpiritum, vt ait Chryſoſtom, *homil. 14. in Ioannem* 299 300

Dico igitur antiquiſſimam immemorialem, & venerabilem, ſæpiuſque confirmatam eſſe facultatem ab Eccleſia factam Patribus Carmelitis recitandi officium S. Prophetæ Eliæ, per quod evaneſcit præcipuum argumentum huius Anonimi; ſumitur autem prima probatio huius veritatis à Bulla Gregorij XIII. quæ incipit vt Breviarij, in qua Pontifex approbat omnia officia contenta in Breviario Carmelitano edito a Generali Ordinis Ioanne Baptiſta Caphardo anno 1584. in quo breviario continetur officium S. Eliæ tanquam de patrono Religionis cum octaua, verba autem bullæ ſunt hæc. *Nos prædictum Breviarium, ſicut perfertur recognitum, & reformatum authoritate apoſtolica tenore præſentium approbamus.* Sed hoc modo omnia alia ſanctorum officia approbantur ab Eccleſia in breviario Romano, quidem nullius ſancti in particulari approbatur officium contentum in breviario; ergo per hanc approbationem officium S Eliæ in tali breviario contentum cenſetur approbatum. 301 302

Secunda approbatio ſumitur ex bulla Sixti V. quæ incipit Eximium, quod in vobis anno 1589. die 27. Iunij, in qua Pontifex concedit noſtris Excalceatis Carmelitanis, vt poſſint de ſanctis ordinis Carmelitanum recitare. *Dummodo tam in miſſa, quam in recitandis horis canonicis diurnis, & nocturnis modum & formam deſcriptam in quinternio, ſeu libello per prædictos filios noſtros Antonium Sanctorum Ioannis, & Pauli Garrafam, & Vincentium S. Mariæ in via tituulorum presbyteros Cardinales montis regalis nuncupatos de mandato noſtro reuiſo, correcto, & approbato inde obſeruetis, & nihil penitus addatis, vel diminuatis.* At qui in prædicto quinternio, ſeu libello, officium

S. Patris Eliæ, vt patroni reperitur, fol. 38. ergo
prædictum officium à Sixto V. approbatum eſt, vt-
potè de mandato ipſius reuiſum, correctum, & appro-
batum, vt ipſe in prædicta bulla teſtatur.

Tertia approbatio ſumitur. ex Bulla Clemen-
tis VIII. quæ incipit Romanus Pontifex ſub datis
Ferrariæ die 30. Iulij 1598. in qua conceſſit, & in-
dulſit presbyteris, & monachis Græcis præſertim,
S. Baſilij. vt vti poſſent breuiario quodam Græco
in quo officium S. Eliæ Prophetæ pag. 459. conti-
netur, nam cum prædictum breuiarium à Cle-
mente VIII. ſit approbatum, etiam officium S. Eliæ
303 in eo contentum cenſetur approbatum. Quarto ſub
Paulo V. anno 1609. ſacra Rituum Congregatio
pro noſtris excalceatis approbauit officia propria
ſanctorum ordinis Carmelitarum contenta in quo-
dam Libello Romæ impreſſo de mandato ipſius
ſacræ Congregationis recognita, & ſubſcripta à
Cardinali Bellarmino; cum ergo in eo libello
contineatur officium S. Eliæ cum ſua octaua, eui-
denter conſtat tale officium à ſede Apoſtolica jam
iterum probatum, recognitum. reuiſum: Quin-
to ad inſtantiam. P. Generalis Carmelitarum Gre-
gorij Canalij Veneti, ſacra Congregatio rituum
iterum approbauit libellum ſanctorum ordinis
Carmelitarum anno 1628. vt conſtat ex ipſius ſa-
cræ Congregationis decreto ſubſcripto a Coſma
Cardinali de Torres, libello pag. 107. continetur
idem officium S. Eliæ cum octaua pro die 20. Iu-
lij ergo ex his omnibus conſtat ſæpe ſæpius præ-
dictum officium S. Eliæ fuiſſe ab Eccleſia appro-
batum. & confirmatum.

Confirmatur quia præter has ſedis Apoſtolicæ
304 approbationes, extant quoque antiquiora miſſalia,
in quibus miſſa de eodem S. Elia ſæpius recepta
conſpicitur, & primum patet de antiquo miſſali
Carmelitano, quod in Bibliotheca S. Mariæ Tran-
ſpontinæ de Vrbe reſeruatur impreſſo Venetiis
tempore Iulij III anno 1551. in quo prædicta miſſa
de S. Elia reperitur. Aliud etiam datur antiquum
ordinis miſſale, in quo eadem miſſa de S. Elia re-
peritur, vt teſtatur Lezana *in Conſiliis eo ſil. 3.
num.* 22. Datur etiam aliud antiquiſſimum miſſale
in ſacra Apoſtolica Bibliotheca Vaticana, in quo
miſſa S. Eliæ reperitur, vt teſtatur Lezana ibijquo
autem tempore miſſale hoc deſcriptum fuerit aut in
prædicti Bibliotheca ad cuſtodiam repoſitum, nec
ſuſpicari licet, certum tamen eſt, eſſe antiquiſſi-
mum, & maximæ authoritatis; ergo cum in tot
miſſalibus, & breuiariis antiquis de S. Elia offi-
cium, & miſſa reperiatur, credendum eſt hoc
proceſſiſſe ex aliqua antiqua conceſſione, & pri-
uilegio ſedis Apoſtolicæ, ſiue Eccleſiæ Græcæ An-
tiſtitum Catholicorum, vt moris antiquitus erat,
quod Carmelitana Religio antiquitus habuit ce-
lebrandi feſtum S. Eliæ ſuppoſita illius ſanctitate,
305 quam ſolus hæreticus negare poteſt, cum ex ſacra
Scriptura ſæpiſſimè, Eccleſiæ traditione, Patrum,
Theologorum que teſtimonio, roborata, liquido
cunctis conſtet.

Confirmatur 2. Quia quælibet Religio poteſt
306 iuxta rubricas breuiarij Romani recitare de ſuo
patrono, etiam ſi prædictum feſtum in calen-
dario non ſit ſcriptum; Atqui feſtum S. Eliæ ſcri-
ptum eſt in Calendario, & Martyrologio Ro-
mano 20. die Iulij vbi ſic habetur. *In monte Car-
melo S. Elia Propheta.* Quod etiam habetur in Mar-
307 tyrologio Molani, & in Monologio Græcorum,
& in Calendario Ruthenorum; quo vtitur Ruſ-
ſia, & Moſcovia, vt latè probat Lezana *ſuprà num.*
84. ergo cum aliàs ſit Religioni patronus, de
illo iuxta rubricas poſſunt Carmelitæ recitare.
Confirmatur tandem ex antiqua ordinis tradi-
tione, & conſuetudine fundata in vſu Eccleſiæ
græcæ, iuxta quem vſum, qui antiquiſſimus
erat, in illa Eccleſia, & cuius principij memo-
ria non extabat, Gregorius XIII. & Sixtus V.
approbarunt Breuiarium ordinis, in quo eſt offi-
cium S. Eliæ, patet ex verbis Bullæ Gregorij 308
XIII. *Vt Breuiarij, quo dilecti filij Fratres Ordinis
Beatæ Mariæ Carmelitarum, iuxta Ieroſolymita-
næ Eccleſiæ conſuetudinem, multis ſæculis vtuntur,
&c.* Atqui hæc antiqua ordinis conſuetudo,
quamuis alterius Eccleſiæ approbatio non extaret
ſufficiebat ad recitandum de S. Elia, ſiquidem
vim præſcriptionis quaſi induit, quæ vt iuriſ-
conſultis perſpicuum eſt, excludit omnem
actionem contrariam præſcriptam, & habet vim
aſſenſus ſuperioris, & ipſa eſt titulus, vel ita effi-
cax, ac ſi titulus eſſet. & habet vim priuilegij
à principe conceſſi, præcipuè cum in facie Pon- 309
tificis prædictum feſtum S. Eliæ Romæ quotan-
nis ſolemniſſimè à noſtratibus celebretur, & de
hoc habet ipſe Pontifex plenam notitiam, & to-
ta Dei Eccleſia; ergo quamuis nullus alius ti-
tulus eſſet, quam hæc Ordinis antiqua conſue-
tudo, id ſufficiebat. Quapropter his, & aliis à
Lezana notatis in illo Conſulto 3. viſis & reco- 310
gnitis [à ſacra Congregatione rituum, ſancitum
ab illa fuit, vt præfatum officium S. Eliæ à no-
ſtris quotannis more ſolito celebraretur, impo-
ſito perpetuò ſilentio his, & aliis zelatoribus
qui in illud impegerant, vt teſtatur Lezana *ſuprà,
num.* 132. per quod manet ſolutum primum ar-
gumentum noſtri Anonymi, & illi impoſitum per-
petuum ſilentium.

Ad ſecundum autem in quo dicebat Elia adhuc
viuum perſiſtere, & Eccleſiam non ſolere feſtiui-
tates de ſanctis viuis celebrare, facilis eſt Reſpon-
ſio. Et relicta aliquorum DD. ſententia aſſerente
Eliæ animam Beatitudine, viſione ſcilicet, fruitione-
que Beata gaudere, quam refert Lezana *ſuprà n.* 34.
vſque ad 99 vtpote quæſtio ad rem præſentem non
neceſſaria, & cum aliis multi DD. & ſacræ paginæ
locutiones hominibus ac vita degentibus Dei
viſionem negent, Chriſto excepto, qui ſpeciali pri-
uilegio ſimul viator, & comprehenſor fuit, relicta 311
igitur hac ſententia, cuius iudicium cenſoribus fi-
dei remittimus. Reſpondeo. quod cum Elias [vt cō-
munis ſenſus Eccleſiæ tenet, omneſque Theolo-
gi, & ſi non explicite, implicite tamen ſuffragan-
tur] in altiſſimo ſanctitatis gradu donoque per-
ſeuerantiæ, & confirmatione in gratia [prout ſpe-
cialiter tradunt Franc. Suar. 3. *p. d.* 55. *ſect.* 1. *tom.* 2. &
Viegas in Apocalypſim *c.* 11. *ſect.* 4. Camart. de ge-
ſtis Eliæ *c.* 5. *ſect.* 17. Sanch. *lib.* 4 *reg. c.* 2. *n.* 33. & ante
eos Abulenſis ibi *q.* 15.] conſtitutus ſit, & à Spi-
ritu ſancto in ſacra pagina ſæpius ob ſigna, mi-
racula, portenta, prodigia, ab ipſo patrata ca- 312
nonizatus, dubium non eſt, quod poſſit ab Eccle-
ſia. non ſolum coli, venerari, & inuocari ſed me-
dio quoque officio canonico eius interceſſio apud
Deum pro nobis pie poſtulari, id enim indicant non 313
ſolum, qui dicunt Eliam viſione beata gaudere,
ſed etiam illi, qui Eliam terreſtris paradiſi colo-
num æſtimant, ſiquidem in eo cœleſtis quaſi ſta-
tu potiti profitentur, ac proinde quaſi cœleſtem
hominem venerari poſſe hi ſunt Abulenſis 4. *reg.
quæſt.* 24.

*quæſt.*24. Tertullianus de reſurrectione carnis c.58. Irenæus *lib.*5.*cap.*5. Dorothæus in *Synopſi.*

Nec obſtat id quod argumentum ait Eliam ad-
314 huc viuere, & Eccleſiam non ſolere ſanctos viuos cultu publico venerari. Nam contra hoc eſt, quod vt conſtat ex pluribus hiſtoriis Eccleſiaſticis, hominibus ſanctis adhuc in hac vita degentibus aliqua templa à fidelibus dedicata ſunt, vt patet primo de Eccleſia dedicata in honorem S. Petri Apoſtoli viuentis Senonis, de qua meminit Lira *in Pſal.* 18. *& Matthæi* 24. Et de alia quam Martha, & Maria Magdalena apud Marſiliam extruxere in honorem B. Virginis Mariæ adhuc viuentis, vt notat Caniſius *lib.* 5. *de Maria cap.*23. & de illa celebri Eccleſia de Pilar à S. Iacobo Cæſaraugustæ in Hiſpaniis in honorem eiuſdem B. Virginis adhuc viuentis ædificata, vt cuncti annales Hiſpani teſtantur, Deinde S. Marcum primum Alexandriæ Epiſcopum, in eadem vrbe Eccleſiam nomine S. Petri adhuc viuentis fundaſſe teſtatur Gelaſius Papa primus in Concilio Romano; quod & de aliis Eccleſiis fundatis in honorem B. Virginis teſtatur Lezana *ſuprà n.*118. ergo falsò aſſerit argumentum, Eccleſiam non ſolere ſanctos viuos cultu publico venerari, ſiquidem, & B. Virgini, & D. Petro adhuc viuentibus aræ, & templa declarata ſunt, ſi ergo id Petro, & B. Virgini factum eſt à fidelibus, cur etiam Eliæ fieri non poterit.

315 Confirmatur 1. Quia probabile eſt non eſſe de fide B. Ioannem Euangeliſtam eſſe mortuum, vt dicunt multi DD. quos refert Lezana *ſuprà num.*116. Et tamen Eccleſia Dei ei offert ſacrificia, & miſſas credens, non eſſe ad id neceſſarium illum eſſe mortuum, & comprehenſorem, ſed ſufficere quod
316 ſit ſanctus, & in gratia confirmatus, & in tali ſtatu, quo fidelium præces, quæ ad Deum per eius intercesſionem funduntur exaudire poſſit; ergo cum hæc omnia Eliæ competant, ſiquidem ille canonizatus eſt ab Spiritu ſancto per Eccleſiaſticum *cap.* 44. vbi de illo, & aliis ibi relatis ait,
317 Laudemus viros glorioſos; & parentes noſtros
318 &c. & teſtatur Bellarminus *tom.*2. *lib.*1. *cap* 7. ergo cum aliàs Elias ſit in ſtatu, quo fidelium preces exaudire poſſit, vt ſtatim dicemus, euidenter ſequitur, quod poteſt ab Eccleſia cultu publico, & officio cannonico venerari.

Confirmatur 2. Quia dato, quod Eccleſia nullum alium ſanctum adhuc viuentem unquam cultu publico veneratus eſſet, hoc non obſtaret ad hoc,
319 vt poſſet venerari Eliam cultu publico, & illum officio canonico implorare: Patet ſequela, nam ad id Eccleſiam incitat Eccleſiaſticus *cap.* 44. dicens laudemus viros glorioſos, quos enumerat, ad quorum laudes prouocat Eccleſiam, vnus eſt Elias adhuc viuus, ergo licet Eccleſia nullum vnquam viuentem cultu publico veneratus ſit, hoc non procedit in Elia, ad cuius laudes Spiritus Sanctus ſpecialiter nos prouocat. Confirmatur tandem. Quia in Elia datur alia ratio ſpecialis, quæ non inuenitur in aliis ſanctis viuis ad hoc vt ab Eccleſia cultu publico veneretur, non vero alij ſancti. Ratio autem eſt, quia tranſlatio illa Eliæ in Paradiſum, illa a communi conſortio ſeparatio, vitæque incorruptio, eum facit quaſi ciuiliter, moraliter, & politice mortuum, quod hucuſque nunquam viſum fuit in aliis ſanctis viuis, vt optime notauit Abulenſis 4. *reg.* 2. *quæſt.*24. & alij, quos congerit Lezana *ſuprà num.*130. ergo licet Eccleſia alios ſanctos viuos nunquam cultu publico celebrauit, hoc non procedit in Elia, ergo Elias poteſt ab Eccleſia cultu publico venerari.

Ad illud verò quod ait argumentum, Eliam non audire preces ad eum factas, ac per conſequens ridiculum eſſe eum inuocare: Reſpondetur negando antecedens. Nam omnia, quæ ab eo poſtulentur ei fiunt præſentia per reuelationem, & illuſtrationes diuinas, vt ait Maluenda *lib.* 9. *de antichriſto cap.*11. vbi ſic ait: *Frui frequenter colloquiis Angelorum, diuinis omnibus reuelationibus.* Idem ait Suarez 3. *part. d* 55. *ſect.* 2 *tom.*2. Tertio colligo maximis Dei conſolationibus, diuiniſque illuſtrationibus, ac frequentibus reuelationibus gaudere, de his ſaltem rebus, quæ eorum ſtatui conſeruata ſunt, *Atqui nihil magis conſentaneum Eliæ ſtatui eſt, quam quod preces ad eum oblata exaudiat mediis reuelationibus, & illuſtrationibus diuinis quibus à Deo decoratur; ergo certum videtur tales orationes exaudire, & preces quæ ad ipſum funduntur cognoſcere, ac proinde poſſe pro illis Deum exorare*, vt optime ait Sanchez. *ſuper lib.* . *reg cap.*2. *his verbis* Satis ergo habent viri illi ſanctiſſimi Enoch, & Elias, dum Angelicis fruuntur colloquiis, muniſque rerum illuſtrationibus, quod ſi illi humana curant, adhuc humanarum rerum ſtatu edocentur, ab Angelis, *& ſtatim loquens de Elia* ait qui licèt abſtractus à ſuis, non tamen de illorum curam abjecit.

Confirmatur. Quia plures DD. circa *quæſt.* 12. 320
1. *part.* S. Thomæ aſſerunt, preces, & orationes, quæ ad beatos in cœlo exiſtentes à nobis viatoribus, funduntur ab ipſis cognoſci, non quidem ex viſionis beatæ, vt dicitur, quaſi id neceſſario talis viſionis natura exigatur, cum poſſet bene ſine illo conſiſtere, ſed vel per particulares reuelationes extra viſionem factas vel per eandem concomitantes viſionem, itavt, quæ ſuapte natura ad Dei eſſentiam ſolum terminabatur, ex voluntate & peculiari Dei concurſu, ad tales orationes cognoſcendas terminetur, eo quod talium precum, & orationum notitia ad ſtatum beatorum perti-
neat; Atqui ad ſtatum etiam S. Eliæ ſpectat preces 321
quæ ad ipſum funduntur cognoſcere: ergo dicendum eſt illas intelligere ex reuelationibus, quibus à Deo perfruitur; non enim apparet cuius alterius obiecti congruentius diuinæ reuelationes ipſi
fiant, niſi de illis, quæ ab Ipſo per orationes po- 322
ſtulantur. Confirmatur quia Eccleſia in officiis pro ipſo à ſeipſa approbatis preces ad Eliam fundit, ſed nunquam Eccleſia preces ſuas ad eum funderet, niſi eas noſcere, & audire certo putaret: ergo Elias in ſtatu in quo eſt exaudit orationes noſtras. Major patet ex oratione feſti S. Eliæ vbi ſic ait Eccleſia. *Eodem interueniente ad cœleſtia ſubleuemur, & ſanctorum tuorum conſortio gaudeamus.*

Confirmatur. Quia Elias in loco in quo eſt ha- 323
bet curam de ſuis amicis & de eorum neceſſitatibus: ergo ſignum eſt, id per reuelationes Dei cognoſcere. Antecedens patet ex *lib.*2. *Paralipomenon cap.*8. vbi dicitur, quod ad Regem Ioram allatæ ſunt litteræ ab Elia Propheta miſſæ in quibus, vt Hebræi tradunt, quæ ipſi ventura erant explicabat; ergo Elias in ſtatu in quo eſt habet notitiam, & curam illorum, quæ ad ſuum ſtatum pertinet, vt optimè ex hoc loco colligit Barradas *tom.*1. *lib.*7. *c.*11. Et Gaſpar Sanch. *lib.*4. *reg.* & Maluenda *ſuprà.* Confirmatur ex facto Eliſæi 4. *reg.*2.

quoque apud eos magna legiſlatoris erat. Et infra:
177 *Nihil ſine præcepto curatores.* Vnde iſti Eſſe-
ni vtpote filij & ſucceſſores Recabitarum cum
eiuſdem inſtituti fuerint eodem pari titulo Reli-
gioſorum illius legis potiri debent, vnde illorum
inſtitutum Religionem appellant Philaſtrius de
hæreſibus vbi ait: *Eſſeni ſunt qui monachorum vi-
tam exercent.* Caſſaneus *in catalogo gloriæ mundi
p.4. conſid.53.* vbi ait: *Eſſeni ferè in omnibus vitam
monaſticam ducebant.* Iſti autem Eſſeni idem in-
ſtitutum profitebantur Eliæ, ac Recabitæ, ſiqui-
dem ab eis ortum duxerunt, vt *ſuprà* diximus.
Tum quia in Carmelo, & aliis locis, in quibus
antea Recabitæ habitabant ſucceſſerunt, ita Ioan-
nes Ieroſolymitanus *in dicto. lib. cap.* 11. Tambu-
rinus *de iure Abbatum d.* 2. *q.* 1. & alij multi, quos
refert. & ſequitur Lezana *anno mundi* 3545. *n.* 41.
178 Vnde id quod aliqui dicunt Eſſenos fuiſſe hære-
ticos, non de noſtris Eſſenis intelligendum eſt;
ſed de aliquibus pſeudo-Eſſenis, vel non de om-
nibus, ſed de aliquibus, qui doctrinam Chriſti
amplecti renuerunt, vt benè Fr. Franciſcus à S. Ma-
ria *in ſua Apologia ad hiſtoriam propheticam p.*2.
§ 11. *n.*99.
179 Perſeuerarunt igitur iſti Eſſeni etiam poſt mor-
tem Aggæi, & Zachariæ, quos promotores ipſo-
rum ſupra diximus, quibus ſucceſſere Aſſidei, qui
ex illis Eſſenis erant, ſiquidem poſt plures annos
illorum commemoratur Scriptura 1. *Machabæo-
rum* 2. *v.* 42. Tum congregata eſt ad eos Synago-
ga Aſſideorum, & 1 *Machabæorum* 7. *v.* 12. Itero
2. *Machabæorum* 1. *v.* 6 Hos autem Eſſenos, ſiue
Aſſideos poſtea reformavit Eſdras, qui ſucceſſit
Malachiæ *anno mundi* 3608, & ante Chriſtum
180 445 imponendo eis nomen ſcribarum, quod no-
men antea habuerant, vt *ſuprà* diximus. Ipſe ta-
181 men Eſdras fuit princeps & veluti generalis reli-
gionis propheticæ, Ita Serarius in *Trihæreſeo lib.* 1.
*c.*7. & latius Lezana *anno mundi* 3608. Quod autem
huiuſmodi Aſſidei, qui ab aſſiduitate orandi Aſſi-
dei dicti ſunt, quos poſtea appellauit Eſdras Scri-
bas fuerint ex ordine prophetico patet, quia erant
iidem cum Eſſenis, vt ait Genebrardus *lib.* 2.
Chronolog. ſub anno mundi 3911. & alij multi
quos refert, & ſequitur Lezana *anno mundi* 3847.
num 5.
182 Eſdræ autem ſucceſſit in generalatu Aſſideorum
anno mundi 3887. & ante Chriſtum 166. Iudas
Machabæus, vt patet ex 2. *Machabæorum* 14. *v.* 6.
vbi impius Alcimus ad Regem Demetrium ve-
niens dicebat. *Ipſi qui dicuntur Aſſidei Iudæorum,
quibus præeſt Iudas Machabæus, bella nutriunt, & ſe-
ditiones mouent, nec patiuntur Regnum eſſe quietum.*
Quo loco cum prælatus Aſſideorum vocetur,
clare etiam ipſum Aſſideum fuiſſe denotatur. Vn-
de merito eum, & Aſſideos ordinis prophetici
cultores recenſent Serarius *in cap.* 7. *lib.* 1. *Macha-
bæorum* & *cap.* 14. *lib* 2. Et de illis intelligit illud
Apoſtoli *ad Hebræos* 11. Circuierunt in melotis,
in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, quibus di-
gnus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes,
in montibus, & ſpeluncis, & cauernis terræ. Quo-
rum ratio eſt quia hi ſubditi Iudæ fugientes ſæui-
183 tiam Antiochi habitabant in ſylvis. & come-
debant veluti pecora, vt ait Ioſephus Gorioni-
des *lib* 3. *cap.* 3. Vnde inter multos, qui in ea per-
ſecutione mortui ſunt, vnus fuit Eleazarus vt pa-
tet *ex cap.* 6. *lib.* 2. *Machabæorum.* Qui erat Eſſe-
nus & ex noſtra familia Prophetica & vnus ex
principalioribus illius, vt ait Lezana *anno mun-
di* 3887. *num.* 5. Mortuus etiam fuit Razias, qui
Eſſenus, ſiue Aſſideus erat, vt patet ex *Macha-
bæorum* 14. vbi ait textus, *Hic multis temporibus
continentiæ propoſitum tenuit in Iudaiſmo, corpuſ-
que, & animam tradere contentus pro perſeueran-
tia, quibus verbis denotatur votum quod habebat ca-
ſtitatis.*
Anno autem mundi 3895. & ante Chriſtum 184
158. mortuus eſt Iudas Machabæus, Ei ſucceſſit in
generalatu ordinis prophetici Ionathas pater eius.
vt ait Genebrardus *lib.* 2. *Chronolog. ſub Ionatha
principatu*, Lezana *anno mundi* 3895. *n.* 5. Mortuo
autem Ionatha ei ſucceſſit in generalatu ordinis
prophetici Iudas, qui Hircani tempore viuebat, de
quo Ioſephus *lib.* 1. *de bello Iudaico c.* 3. de quo
etiam Salian *ſub ann.* 3930. *n.*8. vbi ait: *Eum eſſe ex* 185
*ſecta Eſſenum, & virum religione, & prophetia gra-
tia celebrem, ideoque magnæ apud Iudæos omnes Au-
thoritatis, præſertim circa ea quæ ad Religionem, &
Dei cultum pertinerent.* Non erat autem hic Iudas
Machabæus, ſed alius Iudas, vt patet ex 2. *Machab.* 1.
& latè probat Lezana *anno mundi* 3910. *n.* 7. &
3952. *n.*2. Anno autem mundi 3976. & ante Chriſtum
77. reuelata fuit incarnatio filij Dei noſtris Car- 186
melitis in Carmelo habitantibus, vt teſtatur Petr.
Morales *in Matth. cap.*1. *lib.*1. *tract.* 6. & multi
alij Authores quos larga manu refert Lezana,
anno mundi 3976. *n.* 6. Vbi etiam refert quo-
modo id acciderit, quod nos breuitatis cauſa omit-
timus.
Rebus ſic ſtantibus & Eſſenis habitatoribus
Carmeli pace fruentibus toto tempore Imperij
Iulij Cæſaris, & Octauiani Auguſti, qui anno mun-
di 4011. Ante Chriſtum vero 42. ſuſcepit clauum
Imperij Romani, & regnante in Iudæa Herode, 187
anno mundi 4037. & ante Chriſtum 15. Imperij
vero Roman. 31. Auguſti Cæſaris 26. & Herodis
regni 32. concepta fuit Virgo Maria ſanctiſſima
ſine labe peccati originalis, vt latè probat Lezana,
anno mundi 4037. *n.*6. Hoc autem myſterium im-
maculatæ conceptionis antea Patri noſtro Eliæ
revelatum fuerat in Carmelo in illa nubecula par-
ua vt ait Ioannes Ieroſolymitanus *dicto lib. cap.* 32. 188
Ex quo tempore inter diſcipulos Eliæ hoc myſte-
rium puriſſimæ conceptionis celebratum fuit. Vn-
de Petrus Oxella Ieſuita *in informatione pro imma-
culata Virginis conceptione fundamento* 1. congratu-
latur noſtræ Religioni Carmelitanæ, quod à duo-
bus millibus quingentis, & ſupra annis huius ve-
luti traditionis teſtimonium proferre poſſit; ſed
de his vide latius Lezanam *anno mundi* 4037.
*num.*8.
Hæc autem ſanctiſſima Virgo tempore quo 189
fuit in templo præſentata, votum fecit virginita-
tis, quod Pontifici, & Eſſenis noſtris indicauit,
vt notat cum aliis Lezana *anno mundi* 4042. *num.*
1. & 3. Imo aliqui dicunt ſanctiſſimam Virgi-
nem ſumpſiſſe inſtitutum Eſſenum, & Elianum,
ita Carthagena 4. *tom. homil. homil. de Carmel.*
Muñoſios *in propugnaculo Eliæ lib.* 2. *titul.* 2. *cap.*
3. *num.* 4. Quod tamen eatenus ſolum accipien-
dum videtur, quatenus eminentiſſima ſuæ vi-
tæ ratione quidquid in Eſſeno, & Eliano inſtitu-
to probitatis, & perfectionis erat amplexata ſit,
iuxta modum quo ſimiliter de Chriſto dicemus
intelligendos eos, qui ipſum vitam Eſſenorum æmu-
latum fuiſſe dixerunt, de quo inferius. Anno au- 190
tem mundi 4051. & ante Chriſtum 2. deſponſata

fuit B. Virgo Maria Ioſeph. vt late probat Lezana
ibi. hoc tempore floruit in Carmelo S. Aggabus, vt
ait Dullandus *in vita S. Annæ c. 6.*

Anno autem mundi 4052. incarnatus fuit filius
191 Dei in vtero B. Virginis Mariæ & eodem anno
24. Iunij natus fuit Ioannes Baptiſta præcurſor
Domini, qui venit in ſpiritu, & virtute Eliæ, nam
vt ait Abulenſis 4. *Reg. 1. quæſt.* 24. Secutus eſt per
192 omnia vitam Eliæ, ita vt à Iudæis putaretur eſſe
Eliam, vnde illius inſtitutum accepit, & fuit verus
monachatus Carmelita, & princeps monachorum
193 noſtri ordinis in lege gratiæ vt infra dicemus, &
patet ex teſtimonio Bellarm. *lib. 2. de monachis c. 5.*
vbi ait: *Denique Ioannem Baptiſtam monachatum, & Eremitarum principem fuiſſe ſubſcribunt ferè omnes Patres.* Cum ergo tempore Ioannis nulli fuiſſent
194 monachi, vel eremitæ, quam Carmelitæ, dare euidenter ſequitur Ioannem Baptiſtam fuiſſe in lege
gratiæ primum illorum principem, & generalem,
& relictis innumeris teſtimoniis, quos poſſem
efferre, accipe vnum tantum Dominici Soti *in 4. ſentent. quæſt 2. art. 1.* vbi ait: *Ante Chriſti aduentum Eſſenorum collegium in deſerto Iudææ more noſtrorum anachoretarum ſanctiſſimam degiſſe vitam, ab vxoribus prorſus & omni fœminea conſuetudine remotiſſimam, quorum inſtitutum ſecutus eſt Ioannes Baptiſta.* Vide alia multa pro probanda hac veritate
apud Lezanam *anno mundi 4052. num. 31.*

Addunt aliqui, etiam Chriſtum Eſſenum vocari poſſe, quia vita ipſius Eſſenorum inſtitutum ſapiebat, ita multi quos refert Lezana *anno mundi 4065. num. 5.* Verum cum communis ſenſus Ec-
195 cleſiæ ſit, Chriſtum communem vitam cum aliis
hominibus fuiſſe ſecutum, vtpote omnium magiſtrum nullo modo eſt dicendum vitam Eſſenorum, tam à communi vita hominum ſeparatam
egiſſe, quamuis quidquid in Eſſeno inſtituto probitatis, & perfectionis erat, eminenter in vita
Chriſti, etiam contineretur, vt diximus de Beata
196 Virgine. Hæc autem Sanctiſſima Virgo multoties
ad Montem Carmelum venierat, & cum Carmelitis ſæpe ſæpius conuerſabatur, vt patet ex lectionibus Feſti commemorationis ſolemnis eiuſdem Beatiſſimæ Virginis de monte Carmelo, vbi
dicitur. *Ipſius colloquiis, & familiaritate frui potuere.* Quæ lectiones approbatæ ſunt à Congregatione Rituum. Tum quia ita docent Ioannes Hieroſolymitanus *in dicto lib. cap. 13.* vbi ait: *Dei genitrix à profeſſoribus huius religionis multoties ſuis viſa* Et Ioannes Groſſus *in ſuo viridario clauſ. 1.* ait:
Ipſa virgo glorioſa mater, tanquam ſuos ipſos filios Prophetarum viſitauit ſæpius, vt fratres, & ipſi primi ad honorem glorioſæ Virginis Cappellam fabricarant. mitto alia teſtimonia, quæ affert Lezana
anno 4065. num. 7.

Anno autem mundi 4081. & Chriſti 27. cœpit
197 Ioannes Baptiſta iam factus ordinis Carmelitani
Generalis prædicare, & baptizare, & inter eos,
qui eius prædicatione baptiſmum ſuſceperunt fuere Eſſeni, vt patet *ex lectionibus officij B Virginis*
198 *de monte Carmeli*, vbi dicitur: *Viri plurimi, qui veſtigiis ſanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſæi inſtiterant Ioannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti aduentum comparati fuerant.* Mortuo igitur Domino noſtro
199 Ieſu Chriſto, in die Pentecoſtes ſequenti, multi
Carmelitæ erant in cœnaculo cum Apoſtolis,
ſuper quos deſcendit Spiritus Sanctus, vt patet
ex *Actor. 2. v. 5. Erant autem in Ieruſalem habitantes Iudæi viri religioſi ex omni natione quæ ſub cœlo*

eſt. Vt latè probat Lezana *anno mundi* 4086. Hæc
igitur fuit ſucceſſio Carmelitarum ab Elia vſque
ad finem legis veteris. Promulgata autem lege
Euangelica, multi Carmelitæ ſecuti ſunt illam, vt
patet *ex officio Commemorationis ſolemnis B. Vir-* 200
ginis lectione 4. vbi dicitur, *Viri plurimi qui veſtigiis ſanctorum Patrum Eliæ & Eliſæi inſtiterunt verum veritate perſpecta, atque probata, Euangelicam fidem confeſtim amplexi ſunt.* Et latè probat Lezana *anno mundi 4086. & Chriſti* 34. Quomodo autem Carmeliticus ordo ex tunc proceſſerit, & quæ
fuerit illius continuatio iam explico.

§. X.

Refertur hæreditaria ſucceſſio Religionis Carmelitanæ in lege gratiæ à Ioanne Baptiſta vſque ad S. Bertoldum.

SVMMARIVM.

201 *Anno Chriſti 64. ſucceſſit Ioanni Baptiſtæ in generalatu Ordinis Carmelitani S. Enoch ab Amatim.*
202 *Anno Chriſti 130. ſucceſſit S. Enoch S. Ignatius martyr.*
203 *Anno Chriſti 168. ſucceſſit S. Frontonius.*
204 *Anno Chriſti 179. ſucceſſit S Serapsonus.*
205 *Anno Chriſti 190. ſucceſſit S. Elanus martyr.*
206 *Anno Chriſti 264. ſucceſſit S. Samonius.*
207 *Anno Chriſti 272. ſucceſſit S. Dionyſius.*
208 *Anno Chriſti 276. ſucceſſit S. Speredion.*
209 *Anno Chriſti 357. ſucceſſit S. Antonius Abbas.*
210 *Anno Chriſt 380. ſucceſſit S. Euthicius.*
211 *Anno Chriſti 386. ſucceſſit S. Cyrillus.*
212 *Anno Chriſti 432. ſucceſſit Ioannes Hieroſolymitanus.*
223 *Anno Chriſti 455. ſucceſſit S. Carpaſius.*
214 *Anno Chriſti 520. ſucceſſit S. Sarbas.*
215 *Anno Chriſti 536. ſucceſſit S. Theotitus.*
216 *Anno Chriſti 540. ſucceſſit S. Theodoſius.*
217 *Anno Chriſti 556. ſucceſſit S. Ioannes Sylentiarius.*
218 *Anno Chriſti 557. ſucceſſit S. Quiriacus.*
219 *Anno Chriſti 600. ſucceſſit S. Ioannes Calebita.*
220 *Anno Chriſti 615. ſucceſſit S. Alypius.*
221 *Anno Chriſti 655. ſucceſſit S. Melito.*
222 *Anno Chriſti 714. ſucceſſit Sanctus Theodorus.*
223 *Anno Chriſti 780. ſucceſſit S. Nicetas.*
224 *Anno Chriſti 854. ſucceſſit S. Petrus.*
225 *Anno Chriſti 990. ſucceſſit S. Simon Armenus.*

EXplicata iam continuata ſucceſſione Religionis prophetiæ in lege veteri ſupereſt, vt explicemus ſucceſſionem, & continuationem in lege Euangelica. Primus igitur Generalis in lege
gratiæ fuit S. Ioannes Baptiſta, etiam ante Chriſti
mortem ita Paleonydorus *lib. 2. cap. 1.* vbi ait: *Tunc primum, & præcipuum Carmelitarum caput Ioannes apparuit Baptiſta.* Ita etiam Ioannes Hieroſolymitanus, & alij, quos lata manu refert Caſſanate in
Paradiſo Carmelitici decoris anno Chriſti 2. *cap.* 2.
Secundus generalis fuit S. Enoch ab Amatim anno 201

D 3 Chriſti

Chriſti 64 ita ex Coria Caſanate, *ætate 2. poſt Chri-*
202 *ſtum cap* 12. Tertius generalis fuit S. Ignatius mar-
tyr, anno Chriſti 110. ita Caſanate, *ætate 3. poſt*
Chriſtum cap. 14. Quartus generalis fuit S. Fron-
tonius anno Chriſti 168. ita ex Coria Caſanate,
203 *ætate* 3. *poſt Chriſtum cap.* 27. Quintus generalis,
204 fuit S. Serapionus anno Chriſti 179. ita ex Coria
Caſanate, *ætate 3. poſt Chriſtum cap.* 30. Sextus ge-
205 neralis fuit S. Elanus martyr anno Chriſti 190. ita
Caſanate, *ætate 3. poſt Chriſtum cap.* 31. Septimus
generalis fuit S. Samonius natione Græcus anno
206 Chriſti 264. ita Caſanate, *ætate 4. poſt Chriſtum*
cap. 38.

Octauus generalis fuit S. Dionyſius natione Sy-
207 rus, anno Chriſti 2/:. ita ex Coria Caſanate, *æta-*
te 4. poſt Chriſtum cap. 39. Nonus generalis fuit
208 S. Spiridion anno Chriſti 276. ita Caſanate, *ætate*
4 poſt Chriſtum cap. 40, Decimus generalis fuit S.
209 Antonius Abbas magnus numenpatus anno Chri-
ſti 357. ita Caſauate, *ætate 5. poſt Chriſtum cap.* 77:
210 Vndecimus generalis fuit S. Euthicius Græcus an-
no Chriſti 380. ita Caſanate, *ætate 5. poſt Chriſtum*
211 *cap.* 102. Duodecimus generalis fuit S. Ciryllus na-
tione Græcus, anno Chriſti 386. ita Caſanate,
ætate 5. poſt Chriſtum cap. 115. Decimus tertius ge-
neralis fuit Ioannes Hieroſolymitanos anno
212 Chriſti 432. ita Caſanate, *ætate 6. poſt Chriſtum*
cap. 1 Decimus quartus, generalis fuit S. Carpaſius
anno Chriſti 455. ita Caſanate, *ætate 6. poſt Chri-*
213 *ſtum cap.* 15. Decimus quintus generalis fuit S. Sab-
has anno Chriſti 520. ita Caſanate, *ætate 7. poſt*
214 *Chriſtum cap.* 13. Decimus ſextus generalis fuit S.
215 Theotiſtus Græcus anno Chriſti 536. ita Caſanate;
ætate 7. poſt Chriſtum cap. 36.

Hic Caſanate *ætate* 13. *poſt Chriſtum cap.* 1. ait
ſe non inuenire in authoribus ſequentes Genera-
les, & ideo ſuſpicari per illud tempus gubernaſſe
ſeligionem Patriachas Hieroſolimitanos facul-
tate ad id à ſummis Pontificibus, quod poſſe eſſe
admittit Vaſques 1.2. *quæſt.* 6. *art.* 4. *d.* 195. & nul-
lam habet difficultatem, cum id hodie in monia-
libus ſubiectis Epiſcopis videamus. Verum ergo
non contentus hac ſolutione, licet eam improba-
bilem non reputem, perquirendo in noſtris Au-
thoribus continuationem huius ſucceſſionis inue-
216 nio, quod Theotiſto ſucceſſit S. Theodoſius In ge-
neralatu anno Chriſti 540. qui vixit 140. annus
217 ita Coria *lib.* 9. *c.* 22. Teodoſio vero ſucceſſit S. Ioã-
218 nes Sylenciarius, anno Chriſti 556. ita Coria *ibi*;
Huic vero ſucceſſit S. Quiriacus anno Chriſti 557.
219 ita Coria *eodem loco*. Huic ſucceſſit S. Ioannes Ca-
220 lebita anno Chriſti 600. ita Coria *eodem loco*. Huic
ſucceſſit S. Alypius anno Chriſti 615. ita Coria
221 *ibidem*. Huic ſucceſſit S. Theodorus Studita anno
222 Chriſti 714. ita Lippomanus *tom.* 5. Antonius de
223 Iepe *tom.* 3. *hiſtoria S. Benedicti anno* 826. Huic ſuc-
ceſſit S. Nicetas Græcus anno Chriſti 780. ita
224 S. Angelus *Catalog.* 85. Huic ſucceſſit S. Petrus an-
no Chriſti 854. ita Coria Delucid. *lib.* 9. *cap.* 29.
225 Huic ſucceſſit S. Simon Armenus anno Chriſti
990. ita Fr. Marcus à Guadalaxara in *Catalogo*
Sanctorum Carmelitarum.

§. XI.

Refertur hereditaria ſucceſſio Religionis Carmelitanæ in lege gratiæ à S.° Bertoldo primo Generali Latinorum vſque ad hec tempora.

SVMMARIVM.

226 *Anno 1096. Aimericus reduxit Eremitas Carmelitas ad vitam cœnobialem, extra tamen ciuitates.*

227 *Edificauit cœnobium in Carmelo, & illo poſuit generalem S. Bertoldum, qui ſucceſſit Simoni Armeno anno Chriſti 1121. & fuit primus generalis Latinorum.*

228 *Anno Chriſti 1166. ſucceſſit S. Brocardus.*

229 *Anno Chriſti 1171 S. Brocardus petiit regulam à S. Alberto.*

230 *Anno Chriſti 1225 ſucceſſit in generalatu ordinis S. Cyrillus Græcus.*

231 *Anno Chriſti 1229. ſucceſſit S. Bertoldus.*

232 *Anno Chriſti 1237. ſucceſſit S. Albanus.*

233 *Anno Chriſti 1250 ſucceſſit S. Simon Stokio.*

234 *Anno Chriſti 1266. ſucceſſit Nicolaus Gallicus*

235 *Anno Chriſti 1272. ſucceſſit Venerabilis Rodulphus Tudeſcus.*

236 *Anno Chriſti 1275. ſucceſſit Petrus de Emiliano.*

237 *Anno Chriſti 1297. ſucceſſit Raymondus de Inſulis.*

238 *Anno Chriſti 1307. ſucceſſit Gerardus à Bononia.*

239 *Anno Chriſti 1317. ſucceſſit Simon de Spiera.*

240 *Anno Chriſti 1318. ſucceſſit Guidus de Terrena.*

241 *Anno Chriſti 1321. ſucceſſit Ioannes de Merlo.*

242 *Anno Chriſti 1342. ſucceſſit Petrus Raymondos.*

243 *Anno Chriſti 1356. ſucceſſit Ioannes Baliſtarius.*

244 *Anno Chriſti 1375. ſucceſſit Bernardus Oliuarius.*

245 *Anno Chriſti 1381. ſucceſſit Michael Angrianus.*

246 *Anno Chriſti 1387. ſucceſſit Ioannes à Raide.*

247 *Anno Chriſti 1405. ſucceſſit Matthæus à Bolonia.*

248 *Anno Chriſti 1412. ſucceſſit Ioannes Groſius.*

249 *Anno Chriſti 1425. ſucceſſit Bartholomæus Racolius.*

250 *Anno Chriſti 1430. ſucceſſit Ioannes Faco.*

251 *Anno Chriſti 1451. ſucceſſit B. Ioannes Soretus.*

252 *Anno Chriſti 1472. ſucceſſit Chriſtophorus Brixienſis.*

253 *Anno Chriſti 1482. ſucceſſit Pontius Raymondus.*

254 *Anno Chriſti 1503. ſucceſſit Petrus Terraza.*

255 *Anno Chriſti 1513. ſucceſſit Baptiſta Mantuanus.*

256 *Anno Chriſti 1517. ſucceſſit Bernardus Landucius.*

257 *Anno Chriſti 1524. ſucceſſit Nicolaus Audithius.*

258 *Anno Chriſti 1564. ſucceſſit Ioann. Bapt. Roſta.*

259 *Hic generalis anno Chriſti 1567. dedit facultatem S. M. noſtra Thereſiæ erigendi conuentus monialium, & Religioſorum diſcalceatorum ſub regula primitiua.*

260 *Anno Chriſti 1580. ſucceſſit Ioannes Baptiſta Gaſardus.*

261 *Anno Chriſti 1593. ſucceſſit Ioannes Stephanus Chyzola.*

262 *Eodem anno in Capitulo generali Cremonæ facto ſub eodem Generali ſeparati ſunt excalceati ab obſeruantibus.*

263 *Anno Chriſti 1593. Electus fuit primus generalis diſcalceatorum Congregationis Hiſpaniæ Nicolaus à Ieſu Maria.*

264 *Anno Chriſti 1594. ſucceſſit Elias à S. Martino.*

265 *Anno Chriſti 1600. ſucceſſit Franciſcus à Matre Dei.*

266 *Anno Chriſti 1607. ſucceſſit Ildiphonſus à Ieſu Maria.*

267 *Anno Chriſti 1613. ſucceſſit Ioſephus à Ieſu Maria.*

268 *Anno Chriſti 1619. ſucceſſit Ildephonſus à Ieſu Maria ſecunda vice.*

269 *Anno Chriſti 1625. ſucceſſit Ioannes à Spiritu Sancto.*

270 *Anno Chriſti 1631. ſucceſſit Stephanus à S. Ioſeph.*

271 *Anno Chriſti 1637. ſucceſſit Ioannes à Spiritu Sancto ſecunda vice.*

272 *Anno Chriſti 1643 ſucceſſit Ioannes Baptiſta.*

273 *Anno Chriſti 1649. ſucceſſit Hieronymus à Conceptione*

274 *Anno Chriſti 1655. ſucceſſit Didacus à Præſentatione.*

275 *Anno Chriſti 1661. ſucceſſit Gabriël à Matre Dei.*

276 *Anno Chriſti 1664. ſucceſſit Stephanus à S. Ioſeph.*

277 *Carmelitana Religio, quæ hodie viget eſt ipſamet, quam parens Elias in Carmelo inſtituit ſine vlla interruptione.*

278 *Solum differt ab ea quam parens Elias inſtituit accidentaliter ob ſolemnitatem, quam ex Chriſti inſtitutione habet.*

279 *In re nimis antiqua ſufficiunt ſcriptorum teſtimonia ad probandam antiquitatem.*

280 *Probatur Carmelitana ſucceſſio ex variis iuris regulis.*

FLoreſcente igitur toto hoc tempore Carme-
litano ordine in Tehaida, Egypto, & Paleſti-
226 na, Carmelo, & aliis Eremis. anno Chriſti 1096.
Aimericus Patriarcha Antiochenus videns Car-
melitanum ordinem in Eremis habitare, non tam
commodum eſſe populis, ad cœnobialem vitam,
extra tamen ciuitates, qua populo eſſent vtiliores
reducere inſtituit & in Carmelo celebre cœno-
bium ædificauit, quo collegialiter in vnum intra
clauſtra, & dormitoria communia. communem
diu, noctuque vitam monaſticam more Latino-
rum peragerent, & ei præpoſuit anno Chriſti
1121. S. Bertoldum, qui erat monachus Carmeli,
quem ipſi Carmelitæ more Latinorum generalem
227 appellarunt. antea namque Abba nomine more
Græcorum prælatus generalis appellabatur. Vo-
luit tamen Aimericus hanc monachorum Eccle-
ſiæ Latinæ conſuetudinem noſtrates habere qua-
propter vetuſtiſſima ordinis omnia monimenta
S. Bertoldum primum priorem generalem ordinis
inter Latinos annumerant; Ex quo facto ali qui vo-
luere aſſerere, Aimericum fuiſſe inſtitutorem no-
ſtræ Religionis, quod quidem falſum eſt: Aime-
ricus enim nunquam dedit regulam Carmelitis,
ſed tantum collegialiter viuere inſtituit. ita cum
multis Caſanate, *ætate 13. poſt Chriſtum cap. 5.*
& alij ſcriptores noſtri ordinis, & multi exteri,
à quibus referendis breuitatis cauſa abſtineo.

Secondus generalis Latinorum fuit S. Brocardus
Hieroſolymitanus anno Chriſti 1166. ita Caſanate,
te, *ætate 13. poſt Chriſtum cap. 111.* Hic generalis 228
videns nouam ſibi viuendi regulam neceſſariam
eſſe, ſiquidem Ioannis Patriarchæ regula, iam
pridem in ordine ſuſcepta, non ſufficere tunc iu-
dicabat, cum anachoreticæ vitæ propoſitum, de
quo ipſa ferebat iam eſſet abſolutum, Albertum
Patriarcham addit, vt ſibi iuxta nouum vitæ pro-
poſitum, nouam viuendi traderet normam, quod
equidem fecit ipſe Albertus Patriarcha Hieroſo-
lymitanus anno Chriſti 1171. ezio reducens ex 229
illa regula Ioannis Hieroſolymitani, & ſatis in-
dicant priora verba regulæ Alberti. *Verum quia
requiritis à nobis, vt iuxta propoſitum veſtrum tra-
demus vobis vitæ formulam, quam tenere in poſte-
rum debeatis &c.* Ceteros generales qui ſequuntur
cum de eis non ſit dubium inter Authores ſuo or-
dine proponam, ſicut illos proponit Caſanate. *in
ſuo paradiſo Carmelitico decoris ad ann. Chriſti
1225. ætate 14. poſt Chriſtum.*

Tertius igitur generalis inter Latinos fuit S. Cy-
rillus Græcus anno Chr. 1225. Quartus B. Bertoldus 230
anno Chriſti 1229. Quintus S. Albanus Britonus 231
anno Chriſti 1237. Sextus S Symon Stokio anno 232
Chriſti 1250. Septimus Nicolaus Gallicus anno 233
Chriſti 1266. Octauus V Redulphus Tudeſcus 234
anno Chriſti 1272. Nonus Petrus de Emiliano 235
anno Chriſti 1275. Decimus Raimundus de Inſu- 236
lis anno Chriſti 1297. Vndecimus Gerardus à Bo- 237
nonia anno Chriſti 1307. Duodecimus Simon de 238
Spiera anno Chriſti 1317. Decimus tertius Gui- 239
dus de Terrena anno Chriſti 1318. Decimus quar- 240
tus Ioannes de Alerbo anno Chriſti 1321. Deci- 241
mus quintus Petrus Raymundus anno Chriſti
1342. Decimus ſextus Ioannes Baliſtarius anno 242
Chriſti 1356. Decimus ſeptimus Bernardus Olle- 243
rius anno Chriſti 1375. Decimus octauus Michaël 244
Angrianus anno Chriſti 1381. Decimus nonus 245
Ioannes à Raide anno Chriſti 1387. Vigeſimus 246
Matthæus à Bolonia anno Chriſti 1405. Vigeſi- 247
mus primus Ioannes Groſſius anno Chriſti 1411. 248
Vigeſimus ſecundus Bartholomæus Raccolius
anno Chriſti 1425. Vigeſimus tertius Ioannes Fa- 249
co anno Chriſti 1430. Vigeſimus quartus B. Ioan 250
nes Soretus, anno Chriſti 1451. Vigeſimus quin- 251
tus Chriſtophorus Brixienſis anno Chriſti 1472. 252
Vigeſimus ſextus Pontius Raymundus anno 253
Chriſti 1482. Vigeſimus ſeptimus Petrus Terræ 254
za anno Chriſti 1503. Vigeſimus octauus Bapti- 255
ſtæ Mantuanus anno Chriſti 1513. Vigeſimus no- 256
nus Bernardinus Landucius anno Chriſti 1517.
Trigeſimus Nicolaus Audithius anno Chriſti 257
1524. Trigeſimus primus Ioannes Baptiſta Roſſo 258
anno Chriſti 1564. Hic generalis veniens Hiſpa-
niam, & viſitans ſanctiſſimam Matrem noſtram
Thereſiam dedit ei facultatem erigendi conuen-
tus monialium Carmelitarum excalceatarum, Abu-
læ die 27. Aprilis anni 1567. & poſtea ei dedit 259
facultatem pro patribus Carmelitis diſcalceatis

erigendi

erigendis in conuentu Valentiæ. Trigeſimus ſe-
260 cundus fuit Ioan. Baptiſta Gaffardus anno Chriſti
261 1580. Trigeſimus tertius fuit Ioannes Stephanus
Chyzoia anno Chriſti 1593. qui ſolum poſt ſuam
electionem per duas horas vixit in generalatu.

Tempore huius generalis in Capitulo genera-
262 li Cremonæ inito anno Chriſti 1593. communi
Patrum applauſu Diſcalceatorum noſtrorum, feli-
ciſſima Congregatio omnino ſe ab antiqua Car-
meli obſeruantia congregauit, annuente diplomate
Clem. VIII. in duos nobiliſſimos, & fertiliſſimos
palmites multiplicata eſt, illa Carmeli arbor an-
tiqua numquam tantorum temporum procellis la-
befactata, ſed ſemper inconcuſſa manens quaſi
arbor vitæ in medio Paradiſi ſituata, quæ Eliæ
fonte irrigata taliter in dies pullulauit, vt & ter-
tium palmitem procreauerit fertiliſſimum, ſcili-
cet Congregationem noſtrorum Carmelitarum
Diſcalceatorum Congregationis Italiæ; Verum
quia hi tres nobiliſſimi Palmites, hi tres huius ar-
boris rami, hæc tria Eliæ fontis flumina, infini-
tos ferunt fructus odoris, nec ego in tam breui
faſciculo tot heroas, tot inſignes viros poſſum
contexere, ſucceſſionem generalium, tam Obſer-
uantium, quam noſtræ Congregationis diſcalcea-
torum Italiæ ſuis relinquo Authoribus, qui illo-
rum memoriam in ſuis ſcriptis in Eccleſiæ viri-
dario proponent, ego vero ſolum noſtræ congre-
gationis Hiſpaniæ Carmelitarum diſcalceatorum,
quæ prima fuit quæ arborem illam antiquam Car-
meli nouo decore, nouis virgultis, pomis, & fru-
ctibus decorauit è qua poſtea congregatio diſcal-
ceatorum Italiæ pullulauit incompto calamo prio-
res generales enumerabo.

Primus igitur huius Carmelitanæ excalceatæ
familiæ Generalis poſt ſeparationem factam anno
261 Chriſti 1593. fuit P. Fr. Nicolaus à Ieſu Maria co-
gnomine Doria, quem Clemens VIII. eodem an-
no ſuo diplomate ex motu proprio omnibus Hiſ-
264 paniæ Excalceatis generalem propoſuit. Secundus
265 fuit Elias à S. Martino anno Chriſti 1594. Tertius
266 fuit Franciſcus à Matre Dei anno Chriſti 1600.
Quartus fuit Ildephonſus à Ieſu Maria anno
267 Chriſti 1607. Quintus fuit Ioſephus à Ieſu Maria
268 anno Chriſti 1613. Sextus fuit Alphonſus à Ieſu
Maria, ſecunda vice, anno Chriſti 1619. Septi-
269 mus fuit Ioannes à Spiritu Sancto, anno Chriſti
270 1625. Octauus fuit Stephanus à S. Ioſeph anno
271 Chriſti 1631. Nonus Ioannes à Spiritu Sancto
272 ſecunda vice, anno Chriſti 1637. Decimus Ioan-
273 nes Baptiſta anno Chriſti 1643. Vndecimus Hie-
ronymus à Conceptione anno Chriſti 1649. Duo-
274 decimus Didacus à Præſentatione anno Chriſti
275 1655. Decimus tertius Gabriel à Matre Dei an-
276 no Chriſti 1661. Decimus quartus Stephanus à
S. Ioſeph. anno Chriſti 1664. Qui hodie noſtrum
excalceatum, Carmelum Hiſpanum ſingulari vi-
gilantia, & ſpeciali ſapientia, & charitate quaſi
è cœlo elapſus dirigit, tuetur, & regit, cuius gu-
bernium hæc noſtra Luſitana familia nimium
exoptat; ſed proh dolor! bella inter Iberos, & Lu-
ſitanos hac nos felicitate penitus priuant, faxit
Deus, vt pace cuncta compoſita, prout vtraque
nobiliſſima natio ſumme exoptat, bella remouean-
tur, vt hæc noſtra Luſitana prouincia ſuo capi-
ti, à quo abhinc viginti & ſeptem annis eſt ſe-
parata authoritate Pontificia iterum annectatur,
quod ſi fuiſſet ſub illo generali, magni facerent
noſtri Luſitani Carmelitæ, audio etiam illum ma-
xime diligere Luſitanos; eſt enim natione Na-
uarrus, vir literis, & virtute eximia præditus, ſic
leo ab aliis huius inſignis Patris virtutibus, & do-
tibus referendis, ne ipſius venuſtatem offendam, &
ne noſtris Luſitanis fidelitatis Luſitanæ appaream
ſuſpectus, quod abſit.

Hæc igitur fuit Carmelitani ordinis nunquam
interrupta ſucceſſio ab Elia vſque ad hoc noſtrum
tempus. Exeat nunc neſcio quis mendoſus ille
P. Salinas, & dicat, quia Carmelitana Religio ab
Elia non ſumpſit exordium. Quomodo poteſt fie-
ri, vt Religio Carmelitana ab Elia non proceſſe-
rit, ſi tot ſacri textus teſtimonia, ſi tot Sancti Pa-
tres, ſi tot Pontifices, ſi tot Authores omnium
Religionum, & etiam ſuæ ſocietatis id procla-
mant, ſi Ratio, & ipſiſmet continuata ſucceſſio id
demonſtrant? crede ergo, ſi non Sanctis Patribus,
vt ſoles, & Pontificibus, ad minus ſacris textibus,
& authoribus tuæ ipſius ſocietatis; ipſi enim ſunt
præcipui patroni, qui hanc noſtram veritatem
defendunt, vt hucvſque monſtramus. Per quod
reſponſum manet argumento, ob quod hæc
adducta ſunt, nam ſi oſtenſum manet ex tot gra-
uiſſimis Authoribus, & Patrum teſtimoniis, Or-
dinem Propheticum ſine interruptione continua-
tum fuiſſe ab Elia vſque ad S. Ioann. Bapt. primum
legis gratiæ Carmelitarum Generalem. Et inde vſ-
que ad S. Brocardum ſecundum generalem Latino-
rum, qui Alberti regulam recepit. Et inde vſ-
que ad hæc tempora, vt ipſi etiam adverſarij fa-
tentur, quis poterit dubitare hanc eandem Reli- 277
gionem Carmelitarum, quæ hodie cum tam exi-
mio decore floret in Eccleſia Dei, eſſe ipſiſſimam
cum ea, quæ floruit in lege veteri ab Elia parente
ſanctiſſimo vſque ad Ioannem Baptiſtam, & ſo-
lum ab ea differre accidentaliter, ob perfectiones, 278
quas illi Chriſtus, & Apoſtoli addiderunt, vt ſu-
prà diximus.

Anno quia in tanta temporum varietate, de
aliquibus Præpoſitis generalibus dubitatur, An
qui proponuntur, vel alij loco ipſorum fuerint,
ideo Religio deſiit eſſe, cum alias tantos, & tot
eximios aſſeclas in omnibus ætatibus oſtendamus,
& Religionis continuationem in Carmelo, & in
omnibus locis, in quibus priora collegia ab Elia,
& Eliſæo fuere primitùs in lege veteri fundata?
Abſit. In re enim tam obſcura, & antiquiſſima,
& de qua nulla extant vetuſta monumenta, cum 279
Carmelus ipſe, qui erat veluti commune Prom-
ptuarium ſub Barbarorum manibus ſæpius ve-
nerit, qui oratorium, cuncta, quæ in eo erant
combuſſerunt, & fratres ibi aſſiſtentes interfece-
runt, non requiritur maior demonſtratio, quam
ea, quæ per teſtimonia relatu nos adduximus,
præcipuè cum in tot rationibus non contemnen-
dis, & in ipſa poſſeſſione & præſcriptione Re-
ligionis fundatur, quæ patent ex pluribus dog-
matibus iuris prudentum, quæ refert Bertachi-
nus *in Repertorio part. 4. verbo poſſeſſio*, præcipua
ſunt hæc.

Primum eſt. Poſſeſſio præſumitur ex titulo præ- 280
cedenti. Secundum Poſſeſſio continuata probatur,
probatis extremitatibus temporis, quia medio
tempore præſumitur. Tertium Poſſeſſio præſumi-
tur continuata per eum, qui in præteritum poſſe-
dit, niſi contrarium probetur, ſcilicet quod alius
poſtea poſſederit. Quartum Poſſeſſio Authoris, &
ſucceſſoris præſumitur continuata. Quintum Poſ-
ſeſſio præſumitur continuata tempore turbationis,

& litis conteſtationis, quando Authot probat de antiqoiori. Arqui hæc omnia in hac noſtra cauſa concurrunt, vt hucvſque latè ex tot patrum Authoritatibus, & poſſeſſione ipſa & præſcriptione probauimus, & ſtatim ex communi & antiqua ordinis traditione monſtrabimus, & nemo eſt qui non videat; ergo ſolum ille qui non videtr, probabilitatem huius noſtræ ſententiæ non introſpiciet.

§. XII.

Probatur hæc ſucceſſio hæreditaria Religionis Carmelitanæ cum vero ſtatu monachali cum tribus votis obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis ab Elia parente noſtro vſque ad hæc tempora per Religionis Carmelitanæ Traditionem.

SVMMARIVM.

281 *Continuata ſucceſſio Ordinis Carmelitanæ cum vero monachatu ab Elia vſque hæc tempora probatur Religionis traditione.*
282 *Hæc traditio ſine magno fundamento negari non poteſt.*
283 *Hæc traditio probatur plurimorum ſummorum Pontificum authoritate.*
284 *Probatur authoritate Clementis VIII.*
285 *Probatur authoritate multorum SS. Patrum Religionis.*
286 *Probatur authoritate Doctorum exteriorum præcipuè ſocietatis Ieſu.*
287 *Pater Salinas refellitur.*
288 *Os illius obtruditur teſtimonio Academiæ Cantabrigenſis in Anglia.*
289 *Dubitare an ordo Carmeli deſcenderit ab Elia eſt dubium puerile.*
290 *Propoſitio damnata in aliqua Academia catholica poteſt haberi ſuſpecta de hæreſi.*
291 *Traditiones particularium prouinciarum habent eximiam authoritatem.*
292 *Traditio Diuum Iacobū veniſſe ad Hiſpaniā eſt vera, & ab Vrbano VIII. vt talis fuit recepta.*
293 *Noſtra traditio eſt vera, & à Pontificibus recipitur.*
294 *Noſtra traditio maximè fauet fidei contra hæreticos huius temporis.*
295 *Teſtimonium domeſticorum admittitur in cauſis ſuorum religioſorum, & communitatum.*
296 *In canonizatione ſanctorum alicuius religionis, Religioſi eiuſdem Religionis aſſumuntur vt teſtes.*
297 *Argumentum contrarium contra hanc noſtram traditionem poſſunt hæretici facere contra aliquas traditiones Eccleſiaſticas in ordine ad plures articulos fidei.*
298 *Proponitur quoddam cuiuſdam Anonymi argumentum contra hucuſque dicta.*

QVamvis quæ hucuſque diximus ſatis oſtendunt hanc celebrem continuationem, & non interruptam ſucceſſionem, Religionis Carmelitanæ ab Elia Parente auctore, & fundatore cum vero ſtatu monachali, cum tribus votis obedientiæ, paupertatis & caſtitatis, id tamen tandem confirmo ex conſtanti, & perpetua Ordinis traditione, qua ſemper quæ dicta hucvſque manent, fuere in illo recepta, quod ſolum argumentum, ad totum hoc conſilium probandum ſufficiebat, ſiquidem traditio in rebus quæ conſiſtunt in facto, & vetuſtiſſimis, eſt irreſtagabile argumentum. Probatur igitur noſtra aſſertio.

Conſtans traditio eſt in tota religione Carme- 281
litana à temporibus immemoralibus, Eliam, & Eliſæum fundaſſe hanc Carmelitanam religionem, cum vero monachatu, cum tribus votis eſſentialibus obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, & ſic ab Elia fundatam continuatam fuiſſe per filios Prophetarum, per Recabitas, Eſſenos, & Aſſideos vſque ad mortem Chriſti, & inde in lege gratiæ per ipſos Eſſenos, qui legem Euangelicam ſuſceperunt, & per alios ſanctos eremitas, qui vſque ad tempus Brocardi in Eremis habitarunt, & inde per ipſos Carmelitas, qui cœnobiticè in conuentibus vixerunt, vſque ad hæc tem- 282
pora; ſed huiuſmodi traditio, ſine aliquo magno fundamento in contrarium negari non poteſt; ergo dicendum eſt Religionem Elianam ab Elia vſque ad hæc tempora prædicto modo continua ſucceſſione perdurаſſe.

Maior præterquam quod ſit certa, vt patet 283
ex teſtimoniis tantorum Patrum, & Doctorum quæ hucvſque retulimus probatur, non ſolum authoritate ſeptem ſummorum Pontificum, qui de hac hæreditaria ſucceſſione teſtificantur, quæ ſuprà retulimus, & ex conceſſione officiorum in toto Ordine Carmelitarum recitandorum pro prædictis Sanctis, tanquam de Fundatoribus, &
Patronis, ſed etiam authoritate Clementis VIII. 284
in quadam Epiſtola, quam ſcripſit ad Regem potentiſſimum Perſarum anno 1604. in recommendationem priorum Carmelitarum, qui ad conuerſionem illius Regni abierunt, vbi ait Pontifex: *Habuerunt olim Religionis huius profeſſores, ſicut à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris memoriæ proditum eſt, ſui inſtituti Authores Sanctos Prophetas Eliam, & Eliſæum, omnibus nationibus, & gentibus notos.*

Deinde probatur authoritate Ioannis Hiero- 285
ſolymitani *in lib. inſtitutionis Monachorum per totum*, qui vixit circa annum Domini 400. & authoritate Sancti Cyrilli Conſtantinopolitani Epiſtola ad Abbatem Ioachim, qui vixit per annos Domini 1200. Et authoritate Waldenſis in ſuis ſcriptis contra Wiclefum hæreticum cuius doctrina fuit approbata à Sanctiſſimo Papa Martino V. cum decreto ſuo, & totius Congregationis Cardinalium in Bulla eiuſdem ſanctiſſimi quæ incipit, Placuit nobis, vt refert Cona de antiquitate Ordinis Carmelitani *lib. 1. cap. 12.* verſu Non par. Sed ne aliquis dicat huiuſmodi Authores, etſi grauiſſimos eſſe proprios. Probatur authoritate
multorum etiam extraneorum; & primus ſit Pa- 286
ter Suarius *tom. 3. de relig. lib. 2. cap. 10.* vbi ait: *Eſt autem valde recepta traditio Religionem hanc à temporibus Prophetarum, & ſignatim ab Elia inſtitutione ſuam ducere originem, & quaſi hæreditariam ſucceſſionem in monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit, quam traditionem vt veram ſuſcipimus.*

Et Gaſpar Sanchez *lib. 3. reg. cap. 17. num. 12.* ait: *Ab Elia opinor ortum habuerunt antiquum & nobi-*

lem, qui noſtro aeo Carmelita dicuntur, viri Reli-
gionis gloria, & vita ſanctitate conſpicui, quod, vt
credam. facit non ſolam illins Ordinis, ſed omnium
penè gentium conſtans, & perpetna traditio, & quidem
ſi pro hac mea cogitatione nihil ſtaret præter traditio-
nem, omni memoria ſuperiorem, ſatis putaretur ha-
bere præſidij, quia communis, conſpiranſque confeſ-
ſio nullo interrupta tempore eam habet authoritatem,
quam nulla, niſi magna fides infirmare poſſit. Quid
illuſtrius poterat hic grauiſſimus Author dicere?
Vbi ergo iſta magna fides in contrarium, qua
287 hæc communis omnium gentium traditio infir-
metur? Erit ne fides Patris Salinas, qui hanc tra-
ditionem ſuis fallaciis; & mendaciis intendit in-
firmare, vt dixi in noſtro Directorio Regularium
part.2.tract.3 d...n... Abſit: illius enim fallaciæ, &
mendacia, clariſſimo teſtimonio totius Academiæ
Cantabrigenſis in Anglia eliduntur, & conterun-
tur.

Hæc enim Academia anno Domini 1374. vt
288 habetur in ſpeculo ordinis fol. 81. & teſtatur Le-
zana in Apparatu ad Annales *cap.6. num.8.* cum in
ea eſſet diſſidium inter ſcholaſticos (hoc enim
289 dubium puerorum eſt.) An ordo Carmelitarum
deſcenderit ab Elia per hæreditariam ſucceſſio-
nem, conuocatis per illius Cancellariam Acade-
miæ Doctoribus, in Iudicio contradictorio, in
clauſtro pleno, hoc decretum ededit: *Auditis al-*
legationibus, viſiſque priuilegiis, rerum regiſtra, &
aliis huiuſmodi monimentis, & antiquis ſcripturis, ac
diligenter rimatis, & diſcuſſis, de conſilio diſcreto-
rum, & iuriſperitorum dictæ Vniuerſitatis nobis aſ-
ſiſtentium decidimus, & declaramus prædictos Patres
dicti ordinis B. Mariæ de monte Carmelo, prout
ſufficienter apparuit per præmiſſa exhibita, producta,
& allegata, Eliæ & Eliſæi Sanctorum Prophetarum
fore imitatores, & ſucceſſores, &c.

Quod illuſtrius teſtimonium pro probanda
hac traditione afferri poteſt. Nam vt ex *cap.* ad
290 abolendum extra de hæreticis infert Valentia
tom. 1.d.4. quæſt.1. part. 3. ſuſpecta haberi poteſt de
hæreſi ea propoſitio, quæ in aliqua Academia ca-
tholica condemnata fuerit. Atqui propoſitio, quæ
aſſerit Carmelitas non eſſe veros ſucceſſores Eliæ,
damnata fuit ab hac illuſtri catholica Academia.
Videant ergo ipſius authores, an in opinione Pa-
tris Valentiæ, & an ex *cap.* Abolendum extra de
hæreticis, dici poſſit ſuſpecta de hæreſi hæc ſua
propoſitio: Ego enim non hæc dixi, vt vel le-
uem aliquam noſtris aduerſariis notam inurerem,
ſed vt maiorem firmitatem aſſertionis noſtræ iniiciā.

Dices, hanc traditionem eſſe particularem ipſius
Carmelitanæ Religionis, quæ cum ex ea commo-
dum, & intereſſe recipiat, ſcilicet gloriam anti-
quitatis, in hac parte non ſunt credendi. Sed con-
tra qui præterquam, quod hæc traditio non eſt ſo-
lum particularis Carmelitarum, ſed omnium gen-
291 tium vt teſtatur Gaſpar Sanch. *ſuprà* traditiones
particulares Prouinciarum habent eximiam au-
thoritatem, vt patet ex traditione, qua prouincia
Hiſpaniæ habet veniſſe ad eam D. Iacobum, quæ
traditio, licet à Baronio, & aliis contradicetur, tantæ
authoritatis eſt, vt Vrbanus VIII. iuſſerit, quod
in lectionibus eiuſdem S. Iacobi non ponerentur
illa verba, *Mox Hiſpaniam veniſſe, Eccleſiarum il-*
lius Prouinciæ traditio eſt, vt anteà ponebantur, ſed
quod abſolute diceretur: Mox in Hiſpaniam profectus
292 *ibi aliquos ad fidem conuertit.* Et Baronius *tom.1.an-*
nalium anno 54. n.54. vt certum aſſerit B. Barnabi-
tum veniſſe in Italiam, & prædicaſſe in Lithurgia
In ciuitate Mediolanenſi, eo quod: vt ipſe ait, fidæ
traditiones, eiuſdemque Eccleſiæ monimenta fi-
dem certam, atque indubitatam faciunt; Atqui
huiuſmodi traditiones ſunt ipſarum Prouinciarum,
quæ intereſſe recipiunt gloriæ habendi tales pa-
tronos, & fundatores, ſi ergo ipſis habitatoribus
illarum prouinciarum tanta fides adhibetur, non
obſtanti illorum intereſſe, illorum teſtimonium,
& traditio ab Vrbano VIII. vera, & indubitata 293
habetur, & ab ipſo Baronio, cur noſtra traditio
ita non erit, cum habeat in ſuum fauorem tanto-
rum Pontificum approbationem, & authoritatem,
quæ reſultat ex officiis approbatis à ſacra rituum
Congregatione.

Nunquid hanc firmam traditionem labefacta-
bit aliquorum inuidorum contrariatio? Abſit, vt
ait D. Hieronymus Epiſtola ad Lucinum Bethicum
his verbis. *Sed ego illud breuiter admonendum puto,* 294
traditiones Eccleſiaſticas præſertim, quæ fidei non offi-
ciant ita obſeruandas, vt à maioribus tradita ſunt,
nec aliorum conſuetudinem aliorum contrario more
ſubuerti. Sed hæc noſtra traditio tantum abeſt, vt
officiat fidei, quin potius maximè ei fauet contra
hæreticos huius temporis, qui ſacrilege dicunt, ſta-
tum religioſum nouum quid inventum eſſe in Ec-
cleſia Dei: ergo licet aliqui inferioris notæ Autho-
res contrarium autument, non ideo talis traditio, vt
falſa, ſed vt probabiliſſima reputanda eſt.

Nec etiam obſtat, ſi dicas teſtes de hac traditio-
ne teſtantes eſſe domeſticos. Nam idem poſſumus 295
dicere de traditione prædicationis S. Iacobi in
Hiſpania; & S. Barnabæ Mediolani. Tum quia etiam
habemus teſtes extraneos, vt ſunt Suar. & Sanchez,
& teſtimonium vnius Academiæ Catholicæ. Tum
quia etiam teſtimonium domeſticorum admittitur
in cauſis ipſorum collegiorum, & communitatum, vt
habetur *cap.* inſuper *cap.* cum nuntius de teſtibus,
& eſt commune inter DD., vt notat Conrado in
Praxi §.2.*de teſtibus n.55.* Quod de religioſis in
cauſis ſuorum conventuum, & Religionis clarius
patet ex Gloſſa *in authentic.de monach. §.cogitandum*
& in l. idonei, ff. de teſtibus, & tenent Decius ſuper
cap.*citatum num.*20. Quod clarius patet ex *c. veniens*
2. *de teſtibus, &c. Abbas cap.ſuper prudentiam 14.q.*
cap. & ſi Chriſtus de iureiurando, & ſic videmus,
quod in canonizationibus ſanctorum alicuius Reli- 296
gionis, religioſi ipſius religionis aſſumuntur vt te-
ſtes, vt reſoluunt Auditores Rotæ in canonizatio-
ne S. Thereſiæ matris noſtræ *Relat. 1. de miraculis*
in vita art. 2. fol.8. & in canonizatione S. Franciſ-
cæ Romanæ *p. 1. art. 7.* ſi ergo Religioſi eiuſdem
Ordinis ad canonizationem ſanctorum, vt teſtes
idonei aſſumuntur, cur non aſſumuntur ad teſtifi-
candum de hac traditione? Tandem concludo, &
dico, quod idem poſſunt hæretici dicere de traditio- 297
nibus Eccleſiaſticis in ordine ad plura articula fidei,
cum teſtes huius traditionis ſint ipſi catholici Roma-
ni. Vt ergo eis non detur anſa tam ſacrilegæ propo-
ſitionis, nullus catholicus hanc noſtram traditionem
negare debet, eo quod ab ipſis Carmelitis teſti-
ficetur, per quod patet ad argumentum, ob quod
hæc adducta ſunt.

Obiicies tamen: Dato quod Elias fuerit funda-
tor Religionis Carmelitanæ cum tribus votis, &
vero monachatu; & quod eadem religio hucuſq;
ab Elia continua ſucceſſione perſeuerauerit, adhuc
Carmelitæ non poſſunt ſingulis menſibus prima
die, feſto nouem lectionum non impedita, tanquam 298

de

de ſuo fundatore recitare: ergo omnia quæ hucvſque dicta ſunt, ad hoc intentum corruunt: Antecedens patet, quia non datur bulla, aut Pontificium privilegium, ex quo conſtet Carmelitas poſſe de S. Elia recitare tum quia Elias adhuc vivus perſiſtit, ſed Eccleſia non ſolet cultu publico ſanctos vivos celebrare. tum quia Elias in loco in quo eſt non audit eum deprecantes nec ſcit quæ fiunt in mundo, ergo non poteſt officio canonico, & publico ab Eccleſia deprecari, patet conſequentia, quia talis deprecatio eſſe inanis, & vacua, cum ab ipſo non poſſit exaudiri. Vnde & ipſe Elias eludebat prophetis Baal, eo quod Baal, qui eos, nec audiebat, nec audire poterat exorabant, vt mitteret ignem ſuper ſacrificium dicens, clamate voce maiori, ſi ergo Elias, nec audit, nec exaudire poteſt eum deprecantes, ridiculum erit illum ſaltem cultu publico deprecari: ergo de Elia non poteſt officium Divinum recitari: ergo multo minus poterit illud in menſe de eo tanquam de fundatore à Carmelitis recitari.

§. XIII.

In quo attenditur Carmelitis poſſe recitare Divinum officium de ſuo Patriarcha Elia non obſtante, quod adhuc ſit vivus.

SVMMARIVM.

299 *Senes non ſunt vocandi in iudicium, ſine venia.*

300 *Aliqui Neoterici huius ætatis, nec ipſis ſanctis canonizatis parcunt.*

301 *Facultas recitandi D. officium de S. Elia conceſſa ab Eccleſia Carmelitis immemorialis eſt.*

302 *Probatur Pontificum privilegiis.*

303 *Probatur ex variis ſacræ congregationis approbationibus.*

304 *Probatur authoritate plurium miſſalium antiquorum, in quibus miſſa de S. Elia reperetur.*

305 *Solus hæreticus poteſt dubitare de ſanctitate magni patris Eliæ.*

306 *Qualibet religio iuxta rubricas poteſt recitare de ſuo Patrono, etſi non ſit in Calendaria.*

307 *Feſtum Eliæ in omnibus Calendariis reperitur.*

308 *Carmelitæ ex antiqua conſuetudine poſſunt hodie de S. Elia recitare, etſi non daretur alius titulus.*

309 *Conſuetudo antiqua habet vim legis, & privilegij.*

310 *Sacra Congregatio vltimo declaravit Carmelitas poſſe de S. Elia recitare & quæſtioni in contrarium factæ perpetuum ſilentium impoſuit.*

311 *Elias eſt confirmatus in gratia.*

312 *Et ab Spiritu ſancto canonizatus.*

313 *Poteſt ab Eccleſia venerari, etſi ſit vivus.*

314 *Aliquibus ſanctis adhuc vivis aliqua Eccleſia, & ara dedicata ſunt à fidelibus.*

Fr. Ant. à Spir. Sanct. Primatus Eliæ.

315 *Probabile non eſſe de fide S. Ioannem Evangeliſtam non eſſe mortuum.*

316 *Eccleſia eum celebrat cultu publico, & cur.*

317 *Elias canonicatus eſt ab Eccleſiaſtico.*

318 *Cognoſcit per revelationes orationes, quæ ei fiunt.*

319 *In Elia datur ſpecialis ratio ad hoc vt vivus ab Eccleſia colatur, quæ non invenitur in aliis ſanctis.*

320 *Beati in cœlo quomodo cognoſcant orationes ad eos factas.*

321 *Ad ſtatum Eliæ pertinet orationes ad eum factas cognoſcere.*

322 *Eccleſia certo ſupponit Eliam cognoſcere preces ad eum factas.*

323 *Elias in loco in quo eſt habet curam de ſuis devotis.*

324 *Eliſæus invocavit Auxilium Eliæ.*

325 *Synagoga tenuit Eliam poſſe invocari.*

326 *Theologi, & SS. P P. ſupponunt Eliam invocari & intercedere poſſe pro hominibus.*

ARgumentum poſitum in fine § præcedentis 299
nos cogit oſtendere titulos quibus Carmelitana Religio abhinc tot annis feſtum S. Eliæ
cum officio canonico, cum octava, & Miſſa cele- 300
brat. Nam licet ſenes in ius ſine venia non debeant vocari iuxta l. Generaliter. ff. de in ius voc. hoc ab aliquibus Neotericis huius ætatis non ſolet obſervari, qui non ſolum contra Carmelitanam Religionem non verentur opponi, ſed & ipſum ſanctiſſimum, & venerabiliſſimum ſenem Eliam, longævum, annoſum, probatum, quaſi in ius vocant, quæ cum ſit cauſa Paterna, de illa cura habenda eſt à nobis vſque ad vltimum ſpiritum, vt ait Chryſoſtom, *homil. 14. in Ioannem.*

Dico igitur antiquiſſimam immemorialem, & 301
venerabilem, ſæpiuſque confirmatam eſſe facultatem ab Eccleſia factam Patribus Carmelitis recitandi officium S. Prophetæ Eliæ, per quod evaneſcit præcipuum argumentum huius Anonimi; ſumitur autem prima probatio huius veritatis à Bulla Gregorij XIII. quæ incipit vt Breviarij, in qua Pontifex approbat omnia officia contenta in Breviario Carmelitano edito à Generali Ordinis Ioanne Baptiſta Caphardo anno 1584. in quo breviario continetur officium S. Eliæ tanquam de pa-
trono Religionis cum octava, verba autem bullæ 302
ſunt hæc. *Nos prædictum Breviarium, ſicut perfertur recognitum, & reformatum aut oritate apoſtolica tenere præſentium approbamus.* Sed hoc modo omnia alia ſanctorum officia approbantur ab Eccleſia in breviario Romano, ſiquidem nullius ſancti in particulari approbatur officium contentum in breviario; ergo per hanc approbationem officium S. Eliæ in tali breviario contentum cenſetur approbatum.

Secunda approbatio ſumitur ex bulla Sixti V. quæ incipit Eximium, quod in vobis anno 1589. die 27. Iunij, in qua Pontifex concedit noſtris Excalceatis Carmelitanis, vt poſſint de ſanctis ordinis Carmelitarum recitare. *Dummodo tam in miſſa, quam in recitandis horis canonicis diurnis, & nocturnis modum & formam deſcriptam in quaternio, ſeu libello per prædictos filios noſtros Antonium Sanctorum Ioannis, & Pauli Garrafam, & Vincentium S. Mariæ in via titulorum presbyteros Cardinales montis regalis nuncupatos de mandato noſtro reviſo, correcto, & approbato inde obſervetis, & nihil penitus addatis, vel diminuatis.* At qui in prædicto quinternio, ſeu libello, officium

S. Patris Eliæ, vt patroni reperitur, fol. 38. ergo
prædictum officium à Sixto V. approbatum eſt, vt-
poté de mandato ipſius reuiſum, correctum, & appro-
batum, vt ipſe in prædicta bulla teſtatur.

Tertia approbatio ſumitur. ex Bulla Clemen-
tis VIII. quæ incipit Romanus Pontifex ſub datis
Ferrariæ die 30. Iulij 1598. in qua conceſſit, & in-
dulſit presbyteris, & monachis Græcis præſertim,
S. Baſilij. vt vti poſſent breuiario quodam Græco
in quo officium S. Eliæ Prophetæ pag. 459. conti-
netur, nam cum prædictum breuiarium à Cle-
mente VIII. ſit approbatum, etiam officium S. Eliæ
303 in eo contentum cenſetur approbatum. Quarto ſub
Paulo V. anno 1609. ſacta Rituum Congregatio
pro noſtris excalceatis approbauit officia propria
ſanctorum ordinis Carmelitarum contenta in quo-
dam Libello Romæ impreſſo de mandato ipſius
ſacræ Congregationis recognita, & ſubſcripta à
Cardinali Bellarmino; cum ergo in eo libello
contineatur officium S. Eliæ cum ſua octaua, eui-
denter conſtat tale officium à ſede Apoſtolica jam
iterum probatum, recognitum, reuiſum: Quin-
to ad inſtantiam. P. Generalis Carmelitarum Gre-
gorij Canalij Veneti, ſacta Congregatio rituum
iterum approbauit libellum ſanctorum ordinis
Carmelitarum anno 1628 vt conſtat ex Ipſius ſa-
cræ Congregationis decreto ſubſcripto à Coſma
Cardinali de Torres, libello pag. 107. continetur
idem officium S. Eliæ cum octaua pro die 20. Iu-
lij ergo ex his omnibus conſtat ſæpe ſæpius præ-
dictum officium S. Eliæ fuiſſe ab Eccleſia appro-
batum, & confirmatum.

Confirmatur quia præter has ſedis Apoſtolicæ
304 approbationes, extant quoque antiquiora miſſalia,
in quibus miſſa de eodem S. Elia ſæpius recepta
conſpicitur, & primum patet de antiquo miſſali
Carmelitano, quod in Bibliotheca S. Mariæ Tran-
ſpontinæ de Vrbe reſeruatur impreſſo Venetiis
tempore Iulij III anno 1551. in quo prædicta miſſa
de S. Elia reperitur. Aliud etiam datur antiquum
ordinis miſſale, in quo eadem miſſa de S. Elia re-
peritur, vt teſtatur Lezana *in Conſiltis conſil. 3.
num.* 22. Datur etiam aliud antiquiſſimum miſſale
in ſacra Apoſtolica Bibliotheca Vaticana, in quo
miſſa S. Eliæ reperitur, vt teſtatur Lezana ibi; quo
autem tempore miſſale hoc deſcriptum fuerit aut in
prædicti Bibliotheca ad cuſtodiam repoſitum, nec
ſuſpicari licet, certum tamen eſt, eſſe antiquiſſi-
mum, & maximæ authoritatis; ergo cum in tot
miſſalibus, & breuiariis antiquis de S. Elia offi-
cium, & miſſa reperiatur, credendum eſt hoc
proceſſiſſe ex aliqua antiqua conceſſione, & pri-
uilegio ſedis Apoſtolicæ, ſiue Eccleſiæ Græcæ An-
tiſtitum Catholicorum, vt moris antiquitus erat,
quod Carmelitana Religio antiquitus habuit ce-
lebrandi feſtum S. Eliæ ſuppoſita illius ſanctitate,
305 quam ſolus hæreticus negare poteſt, cum ex ſacra
Scriptura ſæpiſſimè, Eccleſiæ traditione, Patrum,
Theologorum que teſtimonio roborata, liquido
cunctis conſtet.

Confirmatur 2. Quia quælibet Religio poteſt
306 iuxta rubricas breuiarij Romani recitare de ſuo
patrono, etiam ſi prædictum feſtum in calen-
dario non ſit ſcriptum; Atqui feſtum S. Eliæ ſcri-
ptum eſt in Calendario, & Martyrologio Ro-
mano 20. die Iulij vbi ſic habetur. *In monte Car-
melo S. Elia Propheta.* Quod etiam habetur in Mar-
307 tyrologio Molani, & in Monologio Græcorum,
& in Calendario Ruthenorum; quo vtuntur Ruſ-
ſia, & Moſcouia, vt latè probat Lezana *ſuprà num.*
84. ergo cum aliàs ſit Religioni patronus, de
illo iuxta rubricas poſſunt Carmelitæ recitare.
Confirmatur tandem ex antiqua ordinis tradi-
tione, & conſuetudine fundata in vſu Eccleſiæ
græcæ, iuxta quem vſum, qui antiquiſſimus
erat, in illa Eccleſia, & cuius principij memo-
ria non extabat, Gregorius XIII. & Sixtus V.
approbarunt Breuiarium ordinis, in quo eſt offi-
cium S. Eliæ, patet ex verbis Bullæ Gregorij 308
XIII. *Vt Breuiarij, quo dilecti filij Fratres Ordinis
Beatæ Mariæ Carmelitarum, iuxta Ieroſolymita-
næ Eccleſiæ conſuetudinem, multis ſæculis vtuntur,
&c.* Atqui hæc antiqua ordinis conſuetudo,
quamuis alterius Eccleſiæ approbatio non extaret
ſufficiebat ad recitandum de S. Elia, ſiquidem
vim præſcriptionis quaſi induit, quæ vt iuriſ-
conſultis perſpicuum eſt, excludit omnem
actionem contrariam præſcriptam, & habet vim
aſſenſus ſuperioris, & ipſa eſt titulus, vel ita effi-
cax, ac ſi titulus eſſet. & habet vim priuilegij
à principe conceſſi, præcipuè cum in facie Pon- 309
tificis prædictum feſtum S. Eliæ Romæ quotan-
nis ſolemniſſimè à noſtratibus celebretur, & de
hoc habet ipſe Pontifex plenam notitiam, & to-
ta Dei Eccleſia; ergo quamuis nullus alius ti-
tulus eſſet, quam hæc Ordinis antiqua conſue-
tudo, id ſufficiebat. Quapropter his, & aliis à
Lezana notatis in illo Conſulto 3. viſis & reco- 310
gnitis [à ſacra Congregatione rituum, ſancitum
ab illa fuit, vt præfatum officium S. Eliæ à no-
ſtris quotannis more ſolito celebraretur, impo-
ſito perpetuò ſilentio his, & aliis zelatoribus
qui in illud impegerant, vt teſtatur Lezana *ſuprà,
num.* 132. per quod manet ſolutum primum ar-
gumentum noſtri Anonymi, & illi impoſitum per-
petuum ſilentium.

Ad ſecundum autem in quo dicebat Elia adhuc
viuum perſiſtere, & Eccleſiam non ſolere feſtiui-
tates de ſanctis viuis celebrare, facilis eſt Reſpon-
ſio. Et relicta aliquorum DD. ſententia aſſerente
Eliæ animam Beatitudine, viſione ſcilicet, fruitione-
que Beata gaudere, quam refert Lezana *ſuprà n.* 54.
vſque ad 99 vtpote quæſtio ad rem præſentem non
neceſſaria, & cum aliis multi DD. & ſacræ paginæ
locutiones hominibus ac vita degentibus Dei
viſionem negent, Christo excepto, qui ſpeciali pri-
uilegio ſimul viator, & comprehenſor fuit, relicta 311
igitur hac ſententia, cuius iudicium cenſoribus fi-
dei remittimus. Reſpondeo, quod cum Elias [vt cō-
munis ſenſus Eccleſiæ tenet, omneſque Theolo-
gi, & ſi non explicite, implicite tamen ſuffragan-
tur] in altiſſimo ſanctitatis gradu donoque per-
ſeuerantiæ, & confirmatione in gratia [prout ſpe-
cialiter tradunt Franc. Suar. 3. *p. d.* 55. *ſect.* 1. *tom.* 2. &
Viegas in Apocalypſim c. 1 t. *ſect.* 4. Camart. de ge-
ſtis Eliæ *c.* 3. *ſect.* 17. Sanch. *lib.* 4 *reg. c.* 2. *n.* 33. & ante
eos Abulenſis ibi *q.* 15.] conſtitutus ſit, & à Spi-
ritu ſancto in ſacra pagina ſæpius ob ſigna, mi-
racula, portenta, prodigia, ab ipſo patrata ca- 312
nonizatus, dubium non eſt, quod poſſit ab Eccle-
ſia, non ſolum coli, venerari, & inuocari ſed me-
dio quoque officio canonico eius interceſſio apud
Deum pro nobis pie poſtulari, id enim indicant non 313
ſolum, qui dicunt Eliam viſione beata gaudere,
ſed etiam illi, qui Eliam terreſtris paradiſi colo-
num æſtimant, ſiquidem in eo cœleſtis quaſi ſta-
tu potiri profitentur, ac proinde quaſi cœleſtem
hominem venerari poſſe hi ſunt Abulenſis 4. *reg.
quæſt.* 24.

*quæſt.*24. Tertullianus de reſurrectione carnis c.58. Ire-
næus *lib.*5.*cap.*5. Dorothæus in *Synopſi.*

Nec obſtat id quod argumentum ait Eliam ad-
314 huc viuere, & Eccleſiam non ſolere ſanctos vi-
uos cultu publico venerari. Nam contra hoc eſt,
quod vt conſtat ex pluribus hiſtoriis Eccleſiaſti-
cis, hominibus ſanctis adhuc in hac vita degenti-
bus aliqua templa à fidelibus dedicata ſunt, vt pa-
tet primo de Eccleſia dedicata in honorem S. Pe-
tri Apoſtoli viuentis Senonis, de qua meminit
Lira *in Pſal.* 18. *& Matthæi* 24. Et de alia quam
Martha, & Maria Magdalena apud Maſſiliam ex-
truxere in honorem B. Virginis Mariæ adhuc vi-
uentis, vt notat Caniſius *lib.* 5. *de Maria cap.*23. &
de illa celebri Eccleſia de Pilar a S. Iacobo Cæ-
ſaraugiſtæ in Hiſpaniis in honorem eiuſdem B.
6 Virginis adhuc viuentis ædificata, vt cunctis an-
nales Hiſpani teſtantur, Deinde S. Marcum pri-
mum Alexandriæ Epiſcopum, in eadem vrbe Ec-
cleſiam nomine S. Petri adhuc viuentis fundaſſe
teſtatur Gelaſius Papa primus in Concilio Roma-
no; quod & de aliis Eccleſiis fundatis in honorem
B. Virginis teſtatur Lezana *ſuprà n.*118. ergo falsò
aſſerit argumentum, Eccleſiam non ſolere ſanctos
viuos cultu publico venerari, ſiquidem, & B. Vir-
gini, & D. Petro adhuc viuentibus aræ, & tem-
pla declarata ſunt, ſi ergo id Petro, & B. Virgini
factum eſt a fidelibus, cur etiam Eliæ fieri non po-
315 terit.

Confirmatur 1. Quia probabile eſt non eſſe de
fide B. Ioannem Euangeliſtam eſſe mortuum, vt di-
cunt multi DD. quos refert Lezana *ſuprà num.*116.
Et tamen Eccleſia Dei ei offert ſacrificia, & miſ-
ſas credens non eſſe ad id neceſſarium illum eſſe
mortuum, & comprehenſorem, ſed ſufficere quod
316 ſit ſanctus, & in gratia confirmatus, & in tali
ſtatu, quo fidelium preces, quæ ad Deum per
eius intercesſionem funduntur exaudire poſſit; ergo
cum hæc omnia Eliæ competant, ſiquidem ille
canonizatus eſt ab Spiritu ſancto per Eccleſiaſti-
cum *cap.* 44. vbi de illo, & aliis ibi relatis ait,
317 Laudemus viros glorioſos; & parentes noſtros
318 &c. & teſtatur Bellarminus *tom.*2. *lib.*1. *cap.*7. ergo
cum aliàs Elias ſit in ſtatu quo fidelium preces exau-
dire poſſit, vt ſtatim dicemus, euidenter ſequitur,
quod poteſt ab Eccleſia cultu publico, & officio
canonico venerari.

Confirmatur 2. Quia dato, quod Eccleſia nul-
lum alium ſanctum adhuc viuentem unquam cultu
publico veneratus eſſet, hoc non obſtaret ad hoc.
319 vt poſſet venerari Eliam cultu publico, & illum
officio canonico implorare: Patet ſequela, nam
ad id Eccleſiam incitat Eccleſiaſticus *cap.* 44. di-
cens laudemus viros glorioſos, quos enumerat, ad
quorum laudes prouocat Eccleſiam, vnus eſt Elias
adhuc viuus, ergo licet Eccleſia nullum vnquam
viuentem cultu publico veneratus ſit, hoc non pro-
cedit in Elia, ad cuius laudes Spiritus Sanctus
ſpecialiter nos prouocat. Confirmatur tandem. Quia
in Elia datur alia ratio ſpecialis, quæ non inuenitur
in aliis ſanctis viuis ad hoc vt ab Eccleſia cultu
publico veneretur, non vero alij ſancti. Ratio au-
tem eſt, quia translatio illa Eliæ in Paradiſum, illa
à communi conſortio ſeparatio, vitæque incor-
ruptio, cum facit quaſi ciuiliter, moraliter, & po-
liticè mortuum, quod hucuſque nunquam viſum fuit
in aliis ſanctis viuis, vt optime notauit Abulen-
ſis 4.*reg.*2. *quæſt* 14. & alij, quos congerit Leza-
na *ſuprà num.*130. ergo licet Eccleſia alios ſan-
ctos viuos nunquam cultu publico celebrauit;
hoc non procedit in Elia, ergo Elias poteſt ab
Eccleſia cultu publico venerari.

Ad illud verò quod ait argumentum, Eliam
non audire preces ad eum factas, ac per conſe-
quens ridiculum eſſe eum inuocare: Reſpondetur
negando antecedens. Nam omnia, quæ ab eo po-
ſtulentur ei fiunt præſentia per reuelationem, & il-
luſtrationes diuinas, vt ait Maluenda *lib.* 9. *de
antichriſto cap.*12. vbi ſic ait. *Frui frequenter collo-
quiis Angelorum, diuinis imbui reuelationibus.* Idem
ait Suarez 3. *part. d* 55. *ſect.* 2. *tom.*2. Tertio colli-
go maximis Dei conſolationibus diuiniſque il-
luſtrationibus, ac frequentibus reuelationibus gau-
dere, de his ſaltem rebus, quæ eorum ſtatui con-
ſeruata ſunt, *Atqui nihil magis conſentaneum Eliæ
ſtatui eſt, quam quod preces ad eum oblatas exaudiat
mediis reuelationibus, & illuſtrationibus diuinis qui-
bus à Deo decoratur; ergo certum videtur tales ora-
tiones exaudire, & preces quæ ad ipſum funduntur
cognoſcere, ac proinde poſſe pro nobis Deum exorare,* vt
optimè ait Sanchez. *ſuper lib.* 4. *reg. cap.*2. *his verbis:*
Satis ergo habent viri illi ſanctiſſimi Enoch, &
Elias, dum Angelicis fruuntur colloquiis, mirif-
que rerum illuſtrationibus, quod nulli humana
curant, adhuc humanarum rerum ſtatu edocen-
tur, ab Angelis, *& ſtatim loquens de Elia* ait qui
licèt abſtractus à ſuis, non tamen de illorum cu-
ram abjecit.

Confirmatur. Quia plures DD. circa *quæſt.* 12. 320
1. *part.* S. Thomæ aſſerunt, preces, & orationes,
quæ ad beatos in cœlo exiſtentes à nobis viatori-
bus, funduntur ab ipſis cognoſci, non quidem ex
viſionis beatæ, vt dicitur, quaſi id neceſſario
talis viſionis natura exigatur, cum poſſet bene ſine
illo conſiſtere, ſed vel per particulares reuelatio-
nes extra viſionem factas vel per eandem conco-
mitanter viſionem, itavt, quæ ſuapte natura ad
Dei eſſentiam ſolum terminabatur, ex voluntate
& peculiari Dei concurſu, ad tales orationes co-
gnoſcendas terminetur, eo quod talium precum,
& orationum notitia ad ſtatum beatorum perti-
neat, Atqui ad ſtatum etiam S. Eliæ ſpectat preces 321
quæ ad ipſum funduntur cognoſcere: ergo dicen-
dum eſt illas intelligere ex reuelationibus, quibus
à Deo perfruitur; non enim apparet cuius alterius
obiecti congruentius diuinæ reuelationes ipſi
fiant, niſi de illis, quæ ab ipſo per orationes po- 322
ſtulantur. Confirmatur quia Eccleſia in officiis
pro ipſo à ſeipſa approbatis preces ad Eliam
fundit, ſed nunquam Eccleſia preces ſuas ad eum
funderet, niſi eas noſcere, & audire certo putaret:
ergo Elias in ſtatu in quo eſt exaudit orationes
noſtras. Major patet ex oratione feſti S. Eliæ vbi
ſic ait Eccleſia. *Eodem interueniente ad cæleſtia
ſubleuemur, & ſanctorum tuorum conſortio gaudea-
mus.*

Confirmatur. Quia Elias in loco in quo eſt ha- 323
bet curam de ſuis amicis & de eorum neceſſita-
tibus: ergo ſignum eſt, id per reuelationes Dei
cognoſcere. Antecedens patet ex *lib.*2. *Paralipome-
non cap.*21. vbi dicitur, quod ad Regem Ioram allatæ
ſunt litteræ ab Elia Propheta miſſæ in quibus, vt
Hebræi tradunt, quæ ipſi venturum erant expli-
cabat; ergo Elias in ſtatu in quo eſt habet noti-
tiam, & curam illorum, quæ ad ſuum ſtatum per-
tinet, vt optimè ex hoc loco colligit Barradas
*tom.*1. *lib.*7. *c.*11. Et Gaſpar Sanch. *lib.*4. *reg.* & Mal-
venda *ſuprà.* Confirmatur ex facto Eliſæi 4. *reg.*2.

cui cum cecidiſſet pallium Eliæ reuerſus ad Ior-
danem pallio Eliæ percuſſit aquas, quæ cum non
324 fuerint diuiſæ, dixit Eliſæus, vbi eſt Deus Eliæ
etiam nunc, ſeu vt Chaldæus habet, ſuſcipe peti-
tionem meam Domine Deus Eliæ, etiam ipſe, ſeu
vt quidam ex L X X. vertunt, vbi eſt Deus, &
Elias? vbi vt vides, ideo Deum Eliæ compellit, eo
quod interceſſionem Eliæ apud Deum profuturā non
diffidebat, vt ait Carthuſianus ſuper hunc locum,
& S. Ambroſius *in Pſal.* 37. Toſtatus *quæſt.* 28.
ſuper hunc locum & Caietan. ibi: ergo, certo cre-
debat Eliſæus exaudiri ab Elia, nam ſi contrarium
exiſtimaſſet, ad quid illius auxilium poſtulaſſet.
Confirmatur quia id ſemper videtur tenuiſſe il-
lam Eccleſiam Hebræorum, quod non incongruè
probari poteſt ex illa falſa intelligentia, quàm de-
325 derunt illis verbis Chriſti Matthæi 27. Eli Eli
Lamaſabatani, quidam namque dixerunt, Eliam
vocat iſte, cæteri vero dicebant, ſine videamus
an veniat Elias liberans eum, ex quo facto ſatis
colligitur illam Eccleſiam ſemper reputaſſe Eliam
in ſtatu in quo eſt poſſe ab hominibus inuocari, &
illis in anguſtia poſitis ſuffragari poſſe, nam ſi id
non exiſtimaſſet, quomodo diceret, ſine videamus
an veniat Elias liberans eum? Quod ſi dicas, id
non à populo Iudaïco, ſed à militibus Romanis
dictum fuiſſe, adhuc remanet eadem ſuſpicio, nam
ideo milites illa verba dixerunt, quia videbant Iu-
dæos in ſuis neceſſitatibus Eliæ patrocinium in-
uocare, quod clarius patet ex illo loco Threnorum
4. Impleta eſt iniquitas tua filia Sion, non audet
vltra, vt tranſmigrare te faciat, ſic enim vertit
Chaldæus; Poſtea finire faciet iniquitatem tuam
ò Synagoga Sion, & redimeris per Chriſtum, &
Eliam ſacerdotem magnum; ergo tota illa Eccle-
ſia exiſtimabat, Eliam & habere curam illius, &
ab ea poſſe orari, & exaudiri. Confirmatur tan-
dem quia DD. & SS. Patres ſupponunt Eliam 326
poſſe intercedere pro illis, qui eum implorant, vt
patet ex iis quæ affert Maluend. *lib.* 9. *de Antichri-
ſto cap* 12. & ex Patribus D. Baſilius *homil.* 40. &
S. Gregorius *in cap* 7. *Iob. cap.* 12. vbi ait: *qui fu-
rorem Dei placat, aliiſque interceſſionem*, idem
dicunt Metaphraſtes in ſermone de Elia apud Su-
rium die 20. Iulij & alij; ergo prædicti Patres, &
Theologi ſupponunt Eliam cognitionem habere
eorum precum, quæ ad eum ab Eccleſia fiunt,
per quod manet ſolutum argumentum noſtri
Anonymi; nam Baal de quo irridebat Elias, nec
exaudiebat preces ad eum miſſas, nec eas exaudi-
re poterat, ſiquidem erat quoddam ſimulachrum
Idoli, quod nec aures habebat ad audiendum, nec
Dei prædictas illuſtrationes, vt patet. Elias vero
in ſtatu in quo eſt, licet non exaudiat immediatè
orationes ad eum fuſas, eas cognoſcit per Dei re-
uelationes; non ergo eſt ridiculum ad eum ora-
tiones etiam officio canonico fundere, ſed ſan-
ctiſſimum, vt ſemper Religio Carmelitana fecit,
tum innixa antiquæ ordinis conſuetudini, tum Ec-
cleſiæ conceſſionibus, in quo Eccleſia errare non
poteſt, & hæc ſufficiant de toto hoc Eliæ prima-
tu, ſiue principatu ad laudem omnipotentis Dei,
& B. Virginis Mariæ, S. Ioſephi, S. Matris noſtræ
Thereſiæ, quod ſi quid in hoc primatu dictum
ſit quod non ſit conforme doctrinæ S. Matris Ec-
cleſiæ, quaſi dictum non ſit, vnde omnia quæ di-
cta ſunt ſubiicio Cenſuræ S. Inquiſitionis, & S.
Matris Eccleſiæ, cuiuſuis correctioni vſque ad ſan-
guinis effuſionem, & ſpiritus exhalationem ſem-
per inſiſtam.

Laus Deo & B. Virgini de Monte Carmelo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

INDEX

INDEX
RERVM NOTABILIVM,
quæ in hoc Primatu, ſiue Principatu Eliæ, continentur.

Littera N, numerum; P, paginam ſignificat in Primatu.

A

Aimericus.

ANNO 1096. Aimericus reduxit Eremitas Carmelitas ad vitam cœnobialem, extra tamen ciuitates. num.226.pag.31
Ædificauit cœnobium in Carmelo, & ei poſuit generalem S. Bertholdum, qui ſucceſſit Simoni Armeno anno Chriſti 1121. & fuit primus Generalis Latinorum. n.227. ibid.

Antiquitas.

In re nimis antiqua ſufficiont Scriptorum teſtimonia ad probandam antiquitatem. n.279.p.32

Antiquitas.

D. Antonius non fuit Authot ſtatus monaſtici. n.18.p.9
Eſſeni antiquiores fuere D.Antonio. n.19.ibid.
Antonius per quendam Eſſenum fuit inſtructus.n.20. ibid.
Proponitur quædam adverſariorum obiectio. n.21.ibid.

Approbatio.

Ad vetum monachatum in Lege veteri ſufficiebat approbatio negatiua. n.12.p.13
Quid ſit approbatio negatiua? n.123.ibid.
In Lege veteri fuit approbatio monachatus poſitiua, & ſpeculatiua. n.124.p.24
Modus viuendi Nazaræorum, & Recabitarum cum tribus votis fuit approbatus in ſynagoga. n. 125.ibid.
In Lege veteri fuit approbatio monachatus cum tribus votis practica. n.126.ibid.
Monachatus Eliæ cum tribus votis fuit approbatus immediatè à Deo. n.127.ibid.

Aſſidæi.

Eſſeni poſt mortem Aggæi Generalis, relicto nomine Eſſenorum, vocati ſunt Aſſidæi. n. 179. p.18
Aſſidæi ſubditi Iudæ fugientes ſæuitiam Antiochi habitarunt in ſiluis, & aliqui in ea perſecutione mortui ſunt. & martyrium conſummarunt, qui ibi enumerantur. n. 183. ibid.

C

Carmelita.

Carmelitæ poſſimt recitare de ſuo patriarcha Elia ſemel in menſe. n.1. p.5
Probatur id ex variis priuilegiis. n.2.ibid.
Probatur authoritate Doctorum. n.3.p.6
Ponitur argumentum in contrarium. n.4.ibid.
Anno 3447. tranſlati ſunt Carmelitæ cum populo à Chaldæis in Babylonem. n.166. p.27
Aliqui demiſſi ſunt in Hieruſalem cum Ieremia. n.167.ibid.
Qui Carmelo habitabant immunes permanſerunt ab tranſlatione, nec eis aliquam injuriam intulerunt Chaldæi. n.168.ibid.
Ex Carmelitis, qui tranſlati ſunt cum populo aliqui pervenerunt in Hiſpaniam. n.169.ibid.
Poſt mortem Chriſti cum plruimi Carmelitæ in cœnaculo eſſent cum Apoſtolis ſuper eis venit Spiritus ſanctus. n 199.n.29
Promulgata lege euangelica multi Carmelitæ ſecuti ſunt illam. n.200.ibid.
Anno Chriſti 1593. in capitulo generali ſub Generali Stephano Chizola Cremonæ facto ſeparati ſunt Carmelitæ excalceati ab Obſeruantibus. n.262.p.32
Carmelitana religio quæ hodie viget eſt ipſamet, quam parens Elias in Carmelo inſtituit, ſine vlla interruptione. n.277.ibid.
Solum differt ab ea quam parens Elias inſtituit accidentaliter, ob ſolemnitatem, quam ex Chriſti inſtitutione habet. n.278.ibid.
Carmelitæ ex immemorabili conſuetudine, etſi non daretur alius titulus poſſent bodie feſtum S.Eliæ celebrare. n.308.p.36

Caſtitas.

Elias, Eliſæus, Nazaræi, Recabitæ, Eſſeni, & Aſſidæi obſeruarunt caſtitatem ex voto. n.76. pag. 16
Probatur authoritate Sanctorum Patrum. n.77. ibid.

Probatur

Probatur authoritate grauium Doctorum. n.78. ibid.
In lege veteri non fuit præceptum de non obſeruanda caſtitate. n.79.p.17
Proponitur, & ſoluitur caſus filiæ Iephte. n. 80. pag. 18

Chariſmata.

In lege veteri fuere perfectiſſima Chariſmata prophetiæ, miraculorum, &c. n.94. p.19

Chriſtus.

Chriſtus adimpleuit omnia præcepta legis. num.81. pag. 18
Chriſtus non ſuſcepit vitam Eſſenorum, vt aliqui voluere aſſerere. n.195.p.19

Collegium.

Anno mundi 3279.multa Collegia Carmelitarum periere in tranſlatione Iſraelis ad Aſſyrios. n. 160.p.17
Collegium Carmeli ſpeciali prouidentia in tantum remanſit. n.161.ibid.
Carmelitæ tranſlati ad Aſſyrios, ibi multa Collegia conſtruxere. n.162.ibid.

Congregatio.

Sacra Congregatio Rituum vltimo declarauit Carmelitas poſſe de S. Elia recitare, & quæſtioni impoſuit perpetuum ſilentium. n.310. pag.36

Conſuetudo.

Conſuetudo immemorabilis habet vim legis, & priuilegij. n.309.p.36

Continentia.

In Lege veteri venerata fuit virtus continentiæ. n.74.p.15
Multi PP. legis veteris continentiam ſeruauerunt ex voto. n.75.ibid.

E

Eccleſia.

Ad ſpecialem dignitatem Eccleſiæ Euangelicæ non pertinet, vt ante ipſam non fuerit votum Caſtitatis. n.92.p.19
Pertinet ad authoritatem Eccleſiæ Euangelicæ, quod ante illam hæc vota non fuerint perfecta, vt modo ſunt. n.93.ibid.

Elias.

Elias fuit author religionis Carmelitanæ. num.5. pag. 6
Probatur id authoritate Beatæ Mariæ Virginis. n.6. ibid.
Probatur authoritate Eccleſiæ. n.7. ibid.
Probatur authoritate Pontificum. n.8. ibid.
Probatur authoritate Sanctorum Patrum. n. 9. pag. 7
Probatur authoritate grauium Doctorum. n. 10. ibid.
Probatur ratione. n. 11. p.8
Probatur ex inconſequentia contrariorum. n.12. ibid.
Probatur ex facto Pontificum. n.13.ibid.
Proponitur quædam obiectio contrariorum.n.14. ibid.
Probatur Eliam eſſe authorem religionis Carmelitanæ ex præſcriptione. n.16.ibid.
Elias fuit author ſtatus monaſtici cum tribus votis ſimplicibus. n.22. p.9
Probatur id authoritate Patrum, exemplo Chriſti. n. 23. ibid.
Probatur id exemplo Apoſtolorum. num. 24. ibid.
Probatur ex eo, quod Elias Princeps monachorum à ſanctis Patribus appellatur. num. 25. pag. 10.
Probatur, ex eo quod Religioſus à ſanctis Patribus appellatur. n.26. ibid.
Probatur multiplici D. Thomæ authoritate. n.27. ibid.
Elias obedientiam obſeruauit. n.28.ibid.
Obſeruauit paupertatem. n.29.ibid.
Obſeruauit caſtitatem. n.30 ibid.
Elias obſeruauit obedientiam, paupertatem, & caſtitatem ex voto. n.31. p. 11
Elias vouit obedientiam Deo. n. 34. p.12
In eo fuit ſtatus religioſus eminenter. num. 35. ibid
Habuit obedientiam in præparatione animi. n.36. ibid.
Probatur habuiſſe obedientiam ex voto ex eius ſanctitate. n.37. ibid.
Elias, & Eliſæus fuere primi homines, qui fecerunt votum obedientiæ. n.52. p. 13
Elias fuit exemplar voti paupertatis. n. 53.ibid.
Elias reliquit omnia quæ poſſidebat ex voto paupertatis. vt fecere Apoſtoli, ſed eum minori perfectione. n. 54 ibid.
Elias non poterat relinquere omnia propter Deum abſque voto. n.55. ibid.
Probatur authoritate D.Thomæ. n.36.p.14
Probatur ex paupertate Eliſæi, & exemplo Apoſtolorum. n. 57. ibid.
Probatur ex præcepto Recabitarum. n.38. ibid.
Probatur ex ſupplicio Giezi. n.59.ibid.
Elias habuit votum caſtitatis. n.60.ibid.
Elias, & Eliſæus virginitatem perpetuo ſeruarunt. n. 71. p.15
Virginitatem ſeruarunt ex voto. n. 72.ibid.
Elias dicitur virgo conſecratus propter votum caſtitatis. n. 73.ibid.
Anno mundi 3139. Raptus eſt Elias in cœlum & ei ſucceſſit Eliſæus in ordinis generalatu. n.150. p.26
Solus hæreticus poteſt dubitare de ſanctitate magni parentis Eliæ. n.305. p.36
Feſtum S. Eliæ in omnibus calendariis reperitur. n. 307. ibid.
Elias eſt confirmatus in gratia. n.311. ibid.
Elias poteſt ab Eccleſia venerari, etſi ſit viuus. n. 313. ibid.
Elias canonizatus eſt ab Eccleſiaſtico. n.317. pagin. 37
Cognoſcit per reuelationes orationes, quæ ei fiunt. n.318. ibid.
In Elia datur ratio ſpecialis ad hoc vt viuus ab Eccleſia

Eccleſia colatur, quæ in aliis ſanctis viuis non reperitur. n 319 ibid.
Beati in cœlo quomodo cognoſcant deprecationes & orationes ad eos factas. n.320.ibid.
Ad ſtatum Eliæ pertinet orationes, & preces ad eum factas cognoſcere. n 321.ibid.
Eccleſia ſupponit Eliam cognoſcere preces ad eum factas. n.322.ibid.
Elias in loco,in quo eſt habet curam de ſuis deuotis. n.323. ibid.

Eliſæus.

Eliſæus perfectiſſimam habuit obedientiam.n.38. pag. 12
Habuit obedientiam ex voto, vt Apoſtoli, ſed cum minori perfectione. n.39. ibid.
Habuit neceſſitatem ſequendi Eliam ex voto, & præcepto Eliæ. n.40.ibid.
Anno mundi 3204.die 14.Iunij mortuus eſt Eliſæus. n.157.p.27
Eliſæus inuocault auxilium Eliæ. n.324.p.38

Enoch.

Enoch de quo loquuntur Pontifices in ſuis Bullis fuit quidam diſcipulus Chriſti. n.104.p.30

Eſſeni.

Eſſeni antiquiores fuere Diuo Antonio,num.19. pag.9
Eſſeni habuere votum obedientiæ iuramento confirmatum. n 48 p.13
Eſſeni fuere filij,& diſcipuli Eliſæi. n.49.ibid.
Eſſeni obedientiam,caſtitatem, & paupertatem obſeruabant. n 176.p.27
Eſſeni idem inſtitutum Eliæ profitebantur, ac Recabitæ. n.177.p.28
Aliqui pſeudo-Eſſeni fuere hæretici, non tamen noſtri Eſſeni. n.178 ibid.
Eſſeni poſt mortem Aggæi ſui generalis, relicto nomine Eſſeorum, vocati ſunt Aſſidæi. n.179 ibid.
Eſdras reformauit Eſſenos iam nominatos Aſſidæos,& impoſuit eis nomen ſcribarum, quod iam antea habuerant. n.181.ibid.
Eſſeni ſubditi Ioanois Baptiſtæ ſuſceperunt ab eo Baptiſmum. n.198.p.29

Eunuchi.

Quid per Eunuchos intelligatur, tam in veteri quam in nouo teſtamento. n.61,p.14
Eſaias locutus fuit de illis Eunuchis ſpiritualibus,de quibus loquitur Chriſtus in Euangelio. n.62.ibid.
Elias,& Eliſæus fuere Eunuchi ſpirituales. n.63.ibid.
Eunuchi ſpirituales obſeruant caſtitatem ex voto. n.64 ibid.
Chriſtus vocauit Eunuchos,qui caſtitatem ex voto obſeruabant. n.65.p.15
Chriſtus non ſolum locutus fuit de Eunuchis legis gratiæ,ſed & de Eunuchis legis veteris. n.66.ibid.

Incarnatio.

Anno mundi 3976. reuelata fuit incarnatio filij Dei noſtris Carmelitis. n.186.p.28

Ioannes.

Anno mundi 4052.24.Iunij natus fuit Ioannes Baptiſta. n.192.p.29
Ioannes ſecutus eſt per omnia vitam Eliæ.n.193. ibid.
Anno mundi 4081. cæpit Ioannes Baptiſta iam factus ordinis Prophetici generalis prædicare,& baptizare. n.197 ibid.
Probabile eſt non eſſe de fide S.Ioannem Euangeliſtam eſſe mortuum. n.315.ibid.
Eccleſia cum celebrat cultu publico. & cur, 316. ibid.

Ionadab.

Anno mundi 3294. ingreſſus fuit Ionadab cum filiis prophetarum ciuitatem Hieruſalem fugientes à facie Chaldæorum obſidentes ciuitatem. n.163. p 27
Hoc anno eis fecit Ieremias illam celebrem promiſſionem, quod non deficeret vir de ſtirpe Ionadab ſtans in conſpectu Dei. num. 164. ibid.
Quomodo hæc tam celebris promiſſio fuerit impleta ab illa die vſque ad hæc tempora. n.165.ibid.

L

Lex.

Quando Lex vetus fuerit figura legis Euangelicæ. n.99. p.20
Ex eo quod in Lege veteri fuerit verus monachatus, non inde æquatur lex vetus vi legis gratiæ, ſed multo illa inferior eſt,n.113. pag. 22

M

Malachias.

Malachias ſenior propheta peruenit ad Bracharam, & ibi mortuus, & ſepultus, poſtea veniente Diuo Iacobo Apoſtolo, Hiſpaniam eum Bracharæ à mortuis ſuſcitauit, & conſtituit primum Bracharæ epiſcopum, mutato nomine Malachiæ in Petrum. n. 170.p.27

Maria.

Virginitas Beatæ Mariæ plurimis encomiis ſanctorum Patrum honoratur, quæ ibi referuntur. n.82.p.18
Virginitas fuit in Maria, & Chriſto eminentiſſimo modo ſuper omnes creaturas. n.83. ibid.
B.Maria fuit prima, quæ vouit caſtitatem in nouo teſtamento. n.84.ibid.

Fuit prima,etiam in lege veteri ordine dignitatis,non tamen temporis. n.85.ibid.

Virginitas Mariæ fuit cauſa exemplaris voti caſtitatis in lege veteri. n.86.ibid.

Quod ante B.Virginem nullus prius vouerit caſtitatem, id ad illius prærogatiuam non refert. n.87.ibid.

B.Maria fuit prima in vouenda virginitate, non ordine temporis,ſed ordine dignitatis, Eminentiæ,& perfectionis. n 88 ibid.

In quo conſiſtat hæc eminentis Virginitatis Mariæ ſuper omnes creaturas. numet. 89. ibid.

B. Maria fuit prima, quæ vovit virginitatem inter fœminas. n.90.p.19

Quomodo fuerit prima,quæ Deo placuit ſine exemplo. n.91.ibid.

Anno mundi 4037.Concepta fuit Beata Virgo Maria ſine labe peccati originalis. nu.187. pag. 28

Myſterium immaculatæ Conceptionis reuelatum fuerat Eliæ patri noſtro in illa nubecula parua. n. 188. ibid.

B.Virgo Maria in die,qua in templo fuit præſentata fecit votum virginitatis. num.189. ibid.

Anno mundi 4051. diſponſata fuit B.Virgo Maria S. Ioſeph. n.190.ibid.

Anno mundi 4052. incarnatus fuit, & natus filius Dei in vtero Beatæ Virginis. n.191. pag. 29

Beata Virgo Maria multoties Carmelum viſitabat & cum Carmelitis loquebatur. num.196. ibid.

Martyrium.

Perfectius eſt martyrium,quam ſtatus Religioſus. n.95.p.19

Monachi.

Monachi poſſunt teſtificari in cauſa ſui monaſterij. n.15.p 8.

Monachatus.

Monachatus Eliæ maximè iuuat ad confundendos hæreticos huius temporis. n. 17.p.9

Tempore legis ſcriptæ fuit verus monachatus cum omnibus requiſitis, quæ ad verum monachatum requiruntur. n.106.p.21

Probatur id facto Christi, & exemplo Apoſtolorum. n. 107. ibid.

Probatur authoritate Patrum,qui Eliam principem monachatus appellant. numer. 108. ibid.

Proponitur quædam obiectio in contrarium, & eius ſolutio. n.109.22

Non eſt contra Chriſti Excellentiam, quod Elias in tempore ſit primus author ſtatus monaſtici. n. 110.ibid.

Non repugnat imperfectioni legis veteris,quod in ea fuerit verus monachatus. num.111. ibid.

Elias,& Ioannes Baptiſta fuere primi Principes monachatus. n.114 ibid

Qui dicunt Ioannem verum monachatum habuiſſe, non vero Eliam, inconſequenter loquuntur. n. 115. p 23.

Elias fuit exemplar ſtatus monaſtici in lege gratiæ. n. 116. ibid.

Probatur authoritate ſanctorum Patrum. n. 117. ibid.

Monachatus Eliæ fuit verus monachatus,cum tribus votis, & alijs requiſitis. num.118. ibid.

Elias in lege veteri habuit Chriſtum,vt exemplar ſtatus monaſtici,quod inſtituit in ſuo tempore. n. 119. ibid.

Solvitur argumentum in contrarium. n. 120. ibid.

Probatur Eliam fuiſſe authorem ſtatus monaſtici ex variis Patrum teſtimoniis. n. 121. ibid.

In Lege veteri fuit vera traditio, & donatio quæ eſſentialiter requiritur ad verum monachum. n. 128. p. 24.

Ad acceptandam hanc traditionem non requiritur ex parte prælati acceptantis poteſtas clauium. n.129. ibid.

Sufficit poteſtas dominatiua, & œconomica. n. 130. ibid.

Hæc poteſtas dominativa fuit in lege veteri. num. 131.ibid.

Religioſus ſtatus conſtare poteſt,Prælato exiſtente merè laico. n.132.ibid.

Infertur in lege veteri verum monachatum cum tribus votis, & aliis ad illum neceſſariis. n. 133. ibid.

Solum minus affecti Carmelitis id negare poſſunt. n.134.ibid.

Os inſulſi Patri Salinas decreto Sacræ Inquiſitionis Hiſpaniæ obtruditur. n. 135. Ibid.

Domini Inquiſitores Hiſpaniæ iudicarunt in iudicio contradictorio in lege ſcripta fuiſſe verum monachatum religioſum. n. 136. ibid & ſeq.

Monachatus legis ſcriptæ non fuit cum ea ſolemnitate perfectione, & poteſtate clavium. provt eſt in lege gratiæ. n.140. pag. 25.

In lege veteri fuit verus monachatus cum tribus votis eſſentialibus. n.141.ibid.

Illius author fuit Parens noſter Elias. n.142. ibid.

Proponitur quædam adverſariorum obiectionum. 143. ibid.

Proponitur aliud argumentum contrariorum contra monachatum Eliæ. num. 105. pag.20

N

Nazaræi.

Nazaræi obſervabant caſtitatem ex voto.n.69. pag. 15

Votum caſtitatis Nazaræorum fuit perpetuum n.70.ibid.

Primi

Primi Eliæ diſcipuli erant Ordinis Nazaræi. n.148.p.26.
Vocabantur Prophetæ, quia Deo pſallebant. n.149.ibid.

Neoterici.

Neoterici huius temporis nec ipſi ſanctis Canonizatis Carmelitarum parcent. num.300. pag.35.

O

Officium Divinum.

Facultas recitandi Officium divinum de S. Elia conceſſa ab Eccleſia Carmelitis immemorialis eſt. n. 301. ibidem
Probatur Pontificum privilegio. num.302. ibid.
Probatur ex variis ſacræ Congregationis rituum declarationibus. n. 303. p.36
Probatur authoritate plurium miſſalium antiquorum, in quibus miſſa de S.Elia reperitur. num.304.ibid.

Opus.

Quodcunque opus bonum melius fit ex voto, quam ſine illo. n.32.p.11.
Melius eſt obſervare obedientiam, paupertatem & caſtitatem ex voto, quam ſine illo num.33. ibid.

P

Pallium.

Pallium Eliæ reliquit Eliſæus Ionadab, quod adhuc hodie obſervatur in arca Ovetenſi in Hiſpaniis. n. 159.p.27.

Parentes.

Parentes non poſſunt filiis præcipere res conſiliorum. n. 47. p. 13.

Præceptum.

Non datur præceptum naturale, vel poſitiuum de rebus conſilij. n.46.ibid.

R

Recabitæ.

Recabitæ habuerunt votum obedientiæ. n. 41. p.12.
Probatur authoritate Concilij Senonenſis, n.42. ibid.

Recabitæ fuere diſcipuli Eliæ, & Eliſæi. n 43. ibid.
Recabitæ etiam in minimis obediebant Recab. n.44 ibid.
Hæc obligatio oriebatur in illis ex voto. n.45. ibid.
Anno mundi 3153. ſuſcepit ſtatum noſtræ religionis Ionadab filius Recab. numer.151. pag 26.
Anno mundi 3159. Recabitæ ſuſceperunt inſtitutum Eliſæi. num.152.ibid.
Recabitæ obedientiam, & paupertatē obſervabant, caſtitatem vero non omnes, bene tamen multi illorum. n.153.p.27
Recabitæ ex conſilio Eliſæi obedientiam, paupertatem, & caſtitatem ex voto obſervabant. n.154.ibid.
Recabitæ etiam appellabantur ſcribæ, id eſt legis doctores. n. 155. ibid.
Ex his ſcribis multi Apoſtatarunt ab ordine Prophetico tempore Chriſti. n.156. ibid.

Religio.

Quælibet Religio iuxta rubricas Calendarij Romani poteſt recitare de ſuo S. Patrono, etſi non ſit adſcriptus in Calendario. num. 306. pag.36.

S

Sancti.

Quomodo aliqui ſancti Legis veteris operati ſunt ſecundum perfectionem Legis Evangelicæ. num. 112. p.22.

Senes.

Senes non ſunt vocandi in iudicium ſine venia. n.299.p.35.

Synagoga.

Synagoga tenuit Eliam poſſe invocari. num.315. pag.38.

Status.

Tempore legis naturæ fuit ſtatus religioſus adumbratus. n.100.p.20
Tempore Samuëlis fuit delineatus. n.101. ibid.
Tempore Eliæ fuit inchoatus cum tribus votis eſſentialibus. n. 102. ibid.
Chriſtus perfecit ſtatum religioſum. num. 103. ibid.

Succeſſio.

Proponitur quam difficile ſit ſucceſſionem Carmelitanæ religionis ab Elia vſque ad Chriſtū adducere, ob temporum varietates, n.144.p.26
Succeſſio Carmelitanæ familiæ ab Elia vſque ad hæc tempora nunquam interrupta fuit. n.145.ibid.
Anno mundi 3124. dedit Elias principium

ſuæ Religioni in Torrente Caribr. num.146. ibid.

Anno mundi 3127. vnxit Elias Eliſæum in ſuum ſucceſſorem. n.147. ibid.

Anno mundi 3204 ſucceſſit in generalatu Ordinis Eliſæo Ionadab filius Recab, vel vt alij volunt Obed Propheta. num. 158. pag. 27.

Toto tempore captiuitatis non defuere cultores ordinis Prophetici. n.171.ibid.

Tempore captiuitatis ſucceſſit Daniel in Generalatu Ordinis Ionadab filio Recab, quo autem anno ignoratur. numer. 172. ibid.

Eodem tempore ſucceſſit Aggæus Propheta in generalatu Ordinis Danieli. num. 173. ibid.

Anno 3543. Aggæus Propheta Generalis Ordinis in reductione populi in Heruſalem facta à Dario congregauit Carmelitas, qui cum populo diſperſi erant, & relicto nomine Recabitarum, & Prophetarum eis impoſuit nomen Eſſenorum, vel Aſſidæorum. n.174.ibid.

Aggæo eodem anno 3543. ſucceſſit in generalatu Ordinis Malachias Propheta. num.175. ibid.

Anno 3608. ſucceſſit in generalatu Ordinis Aggæo Eſdras. n.180.p.28.

Anno mundi 3887. ſucceſſit in generalatu Ordinis Eſdræ Iudas Machabæus. num. 182. ibid.

Anno mundi 3895. ſucceſſit in generalatu Ordinis Iudæ Machabæo Ionathas frater eius. n. 184.ibid.

Ionathæ ſucceſſit in generalatu Ordinis Iudas non ille Machabæus, ſed alius, quo autem anno, ignoratur. numer. 183. ibid.

Iudæ ſucceſſit in generalatu Ordinis Ioannes Baptiſta, quo autem anno ignoratur. num.144. pag. 29.

Anno 64. Chriſti ſucceſſit in generalatu Ordinis S. Ioanni Baptiſtæ. S. Enoch ab Amattin. n.201. ibid.

Anno Chriſti 110. ſucceſſit Enoch ſanctus Ignatius Martyr. n.202 p.30.

Anno Chriſti 168.ſucceſſit,S. Frontonius.n.203. ibid.

Anno Chriſti 179. ſucceſſit S.Serapionus.n.204. ibid.

Anno Chriſti 190. ſucceſſit S. Elanus Martyr. n.205 ibid.

Anno Chriſti 264.ſucceſſit S.Samonius. n.206. ibid.

Anno Chriſti 272. ſucceſſit S.Dionyſius.n.207. ibid.

Anno Chriſti 276. ſucceſſit S. Spiridion.n. 208. ibid.

Anno Chriſti 357. ſucceſſit S. Antonius Abbas. n. 209. ibid.

Anno Chriſti 380. ſucceſſit S. Eutychius.n.210. ibid.

Anno Chriſti 386. ſucceſſit S. Cyrillus n.211. ibid.

Anno Chriſti 412 ſucceſſit Ioannes Hieroſolymitanus. n.212.ibid.

Anno Chriſti 455. ſucceſſit S. Carpaſius.n.213. ibid.

Anno Chriſti 520. ſucceſſit S. Sabas.num. 214. pag. 30.

Anno Chriſti 536. ſucceſſit S. Theotiſtus. n. 215. ibid.

Anno Chriſti 540. ſucceſſit S.Theodorus.n.216. ibid.

Anno Chriſti 556. ſucceſſit S.Ioannes Silentiarius. n. 217.ibid.

Anno Chriſti 557. ſucceſſit S. Quiriacus.n.218. pag. 30.

Anno Chriſti 600. ſucceſſit S.Ioannes Calebrita n. 219. ibid.

Anno Chriſti 615.ſucceſſit S.Alypius. num.220. ibid.

Anno Chriſti 635. ſucceſſit S.Melito.num. 221. ibid.

Anno Chriſti 714. ſucceſſit S.Theodotus.n.222. ibid.

Anno Chriſti 780.ſucceſſit S.Nicetas. num.223. ibid.

Anno Chriſti 854. ſucceſſit S. Petrus. num. 224. ibid.

Anno Chriſti 990. ſucceſſit S. Simon Armenus n. 225. ibid.

Anno Chriſti 1121. ſucceſſit S.Simoni in generalatu Ordinis S.Bertoldus,& fuit primus Generalis Latinorum. n. 227.p.31.

Anno Chriſti 1166.ſucceſſit S.Brocardus.n.228. ibid.

S. Brocardus petiit regulam à S. Alberto. n.229. ibid.

Anno Chriſti 1225.ſucceſſit in generalatu S.Cyryllus Græcus. num. 230. ibid.

Anno Chriſti 1229.ſucceſſit B. Bertoldus.n.231. ibid.

Anno Chriſti 1237. ſucceſſit S. Albanus. n.232. ibid.

Anno Chriſti 1250. ſucceſſit S. Simon Stokio. n. 233. ibid.

Anno Chriſti 1266. ſucceſſit Nicolaus Gallicus. n.234. ibid.

Anno Chriſti. 1272. ſucceſſit V.Redulphus Tudeſcus. n.235.ibid.

Anno Chriſti 1275.ſucceſſit Petrus de Emiliano. n. 236.ibid.

Anno Chriſti 1297. ſucceſſit Raymundus de Inſulis. n.237.p.31.

Anno Chriſti 1307. ſucceſſit Gerardus à Bononia. num.238.ibid.

Anno Chriſti 1317. ſucceſſit Simon de Spiera. n. 239.ibid.

Anno Chriſti 1318. ſucceſſit Guidus de Terrena. n.240.ibid.

Anno Chriſti 1321. ſucceſſit Ioannes de Alerlo. n.241. ibid.

Anno Chriſti 1342. ſucceſſit Petrus Raymundus. n.242.ibid.

Anno Chriſti 1356. ſucceſſit Ioañes Baliſtarius. n. 243. ibid.

Anno Chriſti 1375. ſucceſſit Bernardus Oliuarius. n.244.p.32

Anno Chriſti 1381. ſucceſſit Michaël Angrianus. n. 245.ibid.

Anno Chriſti 1387. ſucceſſit Ioannes à Rayde. n. 246.ibid.

Anno

Anno Chriſti 1405. ſucceſſit Matthæus à Bolonia. num. 247 ibid.
Anno Chriſti 1412. ſucceſſit Ioannes Groſius. n.248.ibid.
Anno Chriſti 1425. ſucceſſit Bartholomæus Ravolius. n.249. ibid.
Anno Chriſti 1430. ſucceſſit Ioannes Faco. n. 250.ibid.
Anno Chriſti 1451. ſucceſſit B.Ioannes Soretus. n. 251. ibid.
Anno Chriſti 1471. ſucceſſit Chriſtophorus Brixienſis. num. 252. ibid.
Anno Chriſti 1482. ſucceſſit Pontius Raynaudus. n.253. p. 31.
Anno Chriſti 1503. ſucceſſit Petrus Terraza. n. 254.ibid.
Anno Chriſti 1513. ſucceſſit Baptiſta Mantuanus. n. 255. ibid.
Anno Chriſti 1517. ſucceſſit Bernardus Landucius. n. 256. ibid.
Anno Chriſti 1524. ſucceſſit Nicolaus Audithius. n. 257. ibid.
Anno Chriſti 1564. ſucceſſit Ioannes Baptiſta Roſſo. n.258. ibid
Anno Chriſti 1580. ſucceſſit Ioannes Baptiſta Gafardus. n. 260. p. 32.
Anno Chriſti 1593. ſucceſſit Ioannes Stephanus Chizola. n.261.ibid.
Anno Chriſti 1591. Electus fuit primus Generalis diſcalceatæ Congregationis Hiſpaniæ Nicolaus à Ieſu Maria, qui eodem anno ſeparati ſunt ab obſervantibus. n.263.ibid.
Anno Chriſti 1594. ſucceſſit Elias à S.Martino. n.264.ibid.
Anno Chriſti 1600. ſucceſſit Franciſcus à Matre Dei. n. 265. ibid.
Anno Chriſti 1607. ſucceſſit Ildephonſus à Ieſu Maria. n.266. ibid.
Anno Chriſti 1613. ſucceſſit Ioſephus à Ieſu Maria. n. 267 ibid.
Anno Chriſti 1619. ſucceſſit Ildephonſus à Ieſu Maria ſecunda vice. n. 268. ibid.
Anno Chriſti 1625. ſucceſſit Ioannes à Spiritu ſancto. n.269.ibid.
Anno Chriſti 1631. ſucceſſit Stephanus à S. Ioſeph. n. 270. ibid.
Anno Chriſti 1637. ſucceſſit Ioannes a Spiritu ſancto ſecunda vice. n.271 ibid.
Anno Chriſti 1643. ſucceſſit Ioannes Baptiſta. n.272.ibid.
Anno Chriſti 1649. ſucceſſit Hieronymus à Conceptione. n.273. ibid.
Anno Chriſti 1655. ſucceſſit Didacus à Præſentatione. n. 274. ibid.
Anno Chriſti 1661. ſucceſſit Gabriël à Matre Dei. n. 275. ibid.
Anno Chriſti 1664. ſucceſſit Stephanus à S. Ioſeph. n.176. ibid.
Probatur continuata ſucceſſio Carmelitanæ familiæ ex variis regulis iuris. n.280.ibid.

T

Theologi.

Theologi, & Sancti Patres ſupponunt Eliam poſſe inuocari, & intercedere pro hominibus. n.326.pag. 38.

Thereſia.

Anno Chriſti 1567. Ioannes Baptiſta Roſſo, Generalis ordinis veniens Hiſpaniam; dedit facultatem S Matri noſtræ Thereſiæ erigendi conventus monialium, & Religioſorum ſub regula primitiua. n.259.31.

Traditio.

Continuata ſucceſſio Ordinis Carmelitani cum vero monachatu ab Elia vſque ad hæc tempora probatur Religionis traditione. n.281. pag. 31.
Hæc traditio ſine magno fundamento negari non poteſt. n. 282. ibid.
Hæc traditio probatur authoritate S.Summorum Pontificum. n.283. ibid.
Probatur authoritate Clementis. VIII. n. 284. ibid.
Probatur authoritate multorum Patrum Religionis. n.285. ibid.
Probatur authoritate Doctorum exterorum præcipuè ex Societate Ieſu. numer.286. ibid.
Pater Salinas refellitur. n.287.p.34.
Os illius teſtimonio Academiæ Cantabrigenſis in Anglia oſtenditur. n.288.ibid.
Dubitare an ordo Carmeli deſcenderit ab Elia eſt dubium puerile. n.289.ibid.
Propoſitio damnata in aliqua vniuerſitate catholica poteſt haberi ſuſpecta de hæreſi. n.290. ibid.
Traditiones particularium Prouinciarum habent eximiam authoritatem. n.291. ibid.
Traditio D. Iacobum veniſſe Hiſpaniam eſt vera, & ab Vrbano VIII. vt talis fuit recepta. n. 292. ibid.
Noſtra traditio, vt vera à Pontificibus recipitur. n.293. ibid.
Noſtra traditio maximè fauet fidei contra hæreticos huius temporis. n.294. ibid.
Teſtimonium domeſticum admittitur in cauſis ſuorum collegiorum. & communitatum. n.295. ibid.
In canonizatione ſanctorum alicuius Religionis, Religioſi eiuſdem ordinis aſſumuntur vt teſtes. n.296.ibid.
Argumentum contrariorum contra hanc noſtram traditionem poſſunt facere hæretici cōtra aliquas traditiones Eccleſiaſticas in ordine ad plures articulos fidei. num 297. ibid.
Proponitur quoddam cuiuſdam Anonymi argumentum contra hucuſque dicta. numer.298. ibid.

V

Votum.

In lege veteri fuit verum votum obedientiæ n. 30. p. 13.
In quo conſiſtat votum obedientiæ. num. 52. ibid.

Index.

Stando in verbis Chriſti plures fuere in lege veteri qui caſtitatem ex voto obſervarunt. n.67.ibid.

In lege veteri votum caſtitatis magnum nuncupabatur. n. 68. ibid.

In lege veteri vota ſolum fuere ſimplicia. n.96. pag.19.

Solemnitas votorum cœpit ab Apoſtolis. n.97. pag.20.

Votum caſtitatis in lege veteri non dirimebat matrimonium ratum præcedens ; nec impediebat ſubſequens. n.98.ibid.

Domini Inquiſitores Hiſpaniæ iudicarunt in iudicio contradictorio probabile eſſe in lege ſcripta fuiſſe votum caſtitatis perpetuæ. n.137.p.15.

Fuiſſe votum obedientiæ perpetuæ. n.138. ibid.

Iudicarunt fuiſſe votum paupertatis. nume. 139. ibid.

F I N I S.